
400840
MADE IN SPAIN

Cod LL 42.

R.2910

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI

DE CIVITATE DEI LIBRI XXII. AD PRISCÆ uenerandæq; uetustatis exemplaria denuo collati, emendatissimiq; insuper Commentarijs per undequaq; doctiss. uirum Ioan. Lodouicum Viuem illustrati & recogniti.

ACCESSIT Index fœcundissimus.



ex libris Dni Antonii de Sotomayor et Blasco

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

BASILEAE M D XLII

V. I. P. M. I. V. M. P. 1635.

Subscripsi expurgationi Dn. Joseph Vincentius Corderi Duacens. Theologicentis et calificatur S. Officij anno 1620.

HENRICVS ANGLIÆ REX IOANNI LODOVICO VIVI S.

Reſtantiſsime uir, & amice noſter plurimum dilecte, Augu-
ſtinus De ciuitate dei tuis illuſtratus cõmentarijs ſimul atq;
P ad manus noſtras peruenit, nobis gratus effecit ut prorſus
dubitemus, cui in primis gratulari debeamus: tibi ne, cuius
tam erudito labore tam egregium opus ãbſolutum eſt, an
Auguſtino, qui diu mutilus, & obſcurus ex denſiſſimis tandem tenebris
luci datus, & priſtinæ reſtitutus eſt integritati: an toti poſteritati, cui iſti tui
commentarij ingenti erunt fructui. Quòd autem hos commentarios no-
ſtro nomini dicare tibi libuerit, non poſſumus non habere & agere grati-
as ingentes, ob id potiſſimum, quòd animus hac in re tuus nõ uulgarem
erga nos amorem ac obſequentiam uiſus eſt oſtendiſſe. Quamobrem ti-
bi perſuaſum eſſe uolumus, noſtrum fauorem atq; ſtudium, quacunq;
oblata occaſione, quæ ad tuum commodum ſpectare poteſt, rebus tuis
nunquam defuturum. Et fœliciter uale, ex regia noſtra Grenuici. Die
XXIIII. Ianuarij. M. D. XXIII.

IOANNES LODOVICVS VIVES INCLYTO PRINCIPI HENRICO VIII. ANGLIÆ REGI, HIBERNIÆ DOMINO &c. S. D.

5

TA comparatum eſt na-
tura humanorum inge-
niorum clariſsime rex, ut
illos demum uere, & ex
animo admiremur, quos
in ea præſtare uidemus
arte, quæ maxime nobis
inter oms placet, ac pro
batur. Alij alijs dediti ſunt ſtudijs ac exercita-
mentis. Sic fert natura rerum, ut hac uarietate
ſpecioſus & mirabilis conſiſtat mundus: & ta-
men, ut inquit ille, ſuum cuiq; pulchrum. Iam
olim opibus & imperio tam late patẽti non ar-
mis & ſanguine quæſito, ſed à parentibus per
manus tradito, & robore animi corporisq;, &
uirtute bellica, tũ charus eras omnibus, tum etiã
ſuſpiciendus. Nunc uero poſtquam etiã quan-
tum ingenij uiribus ſtudijsq; ſapientię ualeres
documẽta dediſti, maior literatis omnibus cœ-
piſti eſſe, ac admirabilior: non quin te antea per
magni æſtimarent:

Sed qui ſtudijs ſuis dediti nõ perinde uel
diuitias ſuſpiciũt, uel potentiam, quod eſſes qui
dem bonus, id in te complectebãtur, & amore
proſequebantur ingenti: quod rex eſſes, nõ ita
admirandum ducebant, quum & ſceleſti homi
nes ſæpe reges fuerint, corporis etiam dotibus
inſignes. Vbi uero tua ſacramentorum aſſertio
prodijt, qua nihil uel elegantius fieri poteſt, uel
purius, uel ſanctius, & uno uti uerbo dicã, Chri
ſtianius, opinio probitatis animi tui confirma-
tior reddita eſt, ſi modo id fieri poterat: nã cer-
tiſsima firmiſsimaq; in omniũ animis erat mul
tis exẽplis uelut clauis infixa, & admiratio iam
apud omnes ſuborta. Nempe & apud illos, qui
amplius auguſtiusq; nihil putant poteſtate re-
gia, & eos qui diuitias ſupra res uniuerſas cõſti-
tuunt: & qui corporis muneribus, formæ, lacer
tis, agilitati plurimum tribuunt: & qui belli arti-

6

um ſunt ſtudioſi, uelut omnipotentis ac rerum
domini: quo fit ut certatim principes omnes a-
micitiam tecum quibuſcũq; poſſint rationibus
ijſq;, ambiant: omnes tibi ſiue fœdere, ſiue,
quod optatius eſt, ſanguine iungi affectantes.
Nec priuatorũ tibi ſtudia deſunt, quæ ipſe ful-
gore tuarum uirtutũ facis: alios liberalitate ſeu
magnificentia potius alliciens, alios humanita-
te, ac ſuauitate morum, cunctos prudentia atq;
iuſtitia, duabus uere regijs uirtutibus. qui quũ
talis ſis, profecto impudentiam meam fateor,
ſæpenumero tibi innoteſcere affectaui: quoniã
hæc eſt mea ſententia, laus non mediocris tibi
uel notum eſſe. Et quum aliàs ſemper defuerit
occaſio, nũc ſeipſa ſpõte obtulit, paratis à me in
Auguſtini libros De ciuitate dei cõmentarijs:
quos quũ diſpicerem cui dicare ſic poſſem, ut tũ
aliquam ipſe laboris mei gratiã inirem non om
nino contemnendam: tum cui dicarentur, non
perinde literas dari exiſtimaret, ac ſtipulas, & li
bros, ac ſarcinas capſarum moleſtas: tum etiam
ceu ad cenſorem grauiſsimum mitterem, qui u-
nus ſi approbaſſet, ſuffragijs omnium probati
commendatiq; uiderentur, ipſe multis nomini
bus ratiõibusq; occurriſti. Primum, quòd ea es
uirtute ac doctrina, ut tibi etiam dicaſſem, ſi pri
uatus eſſes. Deinde quòd uiam hãc expeditiſ-
ſimam cernebã, qua uoti facile compos fierem
iam pridem concepti & nũcupati. Accedit huc,
quod, quemadmodum experti narrant obuius
es ac expoſitus huiuſmodi muneribus: quibus
gratiora uix tibi ulla poſſunt contingere. Nam
aurum, argẽtum, gemmas, ueſtes, equos, arma
tibi qui offerat, plane mari, quod aiunt, aquam,
aut ſaltibus ligna. Et profecto ut alijs in rebus
omnibus, ita in hoc quoq; prudentiſsime agis,
qui dignam uirtute ac meritis tuis apud poſte-
ros gloriam libris doctorum hominum parari
cogites: ſi non meis, aut mei ſimilium, certe faci
lem te & perhumanum literatis exhibendo, in
aliquem incides, cuius ſtilo ceu penicillo quodã
eruditiſs. effigies iſtius præſtãtiſsimi atq; opti
mi animi depicta & formata immortalitati cõ
mendetur: nec ullo obliuiõis operiatur ſitu, aut

uetuſtatis iniuria corrũpatur, & memoratu di-
gna non taceat poſteritas uirtutum teſtis incor-
rupta, ſimul in gloriam tui iam olim cœlo red-
diti, quamuis leue hoc & negligendum, ſimul
quod magnum in primis eſt, & optandum in
exemplum eorum, qui tunc uiuent. Præter hæc
omnia congruit ſiue ingenio, ſiue ſtudijs tuis
hoc opus, in quod Auguſtinus optimam eorũ
partem, quę apud ueteres legerat autores, tan-
quam in theſauros coniecit: nempe cum homi-
nibus acutiſsimis ſumma præditis & eloquen-
tia & doctrina diſputaturus. Quo factum eſt,
ut aliud agens magis optimarũ rerũ ſeruarit re-
liquias domicilijs earum & quaſi ſedibus, unde
prius peti ſolebant, euerſis. Itaque pro Varro-
ne, pro Saluſtio, pro Liuio, pro Cicerone in li-
bris De repub. magni poſterioris ætatis uiri hi
ſce Auguſtini ſcriptis ſũt adiuti: ut Hermolaus,
Politianus, Blondus, Beroaldus, quæ tu om-
nia non ita leges, ut noua tibi & inaudita, ſed ut
uetera recognoſces. Adde quod Auguſtini
tuumq́ ſcribẽdi inſtitutum eodem propemo-
dum uidentur pertinuiſſe. Nam ut tu cõtra Ba-
byloniam pro meliore illa ſcripſiſti Roma, ita
& Auguſtinus contra Babyloniam illam uete-
rem Romam Chriſtianam & ſanctiorẽ defen-
dit. Congruit & magnitudini tuæ nõ opus me-
um, ſed Auguſtini, ſub quo ipſe deliteſco, ſiue
autor ſpectetur, ſiue materia operis. Autor eſt
Auguſtinus uir deum immortalem quàm ſan-
ctus, q̃ doctus, quale ſpecimẽ columenq́ rei-
pu. Chriſtianæ: quo uno multis ritibus, multis
ſtatutis, moribus, cęremonijs pijs ac uenerãdis
eſt illa innixa, nec iniuria. Fuit enim in uiro illo
ſtudiũ uberrimũ, cognitio ſacrarũ ſcripturarum
exactiſsima, iudiciũ acre & exterſum, ingenium
ad miraculũ acutum. Fuit ipſe ſyncerioris pieta-
tis diligẽtiſsimus propugnator, morib. mãſue-
tiſsimis & ad charitatẽ Euangelicã effictis atq́
expreſsis, uitæq́ integritate ſanctitateq́ inſi-
gnis & adorãdus: quæ omnia perſequi ne uolu
mine quidẽ iuſto poſsis, nedum epiſtola. Bene
quod de ſcriptore agimus omnib. noto, tibi etiã
familiari. Iã opus nõ eſt de filijs Niobe, quod
aiunt, aut de portis Thebarũ: non de ſarciẽdis
ueſtibus, aut parãdis uoluptatibus, nõ de agro
colendo: quæ alioqui argumenta magnis ſunt
quoq́ regib. dedicata, ſed de utraq́ ciuitate mũ
di & dei, quibus angeli, dæmones, hominesq́
uniuerſi cõtinemur: ut natæ, ut educatę ſint: ut
adoleuerint, quò tẽdant, & quid ubi ad metam
percurrerint, facturę. quę ut explicet, nihil neq́
prophanę prætermiſit eruditionis, neq́ ſacræ,
quod non attingat, & exponat. Romanorũ res
geſtas, deos, ſacra, & cęremonias, philoſopho-
rũ placita, cœlorũ terręq́, tum angelorũ, dæmo
num, hominũ originẽ. Hinc quibus initijs po-
pulus dei creuerit, & quomodo uſq́ ad Chri-
ſtum dominũ deductus eſt: tum duæ ciuitates
comparantur, dei & mũdi, regnaq́ adducũtur
Aſſyriũ, Sicyoniũ, Argiuũ, Atticũ, Latinũ, Per-
ſicũ. Poſt hęc quid de Chriſto uates & Ethnici
& Iudæi prædixerint. Iam dicturus de uera fe-
licitate, opiniones ueterũ philoſophorũ de illa
cõfutat & refellit. Deinceps ut uẽturus ſit Chri
ſtus de bonis maliſq́ pronũciaturus iudex ui-
uorũ & mortuorũ. Ad hæc de ſceleratorũ ſup-
plicijs. Poſtremo de gaudijs piorũ & ęterna feli
citate. Atq́ hęc omnia miro ingenio, maximo a-
cumine, eruditiõe excultiſsima, ſtilo mũdo & ex
terſo, qualis autorẽ p omne diſciplinarũ ſcripto
rũq́ genus uerſatũ exercitumq́, & res illas ma-
gnas et preſtãtiſs. et eos quibuſcũ diſputabatur,
decebat: Leges itaq́ clariſsime & optime rex ijs
horis, quas tu immẽſis regni negotijs atq́ occu
pationib. ſuffuraris, ut literis & ingenij cultui im
pendas, ſimul noſtros commentarios deguſta-
bis: de quibus licet mihi dicere, quod Ouidius
de ſuis Faſtorũ libris dixit, quum eos Germani
co Cæſari mitteret: Pagina iudiciũ docti ſubitu
ra mouetur Principis, ut Clario miſſa legenda
deo. Quos ſi tibi non diſplicuiſſe ſenſero, nihil
uerebor, ne parũ alijs probentur. Quis enim a-
deo impudẽs ſit, ut à tam exacto iudicio diſſen
tire non erubeſcat? Quod ſi quis audeat, tua ta-
men uel tacita mihi patrocinabitur autoritas.
Vale optime rex, & Viuem tibi addictiſs. quo-
uis loco numera, modo inter tuos, Louanij,
Nonis Iulijs. M. D. XXII.

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI IN SVOS commentarios ad libros De ciuitate dei, D. Aurelij Auguſtini Præfatio.

QVANDO de Auguſtino deq́ eius o-
pere quantum quidem uidebatur, ſu-
mus locuti, nũc cum Lectore ipſo ali
quanto familiarius de hiſce meis com
mentarijs. libet pauliſper commen-
tari. Eraſmus Roterodamus uir adeo laudatus à
plurimis, ut ad eum glorię cumulum nihil ſit mea
de

de illo prædicatio aut perparum additura, quũ poſt
Hieronymum & Cyprianum recognitos Auguſti
num quoq́ eundem in modum perpurgare decre-
uiſſet, nec uni ipſi uacaret tantum operum libro-
rumq́ obire, alijs quoq́ magnis & preſtantibus re
bus occupato, alios ſibi adiunxit ſiue operis ſocios,
ſiue miniſtros, inter quos me etiã aſciuit: quũq́ alijs
quòd eorũ eſſet & amplior eruditio, & ingenium
felicius, & diligentia dexterior, grauiora mandaſ-
ſet, atque maiora, mihi libros attribuit De ciuitate
dei duos & uiginti: quod opus bona ex parte tum
rerum geſtarum fabularumq́ narrationibus, tum
diſputationibus philoſophicis conſumeretur: qui-
bus rebus bonam ętatis partem uidebamur impen
diſſe, magno quidem conatu ac uoto, utinam pa-
ri ſucceſſu. Theologica tametſi multa inerant, ta-
men non ita forſan, ut alijs libris crebra, quan-
quam ab hac etiam ſacroſancta diſciplina nunquã
alieni fuimus, quantum per ætatem noſtram, & a-
liarum artium, quæ nos mirifice ceperunt ſtudia,
licuit. Neque uero ſic ſum ad hoc ipſe munus ele-
ctus, tanquã optime rem executurus, ſed ne pror-
ſus nullus eſſet, qui hoc ageret, reliquis Eraſmi ami
cis alijs in alias res intentis. Ac, ut uerum fatear, ar-
ripui opus ab Eraſmo oblatum auidiſsime, pollici-
tus me poſtremam commentarijs impoſiturũ ma-
num ante ſecundum menſem aut tertium. Nam
memineram me olim aliquot eius operis uolumina
legiſſe, quæ mihi nec admodum erant uiſa mendo
ſa, & ſatis facilia: ac eiuſmodi, in quæ non parum e-
ius notitiæ antiquitatis, quam iugi parauerã lectio-
ne, poſſem effundere, ut eodem labore ſimul exer-
cerem ſtilum, atq́ ingenium meum: ſimul alijs mea
ſtudia nonnihil afferrẽt fructus, ſimul aliquam in-
genij atq́ eruditionis gratiam pararem. Et fuit illa
profecto iuuenilis quædam cogitatio, quæ longe a-
liter experiẽdo proceſſit, quàm ipſe mecum eram
ratiocinatus: nam opus præterquam quod eſt lon-
giſsimum, habet in ſe miram rerum omnium uarie
tatem, hiſtorias, fabulas, naturalia, rhetorica, mathe
matica, geographica, moralia, theologica: & horũ
nihil propẽ, uel tenuiter, uel mediocriter. Iam libri
erant ſupra quàm dici poſsit mendoſi, qui totã Au-
guſtini ſententiam praua ſcriptura alio auertebãt.
Hic iam non exiguus in caſtigando ex ueteribus li
bris, tum etiam in diuinando labor: nam & diuinã-
dum ſæpenumero fuit, & coniecturis uera reſtitu-
enda lectio: orſus nihilominus ſum ſcribere circi-
ter Calẽdas Ianuarias, anni ſuperioris, id eſt M. D.
XXI. & confecto ad finem menſis primo libro,
affertur de Guilielmi Croij Cardinalis patroni mei
morte, qui Vormaciæ naturę cõceſſerat. Facile in-
telligere quiſq́ poteſt, ut ea res ſtudiorũ meorum
quietem cõcuſſerit, ſublato eo, qui mihi unus ocia
faciebat, quãta cupiebam. Hinc ut nulla unquam
calamitas uenit ſola, in morbum incidi non ſimpli-
cem: ita ad curam ualetudinis coactus ſum me Bru
gas cõferre ad meos Hiſpanos, inter quos æger mo
re ac modo meo cõmodius tractarer. cõualui mẽſe
Iunio. Et quoniam dicebantur eodẽ Carolus Cæ-
ſar, & Britannus Cardinalis uenturi, eã rem ibi
aliquot menſibus tenuit, ut Eraſmum & Morum
conuenirem, uideremq́ Tonſtallum, & Monio-
ium, & doctos alios, tũ amicos pleroſq́ meos, qui
eodem uenturi dicebantur. Eo loco ſcribere non
licebat, quod bibliothecam, qualem optabam, nõ
haberem: unde quæ ſcribenda forẽt ſuppeditaren-
tur. Tantum libros aliquot ad uetuſta exemplaria
cõtuli, quorum unum dederat mihi Marcus Lau-
rinus decanus ſancti Donatiani Brugenſis: alterũ
Carmelitæ Brugẽſes: tertium Eraſmus miſſum ad
ſe Colonia Agrippina, ſcriptũ, ut ferunt, manu di-
ui Lutgeri epiſcopi. Mira dictu res quanta in codi
cibus uarietas: ut unuſquiſque deſcribentium pu-
taret ſibi licere uerba arbitratu ſuo ponere, modo
conſtaret ſenſus, quaſi interpretatio eſſet non ex-
ſcriptio. ita in hoc libro legas arbitror, in illo puto:
in hoc ſignificatum, in illo figuratũ: hic præſens, ali
ibi iſte: hic habet ergo, ille igitur: hic æternus, ille im
mortalis: hic flexiſſe, ille deflexiſſe, alius inflexiſſe.
Sed hęc fortaſsis tolerabilia. quid illa detracta, quid
addita, inuerſa? Iam quoties erratũ quòd uerſionẽ
LXX. interpretũ, quã ubiq́ Auguſtinus adducit,
uoluerũt ad hanc noſtrã detorquere, & ex duabus
male cohærentibus unã facere, nec aliud æque fuit
moleſtum mihi, ut uariam lectionem expendere,
examinare, excutere in unoquoq́ capite nõ ſemel.
quæ erant difficiliora in commentarijs annotaui,
quæ uero apertiora & promptiora in margine. id
accuratius feci in locis ſanctarum literarum prop-
ter earum myſterium. In pleriſq́ ueriorem indica
ui lectionem, & quid ſentirẽ, aperui. In cæteris ad-
ieciſſe quid legerint alij contentus, nihil lectori pre
iudicans, liberam illi atq́ integram cenſuram reli-
qui. Fruetur per me ſuo quiſq́ ſiue ingenio ſiue iu
dicio. Poſt Cæſaris & Cardinalis digreſſum redij
Louanium ſub finem Septembris, hic compoſitis
rebus, & digeſta bibliotheca cœpi totus in ſcriptio
nem incumbere: ita mihi ea hyeme uſque ad quin-
tumdecimum librum eſt progreſſum. Extremo ue
re quod ſalutandi erant amici, parantes in Hiſpa-
niam proficiſci cum Cæſare, intermiſi opus. Eraſ-
mo ſubinde extimulante & inſtãte, ut perficerem,
ut mitterem: redij Louanium, & quanta maxima
potui diligentia menſe uno quattuor poſtremos li-
bros abſolui cum bona parte decimiocta ui: ueniq́
ad has præfationes ſcribendas adeo feſſus, & labo-
re tanto tãq́ uario fractus, ut literas omnes libroſq́
neſcio quemadmodum animus auerſaretur, uelut
crudus ſtomachus ac redundans cibos omnes: libe
rari tandem ea moleſtia miſere cupiens, & uniuer-
ſis atq́ unicis uotis exoptans: ita ut quum ad calcẽ
peruenì, nec pecuniam, nec gratiam ſtudioſorum
ullam, nec aliud quicquam exiſtimarim æque eſſe
precium operę, ac ſolutum tandem liberatumq́ eſ-
ſe me labore tam ſinuoſo & plerunque inamœno.
Narrandæ fuerunt fabulæ & hiſtoriæ: deſcriben-
dæ regiones & urbes, tum conſulendi Platonici pe
nè omnes, & reliquæ philoſophorum nationes, &
theologica tractanda, in quibus parcior quàm in

profanis aliquot de causis fui. Primum, quòd non decebat profanum hominem, nec natu grandem temere de sanctissimis rebus uel definire, uel disputare. Deinde quòd historia sacrarum literarum notior solet esse lecturis Augustinum, & huiusmodi authores, quàm ut opus sit eam per me repeti, quæ indicatis locis ex sacris libris fusius & apertius cognosci potest, quàm ut à me hic pluribus uideretur explicanda. Iam dicta ex arcanis nostræ religionis literis, ab Augustino adducta, nonnulla enarrauimus: alia præteriuimus, quòd uiderem non hunc esse illorum explicandorum locum. Autores prophanos crebros ad confirmanda Augustini dicta uelut testes induximus, quòd fides dictorum penes illos esset, præsertim in profanis rebus, quas ab illis est Augustinus mutuatus. Nam in rebus nostræ pietatis neque Ethnicis quicquam est negocij, & scriptoribus nostris non perinde multis fuit usus, ne parum firma Augustini autoritas existimaretur, nisi illis uelut tibicinibus suffulta. Satis enim uidebatur esse dixisse Augustinum. Hieronymum frequentius aduocaui, præcipue ubi De linguarum significationibus aut interpretationibus agebatur: quoniam is ut Græci ac Hebræi sermonis peritia, ita & cognitione sanctarum scripturarum omnes nostræ religionis scriptores longe antecellit. Nec putaui fore interpretis aut controuersias illas mouere, quas nostri Theologi in scholis magnis animis agitant: quanquam ijs prima ætate fuimus imbuti, quæ ab instituto, à mente, rationeq; Augustini plurimum dissident: aspernatusq; fuissem illas, atque indignatus operi suo admistas, uelut tritico lolium, quacunque cœli parte purus ille ac sanctissimus animus res hominum despectat. Itaque nec disputandum mihi censui uel cum hoc hominum genere, uel cum antiquioribus quicunque alieni à sententia Augustini essent: nam hoc iam non esset interpretis, sed defensoris ac patroni: quũ non modo mea, sed nec ullius defensione, aut patrocinio ille indigeat. Feci igitur quod Hieronymus in commentarijs Epistolæ ad Galatas præfatur se fecisse, ut magna ex parte aliorum sententias tantũ referret: sic & nos quid alij dixissent sensissentque contenti lecturis explicuisse sententiam nostram continuimus, ueterem Academiæ morem imitati: tum quod id magis ad enarratorem alieni operis existimaui pertinere, tum etiam quod cunctari & sententiam suam non prodere, & consectari magis aliena quàm sua proferre atque ostentare ante canos decere potius arbitrabar, qui censuris ac iudicijs non parum autoritatis addunt, nec immerito. Multa nunc mihi uera, certa, explorata uidentur, quæ si diutius contingat uiuere non modo ambigua per ætatem uidebuntur, sed forsan etiam falsissima. Idcirco plerisque in locis delectare magis lectorem placuit, quàm docere. Et si quid docerem non tam seuerè imperãdo uoluí persuadere, quàm blande rogando monendoq;. Adducti sumus non nunquam ea causa, quoniam Augustinus fusus est plerunque ac ipse interpres sui: ideo labore docendi adempto ludere libuit, & lectorem in digressus aliquos interim non prorsus inamœnos ducere: simul ut mei laboris quãdoque partem leuarem, etsi non onere depositio certe frigida suffusa, & per uiam aliquanto munitiorem, & inter sata culta que spectatu iucunda commodiorem. Nam hæc omnia quæ dixi, & si habent suas animi ceu reparationes refectionesque, habent nihilominus suas salebras suos acliues colliculos, per quos non sine sudore agas onus: suos quoque descensus, per quos non sine lapsus periculo facias iter, ne fasce pressus in pronum ferare. Illic uero non stratam ullam uiam inuenias, nec quod recreet oculos, nec quò uel momentum diuertas, ac ne ubi sedeas quidem fessus quum conferenda sunt tempora, quum diuersitas inter authores atque adeo aduersitas ostendenda, quum sæpenumero tollenda, quũ querendum, & euoluendum, & diuinandum ubi sit locus, quem Augustinus affert ex scriptore aliquo: quem locum inuenire multum ac diu quæsitum casus est sæpius, quàm eruditionis. Nam in eum incidat frequenter imperitissimus, quem doctus inuestigare non potuit diu uestigatum. Et hoc mihi tanto fuit difficilius, ac plus tẽporis extraxit, quod & imparatus ad hoc opus accessi, quũ antea quatuor aut quinq; tantum in eo uolumina legissem, nec indices ullos mihi ex lectione confeci: uel in hunc uel in similem aliquem usum: quos qui habent, ne hi felices in literis sunt, quibus haud exigua laboris demitur pars. His angustijs & difficultatibus inopia Græcorum uoluminũ accessit, quæ est in hac regione mira. Nam quum passim doctis fias obuius, si Aristotelem Græcum, aut Demosthenem, aut uetus testamentum, aut Pausaniam, aut Isocratem, aut Iulium Pollucem, aut Eustathium utendum petas, negant se habere: nec apud bibliopolas uenales inuenias. Quum hic adesset Erasmus, eius bibliotheca adiuuabar: & illinc aliud agens aliquot mihi decerpseram loca, quæ ceu præsagiebat animus usui mihi aliquando futura. Nam ea in hæc commentaria intuli. Græcum Platonem habui in octauum, nonum & decimum libros scribens: Strabonem plerunque. Pausaniam nonnũquam, sed præcipue quum in decimumoctauum commentarer, & aliquot alios, quibus non perinde atque istis indigebam. Nõ quidem quòd Augustinus ad se enarrandum magnam Græcorum autorũ copiam desideret, qui Latinos tantum est secutus, quos solos penè legerat, aut uersos è Græcis. Sed certe si adiutus maiore Græcorum supellectile fuissem, potuisset opus paulo exire ornatius ac locupletius. Itaque nõnulla sunt à nobis prætermissa, quæ partim ex nullo potuerunt authore peti, eorum duntaxat qui extant: partim ex reconditis Græcorum literis fuerunt eruenda, aliàs bibliothecam nacti Græcorum codicum ampliorem per occasionem ea lectori sarciemus. Quanquam sedulo illud ante alia est à nobis aduigilatum, curatum que, ne multa sint quæ in hoc opere studiosi homines cordatique possent desiderare. Quę omnia

nia præstare alijs uel cognitione rerum ampliore, uel ingenio maiore, uel feliciori memoria leue et facile fuisset. nobis certe haud sane credat quisquã, quàm tædiosum fuerit ac fastidiorum plenũ: quo fit, ut prima illa, quæ me in opus stimulabat, perficiendi facilitas plane perierit. At utilitas quanta sit futura pronunciare non est meum, quòd nec in opere suo quisquam uel incorruptus est iudex, uel non suspectus: & euentum rei situm in fortunæ manu potestateque prædicere nemo potest, nec ego promittere. Viuet, & legetur, & placebit, & proderit opus, si fauerit genius: sin aduersetur, concidet ac interibit. Multa grata sunt & utilia tãtum ea causa, quòd sic libuit fortunæ. Illud modo precari possum, si quid optando proficitur, tam utile ut sentiant opus legentes, quàm mihi graue & molestum fuit scribenti. Itaque primum illud amissimus, secundum incertum est, tertium non profecto certius de gratia, unde nomẽ gloria que ad scriptorem redit. Primum non ignoro quantum famæ admirationisque operi etiam optimo detrahatur, quum in alium scribitur: id est ædificatur in aliena superficie, & uelut scribẽdi argumentum ab alio est suppeditatum: nisi forsan in sacras literas aliquid commenteris propter sanctam maiestatem earum, aut in Aristotelem propter receptam scholis omnibus autoritatem. Accedit huc quod multi quibus omnia quæ negligunt, aut non capiunt, in grammaticam uertũtur, quamlibet in hoc libro sacra & philosophica & recondita tractauerimus, grammaticam dicent, ideo præcipue, quòd historias narrauimus, & fabulas, idem de ipso Augustini opere dicturi, nisi pudor impediret, & reuerentia nominis tam omnibus sacri & admirandi. Alij hoc hoc totum nec usum, nec iudicatum qualicunque censeatur nomine, reijcient, & damnabũt: ut proxime quidam Theologiæ licentiatus, quum audisset me in libros De ciuitate dei scribere, magno fastidio operam meam tanquam inutilem prorsus uanamq; aspernatus est. Et quid, inquit, opus est libris illis illustratore plus satis ex se perspicuis & claris? O te felicem quisquis es, cui tam aperti facilesque sunt hi De ciuitate dei libri. Cæterum mirari, qui audiebãt uel ingenium hominis, uel eruditionem, uel certe impudentiam. Nam imperitissime loquebatur, & rerum omnium ueterum erat omnino expers ac rudis, rogauitq; ex his, qui audierant, unus cur sic censeret, quum essent tot historiæ, tot fabulæ, tot philosophica, tot geographica, tot mathematica. Quid, inquit, illa ad theologum? Deinde sint, a uel b, non sum sollicitus. hoc illud est, istis nec Cicero, nec Vergilius, nec Plinius, nec alij similes interprete indigent: quum eorum nihil interfit, quis fuerit Scipio, quis Cæsar, quis Pompeius, quis Cato, quæ aut ubi Carthago, Babylonia: herba ne an saxum malua, aut beta: Lapis, an lignum magnes, uel adamas: Animal, an metallum Tigris uel Miluus: Sit ne qui ardeat mons Aetna, an Alpes: ardeat ne sulphure accenso an harena? Quid dixerit, quid senserit Plato, quid atomi Democriti conficiant: quid similares partes sint Anaxagoræ, aut dissimilares: quid Pythagoræ transmigratio. Isti ad hæc omnia linea sunt alba, sicut dici solet, in lapide albo. Tantum illa curanda & expendenda ducunt: an deus possit supposititare hãc pennam, qua scribo: an iubere possit odium sui: Possit ne dispensare Pontifex super uoto profectionis Romanæ, aut Hierosolymitanæ: An pecunia sacerdotij pensionem redimere sit simonia. Verum enimuero isti censeant quomodo uoluerint cuiq; de opere. Nec eis scribo, nec eos curo mea legere: nec eorum iudicium censuramque naucifacio, nec eis placere studeo, & doctius putabo me scripsisse, si displicuero. At illud magnopere dolendum est insidere sæpenumero ingenijs doctorum quidem, sed non perinde bonorum hominum perniciosum inuidẽtiæ uirus, qua bona opera incessant, lacerent, proscindant, aut perdere conentur profitura, aut allatura lucem obscurare. Hinc odium, & ex odio rabiosa maledicentia, & impotentis animi uerba, & rixæ, & iurgia, & calumniæ. Hinc sæpe desperatio & desponsio meliorum ingeniorum, quum pertæsa rem sic amaram & inamabilem ab omni scribendi & iuuandæ posteritatis ratione auertuntur, plerũque & ab studijs etiam: quod tantum abest, ut inuida ingenia fieri doleant, ut se ex hoc fructum capere singularem existiment, ac laboris sui præmium: finem uero quem destinarant, si consequantur, ut cessent omnes, nemo beneaciat. Quod Terentius, ut alios uitæ humanæ mores, sic & istum prudenter expressit, quum maleuolum & inuidentem poetam omnibus contendisse uiribus ait, ab scribendo uti deterreret, & in ocium transderet. Neque uero id ego dixerim, quod ægre feram me, uel admoneri, uel etiã reprehendi. dij meliorem mentem, imò debere me multum profitebor potiora suggerenti, & reprehendenti docte. Nam & meipsum non pigebit mutare sententiam, si uel studium uel ætas alia docuerit meliora. Cæterum permolestũ est, atq; intolerandum pronunciari semel de toto opere, damnariq; ceu imperitum aut futile, quũ nec legeris, nec forsan si legeris, inueneris usq; adeo multa, quæ cõuellas: uel ipse si tantundem præstare tentes, uel non uraleas, uel surdes satis. Aut si unum, aut ad summũ alterũ deprehendas erratũ, propter illa opus tantũ tamq; uarium reijcias uniuersum, & cõtemnas: uelut si egregio insperso reprehẽdas corpore neuos, ut Horatius inquit. In summa, quando quidẽ hominum linguas nec habeo in manu mea, & liberas decet esse in liberis studijs, non deprecor quo minus sentiat, loquaturq; de opere quisq; pro libito. Si enim malũ est opus, irasci ob ueritatẽ nõ debeo: sin bonũ, eos qui maledixerint, sua inuidentia exedet tanq; uenenũ: in quo uno iustissima est inuidia ipsa cæteris in rebus iniquissima. Hoc solũ etiam atq; etiam rogo, & obsecro: ut si quis à me dissenserit, uolueritq; id scriptis testari, meminerit modestiæ,

& ſine conuitijs aſperiſq; morſibus me, quod igno A
rauerim, doceat. Nam ut conuitia & grauem fortaſsis obiurgationem mereatur liber, non meretur inſtitutum & conatus animi mei: ita eadem opera fieſ, ut ego cum alijs fructum eruditionis illius percipiam, agnoſcamq; permagnum beneficium, atq; habeam gratiam immortalem: & ipſe melior magiſter tum ſe profuiſſe intelligat, tum doctrinæ ſuæ nulla immodeſtia, quę peior eſt quàm inſcitia, corruptæ & inquinatæ laudem ampliſsimam auferat. Neq; abſit ab ſtudijs humanitatis humanitas, ſeruetur q; illa tranquillitas animorum, qua ſuper res omnes alias Muſæ gaudẽt. Et incipiamus morem hunc tollere, quem inuidæ omnibus furiæ in præſtantia ſtudia immiſerunt, impetendi & lacerandi eum, quem coniunctiſsimum nobis chariſsimũq; B
debebat reddidiſſe communio ſtudiorum, ac earũdem muſarum cultura, ut præteream baptiſmum & charitatem Chriſti: quandoquidem hæc iam olim ſurdis auribus inania ſunt nomina, & ægris oculis uanæ ſine corporibus umbræ: colamusq; literas ut nos delectent, ut iuuent, non ut in certamen acerbum committant, & tela uel eruditionis, uel ſtili ſubminiſtrent, quibus prauos affectus noſtros explentes feriamus ſauciemusq; inimicum. Sed de his rebus erit tempus, quum locum inueniam dicẽdi aptiorem. Nunc mihi, ut ad quod cœperam reuertar, tota ſpes in ijs eſt, qui candido, qui integro pectore ad lectionem horum librorum accedent, ſiue docti ſint ſiue indocti. Denique ita me conſolor, ſi ab hominibus nulla redeat ad nos gratia, non C
deerunt, quibus adductus impulſusq; hãc me operam nauaſſe nunquam pœniteat. Nam & obſecutum eſſe Eraſmo meo, tam me iuuat, quàm nefas fuiſſet, quod imponeret onus recuſare, qui in me & hominis arcta mecum amicitia coniunctiſsimi & præceptoris optime meriti ius ac poteſtatem habet. Tum interea dum hæc ſum meditatus honeſtiſsimo me exercitamento occupaſſe, & animum mentemq; crebris cogitatis honeſtate ac ſanctitate refertiſsimis imbuiſſe, quæ promptiorem me atque expeditiorem ad bene & Chriſtiane uiuẽdum reddant. Hæc una, ſi cætera deſint uniuerſa, abunde ampla & magnifica merces eſt. Poſtremo ut aliud nihil reputem, niſi me uoluiſſe Auguſtino, & proinde Chriſto aliquid ſtudiorum meorum ſacra D
re, præclare mecũ actum exiſtimare debeo. Quippe qui etiam frigidæ poculum propter ſe ſuumq; nomen præbitum irremuneratum ſe non præteri-
Proteſtatio turum pollicitus eſt: huic quoque meæ uoluntati quam unam ille curat, gratiam referet: præſertim quum ipſe labores omnes meos ita demum ratos mihi eſſe uelim, ſi Chriſto eiusq; caſtiſsimæ & integerrimæ ſponſæ eccleſiæ approbentur.

DE VETERIBVS INTERPRETIBVS HVIVS operis.

NARRAVIT hodie mihi amicus quidam meus, inter colloquendum cum nonnullis fratribus Dominicani ordinis atque inſtituti incidiſſe ſe in ſermonem de his meis commẽtarijs: illos reſpondiſſe inanem me operam atque induſtriam ludere ac potuiſſe huius temporis compendium facere, quum in libros Auguſtini De ciuitate dei ſcripſerunt prædicatorij quidam fratres ad miraculum eruditè, dextrè, exactè, feliciter, nihil ſupra. Quæ ſic habent, nimis profecto confidens fui, qui me hac ingenij & eruditionis tenuitate ſcripta uſque adeo miranda ſuperare poſſe ſperarim: & demens, qui tantam lucem mea facula obſcurari poſſe crediderim: & ſtultus, ut non illis ſim uſus potius, ſicut Valerij Probi, Seruij, aut Donati commentarijs. & male feriatus ut ultro tanti tẽporis fecerim iacturam actum agendo, quod aiunt: & Eraſmus ipſe imprudens, qui nouos commentarios mandarit ſcribendos, ubi tales eſſent uetereș: & doctiſsimus quiſque ineptiſsimus huic noſtræ operæ uotis fauendo, ſcilicet, ut illi fratres putant, ſuperuacaneæ. quos ego fratres deierare auſim, ne literam quidem in illis commentarijs legiſſe, titulos uidiſſe ſolummodo: aut ſi legerunt, & probant, planè ſimiles ſunt ipſi commentatorum. Vt nunquam fuit animus refellere tam apertam inſcitiam, tam inſipidas expoſitorum ineptias, non collegi locos aliquot in primis ridiculos, & imperitos: ex quibus de opere toto qui non legiſſent, poſſent iudicium facere. nec profecto fuit neceſſe. Nam in ſeculo iam tot literis diſciplinisque excultiſsimo rariſsimi ſunt, qui quencunque in illis commentarijs legerint locum, non ſtatim qualis ſit tota maſſa ex quãlibet paruo exemplo poſſint iudicare. Itaque ad doctos homines magna ſanè ac iniucunda ſum moleſtia liberatus ſtultitijs illis patefaciendis. Nihil enim eſt neque grauius, neque inſuauius, quàm ſtulta refutare prudenter. Quæ ſi tantum indices, pro ſtultis reijcientur: ſin operam in eorum natura declaranda inſumas, non tam contemnenda reddas, quàm minus apud quoſdam facias ſtulta. Nec deſunt ex hominibus eiuſdem ordinis, qui cenſere poſſint: & haud dubie cenſent quàm uilia, & deſpicienda ſint ſcripta illa non modo Auguſtino, ſed ne Theodolo, uel Faceto, uel Floreto digna: tamẽ quia id non illi ſolum, qui totã meam operam ceu inanem damnarũt: ſed alij permulti nõ credũt, tantum quia illi fratres prædicatores nuncupantur, uolo iſtis rationem approbare laboris mei, ſi modo approbari ſinant, aut approbationẽ intelligant: quorum ego aliquos credo tales eſſe, ut illis nihil inter dictionem Ciceronis & Catholicontis interſit: aut inter hiſtoriam Liuij, & Vincentij, uel inter cognitionem

tant nimirũ & offerunt ſe, atq; adeo ingerunt ocu- A
lis omniũ uolentium intueri, quæ nec in opere ipſo ſum conſectatus. Tum ne faſtidio lectori eſſem tanta prolixitate, tum quòd ineptiora ſunt, ẽſi ut in eis refellendis aliquid collocari operæ debuerit. Quiſquis mihi fidẽ nõ habet, legat ipſe & uel iudicet, ſi eſt doctus, uel à doctioribus ſententiã exquirat, illiſq; aſſentiatur. Quod ſi quis eſt, qui hæc unice forſan ac tenere cõplectitur, & amat: habet non ſolum hos cõmentarios, ſed etiã Huguitionẽ, Papiam, Græciſtam, Io. de Garlandia, Catholicon, illis ſe omnibus oblectet, quod ſit ei bonũ proſperumq;, & in eorũ cõplexu hæreat. At Thomæ Valois & Nicolao Triuet prodijt uelut ſucceſſuriatus Iacobus Paſſauantius, quẽ nomen ipſum indicat B
fuiſſe ſcurram aliquem feſtiuum, qui ſodalitium totum oblectabat: cui ut credo, per iocũ luſumq; nomen Paſſauanti eſt à reliquis fratribus inditum. Loquendum eſt de Tertulliano, nihil mihi occurrit, reſeruetur cũ alijs: de Valerio Sorano, nihil mihi modo occurrit, reſeruetur cũ alijs: de Xenophane & Anaxagora, de Lactãtio, reſeruet cũ alijs. Quid malũ ſunt iſta alia: ubi reſeruas: in quẽ uſum: quid quòd nec legerat expoſitores ipſos, quibus dicit ſe ſua addere, ut li. III. ca. XII. ſic ſcribit. in hoc ca. XII. facit Aug. mentionẽ de dea Febre, de qua dicit expoſitor, quòd fuit mater Aeſculapij, quòd eſt dea inferni, & quòd Numa rex ſacrauit deæ Febri menſem Februariũ. Atqui nunq; id expoſitor ſcripſit, niſi forſan res tam ſtulta ex codicibus ſit ab a- C
lijs fratribus, qui eam deprehenderãt, eraſa: ſed uidelicet ſuper cœnã frater aliquis Paſſauantio narrauerat id expoſitorẽ dicere. Cæterum quo reprobet modo, audiamus. Quod non uidetur bene dictum, inquit, ſalua ſit gratia. Nam ſicut infra dicetur, Aeſculapius fingitur fuiſſe filius Phœbi & Coronidis: ſicut uult Ouidius II. meta. Nec unquã legitur, quòd Phœbus cũ Febre cõuenerit, uel quòd ex ea filiũ genuerit. Tum incipit philoſophari, & coniecturas quærere. Nec cõuenienter, inquit, fingitur Aeſculapius filius Febris, quũ ipſe poſt modum ſit habitus deus medicinæ quæ habet Febrẽ expellere. Iam ne omnino deſit quod alij poſſint pro ſe reſpondere, addit: niſi dicatur ita crudelis filius, quod matrẽ perſequatur ubiq;, & omni ſede expellat. Ioculares ſunt additiones iſtæ, ad riſum D
fratribus mouendum paratæ. Iſtis omnibus accedit Franciſcus de Maronis non quiuis doctor, ſed illuminatus, & ueritates colligit, quaſi cætera eſſent falſa. Sed hic non magis ad hoc opus ſpectat, q; ad cætera Auguſtini: ex quis omnibus ita uidetur ueritates ſelegiſſe, ac ſepoſuiſſe, ut Vergil. gemmas è ſtercoribus Ennij. Quod ſi alieni à noſtra religione Auguſtini opera ſumãt in manibus, illius ſcilicet illuminatis ueritatibus illuminata, quid eis ueniet in mentẽ de huiuſmodi ueritatibus: quid ſuſpicabuntur, quid credent? Nimirũ eſſe cætera uel parũ uera, uel Eccleſiæ ſuſpecta: illa tantummodo teneri, & aſſeri à nobis ceu firma & indubitata, ut quę illuminatus doctor indicarit: in quibus tamen rixoſa multa, alia ambigua, etiã falſa complura in-

ueniat. Nam ſi omnia Auguſtini ſunt æque uera, quid mihi cũ tuis ueritatibus, in quarum pleriſq; nihil Auguſtini dictis addis, quũ uero addis, ſophiſticaris: & non tu Auguſtini ueritatẽ ſequeris, ſed illũ cũ ueritate obtorto collo, quò ipſe uis, torqueș, nempe ad factionẽ Scoticam, ut contra Thomã locutus uideatur: & conaris ipſum putari dicere, quę ne cogitauit quidem ullus ætatis illius. Iam nõ minus ex hiſtoria & fabulis ueritates, quàm ex rei ius theologicis colligis. Quæ glacies eſt, quum Auguſtinus narrat Ninum Aſſyrijs imperaſſe primũ, te ilico ceu ueritatum plaſtem cum formulis tuis ad fingendam ex hoc ueritatem accurrere, ceu non aliter futura ueritate? Veritas, inquis. Ninus fuit rex Aſſyriorum primus. cur quod paulo ante legitur non eſt etiam ueritas? cur non quod paulo poſt? Et unum exemplum adduxi pro multis millibus. Iam quale eſt te figulum ueritatum, modo alijs incerta, & in primis controuerſa admiſcere: ut quum contra Aquinatæos diſputas, quo nihil facis nec libentius, nec proinde crebrius: modo etiam tibi incerta, ut uerbi gratia, quum Holofernem illum ex libro Iudith dicis fuiſſe Cyrum Aſſueri & Heſter filium: de quo ueritatibus aliquot poſt eam ambigis: modo etiam uel pueris falſa, ut de hoc ipſo quod Darius ſit filius Aſſueri & Heſter, tum quod tertij libri Eſdræ Auguſtinus non meminerit, quũ citet ex eo quæſtionẽ illam de re quæ fortitudine cæteris ante ſtaret: etiam eodem capite, quo tu id dicis libro XVIII. ita ueritates C
tuas non ex una ſimplici ueritate uideris effingere, ſed partim ex ueris, partim ex incertis, partim litigioſis, partim falſis: ut ſtatua illa, quam per quietem Nabocodroſorus uidit, ex auro argento, calybe, ferro, & argilla erat conflata. Sed ſint ſanè ueritates iſtæ, quantũ alijs libuerit, nihil impedio: & legantur ab his, qui eiuſmodi amant. Ego uero quę ipſe ad uerbum ex Auguſtino refert, Auguſtini eſſe puto: cætera quæ de ſuo addit, non peculiariſus ad Auguſtinũ pertinere quàm quæ à ſummulariſs aut ſententiarijs authoribus de ſimilibus conſcribuntur rebus propè infinita. Hæc paucula de interpretibus huius operis dixiſſe me aſſumam & feſtinantem ad alia ſit ſatis, tantum ad bona ingenia commonefaciẽda non me omnino in his libris actum egiſſe.

Qui nam hominum fuerint Gothi, & quomodo Romam ceperint.

QVum Auguſtinus ex Romana captiuitate occaſionem ſumpſerit ſcribendi De ciuitate dei, ut ijs reſponderet, qui eam cladem Chriſtianæ religioni imputabant, operæ precium erit altius narratione repetita explicare, qui nam hominum fuerint Gothi, quomodo in Italiam uenerint, urbemq; ceperint. Primum omnium ferè uideo cõſtare, quos poſterior ætas Gothos, priorẽ Getas nuncupaſſe: ut illa pauca ex priſcis uocabulis nõ corrupit. Sic Rutilus & Claudianus poetæ, quum de Gothis loquuntur, Getas ſemper eos nominant. Oroſius itidem in hiſtoria: Getæ, inquit, qui & nunc Gothi, quos

quos Alexãder euitandos pronunciauit, Pyrrhus exhorruit, Cęsar aũt declinauit, relictis uacuęq; factis sedibus, ac totis uiribus tuti Romanas ingressi prouincias. Hieronymus in Genesim, Gothos ab eruditis antiquis Getas nominatos esse testat. *Gothorum sedes* Getæ uero sunt qui circa Istrum fluuiũ habitant: ut authores sunt Strabo, Mela, Plin. & alij, lateq; regionem possident incultã magna parte, & rigoribus immitẽ: tenentq; ulteriora Istri ad Scythiam, & citeriora ad Thraciã, ubi Tomus Ouidij uatis exilio clara, qui se apud Getas agere non semel in Tristibus & Ponto scribit, tum & mediterranea occupãt Germaniam uersus & Istri fontem: quos Strabo libro VII. Dacos & olim Dauos nominatos esse ait, quum uiciniores Ponto dicerentur à Græcis Getæ, eundemq; utriusq; populis sermonẽ esse. Quanquam Plinius nõ aliud inter hos populos uidetur significare discrimen esse, quàm quod Getæ Græcis sunt, qui Romanis Daci. Sed nos Strabonẽ hoc sequemur loco, Getę barbara & fera gens est, uiribus atq; animo immani mortisq; contemptore, quod persuasum habeant redire animas: sicut Mela scribit: aut si non redeant, non tamen extingui, & in meliores sedes immigrare: quod si neutrũ contingat, præstare certe uitæ mortem. Fama est posterioribus deinde temporibus Getas Ostrogothos esse dictos, Dacos uero Visogothos patrijs nominibus, quòd hi ad Occidentem, ad Orientem illi magis spectarent. Confunduntur tamen plerunq; hæ cognominationes à rerum scriptoribus: non modo recentioribus, sed etiam antiquis. Hanc gentem tradunt iam olim florente quum plurimum Romana re, impetum in prouinciam Po. Rom. Mithridatico fecisse bello: *Gothorum bella* quos Lucullus, qui in Asia magno cũ exercitu imperator res gerebat, è Mysia cũ clade exegit. Post uero Bœrebista duce, quum ab eo ad labores militaremq; disciplinam essent assuefacti, egressos regionem suam multas sibi gentes subegisse, Istroq; cum maxima traiecto manu Thraciam, Macedoniam, & Illyrium late depopulatos, ingentem fecisse Romanis terrorẽ. Interimq; dum in eos Romanorum arma expediuntur Bœrebista fato concessit. Augustus legiones ferè decẽ in illos misit, eorumq; opes usq; adeo attriuit, ut ex. CC. milibus militum ad quadraginta millia copias eorum redegerit: ac partũ abfuerit, quin gentem totã imperio subderet Romano. Aliquot annis pòst fines Romanos ingressi, Oppium Sabinum consularem uirum cum exercitu cæciderunt, qui à Cornelio Fusco, Domitiano principe post uaria prælia tãdem compressi sunt. Traianus imperator multum cum eis magnaq; cũ gloria belligerauit. Antonius Caracalla per occasionem nihil tale suspicantes uehementer afflixit. Gordiani uero temporibus in Romanos fines frequentiss. se effundebant, quos minor Gordianus facili opera excedere prouincia coegit. Ferox & inquieta gens, suisq; sedibus male cõtenta, subinde causas alienas inuadendi quærebat. Itaq; Philippo Vostrẽsi imperatore, qui primus ex Romanis principibus Christianam pietatem est professus, multis cædibus populatiõibusq; editis amplius trecenta ferè uirorũ millia in proximas sibi Thraciã Mysiamq; irruerũt. Ad quos expellendos missus Decius rem parũ plerũq; prospere tentatam & ipse infectã reliquit, quã succedẽs Philippo in principatu dissimulauit. Gallus deinde pater & Volusianus filius certis cõditionibus sibi iniquis pacẽ cum illis fecerunt: quã Gothi nõ admodum diuturnã seruarũt ignauia & socordia Galieni principis freti. Non iam Thraciã Mysiamq;, sed Asiam ipsam minorẽ sunt tẽtare adorti. Bithyniam uexatã spoliauerunt, reuersiq; in Europam, Thraciã, Macedoniãq; peruastarũt. Quibus in Achaiã uenientibus Macrinus se obiecit, coscq; uicit, ac fugauit, persequutus, quousq; illos intra fines suos cõpulit, quibus tamẽ se nõ diu cõtinuere, quanq; egressi in strenuiss. principẽ incidẽrũt, uirũ nec minoris fœlicitatis q; uirtutis si uita modo cõtigisset in principatu diuturnior. Claudius fuit is qui CCC. millia eorũ partim deleuit, partim cepit. Infinitã fuisse gentis huius multitudinẽ oportuit. Non em̃ multos post annos Aureliano imperiũ tenente, ad arma redierũt, primoq; prælio sunt ad Danubiũ superati. Flauius Constant. tãta illos cæde affecit, ut cogeret tandem multos per annos quietos esse. Ita em̃ isti pugnabãt, ut magno hostiũ malo uincerẽt, nõ minore suo uincerent. Atq; hęc quidẽ gesserunt Gothi q; diu certas ipsi habuerũt sedes. Valẽte principe Hunni, qui & ipsi sunt Scythæ, sed immitiores rudioresq; humani cõmercij, *Gothi ab Hunnis sedibus pelluntur* in Rhyphæos mõtes inclinatiores, inter Tanaim Massagetasq; cõclusi, Gothos regione, quã incolerẽt, per uim eiecere. Quę tametsi rigoris intẽperie parũ humanis erat usibus cõmoda, tamẽ Hunni salubrimã suauissimamq; omniũ existimabãt, homines extra solis uias cursusq; nati & educati. Hic iam Gothi sedibus, domibus, laribus, penatibusq; exuti, qui ultro alienos erãt soliti fines inuadere, coacti sunt uel mortẽ fortiter oppetere, uel in alieni soli possessionẽ, quum ipsi nullum iam haberent, hærere. Sunt qui non Getas illos quos Ostrogothos diximus, uenisse in agrũ populi Romani perhibeant, sed Visogothos fortuna sociorũ conterritos deliberasse de mutãdis sedibus, ueritos ne eadem essent passuri, quæ Ostrogothi, extendenti bus se uelut marino æstu Hũnicis armis, uicinasq; regiones delentibus. Hæc res Visogothos in eam sententiam impulit, ut legatos ad Valentem Romanum imperatorem mitterent, qui gentis nomine Mysiam citra Danubium flumen sibi incolendam peterẽt, spondentes communi nomine, se omnes Christianam pietatem accepturos: futurosq; bonos, fidelesq; Romanorũ stipendiarios, armis suis opibusq; fines illos Pop. Romani ab incursibus reliquorum Scytharum sedulo defensuros. Quibus conditionibus adductus Valens Lupicinum & Maximum uelut duumuiros agris diuidendis ad eos misit, qui sedes Visogothis distribuerent. Hi quum auare crudeliterq; haberent gentem, primum ferre Gothi, & dissimulare iniuriam, ne primo statim alienę regionis ingressu res noua-

nouarent, existimãtes, quũ exatiati suis opibus duces essent, facturos fœuiendi & rapiẽdi finem. Sed illi dum maligne commeatus partiuntur, & cũrãt, famem intolerabilem effecerunt, quæ & ipsis ducibus & Ro. principi exitio fuit. Gothi enim cum fame iam se uelut beluas uiderẽt peti, correptis tumultuosissime armis Romanos duces cum præsidijs atrociter cædunt, & ita armati totam Mysiam peruagantur, inq; proximam transcendunt Thraciam, quam sibi uectigalem reddiderunt. Hic illis occurrit Valens, pugnatumq; est acriter, fusis fugatisq; Romanis, magna in eis facta strage. Saucius Imp. in hostiũ potestatẽ uiuus uenit. quẽ illi effe- *Valens imperator uiuus crematur à Gothis.* ratiores post tantum exhaustum sanguinem uiuũ cremauerunt, rectaq; Byzantium petunt: & nullis obuiam factis armis, urbem corona cingũt, quæ ali quandiu opera & consilio Dominicæ Valentis cõiugis obsidionẽ suis opibus tulit cõfirmatis in fidẽ principis ciuiũ animis magna Dominicæ largitione. Post Valentiniani Valentis fratris uirtute soluta obsidione, retro abierunt. Valentinianus Theodosium Hispanũ uirũ accitũ ex Hispania adoptauit, participemq; fecit imperij. Hic Gothos multis prelijs fregit, cõtuditq;, & supplices pacẽ coegit petere: quam quũ dedisset, rexq; eorũq; Athalaricus Byzantiũ ad Theodosium ægrũ uisendum uenisset, rex in morbum lapsus aliquot postea mẽsibus moritur. Gothi toto imperij Theodosii tẽpore sub Romano imperatore militarũt: nec regem habuerunt aliũ, nec ducem, nisi quem Romanus dedisset imperator. Inter hæc Theodosius, Mediolani princeps sine cõtrouersia & bello et pace optimus moritur, Basso & Philippo coss. relictis Archadio & Honorio filijs, & Placidia filia. Archadium Byzantio & illi oriẽtali præfecit imperio, Honorium occidentali Romanæq; urbi. Et quia iuuenes admodum erant, tutores educatoresq; testamento assignauit: illi Ruffinũ, huic Stiliconem, uafrum utrũq; & sceleratũ hominẽ, cuiusmodi ingenia facillime in intimas se solent aulas insinuare. Hi principum ætate iniuriæ obnoxia ad suas ambo augendas opes magnamq; sibi & immodicam parandam potentiam abutentes, nõ iam de priuata aliqua magnitudine cogitare, sed ad principale ipsum fastigiũ animos nefarijs cogitationibus adiecerant. Ruffinus sibi, Stilico filio imperium affectabat. Quum hęc uterq; cõsilia agitaret, bello opus erat ad eas res perficiẽdas, ut tẽpestate turbatis rebus quũ minus eorũ desideria deprehenderenẽ, tum uero perficerenẽ facilius perculsis principũ animis bellorũ terroribus, nihil nõ cõcedentibus proximis sibi uiris, & qui rerũ omniũ administrationib. præessent. Nã in pace uelut sereno & trãquillo cœlo & cognosci tenebras suorũ animorũ, et puniri consulentib. perociũ principib. posse nõ ignorabãt. Quocirca Gothos gentẽ ad res nouas tumultusq; bellicos excitẽdos aptissimã spe ingentis prædæ uterq; sollicitat, ut suo principi bellũ faciat. Gothi occasionẽ adesse rati, uel rei alicuius bene gerẽdę, uel certe intentato bello domũ cũ haud parua redeundi præda, ar- *Balthorum familia.* ma induunt, regeq; de suo corpore ex Balthorum illustri familia Halarico creato, fines suos magno uicinorum terrore egrediũtur. Huic se paulo post Rhadagasus cum ducentorum Gothorũ millibus coniungit: quumq; nulla satis terra multitudini alendæ esset, castra duces diuidunt: diuersisq; profecti uijs per Pannoniam, Illyricũ, Noricumq;, incensis uastatisq; obuijs rebus omnibus in Italiã uenerunt. Ruffinus quũ imprudentius cogitata exequeretur, ad Thessalonicã à militib. occisus est. Stilico astutius cõsilia celabat. & Rhadagasus quidẽ per Etruriam ad urbem cũ agmine ueniebat, longe lateq; quacunq; iret fugam terrorẽq; ostendens. Trepida Romana ciuitas mercenarios duces uenienti opponit. Rhadagasus incõsultius exercitu castrisq; dispositis in loca se iniqua precipitauit. Commeatibus ademptis multitudinẽ suam fame cõfecit. Ipse comploratis rebus dum fugam per occulta cum paucis tentat, à Romanis militibus interceptus necatusq; est, Gothorum multitudine uilissimis precijs diuendita. Secũdum hanc Gothorum cladem Halaricus in Italiam uenit, maioribus adhuc miscens omnia terroribus, q; fecerat Rhadagasus. Ad cuius rei nuncium, Stilico qui Byzantij erat, premissa copiarũ parte, quę extremũ Gothorum agmen carpendo ab strage aliqua magna agrorumq; uastatione hostem deterreret. Ipse per oram superi maris cum uiribus peditatus equitatusq; ad hostes peruenit, uterq; exercitus castra prope Rauennam cõtulit: Gothi Pollentiam uiam obtinebãt, numero quidem potiores, sed arte & disciplina militari nequaquã cum exercitu Romano cõparandi. Stilico bellico astu plerunq; Gothos superauit, cõpulitq; in arctũ quendam locum, ubi sedens conficere posset bellum, si uoluisset: uerum cum exercitu esse decreuerat, quousq; populares sui Vandali in Galliam uenissent. Pro indubio enim habebat eam fore certam occasionẽ imperij Eucherio filio parandi. Ita leuibus aliquot certaminibus hostẽ lacessendo tempus trahebat, quod Halaricus quum per occultos meatus olfecisset, ad Honoriũ detulit. Eoq; uelut munere quũ placatiore sibi Honorio se usurum existimaret, per eosdem legatos quos ad detegendum Honorio scelus Stilicontis miserat, Galliæ partẽ suæ multitudini petijt: Victuros se legib. Romanis, nec paruo futuros usui imperio, bellisq; Romanis, nullisq; prouincialib. uel fide uel obsequio erga Romanos cessuros. Imperator ancipiti malo cõcussus in partẽ ditionis Gothos recipere, q; Stiliconis perfidia sibi suisq; exitiũ parare maluit. Neq; enim primus detulerat ad Honorium Halaricus, quod Stilico coqueret scelus. Nec tamen tutũ putabat quouis tempore uirum tollere ex duabus uxoribus sibi socerum, & opibus supra priuatum fastigium pollentem, potentẽq;. Simul igitur cum legatis Gothorum literas ad Stiliconem mittit, ut primo quoque tempore Gothos in Galliam uenire permittat. Nuncius hic fuit Stiliconi asper & importunus: quippe & se fraudari tanta spe uidebat, & sua consulta palàm fieri suspicabatur. Hæ-

sit aliquandiu acer & ferox animus, tandem quod tutius erat secutus, pariturum se iussis principis sui respondit. Sed ne res in totum è manibus elaberetur, Saulum quendã cum Iudaicis copijs subornat, qui Gothorum uestigijs proxime insistẽs, cæsis per occasionẽ aliquot millibus irritabilem populum ad fœdus rumpendũ impellat. Saulus dominico die, quo ex uetere nostrę religionis instituto feriamur, quum toti rebus sacris intenti Gothi essent, impetũ in eos facit, primoq; tumultu aliquot ex eis sternit. territi Gothi subito quantũ in trepidatione rerum fieri poterat, num ad arma concurrendũ esset, consultant. Venerat enim in religionem festo seruatoris die arma tractare, humanum sanguinẽ fundere, cędes hominũ facere. Sed quum Iudæi modũ occidendi trucidandiq; non ponerẽt, sibi quisq; cõ B silium cœpit nõ expectato cõmuni, ut arma sui tuẽdi gratia indueret. Quumq; iam frequentes armati cõuenissent, Halaricus pro tempore instructa acie imbelle genus hominum facile sistit. Hinc connixi aliquantum Gothi Iudæos fundunt, fugãtq;: Et quæsti coactos se à uiolatoribus humani iuris diuinum ius polluere ac cõtaminare, Christum ipsum inuocantes, per cuius iuratum numen fœdus esset utrinq; sancitũ, cuiusq; ferias cõtra suam uoluntatem cruore, cædibus, strage fœdassent, ira incensi, per mediã Italiam ad urbem ferre signa pergũt. Di miserat Stilico nonnullos milites tanquam sine bello inutiles, quos ad præsentẽ terrorem coactus est ab imperatore repetere, simul cũ supplemẽto copiarum, ut maximis utribus Gothorũ conatibus obuiã C iretur. Honorius patefactis Stiliconis consilijs, magnam militũ manum ad eum mittit, dato ducibus occulte negocio, ut opportuno rei agendæ tempore captato, Stiliconem cum filio obtruncẽt. Illi cõ- *Stilico interficitur* municato inter se consilio, dieq; destinato, quo imperatã principis strenue peragerent, diuersi Stilichonem ac filium adorti, & eos ipsos, & ex necessarijs aliquot, qui uim parabant, Romæ in foro Pacis interficiunt. Imprudens tamen & ignauus princeps, duce sublato, in eius locũ neminem surrogauit, credo ne ullus parẽ nactus potentiã, similia moliretur. Ita exercitus sine præcipuo aliquo duce miserè à Gothis fusus, per multas clades terrorem Gothici nominis ingẽtem imbibit. Gothi superiores facti, ad urbẽ Romã signa infesta ducũt, eamq; obsidio- D ne diu pressam, capiunt, diripiunt maiori tumultu atq; expilatione rerũ, q̃ cædibus aut stupris, alijsq; tetris ac fœdis facinoribus, quæ urbibus expugnatis cõmitti per insolentiam militũ solent. *Halarici edicta* Halaricus enim urbẽ ingressurus, duo in castris edicta proposuerat. Alterũ à cæde & uiolatione hominum abstinerent, sibi eiusmodi res displicituras. Alterum, ut capitale esset, si quis eum qui ad templa principũ Apostolorum confugisset læderet, aut ipsa templa *Roma capta* uiolaret. Capta est à Gothis Roma, anno post eandem conditam. M. C. L X I I I I. Cal. April. Flauio et Varrone coss. Quo pacto sit capta, parum explicant rerum scriptores. Baptista Egnatius se modũ A eius rei dicit ex Procopio Græco afferre, miratq; interpretem uel eum locum scientẽ prudentemq; transilijsse: uel si in mutilum incidit codicem, parũ animaduertisse, quid deesset. Procopium Græcum nondum uidi: fides erit penes Egnatium, hominẽ diligentem ac bene doctum, quantũ ex scriptis iudicare possum. Scribit ergo: Obsederat Romã Halaricus iam biennio, nec Honorius, qui Rauennæ desidebat, aut ferre suppetias poterat, aut audebat. Nam quum nihil minus q̃ de urbis salute solicitus esset, Stilicone interfecto, ducẽ exercitui minime præfecerat, qui rem aduersus Gothos administraret. Vnde Gothis obsidendæ urbis cogitatio, Romano milite aut dilapso, aut segniter rem agente. Verum eam frustra obsessam, cum expugnare uinõ possent, ad dolum hostis barbarus uertitur. Profectionẽ in patriã simulat, trecentosq; iuuenes corporis et animi ui præstantes deligit, quos Romanis principibus dono det, instructos prius, ut omni obsequio dominos suos promereri studeãt: & ad certam diem circa meridiem, quũ Romani principes somno uel ocio uacarent, ad Asinariã portam aduolent: interfectisq; improuiso insultu custodibus, portã sibi præsto futuris aperiãt. Interea Gothi quũ reditum alia atq; alia deesse sibi simulantes differrent, trecẽti illi iuuenes occasione egregie usi, portam stato die suis aperiunt, & intromissus Gothus maiore ignominia, q̃ damno urbem omnẽ populatur. Sunt qui Probę illustris fœminæ & opulẽtissimæ opera patefactã Gothis portã existimẽt, quũ plebẽ Romanã passim fame & morbis, pecudum more cadentẽ miserareť. Duo sunt cognitu nõ indigna, unũ edictum ab Halarico fuisse, ut quicũq; in tẽpla diuorum confugerent, præcipue Petri & Pauli, his nulla uis inferretur. quod & summa fide seruatũ. Alterum quod quũ nunciatũ Honorio esset Rauẽnæ, Romã perditã: credidit ille de pugnaci Gallo, cui nomẽ erat Romę, significatũ esse, admiratũq; uehemẽter tam subito periisse eũ, qui cũ pauloante festiuissimè luserat. Hęc Egnatius. Has omnes clades maledicẽtissima & impia gẽs religioni Christianę imputabat, negans futurũ, ut capta unquã esset Roma, si deorũ religiones à maioribus traditasq; posteris tenuissent, quasi uero nõ eandẽ ob causam, quia uiolatũ est ius humanũ, Galli olim uigentibus, ut aiunt, maxime impijs illis insanijs, urbẽ ceperint, & diruerint: ceu nõ multi imperatores Christiani optime rem gesserint, & tanquam non hæc inclinatio imperij & manifestus ad ruinã casus cœperit sub imperatoribus gentilibus, & nõ per eandẽ socordiã, ignauiãq; Honorius amiserit Romam, per quam Galienus Aegyptũ, Asiã, & Galliam, ad quarum perditarũ rumores dictis luserit facetis. Aduersus hos igitur homines sanctæ religionis, etiamsi nulla cõtigisset calamitas, inimicos, & infensos, libros cõscripsit Augustinus duos & uiginti, Ciuitatem dei, hoc est, Christianam religionem aduersus rabiosas atq; impias eorum querelas defendens.

DIVI AVRELII AVGVSTINI

IN LIBROS DE CIVITATE DEI EX IPSIVS AVTORIS RETRACTATIONVM LIBRO SECVNDO ARGVMENTVM.

INTEREA Roma Gothorum irruptione, agẽtium sub rege Alarico, atq; impetu magnæ cladis euersa est: cuius euersionem deorum falsorum, mutorumq; cultores, quos usitato nomine Paganos uocamus, in Christianam religionem referre conantes, solito acerbius, & amarius, deum uerũ blasphemare cœperunt. Vnde ego exardescens zelo domus dei, aduersus eorum blasphemias, uel errores, libros De ciuitate dei scribere instituí. Quod opus per aliquot annos me tenuit, eo quod alia multa intercurrebant, quæ differre non oporteret: & me prius ad soluendum occupabant. Hoc autem De ciuitate dei grande opus, tandem uiginti duobus libris est terminatum: quorum quinq; primi, eos refellunt, qui res humanas ita prosperari uolunt, ut ad hoc multorum deorum cultũ, quos Pagani colere consueuerunt, necessarium esse arbitrentur: & quia prohibentur, mala ista exoriri atq; abundare contendunt. Sequentes autem quinq; aduersus eos loquuntur, qui fatentur hæc mala, nec defuisse unquam, nec defutura mortalibus: & ea nunc magna nunc parua, locis, temporibus, personisq; uariari: sed deorum multorum cultum, quo eis sacrificatur, propter uitam post mortem futuram, esse utilem disputant. His ergo decem libris, duæ istæ uanæ opiniones Christianæ religioni aduersariæ, refelluntur. Sed ne quisquam nos aliena tantum redarguisse, non autem nostra asseruisse, reprehenderet, id agit pars altera operis huius, quæ duodecim libris continetur. Quanquam, ubi opus est, & in prioribus decem, quæ nostra sunt, asseramus, & in duodecim posterioribus redarguamus aduersa. Duodecim ergo librorum sequentium, primi quatuor continent exortum duarum ciuitatum: quarum est una dei, altera huius mũdi. Secũdi quatuor, excursum earum, siue procursum. Tertij uero, qui & postremi, debitos fines. Ita omnes uiginti & duo libri, cũ sint de utraq; ciuitate conscripti, titulum tamẽ à meliore acceperunt, ut De ciuitate dei potius uocarẽtur. In quorũ decimo libro nõ debuit pro miraculo poni in Abrahę sacrificio, flãmam cœlitus factã inter diuisas uictimas cucurrisse: quoniã hoc illi in uisione mõstratum est. In decimo septimo libro, quod dictum est de Samuele, non erat de filijs Aaron: dicendum potius fuit, non erat filius sacerdotis. Filios quippe sacerdotum, defunctis sacerdotibus, succedere magis legitimi moris fuit. Nam in filijs Aaron repetitur pater Samuelis, sed sacerdos non fuit: nec ita in filijs, ut eum ipse genuerit Aaron: sed sicut omnes illius populi dicuntur filij Israel. Hoc opus sic incipit, Gloriosissimam ciuitatem dei &c.

ELENCHVS CAPITVM
PRIMI LIBRI DE CIVITATE DEI
AD MARCELLINVM.

1 De aduersarijs nominis Christi, quibus in uastatiõe urbis propter Christũ Barbari pepercerũt uictis.
2 Quod nulla unquã bella ita gesta sint, ut uictores propter deos eorũ, quos uicerant, parcerent uictis.
3 Quod imprudẽter Romani deos penates, qui Troiã custodire nõ poterãt, sibi crediderint ꝓfuturos.
4 De asylo Iunonis in Troia, quod neminem liberauit à Græcis, & basilicis Apostolorum, quæ omnes ad se confugientes, à Barbaris defenderunt.
5 De generali consuetudine hostium, uictas ciuitates euertentium, quid Cato senserit.
6 Quòd ne Romani quidem ita ullas ceperunt ciuitates, ut in templis earum parcerent uictis.
7 Quòd in euersione urbis, quæ aspere gesta sunt, de consuetudine acciderint belli: quæ uero clementer, de potentia prouenerint nominis Christi.
8 De commodis atq; incommodis, quæ bonis, atq; malis plerunq; communia sunt.
9 De causis correptionum, propter quas, & boni, & mali pariter flagellantur.
10 Quòd sanctis in amissione rerum temporalium nihil depereat.
11 De fine temporalis uitæ, siue longioris, siue breuioris.
12 De sepultura humanorum corporum, quæ Christianis etiam si fuerit negata, nil adimit.
13 Quæ sit ratio sanctorum corporum sepeliendi.
14 De captiuitate sanctorum, quibus nunquam diuina solatia defuerunt.
15 De Marco Regulo, in quo captiuitatis ob religionem etiam sponte tolerandæ extat exemplũ, quod tamen illi deos colenti prodesse non potuit.
16 An stupris, quæ etiam sanctarum forte uirginum est passa captiuitas cõtaminari potuerit uirtus animi, sine uoluntatis assensu.
17 De morte uoluntaria ob metum pœnæ, siue dedecoris.
18 De aliena uiolentiarum libidine, quam in oppresso corpore mens inuita perpetitur.
19 De Lucretia, quæ se ob illatum sibi stuprum, peremit.
20 Nullam esse autoritatem, quæ Christianis in qualibet causa ius uoluntariæ necis attribuat.
21 De interfectionibus hominum, quæ ab homicidij crimine excipiuntur.
22 Quòd nunquam possit mors uoluntaria ad magnitudinem animi pertinere.
23 Quale exemplum sit Catonis, qui se, uictoriam Cæsaris non ferens, interemit.
24 Quòd in ea uirtute, qua Regulus Catone præstantior fuit, multo magis emineant Christiani.
25 Quòd peccatum, non per peccatum debeat declinari.
26 De his quæ fieri non licet, cum à sanctis facta noscuntur, qua ratione facta credenda sint.
27 An propter declinationem peccati, mors spontanea appetenda sit.
28 Quo iudicio dei in corpora continentium libido hostilis peccare permissa sit.
29 Quid familia Christi respondere debeat infidelibus, cum exprobrãt, quòd eam à furore hostiũ non liberauerit Christus.
30 Quàm pudendis prosperitatibus affluere uelint, qui de Christianis temporibus conqueruntur.
31 Quibus uitiorum gradibus aucta sit in Romanis cupido regnandi.
32 De Scenicorum institutione ludorum.
33 De uitijs Romanorum, quos patrię non correxit euersio.
34 De clementia dei, quæ urbis excidium temperauit.
35 De latentibus inter impios ecclesiæ filijs, & de falsis intra ecclesiam Christianis.
36 De quibus causis sequenti disputatione sit differendum.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI AD MARCELLINVM DE CIVITATE DEI CONTRA PAGANOS
LIBER PRIMVS.

33

De aduersarijs nominis Christi, quibus in uastatione urbis propter Christum Barbari pepercerunt, uictis. Caput primum.

GLORIOSISSIMAM ciuitatẽ dei, siue in hoc temporum cursu, cũ inter impios peregrinatur [a] ex fide uiuens, siue in illa stabilitate sedis ęternę, quã nunc expectat per patiẽtiam, quoadusq; [b] iustitia cõuertatur in iudicium, deinceps adepturа per excellentiam uictoria ultima & pace perfecta, hoc opere ad te instituto, & mea promissione debito, defendere aduersus eos, qui conditori eius deos suos præferunt, fili charissime [c] Marcelline, suscepi. Magnum opus, & arduum, sed deus adiutor noster est. Nam scio, quibus uiribus opus sit, ut persuadeatur superbis, quanta sit uirtus humilitatis, qua fit ut omnia terrena cumina temporali mobilitate nutantia, non humano usurpata fastu, sed diuina gratia donata celsitudo transcendat. Rex enim deus & conditor ciuitatis huius, de qua loqui instituimus, in scriptura populi sui sententiam diuinæ legis aperuit, qua dictũ est: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. [d] Hoc uero quod dei est, superbæ quoq; animæ spiritus inflatus affectat, amatq; sibi in laudibus dici:

Iaco. 4

Aeneid. 6 [e] Parcere subiectis & debellare superbos.

Vnde etiam de terrena ciuitate, quæ cum dominari appetit, & si populi seruiant, ipsa ei dominandi [f] libido dominatur: non est prætereundum silẽtio, quicquid dicere suscepti huius operis ratio postulat, & facultas datur. Ex hac nãq; existunt inimici, aduersus quos defendenda est dei ciuitas: quorum tamẽ multi correcto impietatis errore, ciues in ea fiũt satis idonei: multi uero in eam tantis exardescunt ignibus odiorum, tamq; manifestis beneficijs redemptoris eius ingrati sunt, ut hodie contra eam linguas non

34

mouerẽt, nisi ferrũ hostile fugientes, in sacratis eius locis uitã, de qua superbiũt, inuenirẽt. An non etiam illi Romani Christi nomini infesti sunt, quibus propter Christum Barbari pepercerũt? Testantur hoc martyrũ loca, & Basilicæ apostolorũ, quę in illa uastatiõe urbis ad se cõfugientes [g] suos [h] alienosq; receperunt. Hucusq; cruẽtus sæuiebat inimicus: ibi accipiebat limitẽ trucidatoris furor: illo ducebãtur à miserãtibus hostibus, quib. etiã extra ipsa loca pepercerãt, ne in eos incurrerẽt, qui similẽ misericordiã non habebãt. Qui tamẽ etiã ipsi alibi truces atq; hostili more sæuientes, postea ęq; ad loca illa uenie bant, ubi fuerat interdictũ quod alibi iure belli licuisset, tota feriẽdi refrenabatur immanitas, & captiuã di cupiditas frangebatur. Sic euaserunt multi qui nũc Christianis tẽporib. detrahũt: & mala, quę illa ciuitas pertulit, Christo imputãt: Bona uero quæ in eos, ut uiuerẽt propter Christi honorẽ, facta sunt, nõ imputant Christo nostro, sed fato suo: cũ potius deberent, si quid recte saperẽt, illa quæ ab hostibus aspera & dura perpessi sunt, illi diuinæ prouidentiæ tribuere, quæ solet corruptos hominum mores bellis emendare atq; conterere: itemq; uitam mortalium iustam atq; laudabilem, talibus afflictionibus exercere, probatamq; uel in meliora transferre, uel in his adhuc terris propter usus alios detinere. Illud uero quod eis uel ubicunq; propter Christi nomen uel in locis Christi nomini dicatissimis & amplissimis, ac pro largiore misericordia ad capacitatem multitudinis electis, præter bellorum morem truculenti Barbari pepercerũt, hoc tribuere temporibus Christianis: hinc deo gratias agere, hinc ad eius nomen ueraciter currere, ut effugiant [k] pœnas ignis æterni: Quod nomen multi eorum mẽdaciter usurparunt, ut effugerent pœnas præsentis exitij. Nam quos uides petulanter & procaciter insultare seruis Christi, sunt in eis plurimi qui illum interitum clademq; non euasissent, nisi seruos Christi se esse finxissent. Et nunc ingrata superbia atque impijssima insania, eius nomini resi

stunt corde peruerſo, ut ſempiternis tenebris A puniantur, ad quod nomen ore uel ſubdolo cõ fugerunt, ut temporali luce fruerentur.

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI, IN PRImum librum De ciuitate dei, D. Aurelij Auguſtini commentaria.

Caput primum.

Xſide uiuens.] Habacuc ſecundo: Iuſtus ex fide uiuet. Idem ſæpenumero Paulus. Hoc eſt enim uitæ huius uiaticum. Apud Prophetã uarie legitur, tum ex fide mea, tum ex fide ſua uiuet. Sic uerterunt ſeptuaginta, τῇ ἐκ πίστεως μου. b Iuſtitia cõ E uertatur in iudicium.] Pſalmo nonageſimo tertio. Hebraica ueritas habet: Quoniam in iuſtitiam cõuertetur iudicium. De cõſummatione ſeculi intelligitur, de quo eſt id, quod ſequitur, Victoria ultima. Pugnat hic eccleſia quotidie, & uincit quotidie. Sed finis unius belli gradus eſt alterius. Tunc erit ei ultima & perfecta uictoria, quum tota in cœlos translata in regno erit pacis pacifici regis Chriſti Ieſu. c Marcellinc.] Extant inter epiſtolas Auguſtini aliquot ad Marcellinum, & huius uiciſsim ad Auguſtinum. Familiaritas eorum uidetur cõciliata in Aphrica. Sic enim Oroſius ſcribit de Marcellino: In his diebus præcipiente Honorio, & adiuuante Conſtantino, pax & unitas per uniuerſam Aphricã eccleſiæ catholicæ reddita eſt, & corpus Chriſti, qđ nos ſumus, grata diſceſsione ſanatum eſt, impoſita executione ſancti præcepti Marcellino tribuno uiro in primis prudenti & induſtrio, omniumq; bonorum ſtudiorum appetentiſsimo. d Hoc uero quod dei eſt.] C Vel quod illi ſuperbia ſua ſibi attribuerent, quod eſſet dei, reſiſtere uidelicet ſuperbis. Vel quòd tam inuiſa eſt ſuperbia etiam ſuperbis, ut ſuperbiſsima Romana gens gaudeat inter laudes illud ſuas poni, quòd ſuperbos debellet. Superbos fuiſſe Romanos, & alijs ſuperbis ſuperbiæ eorum gratia ſucceſſiſſe, declarãt Catonis Cenſorij uerba, ex oratione, quã pro Rhodienſibus in ſenatu habuit: Rhodienſes, inquit, ſuperbos eſſe aiunt, id obiectantes, quod mihi de liberis meis dicitur olim. Sunt ſanè ſuperbi. quid id ad nos attinet? Id ne iraſcimini, ſi quis ſuperbior eſt, quàm nos? Addit his uerbis Gellius lib. vij. Nihil prorſus hac compellatione dici poteſt, neq; grauius, neq; munitius aduerſus homines ſuperbiſsimos facta, qui ſuperbiam in ſeſe amarẽt, in alijs reprehenderent. e Parcere.] Vergilius in vi. Aeneid. quum laudes aliarum gentium, quibus Romanos antecellẽre, percenſuiſſet, ad Rom. cõuerſus, inquit: Tu regere imperio populos Romane memento.
Hæ tibi erunt artes, paciq; imponere morem,
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.
Paci imponere morem, eadem forma dicitur qua morem gerere & morem pati. f Ipſa ei dominandi libido.] Vetus eſt, Tyranno ſeruire ſubiectos, ipſum Tyrannum ſuis libidinibus & uoluptatibus. Sic de Perſarum rege dicebat Diogenes Cynicus. Sic Cicero in Paradoxis de Cæſare. g Suos.] Chriſtianos. h Alienos.] Pagani qui Chriſti pietatem nõ colunt, quos ipſe Auguſtinus uocat Paganos. i Bellis emendare.] Hoc planè cõſpicuum eſt in Romanis, qui meliores erant bellorũ temporibus, q̃ altiſsima in pace. k Pœnas ignis æterni.] Non has temporales ſolum & planè momentaneas.

Ro. ſuperbia

Quod nulla unquam bella ita geſta ſunt, ut uictores propter deos eorum quos uicerant parcerẽt uictis. Cap. II

OT bella geſta conſcripta ſunt, uel ante conditam Romam, uel ab eius T exortu & imperio, legant, & profe-rant ſic ab alienigenis aliquam captam eſſe ciuitatem, ut hoſtes qui ceperant parcerent eis, quos ad deorum ſuorum templa confugiſſe compererãt: aut aliquẽ ducẽ barbarũ præcepiſſe, ut irrupto oppido nullus feriretur, qui in illo uel illo tẽplo fuiſſet inuẽtus. B "Nónne uidit Aeneas, Priamum per aras
Sãguine fœdantẽ, [b] quos ipſe ſacrauerat ignes?
[c] Nónne Diomedes & Vlyſſes, cæſis ſummæ
cuſtodibus arcis,
Corripuere ſacrã effigiẽ, manibusq; cruentis
"Virgineas auſi diuæ contingere uittas?
[e] Nec tamen quod ſequitur uerum eſt,
Ex illo fluere, ac retro ſublapſa referri
Spes Danaũm. Poſtea quippe uicerũt, poſt ea Troiam ferro ignibusq; delerũt, poſtea confugientẽ ad aras Priamũ obtruncauerunt. Nec ideo Troia perijt, quia Mineruam perdidit. Quid enim prius ipſa Minerua perdiderat, ut periret? An forte cuſtodes ſuos? Hoc ſanè uerũ eſt, illis quippe interẽptis potuit auferri. Neq; enim homines à ſimulachro, ſed ſimulachrum ab hominib. ſeruabatur. [f] Quomodo ergo colebatur, ut patriam cuſtodiret et ciues, quę ſuos non ualuit cuſtodire cuſtodes?

Palladium

L. VIVES

a NOnne uidit Aeneas.] Secundo Aeneidos: Vidi Hecubam, centumq; nurus Priamũq; per aras &c. Id cõtigit nocte qua Troia eſt à Græcis capta & incẽſa, quum Neoptolemus Pyrrhus, Achillis filius Priamum ad aras occidit. b Quos ipſe.] Qua in re maior eſt indignitas, quaſi nec illi dij profuerint ei, D quos idẽ ipſe cõſtituerat, & illo in loco dicauerat. Credo de Veſta intelligi, in cuius æde perpetuus ſeruabaẽ ignis. Commentatores Vergilij parum id explicant. Liberum ſit unicuiq; exiſtimare. c Nónne Diomedes.] Et hoc ex Vergilio eodem libro uerbis Sinonis. De palladio intelligendum, quòd Diomedes & Vlyſſes bello Troiano rapuerunt ex Mineruæ templo. Nec ſunt ſacri legium ueriti cui cædem adiunxerunt, & nihilominus Troianos Græci uicère. Palladium ſimulachrũ eſt Palladis, de quo tam uaria tradũt rerum ſcriptores, ut ineptum ducam perſequi longius eorum opiniões. Excerpam tamen ex Varrone, Dionyſio Halicarnaſſeo, Ouidio, Plutarcho & Seruio, quæ mihi ueriſimiliora uidebuntur. Chryſas Pallantis filia, quum Dardano nuberet pro dote ſecum attulit Palladium, & magnorũ deorum ſimulachra. quibus templa Dardanus in Samothracia conſtruxit. quæ poſtea ſacra in Ilium ſunt nepotum

tum tempore tranſuecta, accepto oraculo manſurã urbem, quandiu & in ea Palladium illud. Quo circa in intimam arcis partem eſt reconditum, effecto altero quodam Palladio illi ſimillimo, quod in publico negligentius aſſeruabatur. Quũq; Pyrrhus ex Heleno uate Priami filio, inexpugnabilem eſſe Troianam urbem, ſaluo in ea Palladio, cognouiſſet, idq; principib. Græcorũ renunciaſſet, Vlyſſes & Diomedes per fraudem primum ingreſsi, deinde facta in cuſtodes ui, Palladiũ illud imaginarium ſurripuerũt. alterum capta iam urbe, Sycas Aeneæ tradidit cum magnis dijs, quos Penates Troianos uocant. Aeneas in Italiam illa omnia ſecum aduexit. Hinc ex Alba lõga, ſiue ut Varro putat, ex Lauinio Romam Palladium translatum eſt, ſtatutũq; in æde Veſtæ, quæ quum deflagraret, L. Metellus Pont. Max. Palladium medio ex incendio ſuſtulit, amiſsis luminibus. Palladium uulgo conſpectum eſt Heliogabalo Imperatore incenſa æde Veſtæ. Herodianus. Fuit alterũ Palladiũ, qđ Athenis in arce dicauit Nicias. d Virgineas.] B Nam Pallas uirgo ſemper fuit. e Nec tamen quod ſequitur uerum eſt.] Nimirum, nam à mẽdace Sinone dicitur, quanquã uerũ eſſe poteſt, ſpem Danaum eſſe tũc fractam. ſed nihilominus Troiam ceperunt. f Quomodo ergo colebatur.] Argumentum à minore, qui poterit ſeruare ciues & patriam, quum ne cuſtodes qui dem potuerit ſeruare, quod erat minus, & certe natura ipſa prius.

Quàm imprudẽter Romani deos Penates, qui Troiam cuſtodire nõ potuerãt, ſibi crediderũt profuturos. Cap. III

CCE quibus dijs urbem Romani ſeruandam, ſe commẽdaſſe gaude- c
E bant. O nimium miſerabilem errorem. Et nobis ſuccẽſent cum de dijs eorum talia dicimus, nec ſuccenſent autoribus ſuis, quos ut ediſcerẽt, mercedem dederunt: doctoresq; ipſos inſuper, & ſalario publico, & honoribus digniſsimos habuerũt. Nẽpe apud Vergilium, quem propterea paruuli legunt, ut uidelicet Poeta magnus omniũq; præclariſsimus atque optimus, teneris ebibitus annis non facile obliuione poſsit aboleri, ſecundum illud Horatij,
[a] Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorẽ D
Teſta diu. Apud hunc ergo, Virgilium nempe, Iuno inducitur infeſta Troianis, Aeolo uentorum regi aduerſus eos irritando dicere.
[b] Gẽs inimica mihi Tyrrhenũ nauigat æquor,
Ilium in Italiam portans, uictoſq; Penates.
[c] Itáne iſtis Penatibus uictis, Romam ne uinceretur, prudentes commendare debuerunt?
[d] Sed hæc Iuno dicebat uelut irata mulier quid loqueretur ignorans. Quid Aeneas ipſe [e] pius toties appellatus, nónne ita narrat?
[f] Panthus Otriades, arcis Phœbiq; ſacerdos,
Sacra manu, uictoſq; deos, paruumq; nepotẽ
A Ipſe trahit, curſuq; amens ad limina tendit.
Nónne deos ipſos, quos uictos non dubitat dicere, ſibi potius quàm ſe illis perhibet commendatos, cum ei dicitur,
[g] Sacra, ſuoſq; tibi cõmendat Troia Penates?
Si igitur Virgilius tales deos, & uictos dicit, & ut uel uicti quoquo modo euaderent homini commendatos, quę dementia eſt exiſtimare his tutoribus Romam ſapienter fuiſſe commiſſam, & niſi eos amiſiſſet, non potuiſſe uaſtari? Immo uero uictos deos tanquam præſides ac defenſores colere, quid eſt aliud quàm tenere non numina bona, ſed [b] dæmonia mala? Quãto enim ſapientius creditur, non Romam adiſtam cladem non fuiſſe uenturam, niſi prius illi periſſent, ſed illos potius olim fuiſſe perituros, niſi eos, quantum potuiſſet, Roma ſeruaſſet. Nam quis non, cum aduerterit, uideat, quanta ſit uanitate præſumptum, non poſſe uinci, ſubi defenſoribus uictis, & ideo periſſe, quia [i] cuſtodes perdidit ſuos deos: cum uel ſola potuerit eſſe cauſa pereundi, cuſtodes habere uoluiſſe perituros? Non itaq; cum de dijs uictis illa cõſererentur, atq; canerentur, poetis libebat mentiri, ſed cordatos homines cogebat ueritas cõfiteri. Verum iſta oportunius alio loco diligenter, copioſeq; tractanda ſunt. Nunc quod inſtitueram, de ingratis hominibus dicere, parum per explicem, ut poſſum: qui ea mala quæ pro ſuorum morum peruerſitate merito patiuntur blaſphemantes, Chriſto imputant. Quod autem illis etiam talibus propter Chriſtum parcitur, nec dignantur attendere, & eas linguas aduerſus eius nomen dementia ſacrilegæ proteruitatis exercent, quibus linguis uſurpauerunt mendaciter ipſum nomen, ut uiuerẽt: uel quas linguas in locis ei ſacratis metuendo preſſerũt, ut illic tuti atq; muniti eſſent, & ubi propter eũ illæſi ab hoſtibus fuerant, inde in eum maledi-ctis hoſtilibus proſilirent. D

L. VIVES

a QVo ſemel.] Horatius epiſtola ij. Citatur paſſim in argumentum uirium aſſuefactionis in animis teneris: quale eſt illud eiuſdem, Neque amiſſos colores Lana refert medicata fuco. b Gens inimica.] primo Aenei. Erat Iuno Troianis inimica: primũ quod genus ducebant à Dardano Iouis & Electræ filio, quæ fuit Iunonis pellex. Secundũ, quia raptus Ganymedes Trois filius, Hebæ ipſius Iunonis filiæ erat miniſterio prælatus. Tertium q̃ Antigone Laomedontis filia Iunonis formã ſpreuit, idcirco uerſa in ciconiam. Poſtremo, quod in iudicio de forma, uicta diſceſſerat, iudice Paride Priami filio. c Itáne iſtis penatib.] De penatib. maior eſt & intricatior diſputatio, q̃ de Palladio. Penates

quasi penites existimo dici, quod penitissimi sunt dij, & proprij. Macrobio illorum placet sententia, qui deos penates dixerunt esse, per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus. Itaq; penates sunt præsides & custodes dij. Penates totius generis humani putarunt, Palladа summũ æthera, Iouem medium æthera, Iunonem infimũ. Sunt & cœlo penates sui, ut Martianus Capella in nuptijs ludit. In terra sunt & sui cuiq; ciuitati, sui cuiq; domui penates. Nã unaquæq; domus, parua quædã est ciuitas, seu potius unaquæq; ciuitas, magna quædã domus. Et ut singulæ ciuitates domusq; penates habẽt suos, ita & focũ quoq;. Quin & curiæ singulæ singulas habẽt Vestas à Romulo cõstitutas, ut scribit Dionysius Halicarnasseus, quib. Numa, qui Romulo successit, Vestã cõmunẽ superinduxit, hoc est focũ urbis, ut interpretat̃ se cũdo De legib. Cicero. Iã qui fuerint dij penates, quos Aeneas in Italiam portauit, non cõuenit. Macrobius ex uarijs uaria colligit. Sũt qui Neptunum & Apollinem uelint, quos legimus muros Troianos extruxisse. Alij Vestam dicunt. Nam Vergilius quum dixisset:

Sacra, suosq; tibi cõmendat Troia penates, mox addit,
Sic ait, & manibus uittas, Vestamq; potentem
Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.

Vestam non tam puto ex penatibus fuisse, quàm penatibus additum focum. Ideo dictator cæteriq; magistratus Romani, quo die dignitatem inibant, Vestæ & penatibus sacra faciebant. De Vesta & penatibus sic scribit ij. De natura deorum Cicero. Nam Vestæ nomen à Græcis. Ea est enim quæ ab illis ἑστιὰ dicitur. Vis autem eius ad aras & focos pertinet. Itaq; in ea dea quæ est rerum custos intimarum, omnis & precatio & sacrificatio externa est. Nec longe absunt ab hac ui dij penates, siue à penu ducto nomine, est enim omne quo uescuntur homines penus: siue ab eo quo penitus insident, ex quo etiam penetrales à poetis uocãtur. tantum ille. Sed hoc loco non uacat prolixe disputare de his rebus. Dionysius lib. i. in tẽplo obscuro & humili, quod est haud procul foro, duas deorum Troianorum imagines se uidisse perhibet, duorum iuuenum sedentium, pilaq; habentium in manibus, uetera artis huius opera, quibus sit inscriptio D. penates. similesq; uetustis plerisq; in templis cõspici iuuenes militari habitu cultuq;. Non dubito quin isti sint Castor & Pollux: nam alijs locis penates Po. Ro. nominantur, quod Prudentius significat ad uersus Symmachum, Gemini quoq; fratres, corrupta de matre nothi Ledeia proles Nocturniq; equites celsæ duo numina Romæ, Impendent retinente solo magniq; triũphi Nuncia suffuso figũt uestigia plumbo. Isti tamẽ penates Troiani non fuerũt, qui sub ipsum Troianũ bellum uitæ concesserant, rapta iam Helena. Ideo illa ignara eorum mortis requirit eos inter Græcos Proceres de muris Troianis spectans apud Homerum Iliad γ. Sed neq; hi sunt dij magni. Varro. iij. De lingua Latina: Terra enim & cœlum, ut Samothracum initia docent, sunt dei magni, & hi, quos dixi, multis nominib. Nam neq; quas Samothracia ante portas statuit duas uirilis species Aencas, dij magni: neque ut uulgus putat ij Samothraces dij qui Castor & Pollux. hæc ille. Penates Troiani erant magni dij. θεοὶ μεγάλοι, qui urbi & Latio præsidebant. Inter quos erant Palladium, & ignis sempiternus. hinc Vergilius: Vestaq; mater

Quæ Thuscum Tyberim, & Romana palatia seruas.

Quanquam peculiarem illum urbis tutelarem deũ nominare nephas existimant, nec putatur Vesta. Illumq; quod Valerius Soranus ausus esset prodere, neci deditus est. Sed hac de re iam nimio plura. d Sed hæc Iuno.] Nam Seruius & Donatus propterea uictos penates Iunonem dixisse aiunt, ut contemnendos faceret, ne religioni esset Aeolo, quod aduersum deos aliquid esset facturus. c Pius.] Pius in deos, pius in patrem, pius in filium, quos omnes ex incendio eripuit. Est etiam pietas officiosus erga deos, patriam, parẽtes, sanguine coniunctos cultus: deniq; gratitudo ijs quibus debemus. *Pietas*

f Panthus.] ij. Aeneidos.

Ecce autem telis Panthus elapsus Achiuũm,
Panthus Otriades &c. g Sacra suosq;.] Verba sunt Hectoris per quietem ab Aenea uisi. Romam ad istam cladem.] Argumentum ab euentu uniꝰ rei ad euentum alterius similis. Sensus est depraũatus. sic est legendum, non Romam ad istam cladem: ut sit, sapientius multo existimaretur, si non illud putaretur Romam ad hanc cladem non fuisse uenturam, nisi illi perijssent, sed illud putaretur potius, illos olim &c. h Sed dæmonia mala.] Nam malos & ignauos fuisse aliquos dæmonas fatebantur ueteres. Genius enim alius alio præstabat, & uirtute, & sapientia, & uiribus. Erat enim alacrior & celsior genius Augusti genio Marci Antonij, ut magus ille Aegyptius dixit apud Plutarchũ in uita M. Antonij. Nec Christiana religio negat inter angelos, interq; dæmonas alios alijs esse natura & uiribus excellẽtioribus. i Custodes.] Tales quales Plato dicit in sua Politia esse magistratus ebriosos & uoluptarios, qui custodibus ipsi indigeant.

De asylo Iunonis in Troia, quod nemi/nem liberauit à Græcis, & Basilicis Apo/stolorũ quæ omnes ad se confugientes à Barbaris defenderunt. Cap IIII

PSA, ut dixi, Troia [a] mater Romani populi, sacratis in locis deorum
I suorum munire non potuit ciues suos ab ignibus ferroq; Græcorum
eosdem ipsos deos colentium: quin etiam [b] Iunonis asylo.

Custodes lecti Phœnix, & dirus Vlisses
Prædam asseruabant: huc undiq; Troia gaza
Incensis erepta adytis, mensæq; deorum,
Crateresq; auro solidi, captiuaq; uestis
Cõgeritur, pueri et pauidæ lõgo ordine matres
Stant circum. Electus est uidelicet locus tanctæ deæ sacratus, non unde captiuos non liceret educere, sed ubi captiuos liberet includere. Cõpara nunc asylum illud nõ cuiuslibet dei gregalis, uel de turba plebis, sed Iouis ipsius sororis et cõiugis, & reginę omniũ deorũ, cum memorijs nostrorũ Apostolorum. Illuc incẽsis templis & dijs erepta spolia portabantur, nõ reddenda uictis, sed diuidenda uictoribus: huc autem, & [d] quod alibi ad ea loca compertum est pertinere, cum honore & obsequio religiosissimo reportatum est. Ibi amissa, hic seruata libertas: ibi clausa, hic interdicta, captiuitas: ibi possidẽdi à dominãtib. hostibus premebãtur, huc liberãdi à miserantibus hostibus ducebãtur. Postremo illud

illud Iunonis templum sibi elegerat auaritia & superbia [c] leuium Græcorum: istas Christi Basilicas misericordia & humilitas [f] etiam immanium Barbarorum. Nisi forte Græci quidam, in illa sua uictoria, templis deorũ [g] communiũ pepercerunt: atq; illo confugientes miseros uictosq; Troianos ferire, uel captiuare non ausi sunt. Sed Virgilius poetarum more illa mentitus est. [b] Immo uero morem hostium ciuitates euertentium ille descripsit.

L. VIVES

a MAter Romani populi.] Nam à Troianis, qui sub Aenea in Italiam uenerunt conditum est Lauinium, à Lauinianis Alba longa, ab Albanis Romani. Salustius urbem Romam condidisse atq; habuisse initio Troianos narrat, qui Aenea duce sedibus uagabantur incertis. b Iunonis Asylo.] Verba sunt Aeneæ ij. Aeneidos. c Phœnix.] Amintoris filius, Achillis fuit magister, qui docebat eum & benefacere & benedicere, ut Homerus ait Iliados ι. d Quod alibi.] Magna uis auri est è Vaticano surrepta, & iussu Halarici reddita, ut Orosius scribit libro vij. e Leuium Græcorũ.] Hæc est Græcorum apud Romanos nota, quos ideo Græculos dicebãt. & sunt quidam Augustini Codices qui habent Græculorum. Cicero pro Flacco: Quo loco etiam atque etiam facite ut recordamini, quæ sit temeritas multitudinis, quæ leuitas propria Græcorum. Idem significat Lucianus in Mercede seruientibus, & Iamblichus Græcos suos ingenio leues nominat. f Etiam immanium.] Ad pondus comparationis hoc facit: nam Barbari Græcis opponuntur, & non quilibet Barbari, sed immanes, ijs qui uideri uolunt à se profectam humanitatem. Cicero ad Q. fratrẽ qui minori Asiæ, quæ Græca est, præerat: Quum uero ei generi hominum præsimus, nõ modo in quo ipsa sit, sed etiam à quo ad alios peruenisse putetur humanitas, certe ijs etiam eam potissimũ tribuere debemus, à quibus accepimus. g Communium.] Nam eosdem deos colebant Græci & Troiani. h Immo uero morem.] Ne magis similis crudelitatis reprehensio ad Græcos quàm ad cæteras uideatur gentes pertinere, quum in urbes hostiliter irrumpunt.

Hoc caput iungatur superiori.

De generali consuetudine hostium uictas ciuitates euertẽtium, quid Cæsar senserit. Caput V

[a] VEM morem etiam Cæsar, sicut scribit Salustius, nobilitatæ ueritatis historicus, sententia sua quam de
Q coniuratis in senatu habuit, commemorare non prætermittit: Rapi uirgines, pueros diuelli liberos à parentũ complexu, matres familiarium pati quæ uictoribus collibuisset, phana atq; domos spoliari, cędem & incendia fieri. Postremo armis, cadaueribus, cruore atq; luctu omnia cõpleri. Hic si phana tacuisset, deorũ sedibus solere hostes parcere putaremus, & hæc nõ ab alienigenis hostibus, sed à [b] Catilina & sociis eius nobilissimis senatoribus, & Romanis ciuibus Romana tẽpla metuebãt. Sed hi uidelicet perditi & patrię parricidę.

L. VIVES

a QVem morem etiam Cæsar.] C. Cæsar tum prætor, qui postea fuit Dictator, deprehensa coniuratione Catilinæ, rogatus à Cicerone consule quid de coniuratis censeret faciundum, ea dixit, quæ Salustius litteris mandauit. Nec solũ illo ciuili, de quo tunc agebatur bello, ea futura dicit mala, sed ciusmodi ait belli esse fœuitiam, ea solere uictis accidere. Cicero in Verrem: Mitto adhibitam uim ingenuis, matres familiãs uiolatas, quæ tum urbe capta commissa nõ sunt, neq; odio hostili, neq; licentia militari, neq; more belli, neq; iure uictoriæ. Sic ille. b Catilina.] Nota est historia ex Salust. & ipse de ea alio in loco nõnulla dicam.

Quod nec Romani quidem ita ullas ceperũt ciuitates, ut in templis earum parcerent uictis. Cap. VI

VID ergo per multas gentes, quæ inter se bella gesserunt, & nusquam
Q uictis in deorum suorum sedibus pepercerũt, noster sermo discurrat?
Romanos ipsos uideamus, ipsos in quam recolamus: respiciamusq; Romanos, de quorum præcipua laude dictum est:

Parcere subiectis, & debellare superbos:

[a] & quod accepta iniuria ignoscere malebant quàm persequi: quando tot tantasq; urbes, ut late dominarentur, expugnatas, captasq; euerterunt, legatur nobis quæ templa excipere solebant, ut ad ea quisquis confugisset liberaretur? An illi faciebant, & scriptores earũdem rerum gestarũ ista reticebãt? Itáne uero, qui eaque laudarent maxime requirebant, ista præclarissima secundum ipsos pietatis indicia præterirẽt? Egregius Romani nominis [b] Marcus Marcellus, qui [c] Syracusas urbẽ ornatissimam cepit, refertur eam prius fleuisse ruiturã, & ante eius flammẽ [d] suas illi lachrymas effudisse. [e] Gessit & curam pudicitię, etiam in hoste seruãdæ. Nam priusquã oppidum uictor ingressus esset inuadi, cõstituit edicto, ne quis corpus liberum uiolaret. Euersa est tamen ciuitas more bellorum, nec usquam legitur ab imperatore tam casto atq; clementi fuisse præceptũ, ut quisquis ad illud uel illud templũ fugisset, abiret illęsus. Quod uticq; nullo modo præteriretur, quando nec eius fletus, nec quod edixerat pro pudicitia minime uiolanda potuit taceri. [f] Fabius Tarentinę euersor urbis, à simulachrorum depredatione se abstinuisse laudatur. [g] Nam cum ei scriba suggessisset

sisset quid de signis deorum, quæ multa capta fuerant fieri iuberet, continentiã suam etiam iocando condiuit. Quæsiuit enim cuiusmodi essent: & cum ei non solum multa grãdia, uerum etiam renunciarentur armata, relinquamus, inquit, Tarentinis deos iratos. Cum igitur nec illius fletum, nec huius risum, nec illius castã misericordiam, nec huius facetam continentiam, Romanarum rerum gestarum scriptores tacere potuerunt, quando prætermitterent si aliquibus hominibus in honorẽ cuiuspiam deorum suorum sic pepercissent, ut in quoquam templo cædem uel captiuitatem fieri prohiberent?

L. VIVES

Ignoscendo creuisse

a ET quod accepta iniuria.] Sallustius in Catilinario bello, de ueteribus Romanorũ moribus loquens de quibus eisdem est illud elogium: Ignoscendo creuisse. b Marcus Marcellus.] Claudiæ gentes duæ fuerunt: altera patritia, quæ originem sumpsit ab Appio illo Claudio, qui sub recentem regum expulsionem, ex Regillo Sabinorum Romam commigrauit, & in senatum, intercq; patritias gentes lecta est. Altera fuit plebeia quidem, sed nec potentia minor, ut Suetonius inquit in Tiberio, nec dignitate. Ex hac primus, qui Marcellus cognominatus est, fuit, hic de quo Augustinus meminit, ut Plutarchus ex Posidonio scribit. tãta in re miror falli scriptorẽ historiæ & rerũ Romanarũ peritissimũ quũ centũ annis antea fuerint Claudij Marcelli. Fuit uero hic de quo loquimur quater consul, nã secundũ creatus consul, sed quia uitio, eũ magistratũ nõ gessit. Si quis hunc numeret quinq; cõsulatus erũt. Primũ cõsul fuit bello Gallico cũ Cn. Cornelio Scipione, quo bello spolia opima de Viridomaro Gallorum rege retulit: eaq; fuere tertia & ultima inter tot bella à populo Romano, cum tot gẽtibus tam diuersis sub ducibus gesta. Post secundum consulatum Syracusas expugnauit. Quartum consul cum Q. Crispino in insidias temere à semet præcipitatus, magnus dux, manuq; promptus & cõsilio optimus occisus est, anno undecimo Punici belli secundi. qui undequadragies collatis signis dimicauerat, ut scribit Plinius lib. vij. c Syracusas urbem ornatissimam.] Syracusæ ciuitas est in Sicilia uetusta fama & opibus ingentibus. Hãc obsedit per triennium Marcellus, tandem expugnauit, tantumq; ex ea prædæ egestum est, quantũ uix capta Carthagine, quæ tum maxime florebat, paribusq; cum populo Romano uiribus contendebat, fuisset. d Suas illi lachrymas.] Liuius lib. xxv. Marcellus ut mœnia ingressus, ex superioribus locis, urbem fermè omniũ illa tẽpestate pulcherrimam subiectam oculis uidit, illachrymasse partim gaudio dicitur tantæ rei perpetratæ, partim uetustæ gloria urbis: Athenienſium classes demersæ, & duo ingentes exercitus cũ duobus clarissimis ducibus deleti occurrebãt, tum bella tot gesta, & opulentissimi tyranni, eaq; momento horæ arsura omnia. Eandem sententiam Valerius habet, De humanitate. e Gessit & curam.] Liuius ibidem: Marcellus ex omnium sententia militibus edixit, ne quis liberum corpus uiolaret, cætera prædæ futura: quod edictum ad cædes, uulnera & pudicitiam spectabat. f Fabius Tarentinæ euersor urbis.] Secundo bello Punico Tarentum nobilissima Calabriæ urbs à Romanis ad Annibalẽ & Carthaginenses defecit, præsidium tamen Romanum, cuius erat dux Liuius Salinator, in arcẽ se recepit. Q. Fabius Maximus eam ciuitatem recuperauit, militibusq; diripiendam tradidit. Hic Fabius est ille qui afflictis secundo Punico bello ab Annibale Romanis rebus, sapientia sua opem tulit, trahendoq; tempus impetum illum uolentissimum Annibalis retardauit, & de quo uere Ennius dixit: Vnus homo nobis cunctando restituit rem. Non uacat, ac ne libet quidem mihi insectari ea in quibus commentator huius libri falsus est: longum nimis hoc esset, & molestum admodũ. Sed quia hoc loco cum alijs nonnullis errat, qui & aliena opinione sunt istis in rebus docti, & sua doctissimi, nec sunt reuera indocti, ideo continere me nõ potui, quin lectorem admonerẽ, non hunc primum Fabium dictum esse Maximum, sed eius auum, qui consul quinquies fuit, nactus id cognomen, quod censor cum P. Decio Mure forensem omnẽ turbam in quatuor tribus coniecit, quas urbanas uocauit, tam & si haud negauerim fuisse hunc Quintũ Fabium, de quo hic loquitur Augustinus, dignum eo cognomine, etiam si nouum ab eo inciperet. g Nam quũ ei scriba.] De hoc Liuius libro xxvij.

Q. Fab. Max.

Quod in euersione Vrbis quæ aspere gesta sunt, de consuetudine acciderint belli; quæ uero clementer, de potentia prouenerint nominis Christi.

Caput VII

VICQVID igitur uastationis, trucidationis, deprædationis, concremationis, afflictionis, in ista recentissima Romana clade commissum est, [a] fecit hoc cõsuetudo bellorum. Quod autem more nouo factum est, quod inusitata rerum facie immanitas barbara tam mitis apparuit, ut amplissimæ Basilicæ implendę populo cui parceretur, eligerẽtur, et decernerẽtur, ubi nemo feriretur, unde nemo raperetur, quò liberandi multi à miserantibus hostibus ducerentur, unde captiuandi nulli nec à crudelibus hostib. abducerentur: hoc Christi nomini, hoc Christiano tempori tribuendum, quisquis nõ uidet, cęcus: quisquis uidet, nec laudat, ingratus: quisquis laudanti reluctatur, insanus est. Absit, ut prudens quisquam hoc feritati imputet Barbarorum. Truculentissimas & sæuissimas mẽtes ille terruit, ille frenanit, ille mirabiliter temperauit, qui per Prophetam tanto ante prædixit: [b] Visitabo in uirga iniquitates eorum, & in flagellis peccata eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eis.

L. VIVES

a FECIT hoc consuetudo bellorum.] Quintilianus quæ fieri captis soleant urbibus octauo lib. scribit ad hunc modũ: Effusæ per domos ac templa flammæ & ruentium tectorum fragor, & ex diuersis clamoribus

Descriptio euiptiuitatis urbium

clamoribus unus quidam sonus. Aliorum fuga incerta. Alij in extremo complexu suorum cohærentes, & infantium fœminarumq; ploratus, & malo usq; in illum diem seruati fato senes: tum illa profanorum sacrorũq; direptio, efferentium prædas, repetentium q; discursus, & acti ante suum quisque prædonem catenati, & conata retinere infantem suum mater, & sicubi maius est lucrum, pugna inter uictores. hactenus ille. Hæc uero interim fiunt, quia ut sunt milites genus hominum insolentissimum, sine modo, sine modestia ulla, temperare uictoriæ cupiditati, & libidini, & iræ suæ nequeunt: interim quia ui capto oppido nisi illa ad terrorem facerẽt, periculum esset ne ipsis essent patienda. b Visitabo.] De filijs Dauid dicitur Psalmo lxxxviij. Si boni non fuerint.

De commodis atque incommodis, quæ bonis ac malis plerunque communia sunt.

Cap. VIII

[a] ICET aliquis: Cur ergo ista diuina misericordia etiã ad impios ingratosq; peruenit? Cur putamus, nisi quia eã ille præbuit, qui quotidie facit oriri solem suum super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos? Quamuis enim quidam eorum ista cogitantes, pœnitendo ab impietate se corrigant: quidam uero, sicut Apostolus dicit, diuitias bonitatis & longanimitatis dei contemnentes, secundum dutiam cordis sui & cor impœnitẽs [b] thesaurizent sibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui [c] reddet unicuiq; secundum opera eius: Tamen patientia dei ad pœnitentiam inuitat malos, sicut flagellum dei ad patientiam erudit bonos. Itemq; misericordia dei fouendos amplectitur bonos, sicut seueritas dei puniendos corripit malos. Placuit quippe diuinæ prouidentiæ præparare in posterum bona iustis, quibus non fruẽtur iniusti: & mala impijs, quibus non excruciabuntur boni. Ista uero temporalia bona & mala utrisque uoluit esse communia: ut nec bona cupidius appetantur, quæ mali quoque habere cernuntur, nec mala turpiter euitentur, quibus & boni plerunque afficiuntur. Interest autem plurimum [d] qualis sit usus, uel earum rerum quæ prosperæ, uel earum quæ [e] dicuntur aduersæ. Nam his bonis temporalibus nec bonus extollitur, nec malis frangitur: malus autem ideo huiusce modi infelicitate punitur, quia felicitate corrumpitur. Ostendit tamen deus sæpe etiam in his distribuendis euidentius operationem suam. Nam si nunc omne peccatum manifesta plecteretur pœna, nihil ultimo iudicio reseruari putaretur. Rursus si nullum peccatum nunc puniret aperte diuinitas, nulla esse prouidentia diuina crederetur. Similiter in rebus secundis; si non eas Deus quibusdam petentibus euidentissima largitate concederet, non ad eum ista pertinere dicere mus. Itemq; si omnibus eas petentibus daret, non nisi propter talia præmia seruiendum illi esse arbitraremur: nec pios nos faceret talis seruitus, sed potius cupidos & auaros. Hæc cum ita sint, quicunque boni maliq; pariter afflicti sunt, non ideo ipsi distincti non sunt, quia distinctum nõ est, quod utrique perpessi sunt. Manet enim dissimilitudo passorum etiam in similitudine passionum, & licet sub eodem tormento, non est idem uirtus & uitium. Nam sicut sub uno igne aurum rutilat, palea fumat, & sub eadem [f] tribula stipulæ comminuuntur, frumenta purgantur: nec ideo cum oleo amurca confunditur, quia eodem præli pondere exprimitur: ita una eademque uis irruens bonos probat, purificat, [g] eliquat: malos damnat, uastat, exterminat. Vnde in eadem afflictione, mali deum detestantur, atque blasphemant: boni autem precantur & laudant. Tantum interest, non qualia, sed qualis quisque patiatur. Nam pari motu exagitatum & exhalat horribiliter cœnum, & suauiter fragrat unguentum.

L. VIVES

a DICET aliquis.] Quum illa uerba sint de filijs Dauid, hoc est, de pijs dicta, quomodo ad impios quoq; misericordia domini extẽditur? b The saurizent.] Congregent. nam thesaurus congregatio est tam bonarum rerum quàm malarum. Hinc apud Græcos, θησαυρὸς ἀκαθῶν, & apud Plautum, thesaurus stupri. c Reddet.] Vulgo habetur reddit. Augusti. melius: nam de futuro seculo loquitur Apostolus, & Græce est δι ἀποδώσει ἑκάστῳ. d Qualis sit usus.] Terentius in ἑαυτὸν τ. Quæ quidem in hominẽ dicuntur bona, parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, diuitias. Atque hæc perinde sunt ut illius animus qui ea possidet. Qui uti scit, ei bona: ei qui non utitur recte, mala. Hæc Terentius ex Platone multis in locis. e Dicuntur.] A populo ueras rerum naturas ignorante. f Tribula.] Tribulum ponit Vergilius inter instrumenta rustica primo Georg. Plinius lib. xviij. Messis ipsa alibi tribulis in area, alibi equorum gressibus exteritur, alibi perticis flagellatur. Est ergo instrumentum, quo fruges maturæ in area teruntur. Id quomodo fieri docet Varro lib. De rusticis rebus primo. g Eliquat.] Liquidos facit. pertinet ad similitudinem auri. Si quis uelit paulo longius philosophari, eliquantur charitate boni, ut in Canticis: Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. Sed hæc persequi, si quis hic uoluerit, nullus erit finis. In sacris libris commodius ista.

Thesaurus

Bona in bonis

Tribulum

De causis

De cauſis correptionũ, propter quas & boni & mali pariter flagellantur. Cap. IX

VID igitur in illa rerum uaſtitate Chriſtiani paſsi ſunt, quod eis non magis fideliter iſta cõſiderantibus ad profectũ ualeret? Primo, quod ipſa peccata quibus deus indignatus impleuit tantis calamitatibus mundum, humiliter cogitantes, quanuis longe abſint à facinoroſis, flagitioſis atq; impijs, tamen nõ uſq; adeo ſe à delictis deputant alienos, ut nec temporalia pro eis mala perpeti ſe iudicent indignos. Excepto enim quòd unuſquiſq;, quamlibet laudabiliter uiuẽs,[a] cedit in quibuſdam carnali concupiſcentiæ, & ſi non ad facinorum immanitatem & gurgitem flagitiorum, atq; impietatis abominationem, ad aliqua tamen peccata uel rara uel tanto crebriora, quanto minora. Hoc ergo excepto, quis tandem facile reperitur, qui eoſdem ipſos, propter quorum horrendam ſuperbiam, luxuriam & auaritiam, atque execrabiles iniquitates & impietates, deus, ſicut [b] minando prædixit, conterit terras, ſic habeat, ut habendi ſunt? ſic cum eis uiuat, ut cum talibus uiuendum eſt? Plerunq; enim ab eis docendis, admonendis, aliquãdo etiam obiurgandis, & corripiendis male diſſimulatur: uel cum laboris piget, uel os eorum uerecundamur offendere: uel cum eorum inimicitias deuitamus, ne impediant, & noceant in iſtis temporalibus rebus: ſiue quas adipiſci adhuc appetit noſtra cupiditas, ſiue quas amittere formidat infirmitas, ita ut (quanuis bonis uita malorum diſpliceat, & ideo cum eis non incidant in illam damnationem, quæ poſt hanc uitam talibus præparatur, tamen quia propter ea peccatis eorũ damnabilibus parcunt, dum eos in ſuis licet leuibus & uenialibus metuunt) iure cum eis temporaliter flagellentur, quanuis in æternum minime puniantur. Iure iſtam uitam quando diuinitus affliguntur cum eis, amaram ſentiunt, cuius amando dulcedinem peccantibus eis amari eſſe noluerunt. Nam ſi propterea quiſq; obiurgandis & corripiendis male agentibus parcit, quia opportunius tempus inquirit, uel eiſdem ipſis metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur, uel ad bonam uitam & piam erudiendos impediant infirmos alios, & premant atque auertãt à fide, non uidetur eſſe cupiditatis occaſio, ſed conſiliũ charitatis. [c] Illud eſt culpabile, quod hi, qui diſ-

A ſimiliter uiuunt, & à malorum factis abhorrẽt, parcunt tamen peccatis alienis, quæ dedocere & obiurgare deberent, dum eorum offenſiones cauent, ne ſibi noceant in his rebus, quibus licite boni atque innocentes utuntur: ſed cupidius quàm oportebat eos, qui in hoc mũdo peregrinantur, & ſpem ſupernæ patriæ[d] præ ſe gerunt. Non ſolum quippe infirmiores uitam ducentes coniugalem, filios habentes uel habere quærentes, domos ac familias poſsidẽtes: quos Apoſtolus in eccleſia alloquitur docens, & monens, quemadmodum uiuere debeant & uxores cum maritis, & mariti cum uxoribus: & filij B cum parentibus, & parentes cum filijs: & ſerui cum dominis: & domini cum ſeruis: multa temporalia, multa terrena libenter adipiſcuntur, & moleſte amittunt: propter quæ non audent offendere homines, quorum ſibi uita contaminatiſsima & conſceleratiſsima diſplicet: uerumetiam hi, qui ſuperiorem uitæ gradum tenẽt, nec coniugalibus uinculis irretiti ſunt, & uictu paruo ac tegumento utuntur, plerunq; ſuæ famæ ac ſaluti conſulentes dum inſidias atq; impetus malorum timent, ab eorum reprehenſione ſeſe abſtinent. Et quanuis non intantum eos metuant, ut ad ſimilia perpetranda quibuslibet eorũ terroribus atq; improbitatibus cedant: ea ipſa tamen, quę cum eis non perpetrant, nolunt pleruſq; corripere, cum fortaſſe poſsint aliquos corripiendo corrigere: ne ſi nõ potuerint, ſua ſalus ac fama in periculum exitiũq; perueniant. Hoc non ea conſideratione, qua ſuam famam ac ſalutem uident eſſe neceſſariam utilitati erudiendorum hominũ, ſed ea potius infirmitate, qua delectat lingua blandiens [e] & humanus dies: et reformidatur uulgi iudicium, & carnis excruciatio, uel peremptio: hoc eſt propter quædam cupiditatis uincula, non propter officia charitatis. D Nõ mihi itaq; uidetur hęc parua eſſecauſa, quare cum malis flagellentur & boni, quando deo placet perditos mores etiam temporalium pœnarum afflictione punire. Flagellantur enim ſimul, nõ quia ſimul agũt malam uitam, ſed quia ſimul amant temporalem uitam: non quidem æqualiter, ſed tamen ſimul, quam boni cõtemnere deberent, ut illi correpti atq; correcti conſequerentur æternam: ad quam conſequendã, ſi nollent eſſe ſocij, [f] ferrentur & diligerẽtur inimici: quia donec uiuunt, ſemper incertum eſt, utrum uoluntatem ſint in melius mutaturi. Qua

in re

in re non utiq; parem, ſed longe grauiorem ha A bent cauſam, quibus [g] per Prophetam dicitur: Ille quidem in ſuo peccato morietur, ſanguinẽ autẽ eius de manu ſpeculatoris requiram. [h] Ad hoc enim ſpeculatores, hoc eſt, populorum præpoſiti conſtituti ſunt in Eccleſiis, ut non parcãt obiurgando peccata. Nec ideo tamen ab huiuſcemodi culpa penitus alienus eſt, qui licet præpoſitus non ſit, in eis tamen quibus uitæ huius neceſsitate coniungitur multa monenda uel arguenda nouit, & negligit, deuitans eorum offenſiones propter illa quibus in hac uita nõ indebitis utitur, ſed pluſquam debuit, delectatur. B Deinde habent aliam cauſam boni, quare temporalibus affligantur malis: qualem habuit [k] Iob: ut ſibi ipſe humanus animus ſit probatus & cognitus, quanta uirtute pietatis gratis deum diligat. Quibus recte conſideratis atq; perſpectis, attende utrum aliquid mali acciderit fidelibus & pijs, quod eis non in bonum uertetur: niſi forte putandum eſt apoſtolicam illam uacare ſentẽtiã, ubi ait, [l] Scimus quoniã diligentibus deũ omnia cooperantur in bonum.

L. VIVES.

a Edit in quibuſdam.] Tam penitiſsime uiſceribus noſtris hæret uenereæ rei cupiditas, tam in genitus eſt à natura nobis ille appetitus, quem ſubtiliſsime magna illa artifex omnium animãtium pectoribus indidit, quo uel aliud agentes ſtirpem propagaremus, ut ne cogitare quidem de explenda cupiditate illa poſsimus, quin uoluptate neſcio quã occulta tangamur, quam plerisq; minimum ueniale peccatum eſſe uolunt. b Minando prædixit.] Sæpe per Prophetas, ut Eſaiam, & Hieremiam. c Illud eſt culpabile.] Cicero in Officijs. Sũt enim qui quod ſentiunt, & ſi optimũ ſit, tamen inuidiæ metu nõ audent dicere. d Præ ſe gerunt.] Velut ducem itineris. e Et humanus dies.] Paulus 1. Cor. iiij. Mihi autem pro minimo eſt, ut à uobis iudicer, aut ab humano die. Eſt humanũ iudicium, quo quis ab hominibus bene uel male audit: cui contrarius eſt dies domini, qui intima cordis ſcrutatur, & iudicat. f Ferrentur & diligerentur.] Non ferẽdi ſolum ſunt mali, ſed etiam diligendi, præcipiente domino, ut inimicos quoq; diligamus. Matth. v. g Per Prophetã.] Ezechielis xxxiij. Quod ſi ſpeculator uiderit gladium ueD nientem, & non inſonuerit buccina, & populus ſe nõ cuſtodierit, ueneritq; gladius, & tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem autẽ eius de manu ſpeculatoris requiram. h Ad hoc enim ſpeculatores.] Eſt ἐπίσκοπος ſpeculator, & obſeruator, & cuſtos, & præfectus. Cicero ad Atticum lib. vij. Vult enim me Põpeius eſſe, quem tota hæc Campania & maritima ora habeat ἐπίσκοπον, ad quem delectus, & negocij ſumma referatur. Andromache apud Homerum Iliad. ω. Hectorem appellat Troiæ ἐπίσκοπον. Athenienſes quos ad ſtipendiarias ſubditasq; ciuitates mitterẽt, ut quid in quaq; ageretur diligenter inſpicerent, obſeruarentq;, Epiſcopos dixerunt, & φύλακας, quos Lacedæmonij ἁρμοστὰς. Præfectos annonæ iurecõſultus Archadius Epiſcopos nominauit. Sunt qui ἐπὶ in eo nomine re-

dũdare arbitrẽtur: de quorum numero eſt Euſtathius Homeri interpres: & σπουδὴ & ἐπίσπουσον idem eſſe. i Vt non parcant.] Sic Paulus ad Titum, ut faciũt hoc tempore noſtri Epiſcopi, quos non ſine ingenti dolore paſsim uidemus ad martyrium agi, quod nimis amarã dicant ueritatem, & uitia inſectentur contemptis epiſcopatuum annuis prouentibus, ita ſeruet eos Chriſtus. k Iob.] Nota eſt hiſtoria, de quo Hieronymus ſuper eundem: Sed hæc Iob contigerũt, ut appareat foris hominibus, quod intrinſecus erat ante deum. l Scimus quoniam.] Ad Ro. viij. & aduerſa & proſpera meritum bonis augent: nihilq; eſt, quòd non ipſi in incrementa ſuarum uirtutum conuertant.

Quod ſanctis in amiſsione rerũ temporalium nihil pereat. Cap. X

MISERVNT omnia quæ habebant. Nunquid fidem? nunquid A pietatem? nunquid [a] interioris hominis bona qui eſt ante deum diues? Hę ſunt opes Chriſtianorum, quibus opulentus dicebat Apoſtolus. Eſt autem quæſtus magnus, pietas cum ſufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, ſed nec auferre quid poſſumus: habentes autẽ uictum & tegumentum, his cõtenti ſimus. Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationẽ & laqueum, & deſideria multa ſtulta & noxia, C quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix eſt enim omnium malorum [b] auaritia: quam quidam appetentes à fide pererrauerunt, & inſeruerũt ſe[c] doloribus multis. Quibus ergo terrenæ diuitiæ illa uaſtatione perierunt, ſi eas ſic habebant quemadmodũ [d] ab iſto foris paupere, intus diuite audierãt: id eſt, ſi mũdo utebantur tanquam non utentes, potuerũt dicere, quod ille grauiter tentatus, & minime ſuperatus: [e] Nudus exij de utero matris meæ, nudus in terram reuertar. Dominus dedit, dominus abſtulit: ſicut domino placuit, ita factũ eſt: ſit nomen domini benedictum. Vt bonus ſeruus magnas facultates haberet ipſam ſui domini uoluntatem, cui pediſſequus mente diteſceret, nec contriſtaretur eis rebus uiuens relictis, quas fuerat cito moriẽs relicturus. Illi autem infirmiores qui terrenis his bonis, quamuis ea nõ præponerent Chriſto, aliquantula tamen cupiditate cohærebant, quantum hæc amando peccauerint, perdendo ſenſerunt. Tantum quippe doluerunt, quantum ſe doloribus inſeruerunt; ſicut Apoſtolum dixiſſe ſupra commemoraui. Oportebat enim ut eis adderetur etiam experimẽtorum diſciplina, quibus fuerat tanditu ne-

c glecta

glecta uerborum. Nam cum dixit Apostolus, Qui uolunt diuites fieri, in tentationem incidunt &c. profecto in diuitijs cupiditatē reprehendit, non facultatem, [f] qui præcepit alibi dicens, Præcipe diuitibus huius mundi, nō superbe sapere, necꝫ sperare in incerto diuitiarū suarum, sed in deo uiuo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum: bene faciant, [g] diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, cōmunicent, thesaurizent sibi fundamētum bonum in futurum, ut apprehendant ueram uitā. Hæc qui de suis faciebant diuitijs, magnis sunt lucris leuia damna solati: plusꝫ lætati ex his quæ facile tribuendo [b] tutius seruauerunt, quàm contristati ex his quæ timide retinendo facilius amiserunt. Hoc enim potuit in terra perire, quod piguit inde transferre. Nam qui receperunt consilium domini sui dicentis, Nolite condere uobis in terra thesauros, ubi tinea & rubigo exterminant, & ubi fures effodiunt & furantur, sed thesaurizate uobis in cœlo thesauros, quò fur non accedit, necꝫ tinea corrumpit, Vbi enim est thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum: tribulationis tempore probauerunt quàm recte sapuerint, non contemnendo ueracissimum præceptorē, & thesauri sui fidelissimum inuictissimūꝫ custodem. Nam si multi sunt gauisi, ibi se habuisse diuitias suas, quò contigit ut hostis non accederet, quanto certius & securius gaudere potuerunt, qui monitu dei sui illuc migrauerant, quò accedi omnino non posset. [i] Vnde Paulinus noster, Nolensis Episcopus, ex opulentissimo diuite, uolūtate pauperrimus, & copiosissime sanctus, quando & ipsam Nolam Barbari uastauerunt, cum ab eis teneretur, sic in corde suo, ut ab eo postea cognouimus, precabatur, Domine: non excrucier propter aurum & argentum: ubi enim sint omnia mea, tu scis. Ibi enim habebat omnia sua, ubi eum condere, & thesaurizare ille monuerat, qui hæc mala mundo uentura prędixerat. Ac per hoc qui domino suo monēti obedierant, ubi & quomodo thesaurizare deberent, nec ipsas terrenas diuitias Barbaris incursantibus amiserunt. Quos autem non obedisse pœnituit, quid de talibus rebus faciēdum esset, si non præcedente sapientia, certe consequente experientia didicerūt. At enim quidam boni etiā Christiani tormentis excruciati sunt, ut bona sua hostibus proderent. Illi uero nec prodere, nec perdere potuerunt bonum, [k] quo ipsi boni erant. Si autem torqueri, cōfꝫ [l] mammona iniquitatis prodere maluerunt, boni non erant. Admonendi autem fuerant, qui tanta patiebantur pro auro, quanta essent sustinenda pro Christo: ut eum potius diligere discerent, qui pro se passos æterna felicitate ditaret, non aurum & argentum pro quo pati miserrimum fuit, seu mentiendo occultaretur, seu uerum dicendo proderetur. Nanque inter tormenta nemo Christum confitendo amisit, nemo aurum nisi negando seruauit. Quocirca utiliora erant fortasse tormenta, quæ bonum incorruptibile amandū docebant, quàm illa bona quæ sine ullo utili fructu dominos sui amore torquebant. Sed quidam etiam non habentes quod proderent, dum habere creditur torti sunt. Et hi forte habere cupiebant, nec sancta uoluntate pauperes erant: quibus demonstrandū fuit, nec facultates, sed ipsas cupiditates talibus esse dignas cruciatibus. Si uero melioris uitę propositō recōditum aurum argentumꝫ non habebant, nescio quidem utrum cuiquam talium accideret, ut dum habere creditur, torqueretur. Veruntamen etiam si accidit, profecto qui inter illa tormenta paupertatem sanctam confitebatur, Christum confitebatur. Quapropter & si non meruit ab hostib. credi, non potuit tamen sanctæ paupertatis confessor sine cœlesti mercede torqueri.

Paulinus Nolensis Episcopus

L. VIVES

a Interioris hominis.] Mētis: sic sæpe apud Paulum. b Est auaritia.] Vulgo est cupiditas, sed melius Augustinus. φιλαργυρία enim est Græce. c Doloribmultis.] Hactenus uerba Pauli. d Ab isto.] A Paulo. e Nudus exij.] Verba sunt Iob consolantis se super amissis opibus, & liberis. f Qui præcepit alibi.] Paulo post eodem cap. vi. i. ad Tim. g Diuites sint in operibus bonis.] Istis rebus erunt diuites. h Tutius seruauerunt.] Qui thesaurizarunt sibi sempiternū in cœlo thesaurum, ex eo quod benigne pauperibus imperti ti sunt: quod declarat illud, quod sequitur ex Matthæo sexto cap. & sunt Christi uerba. i Vnde Paulinus noster.] Gothi post direptam urbem Romam per Latiū, Volscos, Campaniam, Calabros, Salentinos, Apulos, Brutios longe & late sparsi uagātes, & uelut ingēs quædam calamitas uastantes uniuersa, Consentiam uenerunt: Post quadraginta annos Genserícus cum Vandalis & Mauris, capta Roma totum Campaniæ tractū populatus est, Nolamꝫ miserabili ruina diruit. Hoc tempore, ut Paulus Diaconus refert, Paulinus Episcopus Nolanæ ecclesiæ, uir sanctissimus, & sicut Gregorius scribit, eloquētissimus profanaꝫ eruditione in primis doctus, nec Prophetici spiritus expers, cum redimendis Christianis captiuis censum omnem cōsumpsisset, uideretꝫ uiduam captiuum filium afflictim lugentem, & lamentantem, tamꝫ immodicas lachrymas pietati admixtas, multo magis pius ipse ferre non posset, cum uidua in Aphricam ubi captiuus erat filius traiecit, ibi uica-

uicarijs manibus redemptum filium matri reddidit. Paulinus uero quū eius sanctitas etiam barbarissimis esset hominibus uenerabilis, iussus est in patriam cum suis omnibus ciuibus dono acceptis redire, De qua re fusius Gregorius Romanus pōtifex lib. dialog. iij. Sed credo Augustinum non de his loqui temporibus, quibus ipse ad cœlestem illam uitam commigrarat, sed de primis illis Gothorum. k Quo ipsi boni.] Virtutem quā nemo eripere potest, & hæc sola est bonū, quæ possidentes bonos facit. Nam si opes sunt bona, ut inquit in Paradoxis Cicero, cur non reddūt possidentes bonos? l Mammona iniquitatis.] Mammona uox est Syra, ut Hieronymus inquit, quæ apud eos opes significat, quod apud Græcos πλοῦτος. Augustinus in sermōe De uerb. domini, & in quæstionibus Euangelij, Mammon Punice lucrum esse dicit, multisꝫ in uerbis uicinas esse linguas, Hebræam & Aphram.

Mammona

De fine temporalis uitæ, siue longioris siue breuioris. Cap. XI

VLTOS inquiunt etiam Christianos fames diuturna uastauit. Hoc quoꝫ in usus suos boni fideles pie tolerando uerterunt. Quos enim fames necauit, malis uitæ huius sicut corporis morbus eripuit: quos autem non necauit, docuit parcius uiuere, docuit productius ieiunare. Sed enim multi etiam Christiani interfecti sunt, multi multarū mortium fœda uarietate consumpti. Hoc si ægre ferendum est, omnibus qui in hāc uitam procreati sunt uticꝫ commune est. Hoc tamen scio, neminem fuisse mortuum, qui non fuerat aliquādo moriturus. Finis autem uitæ, tam longam quàm breuem uitam hoc idem facit. Necꝫ enim aliud melius & aliud deterius, aut aliud maius & aliud breuius est, quod iam pariter non est. Quid autem interest quo mortis genere uita ista finiatur, quando ille cui finitur, iterum mori nō cogitur? Cum autem unicuicꝫ mortalium sub quotidianis uitæ huius casibus, innumerabiles mortes quodammodo comminentur, quàndiu incertū est, quæ nam earum uentura sit: quæro utrum satius sit, [a] unam perpeti moriendo, an omnes timere uiuendo? Nec ignoro cōfꝫ inertius eligatur diu uiuere sub timore tot mortium, quàm semel moriendo nullam deinceps formidare. Sed aliud est quod carnis sensus infirmiter pauidus refugit, aliud quod mentis ratio diligēter enucleata conuincit. Mala mors putanda non est, quā bona uita præcesserit. Necꝫ enim facit malam mortē, nisi quod sequitur mortē. Non itaꝫ multum curandum est eis, qui necessario morituri sunt, quid accidat ut moriātur, sed moriendo quò ire cogantur. Cum igitur Christia-

Famis bona

A ni nouerint lōge meliorem. fuisse [b] religiosi pauperis mortem inter lingētium canum linguas, quàm impij diuitis in purpura & [c] byssо, horrēda illa genera mortium quid mortuis obfuerūt, qui bene uixerunt?

L. VIVES

a Vnam perpeti.] Sic Cæsar malle se mortē semel obire quam toties timere dixit. b Religiosi pauperis.] Nota est historia ex Lucæ xvi. de Lazaro mendico & locuplete luxurioso. c Byssо.] Byssus genus est lini delicatissimi. Plinius xix.

De sepultura humanorum corporū, quæ Christianis etiam si fuerit negata nil adimit. Cap. XII

T enim in tanta strage cadauerum, nec sepeliri potuerunt. Necꝫ istud pia fides nimium reformidat, tenens prædictum, nec absumentes bestias resurrecturis corporib. obfuturas, quorum capillus capitis non peribit. Nec ullo modo diceret ueritas, Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere, si quicquam obesset futurę uitæ quicquid inimici de corporibus occisorum facere uoluissent. Nisi forte quispiam sic absurdus est, ut cōtendat eos qui corpus occidūt non debere timeri ante mortem ne corpus occidāt, & timeri debere post mortem, ne corpus occisum sepeliri non sinant. Falsum est ergo quod ait Christus, qui corpus occidunt, & postea nō habent quid faciant: si habent tanta, quæ de cadaueribus faciant? Absit ut falsum sit quod ueritas dixit. Dictum est enim aliquid eos facere cum occidūt, quia in corpore sensus est occidendo: postea uero nihil habere quod faciant, quia nullus sensus est in corpore occiso. Multa itaꝫ corpora Christianorum terra nō texit, sed nullum eorum quisquā à cœlo & terra separauit, quam totam implet præsentia sui, qui nouit unde resuscitet quod creauit. Dicitur quidē in Psalmo: Posuerūt [a] mortalia seruorum tuorū escam uolatilibus cœli, carnes sanctorū tuorū bestijs terrę. Effuderunt sanguinem eorum sicut aquā in circumitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret: sed magis ad exaggerandā crudelitatē eorum qui ista fecerunt, non ad eorū infelicitatem qui ista perpessi sunt. Quāuis enim hæc in cōspectu hominū dura & dira uideantur: sed pretiosa in conspectu domini mors sanctorū eius. Proinde omnia ista, id est curatio funeris, con-

Psal. 78

ditio sepulturę, pompa exequiarũ, magis sunt uiuorum solatia, q̃ subsidia mortuorum.[b] Si aliquid prodest impio sepultura preciosa, oberit pio uilis aut nulla. Præclaras exequias in conspectu hominũ exhibuit [c] purpurato illi diuiti turba famulorum, sed multo clariores in cõspectu domini hulceroso illi pauperi ministerium præbuit angelorum, qui eum non extulerũt in marmoreum tumulum, sed in Abrahæ gremium sustulerunt.[d] Rident hæc illi, contra quos defendendam suscepimus ciuitatem dei. Verũtamẽ sepulturę curã etiam [e] eorũ Philosophi cõtempserũt: &[f] sępe uniuersi exercitus dũ pro terrena patria morerentur, ubi postea iacerent, uel quibus bestijs esca fierent, nõ curarũt. Licuitq́ de hac re[g] Poetis plausibiliter dicere,

Cœlo tegitur qui non habet urnam.

Quanto minus debent de corporibus insepultis insultare Christianis, quibus & ipsius carnis & membrorũ omnium reformatio non solum ex terra, uerumetiam ex aliorum elementorum secretissimo sinu, quò dilapsa cadauera recesserunt,[h] in temporis puncto reddenda, & redintegranda promittitur.

L. VIVES

a MOrtalia.] Cadauera, morticina θνησιμαῖα. b Si aliquid prodest impio.] Lucanus lib. ix Et æternos animam collegit in orbes:

Non illuc auro positi, nec thure sepulti, Perueniunt.

Sepulchra

c Purpurato illi diuiti.] de quo superiore ca. d Ridẽt.] Sepulturæ magna cura apud Romanos: hinc multa De religiõe sepulchrorum & pœnæ legibus additæ, qui hoc uel illud commiserit, insepultus abijciatur: sicut illud apud declamatores: qui parentes in calamitatibus deseruerit, insepultus abijciatur: qui causas mortis in senatu non reddiderit, insepultus abijciatur: homicida insepultus abijciatur. Sic ad popularem sensum pro Milone loquitur Cicero, cum infelicius dicit cadauer Publij Clodij fuisse, quòd honore illo & cõsueta funeris pompa caruerit. e Philosophi.] Gentilium Philosophi, ut Diogenes Cynicus, qui se canibus auibusq́ exponi mortuum iussit: cumq́ amici admonerent de laniatione cadaueris, apponite, inquit, mihi baculũ, quo aues, & canes abigam. atqui nihil senties, inquiunt illi. Si nihil sentiam, respondit Diogenes, quid mihi oberit laniatio? Idem fecit Menippus, & penè fuit istud Cynicis omnibus commune. Theodorum Cyrenæum, Cicero in Tusculanis scribit Lysimacho crucem minanti respondisse, Terribilis sit hæc purpuratis tuis, mea nihil interest humi ne, an sublime putrescam. Eadem est Socratis sententia in Phædone Platonis. f Sæpe uniuersi exercitus.] Loquitur forsan de his legiõibus, quas scribit in originibus Cato maior, sæpe in eum alacres profectas locum, unde se nunquam redituras sciret. Quid quod ante Herculem occisos in bello humare non fuit mos. Eos em̃ sepelire primus instituit Hercules, ut Aelianus in uaria historia autor est. g Poetis plausibiliter.] Cum approbatione & plausu populi. Lucanus in vij. De occisis Pharsalica pugna loquẽs; quos Cæsar cõburi aut humari uetuit, multas & graues sententias, ut

A solet, de ea re dicit: inter cæteras uero illas ad Cæsarem conuersus,

Nil agis hac ira, tabes ne cadauera soluat

An rogus, haud refert: placido natura receptat

Cuncta sinu. & post. Capit omnia Tellus

Quæ genuit, cœlo tegitur qui non habet urnam.

Idem declamator ille apud Senecam, Omnibus natura sepulturam dedit. Naufragorũ idem fluctus, qui expulit: suffixorũ corpora crucibus in sepulturã suam defluunt: eos qui uiui uruntur, pœna funerat. Et Virgilius, qui pœnas apud inferos insepultis statuit, tamen uerbis Anchisæ facilem sepulchri iacturam esse dicit. Versiculus ille Mecœnatis,

Nec tumulum curo, sepelit natura relictos:

in primis laudatur à ueteribus. Porrò urna uas erat in quo reliquiæ cadaueris combusti seruabantur. h In temporis puncto.] Primæ Corinth. xv.

B

Quæ sit ratio sanctorum corpora sepeliendi. Cap. XIII

NEC ideo tamen contẽnenda & abijcienda sunt corpora defunctorũ, maximeq́ iustorũ atq́ fideliũ, quibus tanquã organis & uasis ad omnia bona opera, sanctus usus est spiritus. Si enim paterna uestis & annulus, ac si quid huiusmodi, tanto charius est posteris, quãto erga parentes maior affectus: nullo modo ipsa spernẽda sunt corpora, quę utiq́ multo fa-C miliarius atq́ cõiunctius, q̃ quælibet indumẽta gestamus. Hæc enim [a] non ad ornamentum uel adiutoriũ quod adhibetur extrinsecus, sed ad ipsam naturam hominis pertinent. Vnde & antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt, & exequiæ celebratæ, & sepultura prouisa: ipsiq́ dum uiuerent, de sepeliendis uel etiam trãsferendis suis corporib. filijs mandauerunt,[b] & Tobias sepeliendo mortuos, deũ promeruisse, teste angelo, commendatur. Ipse quoq́ dominus die tertio resurrecturus, religiosæ mulieris [c] bonum opus prædicat, prædicandumq́ commendat, quod unguentum preciosum D super membra eius effuderit, atq́ hoc ad eum sepeliendum fecerit. Et laudabiliter cõmemorantur [d] in Euangelio qui corpus eius de cruce acceptum diligenter atq́ honorifice tegendum sepeliendumq́ curarunt. Verum istæ autoritates non hoc admonent, quod insit ullus cadaueribus sensus: sed ad dei prouidentiam, cui placent etiam talia pietatis officia, corpora quoq́ mortuorum pertinere significant, propter fidem resurrectionis astruendã. Vbi et illud salubriter discitur, quanta posit esse remuneratio pro eleemosynis, quas uiuentibus & sentiẽ-

tibus

tibus exhibemus,[e] si neq́ hoc apud deũ perit quod exanimis hominum mẽbris officij diligẽtiæq́ persoluitur. Sũt quidẽ & alia,[f] quæ sancti Patriarchæ de corporib. suis uel condendis uel transferendis prophetico spiritu dicta intelligi uoluerunt. Non autem hic locus est ut ea pertractemus, cum sufficiãt ista quæ diximus. Sed si ea quæ sustentandis uiuentibus sunt necessaria, sicut uictus & amictus, quamuis cum graui afflictione desint, non frangunt in bonis perferendi tolerandiq́ uirtutem, nec eradicant ex animo pietatem, sed exercitatam faciunt fœcundiorem, quanto magis cum desunt ea quæ curandis funeribus condendisq́ corporibus defunctorum adhiberi solent, non efficiunt miseros in occultis piorum sedibus iam quietos? Ac per hoc quando ista cadaueribus Christianorum in illa magnę urbis, uel etiam aliorũ oppidorum uastatione defuerũt, nec uiuorum culpa est, qui non potuerunt ista præbere, nec pœna mortuorum qui non possunt ista sentire.

L. VIVES

a NOn ad ornamentum. [Platonici solum animũ dicebant esse hominem, corpus animo tanquã indumentum circundatum, uel carcerem potius. Augustinus tamẽ ex ueriore opinione corpus partem hominis esse dicit. b Et Tobias.] Tobiæ ij. & xij. c Bonum opus.] Matthæi xxvi. de Maria Magdalena. d In Euangelio.] Ioannis xix. Ioseph & Nicodemus. e Si neq́ hoc apud deum perit.] Nec haustus aquæ frigidæ nomine dei datus caret præmio. Matt. x. f Quæ sancti Patriarchæ.] Iacob moriens iniunxit Ioseph filio, ut in monumentum maiorum suorũ inferretur, nec relinqueretur in Aegypto. Genes. xlvij. Ipse quoq́ Ioseph fratribus mãdauit ut & ipsi meminissent, & ita posteris traderent, cum migrarẽt in terram illam patribus à deo promissam, ossa sua in eam uti transferrent: Genesis ultimo.

De captiuitate sanctorum quibus nũquã diuina solatia defuerũt. Ca. XIIII

SED multi, inquiunt, Christiani etiã captiui ducti sunt. Hoc sanè miserrimum est, si aliquo duci potuerũt, ubi deum suũ non inuenerũt. Sunt in scripturis sanctis huius etiam cladis magna solatia.[a] Fuerunt in captiuitate tres pueri, fuit Daniel, fuerunt [b] alij Prophetæ, nec deus defuit cõsolator. Sic ergo non deseruit fideles suos sub dominatione gentis, licet barbaræ, tamen humanæ, qui Prophetam non deseruit nec [c] in uisceribus beluæ. Hęc quoque illi cum quibus agimus malunt irridere, quàm credere: qui tamen in suis literis credunt [d] Ario-A nem Methymnæum nobilissimum citharistam, cum esset eiectus de naui, exceptum Delphini dorso, & ad terras peruectum. Verum illud nostrũ de Iona Propheta incredibilius est? Planè incredibilius, quia mirabilius: & mirabilius, quia potentius.

L. VIVES

a FVerunt in captiuitate.] Danielis primo. Ananias, Misael, & Azarias cum Daniele captiui fuerunt Nabuchodonosoris. b Alij Prophetæ.] Vt Hieremias, Ezechiel, & alij. c In uisceribus beluæ.] Ionam intellige, qui triduum fuit in uentre ceti: imago hæc est Christi seruatoris resurgentis è morte ad uitam. d Arionem Methymnæum.] Arionis fabula & Delphini uulgata est apud scriptores, Herodo-B tus eam primus scripsit, libro Musarũ primo, hinc Ouidius in Fastis, & Plinius lib. ix. & Gellius lib. xvi. & Aelianus De animalibus, & alij permulti. Fuit Ariõ citharœdus ex Methymna Lesbi insulæ oppido, tẽporibus septem Græciæ sapientum: nam Periandro fuit charissimus. Sunt qui putent eum tragici carminis fuisse inuẽtorem, chorumq́ instituisse, & cecinisse carmen dithyrambicum. Hic cum ex Italia magno facto quæstu domum rediret, uideretq́ pecuniæ gratia coniurare in suã perniciem nautas, rogauit ut sibi cæteris captis, uitam solam relinquerent: cumq́ id non impetrasset, blanditijs exorauit, ut fidib. paulisper liceret canere, quo mortem suam cantu illo consolaretur. ad suauitatem sonitus congregatos ferunt delphinos aliquot, ipsumq́ Arionã non ignarum naturæ illius animalis, antequam inde dilaberetur, cum cithara & toto cultu desilijsse in dorsum unius ex illis, qui eum placide ad Tænarũ de-C uexit: ibiq́ uisitur simulachrũ, Delphini uehẽtis, & hominis insidentis. Plinius asserit esse Delphinũ amicum homini animal, idq́ multis exẽplis cõfirmat. e Quia mirabilius.] Intra uiscera seruatum esse tam diu.

De Regulo in quo captiuitatis ob religionem etiã sponte tolerãdæ extat exemplũ, quod tamen illi deos colenti prodesse nõ potuit. Cap. XV

HABENT tamen isti de captiuitate religionis causa etiã spõte tolerãda, & in suis pręclaris uiris nobilissimũ exemplũ.[a] Marcus Attilius Regulus imperator populi Romani ca-D ptiuus apud Carthaginẽses fuit. Qui cum sibi mallent à Romanis suos reddi, q̃ eorum tenere captiuos, ad hoc impetrandũ etiam istũ præcipue Regulum cum legatis suis Romam miserunt, prius iuratione cõstrictum, si quod uolebant minime peregisset, redditurũ esse Carthaginẽ. Perrexit ille, atq́ in senatu contraria persuasit: quoniam non arbitrabatur utile esse Romanæ reipublicæ mutare captiuos. Nec post hanc persuasionẽ à suis ad hostes redire compulsus est: sed quod iurauerat, id sponte impleuit. At illi eũ excogitatis atq́ horrẽdis cruciati-

bus

bus necauerunt.[b] Inclusum quippe angusto li- A gno ubi stare cogeretur, clauisq; acutissimis undiq; cõfixo, ut se in nullam eius partẽ sine pœnis atrocissimis, inclinaret, etiam uigilando peremerunt. Merito certe laudant uirtutẽ, tam magna infelicitate maiorẽ. [c] Et per deos ille iurauerat, quorum pro cultu prohibito, has generi humano clades isti opinãtur infligi. Qui ergo propterea colebãtur, ut istã uitã prosperã redderẽt si uerũ iuranti has irrogari pœnas seu uoluere, seu permisere, quid periuro grauius irati facere potuerunt? [d] Sed cur ratiocinationẽ meam non potius ad utrunq; cõcludam? Deos certe si ille coluit, ut propter iurisiurandi fidem, nec remaneret in patria, nec inde quolibet ire, sed ad suos acerrimos inimicos redire minime dubitaret: hoc si huic uitę utile existimabat, cuius tam horrendũ exitum meruit, procul dubio falleba- B tur. Suo quippe docuit exemplo, nihil deos ad istam tẽporalem felicitatẽ suis prodesse cultoribus, quandoquidẽ ille eorũ deditus cultui, & uictus & captiuus abductus est: & quia noluit aliter quàm per eos iurauerat facere, nouo ac prius inaudito nimiũq; horribili supplicij genere cruciatus, extinctus est. Si autem cultus deorũ post hanc uitam uelut mercedẽ reddit felicitatẽ, cur c calũniantur tẽporibus Christianis, ideo dicentes urbi accidisse illam calamitatẽ, quia deos suos colere destitit, cum potuerit etiã illos diligentissime colens tam infelix fieri, quàm ille Regulus fuit? Nisi forte contra claríssimam ueritatẽ, tanta quisquã dementia mirę cæcitatis obnititur, ut contendere audeat uniuersam ciuitatem deos colentẽ infelicẽ esse non posse, unum uero hominẽ posse: quòd uidelicet potentia deorum suorũ multos potius sit idonea conseruare, q̃ singulos, [e] cum multitudo cõstet ex singulis? Si autem dicunt M. Regulum etiam in illa captiui- tate illisq; cruciatibus corporis, animi [f] uirtute D beatum esse potuisse, uirtus potius uera quæratur, qua beata possit esse & ciuitas. Neq; enim aliunde beata ciuitas, aliunde homo: cum aliud ciuitas non sit, q̃ cõcors hominum multitudo. Quamobrẽ nondũ interim disputo, qualis in Regulo uirtus fuerit. Sufficit nunc quod isto nobilissimo exẽplo coguntur fateri, non propter corporis bona, uel carũ rerum quæ extrinsecus homini accidunt colendos deos: quandoquidẽ ille carere his omnib. maluit, q̃ deos, per quos iurauit offendere. Sed quid faciemus hominib. qui gloriantur talẽ se habuisse ciuem, qualem timent habere ciuitatẽ? Quod si non timẽt, tale ergo aliquid, quale accidit Regulo, etiã ciuitati tam diligenter, q̃ ille, deos colenti accidere potuisse fateantur, & Christianis temporibus nõ calumnientur. Verum quia de illis Christianis orta quæstio est, qui etiã captiui ducti sunt: hoc intueantur & taceant qui saluberrimę religioni hinc impudenter atq; imprudẽter illudũt: quia si dijs eorũ probro nõ fuit, quod attentissimus cultor illorum, dum eis iurisiurãdi fidem seruaret, patria caruit, dum aliam non haberet, capti uusq; apud hostes lõga morte & supplicio noue crudelitatis occisus est, multo minus nomen criminãdum est Christianum, in captiuitate sacratorum suorum, qui supernam patriam ueraci fide expectantes, etiam [g] in suis sedibus peregrinos se esse nouerunt.

L. VIVES

a MArcus Attilius Regulus.] Historia hæc est etiã celebris: scribunt eam plurimi. M. Attilius Regulus primo Punico bello, consul cum L. Manlio Volsone factus est: utriq; consuli Aphricum bellum est mãdatum. quod solũ ea tempestate gerebat Po. Ro. Attilius primus omniũ Romanorũ exercitũ in Aphricam transportauit, ibiq; uictos aliquot prælijs Carthaginenses implorare aliena auxilia coegit. Accitus est è Lacedæmone Xantippus homo in bellis exercitatissimus, cuius uirtute reparatũ est bellum, & cõmissa pugna, in qua Ro. exercitus est cæsus, & ipse imperator Attilius in potestatẽ hostium uiuus uenit. Qui cũ per aliquot annos esset inter alios captiuos Carthagine seruatus, anno belli quartodecimo, à cõdita Roma quingentesimotertio, ad Senatum legatus de commutandis captiuis missus est, fide data rediturum se, si non impetrasset cuius gratia mittebatur. Romam cum uenisset, senatusq; illi datus esset, sententiam est à consule consulari rogatus loco, quã dicere primum recusauit. Deinde iussus à senatu dicere, dissuasit quod Carthaginenses petebant, q̃ captiui Carthaginẽses qui Romæ erãt, iuuenes essent, & bello boni, Romani uero, qui essent Carthagine, senes bello iam inutiles, nec consilijs magnopere necessarij. Itaq; ei cunctus senatus assensus est. Cumq; à liberis, cõsanguineis, gentilibus, propinquis, necessarijs, clientibus, quæ maxima pars populi erat, retineretur, fidẽ hosti datã liberare prorsus uoluit, non ignarus infecta re, & quidẽ se dissuadente insensissimos sibi Aphros habiturũ, moriendumq; sibi per exquisitissima supplicia esse. Ita Carthaginẽ reuersus, legatione renunciata, per longa & noua cruciamenta interijt. *Attilius Regulus*

b Inclusum.] Alij alio dicunt cum mortis genere perijsse: in perpetua uigilia cõsentiunt omnes. Valerius libro ix. de machina in qua undiq; præacuti stimuli eminebãt, meminit, quẽ August. sequit. c Et per deos.] Significãtius fuisset si addidisset quod emphasim habet: Et per illos deos ille iurauerat, quorũ &c. d Sed cur ratiocinationẽ meã.] Dilẽma. si præmiũ bene cultæ religiõis illorũ deorũ est in hac uita, cur sic obijt Attilius eius obseruãtissimus: si est post hãc uitã, cur ,,sperita- tẽ huius tanq̃ mercedẽ expetũt. e Cũ multitudo cõstet ex singulis.] Si sint ergo singuli miseri, qui poterit esse multitudo felix? f Virtute beatũ.] Sic Cicero sentit multis in locis, sic Seneca, sic docti & sapiẽtes oẽs, qui de Regulo loquunt. g In suis sedib.] Terrestrib.

An stupris, quæ etiam sanctarũ forte uirginum est passa captiuitas, cõtaminari potuerit, uirtus animi sine uoluntatis assensu. Cap. XVI

AGNVM sanè crimen se putãt ob- ijcere Christianis, cum eorũ exag- M gerantes captiuitatem, addunt etiã stupra commissa, non solum in aliena matrimonia uirgines q̃ nuptas, sed etiã in quasdã sanctimoniales. Hic uero non fides non pietas, non ipsa uirtus quæ castitas dicitur, sed nostra potius disputatio [a] inter pudorem atq; rationẽ quibusdã coarctatur angustijs, [b] Nec tantum curamus hic alienis respõsionem reddere, quantum ipsis nostris consolationem. Sit igitur in primis positum atq; firmatum, uirtutem qua recte uiuitur [c] ab animi sede mẽbris corporis imperare, sanctũq; corpus usu fieri sanctæ uoluntatis. Qua inconcussa ac stabili permanẽte, quicquid alius de corpore uel in corpore fecerit, [d] quod sine peccato proprio nõ ualeat euitari, præter culpam esse patientis. Sed quia non solum quod ad dolorem, uerũetiam quod ad libidinem pertinet, in corpore alieno perpetrari potest, quicquid tale perpetratũ fuerit, & si retentam constantissimo animo pudicitiam non excutit, pudorem tamen incutit: ne credatur factum cum mentis etiam uoluntate, quod fieri fortasse sine carnis aliqua uoluptate non potuit. Ac per hoc & quæ se occiderunt, ne quicquam huiusmodi paterentur, quis humanus affectus eis nolit ignoscit? Et quæ se occidere noluerũt, ne suo facinore alienum flagitium deuitarent, quisquis eis hoc crimini dederit, ipse crimine insipientiæ non carebit. A B c D

L. VIVES

a INter pudorem atq; rationem.] Pudor enim prohibet etiam corporis uiolationẽ non uocari malam, ratio id iubet. b Nec tantum] Erũt hæc quæ dicentur nostris Christianis mulieribus, quarũ corpora uiolata sunt, uice cuiusdam consolationis. c Ab animi sede.] Sic Platonici in capite, tanquam in arce, rationem cum uirtute statuunt, mandatricem operum prospecturamq; labori, ut Claudianus inquit. d Quod sine peccato.] Nam alio modo, si sine peccato nostro uitare possimus, anniti pro uiribus debemus, ut uitetur.

De morte uoluntaria ob metum pœnæ siue dedecoris. Cap. XVII

AM uticẽs si non licet priuata potestate alicui hominẽ occidere uel no- N centem, cuius occidendi licentiã lex nulla concedit, profecto etiam qui seipsum occidit homicida est. Et tanto fit nocẽtior cum se occiderit, quãto innocẽtior in ea causa fuit, qua se occidendum putauit. [a] Nam si Iudæ factum merito detestamur, [b] eumq; ueritas iudicat, cum se laqueo suspendit, sceleratæ illius traditionis auxisse potius quàm expiasse commissum, quoniam dei misericordiam desperando [c] exitiabiliter pœnitens, nullum sibi salubris pœnitentiæ locum reliquit: quanto magis à sua nece se abstinere debet, qui tali supplicio, quid in se puniat non habet? Iudas enim cum se occidit, sceleratum hominem occidit: & tamen non solum Christi, uerumetiam suæ mortis reus fiuit hãc uitam, quia licet propter suum scelus, alio scelere suo occisus est.

L. VIVES

a NAm si Iudæ factum.] Hoc notum est omnibus ex Euangelio. b Eumq; ueritas iudicat.] Actuũ primò Petrus, & quod dominum prodiderit, & quod se suspenderit impie & nefarie fecisse pronunciat. c Exitiabiliter.] Ita enim pœnituit, eum, ut non satis se posse pœnitere tanti sceleris desperarit.

De aliena uiolentiarũ libidine quam in oppresso corpore mens inuita perpetitur. Cap. XVIII

VR autem homo qui mali nihil fa- cit, sibi malefaciat, & seipsum interfi- c ciendo hominem interficiat innocentem, ne aliũ patiatur nocentem: atq; in se perpetret peccatũ proprium, ne in eo perpetretur alienũ? At enim, ne uel aliena polluat libido metuitur. Nõ polluet, si aliena erit. Si autẽ polluet, aliena nõ erit. Sed cũ pudicitia uirtus sit animi, [a] comitẽq; habeat fortitudinẽ, qua potius quęlibet mala tolerare, q̃ malo cõsentire decernat? [b] Nullus autẽ magnanimus & pudicus in potestate habeat quid de sua carne fiat, sed tantum quid annuat mente, uel renuat: Quis tandem sana mẽte putauerit se perdere pudicitiã, si forte in apprehẽsa & oppressa carne sua exerceatur & expleatur libido nõ sua? Si enim hoc modo pudicitia perit, profecto pudicitia uirtus animi nõ erit: nec pertinebit [c] ad ea bona, quib. bene uiuitur, sed in bonis corporis nũerabitur: qualia sũt, uires, pulchritudo, sana integraq; ualetudo, ac si quid huiusce modi est, [d] quę bona, etiãsi minuãtur, bonã iustãq; uitã oñino nõ minuũt. [e] Quod si tale aliquid est pudicitia, ut quid ,p illa ne amittatur, etiã cũ periculo corporis laboratur? Si aũt animi

bonum est,[f] etiam oppresso corpore non amittitur. Quinetiam sanctæ continentiæ bonum est, cum immunditiæ carnalium concupiscentiarum non cedit, & ipsum corpus sanctificatur: & ideo cum eis non cedere inconcussa intentione perstitit,[g] nec de ipso corpore perit castitas, quia eo sancte utendi perseuerat uoluntas, & quantum in ipso est etiam facultas. Neque enim eo corpus sanctum est, quod eius membra sunt integra, aut eo, quod nullo cõtrectantur attactu, cum possint diuersis etiam casibus, uulnerata uim perpeti: & medici aliquando saluti opitulantes, hæc ibi faciãt, quæ horret aspectus. [b]Obstetrix uirginis cuiusdam integritatem manu uelut explorans, siue maleuolentia, siue inscitia, siue casu dũ inspicit, perdidit. Non opinor quenquam tam stulte sapere, ut huic perisse aliquid existimet, etiam de ipsius corporis sanctitate, quãuis membri illius integritate iam perdita. Quo circa proposito animi permanente, per quod etiam corpus sanctificari meruit, [i]nec ipsi corpori aufert sanctitatem uiolentia libidinis alienæ, quam seruat perseuerantia continentiæ suæ. An uero si aliqua fœmina mente corrupta, uiolatoq; proposito, quod deo uouerat, pergat uitianda ad deceptorem suum, adhuc eam pergentem sanctam uel corpore dicimus, ea sanctitate animi per quam corpus sanctificabatur amissa atque destructa? Absit hic error. Et hinc potius admoneamur, ita non amitti corporis sanctitatem manente animi sanctitate, etiam corpore oppresso, sicut amittitur corporis sanctitas uiolata animi sanctitate, etiã corpore intacto. Quamobrem quia nõ habet, quod in se morte spontanea puniat fœmina, si ne ulla consensione sua uiolenter oppressa, & alieno compressa peccato: quanto minus, antequam hoc fiat, ne admittatur homicidium certum, cum ipsum flagitium quamuis alienũ adhuc pendet incertum? An forte huic perspicuæ rationi, qua dicimus corpore oppresso, nequaquam proposito castitatis ulla in malum cõsensione mutato, illius tantum esse flagitiũ qui opprimens concubuerit, non illius quæ oppressa concumbenti nulla uoluntate consenserit, contradicere audebunt hi contra quos fœminarum Christianarum in captiuitate oppressarum, non tantum mentes, uerum etiam corpora sancta defendimus?

L. VIVES

a COmitemq; habeat fortitudinẽ.] Connexæ nãq; sunt uirtutes omnes, & inter sese complexæ, ut Philosophi docent. Sed est nonnullis maior inter se cognatio & coniunctio, q̃ cum alijs. b Nullus autem magnanimus.] Hic Plutarchus, nisi memoria fallor, ex Menandro dicit, non esse boni ac fortis uiri, dicere: Hoc non patiar: esse uero eius dicere, hoc nõ faciam.

c Ad ea bona.] Ad uirtutes: nam triplex genus bonorum fecerũt Platonici & Peripatetici, quos populus secutus est: bonorum animi, bonorum corporis, bonorum fortunæ, siue externorũ. *Bona triplicia*

d Quæ bona etiamsi.] Hoc non modo ex sententia Stoicorum, sed etiam Platonis & Peripateticorũ: qui externa & corporis bona, tametsi ad beatitudinẽ nonnihil, ad bonam tamen sanctamq; uitã nihil dicebant pertinere. e Quod si tale aliquid.] Si ex bonis est corporis, non est tanti, ut corporis iactura fiat propter eam: præstantius enim debet censeri corpus quàm ipsa. f Etiam oppresso corpore.] Sic ægram animi Brutus & Colatinus Lucretiam consolabantur, de qua proximo loquetur capite, auertendo noxam à coacta in autorem delicti, ut inquit Liuius, mentem peccare, non corpus. Et unde consilium abfuerit, culpam abesse: Et nutrix illa apud Senecam in Hippolyto, Mens impudicam facere, nõ casus solet.

g Nec de ipso.] Castitas corporis ex illa manat, quæ in mẽte est. h Obstetrix uirginis cuiusdam.] Videtur rem factam narrare, quoniã cuiusdã dicit. i Nec ipsi corpori.] Quàm ad uulgarem sensum illud dictum est, siue à Bruto, siue à Liuio homine utroque ingenij & prudentiæ non uulgaris, de sanguine Lucretiæ iam occisæ loquente: Per hunc castissimum ante regiam iniuriam sanguinem iuro, quasi uero post regiam iniuriam non etiam fuerit castissimus, si libido omnis ab animo abfuerit, ut abfuisse putant.

De Lucretia quæ se ob illatũ sibi stuprum peremit. Cap. XIX

[a]VCRETIAM certe matronã nobilem ueteremq; Romanam, pudicitiæ magnis efferunt laudibus. Huius corpore cum uiolẽter oppresso, Tarquinij regis filius libidinose potitus esset, illa scelus improbissimi iuuenis marito Colatino, & propinquo Bruto, uiris clarissimis & fortissimis indicauit, eosq; [b]ad uindictã constrinxit. Deinde fœdi in se commissi ægra atq; impatiẽs se peremit. Quid dicemus? Adultera hęc, an casta iudicanda est? Quis in hac cõtrouersia laborandũ putauerit? [c]Egregię quidã ex hoc ueraciterq; declamans ait, Mirabile dictu, Duo fuerunt, & adulterium unus admisit. Splendide atq; uerissime. Intuẽs enim in duorũ corporũ cõmixtione, unius inquinatissimã cupiditatẽ, alterius castissimã uoluntatẽ: & nõ quid coniunctione membrorum, sed quid animorũ diuersitate ageretur, attendens, Duo, inquit, fuerunt, & adulterium unus admisit. Sed quid est hoc, quod in eam grauiũs uindicatur, quæ adulterium non admisit? [d]Ille patria etiam cum

cum patre pulsus est: hæc summo est mactata supplicio. Si non est illa impudicitia, qua inuita comprimitur, non est hæc iustitia, qua casta punitur. Vos appello leges iudicésque Romani. Nempe post patrata facinora, nec quenquam [e]scelestum indemnatum impune uoluistis occidi. Si ergo ad uestrum iudicium quisquam deferret hoc crimen: uobisq; probaretur, non solum indemnatam, uerum etiam castam & innocentem interfectam esse mulierem: nónne eum qui id feciſſet, seueritate congrua plectere tis? Hoc fecit illa Lucretia, illa illa sic prædicata Lucretia: innocentẽ, castam, uim perpessam Lucretiam? [f]Lucretia insuper interemit. Proferte sententiam. Quod si propterea non potestis, quia non astat quam punire possitis, cur interfectricem innocentis & castæ tanta prædicatione laudatis? Quã certe apud infernos iudices, etiam tales, quales Poetarum uestrorũ carminibus cantitantur, nulla ratione defenditis. [g]constitutam scilicet inter illos, Qui sibi letum
Insontes peperere manu, lucemq; perosi,
Proiecere animas. cui ad superna redire cupiẽti
Fata obstant: tristisq; palus innabilis unda
Alligat. An forte ideo ibi non est, quia non insontem, sed male sibi conscium se peremit?
Quid si enim [h]quod ipsa tantũmodo nosse poterat, quãuis iuueni uiolenter irruenti, etiam sua libidine illecta consensit? Idq; in se puniens ita doluit, ut morte putaret expiandũ? quanquam ne sic quidem occidere se debuit, si fructuosam posset apud deos falsos agere pœnitentiã. Veruntamẽ si forte ita est, falsumq; est illud, quod duo fuerũt, & adulterium unus admisit, sed potius ambo adulteriũ commiserũt, unus manifesta inuasione, altera latẽte consensione, non se occidit insontem, [i]& ideo potest à literatis eius defensoribus dici non esse apud inferos inter illos qui sibi letum insontes peperere manu. Sed ita hęc causa ex utroq; latere coarctatur, ut si extenuatur homicidium, adulterium cõfirmetur: si purgatur adulterium, homicidium cumulatur. [k]Nec omnino inuenitur exitus, ubi dicitur: Si adultera, cur laudata? si pudica, cur occisa? Nobis tamẽ in hoc tã nobili fœminę huius exemplo, ad istos refutandos, qui Christianis fœminis in captiuitate compressis, alieni ab omni cogitatione sanctitatis insultant: sufficit quod in præclaris eius laudibus dictum est: Duo fuerũt, & adulterium unus admisit. Talis enim ab eis Lucretia magis credita est, quæ se nullo adulterino potuerit maculare consensu. Quod ergo seipsam quoniam adulterium pertulit, etiã non adultera occidit, non est pudicitiæ charitas, sed pudoris infirmitas. Puduit enim eam turpitudinis alienæ in se commissæ, [l]etiam si non secum: [m]& Romana mulier laudis auida nimium uerita est, ne putaretur quod uiolẽter est passa cum uiueret, libenter passa, [n]si uiueret. Vnde ad oculos hominum mẽtis suæ testem illam pœnam adhibendam putauit, quibus conscientiam demonstrare non potuit. Sociam quippe facti se credi erubuit, si quod alius in ea fecerat turpiter, ferret ipsa patiẽter. Nõ hoc fœminæ Christianæ fecerunt, quæ passæ similia uiuunt. Tamen nec in se ultæ sunt crimen alienum, ne aliorum sceleribus adderent sua. si quoniam hostes in eis concupiscendo stupra cõmiserant; illæ in seipsis homicidia erubescendo cõmitterẽt. Habent quippe intus gloriam castitatis, [o]testimonium conscientiæ, habent autem coram oculis dei sui, nec requirunt amplius, ubi quid recte faciant, non amplius habent, ne deuient ab auctoritate legis diuinæ, cum male deuitant offensionem suspicionis humanæ.

L. VIVES

a LVcretiã certe.] Hæc Lucretiæ historia uulgaris est, quamuis eam Dionysius paulum aliter, q̃ Liuius tradat, sed in summa rei cõsentiũt. b Ad uindictam cõstrinxit.] Liuius uerbis Lucretiæ: sed date dextras fidẽq;, haud impune adultero fore. dant ordine omnes fidem. c Egregie quidam.] Nõdum quis hic fuerit legi. Scholiastes noster Vergilium dicit esse, ac se à magno quodam uiro, qui historias multas legerat scriptũ inuenisse. quasi uero qui multas legit historias possit ex se nouam de rebus antiquis confingere. Sed nec Vergilius declamauit unquam, nec causam egisse nisi unã, idq; semel traditur: ac forsan in illa una, quæ nũquam extitit, magnus ille historiarum lector diuinauit hoc dictum esse. Cuius rei affirmandæ licentiã habebat, quia multas legerat historias: & eo maiorẽ, si uel licentiatus erat, uel doctor. *Virgilius excusat causam uanam*

d Ille patria.] Expulsus Tarquinius rex, cũ regia stirpe. de hoc libro tertio. e Scelestum & indemnatum.] Cicero scribit de capite ciuis Roma. legibus esse cautum, ne iudicium ferretur, nisi à toto populo magnis comitijs, quæ dicuntur centuriata. Modum & ordinem iudicij ponit in oratione Pro domo sua, & Plutarchus in Gracchis. *De capite ciuis R. qualiter iudicabatur*

f Lucretia insuper.] Hoc enim auget rem, Lucretiam fuisse: hoc est, patritiam & primariam ciuitatis fœminam.

g Constitutam scilicet inter illos.] Virgilius in sexto, nouẽ circulis inferna cõtineri narrat: in quorũ iij. dicit,

Proxima deinde tenent mœsti loca, qui sibi letum
Insontes peperere manu, lucemq; perosi
Proiecere animas: quàm uellent æthere in alto
Nunc & pauperiem & duros perferre labores!
Fata obstant tristisq; palus innabilis unda
Alligat, & nouies styx interfusa coercet.

Inferorũ nouem circuli

Quod q

h Quod ipſa tantummodo.] Neq; enim alius ſcire poteſt, an & ipſa uoluptate aliqua delinita tacite conſenſerit. i Et ideo poteſt non literatis eius defenſoribus.] Melius ſic. Ideo poteſt à literatis eius defenſoribus, uel à non illiteratis eius defenſoribus. k Nec omnino inuenitur exitus.] Dilēma eſt hoc: Si adultera, cur laudata? ſi pudica, cur occiſa? Hoc genus argumenti ueteres qui de Rhetorica præceperunt arte, uel infirmatione alterius partis ſolui dicunt, uel conuerſione, quam ἀντιστροφὴν uocant. Exempla ſunt apud Ciceronem in Rhetoricis. Neutrum inueniri poſſe huic concluſioni exitū Auguſtinus dicit. l Etiam nō ſi ſecū.] Nam alienа ipſa fuit à cōſenſu turpitudinis. m Et Ro. mulier.] Rom. enim gēs auidiſſima fuit laudis, de qua dictū eſt: Vincet amor patriæ, laudumq; immenſa cupido.
Quin & ipſa Lucretia, ut Ouidius de ea inquit in Faſtis:
Succubuit famæ uicta puella metu.
n Si uiueret.] Poſt adulterium in ſe perpetratū. o Teſtimonium conſcientiæ.] Paulus ij. ad Corinth. i. Nam gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Idem Stoici & cuncti ex gentibus ſapientes dixerunt.

Dilemma
Antiſtrophe
Rom. laudis auidi

Nullam eſſe autoritatem, quæ Chriſtianis in qualibet cauſa ius uoluntariæ necis attribuat. Cap. xx

EQVE enim fruſtra in ſanctis canonicis libris nuſquam nobis diuinitus præceptum permiſſumue reperiri poteſt, ut uel ipſius adipiſcendæ immortalitatis, uel ullius carēdi cauendiue mali cauſa, nobiſmetipſis necem inferamus. Nam & prohibitos nos eſſe intelligēdū eſt, ubi lex ait, Non occides: præſertim quia non addidit, proximum tuum: ſicut falſum teſtimonium cū uetaret, Falſum, inquit, teſtimónium nō dices aduerſus proximum tuum. Nec ideo tamen ſi aduerſus ſeipſum quiſquā falſum teſtimoniū dixerit, ab hoc crimine ſe putauerit alienum: quoniam regulam diligēdi proximū à ſemetipſo dilector accepit, quando quidē ſcriptum eſt: Diliges proximum tuū ſicut teipſum. Porrò ſi falſi teſtimonij non minus reus eſt, qui de ſeipſo falſum fatetur, quàm ſi aduerſus proximum hoc faceret: cū in eo præcepto, quo falſum teſtimoniū prohibetur, aduerſus proximū prohibeatur, poſitq; nō recte intelligentib. uideri non eſſe prohibitum, ut aduerſus ſeipſum quiſquā falſus teſtis aſſiſtat: quanto magis intelligendū eſt, nō licere homini ſeipſum occidere, cū in eo quod ſcriptū eſt: Non occides: nihilo deinde addito, nullus, nec ipſe uticq; cui præcipitur, intelligitur exceptus? Vnde quidā hoc præceptum etiā in beſtias ac pecora conātur extendere, ut ex hoc nullum etiam eorum liceat occidere. Cur non ergo & herbas & quicquid humo radicitus alitur ac figitur? Nam & hoc genus rerum quamuis non ſentiat, dicitur tamen uiuere: ac per hoc poteſt & mori: proinde etiam cum uis adhibetur, occidi. Vnde & Apoſtolus cum de huiuſcemodi ſeminib. loqueretur: Tu, inquit, quod ſeminas non uiuificatur, niſi prius moriatur. Et in Pſalmo ſcriptum eſt, Occidit uites eorum in grandine. Nunquid igitur ob hoc cum audimus, Non occides, uirgultum uellere nefas dicimus, & Manichæorū errori inſaniſſime acquieſcimus? His igitur deliramētis remotis, cum legimus, Non occides: ſi propterea nō accipimus hoc dictū eſſe de frutetis: quia nullus eſt eis ſenſus, nec de animantib. irrationalibus, uolatilibus, natatilibus, ambulatilibus, reptilibus: quia nulla nobis ratione ſociantur, quā nō eis datum eſt nobiſcum habere communem: unde iuſtiſſima ordinatiōe creatoris & uita & mors eorum noſtris uſibus ſubditur: reſtat ergo ut de hominibus intelligamus, quod dictū eſt, Non occides: nō alterum, ergo nec te. Neq; enim qui ſe occidit, aliud q̄ hominem occidit.

Pſal. 77

L. VIVES

a Quamuis nō ſentiat, dicitur uiuere.] Ariſtoteles animatos dicit ſtirpes, & uiuētes, inſenſibiles tamen. Plato ex Empedoclis ſententia animales illos ait, & ſentientes. Vtrumcunque ſit, mori poſſunt, quia uiuunt.

Stirpes animati

De interfectionibus hominum, quæ ab homicidij crimine excipiuntur. Caput xxi

VASDAM uero exceptiones eadē ipſa diuina fecit autoritas, ut liceat hominem occidi. Sed his exceptis quos deus occidi iubet, ſiue data lege, ſiue ad perſonam pro tempore expreſſa iuſſione. Non autem ipſe occidit, qui miniſterium debet iubenti, ſicut adminiculum gladius eſt utenti. Et ideo nequaquam contra hoc præceptum fecerunt, quo dictum eſt, Nō occides: [a] qui deo autore bella geſſerunt, aut perſonam gerentes publicæ poteſtatis, ſecundum eius leges, hoc eſt iuſtiſſimæ rationis imperiū, ſceleratos morte punierunt. Et Abraham non ſolum non eſt culpatus crudelitatis crimine, uerum etiam laudatus eſt nomine pietatis, quòd uoluit filium nequaquā ſcelerate, ſed obediēter occidere. Et merito quæritur, utrū pro iuſſu dei ſit habendum quod [b] Iepte filiam quę patri occurrit, occidit, cum ſe immolaturū deo id uoluiſſet, quod ei redeunti de prælio uictori primitus occurriſſet. [c] Nec Sampſon aliter excuſatur; quòd ſeipſum cum hoſtibus ruina domus oppreſſit: niſi quia ſpiritus latēter hoc iuſſerat, qui per illum miracula faciebat. His igitur exceptis quos uel lex iuſta generaliter, uel ipſe fons iuſtitiæ deus ſpecialiter occidi iubet, quiſquis hominem uel ſeipſum, uel quemlibet occiderit, homicidij crimine innectitur.

Iepte
Abraham

L. VIVES

a Vi deo autore.] Vt Iudæi qui geſſerūt quidē bella, ſed iubente diſertis uerbis deo. Quaſi ſimili [illegible] b Iepte.] Iudi. xi. cuius factum ſimile uidetur ei quod de Agamemnone ſcribunt Tragici, qui in Aulide filiam Iphigeniā immolauit Dianæ. Iepte ſacrificiū multi reprobāt: nam uotū de his rebus, quæ ſolent immolari cum bona dei gratia, erat interpretandum, ut illud quoq; Agamemnonis. c Nec Sampſon.] Iudicum xvi.

Quod nunquam poſsit mors uoluntaria ad magnitudinem animi pertinere. Caput xxii

TQUICUNQ; hoc in ſeipſis perpetrauerunt, animi magnitudine fortaſſe mirandi, non ſapientiæ ſanitate laudandi ſunt. Quāquam ſi rationem diligentius conſulas, nec ipſa quidē animi magnitudo recte nominatur, ubi quiſq; non ualendo tolerare uel quæq; aſpera, uel aliena peccata, ſeipſe interemerit. Magis enim mēs infirma deprehenditur, quæ ferre non poteſt, uel duram ſui corporis ſeruitutem, uel ſtultam uulgi opinionem. Maioriq; animus merito dicēdus eſt, qui uitam erumnoſam magis poteſt ferre, quàm fugere: & humanum iudicium maxime uulgare, [a] quod plerunque caligine erroris inuoluitur, præ conſcientiæ luce ac puritate contemnere. Quamobrem ſi magno animo fieri putandum eſt, cum ſibi homo ingerit mortem, ille potius [b] Cleōbrotus in hac animi magnitudine reperitur: quem ferunt lecto Platonis libro, ubi De immortalitate animæ diſputauit, ſe præcipitem dediſſe de muro, atque ita ex hac uita migraſſe ad eam, quam credidit eſſe meliorem. Nihil enim urgebat aut calamitatis, aut criminis, ſeu uerum, ſeu falſum, quod nō uaſendo ferre ſe auferret, ſed ad capeſſendā mortem, atq; ad huius uitæ ſuauia uincula rumpenda ſola affuit animi magnitudo. Quod tamen magne potius factum eſſe, cū bene, teſtis ei potuit eſſe Plato ipſe, quem legerat: qui profecto id præcipue potiſsimum cū feciſſet, uel etiam fieri præcepiſſet, niſi ea mente qua immortalitatē animæ uidit, nequaquam faciendum, [c] quinetiā prohibendum eſſe iudicaſſet.

L. VIVES

a Vod plerunq; caligine erroris.] Populum ſapientes olim magnum erroris magiſtrū ſoliti ſunt appellare. b Theobrotus.] Legendū Cleombrotus. Hic fuit Ambraciota, qui lecto Platonis Phædone De immortalitate animæ, ut ex hac uita, quæ eſt uelut mors quædam, ad immortalitatē migraret, è muro ſe in mare dedit præcipitē, cum nihil ei mali cōtigiſſet. Cicero eſt autor in primo Tuſcu. quæſt. In eū extat epigrāma Callimachi Græcū. Latinū memini me legere,
Vita uale, muro præceps delapſus ab alto
Dixiſti moriens Ambraciota puer:
Nullum in morte malum credens, ſed ſcripta Platonis
Non ita erant animo percipienda tuo.
Fuit & alius Cleombrotus Lacedæmoniorum rex, quē Epaminundas Thebanus uicit. c Quin etiam prohibendum.] Et quidem in eodem Phædone in principio, nefas eſſe dicit hominem ſibimet manus afferre: nec aliter iraſci deum, ſi id fiat, quàm dominū, ſi quod ſe mancipiorū occiderit: aliſq; multis in locis ait migrare ex hac uita nulli hominum licere iniuſſu dei. Sumus enim hic omnes uelut in acie, loco unicuiq; ſuo ab imperatore deo aſſignato: maioriq; ſupplicio afficiendum deſertorem uitæ, quàm deſertorem militiæ.

Cleombrotus

Quale exemplum ſit Catonis, qui uictoriam Cęſaris non ferens, ſe interemit. Caput xxiii

TENIM multi ſe interemerunt, ne in manus hoſtium peruenirent. Non modo quęrimus utrum ſit factum, ſed utrum fuerit faciendum. Sana quippe ratio etiam exemplis anteponenda eſt, cui quidem & exēpla concordāt: ſed illa quæ tāto digniora ſunt imitatione, quāto excellentiora pietate. Non fecerunt Patriarchæ, nō Prophetæ, non Apoſtoli: quia & ipſe dominus Chriſtus, quando eos ſi perſecutionē paterentur fugere admonuit de ciuitate in ciuitatem, potuit admonere ut ſibi manus inferrēt, ne in manus perſequentiū peruenirēt. Porrò ſi hoc ille non iuſſit, aut monuit, ut hoc modo ſui ex hac uita migrarent, quibus migrantib. manſiones æternas ſe præparaturum eſſe promiſit, quælibet exempla opponant gentes quę ignorant deum, manifeſtū eſt hoc nō licere colentibus unū uerū deum. Sed tamē etiā præter Lucretiā, de qua ſupra ſatis q̄d uidebatur diximꝰ, non

non facile reperiunt de cuius autoritate præscri A
bant, [a]nisi illum Catonem, qui se Vticę occidit:
[b]non quia solus id fecit, sed quia [c]uir doctus [d]&
probus habebatur, ut merito putetur recte eti-
am fieri potuisse uel posse quod fecit. De cuius
facto quid potissimum dicam, nisi quod amici
eius etiam [e]docti quidam uiri, qui hoc fieri pru
dentius dissuadebant, imbecillioris quàm for-
tioris animi facinus esse censuerunt: quo demõ-
straretur non honestas turpia præcauens, sed
infirmitas aduersa non sustinens. [f]Hoc & ipse
Cato in suo charissimo filio indicauit. Nam si
turpe erat sub uictoria Cæsaris uiuere, cur au-
tor huius turpitudinis pater filio fuit, quem de
Cæsaris benignitate omnia sperare præcepit?
Cur nõ & illum secum coegit ad mortẽ? [g]Nam
si eum filium qui contra imperium in hostem
pugnauerat etiam uictorem, laudabiliter Tor-
quatus occidit, cur uictus uicto filio pepercit Ca
to, qui non pepercit sibi? An turpius erat con-
tra imperium esse uictorem, quàm contra de-
cus ferre uictorem? Nullo modo igitur Cato
turpe esse iudicauit sub uictore Cæsare uiuere,
alioquin ab hac turpitudine paterno ferro fili-
um liberaret. Quid est ergo, nisi quod filiũ quã
tum amauit, cui parci à Cæsare & sperauit & C
uoluit, tantum gloriæ ipsius Cæsaris [b]ne ab il-
lo etiam sibi parceretur, ut ipse Cæsar dixisse
fertur, inuidit: aut ut aliquid nos mitius dica-
mus, erubuit?

familiæ Portiæ, homo uirtuti similimus, & per omnia
ingenio diis quàm hominibus propior: qui nunquam
recte fecit, ut facere uideretur, sed quia aliter facere nõ
poterat, cuicũ id solũ usum est rationem habere, quod
haberet iustitiã: omnibus humanis uitijs immunis, sem
per fortunam in sua potestate habuit, Hæc Velleius. ut
& Senecæ, & Lucani, & Ciceronis, & Salustij, aliorũq;
amplissima de Catone testimonia prætermittã. e Do
cti quidam.] Vticæ cum Catone dicuntur fuisse Apol-
lonides Stoicus, & Demetrius Peripateticus, & Clean
thes medicus. nam Cato Græcos Philosophos multum
in comitatu habebat, quantumq; oderat eos proauus,
tantum dilexit pronepos. Et nocte qua se occidit, Plu-
tarchus refert disputationẽ super cœnam ortam de his
rebus, quæ ad ueram hominis libertatem pertinerent:
in qua Demetrius multa dixisset aduersus ea quæ con-
stantissime affirmabat Cato, de laude eorum qui se oc-
iderent, adeo ut suspitionẽ alijs faceret, eum sua se ma-
nu statuisse tollere. f Hoc & ipse.] Plutarchus scribit,
cũ Cæsar Vticam accessisset, Catonẽ eos, quos secũ ha
bebat nauigio dimisisse, suasissecq; uehemẽter filio, ut &
ipse cũ alijs nauigaret, qui nũquã adduci potuit, ut pa- *Catonis filius*
trẽ relinqueret. Huic filio iuueni Cæsar, ut Liuius lib.
cxiiij. & Cæsar ipse in bello Aphrico scribunt, ignouit:
fuitq; in Venere intemperans, ut Plutarchus in uita pa
tris tradit. Sed pro patria in acie Philippẽsi in partibus
M. Bruti cõsobrini sui fortiter pugnans interijt, nec ex- *Manlius*
cedere ex acie uoluit fugiẽtibus iam primorib. g Nã *Torquatus*
si eum filiũ.] T. Manlius Torquatus cõsul, filium, quòd
contra edictum suũ pugnauerat, tametsi prospere, secu
ri percuti iussit: de hoc alibi. h Ne ab illo etiã.] Ca-
tonem tradit Plutarchus, nec uoluisse quicquam à Cæ
sare petere, nec pro se peti permisisse. i Vt ipse Cæ-
sar.] Nota est illa Cæsaris uox ad nuncium mortis Ca-
tonis: Inuideo Cato gloriæ tuæ, nã & tu inuidisti meæ:
ne inter cætera mea præclare facta numerarẽ & illud,
me Catonem seruasse. Libros scripsit Cæsar Anticato
nes duos contra Catonem, ut Cicero ipse & Suetoni-
us meminerunt. Ea uolumina uir clarissimus Cardinalis
Leodiensis confirmauit, se in antiqua quadam biblio-
theca Leodij uidisse, & curaturum ut ad me mitteren-
tur. Quod si fecerit, non inuidebo studiosis hominibus
lectionem eorum.

L. VIVES

Catones a Nisi illum Catonem.] Catones sunt ex gẽte Por-
tia è Tusculo Latinorum oppido oriunda. Pri-
mus qui in ea gẽte Cato, hoc est, cautus & pru-
dens est dictus, fuit M. Portius, homo nouus, sed maxi-
mos honores assecutus, consulatum, censuram, trium-
phum. Huius pronepos fuit M. Portius Cato, uterque
maximus & innocentissimus uir. Ille maior, hic minor
appellatus est. Minor prætorius adhuc bello ciuili Põ-
peiano, Pompei, hoc est ipsius reipub. & libertatis par-
tes aduersus C. Cæsaris tyrannidem secutus est: uicto
ad Pharsaliam à Cæsare Pompeio, & in Aphrica Scipio
ne Metello Pompei socero, ipse fracta fortuna partium,
cum omnia superata esse à Cæsare uideret, Vticæ, quæ
ciuitas est in Aphrica, per lecto prius bis eadem ipsa no
cte Platonis Phædone De animæ immortalitate gladio
se transfixit. b Non quia solus.] Nam alij alijs bellis
permultis se occiderant, ne potestatem sui hostibus fa-
cerent. Et in eodem ciuili Scipio Metellus & Aphranius, & Iuba rex se interemerunt. c Vir doctus.] Stoi
Catonum sanctitas cus & Græcæ sapiẽtiæ callentissimus. d Et probus.]
Catonis utriusq; & innocẽtia & sapientia etiã in prouer
bium abierunt. Vnde & illud apud Iuuenalem,
Tertius è cœlo cecidit Caro.
Hunc Catonem sic ad Vinicium describit Velleius Pa
terculus: Hic genitus proauo M. Catone principe illo

Quod in ea uirtute, qua Regulus Ca tone præstãtior fuit multo magis emi neant Christiani. Cap. XXIIII

OLVNT autem isti contra quos
agimus, ut sanctum uirum Iob, qui
N tam horrenda mala [a]in sua carne
perpeti maluit, quàm illata sibi mor
te omnibus carere cruciatibus: uel
alios sanctos ex nostris literis summa autorita
te celsissimis, fideq; dignissimis, qui captiuitatẽ
dominationemq; hostium ferre quàm sibi ne-
cem inferre maluerũt, Catoni præferamus: sed
ex literis eorum, eidem illi Marco Catoni Mar
cum Regulum præferamus. Cato enim nun-
quam Cæsarem uicerat, cui uictus dedignatus
est subijci, & ne subijceretur à seipso elegit occi
di: Regulus autẽ Pœnosiam uicerat, imperioq;
Romano Romanus imperator non ex ciuibus
dolendam

dolendam, sed ex hostibus laudandam uicto- A
riam reportauerat: ab eis tamen postea uictus,
maluit eos ferre seruiendo, cũ eis se auferre mo-
riendo. Proinde seruauit & sub Carthaginẽsi-
um dominatione patientiam, & in Romano-
rum dilectione constantiam: nec uictum aufe-
rens corpus ab hostibus, nec inuictum animũ
à ciuibus. Nec quòd se occidere noluit uitæ hu-
ius amore fecit. Hoc probauit, cum causa pro-
missi iurisq; iurandi ad eosdẽ hostes, quos gra
uius in senatu uerbis, quàm in bello armis of-
fenderat, sine ulla dubitatione remeauit. Tan-
tus itaq; uitæ huius contemptor, cum sæuienti-
bus hostibus, per quaslibet pœnas eam finire, B
quàm se ipse perimere maluit, magnum scelus
esse si se homo interimat, proculdubio iudica-
uit. Inter omnes suos laudabiles & uirtutum in
signib. illustres uiros nõ proferũt Romani me-
liorẽ, quẽ necq; felicitas corruperit, nam in tanta
uictoria [b]pauperrimus permãsit, nec infelicitas
fregerit: nã ad tanta exitia reuertit intrepidus.
Porrò si fortissimi & præclarissimi uiri terrenæ
patriæ defensores, deorumq; licet falsorum, nõ
tamen fallaces cultores, sed ueracissimi etiam iu
ratores, qui hostes uictos more ac iure belli fe-
rire potuerunt, hi ab hostibus uicti seipsos fe- C
rire noluerunt: & cum mortem minime formi-
darent, uictores tamen dominos ferre, quàm
eam sibi inferre maluerunt: quanto magis Chri
stiani uerum deum colentes, & supernæ patriæ
suspirantes, ab hoc facinore temperabunt, si e-
os diuina dispositio uel probandos uel emen-
dandos ad tẽpus hostib. subiugauerit, quos in
illa humilitate nõ deserit, qui propter eos tam
humiliter uenit altissimus: [c]præsertim quos nul
lius militaris potestatis, uel talis militiæ iura con
stringunt, ipsum hostem ferire superatum?

Quod peccatum non per peccatum debeat declinari. Cap. XXV

VIS ergo tam malus error obrepit,
ut homo se occidat, uel quia in eum
Q peccauit, uel ne in eum peccet inimi
cus, cum uel peccatorem uel pecca-
turum ipsum occidere non audeat
inimicum? At enim timendum est & cauendũ,
ne libidini hostili subditum corpus illecebrosis-
sima uoluptate animũ allliciat consentire pecca-
to. Proinde, inquiunt, non iam propter alienũ,
sed propter suum peccatum, antequã hoc quis- D
que committat, se debet occidere. Nullo modo
quidem hoc faciet animus, ut consentiat libidi-
ni carnis suæ, aliena libidine concitatæ, qui deo
potius eiusq; sapientiæ quàm corporis concu-
piscentiæ subiectus est. Veruntamen si detesta
bile facinus & damnabile scelus est etiam seip-
sum hominem occidere, sicut ueritas manifesta
proclamat, quis ita desipiat, ut dicat, Iam nunc
peccemus, ne postea forte peccemus: iam nunc
perpetremus homicidium, ne forte postea in-
cidamus in adulterium? Nónne si tantum do-
minatur iniquitas, ut non innocentia, sed po-
tius peccata eligantur, satius est incertum de
futuro adulterium, quàm certum de præsen- C
ti homicidium? Nónne satius est flagitium
committere, quod pœnitendo sanetur, cũ tale
facinus ubi locus salubris pœnitentiæ non re-
linquitur? Hęc dixi propter eos uel eas, quę nõ
alieni, sed proprij peccati deuitãdi causa, ne sub
alterius libidine etiam excitatæ suæ forte con-
sentiant, uim sibi qua moriantur inferẽdam pu
tant. Cæterum absit à mente Christiana, quæ
in deo suo fidit, in eoq; spe posita eius adiuto-
rio nititur: absit, inquam, ut mens talis quibusli
bet carnis uoluptatibus ad consensum turpitu- D
dinis cedat. [a]Quòd si illa concupiscentialis ino-
bedientia, quæ adhuc in membris [b]moribũdis
habitat, præter nostræ uoluntatis legem quasi
lege sua mouetur: quanto magis absq; culpa est
in corpore non consentientis, si absq; culpa est
in corpore dormientis?

L. VIVES

a IN sua carne.] Vlcere enim pessimo est afflictus.
b Pauperrimus.] Liuius lib. xviij. & Valerius
in exemplis de paupertate. Cum Attilius proroga
tum in proximum annum imperium cognouisset, con-
sulibus de successore sibi mittendo scripsit. Inter causas
cur prouincia uellet decedere illam attulit præcipuam
quod agellus suus septem iugerum, quem solum habe
bat, à mercenario uastaretur, quod si ita pergeret face-
re, non fore unde uxor & liberi sui alerentur: senatus da
to ædilibus negocio patrimonio Attilij prospexit.
c Præsertim quos.] Alienam facit hanc pugnandi
rationem à Christiana pietate, id est, inhumanitatem
sæuissimam à mansuetissima humanitate.

a QVod si illa cõcupiscentialis.] Mouetur enim ex
se libido corporis etiam uoluntate resistente ac
repugnante. hinc uicta uoluntate à carne, nasci-
tur pudor: ut aliàs dicetur fusius. h Moribundis.]
Membra hæc nostra morti subdita quotidie moriũtur
& tamen uitam quandam uidentur per se habere aliam
à uita animi: quanto magis absq; culpa est, si motus illi

d libidi-

libidinis inter dormiendum excitãtur sine culpa, quia natura illos agitat absq; assensu uoluntatis, quanto minus erunt sine culpa, ubi non solum quiescit uoluntas, sicut in somno, uerumetiam aduersatur, & obsistit.

De his quæ fieri non licet, cum à sanctis facta noscũtur, qua ratione facta credenda sint. Cap. XXVI

"ED quædam, inquiunt, sanctæ fœminæ tempore persecutionis, ut insectatores suæ pudicitiæ deuitarẽt, s in rapturum atq; necaturum se flumen proiecerũt: eoq; modo defunctæ sunt, earumq; martyria in catholica Ecclesia ueneratione celeberrima frequentantur. De his nihil temere audeo iudicare. Vtrum enim ecclesiæ aliquibus fide dignis testificationibus, ut earum memoriam sic honoret, diuina persuaserit autoritas, nescio, & fieri potest, ut ita sit. Quid si enim hoc fecerunt non humanitus deceptæ, sed diuinitus iussæ: nec errantes, sed obedientes: sicut de Sampsone aliud nobis fas non est credere? Cum autem deus iubet, secq; iubere sine ullis ambagibus intimat, quis obedientiam in crimen uocet? quis obsequium pietatis accuset? Sed non ideo sine scelere facit, quisquis c deo immolare filiũ decreuerit, quia hoc Abraham etiam laudabiliter fecit. Nam & miles cũ obediens potestati sub qua legitime cõstitutus est, hominẽ occidit, nulla ciuitatis suæ lege reus est homicidij: immo nisi fecerit, reus est imperij deserti atq; cõtempti. Quòd si sua sponte atq; autoritate fecisset, in crimen effusi humani sanguinis incidisset. Itaque unde punitur si fecerit iniussus, inde punietur nisi fecerit iussus. Quod si ita est iubente imperatore, quanto magis iubente creatore? Qui ergo audit, non licere se occidere, faciat si iussit, cuius non licet iussa cõtemnere. Tãtummodo uideat, utrum diuina iussio D nullo nutet incerto. [b]Nos per aurem conscientiam conuenimus, occultorum nobis iudicium non usurpamus. Nemo scit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnib. approbamus, neminem spõtaneam mortem sibi inferre debere, uelut fugiendo molestias temporales, ne incidat in perpetuas. Neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat habere grauissimum proprium, quem non polluebat alienum: neminem propter sua peccata præteri-

A ta, propter quæ magis hac uita opus est, ut possint pœnitendo sanari. Neminem uelut desiderio uitæ melioris, quæ post mortem speratur: quia reos suæ mortis, melior post mortem uita non suscipit.

L. VIVES

a SEd quædam, inquiũt.] Pelagiam scribit Ambrosius lib. iij. de uirginibus cum matre & sororibus præcipitem se dedisse in flumen, ne à persequenti milite uiolaretur: eam tamen, ut idem inquit, martyrũ numero Ecclesia ascripsit. Item Sophroniam, quæ s: occidit, ne uim à Maxentio Cæsare pateretur: ut Eusebius in Ecclesiastica historia perhibet. b Nos per aurem.] Ab exterioribus iudicium: de interioribus faci- B mus: in occulta enim acies nostra non penetrat.

Pelagia

Sophronia

An propter declinationem peccati mors spontanea appetenda sit. Caput XXVII

ESTAT una causa de qua dicere cœperã, qua utile putatur ut se quisquam occidat, scilicet ne in peccatũ irruat, uel blandiente uoluptate, uel dolore sæuiente. Quam causam si R uoluerimus admittere, eo usq; progressa perueniet, ut hortandi sint homines tunc se potius interimere, cũ lauacro sanctæ regenerationis ablu ti, uniuersorum remissionem acceperint peccatorum. Tunc enim tempus est cauendi omnia futura peccata, cum omnia sunt deleta præterita. Quod si morte spontanea recte fit, cur non tũc potissimum fit? Cur baptizatus sibi quisq; parcit? Cur liberatum caput tot rursus uitæ huius periculis inserit, cum sit facillimæ potestatis illata sibi nece omnia deuitare, scriptũq; sit: Qui amat periculũ, incidit in illud? Cur ergo aman- *Eccli 3* tur tot & tanta pericula, uel certe etiam si nõ amantur, susciptũtur? Cur manet in hac uita, cui abscedere licitum est? An uero tam insulsa peruersitas cor uertit, & à consideratione ueritatis auertit: ut si se quisquam interimere debeat, ne unius captiuantis dominatu corruat in peccatum, uiuendum sibi existimet, ut ipsum perferat mundum per omnes horas tentationib. plenum, & talibus qualis sub uno domino formidatur, & innumerabilibus cæteris, sine quibus hæc uita non ducitur? Quid igitur causę est, cur in eis exhortationibus tempora consumamus: "quibus baptizatos alloquendo studeamus accendere, [b]siue ad uirginalem integritatem, siue ad continentiam uidualem, siue ad ipsam thori cõiugalis fidem, cum habeamus meliora, & ab omnibus

omnibus peccandi periculis remota compen- A
dia, ut quibuscunque post remissionem recentissimam peccatorum, ad arripiendam mortẽ, sibiq; ingerẽdam persuadere potuerimus, eos ad dominum saniores purioresq; mittamus? Porrò si quisquis hoc aggrediendum atq; persuadendum putat, non dico desipit, sed insanit, qua tandem fronte homini dicit: Interfice te, ne paruis tuis peccatis adijcias grauius, dum uiuis sub domino barbaris moribus impudico, qui non potest nisi scelera tissime dicere, Interfice te, peccatis tuis omnibus absolutis, ne rursus talia uel etiam peiora committas, dum uiuis in B
mundo tot impuris uoluptatibus illecebroso, tot nephandis crudelitatibus furioso, [c]tot errori bus & terroribus inimico? Hoc quia nephas est dicere, nephas est profecto se occidere. [d]Nã si hoc spõte faciendi ulla causa iusta esse posset, proculdubio iustior quàm ista non esset. Quia uero nec ista est, ergo nulla est. Non itaque uobis, ò fideles Christi, sit tædio uita uestra, si ludibrio fuit hostibus castitas uestra. Habetis magnam ueramq; consolationem, si fidam cõscientiam retinetis, non uos cõsensisse peccatis eorum, qui in uos peccare permisi sunt.

L. VIVES

Baptizandi mos

a Q[illegible] b [illegible] c [illegible] d [illegible] D

Quo iudicio dei in corpora continentium libido hostilis peccare permissa sit. Cap. XXVII

VOD si forte cur permissi sint quæritis, alta quidem est prouidentia creatoris mundi atq; rectoris, & in Q scrutabilia sunt iudicia eius, "et inuestigabiles uiæ eius. Veruntamẽ interrogate fideliter animas uestras, ne forte de isto integritatis & continentię uel pudicitiæ bo-

A no uos inflatius extulistis, et humanis laudibus delectatę in hoc etiã aliquibus inuidistis? Non accuso quod nescio, nec audio quod uobis interrogata corda uestra respondent. Tamen si ita esse responderint, nolite mirari [b]hoc uos amisisse, unde hominibus [c] placere gestijstis: illud uobis remãsisse, quod ostendi hominibus nõ potest. Si peccantibus non cõsensistis, diuinæ gratiæ, ne amitteretur, diuinum accessit auxiliũ: humanæ gloriæ, ne amaretur humanum successit opprobrium. In utroq; consolamini pusillanimes: illinc probatæ, hinc castigatæ: illinc iustificatæ, hinc emendatæ Quarum uero corda interrogata respondent, nũquam se de bono uiB ginitatis uel uiduitatis uel coniugalis pudicitiæ superbisse, [d]sed humilibus consentiẽdo, de dono dei [e]cum tremore exultasse, nec inuidisse cui quam paris excellentiam sanctitatis & castitatis: sed humana laude postposita, quæ tãto maior deferri solet, quãto est bonum rarius, quod exigit laudem, optasse potius, ut earum amplior numerus esset, cõq; ut ipsæ in paucitate amplius eminerent. Nec istæ, quæ tales sunt, si earum quoq; aliquas Barbarica libido cõpressit, permissum hoc esse [f] cauſentur: nec ideo credãt de- c
um ista negligere, quia permittit quod nemo impune committit. Quædam enim ueluti pondera malarum cupiditatum, & per occultũ pręsens diuinum iudicium relaxantur, & quædam manifesto ultimo reseruantur. Fortasis autem istæ, quæ bene sibi sunt consciæ, non se ex isto castitatis bono cor inflatum extulisse, & tamen uim hostilem in carne perpessæ sunt, habebãt aliquid latentis infirmitatis, quæ posset in superbiæ fastum, [g]si hanc humilitatem in uastatione illa euasissent, extolli. [h]Sicut ergo quidam morte rapti sunt, ne malitia mutaret intellectum eorum, ita quiddam ab istis ui raptum est, ne prosperitas mutaret modestiam earum. Vtrisq; igitur quæ de carne sua, quòd turpem nullius essent perpessæ contactum, uel iam superbiebãt, uel superbire, si nec hostium uiolentia cõtrectatæ essent, forsitan poterant: non ablata est castitas, sed humilitas persuasa. Illarum tumori occurſum est [i] immanenti, istarum occursum est imminenti. Quanquam & illud non sit tacendum, quòd quibusdam quæ ista perpessę sunt, potuit uideri continentiæ bonum in bonis corporalibus deputandum: & tunc manere, si nullius libidine corpus attrectaretur: non autem

esse positum in solo adiuto diuinitus robore uo A luntatis, ut sit sanctum & corpus & spiritus: nec tale bonum esse, quod inuito animo non possit auferri. Qui error eis fortasse sublatus est. Cũ enim cogitant qua conscientia deo seruierint, & fide inconcussa non de illo sentiũt, quod ita sibi seruientes, cumq; ita inuocantes deserere ullo modo potuerit, quantumq; illi castitas placeat, dubitare non possunt, uident esse consequens, nequaquam illum fuisse permissurum, ut hæc acciderent sanctis suis, si eo modo perire posset sanctitas, quam contulit & diligit in eis.

L. VIVES

a ETinuestigabiles.] Sic enim uulgo legitur ad Romanos undecimo, pro contrario, id est minime inuestigabiles. Inuestigabilia enim sunt ea, quæ uestigãdo inueniuntur: uiæ autẽ domini humanæ menti inuestigari non possunt. Græce ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτου.

b Hoc uos amisisse.] Famam & integrum nomen amisisse, pudicitiam retinuisse. c Placere gestijstis.] Hoc est placere cupijstis. d Sed humilibus consentiendo.] Ad Romanos xij. Non altum sapientes, sed humilibus consentientes. ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι.

e Cum tremore exultasse.] Psalmo ij. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. f Causentur.] Nõ in eo significatu quo nunc Philosophi in schola, id est causa sint, sed causam afferãt: ut apud Vergil. Causando nostros in longum ducis amores.

g Si hanc humilitatem.] Puto hic accipi pro humiliatione, qua quis desciscitur calamitate aliqua, nisi quis C malit legere: Quæ posset in superbiæ fastum si hanc humilitatem in uastatiõe illa euasissent, extollere. h Sicut ergo quidam.] Verba sunt Sapientiæ quarto, de Enoch, sed hic non de illo intelligendum: nam is uiuens ad dominum trãslatus est, sed de alijs, qui mortui sunt, & ad dominum è uita traducti eadem causa, qua ille uiuens assumptus. i Quiddam.] Vetat pudor dicere, quid illud sit. k Immanẽti.] Non ut Philosophi, id est per aliquod tempus moranti, sed iam intus manenti: quod uerbum posuit Augustinus figuram agnominationis captans in illis duobus immanens, & immi- *Agnominatio*
nens, quod in alijs multis facit.

Quid familia Christi respondere debeat infidelibus cũ exprobrant, quòd eam in furore hostium non liberauerit Christus. Cap. xxix

ABET itaq; omnis familia summi & ueri dei consolationem suam, nõ H fallacem, nec in spe rerum nutãtium uel labentium cõstitutam, uitamq; etiam ipsam temporalem minime pœnitendam, in qua eruditur ad æternam, bonisq; terrenis tanquam peregrina utitur, nec capitur, malis autem aut probatur, aut emendatur. Illi uero qui probitati eius insultant, eiq; dicunt, cum forte in aliqua temporalia mala deue

nerit: a ubi est deus tuus? Ipsi dicant, Vbi sint dij eorum, cum talia patiuntur: pro quibus euitandis eos uel colunt, uel colendos esse contendunt? Nam ista respondet, Deus meus ubique præsens est, ubiq; totus, nusquam inclusus: qui possit adesse secretus, abesse non motus. Ille cũ me aduersis rebus exagitat, aut merita examinat, aut peccata castigat, mercedemq; mihi æternam pro toleratis pie malis temporalib. seruat. Vos autem qui estis, cum quibus loqui dignũ sit saltem de dijs uestris, quanto minus de deo meo, qui b terribilis est super omnes deos: quoniam omnes dij gentium dæmonia, dominus autem cœlos fecit?

L. VIVES

a VBi est deus tuus?] Psal. xli. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est deus tuus? b Qui terribilis.] Psal. xcv.

Quòd pudendis prosperitatibus affluere uelint, qui de Christianis temporibus conqueruntur. Cap. xxx

a I Nasica ille Scipio uester quondã pontifex uiueret, quem sub terrore S belli Punici in suscipiẽdis Phrygijs sacris, cum uir optimus quæreretur, uniuersus senatus elegit, cuius os fortasse non auderetis aspicere, ipse uos ab hac impudentia cohiberet. Cur enim afflicti rebus aduersis de temporibus queramini Christianis, nisi quia uestram luxuriam cupitis habere securam, & perditissimis morib. remota omni molestiarum asperitate diffluere? Neque enim propterea cupitis habere pacem, & omni genere copiarum abundare, ut his bonis honeste utamini, hoc est modeste, sobrie, temperanter, D pie, sed ut infinita uarietas uoluptatum insanis effusionibus exquiratur: secũdisq; rebus ea mala oriantur in moribus, quæ sæuientibus peiora sint hostibus. b At ille Scipio pontifex maximus uester, ille iudicio totius senatus uir optimus, istam uobis metuens calamitatem, nolebat æmulam tunc imperij Romani Carthaginem dirui, & decernenti ut dirueretur contradicebat Catoni, timens infirmis animis hostẽ, securitatem: c & tanquam pupillus ciuibus idoneum tutorem, necessarium uidens esse terrorem. Nec eum sentẽtia fefellit, re ipsa probatum est, quàm uerum diceret. d Deleta quippe Carthagine

gine, magno scilicet terrore Romanæ reipubli- A cæ depulso & extincto, tanta de rebus prosperis orta mala continuo subsecuta sunt, ut corrupta diruptaq; cõcordia, prius sæuis cruentisq; seditionibus, deinde mox e malarum connexione causarũ, bellis etiam ciuilibus tantæ strages æderentur, tantus sanguis effunderetur, tanta cupiditate proscriptionum ac rapinarum ferueret immanitas, ut Romani illi qui uita integriore mala metuebant ab hostibus, perdita integritate uitæ, crudeliora paterẽtur à ciuibus: eaq; ipsa libido dominandi, quæ inter alia uitia generis humani immoderatior inerat uniuerso populo Romano, posteaquam in paucis potẽtioribus uicit, obtritos, fatigatosq; cæteros etiam iugo seruitutis oppressit.

L. VIVES

Scipio Nasica

SI Nasica.] Filius fuit hic Gnei Cornelij Scipiõis, qui cum P. fratre in Hispania ab Aphrisinterem- ptus est, bello Punico secũdo, eius belli anno xiiij. cum à decem uiris librorum Sibyllinorum carmen esset inter Sibyllina inuentum, fore ut hostes ex Italia pellerentur, si mater deũm ex Pessimunte ciuitate Phrygiæ Romam afferretur, Legati sunt ad Attalum missi, qui tum ibi regnabat, ut senatus & Popu. nomine matrem deũm ab eo peterent. In uia Delphicum Apollinem legati conuenêre, scisitantes ecquid spei possent de impetranda matre deũm ab Attalo habere. oraculo bonum sunt animum habere iussi, impetraturos ab At- C talo quod peterent: cæterum curarent, ut ab optimo tõtius ciuitatis uiro Romæ exciperetur. Cũ iam ergo Hostiam appulisset nauis, cũ simulachro deæ, à iuratis patribus de optimo ciuitatis uiro sentẽtias dicere P. Cor. Scipio Nasica adolescens, nec dum quæstura primo dignitatis gradu functus, uir optimus iudicatus est, qui & sacra ex S. C. excepit. Liuius lib. xxix. & alij permul- *Belli Punici origo*
ti. b At ille Scipio.] Anno ab urbe condita DC. cũ legati Rom. qui Carthaginem iuerant, renunciassent in gentem se naualis materiæ uim Carthagine inuenisse, consultatum est in senatu de bello Carthagini ex suspitione inferendo. M. Portius Cato censorius, ut securus aliquando tandem uiueret Pop. Rom. non modo bellũ Carthagini faciendum esse censebat, sed omnino excidẽdum terrorem. Nasica de quo sum locutus, nolebat nimio ocio Pop. Rom. luxuriare, & diffluere: uolebat aliquid esse, quod uelut frenum esset effusæ multorũ uirorum libidini, ideo non modo non esse delendam Car- D thaginem, sed ne bellum quidẽ sine legitima & magna causa inferendum ducebat. Liuius & alij. c Et tan- *Negociũ quàm ociũ R. melius*
quam pupillis ciuibus.] Appium Claudium dicere solitum scribit Valerius, melius Popu. Rom. negocium quàm ocium commendari: quod is Pop. nimia quiete in desidiam resolueretur, & negocium nomẽ horridum ciuitatis Rom. mores in suo statu continuit, blandæ appellationis quies plurimis uitijs infecit. d Deleta quippe Carthagine.] Salustius in bello Iugur. nam ante Carthaginem deletam Pop. & senatus Rom. placide modesteq; rempub. inter se tractabant: neq; gloriæ certamen, neq; dominationis inter ciues erat: metus hostis in bonis artib. ciuitatẽ cõtinebat, sed ubi illa formido à mẽtibus discessit, scilicet ea quæ res secũdæ amãt, lasciuia, atq; superbia incessere. e Cruentisq; seditionibus.] Tiberij Gracci deinde C. fratris, in quibus primum usq; ad sanguinem ciuilem uentum est, quarum prior fuit decem annis post deletam Carthaginem.

f Malarum cõnexione causarum.] Nam ex seditione C. Gracci ortus est tribunatus Liuij Drusi, quẽ patres equitibus, qui ex lege Gracci iudicabant, opposuerũt. Ex hoc bellũ sociale, quod promissa à Liuio Druso *Bella ciuilia*
ciuitas nõ præstaret: ex hoc Mithridaticũ, cũ Mithridates rex Põti cõsisus discordiæ Italiæ multa ciuiũ millia, quæ in suo regno negociabantur iussit interfici. Ex hoc bella ciuilia Mariana, cũ Marius prouinciã & bellũ Mithridaticum L. Syllæ uellet eripere. Ex huius seminib. Sertorianum, Lepidanum, coniuratio Catilinæ, postremo Pompeianum. Hinc Cæsaris regnũ, quo occiso bella ciuilia, Antonianum, Philippense Bruti & Cassij: Siculum Sexti Pompei, Actiacum. Tãdem respublica in monarchiam & tyrannidem uersa est.

Quibus uitiorum gradibus aucta sit in Romanis cupido regnandi. Caput xxxi

AM quando illa quiesceret in superbissimis mentibus, donec cõtinuatis honoribus ad potestatem regiã N perueniret? Honorum porrò continuandorum facultas non esset, nisi ambitio præualeret. Minime autem præualeret ambitio, nisi in populo auaritia luxuriaq; corrupto. Auarus uero luxuriosusq; populus secũdis rebus effectus est, quas Nasica ille prouidentissime cauendas esse censebat, quando ciuitatem hostium maximam, fortissimam, opulentissimamq; nolebat auferri: ut timore libido premeretur: libido pressa non luxuriaretur, luxuriaq; cohibita nec auaritia grassaretur. Quibus uitijs obseratis, ciuitati utilis uirtus floreret & cresceret, eiq; uirtuti libertas congrua permaneret. Hinc etiam erat, & ex hac prouidentissima patriæ charitate ueniebat, quod idem ipse uester pontifex maximus à senatu temporis illius, quod sæpe dicendum est electus, sine ulla sentẽtiarum discrepantia uir optimus a caueam theatri senatum construere molientem, ab hac dispositione & cupiditate compescuit: persuasitq; oratione grauissima ne b Græcam luxuriã uirilibus patriæ moribus paterentur obrepere, & ad uirtutem labefactandam eneruandamq; Romanam peregrinæ consentire nequitiæ: tantumq; autoritate ualuit, ut eius uerbis commota senatoria prouidentia, etiam subsellia quibus c ad horam congestis in ludorũ spectaculo iam uti ciuitas cœperat, deinceps prohiberet apponi. Quanto studio iste ab urbe Roma d ludos ipsos scenicos abstulisset, si autoritati eorũ, quos deos putabat, resistere auderet, quos esse no-

xios dæmones non intelligebat: aut ſi intelligebat, placandos etiam ipſe potius, quàm contẽnendos exiſtimabat. Nondum enim fuerat declarata gentibus ſuperna doctrina, quę fide cor mundans ad cœleſtia uel ſupercœleſtia capeſſenda, humili pietate humanum mutaret affectum, & à dominatu ſuperborum dæmonum liberaret.

L. VIVES

Theatrum Romæ

a Caueam theatri.] Liuius lib. xlviij. & Valerius De inſtit. antiquis. Vale. Meſſala & Caſsius cenſores theatrum faciendum locauerant, in quo Pop. Rom. ſedens ſpectaret ludos. Naſica id ne fieret in ſenatu obtinuit, tãquam publicis moribus nociturum. Ita S. C. totus ille Theatricus apparatus deſtructus eſt, cautumq́ eodem S. C. ne quis in urbe aut propius mille paſſus ſubſellia imponeret, ſedẽs ue ludos ſpectaret. Paulo ante Punicum bellum tertium Pop. Rom. per aliquot annos ſpectauit ſtans uſq; ad deletam Corinthũ, quo tempore L. Mumius ludis, quos in triumpho fecit Theatrum erexit, ſed temporarium. Primum manſurũ Theatrum Pompeius Magnus Romæ extruxit lapide quadrato, autore Cor. Tacito lib. xiiij. ad exemplum illius qđ Mitylenis uiderat bello Mithridatico. a Cauea.] Alibi alia, in Theatro locum medium ſignificat, in quo poſtea fuerunt equitum ſedes per cuneos diſtinctæ. interdum etiam pro cõſenſu totius Pop. accipitur, ut Seruius viij. Aeneid. ait. b Græcam luxuriam.] Græci multis ſeculis ante Ro. theatra habuerant, & nomen ipſum Græcum rem ex Græcia deductam oſtẽdit. Dicitur enim à θεᾶσθαι, quod eſt ſpectare. c Ad horam.] Ad tempus. nam theatra Romæ ante fuerũt temporaria, quàm manſura, & ſicut Tacitus inquit, ſubitarijs gradibus, & ſcena in tempus ſtructa. d Ludos ipſos ſcenicos.] Qui in ſcena exhibebantur: de quibus proximo libro.

Cauea Theatri

De ſcenicorum inſtitutione ludorum. Cap. XXXII

VERVNTAMEN ſcitote qui iſta neſcitis: & qui uos iſta ſcire diſsimulatis, aduertite, qui aduerſus liberatorẽ à talib. dominis murmuratis: ludi ſcenici,[a] ſpectacula turpitudinum, & licẽtia uanitatũ, non hominũ uitijs, ſed deorũ ueſtrorũ iuſsis Romæ inſtituti ſunt.[b] Tolerabilius diuinos honores deferretis illi Scipioni q̃ deos eiuſmodi coleretis. Neq; enim erãt illi dij, ſuo põtifice meliores. Ecce attẽdite, ſi mẽs tã diu potatis erroribus ebria, uos aliquid ſanũ conſiderare permittit: Dij propter ſedandam corporum peſtilẽtiam ludos ſibi ſcenicos exhiberi iubebant: pontifex autem ueſter propter animorũ cauẽdam peſtilentiam, ipſam ſcenam conſtrui prohibebat. Si aliqua luce mentis animum corpori præponitis, eligite quem colatis. [c] Neq; enim & illa corporũ peſtilentia, ideo cõquieuit, quia populo bellicoſo, & [d] ſolis antea ludis A Circenſibus aſſueto ludorum ſcenicorũ delicata ſubintrauit inſania: ſed aſtutia ſpirituum nefandorum præuidens illam peſtilentiã iam ſine debito ceſſaturã, aliam longe grauiorem, qua plurimum gaudet, ex hac occaſione nõ corporibus, ſed moribus curauit immittere: quę animos miſerorũ tantis obcæcauit tenebris, tanta deformitate fœdauit, ut etiã modo, quod incredibile forſitan erit, ſi à noſtris poſteris audietur, Romana urbe uaſtata quos peſtilentia iſta poſſedit, atq; inde fugientes, Carthaginẽ peruenire potuerunt, in theatris quotidie certatim B [e] pro hiſtrionibus inſanirent.

L. VIVES

a Spectacula turpitudinum.] Nam fœdiſsima & uiſu fiebant, & auditu dicebantur. b Tolerabilius diuinos honores.] Tertullianus in Apologetico dicit ſatius fuiſſe deos fieri, ſapientiæ Socratem, iuſtitiæ Ariſtidem, militiæ Themiſtoclem, eloquentiæ Ciceronem, felicitatis Syllam, opum Craſſum, ſublimitatis Pompeium, grauitatis Catonem. hi enim dijs ipſis præſtabant hiſce rebus. Non diſsimularunt multi ueterum bonos uiros meliores dijs ſuis eſſe. Sic Seneca lib. De tranquillitate uitæ ſecundo: Catonẽ Vticenſem certius uiri ſapientis fuiſſe exemplum, quàm Herculẽ, aut Vlyſſem affirmat. Eundem Lucanus uerum patriæ parentem nominat, digniſsimũ aris Romanis. c Neq; enim & illa corporum.] Liuius lib. vij. Neq; tamen ludorum primum initium procurandis religionibus inſtitutum, aut religione animos, aut corpora morbis C leuauit. d Solis antea ludis Circẽſibus aſſueto.] Circẽſes ludos primus Romæ fecit Romulus, quarto mẽſe ab urbe condita, ut ſcribit Fabius Pictor, quo die Sabinas rapuit. Longius tempus alij tradunt, quod magis crediderim. Circenſes dictos ſcribit Seruius, quod enſibus circundarentur. Nam cum rudis uetuſtas non loca huiuſmodi ludis apta ædificaſſet, inter enſes & flumina eos agebant, ut ignauis utrinq; præſens eſſet periculũ. Poſtea Tarquinio Priſco rege locus eſt deſignatus circo, qui poſtmodum maximus eſt dictus. ut Liuius refert ſingulis annis iſti ludi ſunt celebrati, & magni, ac Romani, & Circenſes uarie dicti. Equi & pugiles certabant. Sacri fuerunt Conſo, quem Græci ἱπποποσειδῶνα uocãt, id eſt Neptunum equeſtrem, cuius templũ Dionyſius ait ab Euandro in Latio erectum, diemq́ feſtum ſtatutum, quem illi ἱπποκρατίων, Latini Conſualia nominant. quo die ceſſabãt ab operibus equi & muli ſertisq́ D redimiebantur. d Solis antea ludis.] Valerius De inſtitutis, & Liuius lib. vij. autores. e Pro hiſtrionibus.] Non ſe pro hiſtrionibus gerebant, nec ſic intelligendus Auguſtinus. quod nõ admonerẽ, niſi quidã ſic exiſtimarẽt, ſed qđ ſtudio ſpectãdi hiſtriões inſaniebãt.

Viri præſtãtes

Circẽſes ludi

Conſus ἱπποποσειδῶν

De uitijs Romanorum quos patriæ non correxit euerſio. Cap. XXXIII

OMENTES amẽtes, quis eſt hic tantus non error, ſed furor, ut exitiũ ueſtrũ ſicut audiuimus plangentibus Orientalibus populis, & maximis ciuitatibus in remotiſsimis terris, publicũ luctũ mœrorẽq; ducẽtibus uos theatra quęreretis, intraretis, impleretis, & multo inſaniora q̃ fuerãt antea faceretis? Hanc animorũ labẽ ac peſtem, hanc probitatis & honeſtatis euerſionẽ uobis Scipio ille metuebat, quando conſtitui theatra prohibebat: quando rebus proſperis uos facile corrũpi, atq; euerti poſſe cernebat: quando uos ab hoſtili terrore ſecuros eſſe nolebat. Neq; enim cẽſebat ille felicẽ eſſe rẽpublicam, ſtãtibus mœnibus, ruẽtibus moribus: ſed in uobis plus ualuit quod dęmones impij ſeduxerunt, quàm quod homines prouidi præcauerunt. Hinc eſt B quod mala quę facitis uobis imputari non uultis, mala uero quę patimini Chriſtianis tẽporibus imputatis. Neq; enim in ueſtra ſecuritate pacatã rempublicã, ſed luxuriã quęritis impunitã, qui deprauati rebus proſperis, nec corrigi potuiſtis aduerſis. Volebat uos ille Scipio terreri ab hoſte, ne in luxuriã flueretis,[a] uos nec contriti ab hoſte luxuriã repreſsiſtis:[b] perdidiſtis utilitatem calamitatis & miſerrimi facti eſtis, & peſsimi permãſiſtis. Et tamen quod uiuitis dei eſt, qui uobis parcendo admonet, ut corrigamini pœnitendo: qui uobis etiam ingratis præſtitit, ut uel ſub nomine ſeruorum eius, uel in locis martyrum eius hoſtiles manus euaderetis. C

L. VIVES

a Vos nec contriti.] Quia Carthagine effuſiſsimo ſtudio ludos ſpectabatis. b Perdidiſtis utilitatem calamitatis.] Qua homines emendantur, & icti ſapiũt, & pro merito eis deputatur cũ patiẽter aduerſa tolerãt. Plato in Gorgia calamitates, ac ſupplicia, & ipſis qui perferũt, & ſpectatoribus utilia eſſe, ait: utriq; enim reddunt meliores, illi dolore: hi exemplo.

De clementia dei, quæ urbis excidium temperauit. Cap. XXXIIII

ROMVLVS & Remus [a] Aſylum cõſtituiſſe perhibentur, quo quiſquis cõfugeret, ab omni noxa liber eſſet, augere quærẽtes creandæ multitudinem ciuitatis. Mirandum in honorem Chriſti præceſsit exemplũ. hoc conſtituerunt euerſores urbis quod cõſtituerãt antea cõditores. Quid autẽ magnũ ſi hoc fecerunt illi, ut ciuium ſuorũ numerus ſuppleretur, quod fecerunt iſti, ut ſuorum hoſtium numeroſitas ſeruaretur? Hæc & talia, ſi qua uberius & commodius potuerit, reſpõdeat inimicis ſuis redempta familia domini noſtri Ieſu Chriſti, & peregrina ciuitas regis Chriſti.

L. VIVES

a Aſylum.] Locus eſt ſacer, unde fas nõ erat quenquã rapere. nam inde habet nomẽ. συλάω nanq; eſt rapio, & ἄλφα στερητικὸν, id eſt priuatiuũ. Hinc per lamdaciſmum factum eſt Aſylum pro Aſyrum. Seruius lib. viij. Aeneid. Tametſi συλᾶν eſt etiam ἀφαιρεῖσθαι, hoc eſt tollere, auferre: ut apud Home. ἔσυλα τεύχεα καλά: abſtulit pulchra arma. Poſtq̃ Hercules migrauit è terris, nepotes eius timentes inſidias eorũ, quos auus afflixerat, Athenis ſibi primum Aſylum, hoc eſt, templum miſericordiæ collocarunt, unde nullus poſſet abduci. quod etiã Statius dicit: Herculeos fama eſt fundaſſe nepotes. Aſylum Romulus & Remus ſtruxerunt inter arcem & Capitoliũ, loco intermõtio nominato, ut multitudo facinoroſorũ ſpe impunitatis eò cõflueret ad nouã urbem incolẽdam. Cui diuo diuæ ue templum ſit pro Aſylo erectũ nõ conſtat, & Dionyſius ignorare ſe dicit. B Sunt qui Veioui tradant: celebrabatur tamen Aſyli lucus, quarto nonas Febr. Ouidius ij. Faſt. In Græcia & Aſia multa fuerunt Aſyla. Tiberius Cæſar pertæſus nimiam illorum licẽtiam, iura omnibus ferè illis ademit, ut Suetonius & Tacitus perhibent.

De latentibus inter impios eccleſiæ filijs, & de falſis intra eccleſiam Chriſtianis. Cap. XXXV

MEMINERIT ſanè in ipſis inimicis ſuis latere ciues futuros, ne infructuoſum uel apud ipſos putet, qđ [a] donec perueniat ad confeſſos, portat infenſos: ſicut ex illorũ numero C etiam dei ciuitas habet ſecũ, quandiu peregrinatur in mundo, connexos cõmunione ſacramentorũ,[b] nec ſecum futuros in æterna ſorte ſanctorũ, qui partim in occulto, partim in aperto ſunt. Qui etiam cũ ipſis inimicis aduerſus deũ, cuius ſacramentũ gerunt, murmurare non dubitant: modo cũ illis theatra, modo eccleſias nobiſcum replẽtes. De correctione autẽ quorundã etiam taliũ multo minus eſt deſperandũ, ſi apud apertiſsimos aduerſarios prædeſtinati amici latitãt, adhuc ignoti etiam ſibi. Perplexæ quippe ſunt iſtæ duæ ciuitates in hoc ſeculo inuicẽq; permixtæ,[c] donec ultimo iudicio dirimantur: de quarum D exortu et procurſu, et debitis finibus, quod dicendũ arbitror, quantũ diuinitus adiuuabor expediam propter gloriã ciuitatis dei,[d] quæ alienis à contrario comparatis clarius eminebit.

L. VIVES

a Donec perueniat ad confeſſos.] Ad declarationem ultimam, quid quiſq; cõfiteatur, quod tũc demum fiet, quum aperti erunt cõſcientiarum libri: id eſt in futura uita. b Nec ſecũ futuros.] Iuxta illud domini, Multi uocati, pauci electi c Donec ultimo.] Sic in Euangelio: Angeli ſeparabunt malos de medio iuſtorũ in conſummatione ſeculi. d Quæ alienis à contrario.] Sic Ariſtoteles: Contraria inter ſe collata liquidius dignoſcuntur,

De quibus cauſis ſequenti diſputatione ſit diſſerendum. Cap. xxxvi

ED adhuc quædam mihi dicenda ſunt aduerſus eos, qui Romanæ rei publicæ clades in religionem noſtram referunt: qua diſs ſuis ſacrificare prohibentur. Commemoranda enim ſunt, quæ & quanta occurrere potuerint, uel ſatis eſſe uidebuntur mala, quæ illa ciuitas pertulit, uel ad eius imperium pertinentes prouinciæ, ante quàm eorum ſacrificia prohibita fuiſſent, quæ omnia proculdubio nobis tribuerẽt, ſi iam uel illis clareret noſtra religio, uel ita eos à ſacris ſacrilegis prohiberet. Deinde mõſtrandum eſt, quos eorum mores, & quam ob cauſam uerus deus ad augendum imperiũ adiuuare dignatus eſt, [a] in cuius poteſtate ſunt regna omnia: quãcp nihil eos adiuuerint hi, quos deos putant: quin potius quantum decipiendo & fallendo nocuerint. Poſtremo aduerſus eos dicetur, qui manifeſtiſsimis documentis confutati atcp conuicti conantur aſſerere, nõ propter uitæ præſentis utilitatem, ſed propter eam quę poſt mortẽ futura eſt, colendos eſſe deos. Quę niſi fallor, quæſtio multo erit [b] operoſior, & ſublimiori diſputatiõe dignior, ut & cõtra Philoſophos in ea diſſeratur: [c] non quoslibet ſed qui apud illos excellẽtiſsima gloria clari ſunt, & nobiſcũ multa ſentiũt: ſcilicet de animæ immortalitate, & quod deus uerus mundũ cõdiderit, & de prouidentia eius, qua uniuerſum quod cõdidit, regit. Sed quoniã & ipſi in illis quæ contra nos ſentiunt, refellendi ſunt, deeſſe huic officio non debemus: ut refutatis imptjs cõtradictionibus pro uiribus, quas deus impartiet, aſſeramus ciuitatem dei, ueramcp pietatem, & dei cultum, in quo uno ueraciter ſempiterna beatitudo promittitur. Hic itaque modus ſit huius uoluminis, ut deinceps diſpoſita ab alio ſumamus exordio.

L. VIVES

a IN cuius poteſtate ſunt regna omnia.] Sic Matth. xxviij. Chriſtus loquitur: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. b Operoſior.] Difficilior, maioris operæ. c Non quoslibet.] Non uulgares aut extremæ notæ, id eſt enim quilibet interdum, ut apud Græcos ὁ τυχὼν frequens. Hoc capite Auguſtinus quid hactenus fecerit, quidcp facturus poſthac, ſit, breuiter exponit.

ELENCHVS CAPITVM
SECVNDI LIBRI DE CIVITATE DEI
AD MARCELLINVM.

1 De modo qui neceſsitati diſputationis adhibendus eſt.
2 De his quæ primo uolumine expedita ſunt.
3 De aſſumenda hiſtoria, qua oſtẽditur quæ mala acciderint Romanis cum deos colerent, antequam religio Chriſtiana creſceret.
4 Quod cultores deorũ nulla unquam à diſs ſuis præcepta probitatis acceperint, & in ſacris eorum turpia quæcp celebrauerint.
5 De obſcœnitatibus, quibus mater deorum à cultoribus ſuis honorabatur.
6 Deos Paganorum nunquam bene uiuendi ſanxiſſe doctrinam.
7 Inutilia eſſe inuenta philoſophica ſine autoritate diuina, ubi quenque ad uitia pronum magis mouet quod diꝰ fecerint, quàm quod homines diſputauerint.
8 De ludis ſcenicis, in quibus diꝰ nõ offenduntur edictione ſuarum turpitudinũ ſed placantur.
9 Quid Romani ueteres de cohibenda poetica licentia ſenſerint, quam Græci deorum ſecuti iudicium, liberam eſſe uoluerunt.
10 Qua nocendi arte dæmones uelint uel falſa de ſe crimina uel uera narrari.
11 De ſcenicis apud Græcos in reipublicæ adminiſtrationem receptis, eo quod placatores deorum iniuſte ab hominibus ſpernerentur.
12 Quod Romani auferendo libertatem poetis in homines, quam dederunt in deos, melius de ſe quàm de diſs ſuis ſenſerint.
13 Debuiſſe intelligere Romanos quod diꝰ eorum qui ſe turpibus ludis coli expetebant, indigni eſſent honore diuino.
14 Meliorem fuiſſe Platonem, qui poetis locum in bene morata urbe nõ dederit, quàm hos deos qui ſe ludis ſcenicis uoluerint honorari.
15 Quod Romani quoſdam ſibi deos non ratione, ſeu adulatione inſtituerint.
16 Quod ſi diſs ulla eſſet cura iuſtitiæ, ab eis Romani accipere debuerint præcepta uiuẽdi potius quàm leges ab alijs hominibus mutuare.
17 De raptu Sabinarũ alijſcp iniquitatib. quę in ciuitate Romana, etiã laudatis uiguere tẽporib.
18 Quę de morib. Romanorũ, aut metu cõpreſsis, aut ſecuritate reſolutis Saluſtij ꝓdat hiſtoria.
19 De corruptione Romanæ reipublicæ prius quàm cultum deorum Chriſtus auferret.
20 Quali uelint felicitate gaudere & quibus moribus uiuere qui tempora Chriſtianæ religionis incuſant.
21 Quæ ſententia fuerit Ciceronis de Romana republica.
22 Quod diſs Romanorum nulla unquam cura fuerit, ne malis moribus reſp. deperiret.
23 Varietates rerum temporalium non ex fauore aut impugnatione dæmonum, ſed ex dei ueri pendere iudicio.
24 De Syllanis actibus quorum ſe dæmones oſtentauerunt adiutores.
25 Quantum maligni ſpiritus ad flagitia incitent homines, cum committendis ſceleribus quaſi diuinam exempli ſui interponunt autoritatem.
26 De ſecretis dæmonum monitis quæ pertinebãt ad bonos mores, cum palàm in ſacris eorum omnis nequitia diſceretur.
27 Quanta euerſione publicæ diſciplinæ Romani diſs ſuis placãdis ſacrauerint obſcœna ludorũ.
28 De Chriſtianæ religionis ſalubritate.
29 De abiſciendo cultu deorum cohortatio ad Romanos.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
EPISCOPI AD MARCELLINVM
DE CIVITATE DEI LIBER SECVNDVS.

De modo qui necessitati disputatio/nis adhibendus est. Caput I

I RATIONI perspi/cuę ueritatis infirmus humanæ consuetudinis sensus non auderet obsiste/re, sed doctrinæ salubri languorem suum tanc̃ę medicinæ subderet, donec diuino adiutorio fidepietatis impetrante sanaretur, non multo sermone opus esset ad conuincendum quemlibet uanæ opinationis errorem, his qui recte sentiunt, & sensa uerbis sufficientibus explicãt. Nũc uero quoniam ille est maior & tetrior insipientium morbus animorũ, quo irrationabiles motus suos etiam post rationẽ plene reddităm, quãta homini ab homine debetur, siue nimia cæcitate, qua nec aperta cernuntur, siue obstinatissima peruicacia, qua & ea quæ cernuntur, nõ feruntur, tanquã ipsam rationem ueritatemq; defendunt, [a] fit necessitas copiosius dicendi plerũque res claras, uelut eas nõ spectantibus intuendas, sed quodammodo tangendas, palpãtibus & cõniuentibus offeramus. Et tamen quis discet finis erit & loquendi modus, si respondendum esse respondentibus semper existimemus? Nam qui uel nõ possunt intelligere quod dicitur, uel tam duri sunt aduersitate mentis, ut etiam si intellexerint non obediant, respõdent ut scriptum est, & loquuntur iniquitatem atq; infatigabiliter uani sunt. Quorum dicta cõtraria si toties uelimus refellere, quoties obnixa frõte statuerunt non curare quid dicant, dum quocunq; modo nostris disputationibus contradicant, cũ sit infinitũ & ærumnosum & infructuosum uides. Quamobrẽ nec teipsum mi fili Marcelline, nec alios quib. hic labor noster in Christi charitate utiliter ac liberaliter seruit, tales meorũ scriptorũ uelim iudices, qui responsionẽ semper desiderẽt, cũ his quę leguntur audierint aliquid cõtradici, ne fiãt similes earũ mulierculatũ, quas cõmemorat Apostolus: Semper discẽtes, & ad ueritatis scientiam nunquã peruenientes.

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI IN SECVNDUM LIBRUM DE CIVITATE DEI, DIUI AURELIJ AUGUSTINI COMMENTARIA.

It necessitas.] Figura Græca ἡ πρὸς ἀνάγκην συμβάσα apud Demosthenem. quod est apud illos frequentissimum: tametsi apud Latinos sit hæc loquẽdi forma. Necessitas est ut labores, sicut apud Quintilianum.

De his quæ primo uolumine expedita sunt. Cap. II

VPERIORE itaque libro cum de ciuitate dei dicere instituissem, unde hoc uniuersum opus illo adiuuante in manus sumptum est, occurrit mihi respondendum esse primitus eis, qui hæc bella, quibus mundus iste conteritur, maximeq; Romanæ urbis recentem à barbaris uastationem Christianæ religioni tribuunt, qua prohibentur nefandis sacrificijs seruire dæmonibus: cũ potius hoc deberẽt tribuere Christo, quod propter eius nomen contra institutũ moremq; bellorum eis quò cõfugerent, religiosa et amplissima loca barbari libera præbuerũt, atq; in multis famulatum debitũ Christo: non solum uerum, sed etiam timore confictum sic honorauerunt, ut quod in eos belli iure fieri licuisset, illicitum sibi esse iudicarent. Inde incidit quæstio, cur hæc diuina beneficia etiam ad impios ingratosq; peruenerint? & cur illa itidem dura, quę hostiliter facta sunt, pios cum impijs pariter afflixerint? [a] Quã quæstionem per multa diffusam, in huiusęui quotidianis, uel dei muneribus, uel hominum cladibus: quæ quoniam utraq; bene uel male uiuentibus permixte atq; indiscrete sępe accidunt, solent multos mouere: ut pro suscepti operis necessitate dissoluerẽ, aliquantum immoratus sum, maxime ad cõsolandas sanctas fœminas et pie castas, in quibus ab hoste aliquid perpetratũ est, quod intulit uerecundiæ dolorẽ, & si non abstulit pudicitiæ firmitatẽ, ne pœniteat eas uitæ, apud quas nõ est unde possit pœnitere nequitiæ. Deinde pauca dixi in eos, qui Christianos aduersis illis rebus affectos, & præcipue pudorem humiliatarum fœminarum, quamuis castarum atque sanctarum, proteruitate impudentissima exagitant, cum sint nequissimi & irreuerentissimi, & longe ab eis ipsis Romanis degeneres: quorũ præclara multa laudantur, & literarum memoria celebrantur, immo illorum gloriæ uehementer aduersi. [b] Romam quippe cura partam ueterũ auctamq; laboribus, fœdiorem stantem fecerant quàm ruentem: quandoquidem in ruina eius lapides & ligna, in istorum autem uita omnia, non murorum, sed morum munimenta atq; ornamenta ceciderunt, cum funestioribus eorum corda cupiditatib. quàm ignibus tecta illius urbis arderent. Quibus dictis, primũ terminaui librum: deinceps itaque dicere institui, quanta mala ciuitas illa perpessa sit ab origine sua: siue apud seipsam, siue in prouincijs iam sibi subiectis, quæ omnia Christianæ religioni tribuerent, si iam tunc Euangelica doctrina aduersus falsos & fallaces eorum deos testificatione liberrima personaret.

L. VIVES

a QVam quæstionem.] Illa erat præcipua quæstio eorum Philosophorũ, qui dei prouidentia mundum negabant regi, ut Plutarchus scribit libro De placitis Philosophorum primo. b Romã quippe.] In uetusto exemplari, quod mihi uir & literarũ & literatorum amãtissimus M. Laurinus sancti Donatiani Brugeñ decanus accõmodauit, sic scribebatur. Romam quippe partam ueterum auctamq; laboribus, alibi paratam.

M. Laurinus

De assumenda historia, qua ostenditur, quæ mala acciderint Romanis, cũ deos colerent, antequã religio Christiana creseceret Cap. III

MEMENTO autem me ista commemorantem adhuc contra imperitos agere, ex quorum imperitia illud quoq; ortum est uulgare prouerbium: [a] Pluuia defecit, causa Christiani. Sunt nanque qui eorum studijs liberalibus instituti amant historiam, qua facillime ista nouerunt. Sed ut nobis ineruditorum turbas infestissimas reddant, se nosse dissimulant, atque hoc apud uulgus affirmare nituntur, clades quibus per certa interualla locorum & temporum genus humanum [b] oportet affligi, causa accidere nominis Christiani, quod cõtra deos suos ingenti fama & præclarissima celebritate per cũcta diffunditur. Recolant ergo nobiscũ antequam Christus uenisset in carne: antequã eius nomẽ ea, cui frustra inuident, gloria populis innotesceret: quibus calamitatib. res Romanæ multipliciter uariecq; contritæ sunt, & in his defendant si possunt deos suos, si propterea coluntur, ne ista mala patiantur cultores eorum, quorum si quid nunc passi fuerint nobis imputanda esse contendunt. Cur enim ea quæ dictu rus sum permiserũt accidere cultoribus suis, antequam eos declaratum Christi nomen offenderet, eorumq; sacrificia prohiberet?

L. VIVES

a PLuuia defecit.] Significat ita dictum illud fuisse ab impijs hominibus iactatum, ut quicquid mali accideret, imputãdum esse Christianis iudicarent. Tertullianus: Prætexentes sanè ad odij defensionẽ illam quoq; uanitatem, quod existiment omnis publicæ cladis, omnis popularis incõmodi Christianos esse causam. Si Tiberis ascendit in mœnia, si Nilus nõ ascendit in arua, si cœlũ stetit, si terra mouit, si fames, si lues, statim Christianus ad leonem acclamatur. Cyprianus cõtra Demetrianum: Sed enim quum dicas plurimos conquẽri, quòd bella crebrius surgãt, quòd lues, quòd fames sæuiant, quòd imbres, quòd pluuias serena longa suspendant, nobis imputari, ultra tacere nõ oportet. *Christianũ nõ mẽ quàm olim Rom. exosum*

b Oportet affligi.] Ita ferente forte rerum humanarum mire uicissitudinaria, & fato illo, quæ ipsa est omnipotentis dei uoluntas:

> Quod cultores deorum nulla unquã à dijs suis præcepta probitatis acceperint, & in sacris eorũ turpia quæq; celebrauerint. Cap. IIII
>
> RIMO ipsos mores ne pessimos haberent, quare dij eorum curare noluerũt? Deus enim uerus eos, à quibus non colebatur, merito neglexit: Dij autem illi, à quorum cultu se prohiberi homines ingratissimi conquerũtur, cultores suos ad bene uiuendum quare nullis legibus adiuuerunt? Vticq; dignum erat, ut quomodo isti illorum facta, ita illi istorum curarent facta. Sed respõdetur, quod uoluũtate propria quisq; malus est. Quis hoc negauerit? Verũtamẽ pertinebat ad cõsultores deos, uitę bonę præcepta nõ occultare populis cultoribus suis, sed clara prędicatiõe prębere: per uates etiã cõuenire atq; arguere peccãtes: palàm minari pœnas male agẽtibus, pręmia recte uiuẽtib. pollíceri. Quid unquã tale in deorũ illorũ templis, prompta & eminenti uoce concrepuit? Veniebamus nos etiam aliquando adolescentes ad spectacula [a] ludibriaq; sacrilegiorum: spectabamus

mus atreptitios, audiebamus [c]symphoniacos, A
ludis turpissimis, qui diis deabusq; exhibebã-
Berecynthia deûm mater tur, [d]oblectabamur. cœlesti uirgini & Berecyn
thiæ matri deorum omniũ, ante eius lectica
[e]die solenni lauationis eius, talia per publicum
cantitabantur [f]à nequissimis scenicis, qualia nõ
dico matrẽ deorum, sed matrem qualiũcunq;
senatorum, uel quorumlibet honestorum uiro
rum, immo uero qualia nec matrem ipsorũ sce-
nicorum deceret audire. Habet enim quiddam
erga parẽtes humana uerecũdia, quod nec ipsa
nequitia possit auferre. Illam enim turpitudinẽ
obscœnorum dictorum atq; factorum, sceni-
cos ipsos domi suę [g]proludendi causa corã ma- B
tribus suis agere puderet, quam per publicum
agebant, coram deorum omnium matre, spe-
ctante & audiente utriusq; sexus frequẽtissima
multitudine. Quę si illecta curiositate adesse po
tuit circumfusa, saltem offensa castitate debuit
abire cõfusa. Quæ sunt sacrilegia, si illa erant sa-
cra? aut quæ inquinatio, si illa lauatio? [h]Et hæc
fercula appellabantur, quasi celebraretur conui
uium, quo uelut sãtis epulis immunda dæmonia
pascerentur. Quis enim non sentiat cuiusmodi
spiritus talibus obscœnitatibus delectẽtur: nisi
uel nesciens utrũ omnino sint ulli immũdi spiri C
tus deorũ nomine decipientes: uel talem agens
uitam, in qua istos potius cũ deum uerum & o-
ptet propicios, & formidet iratos.

L. VIVES

Mater deûm a LVdibria sacrilegiorum.] Inuertit illud sacra lu-
dorum, uel ludos sacros. b Spectabamus ar
reptitios.] Locus hic postulat, ut de matre deûm
nõnulla dicam. Diodorus Siculus libro suæ bibliothe
ces quarto, de matre deûm non uno modo narrat fabu
lam. Primum enim scribit, Cœlum ex Titæa coniuge li
beros suscepisse quinque & quadraginta, muliebris se-
xus duos, Reginam, & Opem: quarum Reginam ætate
& prudentia præstantiorem, in gratiam matris fratres
omnes educasse, ideo dictam matrem deûm, nup sissecq;
Hyperioni fratri, ex quo Solem & Lunã genuerit: qui D
quum scelere auunculorũ interissent, ipsam in furorem
uersam, cũ tympanis, cymbalisq; terram suæ ditionis
peragrasse, moremq; eiusmodi mãsisse post eius fatum.
Addit Diodorus aliam fabulã: Menoem uetustissimũ
Phrygiæ regem, ex uxore Dindymene filiam procreas-
se, quam exponi iusserit in monte Cybelio, infantem à
feris enutritam euasisse in admirabilem pulchritudi-
nem, inuentamq; à muliere pastoria educatam pro sua,
dictamq; à monte in quo esset exposita Cybelem, mul-
Cybele quas artes inuenerit tas artes ingenij acumine & inuenisse & edocuisse mor-
tales: sicut cantum tibiæ, lusus, choreas, cymbalorum
tympanorumq; sonitus, artem præterea ueterinariam,
& infantum morbis lenimenta: quibus quòd multi cu-
rarentur pueri, idcirco eam magnam Matrem nomina
tam esse. quæ cum adoleuisset iuuenem amarit terræ il-
lius, nomine Atym, ex eoq; grauidam esse à Menoe pa

tre, qui fama de uirtute factisq; eius acceperat, reuoca-
tam pro uirgine, cuius flagitio cognito Atym & nutri-
ces iussu regis affectos esse supplicio: Cybelẽ amore in-
censam ex desiderio Atys insanijsse, domoq; paterna e-
gressam solam cum fistula & tympano, passis crinibus
totam regionem peragrasse dementatam, uenissecq; in
Nysam ad Dionysium: aliquot uero annis post eam
iam mortuam, cum & difficultate annonæ, & morbo in
Phrygia laboraretur, oraculo iussi sint Phryges Atym *Atys*
& Cybelem uenerari: hinc sacra cæremoniasq; Magnæ
matris deûm ortas. Hæc ex Diodoro, haud dubie quin
originem rei attulerit. sed hanc alij Iouis, Iunonis, Ne-
ptuni, & Plutonis matrem fuisse autumãt, ideo Rheam
& Latine Opem dictam: eandem esse Cybelem & Ve-
stam. Nec dubito quin hæc res gesta confundat, ut nus
quam ferè non sit in deorum fabulis, uirginemq; habe-
ri, nempe Vestã, eamq; ob causam excisum esse Atym
iuuenem formosissimũ, quem cum illa adamasset, præ-
cepissetq; ne cum muliere se ulla unquam cõmisceret,
illecq; præcepto deæ neglecto Nympham Sangritidem
adamasset, à Cybele uirilitate diminutus est, idcirco &
sacerdotibus gaudet in eum modũ deformatis. Et quo
niam hanc Phrygij plurimum in Ida monte coluerunt,
hinc nomẽ Idææ matris inuenit, & Berecynthiæ, à mon
te etiam eiusdem Phrygiæ. Sacerdotes Gallos nuncupa *Galli sa-*
runt à Gallo amne Phrygiæ, cuius aqua phanaticos po *cerdotes*
tantes reddit. Ipsi quoq; Galli insani caput per furorẽ
rotãt, cultrisq; faciem & musculos corporis totius disse
cant, morsibus quoq; seipsos impetunt, cum maiore se
correptos furore, uel simulant, uel re uera sentiunt. De
am istam hoc est ingẽs in Ida saxũ, quam incolæ deûm
matrem uocabant, Romam legati aduexerunt, pridie
Idus Aprileis, eoq; die feriæ eius celebrant, & ludi quæ
Megalesia dixerunt. Liuius lib. xxix. sic de matre Idæa *Megalesia*
loquens, inquit: In ædem uictoriæ, quæ est in palatio,
pertulere deã pridie Idus Aprileis. Isq; dies festus fuit.
populus frequens dona Deæ in palatium tulit, lectister
niumq;, & ludi fuere Megalesia appellata. & lib. xxxvi.
Per idem ferè tempus ædes matris magnæ Idææ dedica
ta est, quam Deam is P. Cornelius aduectam ex Asia,
P. Cornelio Scipione, cui postea Aphricano fuit cogno
men, P. Licinio coss. in palatium à mari detulerat, loca
uerant ædem faciendam M. Liuius, C. Claudius censo
res M. Cornelio. T. Sẽpronio coss. tertiodecimo anno
postq; locata erat, dedicauit eam M. Iunius Brutus: lu-
dicq; ob dedicationem eius facti. quos primos scenicos
fuisse Antias Valerius est autor Megalesia appellatos.
Hæc Liuius. cum quibus Varro cõsentit lib. De lingua
Latina iij. b Arreptitios.] Lymphatos, furore cor-
reptos, quales erant Galli Berecynthiæ. hos arreptiti-
os Aug. super Gen. Arreptos spiritu nominat. c Sym
phoniacos.] Modulatores ἀπὸ τ̃ συμφωνίας, id est, cõcẽtu,
& modulatione. In festo Cybeles multi ædebantur soni
tus compositi, & ad numerum. ut tibijs, & tympanis.
Ouid. lib. iiij. Fastorum:

Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu
Flabit, & Idææ festa parentis erunt.

Ibunt semimares, & inania tympana tundent:
Aeraq; tinnitus ære repulsa dabunt. Et post.
Tibia dat Phrygios, ut dedit ante, modos.

Et tibiam Diodorus inuẽtum esse dicit Cybeles, à qua
doctus est Marsyas, qui cũ Apolline certauit. d Ob
lectabantur.] Locus non uidetur carere mendo, sic, ut
puto legendus: Ludis turpissimis oblectabamur, qui
dijs deabusq; exhibebantur, cœlestiq; uirgini Berecyn
thiæ matri deorum omnium. Hanc enim tametsi proli-
bus abundantem, tamen uirginem dicebãt esse, ut quæ
esset etiam Vesta, tum quod talis uoluit à patre Menoe
uideri, & credi. e Die solenni lauationis eius.] Pri- *Matris dei ablutio*
die Idus Aprilis, mater deûm magna põpa à Gallis ad
Almonem

Almonem fluuium producebatur, qui non procul ab A
urbe Tiberi miscetur, ibiq; ad confluentem duorũ am-
nium abluebatur ueteri instituto. nam quo primũ die
ex Asia illuc est aduecta à sacerdote lota est, isq; mos po
stea per singulos annos est seruatus. Luca. in primo:

Et lotam paruo reuocant Almone Cybelem

Apertius Ouidius in iij.

Est locus in Tiberim quo lubricus influit Almon,
Et nomen magno perdit in amne minor.
Illic purpurea canus cum ueste sacerdos
Almonis Dominam sacraq; lauit aquis.

Prudentius in martyrio Romani:

Nudare plantas ante carpentum scio
Lapis nigellus euehendus essedo
Quem ad lauacrum præeundo ducitis,
Almonis usq; peruenitis riuulum.
Proceres togatos matris Idææ sacris,
Muliebris oris clausus argento sedet,
Pedes remotis atterentes calceis. B

f A nequissimis scenicis.] Primi annis singulis ludi
scenici erant Megalesia, in quibus histriones ad nouum
opus egredientes, mira lasciuia spurcissima & turpissi-
ma quæq; in matrem deûm, & Atim dictitabãt: tum &
alij per id temporis etiam honestiss. Romanorum cul-
tu dissimulato, ut nosci non possent, licentiosissime per
urbem uagabantur, *nullis uerbis factisq; fœdis parcẽ-*
tes, ut autor est Herodianus in Commodo. g Pro-
ludendi.] Exercendi sui gratia, & meditandi artem.

Fercula h Et hæc fercula.] A ferendo, quod in solenni, siue sa-
crorum, siue triumphi ferrentur, ac gestarentur reuerẽ
ter, ut in sacrificijs, ludisq; deorũ simulachra, clarorum
uirorũ statuæ: in triumphis imagines urbium deuicta-
rum, arma hostibus detracta, pecuniæ captiuæ, & reli-
qua spolia. Sic Cicero, & Suetonius, & cæteri. At quæ
sacris mensæ apponuntur, quoniam lancibus feruntur
solicite & quasi reuerenter, Fercula nominantur.

C

De obscœnitatibus, quibus mater deorũ à cultoribus suis honorabatur. Cap. V

EQVAQVAM istos, qui flagitio-
sissimæ cõsuetudinis uitijs oblecta-
N ri magis cẽ obluctari studeant, sed il
lum ipsum Nasicam Scipionẽ, qui
uir optimus à senatu electus est, cu-
ius manibus eiusdem dæmonis simulachrũ su-
sceptum est, in urbemq; peruectum, habere de
hac re iudicem uellem. Diceret nobis, utrũ ma-
trem suam tam optime de republica uellet me-
reri, ut ei diuini honores decernerentur: sicut &
Græcos & Romanos aliasq; gentes cõstat qui-
busdam decreuisse mortalibus, quorum erga se
beneficia magnipenderant, eosq; immortales
factos atq; in deorum numerum receptos esse
crediderant. Profecto ille tantam felicitatẽ suæ
matri, si fieri posset, optaret. Porrò si ab illo de-
inde quæreremus, utrum inter eius diuinos ho-
nores uellet illa turpia celebrari: nónne se malle
clamaret, ut sua mater sine ullo sensu mortua ia
ceret, quàm ad hoc dea uiueret ut illa libẽter au
diret? Absit ut senator populi Romani ea men

te præditus, qua theatrum ædificari in urbe for
tium uirorum prohibuit, sic uellet coli matrem
suam, ut talibus dea sacris propiciaretur, quali-
bus matrona uerbis offenderetur. Nec ullo mo
do crederet uerecundiam laudabilis fœminæ,
ita in contrarium diuinitate mutari, ut honori-
bus eam talibus aduocarent cultores sui: quali-
bus conuitijs in quempiam iaculatis, cum inter
homines uiueret, nisi aures clauderet, sesecq; sub
traheret erubescerent pro illa & propinqui, &
maritus, & liberi. Proinde talis mater deũ qua-
lem habere matrem puderet quemlibet etiam
pessimum uirum, Romanas occupatura men-
tes quæsiuit optimum uirum, non quem mo-
nendo & adiuuando faceret, sed quem fallen-
do deciperet: ei similis [a]de qua scriptũ est: Mu-
lier autem uirorum preciosas animas captat, ut
ille magnæ indolis animus hoc uelut diuino te-
stimonio sublimatus & uere se optimum existi
mans, ueram pietatem religionemq; nõ quære
ret, sine qua omne quãuis laudabile ingenium
superbia uanescit & decidit. Quomodo igitur
nisi insidiose quereret dea illa optimum uirum,
cum talia quærat in suis sacris, qualia uiri opti-
mi abhorrent suis adhiberi conuiuijs?

L. VIVES

a DE qua scriptum est.] Prouerb. vi. nos capit le-
gimus: Augustinus captat iuxta lxx. ἀγρεύει
quasi uenatur.

Deos Paganorum nunquam bene ui uendi sanxisse doctrinam. Cap. VI

INC est, quod de uita & moribus
ciuitatum atq; populorum à qui-
H bus colebantur illa numina, non cu
rarunt, ut tam horrendis & detesta
bilibus malis, nõ in agro & uitibus,
non in domo atq; pecunia, non denicq; in ipso D
corpore, quod menti subditur, sed in ipsa men-
te, in ipso rectore carnis animo, eos impleri ac
pessimos fieri sine ulla sua terribili prohibitio-
ne permitterent. Aut si prohibebant, hoc ostẽ-
datur potius, hoc probetur. Nec nobis nescio
quos susurros paucissimorũ aurib. anhelatos,
& arcana uelut religione traditos iactent, qui-
bus uitæ probitas castitasq; discatur: sed demõ
strentur atq; commemorentur loca talibus ali-
quando conuenticulis consecrata: non ubi ludi
agerẽtur obscœnis uocibus & motibus histrio
nũ, nec ubi Fugalia celebrarentur, effusa omni

e licentia

licentia turpitudinum, & uere Fugalia, sed pudoris et honestatis: sed ubi populi audirēt quid dij præciperent de cohibēda auaritia, ambitione frangēda, luxuria refrenāda: ubi discerēt miseri, quod discendum [b] Persius increpat dicens.

Disciteq́; ó miseri, & causas cognoscite rerum,
Quid sum⁹, aut quidnā uicturi gignimur, ordo
Quis datus, [c] aut metę q̃ mollis flexus et unde:
[d] Quis modus argēti, [e] quid fas optare, [f] quid asp
Vtile nūmus habet: patrię charisq́; ꝓpinquis,
Quantum elargiri deceat, [g] quem te deus esse
Iussit, & humana qua parte locatus es in re.

Dicatur in quibus locis hęc docētium deorum solebant præcepta recitari, & à cultoribus eorū populis frequēter audiri, sicut nos ostendimus ad hoc ecclesias institutas, quaquauersum religio Christiana diffunditur.

L. VIVES

Fugalia

a Nec ubi Fugalia.] De Fugalibus nihil me apud alios memini legere. Nec dubitarē aliquid ex coniectura admonere, & lectori permittere, ut aliud pro eo uerbum substitueret, nisi idem Augustinus adderet, & uere Fugalia, scilicet pudoris & honestatis. Et quanquam nō ignoro coniecturas ueritate occulta bonas, eadem patefacta ridiculas plerunque esse, tamen tentabo, si hac quoq; parte prodesse studijs possim: si non afferendo uerum certe excitando, ut quæratur. Primum Varro lib. De lingua Latina v. sic scribit: Iunio mēse populi Fugia uidetur nominatus, quòd eo die repente tumultu fugerit populus. Non multo enim post hic dies fuit, q̃ Gallorū decessus ex urbe. Et qui tūc sub urbe populi, ut Ficulneates, ac Fidenates, & finitimi alij contra nos coniurauerunt, aliquot huius diei uestigia fugæ in sacris apparent. De quibus rebus antiquitatum libri plura referunt. Hactenus Varronis uerba. *Fugia dea* hoc est Fugiæ deæ festum, quæ est lætitiæ dea à fugatis hostibus nominata. Nam postridie eius diei uicini populi sunt deuicti à Romano, magnaq́; celebritate & lætitia omnium agi ferias illas, quod periculū fuerit ne à finitimis gentib. reliquiæ Romani nominis, quæ Gallicæ cladi superfuerant, tollerentur. Quam deam *Vitula dea* Hylus libro De dijs Vitulam uocat. Piso Vitulam uictoriam dici scribit, sicut Macrobius testatur in Saturnalibus. Erant ergo Fugalia, uel Fugialia postridie nonas Iunias Lætitiæ deæ lætissimus dies. In quo credibile est populum in omnem licentiam solutissimum, atq; effusissimum fuisse. Hæc nolim cuiquam esse præiudicij loco, sed solum dicta, ut alij acutius & diligentius rem uestigent, si modo tanti æstimabunt. b Persius.] Satyra iij. ex præcepto uetere, quod pro foribus tēpli Apollinis Delphici Amphictyones scripsere: Nosce teipsum. hæc Persius dicit. c Aut metæ quàm mollis flexus.] *Metæ Circi* Metæ erant in Circo septem. Domitianus ludis quibusdam, ne currerēt nisi usq; ad quintā indixit, ut citius peragi possent ludi apparatiss. quos ædebat. Suetonius in eius uita: Septies illæ omnes attingebant metæ. Arsq; erat & industria non parua in equis rotisq; flectendis ad finem metarum, ne posterior dexteritate flectendi priorem anteuerteret. Propertius:

Aut prius infecto deposcit præmia cursu,
Septima quàm metam triuerit ante rota.

Huc spectat illud Horatij principio Odarū, Sunt quos curriculo puluerem olympicum, Collegisse iuuat metaq́; feruidis, Euitata rotis. Erāt & cursores quidam in Græciæ certaminibus, quibus non sat erat ex lege certaminis peruenisse ad metam, nisi recurrerent, unde uenerant, circumactu celerrimo ubi metam pertigerant, διαυλοδρόμους uocant. nam δίαυλος est spatij circuitio, ut scribit Vitruuius lib. v. qui sexies spatium circuibant δολιχοδρόμοι sunt dicti. *Διαυλοδρόμοι* Hic est proprius significatus flexus & metæ. Persius aut recte sentit esse mollem flexum à uirtute ad uitium: aut oblique non esse facilem à uitio ad uirtutem, ubi illud assuetudine in humana mēte inualuerit, tyrānidemq́; occuparit. Idcirco ne uitio assuescamus monet, quoniam non sit in manu nostra iugum eius semel admissum excutere, quoties & quando uelimus. Aut de flexu ætatis intelligit, cum ab adolescētia in uirilem ætatem transimus, quo tempore mores mutari decet, Sicut ille apud Terentium ait, aut à uirili & actuosa ætate ad seniorem & quietiorem. De quo flexu Cicero in primo De oratore: Si infinitus forensium rerum labor, & ambitionis occupatio, de cursu honorū etiā ætatis flexu cōtigisset, Sed apertius pro M. Cælio & per eandem metaphoram: In hoc flexu quasi ætatis, nihil enim occultabo fretus humanitate ac sapientia uestra, fama adolescentis paulū hæsit ad metas notitia muliebri & infelici uicinitate. Et Seneca lib. De tranqui. uitæ i. Non in cursu tantum circiq; certamine, sed in spatijs uitæ interius flectendum est. c Et undæ.] Genitiuus est ab unda simili genere metaphoræ. In naumachia sunt metæ cōstitutæ, ad quas subito nauis esset conuertenda. Vergil. in quinto:

Hic uiridem Aeneas frondenti ex ilice metam
Constituit, signum nautis pater: unde reuerti
Scirent, & longos ubi circumflectere cursus.

In uetusto exemplari legebatur: Qua mollis flexus, & unde. quod non est usq; adeo absurdum. Sic legit Antonius Nebrissensis noster Grāmaticus diligētiss. d Quis modus argēti.] Ex Platone, ex quo Persius omnia quæ de moribus disserit. In Phædro Socrates sic precatur: O amice Pan, & cæteri dij date obsecro ut intrinsecus pulcher efficiar, quæq́; mihi extrinsecus addita sunt, internorum sint amica, solum sapientem diuitem existimem: huius uero auri tantum elargimini, quātum, nec sustinere, nec gestare alius, quàm uir temperans queat. Hæc ille. Sunt enim faciles opes magis optandæ, quàm immodicæ. e Quid fas optare.] Et hoc ex Alcibiade secundo Platonis De uoto: in quo Plato docet quid optandum à dijs. Eandem Socratis sententiā ponit Valerius in septimo. Iuuenalis de uotis.

Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.

Nisi intelligat, quid fas optare in argento. nam & prius est de ea re, & quod sequitur: Quid asper utile numus habet. f Asper.] *Asper numus* Numus expresso signo & extanti asper est tactu, usu tritus fit leuis. Sic uasa argentea cælata in quibus aliquid eminet, Plinius aspera nominat. Suetonius numum asperum dixit in Nerone: Aurum obryzum & numum asperum ingēti fastidio exegit. an pro nouiter percusso, an quia meliores erant asperi, q̃ qui plana erāt nota, quales fuerint ne olim, nō sat scio. Inæqualem numum dici asperum ostendit asperitatis definitio in Timæo Platonis: *Asperitas* Asperitas, inquit, est durities inæqualitati permixta. g Quē te deus esse iussit, & humo.] Etiam ex Platone qui deum facit Imperatorem generis humani, assignantem suum unicuiq; in statione hac & ueluti militia locū, à quo non licet discedere iniussu illius. Facit hoc ad rectū officium uitæ, ut quisq; sciat, quæ pars sit generis humani, ut iuxta illam uiuat, satisfaciatq́; muneri suo, sit ne agricola an urbanus, seruus an liber, tum cerdo, sartor, philosophus, sacerdos, miles, princeps, magistratus, priuatus.

Inutilia

Inutilia esse inuenta philosophica sine autoritate diuina, ubi quenquam ad uitia pronū magis mouet, quod dij fecerint, quàm quod homines disputauerint. Cap. VII

IN nobis forte Philosophorū scholas disputationesq́; memorabunt? Primo hæc non Romana, sed Græca sunt: aut si propterea iam Romana, quia & Græcia facta est Romana prouincia, nō deorum pręcepta sunt, sed hominum inuenta, qui utcunq; conati sunt ingenijs acutissimis præditi ratiocinādo uestigare, [a] quid in rerum natura latitaret: [b] quid in moribus appetendum esset atq; fugiendum: [c] quid in ipsis ratiocinandi regulis certa cōnexione traheretur, aut quid non esset consequens uel etiā repugnaret. Et quidam eorū quædam magna quantū diuinitus adiuti sunt, inuenerunt: quantum autē humanitus impediti sunt, errauerūt: maxime [d] cum eorū superbiæ iuste prouidentia diuina resisteret, ut uiam pietatis ab humilitate in superna surgentem, etiam istorum comparatione mōstraret. Vnde postea nobis erit in dei ueri & domini uoluntate disquirēdi ac disserendi locus. Veruntamen si Philosophi aliquid inuenerunt, quod agendæ bonæ uitę beatæq́; adipiscendæ satis esse possit: quanto iustius talibus diuini honores decernuntur? Quanto melius & honestius in Platonis templo libri eius legerentur, quàm in templis dæmonum Galli abscinderentur, [e] molles consecrarentur, insani secarentur, & quicquid aliud, uel crudele, uel turpe, uel turpiter crudele, uel crudeliter turpe in sacris talium deorum celebrari solet? Quāto satius erat ad erudiendam ad iustitiam iuuentutem publice recitari leges deorum, quàm laudari inaniter leges atq; instituta maiorū? [f] Omnes enim cultores talium deorum, mox ut eos libido perpulerit, [g] feruēti, ut ait Persius, tincta ueneno, magis intuentur quid Iupiter fecerit, quàm quid docuerit Plato uel censuerit Cato. [h] Hinc apud Terentium flagitiosus adolescens spectat tabulam quandam pictam in pariete, ubi inerat pictura hæc, Iouem quo pacto Danae misisse aiunt in gremium quondā imbrem aureum: atque ab hac tanta autoritate adhibet patrocinium turpitudini suæ, cum in ea se iactat imitari deum. At quem deum, inquit, Qui templa cœli summo sonitu concutit. ego homuncio id non facerem? Ego uero illud feci ac lubens.

L. VIVES

a Quid in rerum natura.] Triplicem philosophiæ partem attingit, hic naturalem. b Quid in moribus.] Moralem. c Quid in ipsis.] Rationalem seu dialecticam. de quibus alibi. d Cum eorū superbiæ.] Quod suis ingenijs quæcunque inuenirent referebant accepta, nihil beneficio dei tribuentes. De qua re fuse disputat Lactantius. e Molles consecrarentur.] Erant omnes isti Galli pathici homines, spurcissimis flagitijs obruti. De quibus Apuleius multa narrat nephāda, lib. viij. & ix. sui Asini. Item Lucianus, unde Apuleius sumpsit argumentum. f Omnes enim cultores talium deorum.] Eorum quos colimus exemplis plurimū mouemur. Similes enim illis euadere studemus, siue homines sint, siue dij. Populus principis similis esse affectat: discipuli præceptoris, quem colunt: & mortales, eorum quos pro immortalibus uenerant. Hinc nobis & Christi & sanctorum nostræ religiōis proposita ad imitationē exempla. Plato lib. De rep. ij. eam causam inter cæteras affert, cur poetas nolit in sua ciuitate, quòd quæ de dijs sint commenti, pessimum sint le gentibus exemplum: sicut bella, rapinæ, seditiōes, adulteria, furta. & similia. Ex quo loco sumpta sunt illa uerba, quibus loquentem Menippum Lucianus facit ἐν νεκυομαντείᾳ: Ego igitur, inquit, cum puer adhuc essem, audiremq́; Homerum, & Hesiodum seditiones ac bella canentes, non semideorum modo, sed ipsorum etiā deorum adulteria quoque, uiolentias, rapinas, supplicia, patrum expulsiōes, & fratrū & sororū nuptias: hæc mehercle omnia bona pulchraq́; putabā, & studiose erga ea afficiebar. Neque enim deos unquā putaui mœchaturos, aut seditiones inuicem fuisse moturos, nisi de his rebus perinde ac bonis iudicassent. Hæc ille. Quæ nos maluimus Thomæ Mori uerbis dicere, quàm nostris: *Thomas Morus* cuius laudes obiter atq; aliud agentem attingere penè sit nephas. Grandibus enim uoluminibus uix adhuc totæ queant explicari. Quis enim de illius ingenij acumine, de iudicij acrimonia, de uarietate eruditionis atque præstantia, de facunda linguæ eloquentia, de suauitate morum ac probitate: in prouidendis rebus consilio, in exequēdis dexteritate, in omnibus moderatione, integritate, æquitate, fide, satis pro dignitate dixerit, nisi uno uerbo summa, perfecta, undiq; absoluta, suis omnib. consummata numeris dixerit: nisi id quod res est, exemplaria, specimina, sui quodq; generis affirmarit? magna loquor, & mirabuntur, qui Morum non norunt: sed sciunt uera me loqui, qui norūt, qui libros legerint, qui actus uel uiderint, uel audierint, fidem facillime habebunt. Cæterum in huius uiri laudibus uelut in latissimo pelago erit aliud tempus, quo liceat uela pādere, & nos totos prosperrimæ auræ committere, scribereq́; tum multa, tum maxima idq́; secundis lectoribus. g Feruenti tincta ueneno.] Persius satyra tertia:

Cum dira libido
Mouerit ingenium feruenti tincta ueneno.

De omni bili intelligitur, quod est feruēs uenenum. sed hic pro semine genitali posuit Augustinus, sicut uirus apud alios. h Hinc apud Terentium.] In Eunucho, Chærea qui pro Eunucho ad Thaidē à Parmenone erat deductus, flagrans amore uirginis Thaidi dono à Thrasone milite datæ, de stupro, quod ipse uirgini obtulerat, Antiphoni socio narrans, sic inquit: Dum apparatur, uirgo in conclaui sedet suspectans tabulā pictam ubi inerat pictura hæc, Iouem quo pacto Danae misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum. Egomet quoq; id spectare cœpi. & quia consimilem luserat iam

olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi, deum sese in hominē conuertisse, atq; per alienas tegulas uenisse clanculum per impluuiū, fucum factū mulieri. At quē deum? qui templa cœli summa sonitu concutit. Ego homuncio hoc non facerē? ego illud uero ita feci, ac lubens. Hactenus uerba illius. Danae formosa uirgo à patre Acrisio seruabatur in turri, nec ulli uirorum ad eam erat accessus: quā Iupiter cum adamaret, aurea pluuia per impluuiū turri illapsus utiauit: hoc est munerib. aureis, quibus nihil est satis occlusum, atq; obseptū, & ipsius uirginis & custodū animos corrupit.

Danae

De ludis scenicis in quibus dij nō offenduntur edictione suarum turpitudinum, sed placantur. Cap. VIII

A Tenim nō tradūtur ista sacris deorum, sed fabulis poetarum. Nolo dicere illa mystica q̄ ista theatrica esse turpiora. Hoc dico quod negantes cōuincit historia, eosdem illos ludos in quibus regnant figmenta poetarū, non pet imperitum obsequium sacris deorum suorum intulisse Romanos, sed ipsos deos, ut sibi solenniter æderentur, & honori suo cōsecrarentur acerbe imperando, & quodammodo extorquendo fecisse. Quod in primo libro breui cōmemoratione perstrinxi, [a]Nam ingraescente pestilentia ludi scenici autoritate pont. Romæ primitus instituti sunt. Quis igitur in agēda uita non ea sibi potius sectanda arbitraretur, quę actitātur ludis autoritate diuina institutis, q̄ ea quæ scriptitantur legibus humano cōsilio promulgatis? Adulterum Iouem si poetę fallaciter prodiderunt, dij hi utiq; quia casti quibus tantum nephas per humanos ludos cōfictum est, non quia neglectum est irasci ac uindicare debuerunt. [b]Et hæc sunt scenicorum tolerabiliora ludorum, comœdiæ scilicet, & tragœdiæ, hoc est fabulæ poetarū agendæ in spectaculis, multa rerū turpitudine, sed nulla saltē sicut alia multa uerborū obscœnitate cōpositæ: quas etiā inter studia quę honesta ac liberalia uocātur, pueri legere & discere coguntur à senibus.

L. VIVES

a NAm ingraescēte.] Quoniam & hoc libro, & alijs sequentibus August. de ludis scenicis plerunq; meminit, locus postulare uidetur, ut de illis nonnulla dicam: & quæ sparsim multis capitibus essent dicenda, hic omnia una serie contexam, quo melius intelligantur. Et primum de eorum origine apud Græcos, postmodum apud Ro. Nam imitatio ex Græcia manauit in Italiam. Veteres igitur in Græcia agricolæ, cum sacrum Libero pro anni prouentu facerent, incensis altaribus primum aliquid uice precum cantillabant: deinde quo propitiorē sibi redderēt Liberū, eius gesta, uictorias, subactosq; reges, illius triūphos, & regum calamitates concinebant. Cœpit præmium industriæ proponi caper, uel capri sacrificati coriū uini plenum. Et ingenia tum præmio non parui apud rusticos homines & tenues precij, tum ostentandi sui gratia carmina confinxerunt, incondita primum paucaq;, deinde, ut fit, plura & elimatiora, cumq; in deuictis à Libero regibus parū esset in singulos annos materiæ, ad reliquos reges illis calamitatib. similes itum est, deq; ipsis multa sunt cantata. Atq; hæc est nuncupata tragœdia, uel ἀπὸ τοῦ τράγου, hoc est hirco, quem accipiebat uictor in certamine: uel à fecibus uindemiarum, quibus ora perungebantur, quas Græci τρύγας uocant. Comœdiam, sunt qui eisdem cœptam sacris uelint: alij sacris Apollinis Nomij, hoc est pastorum, uicorumq; præsidis. Quidam per idem tēpus utriq; deo sacrificari tradūt. Dicā quod est uulgatius: Athenienses ib. per pagos adhuc dispersis necdum coactis in urbem à Theseo, agricolæ peractis sacris, tum eos qui in sacrificio fuerant, tum etiam uiatores salsis dictis imperebant, risumq; excitabāt spectatoribus. Vrbe constructa, solenni & stato tēpore, uetere more in urbem agricolæ plaustris uecti ueniebant, faceta dicacitate modo rusticos modo etiam plerosque de urbanis incessentes, præcipue si à quoquam erāt iniuria affecti. Et hæc quidem comœdia est dicta, uel ἀπὸ τῶν κωμῶν, id est à uicis, pagisq; in quibus agebatur, uel ὑπὸ τῶν κατὰ κώλους πωμάζειν, quòd in uijs lasciuirent, & dictis petulantioribus luderent. Nam eo tempore nondū uillas & uicos Athenienses κώμας dicebant, sed δήμους. Placuit hic mos urbano populo, & eos qui dicendo ualebant, ad eruditius scribendum de eo argumenti genere carmen, sunt adhortati. Ita sensim rustici sunt exclusi, qui simplicitate sua, siue odio, siue inuidia momorderunt quidem, sed non cruento morsu. Poetæ urbani primum acrius cum taxassent ciuium facta, profuerūt nōnihil, quod à sceleribus multos metu retrahebāt: cæterum cœperunt affectibus, uel suis, uel amicorū seruire, simultates aspere exercere, stylis pro telis abutentes, principesq; uiros interdum nihil commeritos in scena proscindere, idq; nominatim. Quod cū esset passus Alcibiades ab Eupolide, in Baptis fabula, illum corripi iussit, ac mergi in mare. nam tum forte Alcibiades imperator erat, classemq; habebat in Piræo: cumq; mergerē Poeta, illud subinde Alcibiades ingerebat: Tu me in scena sæpe mersisti Eupoli, ego te in mari. Huius exēplo satis territis Poetis succesit lex opera Alcibiadis lata, ne quē liceret nominatim in scena taxare. ita genus illud comœdiæ abolitū est, dictaq; est uetus comœdia, hoc est ἀρχαία. Successit media, qua obliquis dictis perstringebanē multi tacitis nominibus: & ea in suspitionē uenit nobilitati, tanquā sua facta notarentur. ita in totū est sublata, repertaq; est noua, quæ de mediocribus personis lusit confictis nominibus, & argumento tam alieno ab ijs quæ faciebat nobilitas, ut manifestum esset, quosuis potius quàm nobiles perstringi: deinde affectibus tam moderatis, ut nemo de se dici etiam nomina tim ægre admodum tulisset. Huius princeps fuit Menander, qui cum Alexandro Macedone uixit paulo minor eo. Vetus bellis Peloponesiacis uiguit, in quo Aristophani plurimi deferunt palmam: quamuis in media quoq; multum eū ualuisse dicāt. Sed haud dubie Antiphanes Larissæus fuit in hoc genere facile primus, Atq; hæc quidem in Græcia. Romæ uero cum anno ab urbe condita circiter quadringentesimum T. Sulpitio Potito. C. Licinio Stolone coss. & superiore anno pestilentia laboratum esset, & eodem laboraretur, ex libris Sybyllinis ludi scenici sunt uoti: noua res in populo bellicoso. Ludiones sunt ex Hetruria asciti, qui gētis nomine histriones nuncupantur, hiq; ad tibicinis cantum tacti saltarunt, motibus nō omnino, ut illa ætate, incōcinnis, neq; uersum dixere ullum. Ruftici in Italia ueteri Græciæ more peractis sacris, post messem, gratulationi dijs

Fabularum theatri origo
Tragœdia
Comœdia
Eupolis
Comœdia uet. media & noua

dijs de bono anni prouentu, hilariores opere perfecto, rusticana quædam dicta in se inuicem iactabant ad risum mouendum: interim spurcis uerbis non abstinentes: interim paulo mordacius attingentes, idq; alternis uersibus, qui dicebantur Fescenini, à Fescennia ciuitate Hetruriæ. Hos cœperūt Romani histriones imitari, sed parcentes nominibus. nam id iam antea duodecim tabulis erat cautum ne fieret. Fescenini sensim ex scena abierunt, relicti nuptijs, & triumphis, fabulæq; cœptæ sunt introduci, quæ delectarent sine cuiusquam offensione. quod Horatius epistola ad Augustū attingit. Ita cum nominatim lædi quēquam in scena non liceret, ex Græco ritu alia fabularum genera sunt Romam adducta, noua scilicet comœdia, & Satyra: rion illa quæ uno carminis genere in uitia inuehebatur, qualem scripsere Horatius, Persius & Iuuenalis. nam huic initium dedit Lucilius, qui sub Scipione Aemiliano meruit bello Numantino, sed in quam introducebantur satyri contumelioſi & spurci, tunicis uillosis, motu graui, inconditóque & rusticano. Scena erat floribus, frondibus herbis uirentibus instructa, in faciem montium, syluarum, & speluncarū, sicut scenæ tragœdiarum regalem magnificentiam imitantur, & comicæ mediocrium ac plebeiorum ædificiorum rationem, ut Vitruuius lib. v. scribit. Ab istis satyris primam fabulam iustam Græco modo Latinis uersibus fecit Liuius Andronicus Salinatoris libertus, anno à condita Roma quingentesimo xliij. Appio Claudio Cæci filio, Sempronio Tudidano coss. bello Punico primo, aliquot annis ante perfecto ex digestione temporum Attici. Secuti sunt hunc Næuius, Plautus, Ennius, Terentius, & alij permulti, qui comœdias scripsere. Reliqua de ludis scenicis suis locis dicentur. b Et hæc sunt scenicorum tolerabiliora.] In ludis interim fabulæ iusto argumento exhibebantur populo: interim histriones motus dabant impudicos silentio, nonnunquam quædam dicebant in rationem festi conficta. Ex fabulis sunt nonnullæ palliatæ, quarum argumentum est Græcum, histrionesq; pallio more Græco utuntur. quales sunt omnes Terentianæ, & Plautinæ: aliæ togatæ, quarum argumentum ex Romanis rebus petitur, ludionesq; toga Romano indumento amiciuntur, quales sunt Aphranij. & ex togatis, aliæ sunt Prætextatæ: cum res imperatorum & principum Romanorum aguntur, necesseq; est esse Prætextam in scena, uestimentum magistratuū Romanorū: à quibus non multum crediderim argumento abfuisse Trabeatas, quas C. Melius Spoletanus Mœcenatis libertus inuenit. ac nescio an fuerint eædem, qua in re nihil habeo certi. aliæ Tabernariæ, in quibus de rebus uulgi agitur. Sunt tragœdiæ, sunt comœdiæ, sunt satyræ, sunt etiam Mimi, qui dicūtur Planipedes, quod nec socco utuntur, nec cothurno, sed planis pedibus exeūt in proscenium, quāuis satyras & Mimos, sub comœdia uideo comprehendi. Quin & tragœdiam speciem esse comœdiæ quidam affirmant. Tragœdia magna infortunia continet, ardentes affectus, atrocia scelera, minimum turpitudinis. Comœdia amores, nequitias, flagitia tractat, quæ in fabulam induxit Menander, ut Macedonibus eiusmodi rebus deditis, placeret. Satyra lasciuiores habet faunos & syluanos, qui iocis & salibus agrestibus delectabant: interim admixtis lachrymis, sed ut erant dij immundi & illoti, spurciora iactabant & fœdiora dictu audituq;. In Mimis licentia maxima, nullis parcebant turpibus. & tamen hæc tolerabiliora erāt præ alijs rebus, quæ in Bacchanalib. agebanē. quæ propter incredibilē turpitudinē ex Italia S. C. sunt eiecta: uel in Saturnalibus, uel in Floralibus, quos ludos per meretrices & perditiss. hominum genera celebrabant. Quorum Floralium actores cum deam ipsam non reuererentur, unum hominem Catonē sunt reuereti, quo præsente agere recusarunt.

Fescenini
Satyra
Scenarum ornatus
Fabula prima Romæ
Palliatæ fabulæ
Togatæ
Prætextatæ
Trabeatæ
Mimi
Floralia

A Quid Romani ueteres de cohibenda poetica licentia senserint, quàm Græci deorum secuti iudicium liberā esse uoluerint. Cap. IX

VID autem hinc senserint Romani ueteres, [a]Cicero testatur in libris quos de republica scripsit, [b]Vbi Scipio disputans ait: Nunquam comœdiæ nisi consuetudo uitæ paterētur, probare sua theatris flagitia potuissent. Et Græci quidam antiquiores uitiosæ suæ opinionis quandam conuenientiam seruauerunt, apud quos fuit etiam lege concessum, [c]ut quod uellet comœdia nominatim uel de quo uellet, diceret. Itaque sicut in eisdem libris loquitur Africanus, quem illa non attigit, uel potius quē non uexauit, cui pepercit? Esto: populares homines improbos, in republica seditiosos, [d]Cleonem, [e]Cleophontem, [f]Hyperbolum læsit. Patiamur, inquit, & si huiusmodi ciues, à [g]censore melius est quàm à Poeta notari: [b]sed Periclem cum iam suæ ciuitati maxima autoritate plurimos annos domi & belli præfuisset, uiolari uersibus, & cos agi in scena non plus decuit, [i]quàm si Plautus, inquit, noster uoluisset, aut Næuius, [k]Publio & Cneo Scipioni, [l]aut Cæcilius [m]Marco Catoni maledicere. Deinde paulopost: nostræ, inquit, contra duodecim tabulæ [n]cum per paucas res capite sanxissent, in his hanc quoq; sanciendam putauerunt, si quis [o]actitauisset, si ue carmen condidisset, quod infamiam faceret, flagitiūue alteri. Præclare. Iudicijs enim ac magistratuum disceptationibus legitimis proposi tam uitam, non poetarum ingenijs habere debemus, nec probrum audire, nisi ea lege ut respondere liceat, & iudicio defendere. Hęc ex Ciceronis quarto De republica libro ad uerbum excerpenda arbitratus sum, nonnullis propter faciliorem intellectum uel prętermissis, uel paulum commutatis. Multum enim ad rē pertinent quam molior explicare, si potero. Dicit deinde alia, & sic concludit hūc locum, ut ostendat ueteribus displicuisse Romanis, uel laudari quenquam in scena uiuum hominem, uel uituperari. Sed ut dixi, hoc Græci quanquam inuerecundius, tamen cōuenientius licere noluerūt, cum uiderent dijs suis accepta & grata esse opprobria, non tantum hominum, uerum & ipsorum deorum in scenicis fabulis: siue à poetis essent illa conficta: siue flagitia eorum uera com-

memorarentur & agerentur in theatris, atque ab eorum cultoribus utinam solo risu ac non etiam imitatione digna uiderẽtur. Nimis enim superbum fuit famæ parcere principum ciuitatis & ciuium, ubi suæ famæ parci numina noluerunt. Nam quod affertur pro defensione, non illa uera in deos dici sed falsa atq; conficta: idipsum est scelestius si pietatem consulas religionis: si autem malitiam dæmonum cogites, quid astutius ad decipiendum atque callidius? Cum enim probrum iacitur in principem patriæ bonum atq; utilem, nónne tanto est indignius quanto à ueritate remotius, & à uita illius alienius? Quæ igitur supplicia sufficiunt, cum deo fit ista, tam nefaria tam insignis iniuria?

L. VIVES

Ciceronis libri De repub.

a Cicero testatur in libro quarto De rep.] Si quos antiquorum libros ex ijs, qui uel omnino amissi sunt, uel certe non extant, uellem extare, sunt isti sex Ciceronis De repub. neq; enim dubito, quin opus fuerit admirabile. facio ex his fragmentis quæ uidi, cõiecturam. Audio apud quosdam tanquam aurea mala asseruari, interim dum non prodeunt, coniecturæ ex alijs ipsius Ciceronis locis collectæ nos ducent.

Scipiones

b Vbi Scipio.] Gens Cornelia inter cætera cognomina, & illud Scipionum sumpsit, ab eo qui patri cæco & senecta infirmo uice scipiõis erat. Clari ex hac familia fuerunt complures, de quibus dicam suo loco. Hic quem in libris De repub. loquentem facit Cicero, fuit L. Aemilij Pauli, qui Persam Macedoniæ regem uicit, filius: quem Scipio Aphricani maioris filius adoptauit, ideo à gente in qua est natus Aemilianus cognominatur. Carthaginem & Numantiam deleuit.

Veteres comœdiæ

c Vt quod uellet Comœdia.] ἀρχαία, hoc est, uetus, dixi iam hac de re, fiebat, ut ciues metu, ne in scena traducerentur, uel pergerent bene uiuere, si sic instituerant, uel à scelerum uia retraherentur. Socrates expedire dicebat seipsum de industria comicis offerre. Nam si merito quidem reprehenderint, emendabimur: sin falsò, tum illa nihil ad nos attinebunt. Et ipse Socrates innocentissimus & sanctissimus uir, irrisus erat ab Aristophane in nebulis, fabula nebulonica, quam Poeta in hoc solum ædiderat. Quod fuit uel maximum argumentum, scriptores ueteris comœdiæ linguam iam tum habuisse uenalem, uel perturbationibus animi transuersos agi.

Nebulæ Aristophanis

Cleon

d Cleonẽ.] Cleon Byrsopola homo seditiosus, Niciæ, Demosthenis, & bonis ferè omnibus inimicus fuit: bello tamen non malus, ut Thucydides & Plutarchus scribunt. In hunc

Equites Aristophanis

scripsit Aristophanes fabulam, quam ἱππεῖς nominauit, hoc est, equites: cuius quum peculatum & tyrannicas opes uellet populo patefacere, opifex personã Cleonis se facturum negauit, ueritus illius potentiam. Poeta fecibus histriones unxit, qui quum in scenam prodire reformidarent, Aristophanes ipse personam Cleonis solus sustinuit, tanta rabie in illum erat accẽsus. Propter quod factum accusatus à Cleone talentis quinq; multatus est, ut ipse in Acharnensib. comœdia queritur, hoc est, reuomuit quantum hauserat. Nam fortasse precio à Nicia & Demosthene accepto, ad scribendam fabulam erat adductus, ut in Nephelis fecit pecunia ab Anito & Melito Socratis inimicis accepta, Homo qui per ebrietatem multa conscripsit. Cleonis meminit etiam Plutarchus in Politica.

Cleophon

e Cleophontem.] Hunc etiã Plutarchus similẽ Cleonis fuisse dicit.

Hyperbolus

f Hyperbolũ.] Et huius tanq; improbi ciuis meminit Thucydides, & Plutarchus & Lucianus ὑπερβολῶνα. ostracismo, quod genus erat suffragiorũ, ex urbe est eiectus, non metu potentiæ uel dignitatis ut alij, sed tanquam publicum ciuitatis dedecus & opprobrium. Cicero in Bruto de Glaucia loquens: Homo, inquit, simillimus Athenienſis Hyperboli, cuius improbitatem ueteres Atticorũ comœdiæ notarunt. Ab Eupolide Hyperbolum notatũ subsignificat Quintilianus in primo instit. de musica loquẽs. de hoc scripsit caput Cælius in farragine antiquarũ lectionum lib. ix.

Censor

g A censore.] Quinto quoq; anno duo creabantur, qui censui, hoc est, æstimationi opum faciendæ, & iudicio de moribus, deq; existimatione uniuscuiusque ciuis præessent. Censores sunt dicti à censu. Nam, ut Festus inquit, tãti quisq; sua bona faciebat, quanti illi æstimassent, & magistri morum. Sic Cicero ad Appium Pulchrum.

Pericles

h Sed Periclem.] Hic eloquentia & magnis ciuilibus artibus populum Athenienſem ita sibi cõciliauit, ut princeps in ea republica per multos annos fuerit: domi & foris consilio bonus, & felicitate par. In huius labijs sesitasse πειθώ, hoc est, persuadẽdi deã: & ut Cicero in tertio De oratore interpretatur, leporem: ut Ennius Suadam, Horatius diminutiuum huius Suadelã dixit, Eupolis antiquæ comœdiæ autor scripsit. Eorum uersuum sententia est apud Ciceronem sæpe & Quintilianũ, Græci aliquot uersus, nam Eupolis comœdiæ, ut alia permulta intercidere: sunt apud Plinium Cæcilium libro Epistolarum primo, pars etiam apud Suidam. Neutrius istorum meminisse Politianum in capite Cẽturiæ suæ, ubi de hoc agit, miror. Sed uersus ipsos petit ab interprete quodam Aristidis Græci, coq; innominato: tametsi non negarim plures illic esse cẽ uel apud Suidam, uel Plinium. Aristophanes etiam comœdiæ ueteris scriptor fulgura Pericli ore misisse, & tonitrua dicit, miscuisseq; totam Græciam. & hæc quidem Aristophanes, & Eupolis dicebant, quum illi conuiciarentur, ac male dicerent: sicut Cicero libro De oratore tertio, & de perfecto oratore, & Quintilianus libro duodecimo inquiunt. Incessebatur quoq; Pericles à comicis, quod capite esset oblongo, idcirco galeatus semper depingebatur.

Plautus

i Quam si Plautus inquit noster.] Primus poeta Latinus fuit Liuius, ut dixi, hũc secutus est Næuius, qui bello primo Punico militauit. Deinde Plautus Næuio ferè æqualis, qui reliquit comœdias, quarũ maxima pars adhuc extat, quo Poeta nemo magis & suæ & proximæ ætatis hominibus placuit. Scipio noſtrum appellat, quem nunquam uiderat, sed quia Latinus fuit, nã de Græcis erat locutus antea.

Scipionis fratres

k P. & G. Scipioni.] Fratres hi fuerunt, & si Seruio credimus, gemini, quorum P. genuit Aphricanum superiorem, G. Nasicam uirum optimum, de quo diximus. uterq; in Hispania occubuit à Pœnis occisus secundo Punico bello. quod inceptum est P. cons. Hos duos fratres Cicero pro Cornelio Gallo, duo fulmina imperij appellat. Sunt qui putent de eisdem intelligi illud Vergilij in sexto: Duo fulmina belli Scipiadas, ex Lucretio mutuatum: Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror. Horum ergo tempore illi Poetæ uixerũt.

Cæcilius

l Aut Cæcilius.] Cæcilius Statius bello Macedonico & Asiatico floruit cum Ennio, cuius fuit contubernalis. Volcatius Sedigitus palmam ei de comicis tribuit, Horatius grauitatem. Eius nihil supereſt, sermonem nõ admodũ uidetur Cicero probare.

Cato senior

m M. Catoni.] Seni qui primus ex familia Portia gessit honores, is Tusculi natus est, & usque ad consulatum triumphum & censuram peruenit. homo nouus, toti nobilitati inuidiosus, maximæ fuit in republica autoritatis. Vixit cũ Ennio, & Cæcilio.

n Cum perpaucas res capite sanxissent.] Pauciſsima fuerant apud Rom. uetereſ crimina, quorum pœna esset capitalis, multo adhuc pauciora apud sequentes: nam lex Portia uetabat condemnatis ciuibus uitam adimi, sed exilium permitti. Ita capite puniri eos, qui carmen in alium scripsissent, incredibiliter exhorruisse infamiam Romanos significat. Sed uideat lector, an de capitis diminutione lex ista intelligatur, de qua inquit Festus: Capite diminutus appellatur, qui ciuitate multatus est: qui liber alteri mancipio datus est, cui aqua & igni interdictũ est, quæ à iure cõsultis maxima capitis diminutio nominat. Nã capitis diminutio est illis triplex: maxima, minor, minima. Hoc admonendi gratia dixerim, non interposita sententia mea. Horatius in Epistola ad Augustũ: Quinetiam lex pœnaq; dicta, malo quæ nollet carmine quenquam Describi. uertere modum formidine fustis. Porphyrio fustuarium dicit supplicium esse constitutum in autorem carminum infamium.

Capitis diminutio

Occentare

o Actitauisset.] Codex uetustus occentauisset, credo melius. Festus, occentassent antiqui dicebant, quod nunc conuitium fecerint dicimus. quod id clare & cum quodam canore fit, ut procul exaudiri possit, quod turpe habetur.

Qua nocẽdi arte dæmones uelint uel falsa de se crimina uel ucra narrari. Ca. x.

SED maligni spiritus, quos isti deos putant, etiam flagitia, quæ non admiserunt, de se dici uolunt: dum tamen humanas mentes his opinionibus uelut retibus induant, & ad prædestinatum supplicium secum trahant: siue homines ista cõmiserint, quos deos haberi uolunt qui humanis erroribus gaudent, pro quibus etiam se colendos mille nocendi fallendiq; artibus interponunt: siue etiam nullorum hominum illa crimina uera sint, quæ tamen de numinibus fingi libenter accipiunt fallaciſsimi spiritus, ut ad scelesta, ac turpia perpetranda, uelut ab ipso cœlo traduci in terra, satis idonea uideatur autoritas. Cum igitur Græci talium numinum seruos se esse sentirent, inter tot & tanta eorum theatrica opprobria parcendum sibi à Poetis nullo modo putauerunt: uel dijs suis etiam sic consimilari appetentes: uel metuentes, ne honestiorem famam ipſi requirendo, & eis se hoc modo præferendo, illos ad iracundiam prouocarent. Ad hanc conuenientiam pertinet, quod etiam [a] scenicos actores eorundem fabularum, non paruo ciuitatis suæ honore dignos existimarunt. Siquidem quod in eo quoque De republica libro commemoratur, [b] Aeſchines Athenienſis, [c] uir eloquentiſsimus, cum adoleſcens tragœdias actitauisset, rempublicam capeſsiuit: & Aristodemũ [d] tragicum item actorem maximis de rebus pacis ac belli, legatum ad Philippum Athenienſes

sæpe miserunt. Non enim consentaneum putabatur, cum eosdem artes eosdemq; scenicos ludos, etiam dijs suis acceptos uiderent, illos per quos agerentur in infamium loco ac numero deputari.

L. VIVES

a Scenicos actores earundem fabularum.] Aemilius Probus de Græcis loquẽs. In scenam uero prodire, & populo esse spectaculo nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini. quæ omnia apud nos partim infamia, partim humilia, atq; ab honestate remota pronuntur.

Aeschines

b Aeschines.] Athenienſis orator, Demosthenis inimicus, tragœdias egit in scena. Ideo Demosthenes in oratione De corona, πίθηκον τραγικὸν eum uocat. Quintilianus hypocritam eum fuisse dicit: id est, histrionem. Plutarchus in x. rhetoribus exercuisse eum tragœdias scribit. Idem Philostratus in Sophistis, qui eum nõ coactum uertisse solum exilij gratia scribit: sed quum iudicio de Ctesiphontte uictus esset, ad Alexandrum contendisse, qui tunc Asiæ imperabat: ubi uero de eius morte in itinere intellexit, flexisse cursum Rhodum, captumq; insulæ amœnitate studijs apta, resedisse eo in loco. Aeschines ipse epistola quadam ad populum Athenienſem affirmare uidetur histricam se artem desiisse, antequã ad rempublicam accederet.

c Vir eloquentiſsimus.] Eloquentiſsimũ fuisse satis constat, & quidem ampla ac decora uoce, nec desunt qui proximum ei post Demosthenẽ locũ assignent, natura magis, ualitit, cẽ arte. quidam illum nullius fuisse discipulum tradiderunt, sed repẽte è scriba factum Oratorẽ, dixisseq; primum aduersus Philippum Macedoniæ regem: hinc famam populare gratiamq; auspicatũ, ideo & missum ad eundẽ regem legatũ. Alij magistros ei dant Platonẽ & Isocratem, quidam Leodamanta. Genus illud dicendi Rhodiũ, inter Asianum & Atticum medium Aeschines Rhodi in secessu instituit, quum ibi aperuisset scholã.

Aristodemus

d Aristodemum.] Hic, ut Demosthenes scribit, legatus ad Philippum profectus est cum Demosthene ipso, & Aeschine. Hic est Aristodemus, quẽ quũ rogasset Demosthenes, quid mercedis accepisset, ut ageret, illeq; talentum respõdisset: At ego, inquit Demosthenes, plus accepi ut tacerem. Autor Critolaus.

De scenicis apud Græcos in reipublicæ administrationẽ receptis, eo quòd placatores deorũ iniuste ab hominibus spernerentur. Cap. XI

HAEC Græci turpiter quidem, sed sanè dijs suis omnino congruenter, [a] qui nec uitam ciuium lacerandam linguis poetarum & histrionũ subtrahere ausi sunt, à quibus cernebãt deorum uitam eisdem ipsis dijs uolentibus & libẽtibus carpi: & ipsos homines, per quos ista in theatris agebantur, quæ numinibus quibus subditi erant, grata esse cognouerant, non solũ mininiẽ spernendos in ciuitate, uerumetiã maxime honorandos putauerũt. Quid enim causę reperire possent, cur sacerdotes honorarent: quia peos uictimas dijs acceptebiles offerebãt,

& scenicos probrosos haberent, per quos illam A uoluptatem siue honorem diis exhiberi peten tibus, & nisi fieret irascentibus, eorum admoni tione didicerant: cum præsertim [b] Labeo quem huiuscemodi rerum peritissimum prædicant, numina bona à numinibus malis, ista etiã cul tus diuersitate distinguat: [c] ut malos deos propi ciari cædibus & tristibus supplicationibus asse rat, bonos autem obsequijs lætis atq; iucũdis: qualia sunt, ut ipse ait, ludi, conuiuia, [d] lectisterni a. Quod totum quale sit, postea si deus iuue rit, diligentius disseremus. Nũc ad rem præsen tem quod attinet, siue diis omnibus omnia tan quam bonis permixte tribuantur, neque enim B esse decet deos malos, cum potius isti quia im mundi sunt spiritus, omnes sint mali: siue certa discretione, sicut Labeoni uisum est, illis illa, istis ista distribuantur obsequia: competentissime Græci utrosq; honore dignos ducunt, & sacer dotes per quos uictimæ ministrantur, & sceni cos per quos ludi exhibentur. Ne uel omnibus diis suis, si & ludi omnibus grati sunt, uel quod est indignius his quos bonos putant, si ludi ab eis solis amantur, facere conuincãtur iniuriam.

L. VIVES

a Vi nec uitam ciuium.] Sisitheus quum populo comœdiam exhiberet, qua Cleãthem Stoicum conuitijs proscindebat cæteris indignantibus fe runt Philosophum dixisse, iniquum esse, quum Hercu les & Dionysium maledictis histrionũ passim incessant, nec irascant, homines irasci. b Labeo.] Labeones fuerunt tres, maxima iuris ciuilis scientia præditi: sed unus omnium doctissimus Antistius Labeo, qui cum Cæsare Augusto uixit. Trebatij Testæ discipulus: non iuris modo, sed totius quoq; antiquitatis, omniumq; ar tium peritissimus, & plane polyhistor. ut refert Gelli us, Augusto non admodum charus propter magnã in genij linguæq; libertatẽ. Opinio hæc eius ex Platonica & Stoica disciplina uideturmanasse, quamuis nonnul lis immutatis. Nam Platonici deos omnes bonos dice bant: inter dæmonas uero, & heroas quosdam bonos, quosdam malos. Porphyrius in sacrificijs ait, uerum & pium cultorem nunquam sacrificaturum aliquod ani mal diis, sed dæmonibus. Idem in libro De uia intelligi bilium fusius explicat, qui boni dæmones, qui mali, sed de hoc alibi. c Vt malos deos.] Quo peiores dij sunt, & inferiores, eo tristiore genere supplicationum uolunt propiciari, ut dij inferi Pluto, Proserpina, & alij. Luca nus uerbis Erictus ad inferna numina.

Si uos satis ore nefando
Pollutoq; uoco: si nunquam hæc carmina fibris
Humanis ieiuna cano: si pectora plena
Sæpe dedi, & laui calido profecta cerebro.
Si quis, qui uestris caput extaq; lancibus infans
Imposuit, uicturus erat.

d Lectisternia.] De his libro tertio.

Labeones

Sacrificia tristia

Quod Romani auferendo libertatẽ poetis in homines, quam dederunt in deos, melius de se quàm de diis suis senserunt. Cap. XII

T Romani sicut in illa de republica disputatione gloriatur Scipio, pro A bris & iniurijs poetarũ subiectam uitam famamq; habere noluerũt, capite etiam puniri sancientes tale carmen condere si quis auderet. quod erga se quidem satis honeste constituerũt, sed erga de os suos superbe & irreligiose. Quos cum scirẽt, non solum patiẽter, sed etiam libenter poetarũ probris maledictisq; lacerari, se potius quàm illos huiuscemodi iniurijs indignos esse duxe runt, seq; ab eis etiam lege munierunt, illorum autem ista etiã sacris solennitatibus miscuerũt. Ita ne tandem Scipio laudas hãc poetis Roma nis negatam esse licentiam, ut cuiquam oppro brium infligerent Romanorum, cũ uideas eos nulli deorum peperciss e uestrorũ? Ita ne pluris tibi habenda uisa est existimatio uestrę [a] curiæ, quàm capitolij, imò Romæ unius quàm cœli tõtius: ut linguam maledicam in ciues tuos ex erere poetę etiam lege prohiberentur, & in de os tuos securi, tanta conuitia nullo senatore, nul lo censore, nullo principe, nullo pontifice prohi bente iacularentur? Indignum uidelicet fuit ut Plautus, aut Nęuius Publio & Gneo Scipioni, aut Cæcilius M. Catoni malediceret: & dignũ fuit ut [b] Terentius uester flagitio Iouis opt. ma ximi adolescentium nequitiam concitaret.

L. VIVES

a Vriæ uestræ quàm Capitolij.] Curia locus, in quo senatus habebatur, pro senatoribus poni tur: Capitolium pro ipsis diis. b Terentius uester.] Nam familiarissimus Scipioni & Lælio dicitur fuisse, quin & adiutari ab illis in scribendis fabulis Poe tam putauerunt multi: quod Terentius ipse in prologo Adelphorum subsignificat. De Scipione Memmius o pinatur, in oratione pro seipso. Et Quintilianus memi nit in x. instit u. De Lælio Cornelius nepos, & Cicero in epistola quadã ad Atticũ, licet ex aliorum sententia.

Terentius

Debuisse intelligere Romanos, quòd dij eorũ qui se turpibus ludis coli expetebãt, indigni essent honore diuino. Ca. XIII

ED responderet mihi fortasse si ui ueret: Quomodo nos ista impunita s esse nollemus, quę ipsi dij sacra esse uoluerũt cũ ludos scenicos ubi talia celebrãtur, dictitãtur, actitantur, & Romanis moribus inuexerũt, & suis honorib. dicari exhiberiq; iusserunt? Cur ergo nõ hinc magis ipsi intellecti sunt non esse dei ueri, nec omnino

omnino digni, quibus diuinos honores defer A ret illa respublica? Quos enim coli minime de ceret minimeq; oporteret, si ludos expeterẽt a gendos conuitijs Romanorũ, quomodo quæ so dij colendi putati sunt, quomodo non dete standi spiritus intellecti, qui cupiditate fallendi inter suos honores sua celebrari crimina popo scerunt? Itemq; Romani quãuis iam supersti tione noxia premerentur, ut illos deos colerẽt, quos uidebãt sibi uoluisse scenicas turpitudines consecrari, suæ tamẽ dignitatis memores ac pu doris, actores taliũ fabularum nequaquam ho norauerũt more Græcorum, sed sicut apud Ci ceronẽ idem Scipio loquitur: [a] Cum artem ludi B cram scenamq; totã in probro ducerẽt, genus id hominum non modo honore ciuiũ reliquo rum carere, sed etiã tribu moueri [b] notatione cẽ soria uoluerunt. Præclara sanè & Romanis lau dibus annumeranda prudentia. Sed uellem se ipsa sequeretur, se imitaretur. Ecce enim recte quisquis ciuium Romanorum esse scenicus ele gisset, nõ solum ei nullus ad honorem dabatur locus, uerumetiam censoris nota tribum tenere propriam minime sinebatur. O animum ciuita tis laudis auidum, [c] germaneq; Romanũ. Sed C respondeatur mihi, qua cõsentanea ratione ho mines scenici ab omni honore pelluntur, & lu di scenici deorum honoribus admiscẽtur? Illas theatricas artes [d] diu uirtus Romana non noue rat: quæ & si ad oblectamentum uoluptatis hu manæ quærerentur, & uitio morum irreperent humano rnm, dij eas sibi exhiberi petiuerunt? Quomodo ergo abijcitur scenicus, per quem colitur deus? Et theatricæ illius turpitudinis, qua fronte notatur actor, si adoratur exactor? In hac controuersia Græci Romaniq; concer tant. Græci putant recte se honorare homines scenicos, cum colant ludorum scenicorum flagi D tatores deos. Romani uero hominibus scenicis nec [e] plebeiam tribum, quanto minus senatori am curiam dehonestari sinunt. In hac disceptа tione huiuscemodi ratiocinatio summam quę stionis absoluit. [f] Proponunt Græci: Si dij tales colendi sunt, profecto etiam tales honoran di sunt. Assumunt Romani: Sed nullo modo tales homines honorandi sunt. Concludunt Christiani: Nullo igitur modo dij tales colen di sunt.

L. VIVES

a Vm artẽ ludicram.] Necesse erat histriones per ditissimis fuisse moribus, & deploratæ nequi tiæ, cũ in ea ciuitate pro ciuib. nõ haberentur, cu ius erãt tam multa milia hominũ flagitiosorũ & facino rosorũ ciues. Moueri tribu, & stipẽdia nõ facere histrio nes, autores sunt Liuius & Vale. nisi potestas roget. Nã tum uidetur cogere, quod Decimo Laberio cõtigit, ro gãte Cæsare, ut mimum suũ ageret in scena, qui nihilo minus fuit post histricam artem eques Romanus: nam qui inuitus committit in legem, non uidetur committe re. Excipiuntur ab ea lege actores Atellanarum; quæ sunt fabulæ sæueriores, iocis Italicam priscam disciplinam redolẽtibus conditæ. Liuius & Valerius. Ideo nec deponũt in scena personam, ut alij histriones. Festus. Histrionũ infamia

Atellanæ

b Notatiõe cẽsoria.] Quæ de moribus & fortunis u niuscuiusq; fiebat, quinto quoq; anno. c Germaneq; Romanũ.] Germanũ, inquit Thomas Valois, id est im mane: nam Germani immania habẽt corpora. O homi nem germane nugatorẽ: quid enim aliud possim dice re? Mihi nunquam potuit illud declarari, quo pacto li brum quis intelligat, quacũq; de re sit ille compositus, qui linguã, qua scriptus est, ignoret. Sæpe hac de re cũ hominibus meo iudicio non imperitis, suo peritissimis disputaui: me nõ intelligere dicebã, quemadmodũ Sco tus, Occam, & similes sacros scriptores intelligere, atq; enarrare potuerint: Accursius, Bartholus, & Baldus iu ra, cum Latine nescierint, quo sermõe & hæc & illi tra diti essent. Repugnabant illi mihi, & fieri posse conten debant, ac se intelligere aiebant, quæ me ipse negarem. Cedo. illis, & quod non capiam, stupori ingenij mei imputo: quanquã hic uelim me doceant, num mysteriũ aliquod prædicatores isti occuluerint, cum germanum exponunt, id est, immane: & Romanum, id est altum. Quod si sic est, clamabo insidias nobis simplicib. à cal lidis hominibus fieri. Nec esse rem ferendã, maiore cõ mentatore indigere commentatorẽ, cũ eum quem enar ret, nisi forte sensus hic aliquis est eruditus anagogicus uel tropologicus, relicto literali. Nos homines crassi, germanũ pro uero, natiuo, expresso, genuino accipi in Latina lingua scimus. Sic Cicero, ut uirtutis exemplum pro multis milibus afferam, Actione in Verrem quinta: Tum multa, tum hoc memini me dicere, facile esse per spicuum, quantũ inter hunc & illum Numidicum uerũ ac germanũ Metellum interesset. Ita germane Romanũ id est, uere Romanum, Romanus uere Augustinus pro generoso, & in omne honestum erecto dixit. Acutiores isti homines & solidioris eruditionis, uerbis relictis, res ipsas & corpora apprehendunt, nec quæuis corpora, sed humana, & eadem immania. Eiusdem farinæ, sicut dicunt, est & illud, quod tertio post capite, apicẽ quem flamen in capite gestat, historiographum quendam esse dicit, quasi uero parum esset hominem repente ex li no fecisse, maiore artificio quàm Prometheus ex luto finxerit, nisi etiam historicus crearetur mira & plus q̃ diuina artificis dexteritate, qui suã fœturam eruditam produxerit, quũ deus nos rerum omnium rudes edat. Germani

Germanũ

d Diu uirtus Romana.] Quadringẽtos ferè per an nos. e Plebeiã.] Ordines Romæ erãt tres, senatorius, equester, plebeius, qui erat infimus, de quib. alibi. Plebeiã dixit tribũ, non quòd ulla esset tribus plebeia, sed in unaquaq; essent homines plebesq; & de fece uulgi. Romæ Ordines

f Proponũt Græci.] Dialectici & eos sequuti rheto res, tres partes faciunt perfectæ argumentationis, qui Græce dicitur syllogismus, Latine ratiocinatio. Prima, qua exponitur summa argumẽtationis. hæc est expositio, siue ppositio. Altera, cũ ppositione assumpta rem cõ tinet specialius, de qua aliq̃d uolumus colligere. hæc est assumptio. Tertia, quæ ratiocinationẽ claudit, cõplexio. Nec refert quib. hæc distincta sint locis. Interim cõ Syllogismi partes

plexio est prima, sæpe assumptio secunda, uel ultima. Pseudodialectici hæc omnia confundunt, ut sint bonarum omnium artium expertes, & locum existimant naturás mutare rerũ, ex seipsis omnia metientes, qui quũ in scholis plus sint quàm uiri, extra scholas in uita communi minus quàm infantes.

Meliorem fuisse Platonem, qui poetis locum in bene morata urbe nõ dederit, quàm hos deos, qui se ludis scenicis uoluerint honorari. Cap. XIIII

BINDE quærimus, ipsi Poetę taliũ fabularum compositores, qui duodecim tabularum lege prohibẽtur famam lædere ciuium, tam probrosa in deos cõuitia iaculantes, cur nõ ut scenici habeantur inhonesti? Et qua ratione rectum est, ut poeticorum figmentorũ & ignominiosorum deorum [a]infamentur actores, honorẽtur autores? [b]An forte Platoni Græco potius palma danda est, qui cum ratione formaret, qualis esse ciuitas debeat, tanquam aduersarios ciuitatis poetas censuit urbe pellendos. Iste uero & deorum iniurias indigne tulit, & fucari corrumpíq; figmentis animos ciuium noluit. Confer nũc [c]Platonis humanitatem à ciuibus decipiendis Poetas urbe pellentẽ, cum deorum diuinitate honori suo ludos scenicos expetẽte. Ille, ne talia uel scriberentur, [d]etsi non persuasit, disputãdo tamen suasit leuitati lasciuiæq; Græcorum. Isti ut talia etiam agerentur iubendo extorserunt grauitati & modestiæ Romanorum. Nec tantum hæc agi uoluerunt, sed sibi dicari, sibi sacrari, sibi solenniter exhiberi. Cui tãdem honestius diuinos honores decerneret ciuitas, utrum Platoni hæc turpia & nefanda prohibẽti, an dæmonibus hac hominũ deceptione gaudentibus, quib. ille uera persuadere nõ potuit? [e]Hunc Platonem Labeo inter semideos commemorandũ putauit: sicut Herculem, sicut Romulum. Semideos autem heroibus anteponit, [f]sed utroq; inter numina collocat. Verũtamen istum quem appellat semideum, non heroibus tantum, sed etiam dijs ipsis præferendum esse non dubito. Propinquãt autem Romanorum leges disputationibus Platonis, quando ille cũcta poetica figmenta condemnat, isti autẽ poetis adimunt saltem in homines maledicendi licentiam: [g]ille poetas ab urbis ipsius habitatiõe repellit, isti saltem actores poeticarũ fabularũ remouent à societate ciuitatis: & si contra deos

A ludorum scenicorum expetitores aliquid auderent, forte undiq; remouerent. Nequaquã igitur leges ad instituendos bonos, aut corrigendos mores malos à dijs suis possent accipere, siue sperare Romani, quos legibus suis uincunt atq; conuincunt. Illi enim honori suo deposcũt ludos scenicos, isti ab honoribus omnibus repellunt homines scenicos: illi celebrari sibi iubent figmentis poeticis opprobria deorũ, isti ab opprobrijs hominum deterrent impudentiam poetarum. Semideus autem ille Plato, & talium deorum libidini restitit, [b] & ab indole
B Romanorum quid perficiendum esset, ostẽdit: qui poetas ipsos uel pro arbitrio mentiẽtes, uel hominibus miseris quasi deorum facta pessima imitanda proponentes, omnino in ciuitate bene instituta uiuere noluit. Nos quidem Platonem, nec deum, nec semideum perhibemus: nec ulli sancto angelo summi dei, nec ueridico Prophetæ, nec Apostolo alicui, nec cuilibet Christi martyri, nec cuiquam Christiano homini comparamus, cuius nostræ sententiæ ratio deo prosperante suo loco explicabitur. Sed eum tamen, quandoquidem ipsi uolunt fuisse semideum, præferendum esse censemus, si non
C Romulo & Herculi: [i]quamuis istum nec occidisse fratrem, [k]nec aliquod perpetrasse flagitiũ [l]quisquam historicorũ [m]uel Poetarũ [n] dixit, aut [o]finxit: [p]certe uel Priapo, uel alicui [q]cynocephalo, postremo uel [r]Febri, quæ Romani numina [s]partim peregrina receperunt, [t]partim sua propria sacrauerũt. Quomodo igitur tanta animi & morum mala, bonis præceptis & legibus, uel imminentia prohiberent, uel insita extirpanda curarent dij tales: qui etiam seminanda & augenda flagitia curauerũt, talia uel sua, uel quasi sua facta per theatricas celebritates populis innotescere cupientes: ut tanquam autoritate diuina sua sponte nequissima libido accenderetur humana: frustra hoc exclamãte Cicerone, [u]qui cum de Poetis ageret, ad quos cum accessisset, inquit, clamor & approbatio populi, quasi magni cuiusdam & sapientis magistri, quas illi obducunt tenebras? quos inuehunt metus? quas inflammant cupiditates?

L. VIVES

a INfamentur actores.] Actores ab agendo, histriones qui agũt fabulam in scena. Autores, qui cã scribunt Poetæ: quamuis autor latissime pateat, quæ sunt literarij ludi. b An forte Platoni.] Plato lib. De repub. *Actor Autor*

Poetas Plato e repub. expulit rep. ij. Poetas ex ea ciuitate, quã optimam instituit, expellit, propter flagitia & scelera, quæ dijs canunt. Et in x. uolumine eiusdem operis, cum multa dixisset in eos Socrates, locum totum claudit, ut sentiat expellendam poesim, quæ affectus inducit parum uiriles: illam uero
Quos Poetas non expellit Plato retinendam, quæ mascula est, & casta. Itaq; nõ omnem poeticam ille damnat: nam poetas interdum diuinum genus uocat, cum scilicet sacros concinunt hymnos. Quod si cecinerint Poetæ uirum bonum, tametsi pauperem felicem esse: contra malum & diuitem infelicem: si non nimis corrumpantur licẽtia, nec rabie percellantur, nec impellantur assentatione, neq; ea canant, quæ bonos mores corrumpant, utiles sunt reipub. Platoni-
Humanitas cæ. c Platonis humanitatem.] Hic humanitas non accipitur uel pro ingenita quadam animi mansuetudine, hominumq; beneuolentia, quæ φιλανθρωπία dicitur, nec pro eruditione in artes bonas, quæ παιδεία, sed pro hominis natura, qua homines sumus: sicut bonitas, qua boni. Ostendit id, quod sequitur, nã diuinitati cõ- B
paratur. in hoc significatu est etiã reperire apud alios, ut apud Ciceronẽ i. De ora. d Et si non persuasit.] Miror uel ex hoc loco non admonitos esse nostros philosophos, & theologos, quid inter persuadere, & suadere interesset. Sed illi quod à miraculo nõ procul abest,
Suadere Persuadere Latina sine Latinitate intelligũt, Græcitatis peritiores, cum ne legere quidem sciant Græce. Apud hanc enim gentem πείθω utrunque est, & suadere, & persuadere.
c Hunc Platonem Labeo.] Ordines deorũ ex Varrone, deinde ex platonicis alijs libris ponam. Romani quosdam deos summos nominabant, medioxumos alios, alios heroes infimos, quasi terrestres, ab ἥρως, quam uetteres terram dicebant: ut Capella perhibet. Medioxumos dixere, quos merita in cœlum uocarunt, ut scribit Cic. in Leg. hoc est semideos, uelut hybridas quosdam ex mortali & immortali progenitos: ut Romulũ,
Heroes Herculem, Aesculapium, Tyndaridas, & similes. Heroes sunt ex utroq; mortali parente nati, qui meritis seliciorem quandam nacti sunt sortem, quàm uulgus generis humani. Addunt quidam Semones. De quibus alio loco. f Sed utroq; inter numina.] Eos qui sanctæ uixissent, & ex hac uita migrassent in deorum numero ueteres Ro. esse censuerunt, eorumq; festa Necia sunt
Necia appellata. Cicero ij. De leg. g Ille Poetas ab urbis.] In uetustis codicibus, Brugensi & Colonensi sic legit: Ille Poetas ab urbis ipsius habitatione, isti saltem actores talium fabularum remouent à societate ciuitatis, & si contra deos. h Et ab indole Roma.] Ab inchoata
Indoles uirtute, ab initijs, ab specimine, quãuis & plenam uirtutem interdum significat: sed hic, id quod dixi, declarat quod sequitur, quid perficiendum esset, ostendit.
i Quamuis istum nec occidisse fratrem.] Quod fecit Romulus, qui occidit Remum. k Nec aliquod perpetra.] Vt Herculem qui stupris, libidinibus, rapinis, latrocinijs, homicidijs, totum inquinauit orbem, D
quem illi purgatum ab eo existimabãt. l Quisquã historicorum.] Vt de Romulo faciunt. m Vel Poetarum.] Vt de Hercule. n Dixit.] Historicus. o Finxit.] Poeta. p Certe uel Priapo.] Diodorus initium colendi Priapi hoc tradit: cum Osiris Ægyptiorũ rex
Priapus à Typhone fratre impio & facinoroso homine esset cæsus, corpus eius inter cõscios cõiurationis est diuisum, uirilia cum nemo uellet recipere, in Nilum flumen sunt abiecta. Typhone ab Iside Osiridis coniuge deuicto, cæteræ Osiridis partes sunt inuentæ præter pudẽda, quæ Isis sacrauit, coliq; multis cæremonijs instituit, eiq; qui in Ægypto initiabantur, prima sacra faciebant: nominatusq; est Priapus: occulto nomine, quod ueteres honestiore uocabulo sic nominarent inhonesta. Hũc Græci Phallum & Itыphallum nuncupant: ex Latinis Colu-
Ithyphallus mella lib. xi.

A Sed truncum forte dolatum
Arboris antiquæ numen uenerare Ithyphalli,
Terribilis membri: medio qui semper in orto
Inguinibus puero prædoni falce minetur.
Erat enim ortorum custos. Diodorus Typhonẽ quoq; nominatum eum perhibet. Idem autor est filium hunc fuisse Veneris & Dionysi: natũ, ut inquit Seruius & Valerius Flaccus, Lãpsaci, quæ ciuitas est Hellespõti. ideo Lãpsacenus est dictus, & Hellespõtiacus. Ver. iiij geor. Et custos furum atque auium, cum falce saligna
Hellespontiaci seruet tutela Priapi. Et in opere obscœno loquitur Priapus: Patria multabor, & olim
Ille tuus ciuis Lãpsace Gallus ero. Alij in Priapo urbe natũ putãt, haud procul à Lãpsaco propter uineta: esse ad Hellespontũ sacra Priapi orta Strabo putat. Recens est hic deus, & ab Hesiodo ignoratus: quẽ Fulgentius inter Semones collocat, & cœlo receptũ nondũ esse perhibet, propter tenuitatẽ meritorum. q Cynoce- *Cynocephalus*
phalo.] Ad uerbũ canicipiti. Diodorus lib. iiij. Cynocephalos corpore hũano uocecq; dicit esse, caninis capitibus, fera animalia, atq; indomita, multosq; in insulis Nili. Osiris Anubim habuit filiũ, qui patrẽ in peregrinatione secutus, canis imagine pro insignib. usus est: id *Anubis*
circo & huius animalis forma in Aegypto est cultus, & latrator à Vergilio dicitur, lib. viij. tum etiã quod significabat custos corporis Osiridis, & Isidis. Sunt qui putent hũc esse Mercuriũ à sagacitate sic fictũ. r Febri.] *Febris dea*
Romani aras multas Febri erexerũt. Veteris cuiusdam in palatio meminit Cicero ij. De leg. eiusdẽ Valerius in antiquis institutis, & Pli. li. ij. cũ & alterius in area Martiorũ monumentorũ, tertiæ quoq; in summa parte uici lõgi. s Partim peregrina.] Lucanus ad Aegyptũ,
Nos in templa tuam Romana accepimus Isim,
Semicanesq; deos, & sistra mouentia luctum.
t Partim sua propria.] Vt Febrim. u Qui cum de
C Poetis agens.] In antiquis codicibus sic legitur: Qui cũ de Poetis ageret, ad quos cum accessisset, inquit, clamor &c. Puto hæc esse ex libris De repub. In tertio Tusculanorum. sic ait de causis, quæ uirtutis semina à natura nobis indita corrumpunt, loquẽs, Accedũt etiam Poetæ, qui cũ magnam speciẽ doctrinæ sapientiæq; præ se tulerint, audiuntur, leguntur, ediscuntur, & inhærescũt penitus in mẽtibus. Cum uero accedit eodẽ maximus quidam magister populus atq; omnis undiq; ad uitia cõsentiẽs multitudo, tum plane inficimur opinionũ prauitate, à naturaq; ipsa desciscimus. Similia li. ij. & iiij. plurima, quæ uelut digito indicasse sat fuerit, ne uerbositate librum & lectorem oneremus.

Quod Romani quosdã sibi deos non ratione, sed adulatione instituerũt. Cap. XV

VAE autẽ illis eligendorũ deorum etiam ipsorũ falsorum ratio, ac non potius adulatio est: quando istum Platonem, quem semideum uolũt, tantis disputatiõib. laborantẽ, ne animi malis, quę præcipue cauenda sunt, mores corrũperentur humani, nulla ędicula sacra dignũ putarũt, & Romulũ suũ dijs multis prætulerũt: [b]quãuis & ipsum semideum potius cẽ deum, uelut secretior eorum doctrina commendet. [c]Nam etiam flaminem illi instituerunt, [d]quod sacerdotij genus adeo in Romanis sacris [e]testãte apice excelluit, [f]ut tres solos flamines haberent tribus numinibus

A minibus institutos: Dialē, Ioui: Martialē Marti: Quirinalem, Romulo.[g] Nam beneuolentia ciuium uelut receptus in cœlum[h] Quirinus est póstea nominatus: ac per hoc & Neptuno & Plutoni fratribus Iouis, & ipsi Saturno patri eorum isto Romulus honore prælatus est: ut pro magno sacerdotium quod Ioui tribuerāt, huic etiam hoc tribuerent, & Marti tanquam patri eius, forsitan propter ipsum.

L. VIVES

a NE in animis malis.] Sunt qui legant: Ne in animi malis. alij: Ne à malis. optime omnium, ne animæ malis. b Quamuis & ipsum semideū potius.] Cicero in Leg. Diuos & eos qui cœlestes semper sunt habiti, colunto. Illos quos in cœlum merita uocarunt, Herculem, Liberum, Aesculapium, Castorem, Pollucem, Quirinum. c Nam etiam Flaminē.] De flamine quæ dicam, erunt ex Varrone, Dionysio, Festo, Plutarcho, Gellio, Seruio. Inter sacerdotū ordines Numa Pompilius quosdam fecit, dixitq; Flamines, quorū insigne erat galerus, ut pontificibus, sed filum in eo inerat lanæ albæ, hinc filamines appellatos, quasi pilamines. Sunt qui dicant à pileo, quod non procedit: nam & pontifices pileos habebant. alij quasi filamines à filo, tum etiam quòd per æstatem, quum propter calorem galerum gestare non possent, lini filis caput amiciebant. Nam nudis esse capitibus sub dio religio erat, festis tamen diebus inter sacra pileo eos uti erat necesse. Appianus Alexādrinus Flaminem Dialem semper uelo & galero festis profestisq; diebus uti solere, scribit. Sunt qui à flammeo, quod genus est tegminis capitis, quanuis mulierum potius quàm uirorum. Hoc genus sacerdotes primum Numa tres creauit: Ioui unum, qui dicitur Dialis, à Dios, quod est Iouis: Marti unum, qui Martialis: Quirino unū, qui Quirinalis. Pluribus dijs eundem esse flaminem, uel eidē deo plures non licebat. Auctus est sensim hic numerus, & xv. tandem fuerunt, sine ijs qui consecratis Cæsaribus per adulationē sunt dati, ut C. Cæsari dictatori lege Antoniana, quod Cice. ij. Philip. indignatur, & Augusto, & alijs permultis. Verum præcipui semper fuere, quos Numa instituit, inter quos maximus fuit Dialis, qui Ioui sacra faciebat. galeroq; solus utebatur albo, maximæq; dignationis est dictus. Cuius cæremonias & leges scribūt, quum Plutarchus in Problematis, tum Gellius lib. x. ex Fabio Pictore, Massurio Sabino, Varrone, & alijs. Minimus inter omnes flamines erat Pomonalis, quod leuissima esset Pomona dea quæ pomis præest. Alij erāt mediocris maiestatis, ut Volcanalis Vulcani, Furinalis Furidæ, Falacer Falacris patris, Palatualis deæ, in cuius tutela erat palatiū, Floralis Floræ matris. d Quod sacerdotij genus adeo in Ro. sacris.] Flamines tametsi maximæ autoritatis, tamen pontificis max. dicto audientes erant. Sic populus iussit primo bello Punico, quū L. Metellus Pōt. max. Posthumium flaminem Martialem consulem non est passus à sacris discedere. Sic bello Asiatico primo, quū P. Licinius Pont. itidem max. iter in Sardiniam Q. Fabij Pictoris prætoris flaminis Quirinalis impediuit. e Testante apice.] Apex fastigium est, & summum aliquid alicui additū rei. In flamine est id, quod in capite gestat, pileus scilicet, uel fila lanea. Luca. lib. i. Et tollens apicē generoso uertice flamen. Valerius lib. i. At Sulpitio inter sacrificandū apex prolapsus eidem sacerdotium abstulit. Apicem nō dabant Romani, nisi principibus sacerdotibus, ut nūc mitras. Seruius lib. viij. Aeneid. Et uocabant apicē ab apēdo,

Flamen — *Pomona dea* — *Apex flaminis*

A quod est uincire: unde aptus, & apiculum filū, quo flamines uelatū apicem gerunt. Festus de his apicibus loquitur, Vergil. in viij. Hinc exultantes Salios, nudosq; Lupercos Lanigerosq; apices. f Vt tres solos.] Præcipuos & ueros flamines, quiq; prisca illa erāt flaminū autoritate. g Nam beneuolentia ciuium.] Mortuo Romulo senatus in suspitionem populo uenit, tāquam illum in consilio lacerassent. Lenita est multitudo testimonio Iulij Proculi, qui iurauit se Romulū uidisse euntem in cœlum. Liuius lib. i. Ennius his uerbis inducit populum Romanum lamentantem:

O Romule Romule dic,
Qualem te patriæ custodem dij genuerunt.
Tu produxisti nos intra luminis oras.
O pater, ò genitor patriæ, ò sanguine dis oriunde.

Romulus deus

h Quirinus est postea.] Multis mutata nomina post deificationem, ut augustiores uideantur relicto humano nomine. Sic quæ mulier Leda, Nemesis dicta est dea: quæ Circe, Marica: quæ prius Ino, post factam B deam Matuta: qui Aeneas, postea Iupiter indiges. Quirinus nominatus est in gratiam Sabinorū, propter quos Romani homines Quirites appellati, à Curibus Sabinis, siue ut Ouidius inquit:

Quod hasta quiris priscis est dicta Sabinis
Bellicus à telo uenit in astra deus.
Siue suo regi nomen posuere Quirites,
Seu quia Romanis iunxerat ille Cures.

Quirinus

Quod si dijs ulla esset cura iustitiæ, ab eis Romani accipere debuerunt præcepta uiuēdi potius quàm leges ab alijs hominib. mutuare. Ca. XVI

C Si autem à dijs suis Romani uiuendi leges accipere potuissent, nō aliquot annos post Romam conditam[a] ab Atheniēsib. mutuarentur leges Solonis: quas tamē non ut acceperūt, tenuerunt, sed meliores & emendatiores facere conati sunt:[b] quanuis Lycurgus Lacedęmonijs leges ex Apollinis autoritate se instituisse confinxerit. Quod prudenter Romani credere noluerunt,[c] propterea non inde acceperunt.[d] Numa Pompilius, qui Romulo successit in regnū, quasdam leges[e] quæ quidē regendæ ciuitati nequaquā sufficerent, cōdidisse fertur. Qui eis etiā D multa sacra cōstituit:[f] nō tamē perhibetur easdem leges à numinibus accepisse. Mala igitur animi, mala uitæ, mala morum: quæ ita magna sunt,[g] ut his doctissimi eorum uiri etiam stantibus urbibus respublicas perire confirment: dij eorū ne suis cultoribus acciderent minime curarunt, immo uero ut augerētur, sicut supra disputatum est, omnimodo curauerunt.

L. VIVES

a AB Atheniensibus mutuarentur leges.] Anno trecentesimo ab urbe condita, post multas inter plebem, & patres dissensiones, tres legati missi sunt in Græciam, iussi leges Solonis describere, & mores atque instituta reliquæ Græciæ cognoscere: ut

Leges xij tabularum

componi

poni status ciuitatis Romanæ exemplo Græcorū posset. Athenis Chærephanes erat Archō, Olympiade octogesimasecunda. Gnauiter negociū est à legatis trāsactum, & proximo anno redierunt, creatiq; sunt decem uiri legum ferendarum, qui primum decem tabulas iuris ciuilis Rom. scripserunt, deinde addiderūt duas, approbatæq; sunt omnes comitijs cēturiatis: atq; hæ sunt nobilissimæ leges duodecim tabularum. Liuius lib. iij. & Diony. x. & alij. b Quamuis Lycurgus.] Inclytæ sunt Lycurgi leges, quas ille Lacedæmonijs dedit, ex Apollinis Delphici, ut finxit, oraculo. Pleni sūt Græcorum & Latinorū libri Lycurgi huius legumq; prædurarum, quas Spartanis tulit. Est & liber à Xenophonte de illis ipsis legibus æditus, multa etiā à Plutarcho de ijs conscripta: ideo in re nota non ero lectori fastidio.

Lycurgi leges quales

c Propterea non inde.] Adde quod magis ad ciuilem uitam, & mansuetudinem faciebant Solonis, quàm Lycurgi leges agrestes & sanguinariæ, ut Plato & Arist. notarunt. Finis enim earum non erat alius, quàm ut optimos bellatores facerent Spartanos. d Numa Pompilius.] Curibus Sabinis natus est uir suæ ætatis optimus. De hoc Liuius lib. i. & Dionysius, & Plutarchus in eius uita, & alij quamplurimi. e Quæ quidē regendæ ciuitati.] Hoc satis notum est: nam leges aliunde petierunt. f Non tamen perhibetur.] At Aegeriæ congressus simulauit, sed nymphæ potius q̄ deæ, & fabulam esse cōstabat: De hoc aliàs. g Vt ijs doctissimi eorum uiri.] Facere non possum quin festiuissimū quoddam Plauti dictum ex Persa huc adducam: rogat uirginem Sagaristio seruus, ut munitum tibi uisum est oppidū? respondet illa: Si incolæ bene sunt morati, pulchre munitum arbitror: perfidia & peculatus ex urbe & auaritia si exulant, quarta inuidia, quinta ambitio, sexta obtrectatio, septima periurium, octaua indiligentia, nona iniuria, decima, quod pessimum aggressu, scelus. Hæc nisi unde aberunt centuplex murus rebus seruandis paru' st.

Plauti dictum ex Persa

De raptu Sabinarū, alijsq; iniquitatibus, quæ in ciuitate Romana etiam laudatis uiguere tēporib. Cap. XVII

N forte populo Romano propterea leges non sunt à numinibus constitutæ,[a] quia, sicut Salustius ait: Ius bonumq; apud eos, nō legibus magis quàm natura ualebat.[b] Ex hoc iure ac bono credo[c] raptas esse Sabinas. Quid enim iustius & melius, q̄ filias alienas fraude spectaculi inductas, non à parētib. accipi, sed ui ut quisque poterat auferri? Nam si inique Sabini facerent negare postulatas, quanto fuit iniquius rapere non datas? Iustius autem bellum cum ea gente geri potuit, quæ filias suas ad matrimonium corregionalibus & cōfinalibus suis negasset petitas, quàm cum ea quæ repetebat ablatas. Illud ergo potius ibi fieret, ubi Mars filium suum pugnantem iuuaret, ut cōiugiorum negatorum armis ulcisceretur iniuriam, & eo modo ad fœminas quas uoluerat, perueniret. Aliquo enim fortasse iure belli iniuste negatas

A iuste uictor auferret. Nullo autem iure pacis nō datas rapuit, & iniustum bellum cum earū parentibus iuste succensentibus gessit.[d] Hoc sanè utilius feliciusq; successit.[e] Quod etsi ad memoriam fraudis illius Circensiū spectaculum mansit, facinoris tamen in illa ciuitate & imperio nō placuit exemplum: faciliusq; Romani in hoc errauerunt, ut post illam iniquitatem deum sibi Romulum consecrarent, quàm ut in fœminis rapiendis factum eius imitandum, lege ulla uel more permitterēt. Ex hoc iure ac bono[f] post expulsum cum liberis suis regem Tarquinium, cuius filius Lucretiam stupro uiolenter oppresserat, Iunius Brutus consul,[g] Lucium Tarquinium Collatinum maritum eiusdem Lucretię collegam suum, bonum atq; innocentem uirum, propter nomen & propinquitatem Tarquiniorum coegit magistratu se abdicare, nec uiuere in ciuitate permisit. Quod scelus fauente uel patiente populo fecit, à quo populo consulatum idem Collatinus, sicut etiā ipse Brutus acceperat. Ex hoc iure ac bono[h] Marcus Camillus illius temporis uir egregius, qui Veientes grauissimos hostes populi Romani post decennale bellum, quo Romanus exercitus toties male pugnādo grauiter afflictus est, iam ipsa Roma de salute dubitante atq; trepidante, facillime superauit, eorumq; urbem opulentissimā cepit: inuidia obtrectatorum uirtutis suæ, & insolentia tribunorum plebis reus factus, tam ingratam sensit quam liberauerat ciuitatem, ut de sua damnatione certissimus in exilium sponte discederet:[i] & decem milibus æris absens etiam damnaretur:[k] mox iterum à Gallis uindex patriæ futurus ingratæ. Multa commemorare iam piget fœda & iniusta, quibus agitabatur illa ciuitas:[l] cum potentes plebem sibi subdere conarētur, plebsq; illis subdi recusaret, et utriusq; partis defensores magis studijs agerēt amore uincendi, q̄ æquū & bonum quicquam cogitarent.

L. VIVES

QVia sicut Salustius.] In bello Catilinario de ueteribus Romanis loquēs: ius est ciuilis æquitas uel scriptis legibus sancita, uel institutis aut morib. recepta. Bonū est iuris ipsius origo & temperatio, atq; emendatio, quæ fit ex prudentia iudicis accommodantis se rationi causæ, & flectentis legē ad causam, non causam ad legem: ut in hoc proposito Aristoteles de Lesbia norma dicit, quinto Ethicorum. Hoc bonū solet etiam bonum & æquum nominari, ut apud eundem Salustiū in Iugur. Fit reus Bomilchar magis ex æquo & bono, q̄ ex iure gentiū. Cicero in Bruto: Ita enim Crassus multa tum contra scriptum pro æquo, & bono dixit. Dici

Ius — *Bonum* — *Bonum Aequum*

f tur

tur etiam æquũ, siue æquitas. Cicero pro Cecinna. istũ A locum fugis, & reformidas, & me ex hoc, ut ita dicam, campo æquitatis, ad istas uerborum anguſtiãs, & ad omnes literarum angulos reuocas. Quintilianus in iiij. Quo loco tamen iudicis natura noſcenda eſt, iuri magis an æquo ſit appoſita. Idem in vi. Iure pugnandũ an æquo. De his nos quædam in noſtra legum Aede dixi-
Guilielmi Budæi laus mus: plura & exactiſſima Guilielmus Budæus in anno ta Pandectarum, explicans illud à iuris cõſultis antea non ſatis intellectum: Ius eſt ars æqui & boni. Quo uiro Gallia acutiore ingenio, acriore iudicio, exactiore diligentia, maiore eruditione nullum unquam produxit: hac uero ætate, nec Italia quidem. Nihil eſt uſquam uel Græcorum, uel Latinorum ſcriptorum, quod ille non euoluerit, legerit, excuſſerit. Græca & Latina iuxta & ſumme callet. Tam facile utraq; lingua loquitur, quàm Gallica, quæ eſt ei uernacula, haud ſcio an etiam facilius. De libro Græco quæ ſunt ſcripta, leget Latine: de Latino Græce. Hæc quæ uidemus tam elaborate, tam B exculte ab eo conſcripta, extemporali ſunt ei facultate parta. Facilius tum Græce ſcribit, cum Latine, quàm etiam earum linguarum peritiſſimi intelligãt. Nihil eſt tam recõditum, tam abſtruſum in his linguis, quod nõ perueſtigarit, adierit, inſpexerit, & uelut Cerberum è tenebris produxerit in lucem. Infinitæ ſunt, ſeu uocum ſignificatiões, ſeu loquẽdi figuræ ac proprietates, quas unius Budæi opera ſciunt homines ſtudioſi prioribus ſeculis ignoratas. Et hæc quidem omnia tãta & tam admirabilia ipſe per ſe ſine magiſtro ullo perdidicit. Felix ac fœcundum ingenium, quod in ſe uno inuenit & doctorem, & diſcipulum, & docendi uiam, rationemq;. Et cuius decimam partem alij ſub magnis magiſtris uix diſcunt, ipſe id totum à ſe magiſtro edoctus eſt. Nihil dixi de ſcientia iuris, quæ per ipſum inſtaurari collapſa iam cœpit. Nihil de philoſophia, cuius ipſe in libris De aſſe id ſpecimẽ edidit, quod edere non quiuiſſet niſi homo, qui in omniũ Philoſophorum libris aſsiduo uerſatus eſſet, maximosq; in eis progreſſus haberet. Accedit C his omnibus, quod haud dubie cæteras res uniuerſas antecellit, probitas tantæ doctrinæ congrua decensq;, tam rara, tamq; admirabilis, ut ſine cæteris ingenij dotibus monumentisq; miraculum poſſet uideri: ut eruditione, ita & probitate ſuperiorem non habet. Qui in omni uita actibusq; tam uarijs primas ſemper religiõi partes attribuit. Qui uir coniugatus liberorũ plenus, nũquam cõmodis ullis & rei familiaris incremẽtis tranſuerſus eſt actus, ſemper ſecũ, ſuamq; fortunam rexit, & moderatus eſt: nec à fortuna quantumuis magna ſpe propoſita, abripi ſeſe permiſit, ſemper ſeipſum habuit in ſua poteſtate. Homo uerſatus in legatiõibus, in aula, inter principes uiros nihil unquam gratiæ dedit, nulli aſſentari in animum induxit: patrimonium nunquã auxit, quod à recto uel pilum latũ deflectere nõ ſuſtinuit, in ſe ipſum acrior, quàm in alios iudex: muneribus in- D uidioſiſsimis functus, non inuenit à quo labecula ſpargeretur ulla, uel ſuſpitione criminis quamlibet leui perſtringeretur etiam in libera gente, nec omnino muta, & ſatis ſuſpicaci. Sentio me modum deſtinatæ breuitatis egreſſum dum me loquẽdi de amico longe optimo dulcedo tenuit. Nunc ad inſtitutum reuertar. Eſt ergo Saluſtij ſenſus æquitatem illam tum ciuilem, quam ius appellant, tum etiam naturalẽ, quæ ingenita eſt à natura animis bene ſentientiũ & iudicantiũ, qua nihil cũ ſit melius, idcirco bonũ nominatur: nõ magis ualuiſſe apud Romanos latis legibus, quàm naturalibus iudicijs hominum apientiũ. b Ex hoc iure ac bono.] Acerba
Sabinæ raptæ ironia. c Raptas eſſe Sabinas.] Cũ fœminas ad conſugium non poſſet à uicinis populis impetrare Romulus, ex conſilio Numitoris aui & ſenatus ludos ſe factu-
rum ſimulauit Neptuno equeſtri: ita euocatis fœminis uicinarum gentiũ, eas omnes potiſsimũ Sabinas medio ſpectaculo Ro. rapuerunt. Sic enim inter Romulum & ſuos conuenerat, quarto menſe poſt cõditam Romã, ut Dionyſius perhibet ex Fabio Pictore, Plutarchus xiiij. Calen. Septẽ. dicit, Cõuenit numerus, nam Roma. xij. Calen. Maias eſt cœpta ædificari, Palilium die. Tametſi Gellius, non Aulus ille nocturnus, ſed antiquus quidã ſcriptor, quarto anno id ſcribit cõtigiſſe, quod eſt uero ſimilius. Et raptæ ſunt, ut Dionyſius tradit, ſexcentæ & octoginta, quod magis credo, quàm quod de triginta ſcribunt alij: unde manarit Curiarum numerus. Iuba tres addit ad numerum, Diony. Antias Valerius quin-
Thalaſſus gentas uiginti ſeptem prodit. Sunt qui uelint Thalaſſum non fuiſſe uirum, ſed ſignum, quod Romulus militibus direptioni dedit. Feſtus ex Varrone ſignum lanificij fuiſſe ait, ceu quis dicat quaſillum, uel calathum.
Vicinorũ bellum cum Romulo d Hoc ſanè utilius.] Et hi populi, qui raptas amiſerant, & alij, quos uel iſti ſuis lachrymis, uel exemplum ad multos pertinens mouit, contra Romanos ceperunt arma, Sabini, Ceninenſes, Cruſtumerij, Atennates. Romulus cum tantũ in ſe parari bellum uideret ad Ethruſcorum opes, quæ tunc plurimum ualebant confugit. Cælius quidam Vibennus Ethruſcus princeps ſuppetias tulit Romulo, à quo Cælius mons in urbe eſt dictus. Auus quoq; ſub Iidium nepoti miſit. Ceninenſes, Cruſtumerios, & Antẽnates Romulus nõ magnis, nec difficilibus prælijs ſuperauit, cum Sabinis, cum uario & periculoſo pugnaretur Marte, repente raptarũ precibus fœdus & amicitia coijt. e Quod & ſi ad memoriam.] Ludi quotannis Neptuno equeſtri celebrabantur, uarie nominati. Circẽſes, magni, Romani, apud pri-
Cõſus deus ſcos cõſualia, cui deo ſacrificabatur, quem præeſſe cõſilio exiſtimabant, à quo opem conſiliumq; Romulus in difficultate cõiugiorum petierat. Eius ara ſub terra eſt defoſſa: quoniam conſiliũ non ſacra modo eſt res, ut ait Plato, ſed occulta quoq; eſſe debet. f Poſt expulſum.] Rurſum ironia. g Lucium Tarquinium.] Expulſis regibus comitijs centuriatis, ut Seruius Tullius popu-
Cõſules primi lum deſcriberet, cõſules creantur L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus Lucretiæ maritus, Aegerij fratris Tarquinij Priſci filius, ut dicit Liuius: nepos uero, ut Dionyſius. Brutus cum non modo regem, ſed ne regium quidem nomen uelle in urbe ſupereſſe, magiſtratum collegæ abrogauit, quod Tarquinius uocaret, iſq; bonis ſuis ſumptis ultro Collatiam habitatum migrauit. Hoc factum Cicero tertio Officiorũ ſubindicat non admodum fuiſſe coniunctum cum honeſtate, ſed quia utiliſsimum fuit patriæ, idcirco honeſtum etiã uideri. Obſeruatum eſſe ait Iulius Obſequens, neminem qui magiſtratum collegæ abrogaſſet annũ uixiſſe: quorum primus fuit Brutus, deinde T. Graccus, & P. Tarquinius. h Marcus Camillus.] Hic Veios opulen-
Camillus tiſsimam Ethruriæ urbem cepit, qui decennali obſidione erant oppugnati. Tunc enim primum populus Ro. cœpit in caſtris ſub pellibus hybernare odio illius gentis, ne illinc diſcederent, quouſq; bellum eſſet confectũ. Iam enim inde à Romulo rege per trecentos annos prope continenter cum Veientibus bellũ geſſerant. Liuius li. v. & Plutarchus in Vita Camilli: huic Camillo quòd mala fide prædam Veientanam populo dicebatur diuiſſe, L. Apuleius trib. ple. diem ad populum dixit: Camillus uitandæ inuidiæ gratia, tam & ſi falſo accuſabatur, Ardeam exulatum iuit duobus annis ante Romam à Gallis captam. i Et decem milibus.] Li-
As & æs grue uius quindecim milibus æris grauis multatum dicit Camillum abſentem. Plutarchus quindecim milibus *ue idem* aſsium. Aſſes & æra grauia idem fuiſſe oſtendit Budæus meus. k Mox iterum à Gallis.] Capta à Gallis Roma, Camillus coacto ex his qui Allienſi cladi ſuperfuerant, exercitu, ſolutus exilio & comitijs curiatis dicta-

dictator creatus ab iſs qui in Capitolio obſidebant, Gallos primum ex urbe leui prælio exegit: deinde uia Gabina ad octauum lapidem ingenti affecit cæde. Liuius lib. v. maluit ergo hic tãtus uir afflictæ patriæ, cũ ſuæ iniuriæ memor eſſe, ideo alter Romulus appellatus eſt.

l Cum potentes.] Hoc malum poſt expulſos reges penè per annos quingentos durauit, ut plebes & nobiles diſſenſionibus etiam odijs inter ſe certarent, utriſq; uolentibus alteris imperare: quæ ſtudia factionum per paucos ſeditioſos tribunos plebis ex parte plebis, & ſenatores ex nobilitate accendebantur. Hinc Lucanus: *Et cum conſulibus turbantes iura tribuni.*

Quæ de moribus Romanorum, aut metu compreſsis, aut ſecuritate reſolutis Saluſtij prodat hiſtoria. Ca. XVIII

TAQVE habebo modum, & ipſum Saluſtium teſtem potius adhibebo, qui cum in laude Romanorum dixiſſet, unde nobis iſte ſermo ortus eſt, Ius bonumq; apud eos non legibus magis q̃ natura ualebat: prędicãs illud tempus, quo expulſis regibus incredibiliter breui ætatis ſpatio ciuitas plurimum creuit, "Idem tamen in primo hiſtoriæ ſuæ libro, atq; ipſo eius exordio fatetur, etiam tunc cũ ad conſules à regibus eſſet translata reſpublica, [b] poſt paruum interuallum, iniurias ualidiorum, et ob eas [c] diſceſsionem plebis à patribus, aliasq; in c urbe diſſenſiones fuiſſe. Nam cum optimis moribus & maxima concordia populum Romanum [d] inter ſecundum & poſtremum bellum Carthaginenſe cõmemoraſſet egiſſe: cauſamq; huius boni nõ amorem iuſtitiæ, ſed ſtante Carthagine metũ pacis infidæ fuiſſe dixiſſet, unde & Naſica ille ad reprimendam nequitiã ſeruandoſq; iſtos mores optimos, ut metu uitia cohiberentur, Carthaginem nolebat euerti, continuo ſubiecit idẽ Saluſtius, & ait: [e] At diſcordia, & auaritia, atq; ambitio, & cætera ſecundis rebus oriri ſueta mala, poſt Carthaginis excidiũ maxime aucta ſunt: ut intelligeremus etiã antea D & oriri ſolere & augeri. Vnde ſubnectens cur hæc dixerit: Nam iniurię, inquit, ualidiorum, & ob eas diſceſsio plebis à patribus aliæq; diſſenſiones domi fuere: iam inde à principio, neque amplius cũ regibus exactis, dum metus à Tarquinio & [f] bellum graue cum Ethruria poſitũ eſt, æquo & modeſto iure agitatũ. Vides quem admodum illo etiã breui tẽpore ut regibus exactis, id eſt eiectis aliquantulũ æquo & modeſto iure ageretur, metum dixit fuiſſe cauſam, quoniam metuebatur bellum, quod rex Tarquinius regno atque urbe pulſus, Ethruſcis ſociatus contra Romanos gerebat. Attende itaq;, quid deinde cõtexat: Dein, inquit, ſeruili imperio patres plebẽ exercere, [g] de uita atq; tergo regio more cõſulere [h] agro pellere, & cæteris ex partib. ſoli in imperio agere. Quibus ſæuitijs & maxime fœnoris oncre oppreſſa plebs cũ aſsiduis bellis tributũ ſimul et militiã toleraret, armata montẽ ſacrum atq; Auentinum inſedit. Tumq; tribunos plebis, & alia ſibi iura parauit, diſcordiarũ & certaminis utrinq; finis fuit ſecundũ bellum Punicum. Cernis ex quo tẽpore, id eſt paruo interuallo poſt reges exactos, quales Romani fuerint, de quibus ait: Ius bonumq; apud eos non legibus magis quàm natura ualebat. Porrò ſi illa tempora talia reperiuntur, quibus pulcherrima atque optima fuiſſe prædicatur Romana reſpublica: quid iam de conſequenti ætate dicendum aut cogitandum arbitramur, cum paulatim mutata, ut eiuſdem hiſtorici uerbis utar, ex pulcherrima atque optima, peſsima ac flagitioſiſsima facta eſt, poſt Carthaginis uidelicet, ut commemorauit, excidium? Quæ tempora ipſe Saluſtius quemadmodum breuiter recolat, & deſcribat, in eius hiſtoria legi poteſt, quã- tis malis morum, quæ ſecundis rebus exorta ſunt [k] uſque ad bella ciuilia demonſtret eſſe peruentũ. Ex quo tempore, ut ait, maiorũ mores non paulatim ut antea, ſed torrẽtis modo præcipitati, adeo iuuentus luxu atque auaritia corrupta eſt, ut merito dicatur genitos eſſe [l], qui neque ipſi habere poſſent res familiares, neque alios pati. Dicit deinde plura Saluſtius de Syllæ uitijs, cæteraq; fœditate reipublicæ: & alij ſcriptores in hæc conſentiunt, quamuis [m] eloquio multum impari. Cernis tamen, ut opinor, & quiſquis aduerterit, facillime perſpicit colluuiem morum peſsimorum, quò illa ciuitas prolapſa fuerit, ante noſtri ſuperni regis aduentum. Hæc enim geſta ſunt non ſolum ante quàm Chriſtus in carne præſens docere cœpiſſet, uerumetiam ante quàm de uirgine natus eſſet. Cum igitur tot & tanta mala temporum illorum uel tolerabiliora ſuperius, uel poſt euerſam Carthaginẽ intoleranda & horrenda diis ſuis imputare non audeant, opiniones humanis mentibus unde talia uitia [n] ſyluęſcerent, malignia aſtutia inſerentibus, cur mala præſentia Chriſto imputãt, qui doctrina ſaluberrima & falſos ac fallaces deos coli uetat, & iſtas homi-

num noxias flagitioſasq; cupiditates diuina au
toritate deteſtans atq; condemnans, his malis
tabeſcenti ac labenti mũdo ubiq; familiam ſu
am ſenſim ſubtrahit, qua condat æternam: &
non plauſu uanitatis, ſed iudicio ueritatis glorio
ſiſſimam ciuitatem?

L. VIVES

a IDem tamen in primo hiſtoriæ.] Et hos libros hiſto
riarum Saluſtij de bellis ciuilibus amiſimus. Pau
cæ quædam reſtant orationes. b Poſt paruum
interuallum.] Poſt quindecim annos. Liuius libro ſecũ
Tarquinii ſuperbi mors do, Ap. Claudius deinde & P. Seruilius conſules facti:
inſignis hic annus eſt nũcio Tarquinij mortis. Mortuus
eſt Cumis, quo ſe poſt fractas opes Latinorum ad Ari
ſtodemum tyrannum contulerat. Eo nuncio erecti pa
B tres, erecta plebs, ſed patribus nimis luxurioſa fuit læti
tia. Plebi, cui ad eã diem inſeruitũ erat, iniuriæ à primo
Diſceſſiones plebis a patribus ribus fieri cœptæ. c Diſceſſionẽ.] Diſceſſit plebs à
patribus primum propter fœnus decimo ſeptimo an
no à parta libertate. Iterum propter tyrãnidem decem
uirorum legibus ferendis, anno cccliij. Tertio propter
æs alienum & longa inter tribunos plebis & patres cer
tamina, aliquot annis ante bellum Pyrrhi. d Inter
Punica bella ſecundum.] Tria fuerunt bella inter Romanos & Car
thaginẽſes geſta. Primum per xxij. annos in Sicilia, poſt
in Aphrica: cœptum anno ab urbe condita cccxc. Ap
pio Claudio Caudace & Q. Fuluio Flacco coss. tot an
ni ſunt in Plinio lib. xxxiij. in cuius codice pro quingen
Locus in Plinio emẽdatur teſimo octogeſimo quinto, legendum, quadringenteſi
mo octogeſimo quinto. Liuius & Eutropius huic ſum
mæ tredecim annos adimũt, Alterum poſt xxiij. annos.
Cœptum P. Scipione, T. Sempronio coss. in Hiſpania,
Sicilia, Italia, in Aphrica geſtum, & ibi perfectum à Sci
C pione Aphricano maiore xvij. poſtquam cœperat. Ter
tium poſt undequinquaginta annos Manilio & Martio
Cenſorino coss. Tertio anno perfectum à Scipione A
phricano minore, totum in Aphrica ipſa geſtum: cuius
finis excidium fuit urbis Carthaginenſis. De his bellis
fuſius aliàs. e At diſcordia.] Idem in bello Iugur
Porſennæ bellum thino. f Bellum graue cum Ethruria.] Cum Porſen
na rege Ethruſcorũ potentiſſimo, qui uolebat Tarqui
nios in regnũ reſtitui, & obſidione ingẽti premebat Ro
manos, & expugnaſſet eos, ni territus eſſet à Q. Mutio
Suppliciano-xiorũ Romæ Scæuola. Liuius lib. i. g De uita atq; tergo.] De uer
beribus. Cædebat uirgis morti addictus apud Roma
nos, deinde necabatur. Interim cũ facinus non erat gra
ue, ſatis habebant uirgis cædere. Tum etiam qui credi
toribus propter debita à iudicibus addicebantur, mul
ta turpia & miſeranda patiebantur nexi apud credito
res, multaſq; ſeruili more in tergo plagas: huic malo
Leges Portia & Sẽproniæ ſubuenere leges Portia & Sempronia, quæ liberũ cor- D
pus Romani ciuis uirgis, autalijs uerberibus cædi ue
tant. h Agro pellere.] Nam diuites quos agros
pop. Rom. manu ceperat, primum tanquam precio rei
pub. nomine à ſenatu colendos accipiebant: dein
de alijs ad aliorum facinora conniuentibus dominos ſe
faciebant, excluſa plebe. Hinc leges agrariæ de agris
Leges agrariæ populo diuidundis toties tentatæ magna indignatione
nobilitatis, nec unquam ſine tumultibus agitatæ.
Seceſſio plebis prima i Montem ſacrũ.] Prima ſeceſsio fuit in ſacro mon
Trib. pleb. te, qui eſt trans Anienem amnem: uel, ut Piſo ſcribit, in
Auẽtino, qui pars eſt urbis. Ibi tribuni plebis primum
ſunt plebi dati uelut tutores eius qui pro commodis ex
cubarent intercederentq; patritiorũ in ipſam iniurijs:
eſſentq; ſacroſancti, quos qui uiolaſſet, eius caput Ioui
Seceſſio altera ſacrum eſſet, bona & familia ad Cereris uenderẽtur. Se
cunda ſeceſsio fuit primum in Auentinum: deinde quo

A maior ſolitudo & exinde terror eſſet in urbe, in ſacrum
montem eſt itum. Rurſus compoſitis cum ſenatu rebus
in Auentinum, ibiq; tribunos recuperauit: ex Auenti
no uentum eſſe in Capitolium, ibi à Pont. max. comitia
habente creatos eſſe trib. pleb. Cicero pro Cornelio de
maieſtate. k Vſq; ad bella ciuilia.] Inter patres &
Graccos, Tiberium primum, deinde Caium. ad bella
ciuilia, inter Marium & Syllam. l Qui neque ipſi.]
Cum luxu perditiſſ. eſſent, & quæcũq; rapere poterãt,
ſubito prodigerent, ita ad explendam effuſionem hanc
in aliorum bona impetum facere eos erat neceſſe, doli
Saluſtij phraſis umq; perterebratũ implere laborabãt. m Eloquio.]
Placuit omnib. ætatibus aſtricta illa, & tamẽ culta uiui
dacq; Saluſtij dictio, eumq; Thucydidi ſcriptori Græco
noſtris uiſum eſt opponere: ſicut Quintilianus lib. x?
Sylueſcere n Sylueſcerent.] In modum ſyluæ diffunderẽtur &
propagarẽtur. Sic apud ſcriptores rerum ruſticarum,
B Catonem, & Columellam. Græci ὑλομανῆσαι uocant. q.
luxuriare arbores, quod eſt in herbis ἐμβριθῆσαι.

De corruptione Romanorum reip. prius quàm cultum deorũ Chriſtus auferret. Cap. xix

CCE Romana reſpublica, quod nõ
ego primus dico, ſed autores eorum
E unde hæc mercede didicimus, tan
to ante dixerũt ante Chriſti aduen
tũ, paulatim mutata, & ex pulcher
rima atq; optima, peſsima atq; flagitioſiſsima
facta eſt. Ecce ante Chriſti aduentum, poſt de
C letam Carthaginem, maiorum mores, nõ pau
latim ut antea, ſed torrentis modo præcipitati,
adeo iuuentus luxu atq; auaritia corrupta eſt.
Legant nobis contra luxum & auaritiã præce
pta deorum ſuorũ populo Romano data. Cui
utinam tantum caſta & modeſta reticerent, ac
non etiam ab illo probroſa & ignominioſa de
poſcerẽt, quibus per falſam diuinitatẽ pernicio
ſam conciliarent autoritatem. Legant noſtra, &
per Prophetas & per ſanctum Euangelium, &
per apoſtolicos Actus & per epiſtolas, tã mul
ta cõtra auaritiã atq; luxuriam, ubique populis
ad hoc congregatis, quàm excellenter, quàm di
D uine, non tanquam ex Philoſophorum cõcer
tationibus ſtrepere, ſed tanquam ex oraculis &
dei nubibus intonare: & tamen luxu atq; aua
ritia, fæuiſq; ac turpibus moribus ante aduen
tum Chriſti rempublicam peſsimam ac flagi
tioſiſsimam factam, non imputãt diſs ſuis: affli
ctionẽ uero eius quamcunq; iſto tempore ſu
perbia delitiæq; eorũ perpeſſæ fuerint, religio
ni increpitant Chriſtianæ. Cuius præcepta de
iuſtis probiſq; moribus, ſi ſimul audirent atq;
curarẽt reges terræ & omnes populi, principes
& omnes iudices terræ, iuuenes & uirgines, ſe
niores

niores cum iunioribus, ætas omnis capax & u
tercq; ſexus, & quos Baptiſta Ioannes alloqui
tur "exactores ipſi atque milites: & terras uitæ
præſentis ornaret ſua felicitate reſpublica, & ui
tæ æternæ culmen beatiſsime regnatura con
ſcenderet. Sed quia iſte audit, illecõtemnit, plu
resq; buitijs male blandientibus, quàm utili uir
tutum aſperitati ſunt amiciores, tolerare Chri
ſti famuli iubẽtur: ſiue ſint reges, ſiue principes,
ſiue iudices, ſiue milites, ſiue prouinciales, ſiue di
uites, ſiue pauperes, ſiue liberi, ſiue ſerui utriuſli
bet ſexus: peſsimam etiam, ſi ita neceſſe eſt, fla
gitioſiſsimamq; rempublicam: & in illa angelo
rum quadam ſanctiſsima atq; auguſtiſsima cu
ria, cœleſtiq; republica, ubi dei uolũtas lex eſt,
clariſsimũ ſibi locũ etiã iſta tolerantia cõparare.

L. VIVES

Exactores a EXactores.] Lucæ iij. ſic uulgo legitur: Venerunt
autem & Publicani, ut baptizarentur, & dixe
runt ad illum, Magiſter, quid faciemus? At ille
dixit ad eos, Nihil amplius, quàm quod cõſtitutum eſt
uobis, facite. Pro facite eſt Græce πράσσετε, quod primus
annotauit Eraſmus uertendum exigite. Hinc Auguſti
nus recte exactores nominat, qui dicunt πράττειν. b Vi
tijs male blandientibus.] Alludit ad duas illas uitij &
Carmen de litera Pythagoræ uirtutis uias, quas Heſiodus finxit: quẽ Vergilius imi
tatus eſt in litera Pythagoræ: ſeu, ut alij uolunt, Auſo
nius. c Auguſtiſsima.] Certum eſt ita debere legi:
Et nõ anguſtiſsima. Sed prætermittendũ non eſt, quod
annotauit frater, penènomẽ mihi ore excidit, anguſtam
hic dici cœleſtem curiam: quòd uia ſit ad illam arcta, &
pauci eam ingrediantur, iuxta dictum Chriſti ſeruato
ris. Et quo rem poſſent auditores melius memoriæ mã
dare, uerſiculo ſanè quàm feſtiuo ſignauit.

Arcta eſt uia uere quæ ducit ad gaudia uitæ.

De ratione metri ſolicitum ſe magnopere eſſe negabat,
ubi bene tinniret.

Quali uelint felicitate gaudere, & qui bus moribus uiuere, qui tẽpora Chri ſtianæ religionis incuſant. Cap. xx

ERVM tales cultores & dilectores
deorum iſtorum, quorũ etiam imi
V tatores in ſcelerib. & flagitijs ſe eſſe
lætantur, nullo modo curant peſsi
mam ac flagitioſiſsimam eſſe rem
publicam. Tantũ ſtet, inquiunt, tantum floreat
copijs referta, uictorijs glorioſa, uel quod eſt fe
licius, pace ſecura ſit. Et quid ad nos? immo ad
nos magis pertinet, ſi diuitias quiſq; ſemper au
geat, quæ quotidianis effuſionibus ſuppetant,
per quas ſibi etiam infirmiores ſubdat quiſque
potentior. Obſequantur diuitibus pauperiores
cauſa ſaturitatis, atque ut eorũ patrocinijs quie
ta inertia perfruantur: diuites pauperibus ad
clientelas & ad miniſterium ſui faſtus abutan

A tur. Populi plaudant non conſultoribus utilita
tum ſuarum, ſed largitoribus uoluptatũ. Non
iubeantur dura, non prohibeantur impura: re
ges nõ curent cẽ bonis, ſed cẽ ſubditis regnẽt:
prouincię regibus non tanquã rectoribus mo
rum, ſed tanquã rerum dominatoribus, & deli
tiarum ſuarum prouiſoribus ſeruiãt, coscq; non
ſyncęriter honorent, ſed nequiter ac ſeruiliter ti
meant. Quid alienæ uineæ potius, cẽ quid ſuæ
uitæ quiſq; noceat, legibus aduertatur. Nullus
ducatur ad iudices, niſi qui alienæ rei, domui, ſa
luti, uel cuiquam inuito fuerit importunus, aut
noxius. Cæterum de ſuis, uel cum ſuis, uel cum
B quibuſcunq; uolentibus faciat quiſq; quod li
bet. Abundent publica ſcorta, uel propter om
nes quibus fruí placuerit, uel propter eos maxi
me, qui habere priuata non poſſunt. Extruan
tur ampliſsimæ atq; ornatiſsimæ domus, opi
para conuiuia frequententur, ubi cuiq; libuerit,
& potuerit die noctuq; ludatur, bibatur, uoma
tur, diffluatur. "Saltationes undiq; concrepent,
theatra inhoneſtæ lætitiæ uocibus, atque omni
genere ſiue crudeliſsimæ, ſiue turpiſsimæ uolu
ptatis exæſtuent. Et ille ſit publicus inimicus,
cui hęc felicitas diſplicet. Quiſquis eam mutare
C uel auferre tentauerit, cum libera multitudo a
uertat ab auribus, euertat è ſedibus, auferat à ui
uentibus. Illi habeantur diſ ueri, qui hanc adipi
ſcendam populis procurauerunt, adeptamq;
ſeruauerũt. Colantur ut uoluerint, ludos expo
ſcant quales uoluerint, quos cum ſuis uel de ſuis
poſsint habere cultoribus: tantum efficiant ut
huic felicitati nihil ab hoſte, nihil à peſte, nihil
ab ulla clade timeatur. Quis hãc rempublicam
ſanus, nõ dicam Romano imperio, ſed *b*domui
Sardanapali comparauerit? qui quondam rex
ita fuit uoluptatib. dedítus, ut in ſepulchro ſuo
ſcribi fecerit, ea ſola ſe habere mortuum, quæ li
bido eius etiã cum uiueret, hauriendo conſum
pſerat: quẽ regem iſti ſi haberẽt ſibi in talibus
indulgentẽ, nec in eis cuiquã ulla ſeueritate ad
uerſantẽ, huic libentius cẽ Romani ueteres Ro
mulo templum & flaminem conſecrarent.

L. VIVES

SAltationes undiq;.] In codice Brugenſi eſt, Saluta *Salutationes*
tiones, in Colonienſi erat, Salutiones, ſed abraſum *Romæ*
eſt u. Studium certe ſalutãdi magnum erat Romæ:
& inter magnos honores erat ſalutari, inter præcipua
uero officia ſalutare. Vtraq; res erat mire plauſibilis, &
popularis, multumq; faciebat ad potentiam. Saluſtius
in Iugur. certe quibus magna induſtria uidetur ſaluta
re plebem. De ſalutationibus pleni ſunt omnium Lati

Sardanapalus

norum libri. b Domui Sardanapali.] Thonos con coloros, quem Græci Sardanapalum nuncuparũt, rex fuit Aſſyriorum ultimus, ad omne uoluptatũ genus ab iectiſsimus: qui cũ ab Arbace Medo parari aduerſum ſe bellum cognouit, prælio fortunam rei tentare ſtatuit, ſed uictus mulicbris homo & imbellis in aulam refugit, quam ſecum & cum omni gaza regia incẽdit, multo an tea cum uoluptatibus demẽtatus inſaniret, ſuo in ſepul chro tale ut incideretur epitaphium iuſsit,

Κἄν' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ σὺν ἔρωτι
Τέρπν' ἔπαθον· τὰ δὲ πολλά, καὶ ὄλβια πάντα λέλυνται.

Quos Cicero in v. Tuſcu. ſic uertit:
Hæc habeo quæ edi, quæq́ exaturata libido
Hauſit, at illa iacent multa & præclara relicta.

Addit idem Cicero, Quid aliud, inquit, Ariſtoteles, in bouis non in regis ſepulchro inſcriberes: hæc habere ſe mortuum dicit, quæ ne uiuus quidẽ diutius habebat, quàm fruebatur. Chryſippus ad ſuam Stoicitatem cõ uertit illos uerſus. Plura Athæneus libro quinto.

Quæ ſententia fuerit Ciceronis de Rom. republica. Cap. XXI

SED ſi contemnitur, qui Romanam rempublicam peſsimam ac flagitio ſiſsimam dixit: nec curant iſti, quan ta morum peſsimorum ac flagitio ſorum labe ac dedecore impleatur, ſed tantummodo ut conſiſtat & maneat, audi ant, eam, non ut Saluſtius narrat peſsimam ac flagitioſiſsimam factam, ſed ſicut Cicero diſpu tat, iam tunc prorſus periſſe, & nullam omnino remanſiſſe rempublicam. Inducit enim Scipio nem, cum ipſum qui Carthaginem extinxerat, de republica diſputantem, [a]quando præſentie batur ea corruptiõe, quam deſcribit Saluſtius, iam iamq́ peritura. [b]Eo quippe tempore diſpu tabatur, quo iam unus Gracchorũ occiſus fuit, à quo ſcribit ſeditiones graues cœpiſſe Saluſti us. Nam mortis eius fit in eiſdem libris cõme moratio. Cum autẽ Scipio in ſecundi libri fine dixiſſet, ut in fidibus ac tibijs atq́ cantu ipſo ac uocibus, concentus eſt quidam tenendus ex di ſtinctis ſonis, quem immutatum ac diſcrepantẽ aures eruditæ ferre non poſſunt, isq́ cõcentus ex diſsimillimarũ uocum moderatione cõcors tamen efficitur & congruens: ſic ex ſummis, & medijs, & infimis interiectis ordinib. ut ſonis, moderata ratione ciuitatẽ cõſenſu diſsimillimo rum concinere: & quæ harmonia à muſicis dici tur in cantu, eam eſſe in ciuitate concordiam: ar ctiſsimum atq́ optimũ omni in republica uin culum incolumitatis, eamq́ ſine iuſtitia nullo pacto eſſe poſſe. Ac deinde cum aliquanto la tius & uberius diſſeruiſſet, quantum prodeſſet iuſtitia ciuitati, quantumq́ obeſſet ſi abfuiſſet,

A ſuſcepit [c]deinde Pilus unus eorum qui diſputa tioni aderãt, & popoſcit ut hæc ipſa quæſtio di ligentius tractaretur, ac de iuſtitia plura dicerẽ tur, propter illud, quod iam uulgo ferebatur, [d]rempublicam regi ſine iniuria nõ poſſe. Hanc proinde quæſtionem diſcutiendam & enodan dam eſſe, aſſenſus eſt Scipio: reſponditq́ nihil eſſe, quod adhuc de republica putaret dictum, & quo poſſent longius progredi, niſi eſſet con firmatum, non modo falſum eſſe illud ſine iniu ria non poſſe: ſed hoc uciſsimum eſſe, ſine ſum ma iuſtitia rempublicam regi non poſſe. Cuius quæſtionis explicatio, cum in diem conſequen

B tem dilata eſſet, in tertio libro magna conflicta tione res acta eſt. Suſcepit enim Pilus ipſe diſ putationẽ eorum, qui ſentirent ſine iniuſtitia re gi non poſſe rempublicam, purgans ſe præci pue, ne hoc ipſe ſentire crederetur. Egitq́ ſedu lo pro iniuſtitia contra iuſtitiam, ut hanc eſſe u tilem reipublicæ, illam uero inutilem uerisimili bus rationibus et exẽplis uelut conaretur oſten dere. [e]Tum Lælius rogantibus omnibus, iuſti tiam defendere aggreſſus, aſſeruit quãtum po tuit nihil tam inimicum quàm iniuſtitiam ciui tati, nec omnino niſi magna iuſtitia geri aut ſta

C re poſſe rempublicam. Qua quæſtione quantũ ſatis uiſum eſt pertractata, Scipio ad intermiſ ſa reuertitur, recolitq́ ſuã atq́ cõmendat breuẽ reipublicæ definitionẽ, qua dixerat eã eſſe rem populi. Populum autem non omnem cœtum multitudinis, ſed cœtum iuris conſenſu & utili tatis communione ſociatũ eſſe determinat. Do cet deinde [f]quanta ſit in diſputãdo definitionis utilitas, atq́ ex illis ſuis definitionibus colligit tunc eſſe rempublicam, id eſt rem populi, cum bene ac iuſte geritur, [g]ſiue ab uno rege, ſiue à paucis optimatibus, ſiue ab uniuerſo populo. Cum uero iniuſtus eſt rex, [h]quem tyrannum

D more Græco appellauit: aut iniuſti optimates, quorum conſenſum [i]dixit eſſe factionem: aut iniuſtus ipſe populus, cui nomen uſitatum non repperit, niſi ut etiam ipſum tyrãnum uocaret, non iam uitioſam ſicut pridie fuerat diſputatũ, ſed ſicut ratio ex illis definitionibus cõnexa do cuiſſet, omnino nullã eſſe rempublicã: quoniã non eſſet res populi, cum tyrannus eam factio ne capeſſeret, nec ipſe populus iam populus eſ ſet, ſi eſſet iniuſtus, quoniã nõ eſſet multitudo, iuris conſenſu & utilitatis cõmunione ſociata, ſicut populus fuerat definitus. Quãdo ergo reſ publica

publica Romana talis erat, qualem illam deſcri pſit Saluſtius, non iam peſsima ac flagitioſiſsi ma, ſicut ipſe ait, ſed omnino nulla erat: ſecundũ iſtam rationem quam diſputatio de republica [k]inter magnos eius tum principes habita pate fecit. Sicut etiam ipſe Tullius nõ Scipionis, nec cuiuſquam alterius, ſed ſuo ſermone loquens, in principio quinti libri demonſtrauit cõmemora to prius [l]Ennij poetæ uerſu, quo dixerat:

Moribus antiquis res ſtat Romana uiriſq́.

Quem quidem ille uerſum, inquit, uel breui tate uel ueritate tanquam ex oraculo mihi quo dam eſſe [m]effatus uidetur. Nam neque uiri, ni ſi ita morata ciuitas fuiſſet, neque mores, niſi hi uiri præfuiſſent, aut fundare, aut tam diu te nere potuiſſent tantam & tam iuſte lateq́ im perantem rempublicam. Itaq́ ante noſtrã me moriam, & mos ipſe patrius præſtantes uiros adhibebat, & ueterum morem ac maiorum in ſtituta retinebant excellentes uiri. Noſtra uero ætas cum rempublicam ſicut picturam accepiſ ſet egregiam, ſed euaneſcentem uetuſtate, non modo eam coloribus iiſdem quibus fuerat re nouare neglexit, ſed ne id quidẽ curauit, ut for mam ſaltem eius & [n]extrema tanquã lineamen ta ſeruaret. Quid enim manet ex antiquis mori bus, quibus ille dixit rem ſtare Romanã, quos ita obliuione obſoletos uidemus, ut non modo non colantur, ſed etiam ignorentur? Nam de uiris quid dicam? Mores enim ipſi interierunt [o]uirorum penuria, cuius tanti mali non modo reddenda ratio nobis, ſed etiam tanquam reis capitis quodãmodo dicenda cauſa eſt. Noſtris enim uitijs nõ caſu aliquo rempublicam uerbo retinemus, re ipſa uero iam pridem amiſimus. Hæc Cicero fatebatur [p]longe quidẽ poſt mor tẽ Aphricani, quẽ in ſuis libris fecit de republi ca diſputare, adhuc tamen [q]ante aduentũ Chri ſti. Quæ ſi [r]diffamata & præualeſcente religio ne Chriſtiana ſentirentur atq́ dicerentur, quis non iſtorũ ea Chriſtianis imputanda eſſe cen ſeret? Quamobrem cur non curarunt dij eorũ, ne tunc periret atq́ amitteretur illa reſpublica, quam Cicero longe antequã Chriſtus in carne ueniſſet, tam lugubriter deplorat amiſſam? Vi derint laudatores eius, etiam illis antiquis uiris & moribus qualis fuerit, utrũ in ea uiguerit ue ra iuſtitia: an forte nec tũc fuerit uiua moribus, ſed picta colorib. Quod & ipſe Cicero neſciẽs, cum eam præferret, expreſsit. ſed aliàs, ſi deus uoluerit, hæc uidebimus. Enitar enim ſuo loco

A ut oſtendam ſecundum definitiones ipſius Ci ceronis, quibus quid ſit reſpublica, & quid ſit populus, loquente Scipione breuiter poſuit, at teſtantibus etiam multis, ſiue ipſius, ſiue eorum quos loqui fecit in eadem diſputatione ſenten tijs, nunquam illam fuiſſe rempublicam, quia nunquam in ea fuit uera iuſtitia. Secundũ pro babiliores autem definitiones et pro ſuo modo quædam reſpublica fuit: & melius ab antiquio ribus Romanis, q̃ à poſterioribus adminiſtra ta eſt. Vera autem iuſtitia non eſt, niſi in ea re publica, cuius conditor rectorq́ Chriſtus eſt: ſi

B & ipſam rempublicam placet dicere, quoniam eam rem populi eſſe negare non poſſumus. [s]Si autem hoc nomen, quod alibi aliter uulgatum eſt, ab uſu noſtræ locutionis eſt forte remotius, in ea certe ciuitate eſt uera iuſtitia, de qua ſcri ptura ſancta dicit: Glorioſa de te dicta ſunt ci uitas dei.

L. VIVES

a QVando præſciebat.] Hunc locũ ſic lego: Quan do præſentiebat ea corruptione, quam deſcribit Saluſtius, iamiam peritura. b Eo quippe tem pore.] Quum Tiberius Gracchus aduerſa & perculſa nobilitate legem agrariam Trib. pleb. tuliſſet, uelletq́ ſibi tribunatum continuari, quo & tutior ab iniuria di uitum eſſet, & cœpta perficeret, ne quis plura q̃ quin

C gena agri iugera poſsideret, à Scipione Naſica ſequẽte ſenatu fuſtib. occiſus eſt: corpusq́ eius in Tiberim pro iectum, Scipione Aphricano, de quo hic loquitur, bel lum ad Numantiam gerente: qui introducitur à Cice rone in ortis ſuis, cum Lælio & Furio diſputans de rep. paucis diebus antequam mortem obiret: occiſus ut cre ditur opera Caij Gracchi Tiberij fratris & Semproniæ Gracchorum ſororis, quam Scipio habebat uxorem. c Deinde Pilus.] Quum inter ſecũdum & tertium Punicum bellum Athenieſes Romam legatos miſiſſent Carneadem Academicum, & Critolaum Peripateticũ, & Diogenem Stoicum, tres nobiliſs. illius ætatis philo ſophos, Carneades uel exercendi ſui, uel oſtentãdi in genij gratia pro iuſtitia elegantem, & acutam habuit o rationẽ, Catone priſco, Galba & alijs pleriſq́ principi bus uiris præſentibus: poſtridie pro iniuſtitia orauit eiſ dem audientibus: diluitq́ omnia pridiana argumenta, aliaq́ attulit pro iniuſtitia fortiora. quod fecit ex more

D ſectæ, cuius inſtitutũ eſt nihil ipſos affirmare, tantũ con futare aliena. ex hac poſteriore diſputatione decerpſit ſuam L. Furius Pilus: homo qui perbene Latine loqui putabatur, literatiusq́ q̃ cæteri, aggreſſusq́ eſt accura tiſſ. oratione iuſtitiã uituperare, ut eloquentiam Lælij excitaret ad laudes illius uirtutis: eadẽ mẽte, qua Glau co lib. De rep. Platonis ij. iniuſtitiã laudat, ut Socratẽ de iuſtitia diſſerentẽ audiret. d Remp. regi ſine iniu ria nõ poſſe.] Vetus eſt illud: Sine iuſtitia ne Iouem qui dẽm poſſe principẽ agere, ut Plutar. docet in li. De doc. principũ. quumq́ reſpu. ad ſe ſuamq́ libertatem tutan dam ſæpe cogeretur cũ ciuibus agere inique, tum ad au gendam potentiã multa contra ius ac bonum patraret, quæ proſpere deinde ſuccedebãt, Romani homines an tiquũ illud dictũ inuerterũt, dixerũtq́ ſine iniuria regi rẽp. nõ poſſe. Iſtud idẽ attingebat Carneades, ut Lactã tius refert, & Rõanis quoq́ ipſis, dicebat, qui totius or bis potirenẽ dominio, ſi iuſti uelint eſſe, hoc eſt, ſi aliena reſtituãt, ad caſas eſſe redeundũ, & in neceſsitate ac mi

Tiberius Gracchus

Scipionis Aemiliani mors

Legati Athenienſes tres doctiſsimi

L. Furius Pilus

Rempi ſine iniuria regi non poſſe

Definitionis utilitas

serijs iacendum. e Tum Lælius.] Huius concertationis meminit Cicero in Lælio. f Quanta sit in disputando definitionis utilitas.] Plato, Aristoteles, & omnes ueteres philosophi in omni disputatione à definitione incipiendum esse censuerunt, & ita tradiderunt. Neq; enim facile de re quapiam disseras ni prius quid ea sit posueris. Rodolphus Agricola in primo libro De dialectica inuentione: Vtilis est, inquit, hæc definiendi ratio, quum propter rerum cognitionem, quæ definitione explicatæ, mirum est quo pacto uelut certum quoddam signum destinandarum cogitationum proponat animo: tum quod parat autoritatem differenti: neq; enim rem melius noscere uidetur, quàm qui quid ea sit, breuiter & apte possit explicare. Hæc Agricola. Rodolphus Agricola quem hominem laudauit in prouerbijs Erasmus meritissimo: & qui unus exemplo potest esse, fortunam in omni re dominari, sicut Salustius inquit, eamq; res omnes ex libidine magis celebrare obscurareq;, q̃ ex uero. Vix & hac nostra & patrum memoria fuit unus atq; alter dignior, qui multum legeretur, multumq; in manibus haberetur, quàm Rodolphus Agricola Phrysius. Tantum est in eius operibus ingenij, artis, iudicij, grauitatis, dulcedinis, eloquentiæ, eruditionis: at is pauciss mis noscitur, uir non minus qui ut ab omnibus cognosceretur dignus, quàm Politianus, uel Hermolaus Barbarus, quos mea quidem sententia & maiestate & suauitate dictionis non æquat modo, sed etiã uincit. g Si ue ab uno rege.] Triplicem speciem tangit administrandæ reipu. Nam uel respub. à populo ipso regitur. Hanc Græci δημοκρατίαν dicunt, id est populi imperium: siue à paucis. hæc διγαρχία, id est principatus paucorũ, quæ sub se habet ἀριστοκρατίαν, id est optimatum administrationem. Optimates nobiles appellant: sed re uera quicũq; dignitate & opibus plurimum in repub. possunt, ij sunt optimates. Idcirco διγαρχία nõ multum uidetur ab ἀριστοκρατίᾳ differre, Quod & Cicero significat, quum secũdam partem dicit paucorum optimatum. Tametsi paulo diuersius idem de optimatibus pro Sestio, causæ uidelicet inseruiens, ut solet. Regitur ciuitas inter dũ ab uno, ea est μοναρχία, q. principatus unius. h Quẽ tyrannũ.] Olim ueteres reges omnes principesq; etiam iustissimos tyrannos appellabant, ut apud Vergilium & Horatium: nam & ipsum nomen, quod Græcorũ est, principatum tantũmodo significat. Plato qui unus recte administrat ciuitatẽ uocatur τύραννον & πρὸς βασιλέα tyrannus & rex. Festus lib. xviij. tyrannos dictos putat Turrhenorũ præcipua crudelitate. Sed illinc puto potius, quod introducto ab Athenien sibus populari administratione & eos multis postea ciuitatibus æmulatis, cœpit tyranni nomen in odium adduci. Et tyranni uocati sunt, qui suis cõmodis imperarent nõ publicis: tum & à Romanis istud profectum, apud quos ingens fuit odium regis regnicp: sed & in Græcia quisquis in ciuitate dominabatur, quæ soleret esse libera, tyrãnus dicebatur, non rex. i Dixit esse factionem.] Memmius de optimatibus loquens apud Salustium: Metum à scelere suo ad ignauiam uestram transtulere, quos omnis eadem cupere, eadem odisse, eadem metuere in unũ coegit: sed hæc inter bonos amicitia, inter malos factio est. k Inter magnos eius principes.] Finguntur sermoni illi interfuisse Scipio Aphricanus, C. Lælius, qui cognominatus est sapiens, L. Furius, tres per idem tempus, ut ait Portius, qui agitabant nobiles: tum etiam iuuenes C. Fannius, Q. Scæuola augur, gener Lælij, Q. Tubero, ex clarissimis familijs. l Ennij Poetæ.] Huius præter fragmenta quædam, quæ ex uarijs antiquis scriptoribus colligere, & in unum uelut corpus dispersa redigere, in animo habeo, nihil extat. Rudijs natus est, ut Mela & Silius sunt autores, quæ urbs est Salentinorum. Tarenti primum, dehinc Romæ familiariter ui

Tyrannus

Amicitia
Factio

Ennius

A xit cum Catone, Galba, Flaminio, & alijs principibus, donatus ciuitate ab eodem Flaminio. m Effatus.] Aptissimo usus est uerbo religionũ. n Extrema tan quam liniamenta.] Similitudo à pictoribus deducta, qui primum picturam lineis solis describunt, quæ dicitur monogramma: deinde colorem addunt, & uelut spiritum ac uitam corpori mortuo tribuunt. o Virorũ penuria.] Idem Salustius in Catilina dicit, rẽpub. tanquam effœtam iam olim, nullum clarum uirum produ cere. p Longe quidem.] Annos circiter septuaginta.

q Ante aduentum Christi.] Annos sexaginta: totenim sunt à Cicerone cos. quo anno ipse libros De rep. scripsit, ad quadragesimum secundum annum imperij Augusti, quo natus est Christus. r Diffamata.] Fama extensa, diuulgata. In hoc sensu & alij utuntur. Apuleius iij. Asini: & salutis communis admonẽs diffamat incendio repentino domum suam possideri. Illud est le pidum, quod Remigius interpres epistolarum Pauli, in epistola priore ad Thessalonicẽses, ubi interpres uerterat: A uobis diffamatus est sermo domini, dicit pro manifestato & diuulgato Paulum parum de uerborum proprietate solicitum diffamatum dixisse. Quid facias principibus istis scholarum, qui nondum sciunt Paulum non Latine, sed Græce scripsisse? Tum etiam nimis est arrogans homines ignorãtissimos totius rationis loquendi, toties de significatibus uocabulorum inepte disputare, & ineptius definire: quod passim in dialectica & philosophia faciunt, cum nihil minus uideri uelint, quàm grammatici, & indignissime ferant, si quis paulo literatior de uocabulis in hisce artibus uel memuerit. s Si autem hoc nomẽ.] An hoc dicit quia respu. popularis est ciuitas, ubi populus imperat, regnũ Christi unius est.

B

Diffamare

C

D

Quod dijs Romanorũ nulla unquã cura fuerit, ne malis moribus respublica deperisset. Cap. xxii

ED quod pertinet ad præsentẽ quæstionem, quamlibet laudabilem dicant istam fuisse, uel esse rempublicam secũdum eorũ doctissimos autores, iam longe ante Christi aduẽtum pessima ac flagitiosissima facta erat: imò uero nulla erat, atq; omnino perierat perditissimis moribus. Vt ergo non periret, dij custodes eius populo cultori suo dare præcipue uitæ ac morũ præcepta debuerunt, à quo tot tẽplis, tot sacerdotibus, & sacrificiorũ generibus, tam multiplicibus uarijsq; sacris, tot festis solẽnitatibus, tot tantorũq; ludorum celebritatibus colebantur, ubi nihil dæmones nisi negociũ suũ egerũt: nõ curantes quemadmodũ illi uiuerẽt, imò curantes ut etiã perdite uiuerẽt, dum tamẽ bonori suo illa omnia metu subditi ministrarẽt. Aut si dederunt, proferatur, ostendatur, & legatur, quas deorũ leges illi ciuitati datas contempserint [a] Gracchi, ut seditionibus cũcta turbarent, quas [b] Marius, & [c] Cinna, & [d] Carbo ut in bella etiã progederẽtur ciuilia, [e] causis iniquissimis susscepta

A scepta, & crudeliter gesta, crudeliusq; finita: [f] quas deniq; Sylla ipse, cuius uitam, mores, facta describẽte Salustio, alijsq; historiæ scriptoribus, quis non exhorreat? Quis illam rẽpublicam [g] nõ tunc periisse fateatur? An forte propter huiusce modi ciuiũ mores Vergiliana illam sententiam, sicut solent pro defensione suorũ deorum opponere audebunt, [h] Discessere omnes adytis, arisq; relictis Dij, quibus imperiũ hoc steterat. Primũ si ita est, non habent cur querantur de religione Christiana, quòd hac offensi eos dij sui deseruerint: quoniã quidẽ maiores eorũ iam pridẽ moribus suis ab urbis altaribus tam multos ac minutos deos, tanquam muscas abegerũt. Sed tamen hæc numinũ turba ubi erat, cum longe antequã mores corrumperentur antiqui, [i] à Gallis Roma capta & incẽsa est? An præsentes forte dormiebãt? Tunc enim tota urbe in hostium potestate redacta, solus collis Capitolinus remãserat: qui etiã ipse caperetur, [k] nisi saltem anseres dijs dormiẽtibus uigilarent. Vnde penè [l] in superstitionem Aegyptiorum bestias auesq; colentiũ, Roma deciderat, [m] cum anseri solennia celebrarent. Verum de his aduentijs, & corporis potius quàm animi malis: quæ uel ab hostibus, uel alia clade accidunt, nõdum interim disputo. Nunc ago de labe morũ, quibus primum paulatim decoloratis, deinde torrentis modo præcipitatis, tanta, quamuis integris tectis mœnibusq; facta est ruina reipublicæ, ut magni autores eorum eam tunc amissam non dubitent dicere. Recte autem abscesserant ut amitteretur omnes adytis arisq; relictis dij, si eorum de bona uita atq; iustitia ciuitas præcepta contempserat. Nunc uero quales quæso dij fuerunt, si noluerũt cum populo cultore suo uiuere, quem male uiuentem non docuerunt bene uiuere?

B

C

D

L. VIVES

Gracchi

a Gracchi.] T. Graccho qui bis cos. bis triũpha/lis, censor & augur fuit, ex Cornelia minore Aphricani superioris filia geniti, maxima & admirabili indole iuuenes: quorum uterq; quum legẽ agrariam tueretur, de agris diuidundis, ab irritata nobilitate, in tribunatu cæsus est, Tiberius à Nasica priuato, Caius à L. Opimio cos. nouẽ annis post: ille fustibus, hic iam ferro: quod fuit primum ciuile bellum, in quo ad ferrum usq; uentum est, anno à Ro. cõdita D CXXVII.

Marius

b Marius.] Hic Arpinas fuit, nouus homo, ad septimum consulatũ euectus: Iugurtham primum, deinde Cymbros, & Teutonas uicit, deq; his omnibus triumphauit: ad extremum inuidia & odio L. Syllæ, qui bello Iugurthino legatus ipsius fuerat, bellum ciuile cum Sylla mouit, in quo ipse Marius est uictus, & in Aphricam fugit. c Cinna.] Victo Mario, quum ad bellum Mithridaticum Sylla proficisceretur, C. Corneliũ Cinnam, & Octauium coss. in urbe reliquit. Cinna studio rerum nouarum à collega dissensit, pulsusq; est ab eo, & à factione bonorũ ex urbe: quam iniuriam cum omni genere crudelitatis Cinna uindicare statuisset, reuocato ex Aphrica Mario, bellum patriæ fecit: in quã cũ magnis copijs ingressus, multosq; mortales trucidauit, & se secundũ, Marium uero septimum coss. sine populi suffragijs creauit: quo in magistratu Marius decessit post multa fœde & crudeliter perpetrata. d Carbo.] Carbones, ut Cicero ad Papyrium Pætum scribit, multi fuerunt: ex Papyria gente, sed nõ illa patricia. Hic, de quo Augustinus loquit, Gneus Papy. Carbo fuit partium Marianarũ, qui uictus à Sylla, in Siciliam fugit, ibiq; à Pompeio magno interfectus est Lilybæi. e Cau sis iniquissimis.] L. Sylla, & Q. Põpeio coss. Asia prouincia & bellum Mithridaticum Syllæ obuenerat. Hoc ægre ferebat Marius, propter antiquas cũ Sylla simultates, iam inde à bello Iugurthino: itaq; per P. Sulpitiũ tribunum plcb. seditiosissimum & sceleratissimum hominem efficere conatus est, ut populus Mithridaticum bellum sibi mandaret. Populus tametsi ingenti tumultu trib. ferente sciuit tandem, ac iussit. Hanc contumeliam non tulit Sylla, & implorato à suo exercitu auxilio, legatos Marij, qui ad accipiẽdas legiones Capuam iuerant, uiolauit: infestasq; legiones ad urbem admouit, uim & fraudem inimicorũ ulturus. Hinc femina bellorum omnium ciuilium. nam Marius cum sua factione in urbe ad Esquilias occurrit, & iusta acie decertatũ atrociter est. f Quas denique Sylla.] Fuit hic Patritius ex gente Cornelia, cumq; strenuam operam bello sociali nauasset reip. cos. factus est. in eo magistratu bello ciuili profligato, uictoq; deinde Mithridate, & superatis Mario iuuene, Carbone, Norbano, Sertorio, Domitio, Scipione, & alijs Marianis, dictaturam perpetuam lege Valeria inuasit, in qua multa milia ciuium Ro. crudelissime proscripsit, homo immanissimus & in omnes uoluptates proiectissimæ libidinis. g Non tũc periisse.] Lucanus uerbis Catonis.

Olim uera fides Sylla Marioq; receptis
Libertatis obit.

h Discessere omnes adytis.] Carmen est Vergilij ij. Aeneid. quod Seruius & Macrobius putant pertinere ad euocationem deorum. Nam cum oppugnabãtur ciuitates, eratq; in animo imperatoribus eas demoliri, ne contra deos geri bellum uideretur, ijsq; suis sedibus moueri inuiti, quod nephas erat, euocabãtur ex obsessa ciuitate ab Imperatore obsidente, ut in urbem uictricem uolentes migrarent. Sicut Veijs fecit Camillus, & Carthagini atq; Numantiæ Scipio, & Mumius Corinthi.

i A Gallis Roma.] Galli transalpini sæpe in Italiam migrarunt magna manu: postremi eorum fuere Senones, hi Clusium petierunt, hinc Romam, quam & coperũt anno ab ea condita CCCLX. Soli ne an cæteris Gallis cisalpinis adiũcti, incertum. k Nisi saltem anseres essent.] Historia est, & apud Historicos, & apud Poetas uulgatiss. cum Galli explorata ad arcem uia silentio nocte ad eam ascenderẽt, obdormissentq; uigiles, clangore anserum, qui in Capitolio seruabantur Iunoni sacri, proditi. Ita M. Manlius corripta arma quem primum Gallũ iam in summo cõsistentẽ offendit, umbone deturbauit. Hic alios secũ pondere corporis traxit in ruinã: interea Romani ad tumultũ accurrerũt, & Galli magna ui repulsi sunt. l In superstitionẽ Aegyptiorum.] Hi quasdam beluas propter utilitatẽ consecrarunt, tanquam deos, ut Cicero in primo De nat. deorũ inquit. Et fusc Diodorus lib. suæ biblio, ij. uelut canem, felem, ibim, bouem, crocodilum, accipitrẽ, & alia. m Cũ anseri.] Propter

Cinna

Carbo

Belli ciuilis Mariani origo

Euocationes deorum

Roma à Gallis capta

Anseres capitolii

Aegyptiorũ dii belluini

Anserũ apud Rom. honor

Propter illud beneficium Romæ quotannis, ut Plutarchus in fortuna Romanorum scribit, dicam Latine Budæi uerbis, quibus enim possem elegantius? Canis in crucem sublatus uisitur, anserq; in eleganti grabatulo, gestatiolo ue, quàm decentissime sedens. Plinius lib. xxix. eadem de causa supplicia annua canes pendunt inter ædem Iuuentutis & Summani, uiui in furcas sambucea arbore fixi. Quin & Censores primum omnium quæ pro magistratu faciunt, sacrorum anserum cibos locant.

Varietates rerum temporalium, non ex fauore, aut impugnatione dæmonum, sed ex ueri dei pẽdere iudicio. Caput XXIII

B

Q VID quod etiam uidentur eorum affuisse cupiditatibus implendis, & ostenduntur nõ præfuisse refrenandis? [a]Qui enim Marium nouũ hominem & ignobilem, cruentissimũ autorem bellorum ciuilium atq; gestorem, ut septies consul fieret adiuuerunt, atq; ut in septimo suo consulatu moreretur senex, nec in manus Syllæ futuri mox uictoris irrueret: cur nõ etiam iuuerunt, ut à tantorum se cõpesceret immanitate facinorum? Si enim ad hæc eum diĳ eorum non iuuerunt, non paruum est, quod & fatentur etiam non propicĳs diĳs suis posse accidere homini istam temporalem quam nimis diligunt tantam felicitatem, & posse homines sicut fuit Marius, salute, uiribus, opibus, honoribus, dignitate, longæuitate cumulari, & perfrui diĳs iratis: posse etiã homines, sicut fuit Regulus, captiuitate, seruitute, inopia, uigilĳs, doloribus excruciari & emori diĳs amicis. Quod si ita esse concedunt, [b]compẽdio nihil eos prodesse, & coli superfluo confitentur. Nam si uirtutibus animi & probitati uitæ, cuius præmia post mortem speranda sunt, magis contraria ut populus disceret instituerunt: si nihil etiam in his transeũtibus & temporalib. bonis, uel eis quos oderunt nocent, uel eis quos diligunt prosunt, ut quid coluntur, ut quid tanto studio colendi requiruntur? Cur laborĳosis tristibusq; tẽporibus tãquam offensi abscesserint murmuratur, & propterea Christiana religio conuitĳs indignissimis læditur? Si autem habent in his rebus, uel beneficĳ, uel maleficĳ potestatem, cur in eis affuerunt pessimo uiro Mario, & optimo uiro Regulo defuerunt? An ex hoc ipsi intelligũtur iniustissimi & pessimi? Quod si propterea magis timẽdi & colendi putantur, neq; hoc putentur. Neq; enim minus eos inuenitur Regulus coluisse, quàm Marius. nec ideo uita pessima eligenda uideatur, quia magis Mario cũ̃ Regulo dĳs fauisse existimãtur. Metellus enim Romanorũ laudatissimus, [d]qui habuit quinq; filios cõsulares, etiam rerum temporalium felix fuit, [e]& Catilina pessimus oppressus inopia & in bello sui sceleris prostratus infelix: & uerissima atque certissima felicitate præpollent boni deum colentes, à quo solo conferri potest. Illa igitur respublica malis moribus cum periret, nihil dĳ eorum pro dirigendis uel corrigẽdis egerunt moribus, ne periret, immo deprauãdis & corrumpendis addiderunt moribus, ut periret. Nec se se bonos fingant, quòd uelut offensi ciuium iniquitate discesserint. prorsus ibi erant, produntur, conuincuntur, nec subuenire præcipiendo, nec latere tacendo potuerunt. [f]Omitto quod Marius à miserantibus Minturnensibus Maricæ deæ in luco eius commendatus est, ut ei omnia prosperaret, & ex summa reuersus desperatione incolumis in urbem duxit crudelem crudelis exercitum. Vbi quàm cruenta, cũ̃ inciuilis, hostilicq; immanior eius uictoria fuerit, eos qui scripserunt legant qui uolunt. Sed hoc ut dixi omitto, nec Maricæ nescio cui tribuo Marĳ sanguineam felicitatem, sed occultæ potius prouidentiæ dei ad istorum ora claudenda, eosq; ab erroribus liberandos, qui non studĳs agunt, sed hæc prudenter aduertunt. Quia etsi aliquid in his rebus dæmones possunt, tantum possunt, quantum secreto omnipotẽtis arbitrio permittuntur: ne magni pendamus terrenam felicitatem, quæ sicut Mario malis etiam plerunq; conceditur: nec eam rursus quasi malam arbitremur, quum ea multos etiam pios ac bonos unius dei ueri cultores, inuitis dæmonibus præpolluisse uideamus: nec eosdẽ immundissimos spiritus, uel propter hęc ipsa bona mala ue terrena propiciandos, aut timendos existimemus. quia sicut ipsi mali homines in terra, sic etiam illi non omnia, quæ uolunt facere possunt, nisi quantum illius ordinatione sinuntur, cuius plene iudicia nemo comprehendit, iuste nemo reprehendit.

C

D

L VIVES

[a] Qui enim Marium.] Hic ex Aphrica reuersus ad pileum seruos euocauit: Colonias, Hostiam, Antium, Lauinium, Aritiam crudeliter diripuit, atque uastauit: urbem ingrediens signum mi- *Marĳ crudelitas*
litibus

litibus dedit, ut quemcunque non resalutasset occiderent. Dici non potest, quàm multi hoc modo interierint & nobiles & ignobiles. Lucanus optime paucis uerbis Marĳ crudelitatem describit:

Vir ferus, & fato cupienti perdere Romam
Sufficiens.

Hic tamen septimum cõsul, ut dixi, in lecto suo interĳt. Sicut Lucanus inquit:

Felix, & cuersa consul moriturus in urbe.

Rediit paulo post Sylla ex Asia, & Marium filium omnesq; Marianarum partium duces fustulit.

b Compendio.] Lusit Augustinus antithetis, compendio & superfluo, uel compendio, id est breuiter, uel compendio id est utilitati, cuius contrarium est dispendium. *Metelli felicitas*

c Metellus.] Valerius libro septimo, & Plinius eodem vĳ. Q. Metellus Macedonicus felicissimus ab hominibus iudicatus est, quod omnibus corporis & animi dotibus præditus fuerit: idem consul & censor: idem magnum bellum feliciter gesserit, triũpharit, quatuorq; filios reliquerit, tres consulares, duos triumphales, unum censorium, quartum prætorium & consulatus cãdidatum, ut scribit Velleius, quem magistratum adeptus est: tres filias clarissimis uiris nuptas, ex quibus nepotes uiderit, & à tanta tamq; illustri & honorata turba à se progenita, extrema senecta facillimo uitæ curriculo usus, rogo sit impositus. d Quinq; filios cõsulares.] Hæc historia ab aliquo sciolo deprauata est, nec credo sic Augustinum eam scripsisse, nisi quis dicat quinq; illos filios fuisse cõsulares, idest cõsulatu dignos. quod acutissime & spexit meus festiuissimus interpres, & planè nunq; tam acute uidisset, nisi legisset dialecticã, ita ut sint consulares. q. cõsulabiles, uel cõsulificabiles magistraliter loquendo, hoc est apti nati ad fiendũ consules. *Catilina*

e Et Catilina.] Mores & uita L. Sergĳ Catilinæ notiores sunt, propterea, quod Salust. qui de his scripsit frequens est in manibus hominum. Hunc ad conjurationem contra patriam inter cætera inopia rei familiaris stimulatum ferunt, cui profusissimo & sumptuosissimo nihil satis erat. Nã sub Sylla multa rapuerat, multa à Sylla dono acceperat. Quo Sylla cum in alĳs permultis, tum in occidendo M. Marĳo fuerat usus carnifice. *Marĳ fuga*

f Omitto quod Marius.] C. Marius quũ ex ciuili pugna prima solus fugeret, Minturnas Campaniæ oppidum peruenit, Minturnenses eum, ut gratum Syllæ uictori facerent, immisso percussore tollere decreuerant. Quumq; is aspectu & increpatione Marĳ fugisset, in religionem oppidanis uenit, tanquam in numinum protectione Marius esset, ita eum ad proximum oppido lucum produxerunt, qui Maricæ sacer erat, ut inde quà liberet, abiret. Plutarchus in uita Marĳ. Velleius paludem Maricæ dicit. De Marica Lactantius, quæ prius, inquit, Circe post factam deam Maricam uocatam. Seruius vĳ. Aenei. & Maricam dicit uxorem fuisse Fauni, quæ est dea littoris Minturnensium iuxta Lyrim fluuium. Horatius: *Marica*

Innantem Maricæ Littoribus tenuisse Lyrim.

Quod si uoluerimus accipere uxorem Fauni, non procedit. Dĳ enim *τοπικοὶ*, id est locales, ad alias regiones nunquam transeunt. Sed potest dictum esse, per poeticam licentiam, Laurentino Marica, cum sit Minturnensis. dicunt alĳ, per Maricam Venerem intelligi debere, cuius fuit sacellum iuxta Maricam in quo erat scriptũ *νυὸν δὲ ἀφροδίτην* Sanè Hesiodus Latinũ Circes & Vlyssis filium dicit. quod & Vergilius tangit dicẽdo: Solis aui specimen. Sed quia temporum ratio nõ procedit, illud accipiendum est Iginĳ, qui ait Latinos plures fuisse: ut intelligamus poetam abuti nominũ similitudine. Tantum Seruius.

A

B

C

D

De Syllanis actibus quorum se dæmones ostentauerunt adiutores. Cap. XXIIII

[a]SYLLA certe ipse, cuius tempora talia fuerunt ut superiora, quorũ usũ dex esse uidebatur, illorũ comparatione quærerentur, cum primum ad urbem contra Marium castra mouisset, adeo læta exta immolãti fuisse scribit Liuius, ut custoditi se [b]Posthumius haruspex uoluerit capitis supplicĳ subiturus, nisi ea quæ in animo Sylla haberet, diĳs iuuantibus impleuissent. Ecce non discesserant adytis arisq; relictis diĳ, quando de rerũ euentu prædicebãt, nihilq; de ipsius Syllæ correctione curabãt. Promittebãt præsagiendo felicitatẽ magnã, nec malam cupiditatem minando frangebant. Deinde cũ esset in Asia bellum Mithridaticũ gerens, per Lucĳ Titium ei mandatũ est à Ioue, quod esset [c]Mithridatem superaturus: & factũ est. Ac postea molienti redire in urbẽ, & suas amicorũq; subortas iniurias ciuili sanguine ulcisci, iterum mandatum est ab eodem Ioue per militem quendã legionis sextę, prius se de Mithridate prænunciasse uictoriam, & tunc promittere daturum se potestatẽ, qua recuperaret ab inimicis rem publicam non sine multo sanguine. Tum percontatus Sylla quæ forma militi uisa fuerit, cum ille indicasset eam, recordatus eius est quam prius ab illo audierat, qui de Mithridatica uictoria ab eodẽ mandata pertulerat. Quid hic responderi potest quare diĳ curauerint uelut felicia ista nunciare, & nullus eorum curauerit Syllã monendo corrigere, tanta mala facturũ scelestis armis ciuilibus, qualia non solum fœdarent, sed auferrẽt omnino rempublicã? Nempe intelliguntur dæmones, sicut sæpe iam dixi. Notũq; nobis est in literis sacris, resq; ipsæ satis indicãt negocium suum agere, ut pro diĳs habeantur, ut colãtur. ut ea illis exhibeantur, quibus ĳ qui exhibẽt sociati, unã pessimam causam cum eis habeant in iudicio dei. Deinde cũ uenisset Tarentum Sylla atq; ibi sacrificasset, uidit in capite uitulini iecoris similitudinem coronæ aureæ. Tunc Posthumius haruspex ille respondit præclaram ei uictoriã significari, iusitq; ut extis illis solus ueseceretur, [d]Postea paruo interuallo seruus cuiusdam Lucĳ Pontĳ, uaticinando clamauit: A Bellona nuncius uenio, uictoria tua est Sylla. Deinde adiecit, arsurum esse Capitolium. Hoc cum dixisset, continuo egressus è castris

castris,postera die cõcitatior reuersus est, & Capitolium atsisse clamauit.arserat autem reuera Capitolium. Quod quidem dæmoni & præuidere facile fuit,& celerrime nunciare. Illud sanè attende,quod ad causam maxime pertinet, sub qualibus dijs cupiant esse,qui blasphemãt Saluatorem, uoluntates fidelium à dominatu dæmonum liberantem. Clamauit homo uaticinãdo,uictoria tua est Sylla,atq; ut id diuino spiritu clamasse crederetur,nunciauit etiam aliquid,& prope futurum & mox factum, unde longe aberat per quem ille spiritus loquebatur, non tamen clamauit,ab sceleribus parce Sylla, quæ ille uictor tam horrenda commisit,cui corona aurea ipsius uictoriæ illustrissimũ signum in uitulino iecore apparuit. Qualia signa si dij iusti dare solerent,ac nõ dæmones impij,profecto illis extis,nepharia potius atque ipsi Syllæ grauiter noxia mala futura monstrarent,Neq; enim eius dignitati tãtum profuit illa uictoria, quantum nocuit cupiditati. Qua factum est, ut immoderatis inhians,& secundis rebus elatus, ac præcipitatus, magis ipse periret in moribus, quàm inimicos in corporibus perderet. Hęc illi dij uere tristia uereq; lugenda,non extis, non augurijs,non cuiusquam somnio uel uaticinio prænunciabant.magis enim timebant,ne corrigeretur,quàm ne uinceretur. Imò uero [e] satis agebant ut uictor ciuium gloriosus, uictus atq; captiuus nephãdis uitijs,& per hæc ipsis etiam dæmonibus multo obstrictius subderetur.

L. VIVES

Syllæ crudelitas

a SYlla certe ipse.] Quum tam sæue atq; impotenter Mariani in rep. dominarentur, Sylla omnium uotis desiderijsq; ad uindictã expectabatur: tũ ipse ex bonis initijs in tantam crudelitatem euasit, ut mitissimus tunc sit uisus Marius præillo. Lucanus.

Sylla quoq; immensis accesit cladibus ultor.
Ille, quod exiguum restabat sanguinis urbis
Hausit. Et post:
Tunc data libertas odijs, resolutaq; legum
Frenis ira ruit. non uni cuncta dabantur
Sed fecit sibi quisq; nephas. semel omnia uictor
Iusserat.

Posthumius

b Posthumius.] Cicero lib. i. De diuinitatione,hũc haruspicem etiam bello sociali significat fuisse cum Sylla: quo bello Cicero ipse militauit. Idem Valerius lib. primo De prodigijs. *Mithridates* c Mithridatem.] Hic fuit fortissimus rex Ponti, cui bellum est à pop. Ro. indictum, quod Nicomedem è Bithynia expulisset: at bellũ exarsit supra modum, postea quàm rex, quicquid ciuiũ Romanorum in suo regno negociabatur, uno die iussit occidi. Huius opes luxauit Sylla: fregit L. Lucullus: extinxit Gn. Pompeius, qui totum eius regnum in potestatem Rom. redegit, ipso occiso. Plutarchus in Vitis,& Appianus Alexãdrinus in Mithridatico. Florus & alij.

d Seruus cuiusdam.] Idem Plutarchus in Sylla: A Capitolium à Tarquinio Superbo rege est extructũ in rupe Tarpeia, templum Ioui omnium pulcherrimum ab Horatio Puluillo consule dedicatum, primo liberatis anno. Arsit bello ciuili Mariano, Gn. Carbone & L. Scipione coss. anno ab urbe condita Dc. lxxi. restitutũ à Sylla: refectum uero & dicatum à Q. Catulo: hoc solũ felicitati Syllæ negatum, ut ipse idem dicebat. Sũt qui putent opera Syllæ incensum Capitoliũ, alij Carbonis cos. Appianus in bello ciuili fortuitam fuisse deflagrationem,& causam latère scribit. e Satis agebant.] Diligenter & anxie curabant, quod & satagere & satagi tare dicitur.

Quantum maligni spiritus ad flagitia incitent homines cum in commit tendis sceleribus quasi diuinã exempli sui interponunt autoritatem.

Caput XXV

ILLINC uero quis non intelligat, quis non uideat, nisi qui tales deos I imitari magis eligit,cẽq; diuina gratia ab eorum societate separari,quantũ moliantur maligni isti spiritus exẽplo suo,uelut diuinam autoritatem præbere sceleribus? Quinetiam [a] in quadam Campaniæ lata planicie,ubi non multo post ciuiles acies nephario prælio conflixerũt,inter se prius pugnare uisi sunt. Nanq; ibi auditi sunt primũ ingentes fragores, moxq; multi se uidisse nunciarunt per aliquot dies duas acies præliari. Quæ pugna ubi destitit, uestigia quoq; uelut hominũ & equorum, quanta de illa conflictione exprimi poterant, inuenerunt. Si ergo ueraciter inter se numina pugnarunt, iam bella ciuilia excusentur humana: consideretur tamen quę sit talium deorum uel malitia, uel miseria. Si autem se pugnasse finxerunt, quid aliud egerunt, nisi ut sibi Romani bellando ciuiliter, tanquam deorum exemplum nullum nephas admittere uiderentur? Iam enim cœperant bella ciuilia, & aliqua D nephandorum præliorum strages execranda præcesserat. [b] Iam multos mouerat, [c] quod miles quidam dum occiso spolia detraheret, fratrẽ nudato cadauere agnouit, ac detestatus bella ciuilia, & seipsum ibi perimens fraterno corpori adiũxit. Vt ergo tanti huius mali minime tæderet, sed armorum sceleſtorum magis magisq; ardor incresceret, mox hi dæmones, quos illi deos putabant, & colendos esse ac uenerandos arbitrantur, inter se pugnantes hominibus apparere uoluerunt, ne imitari tales pugnas ciuica trepidaret affectio, sed potius humanum sceleus diuino excusaretur exemplo. Hac astutia maligni

maligni spiritus etiã ludos, unde multa iam di- A Mutua conspicuos habuerunt lumina uultus,
xi, scenicos sibi dicari sacrariq; iusserũt, ubi deorum tanta flagitia theatricis canticis atq; fabularum actionibus celebrata sunt, ut quisquis eos talia fecisse crederet,& quisquis nõ crederet, sed tamen illos libentissime sibi talia uelle exhiberi cerneret, securus imitaretur. Ne quis itaq; existimaret in deos conuitia potius cẽq; eis dignum aliquid scriptitasse, [d] ubicunq; illos inter se pugnasse poetæ cõmemorarũt, ipsi ad decipiendos homines poetarum carmina firmauerũt, pugnas uidelicet suas nõ solum per scenicos in theatro, uerum etiam per seipsos in campo humanis oculis exhibentes. Hæc dicere compulsi sumus, B quoniam pessimis moribus ciuiũ, Romanã rem publicam iam antea perditam fuisse nullamq; remansisse ante aduentum domini nostri Iesu Christi, autores eorum dicere, & scribere mihi me dubitauerunt. Quam perditionem dijs suis non imputant, qui mala transitoria quibus boni, seu uiuant, seu moriantur, perire nõ possunt, Christo nostro imputãt: cum Christus noster tanta frequẽter pro moribus optimis præcepta contra perditos mores: dij uero ipsorum nullis talibus præceptis egerint aliquid cum suo culto re populo, pro illa republica ne periret, immo C eosdem mores uelut suis exẽplis autoritate noxia corrũpendo egerunt potius ut periret. Quã non ideo, ut arbitror, tunc perijsse quisquã iam dicere audebit, quia,

Discessere omnes adytis arisq; relictis Dij:

uelut amici uirtutibus cum uitijs hominum offenderentur, quia tot signis extorum, augurio- rum, uaticiniorum, quibus se tanquam prescios futurorum adiutoresq; præliorũ iactare & cõmendare gestiebant, conuincuntur fuisse præsentes: qui si uere abscessissent, mitius Romani in bella ciuilia suis cupiditatibus, quàm illorum D instigationibus exarsissent.

L. VIVES

Acies auditæ inter se cõcurrentes

a IN quadam Campaniæ lata planicie.] Iulius Obsequens: Lucio Scipione, Caio Norbano cõsulibus, inter Capuam & Vulturnum ingens signorum sonitus, armorumq; horrendo clamore auditus, ita ut uiderentur duæ acies concurrere per plures dies. Rei miraculo intus considerantibus uestigia equorum, hominũ & recens protritæ herbæ, & uirgulta usa molem ingentis belli portẽdere. hæc ille. Porrò Scipio & Norbanus fuerunt primi consules, cum quibus Sylla reuersus in Italiam conflixit. Nam Marianarum erant partium.

b Iam multos mouerat.] Cum enim in diuersa acie propinqui sese conspiciunt, tunc demum bellum esse ciuile intelligunt. sic Lucanus in iiij.

Postquam spatio languentia nullo

Fratres interse cõcurrentes

c Quod miles quidam dum occiso spolia detraheret.] Liuius libro septuagesimo nono. hoc cõtigit cum Cinna & Marius infesta signa ad urbem duxerunt, cui bus occurrit Gneus Pompeius magni pater. Valerius libro quinto dicit militem Pompeianum occidisse fratrem qui erat in exercitu Sertorij. Liuius pro Sertorio Cinnam habet. Fieri utrunq; potest: nam exercitus omnes ferè erant Cinnæ, qui tamen in quatuor partes erãt diuisi, quarum unam Cinna ipse, alteram Marius ductabat, tertiam Quintus Sertorius, quartã Gneus Carbo. & Orosius concurrisse cum Sertorio Pompeiũ scribit, qua pugna contigisse hoc de duobus fratrib. refert.

d Vbicunq; illos inter se pugnasse p. c.] Homerus bello Troiano deos inter se facit pugnãtes, Martem, Venerem, & Apollinem, contra Palladẽ, Iunonẽ & Neptunũ.

De secretis dæmonum monitis, quæ pertinebãt ad bonos mores, cum palàm in sacris eorum omnis nequitia disceretur. Cap. XXVI

VAE cum ita sint, cum palàm apertecq; turpitudines crudelitatibus mi Q xtæ, & opprobria numinum & crimina, siue prodita, siue cõficta ipsis exposcentibus, & nisi fierent irascẽtibus, etiam certis & statis solennitatibus consecrata illis, & dicata claruerint, atq; ad omnium oculos ut imitanda proponerentur spectanda processerint: [a] quid est quod ijdem ipsi dæmones, qui se huiuscemodi uoluptatib. immundos spiritus esse confitentur, qui suis flagitijs & facinoribus, siue indicatis, siue simulatis, eorũq; sibi celebratione expetita ab impudentibus, extorta à pudẽtibus, autores se uitæ scelestæ immundæq; testantur: perhibẽtur tamẽ in adytis suis secretisq; penetralibus dare quędam bona præcepta de moribus, quibusdam uelut electis sacratis suis? Quod si ita est, hoc ipso callidior aduertenda est, & conuincenda malitia spirituum noxiorum. Tanta enim uis est probitatis & D castitatis, ut omnis uel penè omnis eius laude moueatur humana natura, nec usq; adeo sit turpitudine uitiosa, ut totum amittat sensum honestatis. Proinde malignitas dæmonum, nisi alicubi se, quemadmodum scriptum in nostris literis nouimus, trãsfiguret in angelum lucis, nõ implet negocium deceptionis. Foris itaque populis celeberrimo strepitu impietas impura circumsonat, & intus paucis castitas simulata uix sonat. Præbentur propatula pudendis, & secreta laudandis. Decus latet, & dedecus patet. Quod malum geritur, omnes conuocat spectatores

tores: quod bonum dicitur, uix aliquos inuenit auditores: tanquam honesta erubescenda sint, & inhonesta glorianda. Sed ubi hoc nisi in dæmonũ templis: ubi nisi in fallaciæ diuersoriis? Illud enim fit ut honestiores, qui pauci sunt, capiantur: hoc autẽ ne plures qui sunt turpissimi, corrigantur. Vbi & quãdo sacrati Cœlestis audiebant castitatis præcepta, nescimus, [b]ante ipsum tamẽ delubrum ubi simulachrum illud locatum conspiciebamus, uniuersi undiq; cõfluentes, & ubi quisq; poterat stantes, ludos qui agebantur intentissimi spectabamus, intuentes alternante cõspectu, hinc meretriciã pompam, [c]illinc uirginẽ deam, illam suppliciter adorari, ante illam turpia celebrari. Non ibi pudibũdos mimos, nullam uerecundiorẽ scenicã uidimus: cuncta obscœnitatis implebantur officia. Sciebatur uirginali numini quid placeret, & exhibebatur quod de tẽplo domum matrona doctior reportaret. Nõnullæ pudentiores auertebãt faciem ab impuris motibus scenicorum, & artem flagitij uidere erubescẽtes furtiua intentiõe discebant. Hominibus nanq; uerecũdabantur ne auderent impudicos gestus ore libero cernere, sed multo minus audebant sacra eius, quam uenerabantur casto corde damnare. Hoc tamen palàm discendũ præbebatur in tẽplo, ad quod perpetrandum saltem secretum quærebatur in domo. Mirũ nimiũ si ullus ibi erat pudor mortalium, quo humana flagitia non libere homines committerẽt, quæ apud deos etiam religiosè discerent, iratos habituri nisi etiam exhibere curarẽt. Quis enim alius spiritus occulto instinctu nequissimas agitat mentes, & instat faciendis adulteriis, & pascitur factis, nisi qui etiam sacris talibus oblectatur, constituens in templis simulachra dæmonum, amans in ludis simulachra uitiorum, susurrans in occulto uerba iustitiæ ad decipiendos etiam paucos bonos, frequentãs in aperto inuitamẽta nequitię, ad possidendos innumerabiles malos?

L. VIVES

a Quid est quod idem ipsi.] Locus deprauatus. sic esset sensus apertior, quid est quũ idem ipsi dæmones qui se huiusce modi uoluptatibus immũdos spiritus esse confitentur. & pòst: autores se uitæ sceleste immundæq; testentur. b Ante ipsum tamẽ delubrũ ubi simulachrũ.] De Floræ deæ ludis sentit, qui à meretricibus turpissimis & impudentissimis celebrabantur, ut Plutarchus, & Ouidius & alij scribunt: quippe quum fuerit & Flora ipsa meretrix. Lactantius libro primo, Celebrantur Floræ ludi cum omni lasciuia, cõuenientes memoriæ meretricis. Nam præter uerborum licentiam, quibus obscœnitas omnis effunditur, exuũ-

Flora dea

A tur etiã uestibus populo flagitante meretrices, quæ tũc minorum funguntur officio, & in cõspectu populi usq; ad satietatem impudicorum luminum cum pudendis motibus detinentur. c Illinc uirginem deam, illam suppliciter adorari.] Vestã. Pridie Calẽdas Maias festum erat Floræ, & Vestæ, & Apollinis, & Augusti in Palatio. Ouidius quarto Fastorum:

Exit & in Maias festum Florale calendas.
Tunc repetam, nunc me grandius urget opus.
Aufert Vesta diem, cognati Vesta recepta est
Limine, sic iusti constituere patres
Phœbus habet partem, Vestæ pars altera cessit,
Quod superest illis tertius ipse tenet.
State palatinæ Laurus, prætextaq; quercus
Stet, domus æternos tres habet una deos.

Quanta euersione publicæ disciplinę Romani dijs suis placandis sacraue-rint obscœna ludorum. Cap. XXVII

[a]IR grauis & Philosophus Tertullius ædilis futurus, clamabat in auri
V bus ciuitatis, inter cætera sui magistratus officia sibi Floram matrem ludorũ celebritate placãdam: [b] Qui ludi tanto deuotius, quanto turpius celebrari solent. [c]Dicit in alio loco iam cõsul in extremis periculis ciuitatis, & ludos per decẽ dies factos: neque rem ullam quæ ad placandos deos pertineret prętermissam. quasi non satius erat tales deos irritare temperantia, quàm placare luxuria: & eos honestate ad inimicitias prouocare, cũq; tanta deformitate lenire. Neque enim grauius fuerant quamlibet crudelissima immanitate nocituri [d]homines, propter quos placabãtur, cũq; nocebant ipsi cum uitiositate fœdissima placarentur. Quandoquidẽ ut auerteretur, quod metuebatur ab hoste in corporibus, eo modo dij conciliabantur, quo uirtus debellaretur in mentibus, qui non opponerentur defensores oppugnatoribus mœniũ, nisi prius fierent expugnatores morum bonorum. Hanc talium numinũ placationem petulantissimam, impurissimam, impudentissimam, nequissimam, immundissimam, cuius actores laudanda Romanæ uirtutis indoles honore priuauit, [e]tribu mouit, agnouit turpes, fecit infames: hanc inquam pudendam ueræq; religioi aduersandam & detestandam talium numinum placationem, has fabulas in deos illecebrosas atque criminosas, hæc ignominiosa deorum facta scelerate turpiterq; conficta, uel sceleratius turpiusq; cõmissa, oculis & auribus publicis ciuitas tota discebat: hæc commissa numinibus placere cernebat, & ideo non solum illis exhibenda, sed sibi quoq; imitanda

tanda credebat: non illud nescio quid uel bonum uel honestũ, quod tam paucis, & tam occulte dicebatur, si tamen dicebatur, ut magis ne innotesceret quàm ne non fieret, timeretur.

L. VIVES

a Vir grauis & philosophus Tertullius.] Legendũ esse Tullium certum est: Nam ea quæ hic ex eo adducit Augustinus, sunt in eius orationibus. Dicendum ergo, uel: Vir grauis & philosophaster Tullius: ut irrideat Augustinus eius philosophiam, quæ à tam nullis religionibus nequiuerit ipsum liberare: uel, Vir grauis & philosophus ter Tullius, ut non solum uulgus, sed principes deditos esse huiusmodi spurcitijs ostendat: nec quosuis principes, sed graues, & eosdẽ philosophos, nec infimæ notæ, sed præcipuos: ut ter ad augendam significationẽ eius philosophiæ faciat, sicut ter maximus. Cicero ergo Actione in Verrem sexta: Nunc sum designatus ædilis, habeo rationem quid à populo Romano acceperim: mihi ludos sanctissimos maxima cum cæremonia Cereri, Libero, Liberæq; faciẽdos, mihi Floram matrem populo, plebiq; Romanæ ludorum celebritate placandam. b Qui ludi.] Tales erant ut præsente Catone minore actores agere noluerint. Seneca, Valerius, Plutarchus, Martialis. c Dicit in alio loco iam cõsul.] Actione in Catilinam tertia. d Homines propter quos.] Catilina cum suis coniuratis. e Tributa amouit.] In antiqs est, tribu mouit. melius.

Ædilis curulis officium

De Christianæ religioĩs salubritate. Caput XXVIII

B istarum ergo immundissimarum potestatum tartareo iugo & societate pœnali erui per Christi nomen homines, & in lucem saluberrimæ pietatis ab illa perniciosissimæ impietatis nocte transferri queruntur, & murmurant iniqui & ingrati, & illo nephario spiritu altius obstrictiusq; oppressi, quia populi confluunt ad ecclesias casta celebritate, honesta utriusq; sexus discretione: ubi audiant, quàm bene hic ad tempus uiuere debeant, ut post hanc uitam beate semperq; uiuere mereantur. Vbi sancta scriptura iustitięq; doctrina, de superiore loco in cõspectu omnium personante, & qui faciunt, audiant ad præmium, & qui non faciũt, audiant ad iudicium. Quo etsi ueniunt quidam talium præceptorum irrisores, omnis eorum petulantia aut repẽtina immutatione deponitur, aut timore uel pudore cõprimitur. Nihil enim eis turpe ac flagitiosum spectandũ imitandũq; proponitur, ubi ueri dei, aut præcepta, insinuantur, aut miracula narrantur, aut dona laudãtur, aut beneficia postulantur.

De abijciendo cultu deorum, cohortatio ad Romanos. Cap. XXIX

AE C potius cõcupisce ó indoles Romana laudabilis, ó progenies Regulorum, Scæuolarum, Scipionũ,
H [a]Fabriciorum: hæc potius concupisce, hæc ab illa turpissima uanitate & fallacissima dæmonũ malignitate discerne. [b]Si quid in te laudabile naturaliter eminet, nisi uera pietate purgatur atq; perficitur, impietate autem dispergitur, & punitur. Nũc iam eligе quid sequaris, ut nõ in te, sed in deo uero sine ullo errore lauderis. Tũc enim tibi gloria popularis affuit, sed occulto iudicio diuinæ prouidentiæ uera religio, quã eligeres, defuit. Expergiscere, [c]dies est, [d]sicut experrecta es in quibusdam, de quorũ uirtute perfecta, & pro fide uera etiam passionibus gloriamur, qui usq; quaq; aduersus potestates inimicissimas conflígẽtes, easq; fortiter moriendo uincẽtes, sanguine nobis hanc patriam peperere suo, Ad quam patriam te inuitamus, & exhortamur, ut eius adijcias numero ciuiũ, cuius quodammodo asylum est uera remissio peccatorum. Nõ audias degeneres tuos Christo Christianisue detrahẽtes, & accusantes uelut tempora mala, cum quærãt tempora in quibus non sit quieta uita, sed potius secura nequitia. Hæc tibi nunquam, nec pro terrena patria placuerunt. Nunc iam cœlestem arripe, pro qua minimum laborabis, & in ea ueraciter semperq; regnabis. Illic enim tibi nõ Vestalis focus, [e]non lapis Capitolinus, sed deus unus & uerus, [f]qui nec metas rerum, nec tempora ponet, imperium sine fine dabit. Noli deos falsos fallacesq; requirere, abijce potius, atque contemne in ueram emicans libertatem. Non sunt dij, maligni sunt spiritus, quib. æterna tua
D felicitas pœna est. [g]Nõ tã Iuno Troianis à quibus carnalẽ originẽ ducis, arces uidetur inuidisse Romanas, cũq; isti dæmones, quos adhuc deos putas, omni generi hominũ sedes inuident sempiternas. Et tu ipsa non parua ex parte de talibus spiritibus, iudicasti quando ludis eos placasti, & per quos homines eosdem ludos fecisti, infames esse uoluisti. Patere asseri libertatẽ tuã aduersus immũdos spiritus, qui tuis ceruicibus imposuerant sacrãdam sibi & celebrandã ignominiam suam. Actores criminum diuinorum remouisti ab honorib. tuis, supplicia deo uero,

ut à te remoueat illos deos, qui delectantur cri/ A minibus ſuis, ſiue ueris, quod ignominioſiſsimum eſt, ſiue falſis, quod malitioſiſsimum eſt. Bene quod tua ſponte hiſtrionibus & ſcenicis ſocietatem ciuitatis patere noluiſti, euigila plenius, nullo modo his artib. placatur diuina maieſtas, quibus humana dignitas inquinatur. Quo igitur pacto deos qui talibus delectantur obſequijs haberi putas in numero ſanctarum cœleſtium poteſtatũ, quum homines per quos eadem aguntur obſequia, non putaſti habendos in numero qualiumcunq; ciuium Romanorum? Incõparabiliter ſuperna eſt ciuitas clarior: ubi uictoria, ueritas: ubi dignitas, ſanctitas: ubi pax, felicitas: ubi uita, æternitas. Multo minus habet in ſua ſocietate tales deos, ſi tu in tua tales homines habere erubuiſti. Proinde ſi ad beatam peruenire deſideras ciuitatẽ, deuita dæmonum ſocietatem. Indigne ab honeſtis coluntur, qui per turpes placantur: ſic iſti à tua ſocietate remoueantur purgatione Chriſtiana, quomodo illi à tua dignitate remoti ſunt notatione cẽſoria. De bonis autem carnalibus, quibus ſolis mali perfrui uolunt, & de malis carnalibus quę ſola perpeti nolunt: quod neq; in his habeant, quam putantur habere iſti dæmones C poteſtatem, quanquam ſi haberẽt, deberemus potius etiã iſta contemnere, quàm propter iſta eos colere, & cos colendo ad illa quæ nobis uident peruenire non poſſe: tamen nec in iſtis eos hoc ualere quod hi putant, qui propter hęc eos coli oportere contendunt: deinceps uidebimus, ut hic ſit huius uoluminis modus.

L. VIVES

a Fabritiorum.] Fabritius cõſul fuit bello Pyrrhi, quo tempore maxime uiguit Romana uirtus, uir fortiſſ. pauper, continens, ab omni uel opum, uel uoluptatum, uel honoris cupiditate alienus. b Si quid in te laudabile.] Semina in nobis eſſe uirtutum, Stoici dicebant à natura indita, aliis maiora, aliis minora, ea excoli, augeri, perfici diſciplina, educatione, exercitatione. c Dies eſt.] Ad illud Pauli ad Rom. xiij. Nox præceſſit, dies appropinquauit. Dies eſt clara notitia bonorum in cuius poteſtate eſt ſol, ſicut ait Pſalmiſta: Nox obſcura & tenebroſa. d Sicut experrecta es in quibuſdã.] Romanos aliquot ad Chriſtũ cõuerſos eſſe. e Non lapis capitolinus.] Iouis ſimulachrũ in Capitolio erat lapideum. hinc per Iouem lapidẽ ſanctiſſimum Romanis iuſiurandum, ut etiam in prouerbium ceſſerit. f Qui nec metas.] Verba ſunt Iouis apud Vergilium, primo Aeneid. promittentis imperiũ Romanis æternum, Quanto Saluſtius ſapientius in oratione ad C. Cæſarem ſenem, futurum aliquando pop. Rom. excidium ait. & Aphricanus minor quum incendium Carthaginis ſpectaret, lachrymabundus Homeri uerſu ſignificauit arſuram quoq; aliquando ſuam Romam. g Nõ tam Iuno.] Eodem primo Aencidos.

Fabritius

Semina uirtutum

Dies

ELENCHVS CAPITVM
IN DIVI AVRELII AVGVSTINI DE
CIVITATE DEI LIBRVM TERTIVM.

1 De aduerſitatibus quas ſoli mali metuunt, & quas ſemper paſſus eſt mũdus cum deos coleret.
2 An dij qui à Romanis & à Græcis ſimiliter colebãtur cauſas habuerint, quibus Ilium pateren tur excindi.
3 Non potuiſſe offendi deos Paridis adulterio, quod inter ipſos traditur frequentatum.
4 De ſententia Varronis, qua utileeſſe dixit ut ſe homines dijs genitos mentiantur.
5 Nõ probari, quod dij adulteriũ Paridis punierint, quod in matre Romuli non ulti ſunt.
6 De parricidio Romuli, quod dij non uindicarunt.
7 De euerſione Ilij, quod dux Marij Fimbria excidit.
8 An debuerit dijs Iliacis Roma committi.
9 An illam pacem quæ ſub Numæ regno fuit deos præſtitiſſe credendum ſit.
10 An optandum fuerit, quod tanta bellorum rabie Romanorum augeretur imperium, cum eo ſtudio quo ſub Numa auctum eſt, & quietum eſſe potuit & tutum.
11 De ſimulachro Cumani Apollinis, cuius fletus creditus eſt cladem Græcorum quibus opitulari non poterat, indicare.
12 Quantos ſibi deos Romani præter conſtitutionem Numæ adiecerint, quorum eos numeroſitas nihil adiuuerit.
13 Quo iure, quo fœdere Romani obtinuerint prima coniugia.
14 De impietate belli, quod Albanis Romani intulerũt, & de uictoria dominãdi libidine adepta.
15 Qualis Romanorum regum uita atq; exitus fuerit.
16 De primis apud Romanos conſulibus quorum alter alterũ patria pepulit, moxq; Romę poſt atrociſsima parricidia à uulnerato hoſte uulneratus interijt.
17 Poſt initia conſularis imperij quibus malis uexata fuerit Romana reſpublica, dijs non opitulantibus quos colebat.
18 Quantæ clades Rom. ſub bellis Punicis triuerint, fruſtra deorum præſidijs expetitis.
19 De afflictione belli Punici ſecundi, qua uires utriuſq; partis conſumptæ ſunt.
20 De exitio Saguntinorum quibus propter Romanorum amicitiam pereuntibus dij Romani auxilium non tulerunt.
21 Quàm ingrata fuerit Romana ciuitas Scipioni liberatori ſuo: & in quibus morib. egerit, quando eam Saluſtius optimam fuiſſe deſcribit.
22 De Mithridatis edicto, quo omnes ciues Rom. qui intra Aſiam inuenirentur iuſſit occidi.
23 De interioribus malis, quibus Romana reſpublica exagitata eſt, præcedente prodigio, quod in rabie omnium animalium, quæ hominibus ſeruiunt, fuit.
24 De diſcordia ciuili, quam Gracchiæ ſeditiones excitauerunt.
25 De æde Concordiæ ex ſenatuſconſulto in loco ſeditionum & cædium con di.
26 De diuerſis generibus belli, quæ poſt conditam ædem Concordiæ ſunt ſecuta.
27 De bello ciuili Mariano atq; Syllano.
28 Qualis fuerit Syllana uictoria uindex Marianæ crudelitatis.
29 De comparatione Gothicæ irruptionis, cum eis cladibus quas Romani, uel à Gallis, uel à bellorum ciuilium autoribus acceperunt.
30 De connexione bellorũ, quæ aduentum Chriſti plurima & grauiſsima præceſſerun t.
31 Quàm impudenter præſentia incommoda Chriſto imputent, qui deos colere non ſinuntur, cum tantæ clades contra eos tempore quo colebantur extiterunt.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
EPISCOPI AD MARCELLINVM
DE CIVITATE DEI LIBER TERTIVS.

155

De aduersitatibus quas soli mali metuunt, & quas semper passus est mundus dum deos coleret. Caput I

IAM fatis dictum esse arbitror, de morum malis, & animorum, quæ præcipue cauenda sunt, nihil deos falsos populo cultori suo, quo minus eorum malorum aggere premeretur, subuenire curasse, sed potius, ut maxime premeretur egisse. Nunc de illis malis uideo dicendum, quæ sola isti petere nolũt, qualia sunt fames, morbus, bellum, expoliatio, captiuitas trucidatio, & si qua similia, iam in primo libro cõmemorauimus. Hæc enim sola mali deputant mala, quę non faciunt malos: nec erubescunt inter bona quę laudant, ipsi mali esse qui laudant: magisq; stomachantur [b]si uillam malam habeant, quàm si uitam. Quasi hoc sit hominis maximum bonum habere bona omnia præter seipsum: sed necq; talia mala, quæ isti sola formidãt, diis eorum quãdo ab eis libere colebantur, ne illis acciderẽt obstiterũt. Cum enim uariis per diuersa loca temporibus ante aduẽtum redemptoris nostri, innumerabilibus non nullisq; etiã incredibilibus cladibus genus contereretur humanũ, quos alios quàm istos deos mundus colebat, excepto uno populo Hebræo, [b]& quibusdam extra ipsum populum, ubicunq; gratia diuina digni occultissimo, atq; iustissimo dei iudicio fuerunt? Verum ne nimium longum faciam, tacebo alia rum usq; quaq; gẽtium mala grauissima: quod ad Romam pertinet, Romanumq; imperium tantum loquar, id est ad ipsam proprie ciuitatẽ, & quæcunq; illi terrarum, uel societate conuinctæ, uel conditione subiectæ sunt, quę sint perpessæ ante aduentum Christi, cum iam ad eius quasi corpus reipublicæ pertinerent.

156

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI IN TERtium librum De ciuitate dei, Diui Aurelij Augustini commentaria.

I illa mala.] In uetustis codicibus. Si uillam malam. quod est acutius dictum per denominationem b Et quibusdam extra ipsum populum.] Vt Iob, & quidam inter gentiles alij ad naturæ legem uitam suam dirigentes: de quibus alibi.

An dij, qui & à Romanis & à Græcis similiter colebantur, causas habuerint quibus Iliũ paterẽtur excidere. Ca. II

PRIMVM ipsa Troia uel Ilium, unde origo est populi Romani, neq; enim prætereundum, aut dissimulandum est quod & in primo libro attigi, eosdem habens deos & colens, cur à Græcis uictum, captum, atque deletum est: [a]Priamo, inquiunt, sunt reddita Laomedontea paterna periuria. [b]Ergo uerum est quod Apollo atq; Neptunus eidem Laomedonti mercenarijs operibus seruierũt. Illis quippe promisisse mercedem falsumq; iurasse perhibetur. Miror Apollinem nominatum diuinatorem in tanto opificio laborasse, nescientem quod Laomedon fuerat promissa negaturus. Quanquam nec ipsum Neptunum patruum eius, fratrem Iouis, regẽ maris decuit ignarum esse futurorum. [c]Nam hunc Homerus de stirpe Aeneæ, à cuius posteris condita Roma est, [d]cum ante illam urbem conditam idem Poeta fuisse dicatur, inducit magnum aliquid diuinantem, quem etiam nube rapuit, ut dicit, ne ab Achille occideretur, cuperet cum uertere ab imo, [e]quod apud Vergiliũ cõfitetur, structa suis manibus periuræ mœnia Troiæ. Nescientes igitur tanti dij Neptunus & Apollo Laomedontem sibi negaturum esse mercedem, structores mœnium Troianorũ gratis & ingratis fuerunt. Videãt ne grauius sit tales deos credere, cp dijs talibus peierare. Hoc enim nec ipse Homerus facile credidit, [f]qui Neptunũ quidẽ contra Troianos, Apollinẽ autẽ pro Troianis pugnantẽ facit, cum illo periurio ambos fabula narret offen

sos. Si igitur fabulis credunt, erubescãt talia colere numina. Si fabulis non credunt, nõ obtendant Troiana periuria, aut mirentur deos periuria puniisse Troiana, amasse Romana. Vnde enim cõiuratio Catilinæ in tanta tamq; corrupta ciuitate, habuit etiã eorum grandẽ copiam, quos manus atq; lingua periurio, aut sanguine ciuili alebat? [g]Quid enim aliud toties senatores corrupti in iudicijs, [h]toties populus in suffragijs, uel in quibusq; causis, quæ apud eum cognitionibus agebãtur, [i]nisi etiam peierando peccabant? Nam corruptissimis moribus ad hoc mos iurandi seruabatur antiquus, nõ ut à sceleribus metu religionis prohiberentur, sed ut periuria quoq; sceleribus cæteris adderentur.

L. VIVES

a PRiamo, inquiunt.] Vergilius, primo Georgicon: Satis iam pridem sanguine nostro Laomedontææ luimus periuria Troiæ.

b Ergo uerum est, quod Apollo.] Apollo & Neptunus cũ Laomedontẽ Phrygiæ regem mœnibus Troiam circundare uiderent, opusq; esse ingens, operam suam regi locauerunt magna auri mercede, quã perfecto opere Laomedon est inficiatus. c Nam hũc Homerus.] Cum Aeneas quodam prælio cum Achille manũ conseruisset, superareturq; ab eo, ac parum abesset, quo minus à fortiore Achille occideretur, Neptunus sic loquitur apud Homerum Iliados γ.

Vaticinium Neptuni

Αλλ' ἴομεν· ἡμῖν πῆρ μὴ νῦν ἐπὶ δεύατα δόξῃ μάχης
Μή πως νῶϊ προνοίσιν ικηλόβοτης, ἀδὶ νον ἀχαιοὺς
Τὸν ὃ ἰκανέτην· μόρσιμον δέ οἱ ὑπ' ἀδαῶσαι
Ορφνὸν μὴ ἔσται ἅπασιν γενὴ καρηνῷ ἴλιος
Αὐτοῦ δὲ λαοσσόου πρὸς πάντων φίλατο πάλαμη
Οἱ ἔθεν ἐξιγάνοντο γυναικῶν τε ὑπερόπλων.
Η δὴ γὰρ πεμέσαμεν γενεὴν ἴξμεν προνίοντι.
Νῶϊ δὲ αἰνείαο δίη τρώεσσιν ἀνάξῃ
Καὶ παίδεσσι παίδων τοι, μετὰ οἱ μετόπισθε γένωνται.

Quos uersus sic utcũq; Latinos fecimus, solum ut intelligi à Latinis possint.

Funere nos istum iam nunc reuocemus acerbo,
Irarum sæuos ne æstus Saturnius heros
Colligat, hunc leto proles Pellæia forte
Si dederit. tristi licet hunc subducere fato:
Ne stirps tota cadat, cæcisq; oppressa tenebris
Intereat gens illa, fuit charus cui Dardanus autor.
Quem pater omnipotẽs reliquis plus omnibus unum
Fœmina quos ipsi genuit, complexus amore est.
At postquam Priami gentem iam Iupiter odit,
Viribus Aeneas & maiestate uerendus
Iura dabit Phrygijs: natiq; & cuncta propago
Aeternũ accipiet regnum, illa in gente uetustum.

Propter hos Homeri uersus Dionysius Halicarnasseus scribit prodidisse multos Aeneã relictis in Italia socijs ad Phrygiam redijsse, ibiq; instauratam Troiam regnasse, ac regnũ per manus filio tradidisse. Verũ Homerus de regno & Troia Italica loquebatur, quæ à Troia illa Phrygia manauerat, id est de Lauinijs & Albanis, quorũ origo fuit à Troianis Aeneæ socijs. d Cũ ante illam urbẽ conditam.] Nec de tempore urbis conditæ, neq; de Homeri uatis ætate satis inter scriptores conuenit: tametsi de Roma minor ambiguitas. Plutarchus in Romulo fundamenta urbis Romæ à Romulo & Remo iacta scribit, anno tertio sextæ olympiadis, quo die fuit Lunæ defectus. Dionysius & Eusebius primo anno septimæ olympiadis cõditã uolũt, post dirutũ Iliũ anñ. cccc xxxij

Roma quando condita

Solinus in polyhistore. Cinclo Romam xij. olympiade placet conditã: Pictori Octaua: Nepoti & Luctatio opiniones Eratosthenis, & Apollodori cõprobantib. olympiadis vij. anno ij. Põponio Attico & M. Tullio olympiadis vij. anno iij. Collatis igit nostris & Græcorũ temporibus, incipiẽte olympiade vij. Romã conditã post Iliũ captũ cccc xxxij. anno. De Homeri tẽporibus, & de patria, & parẽtibus maxima cõtentio ex Græcis autorib. Quidã Homerũ interfuisse Troiano bello scribũt. Certe ipse in primo Odyss. libro, Phemiũ præceptorẽ suum psallentẽ in procorũ conuiuio inducit: nisi hoc ambitiose nimis fecerit in gratiã magistri parũ seruata ratione temporũ. Alij centũ annis post confectũ Troianũ bellũ affirmãt uixisse. Nõ desunt qui huic numero quinquaginta annos adijciãt. Aristarchus eo tẽpore uixisse Homerũ est autor, quo in Ioniam colonia est deducta, post Heraclidarũ descẽsum annis lx. à bello Troiano cxxx. Crates nondũ lxxx. annos putat interesse inter dirutũ Ilium & natũ Homerũ. quidã eum scribunt Telemacho Vlyssis filio & Polycasta Nestoris filia genitũ. In libris uero Chronicis Eusebij Cæsariẽsis põtificis sic scribit: In Latina historia reperimus Agrippa apud Latinos regnante Homerus in Græcia claruit, ut testatur Apollodorus grammaticus, & Euphorbius historicus, ante urbem cõditam annis cxxiij. & ut ait Cornelius Nepos, ante olympiadẽ primã annis centũ. Quamcunq; igitur rationẽ temporum sequi libeat, Homerus erit urbe Roma antiquior. Quod & Cicero testatur in Tus. quæst.

Homeri tempora

e Quod apud Verg.] v. Aeneid.

Pelidæ tunc ego forti
Congressum Aeneam, nec dijs nec uiribus æquis
Nube caua eripui: cuperem cum uertere ab imo
Structa meis manibus periuræ mœnia Troiæ.

e Gratis & ingratis.] Prius aduerbium est, posterius nomen. f Qui Neptunum.] Postquam mercede iusta fraudatus est Neptunus, Troianis infensus semper fuit. Apollo facilior & clementior nihilo eis minus fauit quàm antea. Vergilius in sexto:

Apollo Troianis fauit

Phœbe graues Troiæ semper miserate labores,
Dardana qui Paridis direxti tela, manusq;
Corpus in Aeacidæ.

Phemius Homeri præceptor

g Quid enim aliud toties seruatores.] Lege Sẽpronia quã tulit C. Gracchus, quæster ordo iudicauit per xx. annos sine infamia. Lege deinde Plautia ex singulis tribubus quini deni sunt creati comitijs populi, qui eo anno iudicarẽt. Id factũ est altero anno Italici belli, Gneo Põpeio Sexti filio, & L. Catone coss. Postea lege Cornelia quã tulit L. Sylla, iudicia trãslata sunt ad senatũ: iudicarũt x. annos turpissime & corruptissime. Cicero in Verrem, quum adhuc amplissimus ordo iudicaret, de corruptis iudicijs multũ queritur. Postremo lege Aurelia, quam tulit M. Aurelius Cotta prætor, uterq; ordo iudicauit. h Toties pop.] Lucanus in primo:

Lex Sẽpronia de iudicijs
Lex Plautia
Lex Cornelia
Lex Aurelia

Hinc rapti fasces precio, fectorq; fauoris
Ipse sui populus, letalisq; ambitus urbi
Annua uenali referens certamina campo.

i Nisi etiam peierando.] Nam iudices iurati iudicabãt, & populus quũ in suffragiũ mittebat tacito iureiurando astringebatur perfectis modo sacris, nec precijs, nec gratiã antiquius salute reipublicæ habiturum.

Nõ potuisse offendi deos Paridis adulterio, q d' inter ipsos traditur frequẽtatũ. III

VLLA itaq; causa est, quare dij, quibus, ut dicunt, steterat illud imperium, cum à Græcis præualentibus probentur uicti, Troianis peieranti bus fingantur irati. [a]Nec adulterio

Paridis, ut rurſus à quibuſdam defenduntur, ut Troiam deſererent ſuccenſuerunt. Autores enim doctoresq; peccatorum eſſe aſſolent, non ultores. [b]Vrbem Romam, inquit Saluſtius, ſicuti ego accepi condidere atq; habuere initio Troiani: qui Aenea duce profugi, incertis ſedib. uagabantur. Si ergo adulterium Paridis uindicandum numina cenſuerunt, aut magis in Troianis, aut etiam in Romanis puniẽdum fuit, [c]quia Aeneæ mater hoc fecit. Sed quomodo in illo illud flagitium oderant, qui in ſua ſocia Venere non oderãt, ut alia omittam, quod cum Anchiſe commiſerat, ex quo [d]Aeneam pepererat? An quia illud factum eſt indignãte Menelao, illud autem concedente [e]Vulcano? Dij enim credo non zelant cõiuges ſuas, uſq; adeo ut eas etiam cum hominibus dignẽtur habere communes. Irridere fabulas fortaſsis exiſtimor: nec grauiter agere tanti ponderis cauſam. Non ergo credamus, ſi placet, Aeneam fuiſſe Veneris filium. Ecce concedo, [f]ſi nec Romulum Martis. [g]Si autem illud, cur non & illud? An deos fas eſt hominibus fœminis, mares autem homines deabus miſceri nefas? Dura uel potius non credenda conditio, [h]quod ex iure Veneris in concubitu Marti licuit, hoc in iure ſuo ipſi Veneri non licere. At utrunq; firmatum eſt autoritate Romana. Neq; enim minus credidit recentior [i]Cæſar [k]auiam Venerem, quàm patrem [l]antiquior Romulus Martem.

L. VIVES

a Adulterio Paridis.] Hoc opinor omnibus & lippis notum & tonſoribus eſſe, ut inquit ille. Nemo neſcit bellum Troianum natum eſſe, quòd Alexander Paris Helenam Menelai uxorem rapuerit.

b Vrbem Romam.] Quo tempore & à quibus condita fuerit Roma, Dionyſius, Solinus, Plutarchus, & alij permulti, multa & longe diuerſiſsima referũt. ab eis petat, qui hæc fuſe uoluerit cognoſcere. c Quia Aeneæ mater] Veneris lenocinio uſus eſt Paris in Helena rapienda. Hoc enim munere Venus in iudicio dearum de forma Paridem iudicem corrupit. d Aeneam.] Anchiſæ & Veneris fuit filius. Vergilius:

Tune ille Aeneas, quem Dardanio Anchiſa
Alma Venus Phrygias genuit Simoentis ad undas

Et Lucretius:

Aeneadum genitrix hominum, diuûmq; uoluptas
Alma Venus.

Romuli pater e Vulcano.] Qui maritus erat Veneris. f Si nec Romulum Martis.] Diony. Halicar. ad Martis lucum quum Ilia Veſtalis uirgo iſſet aquæ puræ hauriẽdæ gratia, in templo compreſſa eſt. Sunt qui putent ab aliquo ex procis, alij ab Amulio ipſo patruo dicunt armato, *Aeneæ mater* alij à genio loci. Hæc ille. Ego uero & Romulum militis cuiuſpiam fuiſſe filium credo, & Aeneam alicuius ſcorti. Et quia milites ſub Marte eſſe ſunt exiſtimati, & ſcorta ſub Venere, idcirco Romuli pater Mars, Aeneæ mater Venus eſt dicta. quæ fuerit Aeneæ mater uera, hæc eſt una ex ineptiis illis & ſtultis Grammaticorum quæſtiũculis de quibus diſputari in illis quatuor milib. Didymi uoluminibus Seneca ſcribit. g Si autẽ illud, cur non & illud?] Pro hoc & illud, Græco more, uel etiam Latino, ſed poetice magis q̃ oratorie. h Quod ex iure Veneris.] Occulta deriſio, ſed faceta. Mars Venerem adulteratus eſt: hoc licuit Marti in iure Veneris, hoc eſt, in ratione concubitus, & libidinis, quæ ſunt ſub Venere, cur non idem in libidine ipſa, & luxuria licebit ipſi Veneri, quæ eſt earũ domina? quod licet alienis beneficio Veneris, cur Veneri nõ permitteretur in ſuo libidinoſo regno tam libere uerſari, q̃ alijs in quod Veneris permittitur, & quidem à Venere ipſa? i Cæſar.] *Cæſaris genus* Hic gentis erat Iuliæ, quæ in Iulum Aeneæ filiũ genus referebat, & per Iulum in Venerem. Iulia gens ex Alba longa in urbem à Tullo rege traducta eſt, & inter patritias allecta. Idcirco Cæſar dictator templũ Veneri ſtruxit, quod Veneris genitricis appellauit. Idem Cæſar ipſe apud Tranquillum: Amitæ, inquit, meæ Iuliæ maternum genus ab regibus ortum, paternum cum dijs immortalibus coniunctum eſt. Nam ab Anco Martio ſunt Martij Reges, quo nomine fuit mater: à Venere Iulij, cuius gentis familia eſt noſtra. k Auiam.] Pro quauis progenitrice poſuit, ut fit ſæpe. l Antiquior.] Antiquior Romulus, & recentior Cæſar propter tempora quibus uixerunt: inter quos ſexcentum anni & plures interfluxere.

De ſententia Varronis, qua utile eſſe dixit, ut ſe homines ex dijs genitos mentiantur. Cap. IIII

DIXERIT aliquis: Itane tu iſta credis? Ego uero iſta non credo. Nam & uir doctiſsimus eorum Varro falſa hæc eſſe, quamuis non audenter, neque fidenter, penè tamen fatetur. Sed [a]utile eſſe ciuitatibus dicit, ut ſe uiri fortes etiam ſi falſum ſit ex dijs genitos eſſe credant: ut eo modo animus humanus uelut diuinæ ſtirpis fiduciam gerens, res magnas aggrediẽdas præſumat audacius, agat uehementius, & ob hoc impleat ipſa ſecuritate felicius. Quæ Varronis ſententia expreſſa ut potui meis uerbis, cernis quàm latum locum aperiat falſitati: ubi intelligamus plura iam ſacra & quaſi religioſa potuiſſe confingi: ubi putata ſunt ciuibus etiã de ipſis dijs prodeſſe mendacia. Sed utrum potuerit Venus ex concubitu Anchiſæ Aeneã parere, uel Mars ex Syluię cõcubitu [b]filiæ Numitoris Romulũ gignere, in medio relinquamus. Nã penè talis quæſtio etiã de ſcripturis noſtris oboritur: qua quæritur, utrum præuaricatores angeli cum filiabus hominum cõcubuerint: unde natis gigãtibus, id eſt nimium grandibus ac fortibus uiris, tunc terra completa.

L. VIVES

Vtile exiſtimari diuino ſemine ſatum a Vtile eſſe ciuitatibus.] Ipſis etiam qui fingũt utilius, quo populis utanť ſecundioribus. Sic Scipio nunquã eleuari illam hominum exiſtimationem uoluit, quod diuino ſemine ortus eſſet: & apud Lucianum Alexander utile ſibi ad res gerendas dicit fuiſſe, quod filius Iouis Ammonis ſit habitus. Timebatur enim, nec aliquis repugnare ipſi audebat, nempe quem crederet deum, οἱ βάρβαροι, inquit, κατεπλάγησάν με, καὶ οὐδεὶς ἔτι ἀνθίστατο, οἰόμενοι θεῷ μάχεσθαι· ὥς τε ῥᾷον ἐκράτουν αὐτῶν.

Numitor & eius liberi b Filiæ Numitoris.] Numitor Procæ Albanorum regis filius fuit, Amulij frater. Et quidem natu maior, ſed iniuria fratris priuatus uixit, Amulio regnum per uim & dolum occupante. Numitor filium habuit Lauſum, & filiam Rheam, ſiue Iliam Syluiam. Puer eſt occiſus, puella Veſtalibus ab Amulio præfecta eſt, ut obtentu religionis prole perpetuo careret, quæ tamen gemellos, ut dixi, Romulũ & Remum ex incerto patre edidit.

Non probari quod dij adulteriũ Paridis punierint, quod in matre Romuli non ulti ſunt. Cap. V

PROINDE ad utrunq; interim modo noſtra diſputatio referatur. Si enim uera ſunt quæ apud illos de matre Aeneæ & de patre Romuli lectitãtur, quomodo poſſunt dijs adulteria diſplicere hominum, quæ in ſeipſis concorditer ferunt? Si autem falſa ſunt, nec ſic quidem poſſunt iraſci ueris adulterijs humanis, qui etiã falſis delectantur ſuis. Huc accedit, quoniam ſi illud de Marte non creditur, ut hoc quoque de Venere non credatur. Nullo igitur diuini cõcubitus obtentu matris Romuli cauſa defenditur. Fuit autem ſacerdos Syluia Veſtalis, & ideo dij magis in Romanos ſacrilegum illud flagitium q̃ in Troianos Paridis adulteriũ uindicare debuerunt. [a]Nam & ipſi Romani antiqui in ſtupro detectas Veſtales ſacerdotes, uiuas etiã defodiebãt: [b]adulteras autem fœminas, quamuis aliqua damnatione, nulla tamen morte plectebant: uſq; adeo grauius quæ putabãt adyta diuina, quàm humana cubilia uindicabant.

L. VIVES

Veſtalis uirginis ſupplicium a Nam & ipſi Romani.] Si qua Veſtalis leuiter deliquerat, uerberibus à Pont. max. cædebatur. ſin parum pudice caſtitatem habuerat, ſtuproq; conuicta erat, ſandapila ad portam Collinam efferebatur tanquam mortua, cum luctu propinquorum & neceſſariorum, ſequentibus pontificibus alijsq; ſacerdotibus in mœſto ſilentio. Iuxta portam locus eſt ſubterraneus, ad quem ſcalis deſcenditur, in eum uirgo demittebatur ſola, tollebanturq; ſcalæ, & occludebatur locus undique, ubi ne fame uideretur enecta, panis, lactis & olei aliquãtum ponebatur, ſimul & ardens lucerna: quibus perfectis diſcedebant ſacerdotes, atq; eo die iuſtitium erat in urbe, & mœror pauorq; nõ exiguus, præſertim quòd magnum aliquod malum ſupplicium Veſtalis uirginis ciuitati atq; imperio portendere arbitrabantur. Qualis eſſe Veſtalis uirgo, & quid facere debeat, cum alij, tum Gellius recẽſet fuſe libro Noctium Atticarum primo. b Adulteras autem fœminas.] *Adulteriorum lex nulla ante Cæſarem* Ante Cæſarem Auguſtũ nihil legibus in adulteros eſt cautum. Nemo enim quod equidẽ ſciam, cauſam de adulterio dixit. Nã Clodius de pollutis ſacris Bonæ deæ, non de adulterio eſt poſtulatus: non prætermiſſuris id crimen inimicis, ſi lege eſſet aliquid de eo conſtitutum. Primus Auguſtus legem tulit de adulterijs Iuliam, ſed in uiros, & de pudicitia in fœminas, ſed non ita graui adiecta pœna: quanquam poſtea in utrunq; ſexum data eſt actio adulterij grauiore pœna addita, ut uidere eſt ex reſpõſis Cæſarũ in codice Iuſtiniani, & xlvij. Pandectarum. Dionyſius in Antiquitatibus ſcribit legem cõtra adulteros iam initio urbis ab ipſo Romulo fuiſſe latam: quod credo dictum eſſe ab eo in hiſtoria ἑλληνιστὶ ut alia non pauca.

De parricidio Romuli, quod dij non uindicarunt. Cap. VI

ALIVD adijcio, quia ſi eouſq; peccata hominũ illis numinibus diſplicerent, ut offenſi Paridis facto deſertam Troiam ferro igniq; domarẽt, magis eos contra Romanos moueret Romuli frater occiſus, q̃ contra Troianos Græcus maritus illuſus: magis irritaret [a]parricidium naſcentis, quàm regnantis adulterium ciuitatis. Nec ad cauſam quam nunc agimus intereſt, [b]utrum hoc fieri Romulus iuſſerit, aut Romulus fecerit, quod multi impudẽtia negãt, multi pudore dubitant, multi dolore diſsimulant. Nec nos itaq; in ea re diligentius requirenda per multorum ſcriptorum perpẽſa teſtimonia demoremur. Romuli fratrem palàm cõſtat occiſum: non ab hoſtibus, non ab alienis. Si autem perpetrauit aut imperauit hoc Romulus, magis ipſe fuit Romanorum, quàm Paris Troianorum caput. Cur igitur Troianis iram deorum prouocauit ille alienæ coniugis raptor, & [c]eorundem deorum tutelam Romanis inuitauit iſte ſui fratris extinctor? Si autem illud ſcelus à facto imperióque Romuli alienum eſt, quoniam debuit utique uindicari, tota hoc illa ciuitas fecit, quod tota conſenſit: & non iam fratrem, ſed patrem, quod peius eſt, occidit. Vterque enim fuit conditor, ubi alter ſcelere ablatus non permiſſus eſt eſſe regnator. Non eſt, ut arbitror, quod dicatur quid mali Troia meruerit, ut eam dij deſererent, quo poſſet extingui: & quid boni Roma, ut eam dij inhabitarent, quo poſſet augeri, niſi quod uicti inde fugerunt, & ſe ad iſtos quos pariter deciperent, contulerunt? Immo uero & illic manſerunt

ſerunt,ad eos more ſuo decipiendos,qui rurſus eaſdem terras habitarēt,& hic eaſdem artes fallaciæ ſuæ,magis etiam exercēdo,maioribus honoribus gloriati ſunt.

L. VIVES

a Parricidium.] Non patris ſolum mors, ſed paris quoq;,niſi quis uelit dicere,quaſi patratio cædis. Lex eſt Numæ antiquiſsima: Si quis liberum hominem morti ſciens duit,parricida eſto. *Parricidium* b Vtrū hoc fieri.] Sunt qui tradant Remū in cōtentione de regno, quum utraq; pars ſuum ducem regem cōſalutaſſet,uentumq; eſſet ad manus,eſſe in pugna occiſum,à Romulo an à quoquam altero,parum conſtat. Alij & quidē plures,à Fabio tribuno celerū Romuli cæſum aiunt, quod noua & humilia urbis mœnia etiam cum irriſione trāſiliſſet: peractamq; cædem Romulo imperante. *Remi mors* quod factum Cicero impium & inhumanum fuiſſe iudicat. Sic enim tertio Offi. inquit: Atq; in eo rege, qui urbē cōdidit,non ita eſt, Species enim utilitatis pepulit animum eius,cui quum uiſum eſſet utilius ſe ſolum,q̄ cum altero regnare,fratrem interemit. Omiſit hic & pietatem,& humanitatem: ut quod utile uidebatur,neq; erat, aſſequi poſſet: & tamen muri cauſam appoſuit ſpeciem honeſtatis,nec probabilem,nec ſanè idoneam. Peccauit igitur pace uel Quirini uel Romuli dixerim. c Eorūdem deorum.] Quia à Troia Lauinium primum per Aeneam,hinc Albam per Aſcanium ſunt tranſlati. Ex Alba Romanis per Romulum conſenſu Numitoris cōmunicati: hinc per Tullū omnino traducti Romam.

De euerſione Ilij, quod dux Marij Fimbria excidit. Cap. VII

[a]CERTE enim [b]ciuilibus iam bellis ſcatentibus, quid miſerum cōmiſerat Ilium,ut [c]à Fimbria [d]Marianarum partium homine peſsimo euerteretur,multo [e]ferocius atq; crudelius, quàm olim à Græcis? Nam tunc & multi inde fugerūt,& multi captiuati ſaltem in ſeruitute uixerunt. Porrò autem Fimbria prius edictum propoſuit,ne cui parceretur: atq; urbem totam cunctosq; in ea homines incendio concremauit. Hoc meruit Ilium,non à Græcis quos ſua irritauerat iniquitate,ſed à Romanis,quos ſua calamitate propagauerat: dijs illis communibus ad hæc repellenda nihil iuuantibus: ſiue, quod uerum eſt,nihil ualentibus. Nunquid & tunc abſceſſere omnes adytis ariſq; relictis, dij quibus illud oppidum ſteterat,poſt antiquos Græcorum ignes ruinasq; reparatum? Si autem abſceſſerant,cauſam requiro: & oppidanorū quidem quanto inuenio meliorem, tanto deteriorem deorum, Illi enim contra Fimbriam portas clauſerant,ut Syllæ ſeruarent integram ciuitatem: hic eos iratus incendit,uel potius penitus extinxit. [f]Adhuc autem meliorum partium ciuilium Sylla dux fuit, adhuc armis rempublicam recuperare moliebatur. Horum bonorum initiorum nondū malos euentus habuit. Quid ergo melius ciues illius urbis facere potuerunt? quid honeſtius? quid fidelius? quid Romana parentela dignius,quàm meliori cauſæ Romanorum ciuitatē ſeruare,& contra parricidā Romanę reipublicę portas claudere? At hoc eis in quantum exitium uerterit,attēdant defenſores deorū. Deſeruerint dij adulteros Iliumq; flammis Græcorum reliquerint,ut ex eius cineribus Roma caſtior naſceretur: Cur & poſtea deſeruerunt eandem ciuitatem Romanis cognatā, non rebellantem aduerſus Romam nobilem filiam,ſed iuſtioribus eius partibus fidem conſtantiſsimam pijſsimamq; ſeruantem, eamq; delendam reliquerunt, non Græcorum uiris fortibus,ſed uiro ſpurciſsimo Romanorū? Aut ſi diſplicebat dijs cauſa partium Syllanarū, cui ſeruantes urbem miſeri portas clauſerāt, cur eidem Syllæ tanta bona promittebant,& prænunciabant? An & hinc agnoſcuntur adulatores felicium,potius q̄ infeliciū defenſores? Nō ergo Ilium etiam tunc ab eis, cum deſereretur euerſum eſt. Nam dæmones ad decipiendum ſemper uigilantiſsimi,quod potuerunt,fecerūt. [g]Euerſis quippe & incenſis omnibus cum oppido ſimulachris,ſolum Mineruæ ſimulachrum ſub tanta ruina templi illius,ut ſcribit Liuius,integrum ſtetiſſe perhibetur. Non ut diceretur: Dij patrij,quorū ſemper ſub numine Troia eſt,ad eorum laudem: ſed ne diceretur: Exceſſere omnes adytis ariſq; relictis dij,ad eorum defenſionem: Illud enim poſſe permiſsi ſunt, non unde probarentur potentes,ſed unde præſentes conuincerentur.

L. VIVES

a Certe enim.] Mortuo C. Mario in ſeptimo ſuo conſulatu, C. Cinna P. Valerium Flaccum ſibi collegam ſubrogauit, cui & Aſiam prouinciā, quam tunc Sylla cum imperio tenebat mandauit duabus legionibus attributis. Hic Flaccus tum auaritia, qua nihil peius odit exercitus, tum alijs uitijs militibus inuiſus,à C. Fimbria legato Nicomediæ interemptus eſt. Imperiúmque ipſe Fimbria conſenſu militari occupauit, bellúmque cum Mithridate geſsit ſatis feliciter,ac parum abfuit,quo minus obſeſſum Pergami caperet: quumq; in Phrygia ductaret exercitum, cognouiſſetque Ilienſes Syllæ partes ſequi,per dolum in urbem admiſſus, ut Appianus ſcribit,ſeu ui capta urbe, ut Liuius, ciues & urbem totam crudeliter perdidit, nullis neque ſacris, neque profanis parcens, annis mille & quinquaginta poſteaquam à Græcis erat deleta. b Ciuilibus iam bellis.] Poſt primum bellum ciuile Marianum antequam Sylla in Italiam rediret,& partes omnino deleret. c A Fimbria.] Fuit hic perditiſsimæ audaciæ homo, & ad quoduis facinus deſignandum accōmodatiſsimus, qui Craſſum interemit, quiq; in funere C. Marij Q. Sceuolam uirum ornatiſsimum & ſanctiſsimum uulnerandum curauit. Et ubi ferrum non alte in corpus deſcendiſſe accepiſſet, diem illi dixit. admirantibus cunctis quod Pontifex maximus optimum totius ciuitatis ciuem accuſaret, & crimen expectantibus, dixit,ſe illum accuſare,quòd non totum telum corpore excepiſſet. Cicero eſt autor pro Roſcio Amerino. d Marianarum.] Cinnanarum potius. Sed tota illa facto Syllæ aduerſa dicta eſt Mariana. e Ferocius.] Appianus ſcribit in Mithridatico, poſtridie eius diei, quo Ilium conflagrauit, Fimbriam ipſum ſuis oculis omnia diligenter eſſe ſcrutatū,nunquid ſupereſſet integrum,ut illud quoq; dirueret & incenderet. Ita nullum Ilien. domicilium,nullum templum,ac ne ſtatua quidem ulla ſuperfuit. f Adhuc autē meliorum partium.] Saluſtius in Catilinario: Noſtra memoria uictor Sylla, quum Damaſippum,& alios huiuſcemodi, qui malo reipublicæ creuerant, iugulari iuſſit, quis non factum eius laudabat: homines ſceleſtos, factioſos, qui ſeditionibus rempublicam exagitauerāt, merito necatos aiebant. Sed ea res magnæ initium cladis fuit. Et ante L. Sylla armis recepta republica ex bonis initijs malos euentus habuit. Quod dictum Auguſtinus tangit. g Euerſis quippe.] Appianus etiam & Iulius Obſequens ſcribunt, Palladium inuentum eſſe illæſum poſt incendium. Seruius in ſecundo Aeneid. oſtenſum dicit à Fimbria, & Romam aduectum. Equidem demiror ſi iſtud idē eſt Palladiū illud uetus Troianum, *Palladium* quod ab Aenea in Italiam portatum eſſe dicunt cum magnis dijs, & poſt Albam deletam collocatū ab Hoſtilio rege in æde Veſtæ: quæ cum deflagraret, Metellus pontifex maximus Palladium ex incēdio rapuit. ob quod factum magni ſunt illi poſtea honores habiti, idq; ſub recentem Rom. & Carthagineñ. pacem primo Punico perfecto bello, ante Fimbriā plus centū & quinquaginta annis. Nō deſunt qui putent Aeneam relicto ſocijs Latinorum regno, in Phrygiam redijſſe cum Palladio: quorum opinio reiecta eſt à nobis alio loco. Verum Lacedæmonij quoq; credebant ſe Palladium illud Troianū prope Leucippidarū templum habere: quod Temon quidā decepto Ergiæo uno ex proſapia Diomedis Argis ſurripuit detulitq; Lacedæmonem. ad quod ſeruandū Lacedæmones oraculo admoniti, Vlyſsi heroū erexerūt. Sed id palladiū eſt, quod diximus ab Vlyſſe & Diomede raptū bello Troiano. Seruius multa palladia ſimilia eſſe à Mamurrio fabro facta, ne illud uerum cognoſceretur. Qua in re lapſum memoria Seruiū nō dubium eſt, & pro ancylibus poſuiſſe palladia.

An debuerit dijs Iliacis Roma committi. Cap. VIII

DIIS itaque Iliacis poſt Troiæ ipſius documentum,qua tandem prudētia Roma cuſtodienda cōmiſſa eſt? Dixerit quiſpiam, iam eos Romæ habitare ſolitos,quando expugnāte Fimbria cecidit Ilium. Vnde ergo ſtetit Mineruæ ſimulachrū? Deinde ſi apud Romam erant,quando Fimbria deleuit Ilium, fortaſſe apud Ilium erant,quādo à Gallis ipſa Roma capta & incenſa eſt. Sed ut ſunt auditu acutiſsimi motuq; celerrimi,ad uocem anſeris cito redierunt,ut ſaltem capitolinum collem qui remanſerat tuerētur. Cęterum ad alia defendenda ſerius ſunt redire commoniti.

An illam pacē,quę ſub Numę regno fuit, deos præſtitiſſe credendū ſit. Cap. IX

SI etiā Numam Pōpiliū ſucceſſorem Romuli adiuuiſſe credūtur,ut toto regni ſui tēpore pacē haberet, [a]et Iani portas quę bellis patere aſſolent, clauderet: eo merito ſcilicet,quo Romanis multa ſacra cōſtituit. Illi uero homini pro tāto ocio gratulandū fuit,ſi modo id rebus ſalubrib. ſciſſet impēdere,& pernicioſiſsima curioſitate neglecta,deū uerum uera pietate perquirere. Nūc autem non ei dij cōtulerunt illud ociū,ſed eum minus fortaſſe decepiſſent,ſi ocioſum minime reperiſſent. Quāto enim minus eū occupatum inuenerūt,tanto magis ipſi occupauerūt. Nam quid ille molitus ſit, & quibus artibus tales deos,ſibi,uel illi ciuitati cōſociare potuerit, Varro prodit. Quod ſi domino placuerit,ſuo diligētius diſſeretur loco. Modo autem quia de beneficijs eorū quæſtio eſt,magnū beneficiū eſt pax, ſed [b]dei ueri beneficiū eſt plerunq; etiam ſicut Sol,ſicut pluuia,uitęq; alia ſubſidia ſuper ingratos & nequā. Sed ſi hoc tam magnū bonū dij illi Romæ uel Pōpilio contulerunt,cur imperio Romano per ipſa tēpora laudabilia id nunquā poſtea pręſtiterūt? An utiliora erāt ſacra cū inſtituerentur,q̄ cū inſtituta celebrarētur? Atqui tunc nondū erāt,ſed ut eſſent,addebātur: poſtea uero iam erant,quæ ut prodeſſent, cuſtodiebantur. Quid ergo eſt, quod illi quadraginta tres: uel ut alij uolunt,xxxix. anni in tanta pace tranſacti ſunt, regnante Numa: & poſtea ſacris inſtitutis,dijsq; ipſis qui eiſdem ſacris fuerant inuitati iam præſidibus atque tutoribus uix poſt tā multos annos ab urbe condita uſq; Auguſtū unus pro magno miraculo cōmemoratur annus poſt primū bellum Punicum, quo belli portas Romani claudere potuerunt.

L. VIVES

a ET Iani portas.] Iani cuius apta porta belli erat ſignū,clauſa pacis undiq; cū populo Ro. Hūc ad infimū Argiletū Numa Pompilius cōſtituit monumētū pugnæ cū Sabinis,in qua magna uis aquæ per eam portā erūpens Romanis cedētib. auxiliata eſt. Ideo ſtatutū,ut uelut ad opē ferendā reſeratus eſſet bello Ianus. *Ianus* Macrob. i. Saturnal. Eā portā primus ipſe qui ædificarat,clauſit. Secūdo Manlius poſt primū Punicū bellum. Tertius Octauius Auguſtus. Liuius libro primo. b Dei ueri beneficiū eſt.] Ideo Chriſtus ſeruator noſter eam

eam pacem suis discipulis impartitur, quam mundus dare non potest. c Venus pro magno miraculo.] Tito Manlio Torquato, & Caio Attilio Coss. Si Eutropio creditur historico non malo. Hi consules postquam de Sardis triumpharunt, pace undiq; terra, & mari parta Ianum Quirinũ clausserunt, quod post menses aliquot est rursum reseratum, A. L. Posthumio Albino. & Cn. Fuluio Centimalo, uel ut alij Sp. Carbilio Coss. bello Illyrico.

An optandũ fuerit, quod tanta bellorum rabie Romanorũ augeretur imperiũ, cum eo studio, quo sub Numa auctum est, & quietum esse potuit & tutum. Cap. x

N respondẽt, quod nisi assiduis sibi B
que continuo succedentibus bellis
A Romanum imperium tam longe late
q; non posset augeri, & tam grandi gloria diffamari? Idonea uero causa, ut magnum esset imperium, cur esse deberet inquietum? Nonne in corporibus hominũ satius est modicam staturam cum sanitate habere, quam ad molem aliquam giganteam perpetuis afflictionibus peruenire, nec cum peruenerit requiescere: sed quanto grandioribus membris, tanto maioribus agitari malis? Quid autẽ mali esset, ac non potius plurimum boni, si ea tempora perdurarent: quę perstrinxit Salustius, ubi ait, Igitur initio reges, [a]nam in terris nomen imperij id primum fuit, diuersi: pars ingenium, alij corpus exercebãt: etiam tum uita hominum sine cupiditate agitabatur, sua cuiq; satis placebant? Aut ut tam multum augeretur imperium debuit fieri quod Vergilius detestatur, dicens:

[b]Deterior donec paulatim ac decolor ætas
Et belli rabies, & amor successit habendi?

Sed plane pro tantis bellis susceptis & gestis iusta defensio Romanorum est: quod irruẽtibus sibi importune inimicis resistere cogebat, non D
auiditas adipiscendæ laudis humanę, sed necessitas salutis & libertatis. Ita sit plane. Nam postquam res eorum, sicut scribit ipse Sallustius, legibus, moribus, agris aucta, satis prospera, satisq; pollens uidebatur: sicuti pleraque mortalium habentur, inuidia ex opulentia orta est. Igitur reges populiq; finitimi bello eos tentare, pauci ex amicis auxilio esse. Nã cæteri metu perculsi longe à periculis aberant. At Romani domi militiæq; intenti festinare, parare, alius alium hortari, hostibus obuiam ire: libertatem, patriam, parentesq; armis tegere. Post A
ubi pericula uirtute propulerãt, socijs atq; amicis auxilia portabãt, magisq; dandis quam accipiendis beneficijs amicitias parabant. Decenter his artibus Roma creuit. Sed regnante Numa, ut tam longa pax esset, utrum irruebant improbi, bellocq; tentabãt, an nihil eorum fiebat, ut posset pax illa persistere? Si enim bellis etiam tum Roma lacessebatur, nec armis arma obuia ferebãtur: quibus modis agebatur, ut nulla pugna superati, nullo Martio impetu territi sedarẽtur inimici: his modis semper ageretur, ut semper Roma clausis Iani portis pacata regnaret. Quod si in potestate non fuit, non ergo Roma pacẽ habuit, quãdiu dij eorũ, sed quãdiu homines finitimi circũquaq; uoluerũt: qui eam nullo bello prouocauerũt: [c]nisi forte dij tales etiam id homini uendere audebunt, quod alius homo uoluit siue noluit. Interest quidẽ iam uitio proprio malas mentes quatenus sinantur isti dæmones uel terrere uel excitare. Sed si semper hoc possent, nec alia secretiore potestate contra eorum conatum sæpe aliter ageretur, semper in potestate haberent pacem bellicasq; uictorias, quæ semper ferè per humanorum animorum C
motus accidunt.

L. VIVES

[a]NAm in terris nomen imperij.] Sic etiam Iustinus in primo, Herodotus & Plinius. Hoc institutum in Aegypto primum repertum: apud quos Menes primus rex fuerit, referunt. Quanquã ante hunc regnasse Osiridem & Horũ, & alios nonnullos deos Diodorus perhibet. Nostræ sacræ literæ Nẽbroth filium Chusi, primum regem fuisse perhibent, & Babylone imperasse. b Deterior donec.] Quinq; hominum ætates Hesiodus finxit in opere, cui titulus ἔργα καὶ ἡμέραι. quem locum hunc in modum orditur, *Rex primus*

Θεοὶ θνητοὶν ἄνθρωποι.
Χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων
Ἀθάνατοι ποίησαν ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες.
οἱ μὲν κατὰ πρόνοι ἦσαν.

Hunc secuti sunt Vergilius, Ouidius, & reliqui poetæ. Primam ætatem aiunt fuisse auream sub Saturno, sine bellis, magna concordia generis humani, sine litibus, sine querelis: quæ Saturnia tempora nominantur. Altera est argentea, sub Ioue: cum bella pullulascerent, & curæ & fraudes, & odia. Tertia est ænea, cum genus mortalium totum undique bellis concuteretur, cruenta q; essent omnia. Quarta heroum semideorum, quorum animi iustitiæ quidem erant dediti, sed insano ardore belligerandi flagrabant. Quinta est ferrea, in qua nullus malorum est modus: cuncta sese uelut effractis carceribus in genus humanum simul effuderunt, apertæ fraudes, aperta odia, & bella capitalia, cædes, rapinæ, incendia, uastationes. c Nisi forte dij tales uendere.] Nisi forte tam mali ac impudentes sint illi dij, ut pro beneficio id uẽdant hominibus, quod ex uoluntate cuiusquã est profectũ, & pro eo tanquam à se *Hominũque ætates*

dato

dato gratiam reposcant: cum sit potius muneris alieni.

[illegible]

De simulachro Cumani Apollinis, cuius fletus creditus est cladem Græcorum, quibus opitulari nõ poterat, indicare. Cap. XI

VAS tamen pleruncq; contra eorũ fieri uoluntatem, non solum fabulę
Q multa mẽtientes, & uix ueri aliquid uel indicantes, uel significantes, sed etiam ipsa Romana cõfitetur historia. [a]Neq; enim aliunde Apollo ille Cumanus, cum aduersus, Achæos[b] regemq; Aristonicum à Romanis bellaretur, quatriduo fleuisse nũciatus est: quo prodigio haruspices territi, cum id simulachrum in mare putauissent esse projciẽdum, Cumani senes interfuerunt atq; retulerũt tale prodigium, [c]& Antiochi, [d]& Persis bello in eodem apparuisse figmento. Et quia Romanis feliciter proueniisset, ex senatusconsulto eidem Apollini sua dona esse missa testati sunt. Tunc uero peritiores acciti haruspices respõderunt; simulachri Apollinis flerum ideo prosperum esse Romanis, quoniam [e]Cumæ colonia Græca esset, suisq; terris unde accitus esset, id est ipsi Græciæ luctum & cladem Apollinẽ significasse plorantem. Deinde mox regem Aristonicum uictum & captum esse nũciatum est, quem uinci uticq; Apollo nolebat & dolebat: & hoc sui lapidis etiam lachrymis indicabat. Vnde non usq; quaq; incongrue, quamuis fabulo D
sis, tamen ueritatis similibus mores dæmonum describuntur carminibus Poetarum. Nam Camillam Diana doluit apud Vergilium: & Pallantem moriturum Hercules fleuit. Hinc fortasis & Numa Pompilius pace abundans: sed quo donante nescius, nec requirens: cum cogitaret ociosus, quibus nam dijs tuendam Romanam salutem regnumq; committeret: nec uerũ illum, atq; omnipotentem summum deum curare opinaretur ista terrena: atq; recoleret Troianos deos, quos Aeneas aduexerat: neq; Troianum, neq; Lauinense ab ipso Aenea condi- A
tum regnum diu conseruare potuisse, alios prouidendos existimauit, quos illis prioribus, siue qui cum Romulo iam Romam transierant, siue quandoq; Alba euersa fuerant trãsituri, uel tanquam fugitiuis custodes adhiberet, uel tanquã inualidis adiutores.

L. VIVES

[a]NEq; enim aliunde Apollo ille Cumanus.] Attalus Asiæ rex testamento populum Romanũ hæredem fecerat regni. Id Aristonicus Eumenis Attali fratris filius ex cõcubina genitus præoccupauit: hinc bellum est ei indictum: missus eo Licinius Crassus cos. & Pont. max. uictus est ab Aristonico. M. Perpenna consul insequentis anni, audita Crassi fortuna, magnis itineribus in Asiam uenit, uictumq; acie Aristonicum fame domitum, in deditionẽ Stratonicæ, quò post prælium confugerat, cepit, Romamq; misit. Romanis Nicomedes Bithyniæ, Mithridates Ponti, Ariarathes Cappadociæ, Pylemænes Paphlagoniæ, reges fauebãt: Aristonico Achaia. b Regemq; Aristonicum.] Hæc Apollinis lachrymatio cõtigit Appio Claudio, M. Perpenna coss. ut Iulius Obsequens narrat in fragmento libri De prodigijs. Inquit enim, Ap. Claudio M. Perpenna coss. Publius Crassus aduersus Aristonicum dimicans occisus. Apollinis simulachrũ lachrymauit per quatriduum. Vates porrenderunt Græciæ fore exitiũ, unde deductum esset: sacrificatum tum à Romanis, donaq; in templo posita. Hæc ille. Fletus simulachrorum malũ ali quod prænunciabant his, quibus fauerẽt, ut fletus Iunonis Sospitæ Lauinij L. Aemilio Paulo, Gn. Bebio Pamphilo coss. ingens pestilentia secuta. Sic Lucanus in prodigijs bellorum ciuilium: Indigetes fleuisse deos, urbisq; laborem Testatos sudore lares. c Et Antiochi.] Syriæ regis, quem L. Cornelius Scipio Asphricani frater uicit. Liuius fuse decade quarta. d Et Persidis bello.] Alij Xerxis, melius Persæ Philippi filij Macedonum regis, quẽ intra paucas horas deuicit L. Aemilius Paulus bello Macedonico secundo. Plutarchus in uita Aemilij Pauli, & alij. e Quoniam Cumana Colonia.] Vel Cumæ colonia, Chalcidienses & Cumæi, ut est apud Strabonẽ lib. v. populi Græciæ magna olim classe in Italiam nauigarunt, appulsiq; litori Campano, urbem ibi condidere: duces erant Cumæorum Hippocles, Chalcidiensium Megasthenes: ij pacti sunt inter se, ut alteri coloniam possiderent gentis, alteri nomen darent. Ita factum est: Cumæ dicuntur, & colonia est Chalcidica. Vergilius in sexto de Cumis, Chalcidicaq; leuis tandem superastitit arce. Hanc urbem Strabo affirmat cunctas & Italiæ & Siciliæ urbes uetustate antecedere. *Aristonicus* *Crassus occisus* *Sudantes dij* *Antiochus* *Cumæ*

Quantos sibi deos Romani præter constitutionem Numæ adiecerint, quorum eos numerositas nihil iuuerit, Cap. XII

EX his sacris tamen Roma digna-
ta est esse contenta, quæ tam multa
N illic Pompilius constituerat: nam ipsius summum templum nondũ habebat Iouis. [a]Rex quippe Tarquinius ibi capitolium fabricauit. [b]Aesculapius autem

tem ab Epidauro abiuit Romã,[c] ut peritissimus medicus in urbe nobilissima artem gloriosius exerceret. Mater etiã deũ [d] nescio unde à [e] Pessimunte. Indignũ enim erat, ut cũ eius filius iam colli Capitolino præsideret, adhuc ipsa in loco ignobili latitaret. Quæ tamen si omnium deorum mater est, non est secuta solum Romam quosdam filios suos, uerum & alios præcessit etiam secuturos. Miror sanè si ipsa peperit Cynocephalum,[f] qui longe postea uenit ex Aegypto.[g] Vtrum etiam dea Febris ex illa nata sit,[h] uiderit Aesculapius [i] pronepos eius. Sed undecunq; nata sit, non opinor audebunt eam ignobilem dicere dij peregrini [k] deam ciuem Romanam. Sub hoc tot deorũ præsidio, quos numerare quis potest, indigenas & alienigenas, cœlites, terrestres, infernos, marinos, fontanos, fluuiales: & ut Varro dicit, certos atq; [l] incertos, in omnibusq; generibus deorum sicut in animalibus mares & fœminas? Sub hoc ergo tot deorum præsidio constituta Roma, non tam magnis & horrẽdis cladibus, quales ex multis paucas commemorabo, agitari affligiq; debuit. Nimis enim multos deos [m] grandi fumo suo,[n] tanquam signo dato ad tuitionem congregauerat: quibus templa, altaria, sacrificia, sacerdotes instituendo atq; præbendo: summum uerum deũ, cui uni hæc rite gesta debentur offenderet. Et felicior quidẽ cum paucioribus uixit. Sed quanto maior facta est, sicut nauis nautas, tanto plures adhibendos putauit: credo desperans pauciores illos, sub quibus in comparatione peioris uitæ melius uixerat, non sufficere ad opitulandum grãditati suæ. Primo enim sub ipsis regibus excepto Numa Pompilio, de quo iam supra locutus sum, quantum malum discordiosi certaminis fuit, quod fratrem Romuli coegit occidi?

L. VIVES

a Rex quippe Tarquinius.] Tarquinius Supbus. Liuius lib. i. b Aesculapius.] Bello Samnitico ex Epidauro Romã est aduectus à Quinto Ogolnio legato, anguis mãsueti specie: trãsnauitq; in insulam Tiberis, ubi ei templũ est extructũ, & feriæ Calẽd. Ianuarijs datæ. Porrò Epidaurus, quæ ante Epitaurus: ut scribit Strabo, oppidum est in Achaia supra Corinthum orientali littore: quod Saroniũ uocat Plinius, inclytũ Aesculapij tẽplo quod suo in agro habet, quinq; passuum milibus ab urbe. c Vt peritissimus medicus.] Aesculapij tres fuerunt Ciceroni. Primus Apollinis filius, quẽ Arcades colunt. Secundus, secundi Mercurij, Valentis & Pheronidis filij frater, is fulmine percussus, dicitur humatus esse Cynosuris. Tertius Arsippi & Arsinoæ, qui primus purgationẽ alui, dẽtisq; euulsionem, ut ferunt, inuenit: cuius in Arcadia non longe à Lusio flumine sepulchrum, & lucus ostenditur. Aesculapium illum nobilem medicum Tarquitius de illustribus uiris disserens, sicut est apud Lactantium, ait incertis parentibus natum expositum, & à uenatoribus inuentum, canino lacte nutritum, Chironi traditum, didicisse medicinam, fuisse autem Messenium, sed Epidauri habuisse. Hippocrates Cous bellum cui nauicula nomen est, scripsisse illum refert, ut nos in philosophiæ initijs diximus. Cornelius Celsus in deorum numerũ receptum tradit, cum medicinã adhuc rudem paulo subtilius excoluisset. d Nescio unde nata.] Ignobile erat eius genus, ut Saturni fratris. Nam Opem hanc dicunt fuisse, idcirco filij Cœli sunt habiti, quòd eorum ignoraretur origo cũ tamen magni & in admiratione hominum essent. Eos uero qui sunt tales, de cœlo descendisse uulgus ferunt. e Prænestinum montem.] Locus hic est in omnibus exemplaribus, quæ quidem uidere mihi cõtigit mendosus. Alibi sic; Mater etiã deûm nescio unde à Pessimunte monte. sed satius erit pro Prænestinũ legere Palatinũ. Nã in palatio locata est magna deûm mater è mari aduecta Romã. Liuius lib. xxxvi. & Victor in urbis regionibus. f Qui longe postea.] Sacra Aegyptia Romam esse introducta temporibus Syllæ significat Apuleius in Metamorphosi, hoc est, cẽtum amplius annis postquã mater deûm est Romam translata. Sed L. Piso & A. Gabinius coss. edicto sanxerunt, ne in Capitolio essent: tametsi hoc sequentibus temporibus est abolitũ. Tertullianus in Apologetico. g Vtrum etiam dea Febris.] Alibi utrum etiam deus Februus ex illa natus sit: quod non congruit, cũ Februus sit Pluto, cui Februario mense sacrificatur, à purgatione dictus, de quo non dubitatur. Sed & legendum esse Febrim ostendit, quod ilico additur, uiderit Aesculapius, & alia quæ sequunt. h Viderit Aesculapius.] Facete, quia medicus. i Pronepos.] Quia Apollinis filius, hic Iouis, Iuppiter Opis. k Deam ciuem Romanam.] Et hoc falsum. Nam Romani Febrẽ deam finxerunt. l Incertos.] Nam sunt quidam de quorũ diuinitate nõ satis constat, quales sunt Panes, Syluani, Nymphæ. Ouidius in primo Meta. uerbis Iouis,

Sunt mihi semidei, sunt rustica numina Fauni,
Et nymphæ, Satyriq;, & monticolæ Syluani.
Quos quoniam nondum cœli dignamur honore,
Quas dedimus certe terras habitare sinamus.

Eiusmodi sunt & Hippolytus, & Corybantes, & Attys, & Sabbazius, quos Lucianus [illegible] μετοίκους θεοὺς & ἀμφιβόλους uocat. i. inquilinos deos, & ambiguos. m Grãdi fumo suo.] Sacrificiorũ, uel uanitate, ut ad allegoriã fumi alludat. Nã fumus pro rẽ uana atq; inani solet accipi: unde illud, fumos uẽdere. n Tanquã signo dato.] Bellicis aut suspectis tẽporib. in æditis speculis fasces lignorũ prætenuiũ, perq; siccorũ ponũt speculatores, ut si quis uel subitus hostiũ aduentus emineat, uel terror aliquis existat, possint q̃ primũ fascib. incẽsis, & suos, & uicinos certiores facere. φρυκτοὺς Græci id genus fasciũ uocãt, quibus interdũ ad centesimũ lapidem intra semihorulã significat, ut amici ad ꝓpellendũ periculũ possint in tẽpore accurrere: potest etiã intelligi hoc signum quod Augustinus dicit, de signo q in prælio solet dari.

Aesculapius

Quo iure, quo fœdere Romani obtinuere prima coniugia. Cap. XIII

QVOMODO nec Iuno, quæ cum Ioue suo iam fouebat Romanos rerũ dominos gentemq; togatam, nec Venus ipsa Aeneadas suos potuit adiuuare: ut bono & ęquo more cõiugia mere-

mererentur, cladesq; tanta irruit huius inopię, ut ea dolo raperent, moxq; compellerentur pugnare cum soceris: & miseræ fœminæ nondum ex iniuria maritis cõciliatæ, iam parentum sanguine dotarentur. At enim uicerunt in hac conflictatione Romani uicinos suos. Quantis & quàm multis utrinque uulneribus ac funeribus, tam propinquorum quàm confinium istę uictoriæ constiterunt? [a] Propter unum Cæsarem socerum, & unum generum eius Pompeium: iam mortua Cæsaris filia uxore Pompeij, quanto & quàm iusto doloris instinctu, Lucanus exclamat: Bella [b] per Emathios plus quàm ciuilia campos, Iusq; datum sceleri canimus. Vicerunt ergo Romani, ut strage socerorum manibus cruentis ab eorum filiabus amplexus miserabiles extorquerent: nec illæ auderent flere patres occisos, ne offenderent uictores maritos: quæ adhuc illis pugnantibus [c] pro quibus facerent uota, nesciebant. Talibus nuptijs populum Romanum non Venus, sed Bellona dotauit: [d] aut fortassis Alecto illa infernalis furia, iam eis fauente Iunone, plus in illos habuit licentiæ, quàm cum eius precibus contra Aeneam fuerat excitata.[e] Andromache felicius captiuata est quàm illa coniugia Romana nupserũt: licet seruiles, tamen post eius amplexus nullum Troianorum Pyrrhus occidit. Romani autem soceros interficiebant in prælijs, quorum iam filias amplexabantur in thalamis. Illa uictori subdita, dolere tantum suorum mortem potuit, non timere. Illæ sociatæ bellantibus, parentum suorum mortes procedentibus uiris timebant, redeuntibus dolebant, nec timorem habentes liberum, nec dolorem. Nam propter interitum ciuium, propinquorum, fratrum, parentum, aut pie cruciabantur, aut crudeliter lætabantur uictorijs maritorum. Huc accedebat quod ut sunt alterna bellorum, aliquæ parentum ferro amiserunt uiros, aliæq; utrorumque ferro & parentes & uiros. Neque enim & apud Romanos parua fuerunt illa discrimina. Siquidem ad obsidionem quoque peruentum est ciuitatis, clausisq; portis se tuebantur.[f] Quibus dolo apertis admissisq; hostib. intra mœnia, [g] in ipso foro scelerata & nimis atrox inter generos socerosq; pugna cõmissa est. Et raptores illi etiã superabantur, & crebro fugientes intra domos suas, [h] grauius fœdabant pristinas, quãuis & ipsas pudendas lugendásque uictorias. Hic enim Romulus de suorũ iam uirtute desperãs, [i] Iouem rogauit ut starent,[k] atq; ille hac occasione nomen Statoris inuenit.[l] Nec finis esset tanti mali, nisi raptæ illæ laceratis criminibus emicarent, & prouolutæ parentibus iram eorum iustissimã, non armis uictricibus, sed supplici pietate sedarent. Deinde T. Tatium regem Sabinorum, socium regni Romulus ferre compulsus est, germani consortis impatiens: [m] sed quãdo & istũ diu toleraret, qui fratrem geminũq; non pertulit? Vnde & ipso interfecto, ut maior deus esset, regnũ solus obtinuit. Quæ sunt ista iura nuptiarum, quæ irritamenta bellorũ, quæ fœdera germanitatis, affinitatis, societatis, diuinitatis? Quæ postremo sub tot dijs tutoribus [n] uita ciuitatis? Vides quanta hinc dici & quàm multa possent, nisi quæ supersunt nostra curaret intentio, & sermo in alia festinaret.

L. VIVES

a Propter unum Cæsarem.] Iulia unica C. Cæsaris filia Cn. Põpeio magno nupsit. hæc grauida è partu obijt, patre bellũ in Gallia gerente. Deinde socer & gener gesserũt bellũ ciuile. b Per Emathios.] Emathiam antea quæ postea Macedonia fuit, dictã esse, autor est Plinius lib. iiij. In hac Pompeius & Cæsar concurrerunt. c Pro quibus facerent uota.] Ouidius tertio Fastorum de Sabinis, quum in procinctu essent acies Romanorum & Sabinorum. Mars loquitur:

Conueniunt nuptæ dictam Iunonis in ædem,
Quas inter mea sic est nurus ausa loqui.
O pariter raptæ, quoniam hoc commune tenemus,
Non ultra lentæ possumus esse piæ.
Stant acies, sed utra dij sunt pro patre rogandi?
Eligite, hinc coniunx, hinc pater arma tenet.
Quærendum est, uiduæ fieri malitis an orbæ.

d Aut fortassis Alecto.] Tres furiæ Alecto Tisiphone & Megæra Acherontis & Noctis fuisse filiæ dicũtur. Alecto iras, odia, turbas, seditiones, rixas, bella, cædes in genere humano excitat

Quæ possit unanimes armare in prælia fratres,
Atq; odijs uersare domos.

Hanc aduersus Troianos Iuno stimulat Aeneid. vij.

e Andromache.] Hectoris coniunx Tetionis Thebarum Ciliciæ regis filia. Hanc post euersum Ilium uxorem duxit Pyrrhus Achillis filius. f Quibus dolo apertis.] Arci Romanæ præerat Sp. Tarpeius: huius filiam Tarpeiam uirginem magnis promissis corrupit Tatius rex Sabinorum: ut quum petitum aquam exiret, armatos in arcem admitteret. Ipsa se facturam promisit, si quod in læuis omnes gestarent, sibi daretur. Accepit conditionem rex, & quum intus iam essent, uirginem scutis obrutam interemerunt. Hæc enim in læuis gestabant, quum de aureis armillis sensisset, quas in sinistris brachijs habebant. Plutarchus in Parallelis hoc Albanis, non Sabinis, contigisse scribit, ex Aristide Milesio. Sed ego Latinis scriptoribus Liuio, Fabio, Pisoni, Cincio, etiam Dionysio Græco magis accedo. g In ipso foro.] Inter colles Capitolinum & palatinum est pugnatum. h Grauius fœdabant pristinas.] Non de Sabinis uictorias, sed de Ceninensibus, Crustuminis & Antennatibus. i Iouem rogauit ut starent.] Liuius libro primo uerbis Romuli, suis fugiẽtibus: At

Emathia — *Alecto* — *Tarpeia uirgo*

tu pater deũm hominũq; hinc saltem arce hostes, deme terrorẽ Romanis fugamq; fœdam siste. Hic ego tibi templum Statori Ioui, quod monumẽtum sit posteris, tua præsenti ope seruatã urbẽ esse uoueo. Hæc ille. k Atq; Stator ille occasione Statoris.] A sistendo, nisi forte ab stãdo: id est, erigendo: quoniam cõciderant Romanorum animi. Cicero Iouem hunc custodem imperij Romani frequenter nominat. Credo quia eius templũ erat suæ domui uicinum. Diuus Hieronymus Iouem Statorem stare dicit nõ quod ideo dictum Statorem putet, quòd rectus stet, sed quòd Iupiter tonans, sicut annotauit Hermolaus Barbarus, sedens fingatur in antiquis monetis ac simulachris: stator uero stans tanquam erectus ad ferendam opem. Seneca in iiij. De beneficijs libro altiorẽ reddit causam cur stator dicatur: Non, inquit, quemadmodum historici tradiderunt, ex eo quod post uotum susceptum acies Romanorum fugientiũ steterit, sed quod stant beneficio eius omnia, stator stabilitorq; est. Cicero B nõ dissimiliter. Atq; etiam Iouem quũ Opt. max. dicimus, cumq; eũdem salutarem, hospitalem, statorẽ, hoc intelligi uolumus, salutẽ omnium in eius esse tutela, ucrum uterq; Stoico more. Nam apud Ciceronem ea uerba, quæ citaui, loquitur Cato Stoicus iij. De finibus. Stoici ad altiores intellectus hæc omnia de dijs reuocabant. l Nec finis esset tanti mali.] Media pugna raptæ passis crinibus inter duas acies se coniecerunt. Et hinc uiros, inde parentes ad concordiam precibus & lachrymis adduxerunt. Ita intermisso prælio fœdus est ictum, Sabini in ciuitatem admissi, & Tatius in partem regni. m Sed quando & istum.] Laurentes Titum Tatium Lauini interfecerunt, quinto anno post q̃ cœpisset regnare cum Romulo, quòd ab eius propinquis legati sui essent pulsati. Romulus eam rem lætus accepit. n Iura ciuitatis.] In uetustis exemplaribus, in altero est uita, in altero uitæ ciuitatis. utrunque arguitius quàm iura.

C

De impietate belli, quod Albanis Romani intulerunt, & de uictoria dominandi libidine adepta. Cap. XIIII

VID deinde post Numã sub alijs regibus? Quanto malo, non solum suo; sed etiam Romanorum, in bellum Albani prouocati sunt? quia uidelicet pax Numę tam longa uiluerat, q̃ crebræ strages Romani Albanicq; exercitus fuerunt, & utriusq; cõminutio ciuitatis. [a]Alba nanq; illa, quam filius Aeneæ creauit Ascanius, Romæ mater propior ipsa q̃ Troia à Tullo Hostilio rege prouocata cõflixit. Cõfligens autem & afflicta est & afflixit, donec multorũ tæderet pari defectione certaminum. Tũc euentum [b]belli de Tergeminis hinc atq; inde fratribus placuit experiri: à Romanis tres Horatij, ab Albanis autem tres Curiatij processerunt: à Curiatijs tribus duo Horatij, ab uno autẽ Horatio tres Curiatij superati & extincti sunt. Ita Roma extitit uictrix, ea clade etiam in certamine extremo, ut de sex uiuis unus rediret domũ. Cui damnũ in utrisq; ? Cui luctus nisi Aeneæ

Q

A stirpi, nisi Ascanij posteris, nisi proli Veneris, nisi nepotibus Iouis? Nam & hoc plus q̃ ciuile bellum fuit, quãdo filia ciuitas cum ciuitate matre pugnauit. [c]Accessit aliud huic Tergeminorum pugnæ ultimæ atrox atq; horrendũ malum. Nam ut erãt ambo populi prius amici, uicini quippe atq; cognati, uni Curiatiorum desponsata fuerat Horatiorum soror: hæc postea q̃ sponsi spolia in uictore fratre conspexit, ab eodem fratre quoniam fleuit, occisa est. Humanior huius uniusfœminę, quàm uniuersi populi Romani mihi uidetur fuisse affectus. Illa quem uirum iam fide media retinebat, aut forte etiam ipsum fratrem dolens, qui eum occiderat, cui sororem promiserat, puto quod non culpabiliter fleuerit, Vnde enim apud Vergilium [d]pius Aeneas laudabiliter dolet, hostem etiam sua peremptum manu. Vnde Marcellus Syracusanam ciuitatem recolens, eius paulo ante culmen & gloriam sub manus suas subito concidisse, communem cogitans conditionem flendo miseratus est. Quæso ab humano impetremus affectu, ut fœmina sponsum suum à fratre suo peremptum sine crimine fleuerit, si uiri hostes à se uictos etiam cum laude fleuerunt. Ergo sponso à fratre illatam mortem quando fœmina illa flebat, tunc se contra matrem ciuitatẽ tanta strage bellasse, & tanta hinc & inde cognati cruoris effusione uicisse Roma gaudebat. Quid mihi obtenditur nomen laudis, nomenq; uictoriæ? Remotis obstaculis insanæ opinionis, facinora nuda cernantur, nuda pensentur, nuda iudicentur. Causa dicatur Albæ, sicut Troiæ adulterium dicebatur. Nulla talis, nulla similis inuenitur. Tantum ut desides moueret Tullus in arma uiros, & iam desueta triũphis Agmina. Illo itaque uitio tantum scelus perpetratum est socialis belli atque cognati. D Quod uitium Salustius magnum transeunter attigit, Cum enim laudans breuiter antiquiora commemorasset tempora, quando uita hominum sine cupiditate agitabatur, & sua cuique satis placebant: Postea uero, inquit, quàm in Asia Cyrus in Græcia Lacedæmonij & Athenienses, cœpere urbes atque nationes subigere, libidinem dominandi causam belli habere, maximam gloriam in maximo imperio putare, & cætera quæ ipse instituerat dicere, Mihi hucusque satis sit eius uerba posuisse. Libido ista dominandi magnis malis agitat, &

& conterit genus humanum. Hac libidine Roma tunc uicta Albam se uicisse triumphabat, et sui sceleris laudem gloriam nominabat. Quoniam laudatur, inquit scriptura nostra, peccator in desideriis animæ suæ, & qui iniqua gerit benedicitur. Fallacia igitur tegmina & deceptorię dealbationes auferantur à rebus, ut syncero inspiciatur examine. Nemo mihi dicat, magnus ille atq; ille, quia cum illo & illo pugnauit, & uicit. Pugnant etiam gladiatores, uincunt & ipsi: [f]habet præmia laudis, & illa crudelitas. Sed puto esse satius cuiuslibet inertiæ pœnas luere, q̃ illorum armorum gloriam quærere. Et tamen B si in arenam procederent pugnaturi inter se gladiatores, quorum alter filius, alter pater esset, tale spectaculum quis ferret? quis non auferret? Quomodo ergo gloriosum alterius matris, alterius filiæ ciuitatis, inter se armorũ potuit esse certamen? An ideo diuersum fuit quòd arena ulla non fuit, & latiores campi non duorũ gladiatorum sed in duobus populis, multorum funeribus implebantur: [g] nec amphitheatro cingebantur illa certamina, sed uniuerso orbe, & tunc ciuis & posteris quousq; ista fama porrigitur, impiũ spectaculum præbebatur? Vim tamen patiebantur studij sui dij illi præsides im- C perij Romani, et talium certaminũ tanquã theatrici spectatores, donec Horatiorum soror propter Curiatios tres peremptos, etiam ipsa tertia ex altera parte fraterno ferro duobus fratribus adderetur, ne minus haberet mortium etiam Roma quæ uicerat. [b]Deinde ad fructum uictoriæ Alba subuersa est. Vbi post Iliũ quod Græci euerterũt, & post Lauinium ubi rex Latinus Aeneam regem peregrinum atq; fugitiuũ constituerat, tertio loco habitauerant numina illa Troiana. Sed more suo etiam inde iam fortasse migrauerant, ideo deleta est. Discesserant uidelicet omnes adytis ariscq; relictis dij, quibus imperium illud steterat. Discesserãt sanè ecce iam tertio, ut eis quarta Roma prouidentissime cre- D deretur. Displicuerat & Alba, ubi Amulius expulso fratre, & Roma placuerat, ubi Romulus occiso fratre regnauerat. Sed antequam Alba diueretur, transfusus est, inquiunt, populus eius in Romam, ut ex utraque una ciuitas fieret. Esto ita factum sit, urbs tamen illa Ascanij regnum, & tertium domiciliũ Troianorum deorum, ab urbe filia mater euersa est. Vt aũt belli reliquiæ è duobus populis unum facerent miserabile coagulũ, multus ante fusus utriusq; sanguis fuit. Quid iam singulatim dicam sub cæteris regibus toties eadem bella renouata, quę uictorijs finita uidebantur, & tantis stragibus iterum atq; iterum cõfecta, iterum iterumq; post fœdus & pacẽ inter generos & soceros & corũ stirpem posterosq; repetita? Non paruũ indiciũ calamitatis huius fuit, quod portas belli nullus clausit illorum. Nullus ergo illorum sub tot dijs præsidibus in pace regnauit.

L. VIVES

a ALba nanq;.] Albæ sunt multæ. Est enim Alba in Hispania, quæ & uirgo dicitur. Plinius libro tertio. Est in Gallia Narbonensi Heluorum oppidum. Est in Italia ad Lacum Fucinum: unde Albenses. Est in Gallia citeriore, quæ cognominat Pompeia. Est in Latio in dorso montis Albani, quæ Alba longa. Roma uero, non illa modo quam Romulus cõdidit, colonia est huius Albæ, quam deduxerũt Romulus & Remus, sed etiam ueterem illam quæ ante hanc fuit, sunt qui arbitrantur à Romulo Aeneæ filio conditam. Deinde cum ob cœlum pestilens, tum & incursiones hostiũ desereretur ab Albanis miserantibus esse restitutã missis eo de suis ciuibus, qui lapsa repararent, & frequentẽ facerent urbem solitariam. b Belli de Tergeminis.] Liuius lib. i. Res est uulgaris, Mœtius Suffectius Albanorum dictator, hoc consilium & sibi cepit & Tullo dedit Romanorum regi, ne strage utriusq; populi res decideretur, sed transigeretur per paucos. Ita fœdere icto commissum est fortunæ sex uirorum, uter populus alteri imperaret. Bini Tergemini erant in illis exercitib. illi commissi sunt, ut cuius populi ciues uicissent, penes eum esset imperiũ. c Accessit aliud.] Satis fuse Augustinus id narrat ut intelligi possit. d Pius Aeneas.] Lausum Mezentij filium in decimo Aeneid. e In Asia Cyrus.] Cyri duo fuerunt, Maior de quo hic loquitur, qui Asiam, Scythiam, totumq; Orientem domuit, eo *Cyri* tempore quo Tarquinius Superbus regnabat Romæ: Crœsum Lydorũ opulentiss. regẽ cepit. à Thomiri Scytharũ regina captus & interfectus est, capite in cacabũ humani sanguinis plenũ cõiecto, ut sanguine se humano saturaret, quem tãtopere sitierat. Plutarchus, Strabo, Trogus, Herodotus, & alij quamplurimi Græci. Herodotus hunc *μεγάλον βασιλῆα* uocat. Vnde & cæteri Persarũ reges sic uocari uoluerunt. Alter fuit Cyrus minor Da- *Magnus rex*
rij filius Artaxerxis frater, cuius *ἀνάβασιν* in Persiam scripsit Xenophon. f Habet præmia laudis.] Coronas lemniscatas. g Nec amphitheatro.] Theatrum est in modum semicirculi, Amphitheatrum in modũ circuli: *Theatrum*
harena sternebatur, & in eo munus gladiatoriũ ædebatur. h Deinde ad fructum uictoriæ.] Liuius primo *Amphitheatrum*
bello Veienti, Cum Metius Albanus cũ exercitu medium se gessisset, nec Tullo Romano regi pugnanti ex fœdere adfuisset, Tullus Metium quadrigis discerpi, Albam uero diruí iussit, Albanosq; Romam migrare.

Qualis Romanorũ regum uita atq; exitus fuerit. Cap. XV

PSORVM autem regũ qui exitus fuerunt? De Romulo uiderit adulatio fabulosa, qua perhibetur receptus in cœlum. Viderint quidam scripto

I

res eorum [a]qui eum propter ferocitatem à senatu discerptum esse dixerunt[b] subornatumq́ nescio quem Iulium Proculum, qui eum sibi apparuisse diceret, eúq́ per se populo mandasse Romano, ut inter numina coleretur, eoq́ modo populum qui contra senatum intumescere cœperat repressum atq́ sedatum. Acciderat enim & solis defectio, quā certa ratione sui cursus effectam [c]imperita nesciēs multitudo, meritis Romuli tribuebat. Quasi uero si luctus ille solis fuisset, non [d]magis ideo credi deberet occisus, ipsumq́ scelus auersione etiam diurni luminis indicatum: sicut reuera factū est, cum dominus crucifixus est crudelitate atq́ impietate Iudæorum. [e]Quam solis obscurationē non ex canonico syderum cursu accidisse, satis ostendit, quod tunc erat Pascha Iudęorum: nam plena luna solenniter agitur. [f]regularis autem solis defectio non nisi lunæ fine contingit. Satis & Cicero illam inter deos Romuli receptionem putatā magis significat esse quàm factam, quando & laudans eum in libris De republica Scipionisq́ sermone: Tantum est, inquit, consecutus, ut cū subito sole obscurato non comparuisset, deorū in numero collocatus putaretur: quam opinionem nemo unquam mortalis assequi potuit, sine eximia uirtutis gloria. Quod autē dicit eum subito non cōparuisse, profecto ibi intelligitur, aut uiolentia tempestatis, aut cædis facinorisq́ secretum. Nam & alij scriptores eorū, defectioni solis [g]addunt etiam subitā tempestatem, quę profecto, aut occasionē sceleri præbuit, aut Romulum ipsa cōsumpsit. [h]De Tullo quippe etiā Hostilio, qui tertius à Romulo rex fuit, qui & ipse fulmine absumptus est, dicit in eisdē libris idem Cicero, propterea & istum non creditum inter deos receptum tali morte, quia fortasse quod erat in Romulo probatum, id est persuasum, [i]Romani uulgare noluerunt, id est uilefacere, si hoc & alteri facile tribueretur. Dicit etiā aperte in inuectiuis: Illum qui hanc urbem condidit Romulum, ad deos immortales beneuolentia famaq́ sustulimus: ut non uere factū, sed propter merita uirtutis eius beneuolentia iactatum diffamatūq́ monstraret. [k]In Hortēsio uero dialogo cum de solis canonicis defectióibus loqueretur: ut easdem, inquit, tenebras efficiat, quas effecit in interitu Romuli, qui in obscuratione solis est factus. Certe hic minime timuit hominis interitū dicere, quia disputator magis quàm laudator fuit. Cæteri autem reges populi Romani excepto Numa Pompilio, & Anco Marcio, qui morbo interierūt, quàm horrēdos exitus habuerunt? Tullus ut dixi Hostilius uictor & euersor Albę, cum tota domo sua fulmine cōcrematus est. [l]Priscus Tarquinius per sui decessoris filios interemptus est. Seruius Tullius generi sui Tarquinij Superbi, qui ei successit in regnū, nefario scelere occisus est. Nec discessere adytis arisq́ relictis dij, tanto in optimū illius populi regem parricidio perpetrato, quos dicunt ut hoc miseræ Troiæ facerent, eamq́ Gręcis diruendam exurendáq́ relinquerēt, adulterio Paridis fuisse cōmotos. Sed insuper interfecto à se socero, Tarquinius ipse successit. Hunc illi dij nefariū parricidam soceri interfectióe regnantem, insuper multis bellis uictorijsq́ gloriantem, & de bellorum manubijs capitoliū fabricantem, nō abscedentes sed præsentes manentesq́ uiderunt, & regem suum Iouem in illo altissimo templo, hoc est in opere parricidæ, sibi præsidere atq́ regnare perpessi sunt. Neq́ enim adhuc innocens [m]capitoliū struxit, & post ea malis meritis urbe pulsus est, sed ad ipsum regnum in quo capitoliū fabricaret immanissimi sceleris perpetratione peruenit. [n]Quod uero eū Romani regno postea depulerūt ac secluserunt mœnibus ciuitatis, non ipsius de Lucretiæ stupro, sed filij peccatū fuit, illo non solum nesciente, sed etiam absente commissum. Ardeam ciuitatem tunc oppugnabat, & pro populo Romano bellum gerebat: nescimus quid faceret, si ad eius notitiam flagitium filij deferretur. Et tamē inexplorato eius iudicio & inexperto, ei populus ademit imperium: & recepto exercitu, à quo deseri iussus est, clausis deinde portis non sunt passi intrare redeuntem. At ille post bella grauissima, quibus eosdem Ro. concitatis finitimis attriuit, postea q́ desertus ab eis quorū fidebat auxilio, regnum recipere non ualuit, [o]in oppido Tusculo Romę uicino, quatuordecim, ut fertur, annos priuatam uitam quietus habuit, & cum uxore consenuit, optabiliore fortassis exitu q́ socer eius generi sui facinore, [p]nec ignorante filia, sicut perhibetur extinctus. Nec tamē istum Tarquinium Romani crudelem, aut sceleratū, sed superbum appellauerunt, [q]fortassis regios eius fastus alia superbia non ferentes. Nam scelus occisi ab eo soceri optimi regis sui usq́adeo contempserunt, ut eum regem suū facerent: ubi

miror

miror si nō scelere grauiore mercedē tantā tanto sceleri reddiderūt, nec discessere adytis arisq́ relictis dij. Nisi forte quispiā sic defendat istos deos, ut dicat eos ideo māsisse Romæ quo possent Rom. magis punire supplicijs quàm beneficijs adiuuare, seducentes eos uanis uictorijs, & bellis grauissimis conterentes. Hæc fuit Romanorū uita sub regibus laudabili tempore illius reip. usque ad expulsionem Tarquinij Superbi per ducētos fermè & quadraginta & tres annos, cum illæ omnes uictorię tam multo sanguine, & tantis emptæ calamitatibus, uix illud imperium [r]intra uiginti ab urbe miliaria dilatauerint: quātum spatium absit ut saltē ad alicuius [s]Getulę ciuitatis nūc territoriū comparetur.

L. VIVES

Romuli mors a Qui eum propter ferocitatem.] Dionysius libro secundo refert patres discerpsisse Romulum: ac unumquenq́ frustum aliquod corporis sub toga occuluisse, ne quid usquam compareret: ita quomodo Romulus obierit à multitudine esse ignoratum. b Subordinatum nescio quem.] Legendum subornatum: nescio quem addit, uel propter obscuritatē autoris, uel propter uilitatē mendacij, & periurij. c Imperita nesciens multitudo.] Antequā ostensa esset uulgo à philosophis ratio defectuum solis & lunæ, homines quum illa sydera deficere uiderent, aut scelus aliquod ingens, aut mortem eorum metuebant. Hic pauor non in rudi solū erat plebe, sed in eruditis quoq́, uelut Stesichoro, & Pindaro lyricis uatibus. d Magis ideo credi deberet.] Tota sententia est inuersa defectu negationis. Dicendum enim, non magis ideo. e Quam solis obscurationem.] Interuentu lunæ inter solem & nos auferuntur nobis solis radij, idq́ defectus solis dicitur. Interiecta uero terra inter solem & lunam, illiusq́ umbra in lunam ingruente, fit lunæ deliquium: idcirco nec deficere sol potest nisi luna silente, cum ei subijcitur: hoc est in coitu ipsorum syderum, nec luna ipsa, nisi quum est plena, quum maxime uidelicet à sole distat, tum demum enim terra solis splendorē auferre ei potest. f Regularis.] Idem est regularis quod canonicus, à canone Græco, hinc quidam monachi diui Augustini ne nō semel putētur regulares, bis hoc uocari gaudent. g Addunt etiam subitam tempestatem.] Liuius, Subito coorta tempestas cū magno fragore, tonitribusq́. *Tullus Hostilius* h De Tullo.] Hunc quidam fulmine cū tota domo cōflagrasse scribunt. Alij incēsam eius domum ab Anco Martio, qui postea regnauit, affirmāt. i Romani uulgare noluerunt, id est uilificare.] Quod Augustinus scripserat uilefacere, parum erat scite & doctrinaliter dictū. Ideo uilificare fuit pro eo substituēdum, præsertim si Tullianus aliquis emendauit, quibus omnia in hanc formam conuertuntur, hominificare, animalificare, accidentificare, asinificare. k In Hortensio.] Hortensium amicissimus. Nam quem quidam Hortensiū esse putant, quartus est Academicarum quæstionum. Marcellus est testis in plerisq́ locis. *Priscus Tarquinius* l Priscus Tarquinius.] Quintus Romanorum rex, Demarati Corinthij filius, à pastoribus, quos filij Anci Martij subornarunt, occisus est. Huic successit Seruius Tullius gener, uir magnus & pace & bello, qui multis præclaris & utilissimis institutis urbem ornauit, atq́ adiuuit. Opera Tarquinij Superbi generi est occisus. Tarquinius in suos ciues asper & immitis, bello strenuus fuit. *Capitolium* m Capitolium.] In Saturnio colle, qui postea Tarpeius est dictus Ioui reg. opt. max. ædificauit. n Quod uero eum.] Septimus hic rex & ultimus fuit expulsus à Bruto, Collatino, Lucretio, Valesio, Horatio, & alijs, cū ob multas acceptas antea iniurias, tum ob recens Sexti eius filij facinus in Lucretiam. Ardeam oppugnabat rex, quum populus ei imperium abrogauit: ipse quum in urbem ueniret, exercitu etiam spoliatus est à Bruto, qui alia uia ad castra properauerat. o In oppido Tusculo.] Vulgatior opinio est, eum Cumis diem obijsse, natum annos ferè nonaginta apud Aristodemum Tyrānum: tametsi haud negauerim aliquot annos eum Tusculi mansisse apud Octauium Mamilium generum, quousq́ nobili illa ad lacum Regillum pugna, Mamilius à T. Herminio legato occisus est. Quæ res forsan fecit, ut Augustinus memoria laberetur in re uidelicet exigua, & quæ non multum intererat, sic aut secus narrari. p Nec ignorante filia.] Immo, ut scribunt, stimulante uirū, ut id facinus tantum faceret. q Fortassis regios eius fastus.] Festiuum dictum, & aceti plenum. r Intra uiginti ab urbe.] Sextus Ruffus xviij. miliaria ponit, usq́ ad Ostiam ab Anco rege in portu positam, Eutropius non nisi xvi. *Getulia* s Getulæ ciuitatis.] Getulia pars est Aphricæ prope tractum inhospitalem & inhabitabilē, sicut Mela Pomponius describit. De Getulis sic Salustius in Iugur. *Getuli* Aphricam habuere initio Getuli asperi, incultiq́, quibus cibus erat caro ferina, atq́ pabulum uti pecoribus. Hi neq́ moribus, neq́ lege, aut imperio cuiusquam regebantur, uagi, palantes, quo nox coegerat sedes habebant. Hæc & alia nonnulla idem Salust. de Getulis. Eam gentem Mela frequentem multiplicemq́ esse scribit.

De primis apud Romanos consulibus quorum alter alterum patria pepulit, moxq́ Romę post atrocissima parricidia à uulnerato hoste uulneratus interijt. Cap. XVI

HVIC tempori adijciamus etiā tempus illud, quousq́ dicit Salustius, ęquo & modesto iure agitatū, dum metus à Tarquinio et graue bellum cum Etruria positum est. Quandiu enim Etrusci Tarquinio redire in regnū conanti opitulati sunt, graui bello Roma concussa est. Ideo dicit æquo & modesto iure gestam remp. metu premente, nō persuadente iustitia. In quo breuissimo tempore quàm funestus ille annus fuit, quo primi cōsules creati sunt expulsa regia potestate. Annum quippe suum non compleuerunt. Nam Iunius Brutus exhonoratum eiecit urbe collegam Lucium Tarquinium Collatinū. Deinde mox ipse in bello cecidit, [a]mutuis cum hoste uulneribus, [b]occisis à seipso primitus filijs suis, & uxoris suæ fratribus, q eos pro restituendo Tarquinio coniurasse cognouerat. Quod factum Virgilius postea quàm laudabiliter cōmemorauit, cōtinuo clemēter exhorruit.

Cum enim dixisset: Natosq́ pater noua bella mouentes Ad pœnam pulchra pro libertate uocabit. Mox deinde exclamauit, & ait: Infelix utcunq́ ferent ea facta minores. Quomodolibet, inquit, ea facta posteri ferant, id est præferant & extollant, qui filios occidit, infelix est. Et tanquã ad consolandũ infelicem, subiunxit: Vicit amor patriæ, laudũq́ immẽsa cupido. Nón ne in hoc Bruto, qui & filios occidit, [c] & à se percusso hosti filio Tarquinij mutuo percussus superuiuere non potuit, eiq́ potius ipse Tarquinius superuixit, [d] Collatini collegę uidetur innocẽtia uindicata, qui bonus ciuis hoc Tarquinio pulso passus est, quod tyrannus ipse Tarquinius? [e] Nam & idem Brutus consanguineus Tarquinij fuisse perhibetur. Sed Collatinum uidelicet similitudo nominis presit, quia etiam Tarquinius uocabatur. Mutare ergo nomen, non patriam cogeretur. [f] Postremo in eius nomine hoc uocabulũ minus esset, si L. Collatinus tantummodo uocaretur. Sed ideo nõ amisit quod sine ullo detrimẽto posset amittere, ut & honore primus cõsul, & ciuitate bonus ciuis carere iuberetur. Etiam ne ista est gloria Iunij Bruti detestanda iniquitas, & nihilo utilis reipublicæ? Etiam ne ad hanc perpetrandã, Vicit amor patriæ, laudumq́ immensa cupido? Iam expulso utiq́ Tarquinio tyrãno: cõsul cum Bruto creatus est maritus Lucretiæ Lucius Tarquinius Collatinus: cq́ iuste populus mores in ciue, non nomen attendit, cq́ iniuste Brutus collegam primæ ac nouæ illius potestatis, quẽ posset, si hoc offendebatur, nomine tantũ priuare, & patria priuauit et honore. Hęc mala facta sunt, hęc aduersa acciderũt: quando in illa rep. æquo & modesto iure agitatũ est. [g] Lucretius quoq́ qui in locũ Bruti fuerat surrogatus, morbo antequam idem annus terminaretur, absumptus est. Ita Publius Valerius qui successerat Collatino, & Marcus Horatius, qui pro defuncto Lucretio suffectus fuerat, annũ illum funereũ atq́ Tartareum, qui cõsules quinq́ habuit, compleuerũt. Quo anno cõsulatus ipsius nouum honorẽ ac potestatẽ auspicata est Rom. resp. tunc iam diminuto paululũ metu, non quia bella cõquieuerant, sed quia non tam graui pondere urgebãt. Finito scilicet tẽpore, quo æquo & modesto iure agitatũ est, secuta sunt quæ idẽ Salust. breuiter sic explicat: Deinde seruili imperio patres plebem exercere, de uita atq́ tergo regio more consulere, agro pellere, & cæteris expertibus soli in imperio agere. Quibus agitata sæuitijs, & maxime fœnore oppressa plebes, cum assiduis bellis tributũ & militiam simul toleraret, armata montem sacrũ atq́ Auentinũ insedit. Tũcq́ tribunos plebis & alia sibi iura parauit, discordiarum, & certaminis utriusq́ finis fuit secundum bellum Punicum.

L. VIVES

[a] Mvtuis cum hoste uulneribus.] Cum Arunte Tarquinio regis filio, mortuum matronæ annum luxerunt: collega Valerius laudauit, eaq́ fuit prima funebris oratio Romæ. b Occisis à seipso.] De reducendis clàm Tarquinijs Vitellij fratres uxoris Bruti cum legatis regijs agebant, & ascíuerant in consilium T. & Tibe. Iunios Brutos consulis filios. Brutus re detecta, de filijs & uxoris fratribus suppliciũ sumpsit. c Et à se percusso hoste & filio Tarquinij.] Sic legitur in uetustis libris; & à se percusso hosti filio Tarquinij mutuo percussus. d Collatini collegæ.] Dixi ob seruatum esse, qui collegæ magistratum abrogarit, annum non uixisse. e Nam & idem Brutus.] Hic fuit M. Iunij & Tarquinij regis sororis filius. f Postremo si in eius nomine.] Melius si coniunctio, si, aliò transferretur sic: Postremo in eius nomine hoc uocabulum minus esset, si Lucius Collatinus. g Lucretius.] Primus annus consularis quinq́ habuit cõsules, Brutum & Collatinũ primum. Collatino abrogato magistratu suffectus est P. Valerius Publicola. Bruto mortuo in bello, Valerius Sp. Lucretium Lucretiæ patrem substituit: huic morbo absumpto, successit M. Horatius Puluillus.

Post initia consularis imperij quibus malis uexata fuerit Romana respublica dijs non opitulantibus quos colebat. Cap. XVII

VID ita ego tantas moras uel scribens patiar, uel lecturis afferam? Quàm misera fuerit illa respublica, tam lõga ætate per tot annos usq́ ad secundũ bellũ Punicum, bellis forinsecus inquietare non desistentibus, & intus discordijs seditionibusq́ ciuilibus, à Salustio breuiter intimatũ est. Proinde uictoriæ illæ nõ solida beatorum gaudia fuerunt, sed inania solatia miserorũ, & ad alia atq́ alia terribilia mala subeunda illecebrosa incitamenta minime quietorum. Nec nobis quia hæc dicimus, boni Romani prudentesq́ succenseant: quanquam de hac re nec petendi sint nec monẽdi, quãdo eos minime succẽsuros esse certissimũ est. Neq́ em grauius uel grauiora dicimus autoribus eorũ, et stylo & ocio multũ impares. Quibus tamẽ edi/scendis & ipsi elaborauerunt, & filios suos elaborare compellunt. Qui autem succẽsent, quando me ferrent si ego dicerem, quod Salust. ait:

Plurimę

Plurimæ turbæ seditiones & ad postremũ bella ciuilia orta sunt, [a] dum pauci potentes, quorũ in gratiã plerique concesserãt sub honesto patrũ aut plebis nomine dominationes affectabant: bonique et mali ciues appellati, nõ ob merita [b] in remp. omnibus pariter corruptis, sed uti quisq́ locupletissimus & iniuria ualidior, quia præsentia defendebat, pro bono ducebatur. Porrò si illi scriptores historię ad honestã libertatẽ pertinere arbitrati sunt, mala ciuitatis propriæ nõ tacere, quã multis locis magno prœconio laudare cõpulsi sunt, cũ aliã ueriorẽ quo ciues æterni legendi sunt nõ haberent: quid nos facere conuenit, quorũ spes quanto in deo melior & certior, tanto maior debet esse libertas, cũ mala presentia Christo nostro imputant, ut infirmiores imperitioresq́ mentes alienentur ab ea ciuitate, in qua sola iugiter feliciterq́ uiuẽdum est? Nec in deos eorum horribiliora nos dicimus, quàm eorum identidem autores, quos legunt & prædicant: quandoquidem & ex ipsis quę diceremus accepimus, & nullo modo dicere, uel talia, uel cuncta sufficimus. [c] Vbi erant ergo illi dij, qui propter exiguam fallacemq́ huius mundi felicitatem colendi existimantur, cũ Ro. quibus se colendos mendacissima astutia uẽditabant, tãtis calamitatibus uexarentur? Vbi erant quãdo Valerius cõsul & ab exulibus & seruis [b] incẽsum capitolium cum defensaret occisus est? Facilius q́ ipse prodesse potuit ædi Iouis, quàm illi turba tot numinũ cum suo maximo atq́ optimo rege cuius templum liberauerat, subuenire. Vbi erant quando densissimis fatigata ciuitas seditionum malis, cum legatos Athenas missos ad leges mutuandas paululum quieta operiretur, graui fame pestilentiaq́ uastata est? Vbi erant quãdo rursus populus cũ fame laboraret, præfectum annonæ primũ creauit, atq́ illa fame inualescente, [c] Spurius Aemilius qui esurienti multitudini frumenta largitus est, regni affectati crimẽ incurrit, & eiusdem præfecti instantia per dictatorem L. Quintium ætate decrepitum, à Q. Seruilio magistro equitũ, cum maximo & periculosissimo tumultu ciuitatis occisus est? Vbi erant quando pestilentia maxima exorta, dijs inutilibus sine remedio populus diu multũq́ fatigatus, noua [d] lectisternia, quod nũquã antea fecerat, exhibenda arbitratus est? Lecti autem sternebantur in honorẽ deorũ, unde hoc sacrum uel potius sacrilegiũ nomẽ accepit.

A Vbi erant, quando per decem cõtinuos annos male pugnãdo crebras & magnas clades apud Veios exercitus Romanus acceperat, nisi per Furium Camillum tandẽ subueniretur, quem postea ciuitas ingrata dãnauit? Vbi erãt quando Galli Romã ceperunt, spoliauerũt, incenderunt, cædibus impleuerunt? Vbi erãt cũ illa insignis pestilẽtia tam ingentẽ stragem dedit, qua & ille Furius Camillus extinctus est, qui remp. ingratã & à Veientibus ante defendit, & de Gallis postea uindicauit? Inde in hac pestilentia scenicos ludos aliam nouã pestem non corporib. Rom. sed, quod est multo pernicíosius, moríb. intulerũt. Vbi erant, quãdo alia pestilentia grauis [g] de uenenis matronarũ exorta credita est, quarum supra fidẽ multarum atq́ nobiliũ mores deprehẽsi sunt omni pestilentia grauiores? Vel quãdo in Caudinas furcas à Sãnitibus obsessi ambo cũ exercitu consules fœdus cum eis fœdũ facere coacti sunt ita ut equitibus Ro. sexcentis obsidibus datis, cæteri amissis armis a/lijsq́ spoliati priuatiq́ tegminibus, sub iugum hostium cum uestimẽtis singulis mitterentur? Vel quãdo graui pestilentia cæteris laboranti/bus, multi etiã in exercitu icti fulmine perierũ t? Vel quando itidem alia intolerabili pestilentia Aesculapium ab Epidauro quasi medicũ deum Roma aduocare atq́ adhibere cõpulsa est: quoniam regem omniũ Iouem, qui iam diu in Capitolio sedebat, multa stupra, quibus adolescẽs uacauerat, non permiserant fortasse discere medicinã? Vel cum cõspirantibus uno tẽpore hostibus Lucanis, Brutijs, Sãnitibus, Etruscis & Senonibus Gallis primo ab eis legati perempti sunt, deinde cum prætore oppressus exercitus, septẽ tribunis cum illo pereuntibus, & militum tredecim milibus? Vel quando post graues & longas Ro. seditiões quibus ad ultimum plebs in Ianiculum hostili direptione secesserat: cuius mali tam dira calamitas erat, ut eius rei causa, quod in extremis periculis fieri solebat, & dictator crearetur Hortensius, qui plebe reuocata in eodem magistratu expirauit, quod nulli dictatori ante contigerat, quod illis dijs iam præsente Aesculapio grauius crimẽ fuit. [b] Tũ uero tam multa bella ubiq́ crebruerunt, ut inopia militum proletarij illi qui eo quod proli gignendæ uacabant, ob egestatẽ militare nõ ualentes hoc nomen acceperant, militię conscriberentur. Accitus etiam à Tarentinus [f] Pyrrhis rex Græcię,

tunc

tunc ingenti gloria celebratus Ro. hostis effe/ A
ctus est.[k] Cui sanè de rerum futuro euentu con
sulenti, satis urbane Apollo sic ambiguum ora
culum ædidit, ut è duobus quicquid accidisset,
ipse diuinus haberetur. Ait enim: Dico te Pyr/
rhe uincere posse Rom. atq; ita siue Pyrrhus à
Ro. siue Romani à Pyrrho uincerentur securus
fatidicus utrumlibet expectaret euentum. Quę
tunc & cȝ horrenda utriusq; exercitus clades,
[l] in qua tamen superior Pyrrhus extitit, ut iam
posset Apollinem pro suo intellectu prædicare
diuinum: nisi proxime alio prælio Rom. absce/
derent superiores: [m] atq; in tanta strage bellorũ B
etiam pestilentia grauis exorta est mulierum.
Nam priusquã maturos partus æderent, graui
dæ moriebantur. Vbi se credo Aesculapius ex/
cusabat, quòd [n] ἀρχίατρον se nõ obstetricẽ pro/
fitebatur. Pecudes quoq; similiter interibãt, ita
ut iam defecturum genus animalium credere/
tur. Quid hyems illa memorabilis tam incre/
dibili immanitate sæuiens, ut niuibus horrẽda
altitudine etiã in foro per dies xl. manentibus,
Tiberis quoq; glacie duraretur? Si nostris tem
poribus accidisset, quæ isti & quanta dixissent?
[o] Quid illa itidem ingens pestilentia, quãdiu sæ
uiuit, quàm multos peremit? Quę cum in annũ C
alium multo grauius tenderetur, frustra præsen
te Aesculapio aditum est ad libros Sybillinos.
[p] In quo genere oraculorũ, sicut Cicero in libro
De diuinatione commemorat, magis interpre/
tib. ut possunt siue uolunt dubia cõiectantibus
credi solet. Tunc ergo dictum est eam esse cau/
sam pestilẽtię, [q] quòd plurimas ędes sacras mul
ti occupatas priuatim tenerent: sic interim à ma
gno imperitiæ uel desidiæ crimine Aesculapi/
us liberatus est. Vnde aũt à multis ędes illæ fue
rant occupatæ nemine prohibẽte, nisi quia tan
tæ numinũ turbæ diu frustra fuerat supplicatũ:
atq; ita paulatim loca deserebantur à cultori/
bus, ut tanquam uacua sine ullius offensione
possent humanis saltẽ usibus uẽdicari. Nã quæ
tunc uelut ad sedandam pestilentiam diligen/
ter repetita fuerunt atq; reparata, nisi postea eo
dem modo neglecta atq; usurpata latitarẽt, nõ
utiq; magnę peritię Varrõis tribueretur, quod
scribens de ædibus sacris tam multa ignorata
commemorat. Sed tunc interim elegans non
pestilentiæ depulsio, sed deorum excusatio pro
curata est.

a Dvm pauci potẽtes.] Homines de plebe, qui uel odio nobilitatis, uel captandæ popularis auræ gratia rempub. turbabãt, ut eo pacto res suæ me liores & potentiores essent: illud tamen actionibus suis prætendebant, se iura populi & cõmunem libertatem defendere: patritij uero contra niti, & multum de com/modis uulgi detrahere, ut id sibi suisq; apponerent, illo prætextu, quòd dignitatẽ senatus tuerẽtur, quam esse quàm ampliss. è rep. foret: sed re uera pro sua potentia quisq; certare, atq; contendere. b In remp. incesse/rant.] In codice Colonienſi, non habetur incesserãt: & haud dubie sublata ea uoce sensus est integrior. c Vbi erant ergo illi dij.] Hæc omnia quæ Aug. recenset sunt ex Liuio, quæ satius erit ubi apud eũ inueniri possint, indicare, ne lõgis narratiõibus, & oneri lectori simus, & fastidio. d Incensum.] Nõ ab incẽdo, sed ab inscendo quod est ascẽdo. Neq; enim incenderãt, sed ascenderãt: ideo alibi scribit inscensum. e Spurius Aemilius.] Certũ est legendũ esse. Melius, ex historia. f Lectister Lectisternium
nia.] Lectis olim cubantes epulabanũ. At quoties in tẽ/plo aliquo pub. placandæ deũ iræ causa, conuiuiũ exhi bebatur, aut nocturnum erat sacrũ, dijsq; tãquam epu/laturis aut cubituris lecti sternebãtur, id lectisternium uocabant. Liuius lib. v. Laborante pestilentia ciuitate, paucis annis ante Romã à Gallis captam, ex libris Sy/billinis, primum lectisternium in urbe factum per dies octo, tribus tunc lectis apparatis Apollini & Latonæ, Dianæ & Herculi, Mercurio & Neptuno. Lectisterniũ illud fuisse primũ, nescio qui constet, cum Iudis scecula ribus, quos primus P. Vale. Publicola, qui cum Bruto cõsul fuit, fecit, lectisterniũ per trinoctiũ fuerit, ut apud Valerium legitur lib. ij. & Censorinum de die Natali.

g De uenenis matronarũ.] Liuius lib. viij. Claudio Marcello, T. Vale. coss. prima tũc de ueneficijs quæstio habita, cum multi principes uenenis mulierũ interijs/sent. h Tum uero tam multa.] In Gallos, Tarenti/nos, Sãnites, Lucanos, Brutios, Hetruscos: postremo his omnibus additus est Pyrrhus Epirotarum rex. De proletarijs nõnulla dicam. Seruius Tullius sextus Ro. rex po. Ro. in sex classes diuisit: prima classis erat eorũ qui centum millia assium in censu haberent, aut plura, tamets illo rege census maximus fuit CXM. ut tradit Pli. li. xxxiij. Secunda, qui censum intra centum & sep tuaginta quinq; grauis æris milia essent professi. Tertia eorũ qui quinquaginta. Quarta qui quinque & uiginti milia. Quinta qui undecim milia. Hic una centuria fuit immunis militia tenuium hominum proletariorum & Proletarij
capite censorum. Proletarij erant qui mille & quin/ gentos asses in censum deferebant, plus minus: qui so/lum in ciuitate sufficiendæ proli, nulli alteri uiderentur uacare publico muneri. unde à prole proletarij nũ/cupati. Capite censi tenuiores, erant, qui cccIxxv. asses Capite censi
D haberent in censu, qui quoniam pecunia non uiderentur censi, capite suo censebantur, numerum ciuium au/gentes. Hæc duo hominum genera immunia fecit mi/litia Seruius Tul. non quòd arma ipsis tuto non commit terentur, aut quòd nullum haberent uelut obsidem in patria, qui pro eorũ forti opera sponderet, qualem pu/tabant uel præcipuam pecuniam, sed quia bellicos sum ptus ferre nõ possent. Illis enim temporibus milites de suo se alebant. Fieri potest, ut post tributum institutum uetus mos remanserit, & causæ cur illi homines nõ mili tarent, tales sint Po. Ro. uisæ, qui omnia pecunia metie/batur. Nam eas Valerius, & A. Gellius reddunt. Pro/letarij iam alijs temporib. militarunt, capite censis pri/mus arma dedit C. Marius bello Iugurthino, autores Salu. & Valer. Idem Quintilianus tangit in milite Ma/riano. hinc ipse Marius imperator capite census nuncu patus est. i Pyrrhus.] Materno genere ab Achille, Pyrrhus
paterno

paterno ab Hercule progenitus, utroq; à Ioue. Hic cũ A
orbis imperiũ animo agitaret, à Tarentinis ad ferẽdam sibi contra Ro. opem aduocatus auidus accurrit, occa/sionẽ sibi oblatã ratus Italiam totumq; orbem superan di, ut Alexander paulo antea fecerat. k Cui sanè de rerũ futuro euentu.] Cic. ij. De diui. uersum scribit esse Ennij, Aio te Acacida Romanos uincere posse. Quod Poeta oraculũ dicit ab Apolline Pyrrho datũ rogãti de belli euentu. idcirco Cice. sic scribit: Sed iam ad te ue/nio ò sancte Apollo, qui umbilicũ terrarũ certum obsi/des, unde superstitiosa primũ sæua euasit uox fera. Tuis enim oraculis Chrysippus totũ uolumen impleuit, par tim falsis, ut ego opinor, partim casu ueris, ut fit in om/ni oratiõe sæpissime: partim flexiloquis, & obscuris, ut interpres egeat interprete, & sors ipsa referẽda sit ad sor tes: partim ambiguis, & quæ ad dialecticum referenda sint. Hæc ille, qui uersum ab Ennio fictũ uidetur asserere. Aeacides est Pyrrhus, quoniã Achilles Pelei filius, B
hic Aeaci. Verg. in vi. Eruet ille Argos Agamemnoni/asq; Mycenas: Ipsumq; Aeacidem genus armipotentis Achilli. Pyrrhũ significans. l In qua tamẽ superior.] Vicit Pyrrhus P. Valeriũ Leuinũ consulem ad Heracle Heraclia uicto/ria am, sed magna suorũ cæde. Vnde, puerbiũ, Heraclia ui ctoria. deinde fugatus est à P. Sulpitio, & P. Decio coss. postremo uictus fugatus est à Curio Dẽtato, & ex Italia pulsus. m Atq; in tanta strage bellorũ.] Hæc quæ nar rat, sunt ex P. Orosio accepta lib. iiij. quæ scribit conti/gisse Fabio Gurgite iterũ, & C. Genutio coss. bello Pyr ἀρχίατρος rhi. n ἀρχίατρον.] Principem medicum, ἰατρὸς enim medicus est, obstetrix quæ parturientibus adest perita infantis excipiendi. Fuerunt & ἀρχίατροι medici princi/pum, ut in Codice Iusti. de comitib. & ἀρχιάτρους, q. pri mi medici qui hodie protomedici nominantur ab His/panis. o Quid illa itidem ingẽs.] Orosius lib. iiij. sub primum bellum Carthaginẽ. p In quo genere oracu/lorum.] Cic. ij. De diuiñ. De Sybillinis lib. & Sibyllis alio loco fuse. q Quod plurimas ædes sacras.] Idem C
respondent aruspices, Ci. tempore, cũ prodigia, quæ per eos dies contigerant procurarentur. Cic. in Oratio ne de Aruspicum responsis.

Quantæ clades Ro. sub bellis Punicis triue/rint, frustra deorũ præsidijs expetitis. XVIII

AM uero Punicis bellis cum inter utrunq; imperium uictoria diu an/ceps atque incerta penderet, popu/liq; duo prævalidi impetus in alte/rutrum fortissimos & opulentissi/mos agerent, quot minutiora regna contrita sunt? quę urbes amplæ nobilesq; deletæ? quot afflictæ? quot perditæ ciuitates? quàm longe la D
teq; tot regiones terræq; uastatæ sunt? Quo/ties uicti hinc atque inde uictores? quid homi/num consumptum est, uel pugnantium mili/tum, uel ab armis uacantiũ populorum? Quan ta uis nauium marinis etiã prælijs oppressa, & diuersarum tempestatũ uarietate submersa est, si narrare uel cõmemorare conemur, nihil aliud quàm scriptores etiã nos erimus historiæ. Tũc magno metu perturbata Rom. ciuitas, ad reme dia uana & ridenda currebat. r Instaurati sunt ex autoritate librorum Sibyllinorum ludi secu lares, quorum celebritas inter centũ annos fue/rat instituta, felicioribusq; temporibus memo/ria negligente perierat. s Renouarunt etiã pon/tifices ludos sacros inferis, & ipsos abolitos an/nis retrorsum melioribus. Nimirũ enim quan/do renouati sunt, tanta copia mòrientium dita tos inferos etiam ludere delectabat: cum pro/fecto miseri homines ipsa rabidà bella, & cru/entas animositates funereasq; hinc atque inde uictorias, magnos agerent ludos dęmonum, & opimas epulas inferorũ. Nihil sanè misera/bilius primo bello Punico accidit, quàm quod ita Romani uicti sunt, ut etiam Regulus ille ca/peretur, cuius in primo & in altero libro men/tionem fecimus, uir plane magnus & uictor an tea domitorq; Pœnorum, qui etiam ipsum pri mum bellum Punicum confecisset, nisi auidita/te nimia laudis & gloriæ duriores conditiones quàm ferre possent fessis Carthaginensibus imperasset. Illius uiri & captiuitas inopinatissi ma, & seruitus indignissima, & iuratio fidelissi ma, & mors crudelissima si deos illos non co/git erubescere, t uerum est quod æreí sunt, & non habent sanguinem. Nec mala illo tempo re grauissima intra mœnia defuerunt. u Nam exundante nimis ultra morem fluuio Tiberi/no, penè omnia urbis plana subuersa sunt: alijs impetu quasi torrentis impulsis: alijs uelut sta/gno diuturno madefactis atq; sublapsis. x Istã deinde pestem ignis pernicioſior subsecutus est, qui correptis circa forum quibusq; celsiori/bus, y etiam templo Vestæ suo familiarissimo non pepercit, ubi ei uelut uitam perpetuam di/ligentissima substitutione lignorum, non tam z honoratæ quàm damnatæ uirgines donare consueuerant. Tunc uero illic ignis nõ tantum uiuebat, sed etiam sæuiebat. Cuius impetu ex/territæ uirgines, sacra illa fatalia, a quæ iã tres in quibus fuerãt presserãt ciuitates, cũ ab illo incẽ/dio liberare nõ possent, b Metellus põtifex suæ quodãmodo salutis oblitus, irruẽs ea semiustu latus abripuit. c Neque enim uel ipsum ignis a/gnouit. aut uero erat ibi numẽ, quod nõ etiam si fuisset, fugisset. Homo igitur potius sacris Ve stę, cȝ illa homini prodesse potuerũt. Si autem à semetipsis ignẽ non repellebãt: ciuitatẽ, cuius tueri salutẽ putabantur, quid contra illas aquas flãmasq; poterãt adiuuare, sicut etiam res ipsa nihil ea prorsus potuisse, patefecit? Hæc istis ne quaq; obijcerẽtur à nobis, si illa sacra dicerent, non tuendis his bonis temporalibus instituta, sed significãdis æternis: & ideo cum ea quę cor/

poralia

poralia uisibiliaq; essent perire contingeret, nihil his rebus minui, propter quas fuerant instituta, & posse ad eosdem usus denuo reparari. Nunc uero cæcitate miserabili, eis sacris quę perire possent fieri potuisse existimāt, ut salus terrena & temporalis felicitas ciuitatis perire non posset. Proinde cum illis etiam manentibus sacris, uel salutis cōtritio uel infelicitas irruisse mōstratur, mutare sentētiam, quam defendere nequeunt, erubescunt.

L. VIVES

Ludi seculares a Instaurati sunt.] Puto non futurum ingratum studiosis antiquitatis, si de ludis secularibus nonnulla dixero, altius repetitis principijs. Valesius Sabinus homo ut illo tempore erant optimi quiq;, rusticus, ægrotantibus tribus liberis ac prope modū moribundis inter uota & comprecationes, uocem audiuit, filios fore saluos, si per pronum Tyberim Terētum portasset, ibiq; ex Ditis patris & Proserpinæ petita aqua calida, quam illi desiderassent, recreasset. Valesius de Tarento urbe ratus oraculum intelligendum, tametsi procul ea urbs aberat, nec ullus erat ad Tarētum Tiberis, tamen naue conducta, & in ea impositis pueris secundo flumine Hostiam contendit, ad campum Martium prope Romam, cum pueros in siccum exponeret, ut tædium nauigationis leuaret, uelletq; ignem accendere, consuluit gubernatorē, unde ignis peti posset. Ille è proximo Terento respondit, nam pastoricium ignem uidebat ibi lucere, locus ille Terentus dicebatur, quod Tiberis amnium more ripā mollem tereret, uel quod ara Ditis eo loco sub terra occuleretur. Valesius nomine audito lætus illuc nauem appelli iubet, existimans de illo loco se esse diuina uoce admonitum: ac interim dum ipse in urbem ad aram emendam curriculo properat, iubet seruos alte fodere, ubi collocaretur, uiginti pedes altū fodêre & aram ueterem ibi inuenerunt cum inscriptione Diti, & Proserpinæ. eam Ro. olim condiderant post peractum dijs inferis sacrum cum pugnaturi cum Albanis in acie iamiam concursuri starent, iussi à dæmone id facere, prius q̃ manum consererent. redijt ex urbe pater & ad inuētam aram furuas Hostias Diti & Proserpinæ sacrificauit. & tres noctes, tot enim erāt filij ægroti, dijs ibi facto lectisternio exegit, cum cantibus, & choreis liberis iam morbo liberatis. Eundem morem in urbē induxit unus ex posteris Valesii illius P. Valer. Publicola primo libertatis anno à maioribus suis acceptū. Triduum, & trinoctiū sacris totus populus operabatur ad aras Iouis. & Apol. quibus mactabatur candidus taurus, & huic canebatur carmen à pueris ac puellis matrimis patrimisq;. Deinde Iunonis, cui iuuenca itidē candida, & hæc quidē interdiu: noctu uero Dianæ, Proserpinæ, Terræ, & Parcarum quibus furuæ hostiæ, luminaq; accendebantur. Exhibebantur eo tēpore ludi scenici in honorem Apollinis, & Dianæ, & Circenses, hiq; ludi tam celebres & magnifici seculares dicebanť, qđ *Seculum* semel singulis agerentur seculis. Seculum porrò spatiū est uitæ humanæ longissimum. uarij uario annorum numero describūt, ut est apud Censorinum. Ro. centū annis, idq; est interuallum inter ludos seculares, ut Valerius Antias & Varro, & Liuius lib. cxxxvi. Sed ex commentarijs xvuirorum, & ædicto Cæsaris Augusti carmineq; Horatij seculari x. anni huic numero addūtur, ut centesimo quoq; & decimo fiant. Tametsi carmen illud Horatij, quo maxime Censorinus, & alij nituntur, Certus undenos decies per annos: non uideo cur legi

A non possit, Certus ut denos decies per annos: & sic nonnulli legunt. Sed & aliud carmen à Zosimo citatur Græcum, quod ipse Sibyllinum esse dicit in quo est. ες ετων εκατονδεκα κυκλον οδευων sine apicibus & notis pronūciationis. Porrò præco cum ad hos ludos conuocabat, ad eos uti ludos uenirent dicebat, quos nemo ipsorum antea spectasset nemo esset postmodū spectaturus. hinc illa Vitellij assentatio Claudio ludos seculares exhibenti, sæpe facias. *Sæpe facias* Primus hos ludos Publicola ut diximus fecit anno ab urbe condita ccxliiij. secundi facti sunt ex libris Sibyllinis anno ab urbe condita quingentesimo & altero, P. Claudio Pulchro, L. Iunio Bruto coss. xi. anno primi belli punici. Tertij i. an. tertij belli Punici, M. Manlio, Martio Censorino cos. quarti non expectato iusto tempore, L. Aemilio Lepido, L. Aurelio Oreste coss. Quintos Augustus & A grippa fecerūt, Furnio & Syllano coss. reductos ad æquū tempus. Sextos Claudius Cæsar anticipatos se iij. & L. Vitellio principis patre B iij. coss. Septimos Domitianus ueriore computatione se xiiij. & L. Minutio Ruffo coss. Octauos iusto tempore Septimius Seuerus, Chilone & Vibone coss. Nonos Philippus Vostrensis anno ab urbe cōd. M. Aemiliano & Aquilino coss. ut tradit Cassiodorus. Hæc de ludis secularibus ex Varrone Vale. Hora. L. Floro, Festo, Zosimo, Herodiano, Sueto. Censori. Cassiodoro, Porphyrione, Acrone, Angelo Politiano. Nunc ad cætera pergamus. b Renouarunt etiam pontifices.] Alios uidetur uelle esse ludos Ditis & Proserpinæ atq; seculares, cum omnes eosdem esse dicāt, nisi diuidat forte Augusti. ludos, & sacrificia deorum inferorum à ludis & sacris aliorum deorum quæ per illos dies fiebant, & profecto ludi deorum inferorum aliam uidenť habuisse originem, q̃ seculares. Festus enim ad hunc modum scribit: *Tauri ludi* Tauri appellabantur ludi in honorem deorū inferorū facti, instituti autem uidentur hac de causa: regnante Tarquinio Superbo cum magna incidisset pesti C lentia in mulieres grauidas, quæ fuerat facta ex carne diu uendita populo taurorū, ludi ob hoc dijs inferis instituti & Tauri uocati. hæc Festus. Adde qđ seculares ludi Apollini interdiu, & Dianæ fiebāt noctu, Tauri uero dijs inferis. c Verū est quod ærei sunt.] Alibi aerij, & congruentius opinioni Augustini: Nam Platonici dæmonas aereos esse dicebāt, cum quibus Augusti. uideť aliquot locis consentire, ut post disputabimus. porrò in pudore sanguis rubore exornat faciē. d Nam *Tyberis exūdatio, Romæ conflagratio* exundante.] Orosius lib. iiij. e Ignis.] Ibidē & Li. li. xix. & Oui. li. vi. Fast. Declamatores apud Senecam ficto se exercēt argumēto, priuandus ne sit Metellus sacerdotio, quod sit cæcus, posita lege, ut sacerdos integer sit. f Etiam templo Vestæ suo familiariss.] Quoniā in eo ignis colebať. quod mox Aug. declarat. g Honoratæ.] Nam honos earū maximus apud omnes homines ordinesq; erat. sacerdoti Vestæ etiam magistratus D uia cedebat. h Quæ iam tres.] Ilium, Lauiniū, Albam. i Metellus pontifex.] *Metellus* L. Cæcilius Metellus pontifex Max. bis consul, Dictator, magister equitū xvuir agris diuidundis, qui primus elephantos primo Punico bello in triūpho duxit, de quo Q. Metellus eius filius in ea oratione quā in funere ipsius habuit, scriptum reliquit, decē maximas res optimasq; in quibus quærēdis sapientes ætatem exigerent consummasse: eū ait uoluisse primariū bellatorem esse, optimum oratorē, fortissimū imperatorē, auspicio suo maximas res geri, maximo honore uti, summa sapientia esse, summum senatorem haberi, pecuniam magnam bono modo inuenire, multos liberos relinquere, & clarissimū in ciuitate esse. Plin. lib. vij. ca. xliij. k Neq; enim uel ipsum.] Locus mendosus, & qui uarie legiť. alibi pro uero, uerū, ut referatur ad numen. alibi, quod non etiā si fugisset, effugisset. q. nō effugisset numen, etiam si fugisset Metellus.

De

De afflictione belli Punici secūdi qua uires utriusq; partis cōsumptæ sunt. Caput XIX

A SECVNDO autem bello Punico nimis longum est commemorare clades duorum populorum, tam longe secum lateq; pugnantium, ita ut his quoq; fatentibus qui non tam narrare bella Romana quàm Romanum imperium laudare instituerūt, similior uicto fuerit ille qui uicit. Hannibale quippe ab Hispania surgente, & Pyreneis montibus superatis, Gallia transcursa, alpibusq; diruptis, tam longo circuB itu auctis uiribus, cuncta uastando, aut subigendo, torrentis modo Italiæ faucibus irruente, q̃ cruenta bella gesta sunt, q̃ multa prælia: quoties Ro. superati, q̃ multa ad hostē oppida defecerunt, q̃ multa capta & oppressa, quàm diræ pugnę, & toties Hannibali Ro. clade gloriosę. [b]De Cannensi autē mirabiliter horrēdo malo quid dicam, ubi Hānibal cum esset crudelissimus, tamen tanta inimicorū atrocissimorū cæde satiatus, [c]parci iussisse phibetur? [d]Vnde tres modios annulorum aureorum Carthaginē misit: quo intelligerent tantā in illo prelio dignitatem cecidisse Romanā, ut facilius eam caperet C mensura quàm numerus: atq; hinc strages turbæ cæteræ, tanto utiq; numerosioris, quāto infirmioris quæ sine annulis iacebat conijcienda potius q̃ nuncianda putaretur. Deniq; tanta militum inopia secuta est, [e]ut Ro. reos facinorū proposita impunitate colligerent, [f]seruitia libertate donarēt, atq; ex illis pudēdus, nō tam suppleretur[g] q̃ instrueretur exercitus. Seruis itaq;, [h]immo ne faciamus iniuriam, iam libertis, pro Rom. rep. pugnaturis arma defuerunt. Detracta sunt templis, tanquā Romani dijs suis dicerent: Ponite quæ tādiu inaniter habuistis, si forte aliquid utile inde facere possunt nostra man D cipia, unde uos nostra numina nihil facere potuistis. Tunc etiā stipendijs sufficiēdis cum defecisset ærariū, in usus publicos opes uenere priuatæ, adeo uno quoq;, id quod habuit cōferente, ut præter singulos annulos aureos, singulásque bullas miserabilia dignitatis insignia, nihil sibi auri senatus ipse, quanto magis cæteri ordines [i]tribusq; relinquerēt. Quis ferret istos si nostris tēporib. ad hāc inopiā cogerentur, cū eos modo uix feramus, quādo pro superflua uoluptate plura donantur histrionibus, q̃ tunc legionibus pro extrema salute collata sunt?

L. VIVES

a Vtijs quoq; fatētib.] Liuius in Procemio tertiæ Decadis, & Silius Ital. lib. i. Propiusq; fuere periclo, Queis superare datum. Qui duo scriptores, ille oratiōe soluta, hic numeris astricta bellum hoc Punicū, multis libris persecuti sunt: alij quoq; permulti. idcirco historiæ narrādæ supersedebo. b De Cannensi.] *Cannensis clades* Ad Cannas Hannibal nobili clade Roma. affecit, tertio anno belli Punici, L. Aemilio Paulo, & P. Terentio Varrone coss. Liuius lib. xij. Cannæ, ut Sabellicus in annotationibus sentit, non est Cannusiū oppidū, sed uicus in Apulia prope Aufidum amnem, qui nunc uulgari sermone Cannellæ nominantur. c Parci iussisse perhibetur.] An hic Augustinus uocē illam subsignificat Hānibalis, qua Marhabali præfecto equitū suadenti ut militem à pugna recentem & cruentum adhuc Romā duceret, respōdisse fertur, præcedāt hostes, læta B res est, nos postea sequemur. nā Hannibalē in ipso prælio uel post prælium confectum militib. Ro. qui aderāt pepercisse nondū legi. nisi sit illud, quod Liuius quoq; narrat, post Cannensem pugnā, quod nunquā alias cōtigerit, uocatos esse ab Hannibale Romanos, quos mitis satis sermone sit allocutus: Non internicione ciuiū sibi esse cum Ro. bellum, de dignitate atq; imperio certare, itaq; redimēdi se captiuis copiā facere, precium fore in capita equiti quingenos quadrigatos numos, tricenos pediti, seruo centū. d Vnde tres modios.] Alij huic mensuræ dimidium addūt modium, alij unicum dicūt fuisse modium, & hanc famam ueriorē esse affirmat Liuius. Annulus insigne erat equestris ordinis, quo à plebe distinguebatur, utebantur tamen eo senatus & nobilitas. Pli. lib. xxxiij. promiscuum eius usum fuisse bello secūdo Punico scribit: nā alioqui, inquit, nō potuissent trimodia illa annulorū Carthaginē ab Hannibale mitti. Porrò modius cuius modi sit mensura, declarat Bu C dæus in asse suo: ubi alia mensurarū genera. res est longa, illinc petat, qui desiderat. e Vt Ro. reos facinorū.] Orosius li. iiij, hoc à Iunio Bubulco dictatore factū dicit, ad exemplum Romuli qui scelestis & facinorosis hominibus Asylū aperuit. Liuius idem lib. xxiij. M. inquit, Iunius descēdit equo, dixitq; qui capitalem fraudem ausi, quiq; pecuniæ iudicati in uinculis essent, qui eorum apud se milites fierent, eos noxa pecuniaq; se exolui iussurum. f Seruitia.] Octo milia serui donati sunt libertate, & militarunt Volones nominati, q cum *Volones* singuli rogarentur, uelle se militare responderunt. Liuius. g Quàm instrueretur exercitus.] Octo milia enim erant seruorum, & sex milia facinorosorum, quæ armauit spolijs Gallicis triumpho C. Flaminij translatis. h Immo ne faciamus.] Tametsi non fuerunt liberi, antequā Hannonē ad Beneuentū uicerunť, donatiq; sunt libertate à T. Graccho Impatore, sub quo fortē in militia operā nauarāt. i Tribusq;.] Hoc uerbū, an sit *Tribus* D additū ab aliquo, nescio. certe senatores ipsi erant ex tribubus, quas primū ex tota sua multitudine Romulus tres fecit: procedente deinde tēpore auctæ, ad quinq; & triginta puenerunt. Senatores, equites, & plebei in has erant diuisi. neq; erat quisquam ciuis Ro. qui non esset alicuius tribus. Cicero Antoniana sexta ad Po. Ro. Nū quis nam est uestrum, qui tribum non habet? atqui certe nemo. Illum quinq; & triginta tribus patronum adoptarunt. Quid ergo sibi uult cæteri ordines tribusq;, quasi ita essent distinctæ tribus à senatu, ut reliqui ordines, equester & plebeius: an fortasse hoc eodem dicitur modo, quo illud, Senatus populusq; Rom. seu senatus populus plebsq; Romana: quum in populo & senatus intelligatur & plebs. hoc potius crediderim.

i De

De exitio Sagũtinorum quibus propter Romanorum amicitiam pereuntibus diȝ Romani auxilium non tulerunt. Cap. xx

ED in his omnibus belli Punici seȝ cũdi malis, nihil miserabilius ac miserabili querela dignius, quàm [a]exitium Saguntinorũ fuit. Hæc quippe Hispaniæ ciuitas amicissima Ro. dum eidẽ populo fidem seruat, euersa est. Hinc enim Hannibal fracto fœdere Romanorum, causas quæsiuit quibus eos irritaret ad bellum. Sagũtum ergo ferociter obsidebat. Quod ubi Romæ auditũ est, missi sunt legati ad Hannibalẽ, ut ab eius obsidione discederet. Cõtempti Carthaginem pergunt, querimoniamq; reponũt fœderis rupti, infectoq; negocio Romã redeunt. Dum hæ moræ aguntur, misera illa ciuitas opulentissima, suę reipublicę Romanęq; charissima, octauo uel nono à Pœnis mẽse deleta est. Cuius interitum legere, quanto magis scribere horroris est. Breuiter tamen eum cõmemorabo: ad rem quippe quæ agitur multũ pertinet. Primo fame contabuit. nam etiã suorum cadueribus à nõnullis pasta perhibetur. Deinde fessa omnium rerum, ne saltem captiua in manus Hannibalis peueniret, ingentẽ rogũ publice struxit, in quem ardentem, ferro etiam trucidatos omnes se suosq; miserunt. [b]Hic aliquid agerent diȝ helluones atq; nebulones sacrificiorum adipibus inhiantes, & fallacium diuinationum caligine decipientes: hic aliquid agerẽt ut ciuitati populi Romani amicissimę subuenirent, & fidei conseruatione pereuntem perire non sinerent. Ipsi utiq; mediȝ præfuerunt, cum Romanæ reip. interiecto fœdere copulata est. Custodiens itaq; fideliter quod ipsis pręfidibus placito iũxerat, fide uinxerat, iuratione constrinxerat, à perfido obsessa, oppressa, consumpta est. [c]Si ipsi diȝ tempestate atq; fulminibus Hannibalem postea Rom. proximũ mœnibus terruerunt, longeq; miserunt, tunc primum tale aliquid facerẽt. audeo quippe dicere, honestius illos pro amicis Romanorũ, ideo periclitantibus, ne Romanis frangerent fidem, & nullam opem tunc habentibus, quàm pro ipsis Romanis, qui pro se pugnabant atq; aduersus Hannibalem opulenti erant, potuisse tempestate fæuire. Si ergo tutores essent Rom. felicitatis & gloriæ, tam graue ab ea crimen Saguntinæ calamitatis auerterent. Nunc uerò quàm stulte creditur diȝ illis defensoribus Romam uictore Hannibale non periisse, qui Saguntinę urbi nõ potuerunt, ne pro eius periret amicitia subuenire. Si Saguntinorũ Christianus populus esset, & huiusmodi aliquid pro fide Euangelica pateretur, quanquam seipse, nec ferro, nec ignibus corupisset, sed tamen si pro fide Euãgelica excidium pateretur, ea spe pateretur qua in Christũ crediderat, non ut mercede breuissimi tẽporis sed ęternitatis interminæ potiretur. Pro istis autem diȝ qui propterea coli perhibentur, propterea colendi requiruntur, ut harum labentium atq; transeuntium rerum felicitas tuta sit, quid nobis defensores & excusatores eorum de Saguntinis pereuntibus respondebunt, nisi quod de illo Regulo extincto? Hoc quippe interest, quod ille unus homo, hæc tota ciuitas, utriusq; tamen interitus causa conseruatio fidei fuit. Pro pter hanc enim ad hostes & redire ille uoluit, & noluit ista transire. Conseruata ergo prouocat deorum iram fides? An possunt & diȝ propitiȝ perire, non solum quicq; homines uerumetiam integræ ciuitates? Vtrum uolunt eligãt. Si enim fidei seruatæ irascuntur illi diȝ, quærant perfidos à quibus colantur. Si autem etiam illis propitiȝ multis grauibusq; cruciatibus afflicti, interire homines ciuitatesq; possunt, nullo fructu felicitatis huius coluntur. Desinãt igitur succensere qui sacris deorum suorum perditis, se infelices factos esse putãt. Possent enim illis nõ solum manentibus, uerũctiam fauentibus non sicut modo de miseria murmurare, sed sicut tũc Regulus & Saguntini excruciati horribiliter etiam penitus interire.

L. VIVES

a EXitium Saguntinorum.] Liuius lib. xxi. Sagũtus urbs est Hispaniæ ulterioris mille passibus distans à mari nostro, à Zacynthijs & Ardeatibus, inquit Silius, condita, & possessa: quæ gentes in Hispaniam ante captum Ilium uenere: fide in Romanos & clade sua nobilis. ueteris amplitudinis & magnificẽtiæ, spectantur adhuc uestigia ædificijs antiquitate uenerãdis, & monumentis maiorũ inscriptionibusq; antiquissimis, quæ passim est uidere. Murum ueterẽ patria lingua nunc uocant, agri iurisq; Valentini. Supereſt imago quædam pristinæ arcis in monte, qui magnam Hispaniæ partem diuidit, sitæ. Eam ciuitatem Polybius libro Historiarum tertio, scribit cæteris Hispaniæ ciuitatibus & terrestrium frugum copia, & numero ciuium, & fortitudine peritiaq; rei militaris antecelluisse. Hanc & oderat Hannibal, quod societate Romanorum freta, multis Carthaginensium in Hispania socijs graues iniurias intulisset: & bello impetijt, tum ut illas ulciscereẽ, tum etiam ut occasionem inueniret belli molem in Romanos conuertendi. qua re nullam ardentius iam inde à nono

Saguntus

à nono ætatis suæ anno concupierat. b Hic aliquid agerent helluones.] Deest diȝ, ut sit diȝ helluones. q. uoraces. In re honesta usus est Cicero, nam Catonem Iuniorem librorum helluonem nominauit iijȝ. De fin. quo modo helluones sint & nebulones declarat, quod statim sequitur. c Si ipsi diȝ.] Liuius libro xxvi. Quũ ante mœnia Rom. staret Hannibal iam cum Rom. commissurus prælium, cuius præmium erat futura Romana urbs, maxima secuta est tempestas, quæ duas acies dirimeret. reuersis Carthag. in castra, Romanis in urbem, mira trãquillitas cum serenitate est exorta. Idem contigit postridiè cum instructi ad pugnam ambo exercitus consisterent signum expectantes: quæ res in religionem Hannibali uenit, tanquam à diȝ arceretur ab urbe Roma, ita moueri inde castra iussit.

Helluo

Quàm ingrata fuerit Romana ciuitas Scipioni liberatori suo, & in quibus moribus egerit quãdo eam Salustius optimam fuisse describit. Cap. xxi

ORRO inter secundum & postremum bellum Carthaginense, quãdo Salustius optimis morib. & maxima concordia dixit egisse Romanos, multa enim prætereo suscepti operis modum cogitãs. Eodem ergo ipso tempore morum optimorum maximæq; concordiæ [a]Scipio ille Romæ Italiæq; liberator, eiusdemq; belli Punici secundi tam horrendi, tam exitiosi, tã periculosi præclarus mirabilisq; confector, uictor Hannibalis, domitorq; Carthaginis: cuius ab adolescentia uita describitur [b]diȝ dedita, tẽplisq; nutrita: [c]inimicorum accusationibus cessit, carensq; patria, quam sua uirtute saluam & liberam reddidit, [d]in oppido Linternẽsi egit reliquã cõpleuitq; uitam, post insignẽ suũ triũphũ, nullo illius urbis captus desiderio, [e]ita ut iussisse phibeatur, ne saltẽ mortuo in ingrata patria funus fieret. [f]Deinde tunc primũ per Gn. Manliũ procõsulẽ de Gallogræcis triũphantem, [g]Asiatica luxuria Romã omni hoste peior irrepsit. Tũc enim primũ lecti erati, & pręciosa stragula uisa perhibẽtur. Tũc inductæ in conuiuia psaltrię & alia licentiosa nequitia. Sed nunc de his malis quæ intolerabiliter homines patiuntur, non de his quæ libenter faciunt dicere instituit. Vnde illud magis quod de Scipione commemoraui, quod cedens inimicis extra patriam quam liberauit mortuus est, ad præsentem pertinet disputationem, quod ei Romana numina à quorum templis auertit Hannibalẽ, non reddiderunt uicem, quę propter istam tantummodo coluntur felicitatem. Sed quia Salustius eo tempore ibi dixit mores optimos fuisse,

A

B

C

se, propter hoc de Asiana luxuria commemorandum putaui, ut intelligatur etiam illud à Sallustio in comparatione aliorum temporum dictum, quibus temporibus peiores uticq; in grauissimis discordijs mores fuerunt. Nam tũc, id est inter secundum & postremum bellum Carthaginẽse, [b]lata est etiã illa lex Voconia, ne quis hæredem fœminam faceret, [i]nec unicã filiam. Qua lege quid iniquius dici aut cogitari possit ignoro. Veruntamen toto illo interuallo duorũ bellorum Punicorũ tolerabilior infelicitas fuit. Bellis tantummodo foris conterebatur exercitus, sed uictorijs consolabatur. Domi autẽ nullæ, sicut aliàs, discordiæ sæuiebant. Sed ultimo bello Punico uno impetu alterius Scipiõis, qui ob hoc etiam ipse Aphricani cognomen inuenit, æmula imperij Romani ab stirpe deleta est. Ac deinde tantis malorum aggeribus oppressa Romana respublica, ut prosperitate ac securitate rerum, unde nimiũ, corruptis moribus mala illa congesta sunt, plus nocuisse monstretur tam cito euersa, quàm prius nocuerat tam diu aduersa Carthago. Hoc toto tempore usq; ad Cæsarem Augustum, qui uidetur non adhuc uel ipsorum opinione gloriosam, sed contentiosam & exitiosam, & planè iam eneruem ac languidam libertatem omnimodo extorsisse Romanis & ad regale arbitrium cuncta reuocasse, & quasi morbida uetustate collapsam, ueluti instauraſſe ac renouaſſe rempublicã. Toto ergo isto tempore, omitto ex alijs atq; alijs causis etiam atque etiam belli as clades, [k]& Numantinum fœdus horrenda ignominia maculosum: [l]uolauerãt enim pulli de cauea & Mancino cõsuli, ut aiunt, augurium malum fecerant, quasi per tot annos, quibus illa [m]exigua ciuitas Romanum circũsessa exercitũ afflixerat, ipsiq; Romreip. [n]terrori esse iam cœperat, alij contra eam malo augurio processerint.

L. VIVES

a SCipio ille.] P. Cornelius Scipio Aphricanus, qui transitu suo in Aphricã Hannibalem ex Italia tandem post sextum decimum annum quàm erat ingressus, euellit, & eum in Aphrica uicit, fugauitq; ac periculosissimo bello finem imposuit. b Diȝ dedita.] Liuius lib. xxvi. de Scipione: Ad hæc iam inde ab initio præparans animo, ex quo togam uirilẽ sumpsit, nullo die prius ullam publicam priuatãq; rem egit, quàm in Capitolium iret, ingressusq; ædem consideret, & plerunq; tempus solus ibi tereret. Hic mos per totã uitam seruabatur. c Inimicorum accusationibus.] Liuius lib. xxxviij. & Plutarchus in uita eius. d In oppido Linternensi.] In Campania est, seu potius in uilla Linternensi. e Ita ut iussisse perhibeatur.] Liuius uarias

Scipio Aphricanus

rias ſcribentiũ opiniones de loco mortis Aphricani re-
cenſet. Non enim inter eos ſatis conuenit, num obierit
Romæ. f Deinde tunc primum.] Liuius libro xxxix.
Gallogræci Gallogræci populi ſunt in Aſia minore, qui Græca lin-
gua dicũtur Galatæ, ex Gallis, qui ſub Brenno in Græ-
ciam tranſiuere, & Græcis commiſti. g Aſiatica.] A-
ſiæ minoris: de qua alibi. h Lata eſt etiã illa lex Vo-
Lex Voconia conia.] Tulit eam Q. Voconius Saxa tribunus plebis.
Suaſit M. Cato ſenior, paulo ante bellum Macedonicũ
Perſæ. Liuius lib. xli. quo in loco pro Voconio legitur
Volumnius. i Nec unicam filiam.] Etiam ſi ſolam
unam haberet filiã, nec plures liberos. k Et Numan
tinum fœdus.] Hoſtilij Mancini conſulis, qui quum tri
ginta milia militũ ſub ſignis haberet, à quatuor Numã
Pulli in auſpicio tinorum milibus uictus, fœdus cum illis icere coactus
eſt ſibi & reipublicæ ignominioſum. l Volauerãt.]
Solebant Romani in bellis ferre ſecum pullos in cauea:
qui eos cuſtodiebat, pullarius dicebatur. Si paſceban-
tur pulli auide, bonum erat ſignum: ſi tam auide, ut ex
offa aliquid in terram decideret, optimũ. Id enim erat
Soliſtimum tripudium ſolſtimum, olim terripauiũ dicebaẽ, quod
terram pauiret, hoc eſt, feriret id quod ex ore pullorũ
caderet, poſt tripudium. Soliſtimum uero quod in ſo-
lum caderet. Sic enim ſcribebaẽ in libris auguralibus:
tripudium fieri, ſi quid ex offa pullorum in ſolum ceci-
derit. Ominoſum & triſte, ſi pulli nõ paſcerentur: ſicut
P. Claudio Cæci filio. Peius multo ſi ex cauea fugerẽt.
Augures, ut Feſtus docet, quinq; ſignorum genera ſole
bãt obſeruare: ex cœlo, ex auibus, ex tripudijs, ex qua
drupedibus, ex diris. m Exigua ciuitas.] Sine mu-
ris, ſine turribus, uix quatuor bellatorum milia ad bel
lum emittebat. Origo belli fuit, quod Sedigenſes con-
ſanguineos ſuos hoſtes pop. Ro. uictos ad ſe refugientes
urbe & tectis excepiſſent. n Terrori.] Cicero Numan
tiam & Carthaginem duos terrores imperij Ro. appel-
lat pro Murena.

De Mithridatis edicto, quo omnes ciues Romanos, qui intra Aſiam inuenirentur iuſsit occidi. Cap. xxii

ED hæc inquam omitto. quãuis il-
lud nequaquã tacuerim, [a]quod Mi-
s thridates rex Aſiæ, ubicq; in Aſia pe
regrinantes ciues Romanos, atque
innumerabili copia ſuis negocijs in
tentos, uno die occidi iuſsit: & factũ eſt. Quàm
illa miſerabilis rerum facies erat, ſubito quencq;
ubicunq; fuiſſet inuentus in agro, in uia, in op-
pido, in domo, in uico, in foro, in templo, in le- D
cto, in conuiuio, inopinate atq; impie fuiſſe tru-
cidatum. Quis gemitus moriẽtium, quæ lachry
mæ ſpectantium, fortaſſe etiam ferientium fue-
runt? Quàm dura neceſsitas hoſpitum, nõ ſo-
lum uidendi nepharias illas cędes domi ſuę, ue
rumetiam perpetrandi: ab illa blanda comitate
humanitatis, repente mutatis uultibus ad hoſti
le negocium in pace peragẽdum, mutuis, ut ita
dicam, omnino uulneribus: cũ percuſſus in cor-
pore, & percuſſor in animo feriretur. Num & i-
ſti omnes auguria contempſerant? Num deos

A domeſticos & publicos cum de ſedibus ſuis ad
illam irremeabilem peregrinationem profecti
ſunt, quos conſulerent, non habebant? Hoc ſi
ita eſt, non habẽt cur iſti in hac cauſa de noſtris
temporibus conquerantur. Olim Romani hęc
uana contemnunt. Si autem conſuluerunt, reſ-
pondeatur quid iſta profuerunt, quando per
humanas duntaxat leges nemine prohibẽte ta
lia licuerunt.

L. VIVES

Mithridates quot fuerint

a QVod Mithridates.] Primus Mithridates ex ge-
nere fuit ſeptem illorum Perſarũ, qui Magis im
periũ abſtulere. Huic inimicus fuit Antigonus
rex Syriæ, expulitq; eum in Cappadociam, ubi poſtea
regnauit: regnumq; per manus filijs tradidit, illicq; à ſe
genitis continua ſerie uſq; ad ſextum nepotem. Sextus
fuit Mithridates, qui bellum cum Romanis geſsit: uir
ingenti corporis robore, nec minus animo atq; ingenio
potens. Sexiuges equos regebat, uiginti duas diuerſa-
rum gentium ſonabat linguas, magnusq; eſt cognomi-
natus. Hic primum amicus fuit Rom. nam contra Ari-
ſtonicum auxilia Craſſo cos. miſit: deinde ſuſcepto cũ
Nicomede rege Bithyniæ bello, alienatus eſt ab eis, ita
in Phrygiam prouinciam Rom. inuaſit, pulſo Aquilio
legato, mox Q. Oppium Proconſulem & eundem A-
quilium legatum in uincula coniecit: literasq; per totã
Aſiam ſuis præfectis miſit, ut certo quodam die, quic-
quid ciuium Romanorum in ſua ditione eſſet, trucida-
retur: nec cuiquam uel dignitas, uel ætas, uel ſexus, uel
locus, ad quẽ confugiſſet, prodeſſet: quod illi ita, ut rex
imperauerat, executi ſunt.

De interioribus malis, quibus Roma na reſpublica exagitata eſt, præcedẽte prodigio, quod in rabie omnium animalium, quæ hominibus ſeruiũt, fuit. Cap. xxiii

ED iam illa mala breuiter quantum
poſſumus commemoremus: quæ
s quanto interiora, tãto miſeriora ex-
titerunt: diſcordiæ ciuiles, uel potius
inciuiles: nec iam ſeditiones, ſed etiã
ipſa bella urbana, ubi tãtus ſanguis effuſus eſt:
ubi partium ſtudia, non contentionum diſſen-
ſionibus, [a]uarijſq; uocibus in alterutrũ, ſed pla-
ne iam ferro armisq; fœuiebant: bella ſocialia,
bella ſeruilia, bella ciuilia quantum Romanum
cruorem fuderunt, quantam Italiæ uaſtationẽ
deſertionemq; fecerunt? Nam antea quàm ſe
aduerſus Romam [b]ſociale Latium commoue-
ret, [c]cũcta animalia humanis uſibus ſubdita, ca
nes, equi, aſini, boues, & quæq; alia pecora ſub
hominum dominio fuerunt, ſubito efferata &
domeſticæ lenitatis oblita, relictis tectis, libera
uagabantur: & omnem nõ ſolum aliorum, ue-

rum

rum etiam dominorum auerſabãtur acceſſum, A
non ſine exitio uel periculo audentis, ſi quis de
proximo urgeret. [d]Quod quanti mali ſignum
fuit? Quod ſi hoc ſignum fuit, quod tantũ ma-
lum fuit, quantum malum fuit illud, cuius hoc
ſignum fuit? Hoc ſi noſtris temporibus accidiſ-
ſet, rabidiores iſtos quàm illi ſua animalia pa-
teremur.

L. VIVES

Sociale bellum

a VArijſq; uocibus.] Nam antea cõuitijs, iurgijs,
rixis, uerborum uelitatione res agebatur, ma-
nibus abſtinebatur. b Sociale Latium.]
Quum aduerſus potentiam equitum, qui iudicijs præ-
erãt, lege C. Gracchi, ſenatus M. Liuium Druſum trib.
pleb. curaſſet creandũ, Liuius quo maioribus uiribus B
cauſam optimatiũ tueretur, ſocios & Italicos populos
ut ſecũ conſentirent, ſpe ciuitatis ſolicitauit. Hanc ſpem
quum alte imbibiſſent Italici omnes, nec Liuio repen-
te mortuo fides exoleueretur, primum Picentes cęperũt
arma. Hos ſecuti ſunt Veſtini, Marſi, Latini, Peligni, Ma
rucini, Lucani, Samnites cõſulibus Sex. Iulio Cæſare,
L. Martio Philippo, ab V. C. D C. LXII. ann. uarie ge-
ſtum, uaria fortuna partium, Tandẽ Italici populi ſub-
acti ſunt à diuerſis Imperatoribus. Hiſtoria eſt à multis
cõſcripta, Liuio, Floro, Plutarcho, Oroſio, Velleio, Ap
piano. b Sociale Latium.] A Latinis cepit initium
motus, qui ferijs Latinis in monte Albano Cæſarem &
Philippum coſſ. Ro. decreuerant obtruncare. c Cun
cta animalia humanis uſib.] Oroſius lib. v. Iulius Ob
ſequens in Prodigijs de hoc tempore: Armenta in tan
tam rabiem concitata ſunt, ut uaſtãdo ſuos hoſtile ima
ginarentur bellum, lachrymantesq; multis affectib. ca
lamitatem præſagirent ſuis. d Quod quanti mali C
ſignum.] In antiquis codicibus ſic habetur: De proxi-
mo urgeret, quanti mali ſignum fuit, ſi hoc ſignũ fuit,
quod tantum malum, ſi etiam ſignum non fuit. Puto &
hic legendum etiam ſi ſignum non fuit: ut ſignificet Au
guſtinus neceſſe eſſe illud malum fuiſſe atrox & perni-
cioſiſsimum, cuius ſignum erat tale, ut ipſum per ſe etiã
ſi alterius mali prænunciũ nõ eſſet, maximum & cũ pri
mis horrendum erat. Lectio codicis impreſsi mihi non
improbatur, tametſi ſenſus manet utrobiq; idem.

De diſcordia ciuili, quam Gracchiæ ſeditiones excitauerũt. Cap. xxiiii

NITIVM autem ciuilium bellorũ
fuit ſeditiones [a]Gracchorum agra-
i rijs legibus excitatæ. Volebãt enim
agros populo diuidere, quos nobili D
tas perperã poſsidebat. Sed eis tam
uetuſtam iniquitatem audere conuellere pericu
loſiſsimũ, imò uero ut ipſa res docuit, pernicio-
ſiſsimum fuit. Quæ funera facta ſunt, cũ prior
Gracchus occiſus eſt: quæ etiam cum alius fra-
ter eius non longo interpoſito tempore? Nec
enim legibus & ordine poteſtatum, ſed turbis
armorumq; conflictibus nobiles ignobilesq;
necabantur. Poſt Gracchi alterius interfectio-
nem, Lucius Opimius cõſul, qui aduerſus eum
intra urbem arma commouerat, eoq; cum ſo-

cijs oppreſſo & extincto, ingentem ciuium ſtra
gem fecerat, cũ quæſtionem haberet iam iudi-
ciaria inquiſitione cæteros perſequens, tria mi-
lia hominum occidiſſe perhibetur. Ex quo in-
telligi poteſt, quãtam multitudinem mortium
habere potuerit turbidus cõflictus armorum,
quãdo tantam habuit iudiciorum uelut exami-
nata cognitio. [b]Percuſſor Gracchi ipſius caput
quantum graue erat, tanto auri pondere conſu-
li uendidit. hæc enim pactio cædem præceſſe-
rat. In qua etiã occiſus eſt cum liberis [c]Marcus
Fuluius conſularis.

L. VIVES

GRacchorum.] De his alibi dixi, maior fuit Tibe-
rius, minor Caius. Tiberius nouẽ annis ante Ca
ium eſt cæſus, res eſt nota, nullus ſcriptor nõ me
minit, Plutarchus, Appianus, Valerius, Cicero, Oro- C. Gracchus
ſius, Saluſtius, Florus, & alij. b Percuſſor Gracchi.]
C. Gracchus quum uideret ſuam manum à conſule &
ſenatu loco pelli, in lucum Furinæ cõfugit. L. Opimius
conſul ſe Gracchi caput auro repenſurum per præco-
nem iuſsit pronũciari. Ita Septimuleius Anagninus fa
miliaris Graccho quum placide in lucũ ueniſſet, mul-
ta prius familiariter, ut ſolebat, colloquutus cum Grac
cho ipſum nihil ſuſpicantem cõfodit, caputq; abſcidit,
& quo eſſet grauius, pro cerebro, quod eruerat plum-
bum infudit. Porro L. Opimius conſul fuit cum Q. Fa
bio Maximo Pauli nepote Gracchi propinquo. c M.
Fuluius conſularis.] Quinto ante anno conſul fuerat
cum M. Plautio.

De æde Concordiæ ex ſenatuſcõſulto in loco ſeditionum & cædium condita. Caput xxv

LEGANTI ſanè ſenatuſconſulto
[a]eo ipſo loco ubi funereus tumultus
E ille commiſſus eſt, ubi tot ciues ordi
nis cuiuſcq; ceciderunt, [b]ædes Con-
cordiæ facta eſt, ut Gracchorũ pœ-
næ teſtis [c]concionantium oculos feriret, memo-
riamq; compungeret. Sed hoc quid aliud fuit,
quàm irriſio deorum. Illi deæ templum conſti-
tuere, quæ ſi eſſet in ciuitate, nõ tantis diſſenſio-
nibus dilacerata corrueret? Niſi forte ſceleris hu
ius rea Concordia, quia deſeruerat animos ciui
um, meruit in illa ædе tanquam in carcere inclu
di. Cur enim ſi rebus geſtis congruere uolue-
runt, nõ ibi potius ædem Diſcordiæ fabricatæ
rũt? An ulla ratio redditur, cur cõcordia dea ſit,
& diſcordia dea nõ ſit: ut ſecundũ Labeonis di-
ſtinctionẽ bona ſit iſta, illa uero mala? Nec ipſe
aliud ſecutus uidetur, cũ quod aduertit Romæ
etiã Febri ſicut Saluti templum conſtitutũ. Eo
igitur modo, non tantum cõcordiæ, uerũetiam
diſcordiæ cõſtitui debuit. Periculoſe itaque Ro-

mani tam mala dea irata uiuere uoluerunt,[d] nec Troianum excidium recoluerunt originem ab eius offensiõe sumpsisse. Ipsa quippe quia inter deos non fuerat inuitata, triũ dearum litem autrei mali suppositione commentata est. Vnde rixa numinum, & Venus uictrix, & rapta Helena, & Troia deleta est. Quapropter si forte indignata, quod inter deos in urbe nullum tẽplum habere meruit, ideo iam turbabat tantis tumultibus ciuitatem, quanto atrocius potuit irritari, cum in loco illius cædis, hoc est, in loco sui operis aduersariæ suæ constitutam ædem esse uideret. Hæc uana ridẽtibus nobis illi docti sapientesq; stomachãtur, & tamẽ numinum bonorũ malorũq; cultores de hac quæstione cõcordiæ discordiæq; nõ exeũt, siue prætermiserint harũ dearum cultum, eisq; Febrem Bellonamq; prætulerint, quibus antiqua phana fecerũt: siue & istas coluerint, cũ sic eos discedente cõcordia, discordia sæuiens usq; ad ciuilia bella perduxerit.

L. VIVES

a EO ipso loco.] Appianus in foro dicit. Idem Varro, & P. Victor de regionibus urbis, octaua regione ponit: id est, in foro Romano, quum pugna sit commissa in Auentino, tametsi incepta ad Capitolium.

Aedes Concordiæ plures

b Aedes Concordiæ.] Aedes Concordiæ Romæ fuerunt plures, uetustissima quam propter secessionem militarem uouit extruxitq; M. Furius Camillus: de qua Ouidius primo Fasto. Nescio an eadem sit, quam Flauius ædilis in area Vulcani maxima nobilitatis inuidia dicauit, P. Sulpitio, P. Sẽpronio coss. Liuius lib. ix. Credo non esse eandem. Altera est, quam uouit L. Manlius prætor etiam propter seditionem militarem in Gallia. Facienda est locata à duũuiris, Gn. Puppio Cæsone Quintio Flaminio ad hoc creatis à prætore urbis, dicta in arce à M. & Gn. Attilijs. Liuius li. xxij. & xxiij. Tertia est in foro Romano, prope Græcostasim ædificata à L. Opimio cos. deletis Gracchanis partibus. ubi est etiã basilica Opimia. Varro lib. iij. De lingua latina. erecta est ea ædes ingẽti indignatione populi Romani, ad quã etiam cũ cõstrueretur, inscriptum est: Opus uecordiæ. Quarta ædes concordiæ posita est à Liuia Augusta, nisi eadem sit antiquissima, quam fecerat Camillus, reparata à Liuia, q̃ uetustate laberetur: de qua Ouidius primo Fasto. Feriæ huius xviij. Calend. Februarias.

c Concionantium.] Tribunorum, & eorum qui cũ populo agebant: ne quid apud populum de senatu parum honorifice auderent dicere, exemplo Gracchi, cuius facinoris illud esset monumentum, deterriti.

Belli Troiani origo

d Nec Troianum excidium.] Quum ad nuptias Pelei & Tethidis Discordia sola inuitata non esset, indignata aureum in cõuiuium malum immisit, sic inscriptum ἡ καλὴ λαβέτω, id est pulchra accipiat. Hinc de forma inter Venerem, Mineruam, & Iunonem, orta contentio. Itaq; est ad Paridem iudicem, ex quo iudicio natum est illud malorum pelagus belli Troiani.

De diuersis generibus belli, quæ post conditam ædem Concordiæ sunt secuta. Caput xxvi.

RAECLARVM uero seditionibus obstaculum, ædem Concordiæ testem cædis supplicijsq; Gracchorũ concionantibus opponendam putarunt. Quantũ ex hoc profecerint, indicant secuta peiora. Laborarunt enim deinceps concionatores, non exemplum deuitare Gracchorum, sed superare propositum. Lucius [a]Saturninus tribunus plebis,[b] & Caius Cæsar, Seruilius prætor,[c] & multo post [d]Marcus Drusus, quorum omnium seditionibus cædes primo iam tunc grauissimæ, deinde socialia bella exarserunt: quibus Italia uehementer afflicta, & ad uastitatem miserabilem desertionẽq; perducta est.[e] Bellũ deinde seruile successit, & bella ciuilia: in quibus quæ prælia commissa sint, quid sanguinis fusum, ut omnes ferè Italiæ gentes quibus Romanũ maxime præpollebat imperium, tanquam sęua barbaries domarentur. Iam ex pauciss imis, hoc est, minus quàm septuaginta gladiatoribus, quemadmodum bellum seruile contractum sit, ad quantum numerum & quàm acrem ferocemq; peruenerit: quos ille numerus imperatores populi Romani superauerit, quas & quomodo ciuitates regionesq; uastauerit, uix qui historiam scripserunt, satis explicare potuerunt. Neque id solum fuit seruile bellum, sed & Macedoniam prouinciam prius seruitia depopulata sunt: deinde Siciliam orãq; maritimam.[f] Quanta etiam & quàm horrenda commiserint primo latrocinia, deinde ualida bella piratæ, quis pro magnitudine rerum ualeat eloqui?

L. VIVES

Glaucia Saturninus

Saturninus.] Gn. Apuleius Saturninus trib. pleb. quũ rempub. legibus Agrarijs turbaret, à C. Mario sextum, & L. Valerio Flacco coss. quibus senatus dederat negocium, ut uideret, ne quid respub. detrimenti caperet, occisus est: quum tamen legem ferret, ut Mario gratificaretur. b Et Caius Cæsar.] Cæsar est additum: nec est in ueteribus libris, sed solum C. Seruilius Glaucia prætor, qui cum Saturnino faciebat. Cicero in Bruto: Seditiosorũ post Gracchos L. Apuleius Saturninus eloquentissimus uisus est. Magis ipse tum & motu atq; ipso amictu capiebat homines, quàm aut dicendi copia, aut mediocritate prudentiæ. longe autẽ post natos homines improbissimus C. Seruilius Glaucia, sed peracutus, & callidus, cum primisq; ridiculus. is ex summis & fortunæ & uitæ sordibus in prætura cõsul factus esset si rationem eius haberi licere iudicatum esset. Nam & plebem tenebat, & equestrem ordinem beneficio legis deuinxerat. Is prætor eodẽ die, quo Saturninus tribunatus rebis, Mario & Flacco coss. publice est interfectus. Apud Ciceronẽ. Si quis tamen C. Cæsarem legi uellet non erraret omnino. Sed tempora nõ congruerent. Nam hic, qui frater fuit. L. Cæsaris cõcionibus

nibus suis populum Ro. mouit, eiusq; nimia cum Sulpitio trib. pleb. contentio causa fuit belli ciuilis Mariani, ut Pedianus memoriæ mandauit. hunc Cæsarem Cicero in Bruto scribit, ædilem curulem quotidie concionesq; habuisse. c Et multo post.] Legendum nõ multo post, nempe septem annis. tot enim sunt à Saturnino Tribuno ad Liuium Tribunum, id est à Mario & Flacco coss. ad Flaccum & Herẽnium coss. d M. Drusus.] M. Liuius Drusus de quo ante dixi, nobili genere, & ad dicendum paratus, superbissimus omnium Rom. qui cum à senatu uocaretur, senatũ potius ad se uenire iussit, & senatus paruit. Huius patrem senatus patronũ appellauit. e Bellum deinde seruile.] In Sicilia bellum seruile est excitatum ante sociale ab Euno Syro quodã, qui se furore magnæ matris deũm correptũ simulauit. sexaginta milia hominum sunt ab eo coacta, & prætores quatuor uicti, castraq; ab eis capta. Per penna fugitiuos tandem obsessos uicit. Paulo post Cleon Cilix alterum bellum ciuile in eadem insula excitauit, ingentes confiatæ copiæ, & prætores sicut antea uicti, & castris exuti. bellum M. Aquilius confecit. In Italia bellum seruile a Spartaco & Chryso motum, qui cum quatuor & septuaginta gladiatoribus ex Ludo Lentuli, qui erat Capuæ, profugerũt, quibus se ingens seruorum manus adiunxit. P. Varenum prætorem, & Claudium Pulchrum legatum qui primi ipsis armati occurrêre, uicerunt. Deinde Chrysus cum suis copijs à Q. Vario prætore cæsus est. Spartacus, qui superfuit, cum consule Lentulo primum, deinde cũ L. Gellio, & Q. Ario prætore: post cũ Cassio proconsule, & Gn. Manlio prætore prospere cõflixit. Ad postremum M. Crassus prætor ipsum superauit, exercitumq; eius deleuit. f Quanta etiam &c. latrocinia.] Cilices piratæ mare infestum cum redderẽt, missus est aduersus eos P. Seruilius proconsul, qui Isauros, & aliquot alias eorum urbes expugnauit: quo digresso ipsi ualidiores insurrexerunt, & ad Caietam usq; Misenum & Hostiam cum magno Romanorum terrore & dedecore prædabundi peruenere. Gn. Pompeius lege Gabinia imperator aduersus eos creatus, toto mari intra quadraginta dies expulit Liuius lib. xcix. & Cicero pro lege Manilia. L. Florus, & alij.

M. Drusus

Bellũ seruile

Bellũ piraticũ

De bello ciuili, Mariano atq; Syllano. Caput xxvii

VM uero Marius ciuili sanguine iam cruentus, multis aduersarũ sibi partiũ peremptis, uictus urbe profugisset, uix paululum respirante ciuitate, [a]ut uerbis Tullianis utar, superauit postea Cinna cum Mario. Tum uero clarissimis uiris interfectis, lumina ciuitatis extincta sunt.[b] Vltus est huius uictoriæ crudelitatem postea Sylla: nec dici quidem opus est, quanta diminutione ciuium, & calamitate reipublicæ. De hac enim uindicta quæ pernicios ior fuit, cũq; si scelera quæ puniebantur, impunita relinquerentur,[c] ait & Lucanus:

Excesit medicina modum, nimiũq; secuta est,
Quà morbi duxere manus: periere nocentes.
Sed cum iam soli possent superesse nocentes,
Tunc data libertas odijs, resolutaq; legum
Frenis ira ruit.

Illo bello Mariano atq; Syllano, exceptis his qui foris in acie cecidêrũt, in ipsa quoq; urbe cadueribus uici, plateæ, fora, theatra, templa cõpleta sunt: ut difficile iudicaretur quando uicti res plus funerum ędiderint, utrum prius ut uincerent, an postea quia uicissent. Quum primum uictoria Mariana, quando de exilio se ipse restituit, exceptis passim quaqua uersum cædibus factis, caput Octauij consulis poneretur in rostris: Cæsar &[d] Fimbria in domibus trucidarẽtur suis:[e] duo Crassi pater & filius in conspectu mutuo mactarẽtur:[f] Bebius & Numitorius uno tracti sparsis uisceribus interirent:[g] Catulus hausto ueneno, se manibus inimicorum subtraheret:[h] Merula flamen Dialis præcisis uenis Ioui etiam suo sanguine litaret. In ipsius autẽ Marij oculis continuo feriebantur, [i] quibus salutantibus dexteram porrigere noluisset.

L. VIVES

Interfecti à Mario & Cinna

a VT uerbis Tullianis utar.] Hæc quæ sequuntur. Superauit postea Cinna cum Mario. Tum uero clarissimis uiris interfectis lumina ciuitatis extincta sunt. Verba sunt Ciceronis tertia inuectiua in Catil. Quos interfecerint Cinna & Marius nos prolixe in tertia Syllana prosecuti sumus: hi fuere duo fratres C. & L. Iulij Cæsares, Attilius Seranus, P. Lẽtulus, L. Crassus, M. Antonius orator, Gn. Octauius, L. Cornelius, Merula flamẽ Dialis coss. L. Catulus, C. Arcarius, M. Bebius, Numitorius, Sex. Licinius. b Vltus est huius.] Verba sunt adhuc Ciceronis eodem loco.

c Ait & Lucanus,] Libro secundo:

Sylla quoq; immensis accesit cladibus ultor:
Ille quod exiguum restabat sanguinis urbi,
Hausit, dumq; nimis iam putrida membra recidit,
Excesit medicina modum, nimiumq; secuta est,
Quà morbi duxêre manus.

C. Fimbria Licinius

d Fimbria.] Fuit C. quidam Fimbria, quem Velleius Flauium nominat: Hic partium fuit Marianarum, qui Troiam deleuit. Fuit alter C. Fimbria, sed Licinius qui uixit cum Gracchis, peruenitq; ad bella ciuilia, in quibus est occisus intra penates suæ domus: quemadmodum & Cæsar, autor Florus. Huius Fimbriæ meminit in Claris oratoribus Cicero. quem ego puto fuisse illum, qui iudex in contentione De uiro bono pronũciare noluit. Cuius rei autor est Cicero in iij. Off. & Valer. lib. vij. e Duo Crassi.] Filius ab equitibus Fimbriæ satellitis Cinnæ est occisus. Pater ne in potestatem hostium ueniret, manum sibi intulit. f Bebius.] Hic ferarum ritu inter manus carnificum, sine ferro discerptus est. Lucanus libro secundo:

Bebius

Vix te sparsum per uiscera Bebi
Innumeras inter carpentis membra coronæ
Discerpsisse manus.

Luctatius Catulus

g Catulus hausto ueneno.] L. Luctatius Catulus collega fuerat Marij in quarto eius cõsulatu bello Cymbrico, amboq; de Cymbris triũpharant. Pro hoc quũ apud Marium totus senatus supplex deprecaret, Marius nihil aliud quàm moriendum esse respondit. Itaque Catulus ubi hoc Marium dixisse resciisset, accensis carbonibus se suffocauit. Dubium an hausti s prunis, ut

Portia Bruti cõiunx: an fumo in cubiculo undiq; occluso & recens gypso incrustato. Nam ea res letalis est, nisi certa remedia adhibeantur. Sunt qui hausisse illum uenenum putẽt, ut hic Aug. h Merula flamẽ Dialis.] Hic sibi in cella Iouis uenas præcidit.

i Quibus salutantibus.] Illud erat signũ, quod Marius militibus dederat.

Qualis fuerit Syllana uictoria uindex Marianæ crudelitatis. Cap. XXVIII

YLLANA uero uictoria secuta huius uidelicet uidex crudelitatis, post tantum sanguinem ciuium quo fuso comparata fuerat, finito iam bello inimicitijs uiuẽtibus crudelius in pace grassata est. Iam etiam post Marij maioris pristinas ac recentissimas cædes additæ fuerant aliæ grauiores [a]à Mario iuuene atq; Carbone earundem partium Marianarũ. Qui Sylla imminente non solum uictoriam, uerũetiam ipsam desperantes salutẽ, cuncta suis alienisq; cædibus impleuerunt. Nam præter stragem late per diuersa diffusam, obsesso etiam senatu, de ipsa curia tanquam de carcere producebantur ad gladiũ. [b]Mutius Scæuola pontifex quoniam nihil apud Romanos templo Vestæ sanctius habebatur, arã ipsam amplexus, occisus est: [c]ignemq; illum qui perpetua cura uirginũ semper ardebat, suo penè sanguine extinxit. Vrbem deinde Sylla uictor intrauit, [d]qui in uilla publica, non iam bello, sed ipsa pace sæuiente septem milia deditorum undecũq; inermia, non pugnando, sed iubendo prostrauerat. In urbe autem tota quem uellet Syllanus quisque feriebat. Vnde tot funera numerari omnino nõ poterant, [e]donec Syllæ suggereretur finendos esse aliquos uiuere, ut essent quibus possent imperare qui uicerãt. Tunc iam cohibita quæ hac atq; hac passim furibunda ferebatur licentia iugulandi, tabula illa cũ magna gratulatione proposita est, quæ hominũ ex utroq; ordine splendido, equestri scilicet atq; senatorio, occidendorum ac proscribendorum duo milia cõtinebat: contristabat numerus, sed cõsolabatur modus. Nec quia tot cadebant, tantum erat mœroris, quantum lætitiæ, quia cæteri non timebãt. Sed in quibusdam eorum, qui mori iussi erãt, etiam licet ipsa crudelis cæterorum securitas, genera mortium exquisita congemuit. [g]Quendã enim sine ferro laniantium manus diripuerũt: immanius homines hominem uiuum, quàm bestiæ solent discerpere cadauer abiectum. [h]Alius oculis effossis & particulatim membris amputatis, in tantis cruciatib. diu uiuere, uel potius diu mori coactus est. [i]Subhastatæ sunt etiam tãquam uillæ quædam nobiles ciuitates. Vna uero uelut unus reus duci iuberetur, sic tota iussa est ciuitas trucidari. Hæc facta sunt in pace post bellũ, non ut acceleraretur obtinenda uictoria, sed ne contẽneretur obtenta. Pax cum bello de crudelitate certauit, & uicit. Illud enim prostrauit armatos, ista nudatos. Bellum erat ut qui feriebatur, si posset, feriret: pax autem non ut qui euaserat, uiueret, sed ut moriens non repugnaret.

L. VIVES

a Mario iuuene.] Hic fuit Marij senioris filius, qui cõsul cum Gn. Carbone fuit ante annos uigintiquinq; per uim factus: qui una significatione literarum Damasippum prætorem satellitem suum iussit quicquid erat in urbe patritiorum interficere, bonusq; & diligens satelles iussa domini sedulo executus est. nam specie consulendi cõtracto senatu patritios omnes interemit. b Mutius Scæuola.] Liuius libro lxxxvij. Lucanus uerò libro ij. à Mario seniore uidetur scribere Scæuolam interfectum, historici à Mario iuuene tradunt. c Ignemq; illum.] Imitatio Lucani,

Ante ipsum penetrale deæ, semperq; calentes
Mactauêre focos: parum sed fessa senectus
Sanguinis effudit iugulo, flammisq; pepercit.

d Qui in uilla publica.] Apud Liuium & Florum est, in uia publica. & Liuius octo milia ponit. Apud autorẽ libelli De uiris illustribus est, in uilla publica: & numerus est nouem milium. e Donec Syllæ.] Hoc Syllæ à Q. Catulo dictum putant Eutropius & Orosius. Alij à C. Metello iuuene freto affinitate, & ex calore ætatis audaci. Sunt qui, ut Plutarchus refert, à Fusidio assentatore Syllæ. Idem Florus, etsi apud Plutarhũ Offidius pro Fusidio legatur, sed mendæ eiusmodi apud illum autorem uel ipsius uel interpretum uel librariorum culpa sanè non paucæ. Apud Florum & Orosium Furfidus. Huius Fusidij meminit Salustius in oratione Lepidi consulis. f Tabula.] Tabula proscriptionis, ut certus numerus occidendorum designaretur. ut sciret quisq; uicturus ne an moriturus esset. Proscriptos licebat occidere, eorum bona diuidebantur, pars cedebat Syllæ, pars percussori. Filij priuati hæreditate etiã petere honores lege Syllæ prohibebãtur: Tunc primũ tabula proscriptionis est Romæ uisa. g Quendam enim sine ferro Bebium.] Hic fuit Bebius Marianus: alter, de quo modo diximus, fuit Syllanus. Eodem genere fati ambo perierunt. Nam Syllani ut se de Marianis eadem ratione crudelitatis, qua illi usi fuerant, uindicarent: idem Mariano Bebio fecerunt, quod suo erat factum à Marianis. Vtriusque Bebij meminit Florus.

h Alius oculis.] M. Marius Gratidianus C. Marij propinquus. Hãc crudelitatẽ exercuit L. Catilina ad busti L. Catuli in Mario homine gratiosissimo, qui tribunus plebis & bis prætor fuerat: ut Q. Cicero in Paræsi ad fratrẽ M. scribit. Primũ enim brachia illi & crura fregit, aures deinde, linguã & nasum præsecuit, oculos defodit, postremo capite trũcauit. i Subuastatæ sunt etiã.] In codice Laurini legitur, subhastatæ, haud dubie congruentius historiæ. Florus, Municipia Italiæ splendidissima sub hasta uenierunt, Spoletum, Interamna, Præneste, Fluentia. Nam Sulmonem uetus oppidum

Marij filius

Scæuola

Bebij discerpti

Marii Gratidiani mors

Subhastare

pidum socium atque amicum, facinus indignum, nondum expugnatum, ut obsides iure belli, & modo mortẽ damnati duci iubentur: Sic damnatam ciuitatẽ iussit Sylla deleri. Hæc apud Florum libro tertio. Liuius libro lxxxviij. Prænestinos omnes inermes iussos esse à Sylla interimi scribit. Porrò subhastare uocabulũ fuit ætatis Augustini, quo utuntur Cæsares illorum temporum Theodosius & Archadius. C. de rescind. uend.

De comparatione Gothicę irruptionis cum eis cladibus, quas Romani uel à Gallis, uel à bellorum ciuiliũ autoribus acceperunt. Cap. XXIX

VAE rabies exterarum gentiũ, quę sæuitia barbarorũ, huic de ciuibus uictoriæ ciuium comparari potest? Quid Roma funestius, tetrius, amariusq; uidit? Vtrum olim Gallorum & pauloante Gothorum irruptionem, an Marij & Syllæ, aliorumq; in eorum partibus uirorum clarissimorum, tãquam suorum luminum in sua membra ferocitatem? Galli quidem truci dauerunt senatum, quicquid eius in urbe tota, præter arcem capitolinam quæ sola utcunq; defensa est, reperire potuerunt. Sed in illo colle cõstitutis, auro uitam saltem uendiderunt, quam & si ipsi ferro rapere non possent, possent tamen obsidione cõsumere. Gothi uero tam multis senatoribus pepercerunt, ut magis mirum sit, quod aliquos peremerũt. [a]At uero Sylla uno adhuc Mario, ipsum capitoliũ quod à Gallis tutum fuit, ad decernendas cædes uictor insedit. Et cum fuga Marius esset lapsus ferocior cruentiorq; rediturus, iste in capitolio per senatus etiam consultum, tam multos uita rebusq; priuauit. Marianis autem partibus Sylla absente quid sanctum cui parcerent fuit, quãdo Mutio ciui, senatori, pontifici, aram ipsam ubi erãt, ut aiunt, fata Romana miseris ambienti amplexibus non pepercerunt? [b]Syllana porrò tabula illa postrema, ut omittamus alias innumerabiles mortes, plures iugulauit senatores cũ Gothi uel expoliare potuerunt.

L. VIVES

At uero Sylla.] In prima uictoria de Mario quũ per senatus consultum Sulpitium, Marios, & alios inimicos suos hostes reipub. curauit declarari. b Syllana porrò tabula.] Plutarchus in Sylla, ter eum intra paucos dies proscriptionum diuersas tabulas proposuisse scribit.

De connexione bellorum, quæ aduentũ Christi plurima & grauissima præcesserunt. Caput XXX

VA igitur frõte, quo corde, qua impudentia, qua insipientia, uel potius amentia, illa uel dijs suis non imputãt, & hæc nostro imputãt Christo? Crudelia bella ciuilia omnibus bellis hostilibus, autoribus etiam eorum fatentibus amariora: quibus illa respublica nec afflicta, sed perdita omnino iudicata est, longe ante aduentum Christi exorta sunt, & sceleratarũ cõcatenatione causarum à bello Mariano atq; Syllano, [a]ad bella Sertorij [b]& Catilinæ, quorũ à Sylla fuerat ille proscriptus, ille nutritus: [c]inde ad Lepidi & Catuli bellum, quorũ alter gesta Syllana rescindere, alter defẽdere cupiebat, [d]inde ad Pompeij & Cæsaris, quorum Pompeius sectator Syllæ fuerat, eiusq; potentiam uel æquauerat, uel iam etiam superauerat. [e]Cæsar autem Pompeij potentiam non ferebat, sed quia non habebat, quam tamen illo uicto intersectoq; transcendit. [f]Hinc ad alium Cæsarem, qui post Augustus appellatus est, peruenerũt, quo imperãte natus est Christus. Nam & ipse Augustus cum multis gesit bella ciuilia: & in eis etiam [g]multi clarissimi uiri perierunt, inter quos [h]& Cicero disertus ille artifex regendæ reipublicæ. Pompeij quippe uictorem [i]Caium Cæsarem, qui uictoriam ciuilem clementer exercuit, suisq; aduersarijs uitam dignitatẽq; donauit: tanquam regni appetitorem, quorũdam nobilium cõiuratio senatorum uelut pro reipublicæ libertate in ipsa curia trucidauit. [k]Huius deinde potentiam, multum moribus dispar, uitijs omnib. inquinatus atq; corruptus, affectare uidebatur Antonius, cui uehementer pro eadem illa uelut patriæ libertate Cicero resistebat. [l]Tunc emerserat mirabilis indolis adolescens ille alius Cæsar, illius Caij Cæsaris filius adoptiuus: qui, ut dixi, postea appellatus est Augustus. Huic adolescẽti Cęsari, ut eius potentia contra Antonium nutriretur, Cicero fauebat: sperans eum depulsa & oppressa Antonij dominatione instauraturum reipublicæ libertatẽ, [m]usq; adeo cæcus atq; improuidus futurorum, ut ille ipse iuuenis, cuius dignitatem ac potestatem fouebat, & eundem Ciceronem occidendum Antonio quadam quasi cõcordiæ pactione permitteret, & ipsam libertatem reipublicæ, pro qua multũ ille clamauerat, ditioni propriæ subiugaret.

L. VIVES

Sertorius a AD bella Sertorij.] Q. Sertorius Mirsinius, Mariānis rebus per ignauiam ducum ruētibus cū exercitu, quem ductabat, per loca aspera ac difficilia in Hispaniam se recepit, ubi bellum aduersus duces Syllanos strenue gessit. Ad ultimum fractus à Pompeio Magno proditione suorum M. Perpennæ, Antonij & aliorum cœnans confossus est, magnus dux, & cuilibet ueterum, si materia melior clariorq; adfuisset, cōparandus. b Et Catilinæ.] Catilina partiū fuit Syllanarum, quo usus est Sylla in multis occidēdis carnifice. Hic postea cum pleriscp patritijs cōiurauit aduersus patriam à Cicerone & C. Antonio coss. oppressus est. c Inde ad Lepidi & Catuli.] M. Aemilio Lepido, Q. Luctatio Catulo coss. Sylla decessit, sepultusq; est in campo Martio. In eius funere de componenda republica & actis Syllæ rescindendis inter duos consules usq; ad iurgia est progressum. Inde Lepido uolente ut proscripti à Sylla reducerentur, eisq; sua redderentur bona, Catulus contradicebat cum senatu: nō quod iniquum hoc esset, sed quòd uidebant initium esse tumultus, qui nullo tempore esset futurus grauior, quàm tūc, quū afflicta respublica recreari & respirare uideretur. ita ex dissensione ad arma uentum est. Cn. Pompeius & Q. Catulus armato exercitu cum Lepido conseruerunt manus, eumq; leui prælio superatum copijs omnibus exuerūt, reditumq; est in urbem sine tumultu, & ijs quæ bellum sequi solent. Victoria fuit moderatissima, armaq; statim posita. d Inde ad Pōpeij & Cæsaris.] Gn. Pompeius Magnus Gn. Pompeij Strabonis filius, Syllæ ex Asia uenienti cū tribus legionibus, quas in agro Piceno collegerat, occurrit: magnoq; usui & momento ad victoriā Syllæ fuit. idcirco eum Sylla inter præcipuos habere amicos, illi res maximas commēdare. reliquias belli ciuilis in Sicilia, Aphrica, Italia, & Hispania confecit. Triumphauit bis eques Romanus, ante quàm esset senator. Piratas ingenti felicitate & celeritate domuit. Mithridatem & totum Orientem uicit, de quinq; gentibus tertium triūphum duxit speciosissimum, maximasq; opes est nactus, & summam in republica auctoritatem, potentiamq;, sed ciuilem: quæ omnia fusius in Pompeio fugiente persecutus sum. Ad extremum bellum ciuile à Cæsare motū gesit pro republica, in quo uictus ad opes Ptolemæi pueri pupilli sui cōfugit, in cuius regno à ministris regis occisus est, ut uictori Cæsari gratificarentur. e Cæsar autem Pompeij.] C. Iulius Cæsar, Lucij filius fuit, cuius amita Iulia C. Mario nupsit. huic consuli senatus opera Pompeij Galliam prouinciam in quinquennium decreuit: quo trāsacto, alterum quinquennium est ei additū, autoribus Pompeio & Crasso consulibus: quo decennio totam Galliam Cæsar subegit: quumq; Pompeium plus in republica posse indignaretur, nactus alias causas belli arma in patriam induit. Lucanus in primo:

Nec quenquam iam ferre potest, Cæsar ue priorem
Pompeius ue parem.

Suetonius in Cæsare caput scribit De causis belli ciuilis Pompeiani. uerum Pompeio mortuo dictaturā perpetuam Cæsar inuasit: omniaq; in republica arbitratu suo disposuit regio more. De hoc ciuili bello scripsere Cæsar ipse in Commentarijs. Plutarchus in Vitis diuersorū, Appianus in bellis ciuilibus, L. Florus, Orosius, Eutropius, & Cicero multis locis & explicatius, quippe qui bello interfuit nō postrema & ipse pars. f Hinc ad alium Cæsarem.] C. Octauius filius fuit Gn. Octauij prætorij uiri & Actiæ. Actia filia Actij Balbi & Iuliæ Cæsaris sororis. Hunc C. Octauium Cæsar hæredem posteriore testamento scripsit ex dodrante: ut Suetonius narrat, quem & ferre nomen iussit. Ad eum post. Cæsarem interfectū multi uererani propter nomen auūcu-

Catilina

Lepidus

Catulus

C. Pompeius

C. Octauius

li conuenēre, quibus, Cicerone autore, partes senatus contra M. Antonium defendit adhuc adolescēs: quem & uicit, & compulit in Galliam ulteriorem ad M. Lepidum fugere, cum quo rediens triumuiratum ex fœdere conflauit: hoc est, internitionem reipub. Triumuiri fuerunt M. Antonius, M. Lepidus, C. Octauius Cæsar. Inter conuenta erat, ut M. Antonius sineret auunculum suum Sex. Iulium Cæsarē proscribi: M. Lepidus fratrem suum, Lucium. Octauius Ciceronem, quē patris colebat loco. Idcp postulatum est ab Antonio, quod orationibus illius hostis esset à senatu iudicatus. Ex illis tribus præcipuis uiris solus Cicero ab Antonij satellitib. est occisus, alij euaserunt. Bellauit deinde Octauius cū Cassio & Bruto, adiuuante collega M. Antonio, illoscp opera Antonij in Philippicis campis uicit: deinde cum L. Antonio iijuiri fratre, quem ad deditionem Perusiæ compulit. Hinc cum Sex. Pompeio magni filio, quem priuauit classe, cum M. Lepido iijuiro, quē iijuiratu exuit. Postremo cū M. Antonio iijuiro ad Actiū, quem & uicit. soluscp superfuit imperator populi Rom. ciuilibus omnib. cōfectis bellis, Augustuscp à Valerio Messala oratore nomine senatus & populi Ro. salutatus est. Imperij huius anno XLIIII. à cōdita Rom. Dccli. festa undicp terra maricp parta pace, quietis trāquilliscp uni uerso humano genere rebus in Bethleē Iudæ natus est Iesus Christus, naturæ princeps, & conditor, rex regū, & dominus dominantium. g Multi clarissimi.] Triūuiri longe plures omnis sexus & ordinis proscripserūt, quàm Sylla. hos tres Iuuenalis Satyrico naso Syllæ discipulos appellat, magistrumq; proscribēdi arte uicisse significat. h Et Cicero difertus ille artifex.] Tres & sexaginta natus annos interijt, ut Liuius & Ausidius Bassus computāt. De cuius morte si quis uariorum uidere sententias desiderat, habet apud Senecā libro primo suasoriarum. Disertum artificem appellat Augustinus, quòd lingua uelut clauo nauem reipublicæ moderaretur, & ageret, quo uellet. Vnde & ille uersiculus ab eo suorum factorū conscio usurpatus, qui inimicos male momordit: Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. Plinius senior eum salutans: Salue, inquit, primus in toga triumphum, linguaeq; lauream merite. i C. Cæsarē.] M. & D. Brutus, C. Cassius. & alij ad lx. senatores in eū conspirauerunt, ac Idibus Martijs in curia Pompeiana pugionibus confoderunt. k Huius deinde potentiam.] Consul tunc erat M. Antonius cum P. Cornelio Dolabella. Antonius exercitibus occupatis summum in republica imperium & dominatum affectabat, quem repulit primum suis orationibus Cicero: deinde triumuir est factus, ut dixi. Historiam belli Antoniani nemo historicus melius potest persequi quàm Cicero in Philippicis fecit. l Tunc emerserat.] Cicero autoritate & eloquentia sua Cæsarem Octauium adolescentem, Hircium & Pansam consules in Antoniū armauit. m Vsqueadeo cæcus.] Satis erat Cicero à M. Brutio admonitus, ne nimium potentiam Octauij aleret, néue plus æquo puerili fideret ingenio, quamlibet bono: posse immodica fortuna mutari, & insolescere scere. Grauissimæ duæ epistolæ Bruti, altera ad Ciceronem ipsum, altera ad Atticū de ea ipsa re adhuc extant, quæ planè uirile illud & prudentiæ plenū M. Bruti pectus indicant, & ferè aperiunt. Tametsi Ciceronem non adeo stupidum crediderim, quin ut alia permulta occultiora, ita & hoc animo & cogitatione præuiderit. Quod & significauit sæpenumero amicis uerbo illo toties ab ipso usurpato: Cæsarem Octauium laudandū, ornandum, tollendum. Cuius meminit Velleius, & D. Brutus in quadam epistola ad Ciceronem.

Tríuiratus

Ciceronis mors

C. Cæsar

M. Antonius

Brutus

Quod

Quod impudenter præsentia incommoda Christo imputēt, qui deos colere non sinuntur, cum tantæ clades eo tempore quo colebantur extiterint. Cap. xxxi

EOS suos accusent de tantis malis, qui nostro Christo ingrati sunt de tantis bonis. Certe quādo illa mala fiebant, calebāt aræ numinum, [a]Sabæo thure fertisq; recentibus halabant: clarebant sacerdotia, phana renidebant, sacrificabatur, ludebatur, furebatur in templis: quando passim tantus ciuiū sanguis à ciuibus, nō modo in cęteris locis, uerū inter ipsa quoq; deorum altaria fundebatur. [b]Non elegit templum, quo confugeret Tullius: quia frustra elegerat Mutius. Hi uero qui multo indignius insultāt Christianis tēporibus, aut ad loca Christo dicatissima confugerunt, aut illuc eos ut uiuerent etiam ipsi barbari deduxerūt. Illud scio, & hoc mecum quisquis sine studio partium iudicat, facillime agnoscit: ut omittam cætera, quę multa commemoraui, & alia multo plura, quæ commemorare longum putaui, si humanū genus ante bella Punica reciperet Christianā disciplinam, & consequeretur rerum tanta uastatio, quanta illis bellis Europam Aphricāq; contriuit: nullus talium, quales nunc patimur, nisi Christianæ religioni illa mala tribueret. Multo autem minus eorum uoces tolerarentur, quantum attinet ad Romanos, si Christianæ religionis receptionem & diffamationem, uel irruptio illa Gallorum, uel Tiberini fluminis, igniumq; illa depopulatio, uel quod cuncta mala præcedit, bella illa ciuilia sequerētur. Mala etiam alia, quæ usqadeo incredibilia acciderunt, ut inter prodigia numerarētur, si Christianis tēporib. accidissent, quibus ea nisi Christianis hominibus tanquam crimina obijcerēt? Omitto quippe illa, quæ magis fuerunt mira quàm noxia, [c]boues locutos: infantes nondum natos de uteris matrum quædam uerba clamasse: [d]uolasse serpentes, [e]fœminas & gallinas, & homines in masculinum sexum fuisse cōuersas: & cętera huiusmodi quæ in eorum libris, nō fabulosis, sed historicis seu uera seu falsa sint, non inferunt hominibus perniciem, sed stuporem. [f]Sed & cum pluit terra, [g]cum pluit creta, [h]cū pluit lapidibus, non ut grando appellari solet hoc nomine, [i]sed omnino lapidibus. Hæc profecto etiam grauiter lædere potuerunt. Legimus apud eos [k]Aeneis ignibus ab ipso montis uertice usq; ad littus proximum decurrentibus ita feruisse mare, ut rupes exurerentur, & pices nauium soluerentur. hoc utique non leuiter noxium fuit, quāuis incredibiliter mirum. [l]Eodem rursus æstu ignium tanta ui fauillæ scripserūt oppletam esse Siciliam, ut [m] Catinensis urbis tecta obruta & oppressa diruerent. Qua calamitate permoti misericorditer [n]eiusdem anni tributum ei relaxauere Romani. [o] Locustarū etiam in Aphrica multitudinem prodigij similem fuisse, cum iam esset populi Romani prouincia, literis mandauerūt: consumptis enim fructibus foliisq; lignorum, ingenti atq; inæstimabili nube in mare dicunt esse deiectā. Qua mortua redditaq; littoribus, atq; hinc aere corrupto, tantam ortam pestilentiam dicunt, ut [p]in solo regno Massiliæ [q]octingenta hominū millia periisse referantur, & [r]multo amplius in terris littoribus proximis: tunc Vticæ [s]ex triginta milibus iuniorum quæ ibi erant, decem remansisse confirmant. Talis itaq; uanitas qualem patimur eiq; respondere compellimur: quid horum nón Christianæ religioni tribueret, si temporibus Christianis uideret? Et tamen dijs suis ista non tribuunt: [t]quorum ideo cultum requirūt, ne ista uel minora patiantur, cum ea maiora pertulerint à quibus antea colebantur.

L. VIVES

a SAbæo.] Sabæi populi sunt iuxta Syriam & Arabiam, apud quos nascitur thus. Vergilius:
India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.
Seruius Sabæos nominatos ait à σίβειν, quod est colere. quia thure quod apud eos nascitur, deos placamus.

Sabæi

b Noh elegit templum.] Obijt in Formiano suo, quum tentata nauigatione trāns mare ad Brutum, tempestate repulsus esset. c Boues locutos.] Frequētissime in Prodigijs apud historicos, ut bello Punico secundo Q. Fabio Maximo quartum, & M. Marcello iij. coss. quò eodē anno Spoleti ex muliere uir est factus, & Maruciæ infans in utero iò triumphe clamauit. Autor Liuius libro xxiiij. Locuta est & bos bello Antiocheno, Roma caue tibi, & bello ciuili Antoniano, bos urgenti se in opere dixit, non defuturum frumentum, sed homines qui illud ederent, & aliàs sæpissime. d Volasse serpentes.] In Libyæ solitudinibus serpentes sunt plurimæ uolucres: quæ Aphrico uento in agrum Aegyptium cum magna indigenarum pernicie se effundūt. Idcirco Cicero Ibem ab illis cultum hominibus scribit, quòd hoc animal eam pestem ab Aegypto auertat. Idem Herodotus in Euterpe. e Fœminas & gallinas & homines.] Sexus mutatos, ex fœminis hominibus factos, ex gallinis gallos & gallinaceos. Mendum nullū est in scriptura. admoneo, quandoquidē uim conīūctionis noster interpres parū intelligēs, parū recte sic legi putat: Fœminas, & gallinas, & homines: tum etiam quòd

Volantes serpentes

Fœminas & brutis dicit

quòd fœminâ ad alia non posse animalia pertinere exi-
stimat, quàm ad homines: & homines esse tantummo-
do uirilis sexus, ideo sic explicat fœminas conuersas in
homines: id est in uiros, inquit. En quales homines ue-
nerabatur seculum prius: qui nam sumebant sibi uete-
res autores enarrandos, quum nondum scirent homi-
nes etiam ad mulieres pertinere, & fœminas de brutis
quoq; animalibus dici? Et miramur tam corruptas nos
artes omnes à patribus accepisse. Miremur potius quũ
tale hominum genus in illas inuaserit, nos aliquas om-
nino accepisse. Porrò hanc sexus mutationem Plinius li
bro septimo, nõ esse fabulosam dicit: & aliquot testimo
nia affert, suãq; fidem interponit, quod testificari se quæ
uiderit, aiat. Et profecto consideranti mihi rationem se-
xuum, difficile uidetur ex mare fieri fœminam. Contrà
fieri, nõ item. nam retrahere naturam uirile membrum
intrinsecus, facereq; ex eo locos fœmineos difficillimũ
est: expellere uero locos foras, penisq; in modum defor
mare, & si rarum, fieri tamen potest, facilius quàm cre-
datur. f Sed & quum pluit.] Terra pluisse, idq; non
semel aut iterum rerum scriptores tradũt. Liuius, & Iu
lius Obsequens, & alij. g Quum pluit creta.] Ob-
sequens in Prodigijs, Q. Metello, Tullio Didio coss. cre
ta candida pluit. h Quum pluit lapides.] Neq; hoc
rarum. Primum post cõditam Romam, Tullo Hostilio
rege contigit, quod uix credibile uidebatur: postea to-
ties, ut nulli mirum iam esset. ociosum sit in re creberri
ma exẽpla afferre. i Sed omnino uel terræ.] Antiqui
libri sic habẽt: Sed omnino lapidibus: hæc profecto &c.

Aetna mõs k Aetnæis ignibus.] Aetna mons est in Sicilia Vul-
cano sacer, qui per noctẽ flammas euomit per hiatũ sta-
diorum xx. quem craterem uocãt: quos duos esse uult
Solinus in Polyhistore. dictus sic uel ab Aetna filio Bria
rei Cyclopis, uel ab Aetna filia Cœli & Terræ, quã alij
Thaliam uocãt, quemadmodum Seruius dicit. Hunc
montẽ Vergilius descripsit lõgo carmine. Ouidio sunt
qui attribuant. Seneca Ouidium à describendo Aetna
deterritum refert, quod illum à Vergilio iam sciret can
tatum. Cornelij Seueri putant esse nonnullu. Exundat
sæpe incendijs uicinis agris gentibusq; noxijs. Sic Gn.
Seruilio Cæpione, & C. Lælio coss. Tum Seruio Flac-
co & Q. Calpurnio coss. hoc quod Augustinus hic nar-
rat contigit, M. Aemilio, L. Aurelio coss. Obsequens:

A Aetna mons terræ motu ignes super uerticem late diffu
dit, & ad insulam Liparas mare efferbuit, & quibusdã
adustis nauibus uapore plerosq; naualeis exanimauit.
Piscium uim magnam exanimem dispersit, quos Lipa-
renses auidius epulis appetentes contaminatione uen-
tris consumpti sunt: ita ut noua pestilentia uastarentur
insulæ. Hactenus uerba sunt Iulij. Accidit istud paulo
ante seditionẽ C. Gracchi. Orosius addit multos mor-
tales incendio absumptos, coactosq; esse desertis suis-q;
longissime aufugere. l Eodem rursus æstu.] Oro-
sius libro quinto, capite duodecimo. m Catinensis *Catina*
urbis.] Alibi Catanensis. idem est. illa enim ciuitas &
Catana & Catina dicitur, etsi Catina sit etiam in Hispa
nia, & in Arcadia. Pli. lib. iij. Mons Aetna nocturnis mi
rus incendijs, Crater eius patet ambitu stadiorum xx.
Fauilla Taurominium & Catanen usq; peruenit feruẽs.

B n Eiusdem anni.] Orosius decem annorum tributũ
à senatu eis remissum est autor. o Locustarũ etiam in
Aphrica.] Liuius li. ix. Orosius, Eutropius, Iulius Ob
sequens, cõtigit etiam ante seditionẽ C. Gracchi P. Plau
tio Hipseo, M. Fuluio Flacco coss. p In solo regno
Masinissæ.] An potius Micipsæ filij eius. nam Masinissa
iam obierat, Sed dici potest Masinissæ regnum, quod il
lud ei pro maximis meritis populus Romanus dedit.
q Octingenta hominum milia.] Sic Orosius, qui &
regnum Micipsæ nominat. Obsequẽs Dccc. hominum
milia in uniuersum scribit fato decessisse. Eutropius ta
metsi non bonus admodum cõputator, sic inquit: Qua
pestilentia in Numidia Dcccc. milia hominũ, circa Car
thaginem uero cc. M. Romanorum uero militũ, qui ibi
ad præsidium erant xxx. M. extincta sunt. eadem penè
Orosius, nisi quod pro nongentis octoginta ponit.
r Multo amplius in terris.] Diuersum scribunt hi
storici quos legimus, nisi Augustinus alios autores sit
secutus, uel oratorio modo inflexerit historiã ad suam
utilitatẽ. Quod licere fieri Cicero sub persona Attici do
cet in Bruto: & ab ipso Cicerone nonnunquam esse fa-
ctum & nos interdum in eius orationibus deprehendi-
mus, & Asconius Pedianus annotauit. s Ex trigin-
ta milibus uirorum.] Veteres libri habent, iuniorum:
certe de militibus est intelligendum, qui Vticæ relicti
erant præsidiũ Aphricæ. t Quorũ ideo cultum.] Le-
gendũ, quorũ ideo cultũ requirũt ne ista uel minora.

ELENCHVS CAPITVM
IN DIVI AVRELII AVGVSTINI DE
CIVITATE DEI LIBRVM QVARTVM

1 De his quæ primo uolumine disputata sunt.
2 De his quæ libro secundo & tertio continentur.
3 An latitudo imperij, quæ non nisi bellis acquiritur, in bono habenda sit, siue fœlicium, siue sapientium.
4 Quàm similia sint latrocinijs regna absq; iustitia.
5 De fugitiuis gladiatoribus, quorum potentia similis fuerit regię dignitati.
6 De cupiditate Nini regis, qui ut latius dominaretur, primus intulit bella finitimis.
7 An regna terrena inter profectus suos atq; defectus deorũ uel iuuentur, uel deserãtur auxilio.
8 Quorum deorum præsidio putent Romani imperium suum auctum atq; seruatum, cum sin-
gulis uix singularum rerum tuitionem committendam esse crediderint.
9 An imperij Romani amplitudo & diuturnitas Ioui fuerit ascribenda, quem summum deũ cul
tores ipsius opinantur.
10 Quas opiniones secuti sint, qui diuersos deos diuersis mũdi partibus præfecerunt.
11 De multis dijs, quos doctores Paganorum unum eundemq; Iouem esse defendunt.
12 De opinione eorũ, qui deum animam mũdi, & mundũ corpus dei esse putauerunt.
13 De his qui sola rationalia animantia partes esse unius dei asserunt.
14 Augmenta regnorum Ioui incongruenter ascribi, cum si, ut uolunt, dea est Victoria, ipsa huic
negocio sola sufficeret.
15 An congruat bonis latius uelle regnare.
16 Quid fuerit quod Romani omnibus rebus & omnibus motibus deos singulos deputãtes, æ-
dem Quietis extra portas esse uoluerunt.
17 An si Iouis summa potestas est, etiam Victoria dea debuerit existimari.
18 Felicitatem & Fortunam qui deas putant, qua ratione fecerunt.
19 De fortuna muliebri.
20 De Virtute & Fide quas Pagani templis & sacris honorauerũt, prætermittẽtes alia bona, quæ
similiter colenda fuerunt, si recte alijs diuinitas tribuebatur.
21 Quod unum non intellígentes deum, Virtute saltem & Felicitate debuerint esse contenti.
22 De scientia colendorum deorum, quam à se Varro gloriatur collatam esse Romanis.
23 De Felicitate quam Romani multorum ueneratores deorum diu non coluerunt honore diui-
no, cum pro omnibus sola sufficeret.
24 Qua ratione defendant Pagani, quod inter deos colant ipsa bona diuina.
25 De uno tantum colendo deo, qui licet nomine ignoretur, tamen felicitatis dator esse sentitur.
26 De ludis scenicis, quos sibi dij celebrari à suis cultoribus exegerunt.
27 De tribus generibus deorum, de quibus Scæuola pontifex disputauit.
28 An ad obtinendum dilatandumq; regnum profuerit Romanis cultus deorum.
29 De falsitate auspicij, quo Romani regni fortitudo & stabilitas uisa est indicari.
30 Qualia de dijs gentium etiam cultores eorum se sentire fateantur.
31 De opinionibus Varronis, qui reprobata persuasione populari licet ad notitiam ueri dei non
peruenerit, unum tamen colendum esse censuerit.
32 Ob quam speciem utilitatis principes gentium apud subiectos sibi populos falsas religiones
uoluerunt permanere.
33 Quod iudicio & potestate ueri dei omnium regum atq; regnorum ordinata sint tempora.
34 De regno Iudæorum, quod ab uno & uero deo institutum atque seruatum est donec in uera
religione manserunt.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
EPISCOPI AD MARCELLINVM
DE CIVITATE DEI LIBER QVARTVS.

De his quæ primo uolumine diſputata ſunt. Caput I

E ciuitate dei dicere exorſus prius reſpõdendum putaui eius inimicis, qui terrena gaudia cõſectantes, rebuſq; fugacibus inhiãtes, quicquid in eis triſte, miſericordia potius admonẽtis dei, quàm pu-
D nientis ſeueritate patiuntur, religioni increpitãt Chriſtianæ, quę una eſt ſalubris & uera religio. Et quoniam cum ſit in eis etiam uulgus indoctum, uelut doctorum autoritate in odium noſtrum grauius irritantur, exiſtimantibus impẽritis, ea quæ ſuis temporibus inſolite acciderũt, per alia retro tempora accedere non ſolere. Eorumq; opinionẽ, etiam iſs qui eam falſam eſſe nouerunt, ut aduerſum nos iuſta murmura habere uideantur, ſuæ ſcientiæ diſſimulatione fir-
C mantibus: de libris quos autores eorum ad cognoſcendam præteritorum temporum hiſtoriam memoriæ mandauerunt, longe aliter eſſe, quàm putant, demonſtrandum fuit: & ſimul docendũ, deos falſos quos uel palàm colebant, uel occulte adhuc colunt, eos eſſe immundiſſimos ſpiritus & maligniſſimos ac fallaciſſimos dęmones: uſq; adeo ut aut ueris, aut fictis etiam ſuis tamen criminibus delectẽtur, quæ ſibi celebrari per ſua feſta uoluerunt: ut à perpetrandis damnabilibus factis, humana reuocari nõ poſſit infirmitas, dum ad hæc imitanda uelut diuina præbetur autoritas. Hæc non ex noſtra conIectura probauimus, ſed partim ex recenti memoria, quia et ipſi uidimus talia ac talibus numinibus exhiberi: partim ex literis eorum, qui nõ tanquam in contumeliam, ſed tanquam in honorem deorum ſuorum iſta cõſcripta poſteris reliquerũt: ita ut uir doctiſſimus apud eos Varro, & grauiſſimæ autoritatis, cum rerum humanarum atq; diuinarũ diſpartitos faceret libros, alios humanis, alios diuinis pro ſua cuiuſq; rei dignitate diſtribuens, non ſaltem in rebus humanis, ſed in rebus diuinis poneret ludos ſce-

nicos: cum utiq; ſi tantummodo boni & honeſti homines in ciuitate eſſent, nec in rebus humanis ludi ſcenici eſſe debuiſſent. Quod profecto non autoritate ſua fecit, ſed quoniã eos Romæ natus & educatus in diuinis rebus inuenit.

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI IN QVARtum librum De ciuitate dei, Diui Aureliį Auguſtini commentaria.

B Vnc ex rebus geſtis Pop. Rom. ad religionem eius, ſacra, cæremonias q; tranſeundũ. N Superioribus libris nullam præfati ſumus ueniam, quòd acta illius populi, ſi non ad plenum ex aliquo, quoniam periit magna pars T. Liuij ſcriptoris rerũ copioſiſſimi, certe ex multis quoquo modo colligi potuerunt: quatuor libris ſequentibus, ſed in primis hoc quarto ignoſci nobis petimus, ſi quo in loco uel diligentiam noſtram lector deſiderarit, uel ingeniũ. nullus de his rebus autor ad hanc memoriam peruenit, qui quidem extet. Interciderunt enim, ut alia eiuſdem uiri quàm plurima: ſic & antiqui *Antiquitates* C tates M. Varronis, quas unas ſi haberemus ſatisfacere *M. Varronis* potuiſſemus Auguſtino, unde illi ſunt ferè quæ dicit deſumpta. itaq; emendicanda nobis è uarijs fuerunt, quæ huc afferremus, ne nudi omnino & inopes, omniq; non modo cultu ac ornatu, ſed inſtrumento quoq; domeſtico egeni uideremur. quæ ſi non magnificè conſtructa & parata ſunt, contenti erimus hoc ſolo, non prorſus uideri pudendam noſtrã mendicitatem, quod non aſſecutis etiam uenia danda: præſertim nulla conatus & diligentiæ culpa, & in re cuius cum maxime maximo generis malo uigeret, plurimi erant & quidam doctiſſ. ut de uulgo taceam, qui non paruam ſanè partem ignorabãt. Sicut ipſe teſtatur Varro. Profecto Iuuenalis in Satyra prima neſciſſe uidetur pecuniam pro dea Romanis cultam, cum ait:

Et ſi funeſta pecunia templo
Nondũ habitas, nullas nummorũ ereximus aras.

D Quam tamẽ cum Aerino & Argẽtino Varro inter deos numerat. Quis ergo miretur, ſi rem ope & benignitate Chriſti ex hominũ uita iam olim pulſam nos adeo non teneamus exacte, ut uel quiuis ex illo populo, uel etiã, ſi diįs placet, Varro ipſe, qui Romanis pontificibus opprobrare nec falſò auſus eſt, eſſe in ſuis diįs ac religionibus complura, quæ illos laterent, quæ omnia ipſe aperuit & declarauit uir totius ueteris æui conſultiſſimus. Iſtis omnibus accedit nullam fore, aut rebus humanis, aut eruditioni iacturam, ſi quemadmodũ de uſu uitaq;, ſic etiam de memoria impietas eiuſmodi abiret. Quid enim cõferet eruditioni flagitia Iouis aut Veneris noſſe? quibus diįs quæ ſacra fiãt? quæ oſtenta quibus hoſtiįs ſacriſq; procuranda? quæ auguria prodigiaq; à quibus mittantur? quomodo expientur? ſi quibus hæc placẽt, contendunt nos per ea fieri peritiores. Ego uero qui nõ pauciora ex illis deliramentis noui, q; quiuis eorũ, contendo futurũ utilius uitæ moribusq; in totum neſciri: quæ

quæ res minus me reddit ſolicitum, ſi cuiusdiui diuæq; A diuinitatem, genus, templa, aras, feſta, cæremonias, ſacra, horum omnium rationem & modũ haud quaquã copioſe perſecutus ſum. tametſi adhibita nobis eſt opera, ne lector harum rerum ſtudioſus uacuus earum à lectione noſtrorum commentariorum diſcedat.

De his quæ libro ſecũdo & tertio continentur. Cap. II

T quoniam in fine primi libri quæ deinceps dicẽda eſſent breuiter poſuimus, & ex his quædam in duo-
E bus conſequentibus diximus, expectationi legentium quæ reſtant reddenda cognoſcimus. Promiſeramus ergo quæ-
B dam nos eſſe dicturos, aduerſus eos, qui Romanæ reipublicæ clades in religionem noſtram referunt: & commemoraturos quæcũq; & quantacunq; occurrere potuiſſent, uel ſatis eſſe uiderentur, mala, quæ illa ciuitas pertulit, uel ad eius imperium prouinciæ pertinentes, antequam eorũ ſacrificia prohibita fuiſſent: quæ omnia procùldubio nobis tribuerẽt, ſi iam uel illis noſtra clareret religio, uel ita eos à ſacris ſacrilegijs prohiberet. Hæc in ſecundo & tertio libris ſatis, quantum exiſtimo, abſoluimus: in ſecundo agentes de malis morum: quæ mala uel ſola, uel
C maxima deputanda ſunt. In tertio autem libro de his quę ſtulti ſola perpeti exhorrent, "corporis uidelicet, externarumq; rerum, quæ plerũq; patiuntur & boni. Illa uero mala non dico patienter, ſed libenter habent, quibus ipſi fiunt mali. Et quàm pauca dixi de ſola illa ciuitate, atque eius imperio, nec inde omnia uſque ad Cæſarẽ Auguſtum. Quod ſi ita commemorare uoluiſſem, & exaggerare illa mala quæ non ſibi quicquam homines faciunt, ſicut ſunt uaſtationes, euerſiones q; bellantium: ſed ex ipſius mundi elementis terrenis accidunt rebus, [b]quæ uno loco Apuleius breuiter ſtringit in eo libro quem
D De mundo ſcripſit: terrena omnia dicens mutationes, [c]conuerſiones, atq; interitus habere. Nanq; immodicis tremoribus terrarum, ut uerbis eius utar, diſſiluiſſe humũ & interceptas urbes cum populis dicit: abruptiſe iam imbribus prolutas totas eſſe regiones: illas etiam quę prius fuerant continentes, hoſpitibus atq; aduenis fluctibus inſulatas, aliaſq; deſidia maris pedeſtri acceſſu peruias factas: uentis ac procellis euerſas eſſe ciuitates: incendia de nubibus emiciſſe, quibus orientis regiones conflagratæ perierũt: & in occidentis plagis ſcaturigines quaſdam ac proluuiões eaſdem ſtrages dediſſe. Sic ex Aetnę uerticibus quondã effuſis crateribus, per decliuia, incendio diuino, torrẽtis uice flammarum flumina cucurriſſe. Si hæc atq; huiuſmodi, quæ habet hiſtoria, unde poſſem colligere uoluiſſem, quando finiſſem, quæ illis tẽporibus euenerunt, antequam Chriſti nomen illa iſtorum uana & ueræ ſaluti pernicioſa comprimeret? Promiſeram me etiam demonſtraturũ, quos eorum mores, & quam ob cauſam deus uerus ad augendum imperium adiuuare dignatus eſt, in cuius poteſtate ſunt regna omnia, quamq; eos nihil adiuuerint hi quos deos putant, et potius quantum decipiendo & fallendo nocuerint: unde nunc mihi uideo dicendum, & magis de incremẽtis imperij Romani. Nam de noxia fallacia dæmonum, quos uelut deos colebant, quãtum malorum inuexerit moribus eorum, in ſecundo maxime libro non pauca iam dicta ſunt. Per omnes autem abſolutos tres libro ubi opportunum uiſum eſt commemoraUimus etiam in ipſis bellicis malis, quantum ſolatiorum deus per Chriſti nomen, cui tantum honoris barbari detulerunt præter bellorum morem bonis maliſq; cõtulerit, qui facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.

L. VIVES

a Corporis uidelicet externarumq; rerum.] Vt eſt triplex bonorum genus, ita & malorum triplex illis contrariũ. b Quæ uno loco Apuleius.] *Apuleius* Alibi in eo libro, L. Apuleius Madaurẽſis philoſophus fuit Platonicus, antiquæ dictionis amator, & æmulus. Librum Metamorphoſeos ex Luciano uertit, ac multis additis ſuum fecit: de mũdo ſiue coſmographia ex Ariſtotele ad uerbum diſſimulato, quod uehementer miror autore, tametſi Ariſtotelem, & Theophraſtũ ſequi ſe in eo opere profiteatur, inaudita ciuili loquendi formula: nam ſurripere appellat ſequi, quod ciuilius etiã eſt quàm fugæ, cedendi nomen indere: credo quod ſequi uocaret præcurrere, ac uiã monſtrare: & plane iſtæ ſunt innouatæ uocũ ſignificationes, quo gratior fiat oratio atq; lepidior. Libellũ De mundo ut recẽtiores trãſeam, ueteres, de quorum numero ſunt Iuſtinus philoſophus ac martyr, & Themiſtius Euphradæ Ariſtotelis *Liber de mundo ait Arist.* eſſe dicunt: quanquam phraſis parũ id indicare uidetur, florentior & cõcinnior q; ſolet eſſe Ariſtotelica. Sed de hoc non eſt nunc diſputandi locus. Certe uel ab Ariſtotele, uel á Theophraſto, uel aliquo illorum temporũ Ariſtotelicæ doctrinæ ſectatore conſcriptum eſſe res oſtendit, compendium, ſicut Iuſtinus inquit, Peripateticæ philoſophiæ illius quæ ad naturam ſpectat. Verba hæc quæ ab Auguſtino citãtur, deſunt in exemplari Apuleij Florentino: quod mihi Petrus Aegidius Antuerpianus homo apprime eruditus, & amicus omniũ quos norim, candidiſſimus, atq; integerrimus accommodauit: Deſunt & in Vencto antiquiore, quod uidimus apud egregium uirum Petrum Apoſtolium, & in noſtro

recentiore quod excusit Asulanus Aldi socer. Sic enim in eis omnibus habetur: Terrena omnia mutationes, & conuersiones, postremo interitus habent. Postremo quod est in triremi gubernator. & tamen scripsisse hæc Apuleium, quæ Augustinus adducit, apparet, tum ex filo formaq; orationis plane Apuleiana, tum etiã quod in Aristotelis libro leguntur. Ad hunc enim modum dicit, siquis forte requirit Græca uerba Μόνα τε τὰ οὐράνια, διὰ τοῦτο ἀεὶ τὴν αὐτὴν σώζοντα τάξιν διακεκόσμηται, καὶ οὔποτε ἀλλοιωθέντα μετεκινήθη, καθάπερ τὰ ἐπὶ γῆς εὔτρεπτα ὄντα πολλὰς ἑτεροιώσεις, καὶ πάθη ἀναδέδεκται· σεισμοί τε γὰρ βίαιοι πολλὰ μέρη τῆς γῆς ἀνέρρηξαν· ὄμβροι τε κατέκλυσαν ἐξαίσιοι καταρραγέντες· ἐπιδρομαί τε κυμάτων καὶ ἀναχωρήσεις πολλάκις, καὶ ἠπείρους ἐθαλάττωσαν, καὶ θαλάττας ἠπείρωσαν· βίαι τε πνευμάτων καὶ τυφώνων ἔστιν ὅτε πόλεις ὅλας ἀνέτρεψαν· πυρκαϊαί τε, καὶ φλόγες· αἱ μὲν ἐξ οὐρανοῦ γενόμεναι πρότερον, ὥσπερ φασίν, ἐπὶ Φαέθοντος τὰ πρὸς ἕω μέρη κατέφλεξαν· αἱ δὲ πρὸς ἑσπέρας ἐκ γῆς ἀναβλύσασαι, καὶ ἐκφυσήσασαι, καθάπερ τῶν ἐν Αἴτνῃ κρατήρων ἀναρραγέντων, καὶ ἀνὰ τὴν γῆν φερομένων χειμάρρου δίκην. Hactenus Aristoteles. Quæ uerba Latina Apuleius reddit, ubi orientis regiones conflagrasse dicit. Phaetontis incendiũ Aristoteles diserte explicat, illius quem solis filiũ fuisse perhibet, & aurigandi ignorantia cœlum ac terras incendisse. hæc uero Aetnæ cõflagratio prima est eruptio ignis ex eo monte, quæ secundo anno octauæ & octogesimæ Olympiadis, tribus ante natum Platonem annis contigit: si modo Eusebio Cæsariensi bene sunt tempora digesta, quod non temere cõtingit, haud dubie librariorum potius uitio, quàm autoris. In cõflagratione seruatos esse pios homines miraculo quodã ne ab igne læderentur, & hoc de mundo libro attingit Aristoteles, & fusius in Mirabilibus naturæ auditionib. explicat, quẽ etiam librum nondum certum habeo num sit Aristotelicus. *Aetnæ conflagratio* c Conuersiones, & intẽsiones, & remissiones, atq; interitũ habere.] Perijsset nugator ille nisi aliud ad miscuisset Augustino de intẽsione & remissione formarum, super qua re maior est inter eos digladiatio quàm unquã inter Græcos & Troianos fuit super formosa Helena: nimirum illas suas formas nihilum formæ huius debere cedere existimãt. In antiquis Augustini libris non legũtur illa duo uerba, intensiones & remissiones, nec in Græco Aristotelis codice, sed ἑτεροιώσεις, καὶ πάθη, q. conuersiones & interitus, ideo nec euersiones dicendum, sed conuersiones.

An latitudo imperij quæ non nisi bellis acquiritur, in bono habẽda sit siue felicium siue sapientium. Cap. III

I AM itaq; uideamus quale sit, quod tantam latitudinem ac diuturnitatem imperij Romani illis dijs audent tribuere: quos etiam per turpium ludorum obsequia, & per turpium hominum ministeria se honeste coluisse contendunt. Quanquam prius uellem paululum inquirere, quæ sit ratio, quæ prudẽtia, cum hominum felicitatem non possis ostẽdere, semper in bellicis cladib. & in sanguine ciuili uel hostili, tamẽ humano, cũ tenebroso timore, et cruẽta cupiditate uersantiũ: ut uitro lætitia eorũ comparetur fragiliter splendida, cui timeatur horribilius ne repẽte frangatur: de imperij magnitu-

A dine ac lacitudine uelle gloriari. Hoc ut facilius dijudicetur: non uanescamus inani uentositate iactati, atq; obtundamus intentionis aciem altisonis uocabulis rerum, cum audimus populos, regna, prouincias, sed duos cõstituamus homines. Nam singulus quisq; homo, ut in sermone una litera, ita quasi elementum est ciuitatis & regni, quantalibet terrarũ occupatione latissimi. Quorum duorum hominum, pauperẽ unum uel potius mediocrem, alterum prædiuitem cogitemus: sed diuitem timoribus anxiũ, mœrori bus tabescentem, cupiditate flagrantẽ, nunquã

B securum, semper inquietum, perpetuis inimicitiarum contentionibus anhelantẽ, augentẽ sanè his miserijs patrimonium suum in immensum modum, atq; illis augmentis curas quoq; amarissimas aggerantẽ: mediocrem uero illum re familiari parua atq; succincta sibi sufficientẽ, charissimum suis cognatis, uicinis, amicis, dulcissima pace gaudentem, pietate religiosum, benignum mente, sanum corpore, uita parcũ, moribus castum, conscientia securum. Nescio utrũ quisquã ita desipiat, ut audeat dubitare quem preferat. Vt ergo in his duobus hominibus, ita in duabus familijs, ita in duobus populis, ita in

C duobus regnis regula sequitur æquitatis. Qua uigilanter adhibita, si nostra intentio corrigatur, facillime uidebimus ubi habitet uanitas, & ubi felicitas. Quapropter si uerus deus colatur, eiq; sacris ueracibus & bonis morib. seruiatur, utile est, ut boni longe lateq; diu regnẽt. Neq; hoc tam ipsis, q̃ illis utile est, quibus regnant. Nam quantũ ad ipsos pertinet, pietas & probitas eorũ, quæ magna dona dei sunt, sufficit eis ad ueram felicitatem, qua & ista uita bene agatur, & postea percipiatur æterna. In hac ergo terra regnum bonorum, non tam illis præstatur, quàm rebus humanis. Malorũ uero regnũ

D magis regnantibus nocet, qui suos animos uastant scelerum maiore licẽtia: his autem qui eis seruiendo subduntur, non nocet nisi iniquitas propria. Nam iustis quicquid malorum ab iniquis dominis irrogatur, nõ est pœna criminis, sed uirtutis examẽ.[a] Proinde bonus etiam si seruiat, liber est: malus autem etiam si regnet, seruus est: nec unius hominis, sed quod est grauius, tot dominorum, quot uitiorum. De quibus uitijs quum ageret scriptura diuina: A quo enim quis, inquit, deuictus est, huic & seruus addictus est.

L. VIVES

Stoici Christianis proximi a PRoinde bonus etiam si seruiat.] Stoicum paradoxum, cuius meminit Cicero in Paradoxis, & pro Murena: idcirco Hieronymus Stoicam sectam simillimam censet Christianæ religionis.

Quàm similia sint latrocinijs regna absq; iustitia. Caput IIII

R EMOTA itaq; iustitia, quid sunt regna, nisi magna latrocinia?[a] Quia & ipsa latrocinia quid sunt, nisi parua regna? Manus etenim ipsa hominũ cũ imperio principis regitur, pacto societatis astringitur, placiti lege præda diuiditur. Hoc malum si in tantũ perditorũ hominũ accessib. crescit, ut & loca teneat, sedes constituat, ciuitates occupet, populos subiuget, euidentius regni nomẽ assumit, quod ei iam in manifesto confert non adempta cupiditas, sed addita impunitas. Eleganter enim & ueraciter Alexandro illi Magno[b] quidam comprehensus pirata respõdit. Nam quũ idem rex hominem interrogasset, quid ei uideretur, ut mare haberet infestum? ille libera cõtumacia, quid tibi, inquit, ut orbem terrarum? Sed quia id ego exiguo nauigio facio, latro uocor: quia tu magna classe, Imperator.

L. VIVE

QVia & ipsa latrocinia.] Hoc idem elegantissime Cyprianus ad Donatũ: Madet, inquit, orbis mutuo sanguine, & homicidium quum admittũt singuli, crimen est: uirtus uocatur quum publice geritur. Impunitatẽ scelerib. acquirit, non innocentiæ ratio, sed sæuitiæ magnitudo. Et profecto nõ modo nõ est bonorũ hominũ bellare, sed ne latronũ, ac ne hominũ quidẽ. belluarũ est iste furor unde bellũ nomen accepit, ut in officijs subsignificat Cicero, & Festus aperte testat̃. b Quidam cõprehensus pirata.] Ex Cicer. lib. De rep. iij. ut est apud Nonium Marcellũ. Nam cũ quæreret̃, inquit, ex eo, quo scelere impulsus mare haberet infestum, uno myoparone. eodẽ, inquit, quo tu orbẽ terræ. Porrò myoparo nauicula solebat esse piratica. Lucanus in x. Alexandrum felicẽ terrarum prædonem uocat: & *Piratæ cuiusdam libere dictum*

Terrarum fatale malum, fulmenq; quod omnes
Percuteret populos pariterq;, & sydus iniquum
Gentibus.

De fugitiuis gladiatoribus, quorum potentia similis fuerit regiæ dignitati. Caput V

P ROINDE omitto quærere quales Romulus congregauerit, quoniam multũ eis consultum est, ut ex illa uita dato sibi cõsortio ciuitatis, pœnas debitas cogitare desisterẽt: quarum metus eos in maiora facinora propellebat, ut de

A inceps pacatiores essent rebus humanis. Hoc dico, quod ipsum Romanum imperium iam magnum multis gentibus subiugatis, cæterisq; terribile, acerbe sensit, grauiter timuit, nõ paruo negocio deuitãdę ingẽtis cladis oppressum: quando paucissimi gladiatores in Campania de ludo fugientes, exercitũ magnum compararunt: [a]tres duces habuerũt: Italiam latissime & crudelissime uastauerũt. Dicant quis istos deus adiuuerit, ut ex paruo & contẽptibili latrocinio peruenirent ad regnũ, tantis iam Romanis uiribus arcibusq; metuendũ?[b] An quia nõ diu fuerũt,

B ideo diuinitus negabũtur adiuti? Quasi uero ipsa cuiuslibet hominis uita diuturna sit. Isto ergo pacto neminem dij adiuuant ad regnandũ, quoniam singuli quiq; cito moriuntur. Nec beneficiũ deputandũ est, quod exiguo tempore in unoquoq; homine, ac per hoc singillatim utiq; in omnibus uice uaporis euanescit. Quid enim interest eorum qui sub Romulo deos coluerũt, & olim sunt mortui, quod post eorum mortem Romanum tantũ creuit imperium, cũ illi apud inferos causas suas agant? Vtrum bonas, an malas ad rem præsentẽ non pertinet. Hoc autẽ de omnibus intelligendum est, qui per ipsum im

C periũ quãuis decedẽtibus succedẽtibusq; mortalibus in longa spatia protendatur, paucis diebus uitæ suæ cursum raptimq; transierunt, actuum suorum sarcinas baiulantes. Sin uero etiam ipsa breuissimi temporis beneficia deorum adiutorio tribuenda sunt, nõ parum adiuti sunt illi gladiatores, qui seruilis cõditionis uincula ruperunt, fugerunt, euaserunt, exercitũ magnum & fortissimũ collegerũt, obedientes regũ suorum consilijs & iussis, multum Romanæ celsitudini metuendi, & aliquot Romanis Imperatoribus insuperabiles multa ceperũt: potiti sunt uictorijs plurimis, usi uoluptatibus quibus uo

D luerunt: quod suggessit libido fecerunt: postremo donec uincerentur, quod difficillime est factum, sublimes regnantesq; uixerunt. Sed ad maiora ueniamus.

L. VIVES

a TRes duces.] Sparthacũ, Chrysum, & Oenomaum. Memorabile est quod Plinius lib. iij. & xxx. refert, interdixisse castris suis Sparthacum auro & argento: unde nõ miror tantũ eius opes potentiamq; creuisse. Et lex illa melior erat in castris fugitiuorum, q̃ sunt aliæ Midicæ in urbibus potentium regũ. b An quia non diu fuerunt.] Tertio anno postquam fugerãt, deleti sunt à M. Licinio Crasso. *Duces fugitiuorum*

De cupiditate Nini regis qui ut latius dominaretur primus intulit bella finitimis. Caput VI

[a]VSTINVS qui Græcã uel potius peregrinam, Trogum Pompeium
1 secutus nõ Latine tantum sicut ille, uerumetiam breuiter scripsit histori am, opus librorũ suorum sic incipit. [b]Principio rerum gentiũ nationumq; imperiũ penes reges erat, quos ad fastigium huius maie statis, nõ ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehebat. Populi nullis le gibus tenebantur: [c]arbitria principũ pro legi B bus erant. Fines imperij tueri magis, quàm pro ferre mos erat. Intra suam cuiq; patriam regna finiebantur. [d]Primus omnium Ninus rex Assy riorum ueterem & quasi auitum gentibus mo rem noua imperij cupiditate mutauit. [e]Hic pri mus intulit bella finitimis, & rudes adhuc ad re sistendum populos, ad terminos usque Libyæ perdomuit. Et paulo post: Ninus, inquit, ma gnitudinem quæsitæ dominationis continua possessione firmauit. Domitis igitur proximis, cum accessione uirium fortior ad alios trãsiret, & proxima quæq; uictoria instrumentum se quentis esset, totius Orientis populos subegit. C [f]Qualibet autem fide rerũ, uel iste uel Trogus scripserit: nam quædam illos fuisse mẽtitos alię fideliores literæ ostendunt: constat tamen & in ter alios scriptores regnũ Assyriorum à Nino rege fuisse lõge lateq; porrectum. Tam diu au tem perseuerauit, [g]ut Romanum nondum sit eius ætatis. Nam sicut scribunt qui chronicã hi storiam persecuti sunt, mille ducẽtos & quadra ginta annos ab anno primo quo Ninus regna re cœpit permãsit hoc regnum donec transfer retur ad Medos Inferre autem bella finitimis & inde in cætera procedere, ac populos sibi nõ D molestos sola regni cupiditate conterere & sub dere, quid aliud quàm grande latrocinium no minandum est?

L. VIVES

a VStinus qui Græcam.] Trogus Pompeius ab initio gẽtium res populorum omniũ cõplexus ad sua tem pora perduxit. Iustinus magnum opus in breuiari um contraxit, quã epitomen nominauit, ut Florus fecit in Liuio, quanquam paulo fusius. Vtinam Florus non tam breuis compressusq; esse studuisset: nunc pro Tro gò Iustinus legitur. Sunt qui historiam Trogi uidisse se in Italia affirment: per quietẽ puto. b Principio re rum gẽtium.] Principio singulæ familiæ singulos reges habuerunt, uel natu maximos, uel consilio, prudentia, æquitate præstantiss. aliquantum post multis familijs

Reges primi

A cœpit idem rex imperare, interdum eidem plures re ges, quos populus duces sibi rectores q; & uelut specu latores publici commodi eligebat, non qualem sors de disset cogebat accipere: nec nobilitas ualebat, nec am bitus: sua utilitas cuiq; utilitas cum communi coniuncta sa tis chara satisq; commendata erat, ne eligeret nisi opti mum. c Arbitria principum.] Cũ princeps est bo nus, satius est ab eo regi, quàm à bona lege, sicut Aristo teles docet in lib. De rep. d Primus omniũ Ninus.] *Ninus rex* Hic fuit Beli filius, de quo alibi. e Hic primus intu lit bella finitimis.] Ante Ninum constat bellatum esse inter mortales: iam enim Aphri & Aegyptij inter se pu *Primũ bellum* gnarant fudibus, quas uocarunt phalangas, & belli au tores Plinius in quinto Phœnices esse dicit: Iustinus Ve xorem Aegypti & Tanain Scythiæ reges nominat, qui bella cum longinquis populis nominis & gloriæ causa gesserint. Ninus uero primus finitimis cupidine augen dæ ditionis bellum fecit. f Qualibet autem fide re rum.] Græci scriptores siue luxuria styli: siue quò res patriæ essent admirabiliores: siue quo magis operibus suis lectorem oblectarent, tenerentq; siue gentis uitio, multa sunt in historia mẽtiti. Latini qui res Græcas tra ctarunt, cum necesse haberẽt eos sequi, etiam multa fal sa pro ueris asseruerunt, ut Trogus, & Curtius Ruffus. g Vt Rom. nondum sit eius ætatis.] Quantum du *Imperium* rarit imperium Assyriorum non inter omnes conuenit, *Assyriorum* Eusebius MCC. & XL. annos numerat. Diodorus Si culus MCCC. & LX. Ex Ctesiæ supputatiõe quo plu rimum utitur in rebus Asiæ narrandis. Iustinus ex hoc numero sexaginta adimit: nec de numero regũ constat. Diod. xxx. reges fuisse Assyriorũ scribit. Eusebius sex & triginta. Velleius Paterculus tres & triginta à Nino ad Sardanapalũ, ita ut semper successor regni fuerit de mortui filius. Porrò Augustinus libros De ciuitate dei scripsit principatu Honorij & Theodosii iunioris circi ter annum ab urbe condita MCLXX.

An regna terrena inter profectus suos atq; defectus deorum uel iuuentur uel deserantur auxilio. Cap. VII

I nullo deorum adiutorio tam ma
gnum hoc regnum & prolixũ fuit,
S quare dijs Romanis tribuitur Ro
manum regnum, locis amplũ tem
poribusq; diuturnum? Quæcunq; enim causa est illa, eadem est etiam ista. Si autẽ & illud deorum adiutorio tribuendum esse cõ tendunt, quæro quorũ? Non enim aliæ gentes D quas Ninus domuit & subegit: alios tunc cole bant deos. Aut si proprios habuerunt Assyrij, quasi peritiores fabros imperij constituendi at que seruandi, nunquid nam mortui sunt, quan do & ipsi imperium perdiderunt? Aut merce de non sibi reddita uel alia promissa maiore, [a]ad Medos transire maluerunt, atque [b]inde rur sus ad Persas Cyro inuitante & aliquid com modius pollicente? [c]Quæ gens non angustis orientis finibus post Alexandri Macedonis re gnum magnum locis, sed breuissimum tempo re, in suo regno adhuc usque perdurat. Hoc si ita

ita est, aut infideles dij sunt qui suos deserunt, A & ad hostes transeunt. Quod nec homo fecit Camillus, quando uictor & expugnator aduer sissimę ciuitatis, Romam cui uicerat sensit ingra tam, quam tamen postea oblitus iniuriæ, me mor patriæ à Gallis iterum liberauit. Aut non ita fortes sunt, ut deos esse fortes decet: qui pos sunt humanis uel cõsilijs uel uiribus uinci. Aut si cũ inter se belligerant, non dij ab hominibus, sed dij ab alijs dijs forte uincũtur, qui sunt qua rumq; proprij ciuitatũ: habent ergo & ipsi in ter se inimicitias: quas pro sua quisq; parte susci piunt. Non itaq; deos suos debuit colere ciuitas magis quàm alios à quibus adiuuarẽtur sui. Po B stremo quoquo modo se habeat deorũ iste uel transitus, uel fuga, uel migratio, uel in pugna de fectio, nõdum illis temporibus atq; illis terrarũ partibus Christi nomẽ fuerat prædicatũ, quan do illa regna per ingentes bellicas clades amis sa atq; trãslata sunt. [d]Nam si post mille ducen tos & quod excurrit annos, quando regnũ As syrijs ablatum est, iam ibi Christiana religio a liud regnum prædicaret æternum & deorũ fal sorũ cultus sacrilegos inhiberet: quid aliud gen tis illius uani homines dicerẽt, nisi regnũ quod tam diu cõseruatum est, nulla alia causa nisi suis C religionibus desertis & illa recepta perire potuis se? In qua uoce uanitatis quæ poterat esse, & isti attẽdant speculum suum, & similia cõqueri, si ul lus in eis pudor est, erubescãt. [e]Quanquã Roma nũ imperiũ afflictũ est potius, cq; mutatũ, quod & alijs ante Christi nomen temporibus ei con tigit, & ab illa est afflictione recreatũ, quod nec istis temporibus desperandum est. Quis enim de hac re nouit uoluntatem dei?

L. VIVES

a AD Medos transire.] Per Arbacem præfectum Mediæ. Qui Sardanapalum uicit, indignatus quod effœminato homini tam multa milia uirorũ parerẽt. Iustinus, Orosius, Plutarchus, Eusebius, Diod. Sicul. & alij. b Atq; inde rursus ad Persas.] Regnatũ est à Medis in Asia ab Arbace ad Cyrũ Cambyis filium annos cccl. Astiages ultimus rex fuit, ex cu ius filia Mandane, quæ Cambysi nupsit, Cyrus est na tus, quem auus somnio admonitus exponi iusserat, in fans fato est seruatus. Cumq; adoleuisset, ingressus Per sepolim expedire populum secures iussit, proximamq; syluam cædere, postridie instructiss. conuiuio multitu dinem exceptam rogauit num uitam eius diei pridianæ nõ præferrẽt; cũq; omnes præferre se clamassent, quan diu ergo, inquit, Medis parebitis, uita erit ut hesterna, si uos imperetis, ut hodierna: Ita coacto ingenti exerci tu, aui opes fregit, imperiũq; ad Persas trãstulit. c Quæ gens non angustis.] Regnũ Persarũ à Cyro ad Alexan drum Philippi filiũ per cc. xxx. annos stetit. Alexãder

Astiages

Persarũ regnũ

imperauit toti Asiæ sex annos, successores eius Macedo ni gente usq; Seleucum & Antiochum fratres, id est ab olymp. cxiij. ad olymp. cxxxiij. quo tempore Arsa ces ignobili gente uir, sed impiger & acer, discordia fra trum regũ fretus regnũ ui sibi suisq; asseruit. Vnde Par thorum regnum exortũ quod mansit usque ad Alexan drum Seuerũ Cæsarem: quo imperante Xerxes Persa regnũ Parthis ademit, & persico nomini restituit, idq; regnum etiã ætate Augustini durabat: de quo Herodia nus in Alexãdro Antonino. d Nam si post mille du centos & quadraginta.] Si sic legamus sequitur Augu stinus Eusebiũ: sed in ueteribus libris scribitur, nõ qua draginta, sed, quod excurrit: Vt in uarietate illa comput tantiũ sententiam suã Augustinus non interponat, solũ plures quàm mille & ducentos annos esse significet, in certum quot, pauciores certe centum. e Quanquã Rom. imperium.] Manet adhuc nomẽ illius imperij cũ exiguis quidem uiribus sed prima dignitate.

Quorum deorum præsidio putent Rom. imperium suum auctum atq; seruatum, cum singulis uix singulatũ rerum tuitionem committẽdam esse crediderunt. Cap. VIII

EINDE quæramus si placet, ex tan
ta deorum turba quam Ro. colebãt,
D quem potissimũ uel quos deos cre
dant illud imperium dilatasse atq;
seruasse. Neq; enim in hoc tam pre
claro opere & tantæ plenissimo dignitatis, [a]au C dent aliquas partes, deæ Cluacinę tribuere, aut [b]Volupiæ, quæ à uoluptate appellata est, [c]aut Libentinæ, cui nomen est à libidine, aut [d]Vaticæ nõ, qui infantũ uagitibus præsidet, [e]aut Cuni næ, quæ cunas eorũ administrat. Quando autẽ possint uno loco libri huius cõmemorari omniũ nomina deorũ, aut dearum, quæ illi grandibus uoluminibus uix cõprehendere potuerunt, sin gulis rebus propria dispertientes officia numi num? Nec agrorum munus uni alicui deo com mittẽdum arbitrati sunt, sed rura, deæ Rusinæ: iuga montiũ, deo Iugatino: collibus, deam Col latinam: uallibus Vallonam præfecerunt. Nec D saltem potuerunt [f]unam Segetiam talem inue nire cui semel segetes commendarent: sed sata frumenta quandiu sub terra essent, præpositam uoluerunt habere deam Seiam: cum uero iam essent super terrã & segetem facerẽt, deam Se getiam: frumentis uero collectis, atq; recõditis ut tutò seruarentur, [g]deam Tutilinam præpo fuerunt: cui non sufficere uideretur illa Segetia, quãdiu seges ab initijs herbidis usq; ad aristas aridas peruenire t. Non tamẽ satis fuit homini bus deorũ multitudinem amantibus, ut anima

misera dæmoniorum turbæ prostitueretur, unius dei ueri castũ dedignata complexũ.[b] Præfecerunt ergo Proserpinam frumentis germinantibus:[i] geniculis nodisq; culmorum deum Nodotum: inuolumentis folliculorũ deam Volutinam: cum folliculi patescunt, ut spica exeat deam Patelenam: cum segetes nouis aristis æquantur,[k] quia ueteres æquare hostire dixerũt, deam Hostilinam: florentibus frumẽtis[l] deam Floram:[m] lactescentibus deam Lacturtiam: maturescentibus[n] deam Matutam: cum runcantur, id est à terra auferuntur[o] deam Runcinam. Nec omnia cõmemoro, quia me piget quod illos nõ pudet. Hæc autem paucissima ideo dixi, ut intelligeretur nullo modo eos dicere audere ista numina imperium constituisse, auxisse, conseruasse Romanum, quæ ita suis quæque adhibebantur officijs, ut nihil uniuersum uni alicui crederetur. Quando ergo Segetia curaret imperium, cui curam gerere simul & segetibus & arboribus non licebat? Quando de armis Cunina cogitaret, cuius prępositura paruulorum cunas non permittebatur excedere? Quando Nodotus adiuuaret in bello, qui nec ad folliculum spicæ, sed tantum ad nodum geniculi pertinebat? [p] Vnum quisque domui suæ ponit ostiarium, & quia homo est omnino sufficit. Tres deos isti posuerunt, Forculum foribus,[q] Cardeam cardini, Limentinum limini. Ita non poterat Forculus simul fores & cardinem limenq; seruare.

L. VIVES

a Audent aliquas partes sub nomine.] Vetera uolumina habent: Aliquas partes deæ Cluacinæ tribuere: alibi, audent aliquas partes numina deorum ac dearum Lauacinæ tribuere: sed legendum est Cloacinæ, cuius simulachrum inuentum est à Tito Tatio, qui cũ Romulo regnauit, in magna quadã cloaca Romana: cũq; ignoraretur cuius esset effigies, ex loco illi nomẽ impositũ est, & Cloacina est dicta: autor Lactantius. Cyprianus Cluacinam uocat, sed puto mendum esse. Est, & Venus Cluacina quasi pugnatrix. Est enim cluere pugnare, cuius simulachrum Ro. eo loco, quo pax facta est inter Sabinos & Romanos, cum propter raptas pugnarẽt. Plinius lib. xv. b Volupiæ.] Huius sacellum erat ad Naualia prope portam Romanulam ut scribit Varro lib. De lingua Lat. iij. Macrobius in Saturn. xij. Cal. Ianuarias feriæ sunt diuæ Angeroniæ, cui pontifices in sacello Volupiæ sacrum faciũt: quam Verrius Flaccus Angeroniam dici ait, quod angores ac animorum solicitudines propiciata depellat. Masurius adijcit simulachrũ eius deæ ore obligato atq; signato in ara Volupiæ propterea collocatũ, quod qui suos dolores anxietatesq; dissimulant, perueniant patientiæ beneficio ad maximam uoluptatem. c Aut Libentinæ.] Varro lib. iij. De ling. Latina: à libendo libidinosus, ac Venus Libentina, & libitina. Libithina longe aliud est, q̃ Libẽtina. d Vagitano.] Vaticanũ scribendum. Sic appellat hunc Gellius lib. xvi. ex Varrone: Sicut, inquit, penes quem deum sint humanæ uocis initia, quoniam pueri cum primum parti sunt, eam primam uocem edũt, quæ est prima syllaba in nomine Vaticani, unde etiam uagire nascitur, & in antiquis codicibus hoc loco non Vagitano, sed Vaticano habetur.

Cloacina *Venus cluacina* *Volupia* *Angeronia* *Libentina* *Vaticanus*

e Aut Cuninæ.] Hæc infantes in cunis tuetur, & fascinum submouet. Lactantius lib. i. f Vnam Segetiam.] At Segestam Plinius lib. xviij. Hos enim tũc deos maxime nouerant, Seiamq; à serendo, Segestam à segetibus appellabant, quarum simulachra in circo uidemus. g Deam Tutilinam.] Tutanus & Tutilina dij, qui rebus tuendis præerant. Nonius Marcellus hunc Varro in periculosis & subitis rebus inuocari morem esse dicit, ut Herculem malorum depulsorem, quem uocabant ἀλεξίκακον. Tutilinam inauspicato nominari nephas erat. h Præfecerunt ergo Proserpinam.] Hæc fuit filia Cereris & Iouis, quã Pluto patruus rapuit. Cicero libro secũdo de Nat. deorũ: Proserpina ea est, quæ Persephone Græce nominatur, quã frugum semẽ esse, absconditamq; quæri à matre uolunt. Varro Proserpinam esse lunam perhibet ex sententia Ennij & Epicharmi. i Geniculis nodisq;.] Plinius lib. xviij. frumenta quædã in genu tertio spicã incipiunt concipere, quædam in quarto, sed etiam num occultam. genicula autẽ sunt tritico quaterna, farri sena, hordeo octona, sed non ante supra dictum geniculorum numerũ conceptus est spicæ. Varro lib. primo Rerum rusticarum, spicæ inuolucrum priusquam prodeat, uaginam nominat. In ipsa spica est granum: est & gluma grani folliculus: est arista uelut acus quædã tactu aspera erecta, quæ prius quàm in spica ariditate diriguit, spica uocaẽ mutica. k Quia ueteres æquare hostire.] Est hostire, ut ait Nonius, comprimere, & recedere: hinc hostis: est & ferire autore Festo: est quoq; æquum reddere, tum compẽsare, & æquũ beneficiũ rependere: unde redostire & hostimentum. Plautus, quin promitto, inquam, hostire contra, ut merueris: id est, æqua reddere, ut exponit Marcellus. Idẽ Plautus in Asinaria, Par pari hostimentum datum est opera pro pecunia. l Deam Floram.] Hanc existimant quidam fuisse Accam Larẽtiam meretricem, alij Meliboeam Niobes filiam, quæ cum Apollinis & Dianæ metu colorẽ mutasset, Chloris est dicta. Hinc à Ro. Flora, quam cum Amycla sorore ex omnibus liberis Niobes Latona propiciata iam seruarit, eamq; ex Neleo Neptuni filio genuisse Nestora, qui bello Troiano interfuerit Homerus canit in xi. Odysseæ, qui & hãc quoque cũ cæteris fratrib. interijsse perhibet. Ouidius huic deæ, quod præsit floribus Zephyrum uentum dat maritum. m Lactescentibus deam Lacturciam.] Alij Lacticinam legunt. Seruius primo Georg. Lactantem deũ esse ait, qui lac infundit segetibus, & eas facit lactescere. n Deam Maturã.] Alij libri Matutã quæ fuit Cadmi filia, Athamantis uxor, quæ postquã se de saxo in mare dedit præcipitem, mutato nomine ex Ino facta est λευκόθεα, id est Alba dea, Latinis Matuta mater, quam eandem auroram esse perhibent, unde matutinum tempus: filium habuit Melicertam deum marinum, qui etiam mutato nomine Palæmon nũcupatus est. Cicero, Ouid. Lactant. Seruius, & alij. templum fuit in octaua urbis regione. o Deam Runcinam.] Meminit huius Varro in lib. De lingua Latina: runcare est euellere, hinc auerruncare, & auerruncassere apud ueteres, id est auferre, amoliri, & Auerruncus deus qui mala aliò auerteret. p Vnusquisque.] Legendum Vnum quisq; domi suæ ponit ostiarium: & quia homo est, omnino sufficit: q. homo unus sufficiat, non sufficiant tres dij. q Cardeam.] Carnam potius: hæc olim Crane est dicta, quæ compressa est ab Iano, eiq; ius cardinis dedit deus. Præest uitalib. humanis, feriæ sunt Cal. Iunijs. Ouidius vi. Fastorum. Iunius Brutus pulso Tarquinio rege huic deæ sacrum fecit, Calend. Iunij in Cælio monte pulte fabatia, & larido. Macrobius primo Saturnalium.

Cunina *Tutanus* *Tutilina* *Proserpina* *Hostire* *Flora* *Chloris* *Lacturcia* *Matuta* *Runcare* *Crane dea*

An imperij Romani amplitudo & diuturnitas Ioui fuerit ascribẽda, quẽ summũ deum cultores ipsius opinantur. Caput IX

MISSA igitur turba ista minutorũ deorum, uel aliquãtum intermissa, officium maiorum deorum debemus inquirere, quo Roma tam magna est facta, ut tam diu tot gentib. imperaret. Nimirum ergo Iouis hoc opus est. Ipsum enim deorum omnium dearũq; regem esse uolunt: hoc eius indicat sceptrum, hoc[a] in alto colle Capitolium. De isto deo quãuis à Poeta dictum cõuenientissime prædicant:[b] Iouis omnia plena.[c] Hunc Varro credit etiã ab his coli, qui unum deũ solum sine simulachro colunt, sed alio nomine nuncupari. Quod si ita est, cur tam male tractatus est Romæ, sicut quidã & in cæteris gentibus, ut ei fieret simulachrũ: quod ipsi etiã Varroni ita displicet, ut cũ tantæ ciuitatis peruersa consuetudine premeretur, nequaquã tamẽ dicere & scribere dubitaret, quod hi qui populis instituerunt simulachra, & metum dempserunt, & errorem addiderunt.

L. VIVES

a In alto colle.] Tarpeio. b Iouis omnia plena.] Vergil. In Palæmone ex Arato Μεϛαὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί, Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί, μεϛὴ δὲ θάλασσα Καὶ λιμένες. Lucanus simile in viij.

Iupiter

Estq; dei sedes, ubi terra, & pontus, & aer,
Et cœlum, & uirtus: superos quid quærimus ultra?
Iuppiter est quodcunq; uides, quodcunq; moueris.

c Hunc Varro.] Græci Iouem ζῆνα, & Δία nominarunt, utrunq; à uiuendo, quod uitam cũctis præberet, animas inspiraret, Sicut etiam Orpheus interpretatur in Cratere. Plato in Cratylo utrunque nomen coniũgit Δία καὶ ζῆνα quasi δι' αὐτὸν ζῆν: quod per ipsum sit uiuere. Rom. à iuuando Iouem. Plutarch. docet priscos philosophos Iouem appellasse, mentẽ rerũ omnium creatricẽ & uitam: ideo hic cultus est tanquam deus à sapientib. uiris, qui nullum mortalẽ pro deo habebant, sed principem naturæ, immortalem, omnipotentem, uarijsq; nominibus insignitus, alio apud Græcos, alio apud Persas, alio apud Phœnices, alio apud Aegyptios. Lactantius Saturni filium Cretæ regẽ propterea ζῆνα dictũ arbitratur, q primus ex liberis Saturni maribus uixerit.

Quas opiniões secuti sunt qui diuersos deos diuersis mũdi partibus præfecerũt. Cap. X

VR illi etiam Iuno uxor adiũgitur, quę dicitur soror et coniũx?[a] Quia Iouem, inquiunt, in æthere accipimus: in aere Iunonem. Et hæc duo elementa coniuncta sunt, alterum superius, alterum inferius. Non est ergo ille de quo dictum est, Iouis omnia plena: si aliquam partem implet & Iuno. An uterq; utrunq; implet, & ambo isti coniuges, & in duobus istis elementis, & in singulis simul sunt? Cur ergo æther datur Ioui, aer Iunoni? Postremo si ipsi duo satis essent,[b] quid est quod mare Neptuno tribuitur, terra Plutoni? Et ne ipsi quoq; sine coniugibus remanerent, additur[c] Neptuno Salacia,[d] Plutoni Proserpina. Nam sicut inferiorem cœli partem, id est aerem, inquiunt, Iuno tenet: ita inferiorem maris Salacia, & terræ inferiorem Proserpina. Quærunt quemadmodum sarciant fabulas, nec inueniunt. Si enim hæc ita essent, tria potius elementa mundi esse,[e] non quatuor eorum ueteres proderent, ut singula deorum coniugia singulis diuiderẽtur elementis. Nũc uero omni modo affirmauerũt[f] aliud esse ætherem, aliud aerẽ. Aqua uero siue superior siue inferior utiq; aqua est, puto quia dissimilis, nunquid in tantum ut aqua non sit? Et inferior terra, quid aliud potest esse quàm terra, quantalibet diuersitate distincta? Deinde ecce iam totus in his quatuor uel tribus elemẽtis corporeus completus est mundus,[g] Minerua ubi erit? Quid tenebit? Quid implebit?[h] Simul enim cum his in capitolio constituta est, cum ista filia nõ sit amborum. Aut si ætheris partem superiorem Mineruam tenere dicũt, & hac occasione fingere Poetas, quòd de Iouis capite nata sit, cur non ergo ipsa potius deorum regina deputatur, quòd sit Ioue superior? An quia indignum erat præponere patri filiam? Cur non de Ioue ipso erga Saturnum iustitia ista seruata est? an quia uictus est? Ergo pugnarunt? Absit, inquiunt, Fabularum est ista garrulitas. Ecce fabulis nõ credatur, & de dijs sentiantur meliora. Cur ergo non data est patri Iouis, etsi non sublimior, æqualis certe sedes honoris?[i] Quia Saturnus, inquiunt, temporis longitudo est. Tempus igitur colunt, qui Saturnum colunt, & rex deorũ Iuppiter insinuatur natus ex tempore. Quid enim indignum dicitur, cum Iuppiter & Iuno nati dicuntur ex tempore, si cœlum est ille & illa terra, cum facta sint utique cœlum & terra?[k] Nam hoc quoque in libris suis habent eorum docti atque sapientes. Neque de figmentis poeticis, sed de philosophorum libris à Vergilio dictũ est: Tum pater omnipotens fœcundis imbribus

bribus æther Coniugis in gremium lætæ descendit, id est, in gremium telluris aut terræ: quia etiam hic aliquas differentias uolunt esse, [l] atque in ipsa terra aliud terram, aliud tellurem, aliud tellumonem putant. Et omnes hos deos habent suis nominibus appellatos, suis officijs distinctos, suis aris sacrisque ueneratos. [m] Eandē terram etiam matrem deorum uocant: ut iam Poetæ tolerabiliora confingant, si secundū istorum non poeticos, sed sacrorum libros, non solùm Iuno soror & cõiunx, [n] sed etiam mater est Iouis. [o] Tandem terram Cererem, eandem etiā Vestam uolunt, [p] cum tamen sæpius Vestam non nisi ignem esse perhibeant pertinētem ad focos sine quibus ciuitas esse nō potest: & ideo illi uirgines solere seruire, quòd sicut ex uirgine, ita nihil ex igne nascatur. Quā totā aboleri uanitatē & extingui utique ab illo oportuit, qui est natus ex uirgine. Quis enim ferat quod cū tantum honoris & quasi castitatis igni tribuerint, aliquando Vestam non erubescunt [q] etiam Venerem dicere, ut uanescat in ancillis eius honorata uirginitas? Si enim Vesta Venus esset, [r] quomodo ei rite uirgines à uenereis operibus abstinendo seruirent? [s] An Veneres duæ sunt, una uirgo, altera mulier? An potius tres, una uirginum quæ etiam Vesta est, alia coniugatarum, alia meretricum? [t] Cui etiam Phœnices donum dabant de prostitutione filiarum, antequā iungerent eas uiris. Quæ illarum matrona est Vulcani? Non utique uirgo, quoniam habet maritū. Absit autem ut meretrix, [u] ne filio Iunonis, & [x] cooperario Mineruæ facere iniuriam uideamur. Ergo hæc ad coniugatas intelligitur pertinere, sed eam nolumus imitentur in eo quod fecit illa cū Marte. Rursus, inquiunt, ad fabulas redis. Quæ ista iustitia est, nobis succēsere quod talia dicimus de dijs eorū, & sibi non succensere qui hæc in theatris libentissime spectant crimina deorum suorum? & quod esset incredibile, nisi contestatissime probaretur, hæc ipsa theatrica crimina deorum suorum in honorem instituta esse eorundem deorum.

L. VIVES

a Quia Iouem, inquiunt.] Cicero secundo De nat. deorū cœlum ex dictis Ennij, & Euripidis, tum augurum autoritate, consensuque generis humani Iouem esse tradit. Aerem autem sicut Stoici disputāt inter cœlum & mare interiectum Iunonem, quæ est soror & coniunx Iouis, quod & similitudo est ætheris, & cum eo summa coniunctio. Effœminarunt autem eum Iunonique tribuerunt, quòd nihil est eo mollius. Hæc Cicero. b Quid est quod mare Neptuno.] Tres filij Saturni Iuppiter, Neptunus, & Pluto, ita sibi sunt mundū partiti, ut Ioui cœlum cederet: Neptuno maria, Plutoni terra. Iuno nupsit Ioui, & aeri est præfecta. Commento huic ueritas huiusmodi præbuit occasionē, quòd in diuisione paterni regni imperium orientis Ioui cesserit, quod cœleste uidetur, in quo & Olympus mons, qui similitudine nominis fabulam confirmauit. Imperium maritimum, & classis Neptunus accepit: Partem quæ ad occidentem solem uergeret, Dis siue Pluto, unde in inferis dominari est dictus. Nam & Saturnum ad inferos legatum fabulantur, quod ex oriente in Italiā fugerit, quæ est occidētalis in orbe terræ. c Neptuno Salacia.] Salaciam à salo dictam uult Varro. Festus scribit à ueteribus aquam dictam salaciam, quam putarēt salum ciere, hoc est mare. pro aqua ipsa ponitur à Poetis. Pacuuius: Hinc sæuitiā salaciæ fugimus. Neptunū Diodo. Siculus perhibet nauigandi arte inuenta classem instituisse, eique præfectum à Ioue, ideo pro deo maris habitum cultumque à posteris. d Plutoni Proserpina.] Hanc Cereris & Iouis filiam Pluto in Sicilia rapuit, quam mater diu quæsitam tandem apud inferos esse comperit, impetrauitque a Ioue ut Proserpina mediū annum esset cum marito, medium secū apud superos. Epicarmus Ennij à proserpendo nominatam esse dicit, quòd modo ad dextram, modo ad sinistrā serpat, esseque lunam eandem & terram. Varro. Raptus Proserpinæ pleni sunt & Græcorum, & Latinorum libri. e Non quatuor.] Veteres philosophi quatuor esse elemēta dixerunt, ignem supremum, hinc aera, tertium aquā, postremo terram. f Aliud esse ætherem.] Cœlum ipsum & superiorem aeris partem dixere æthera, inferiorem aera, tametsi hūc quoque æthera, sicut apud Poetas.

Saturni filij — *Salacia* — *Proserpina* — *Minerua*

g Minerua ubi erit.] Euhemerus in Sacra historia Mineruam scribit filiam fuisse Iouis & Themidos. Cic. iij. De nat. deorum Mineruas quinque facit, sed poetico more omnes istæ confunduntur. Et una dicitur Minerua, quam è cerebro Iouis natam uolunt præsidem totius sapiētiæ. nam ideo & nata est è cerebro summi dei, & uirgo est. Et residere putatur in altissimo cœli loco. Martianus lib. Nuptiarum vi.

Virgo armata decens rerum sapientia Pallas
Aetherius fomes, mens & solertia fati,
Ingenium mundi, prudentia sacra tonantis,
Ardor doctificus, nostræque industria sortis.
Quæ facis arbitrium sapientis præuia curæ
Ac rationis apex, diuûmque hominumque sacer νοῦς.
Vltra terga means rapidi ac splendentis Olympi.
Celsior una Ioue flammantis circulus æthræ.

h Simul enim cum his in Capitolio.] Cicero ad equites de exilio: Nunc ego te Iuppiter opt. max. cuius nutu ac ditione sola terrarum gubernantur, Teque particeps connubij socia regni regina Iuno, teque Tritonia armipotens Gorgona Pallas Minerua, cæterique dij deæque immortales, qui excellenti tumulo ciuitatis sedem Capitolij in saxo incolitis constitutam. Dionysius tradit Priscum Tarquinium bello Sabino uouisse templū Ioui, Iunoni, & Mineruæ, exæquasseque Tarpeium collem in modum areæ ad id exigendum, sed nec fundamenta eum iecisse ereptū subita nece. Receptū est opus ac propè absolutum à Tarquinio Superbo: & ab humano capite in fundamentis reperto dictum est Capitoliū. erat uero iam ante conditum Capitolium in cliuo Florali sacellum Ioui, Iunoni & Mineruæ sacrum. i Quia Saturnus inquiunt temporis longitudo est.] Saturnum Hesiodus, Euhemerus, & Diodorus Cœli & terræ filium fuisse narrant, hominem impientissimum, sed relatam ei gratiam à filio Ioue. Nam pulsus est ab eo ut ipse patrem expulerat, & uerum effecit mimum: Ab altero

Capitolium — *Saturnus*

altero expectes, alteri quod feceris: hic deus temporis est fictus, ideo dictus κρόνος, quasi χρόνος. Cicero ij. De nat. deorum: Saturnum autem esse uoluerunt, qui cursum & conuersionem spatiorum ac temporum contineret, qui deus Græce, id ipsum nomē habet κρόνος enim dicitur, qui est idem spatium temporis. Saturnus autē est appellatus, quod saturaret annis: ex se enim natos comedisse fingitur, quia consumit ætas temporum spatia, annisque præteritis insaturabiliter expletur. Vinctus est autem à Ioue ne immoderatos cursus haberet, atque ut eum syderū uinculis alligaret. k Nam hoc quoque.] Videlicet quod Iuno sit terra.] Hoc Varro li. iij. De lingua Latina, ubi Iunonem terrā & Tellurem esse dicit. Plutarchus quoque, sicut est in Præpa. euangelica Eusebij Iunonem terram, & nuptialem uiri ac fœminæ coniunctionem interpretatur. Seruius Iouē ait, pro æthere & pro aere poni, Iunonem pro terra & aqua.

κρόνος — *Terra* — *Tellus*

l Atque in ipsa terra aliud terram.] Terra est ipsum elementum. Tellus diminutiuum esse putant à terra: capique pro dea quæ terræ præest, ideo ædes Telluris semper dicitur, non terræ, tametsi tellus quoque pro terra capitur præsertim à poetis. Tellus etiam dicta est Proserpina, & Tellumo Pluto, sicut etiā Altor & Runsor, cui terrena omnis uis atque natura dedicata est, queādmodum placet Ciceroni. ideo nonnulli Cereris filium Plutonem faciūt, sicut Diodorus refert lib. vi. Eusebius in Præparatione Euangelica terræ partem uberem feracemque dicit à Porphyrio in mystica theologia Cererem uocari, lapidosam uero montosam & parum fertilem Rheam, siue Opem: & alia de uirtute seminum terræque permulta Eusebius eodem lib. iij. m Eandem terram etiam.] Nempe Rheam. n Sed etiam mater.] Nam & Iuno est soror & coniunx & Ops mater. o Eandem terram Cererem.] Varro & Tullius ex Crysippo Stoico Cererem terram esse docent à gerendo quod fruges gerat: nisi quis malit ab antiquo uerbo cereo quod est creo Varroni. Est enim terra omniparens. Plato in Cratylo, διδῶσα ὡς μήτηρ Δημήτηρ κεκλῆσθαι. Filia fuit Saturni & Opis, soror Vestæ & Iunonis. Has omnes fœminas & sorores, & matrem terram fuisse uolunt, Sic etiam Vestam Ouidius vi. Fasto.

Ceres unde dicta

Vesta eadem est, & terra subest, subit ignis utrique
Significat sedem terra focusque suam. Et post:
Stat ui terra sua, ui stando Vesta uocatur.

Hæc ex Orpheo, qui ait, γῆ μήτηρ πάντων Δημήτηρ πλουτοδότειρα. Quod congruit cum etymo Platonis: qui & ἑστίαν, quæ est uesta. q. οὐσίαν interpretatur. p Cum tamen sæpius Vestam nō nisi ignem.] Cicer. De nat. deorum: Nam Vestæ nomē à Græcis: ea est enim quæ ab illis Hestia dicitur. Vis autem eius ad aras & focos pertinet: & in ij. De leg. Vestam quasi focum urbis, ut Græco nomine est appellata, quod nos prope idem Græcum interpretatum nomen tenemus. Ouid. vi. Fastorum:

Nec tu aliud Vestam quàm uiuam intellige flammam.
Nataque de flamma corpora nulla uides.

Cumque sit ignis, & dicatur uirgo, ex utraque causa uirgines sunt eius ministerio adhibitæ, & omnis uirginitas sacra erat illi. Primum quoniam uirgini uirgines conuenientissime congruerent: deinde quod ignis nihil ex se gignat, ut neque uirgines: seruādique ignem perpetuum cœlesti similem mos est ab Aegyptijs natus, sicut Diodorus scribit, qui ad alias manauit gentes, Græcas & Barbaras, ut Athenis & Delphis Plutarcho & Strabōi, In Prytaneo enim Athenis ignis seruabatur sempiternus. ex Ilio in Latium sunt translata sacra Vestæ, hinc Romam per Romulū: idcirco Iliaca Vesta toties ab scriptoribus nominatur. Vergil.

Sic ait, & manibus uittas, Vestamque potentem,
Aeternumque adytis effert penetralibus ignem.

& fuerunt quidem Vestæ totidē tunc, quot curiæ, sicut Dionysius sentit, sed templū Vestæ publicæ Numa rex construxit anno ab urbe cond. xl. ut Ouidius computat.

q Etiam Venerē dicere.] Istud ex physica ratione. physici nanque sicut Macrobius testatur terræ superius hemispærium quod nos incolimus Venerem dixere, inferius uero Proserpinā: atqui & hanc nostram terram Vestam nomināt. Plotinus terræ uirtutem animamque, quæ est ex Venere, Vestam appellat. Accedit huc quod cum Vesta sit mundi ignis & fomentum à Venerē nihil uidetur abesse à flamma grata & prolifica uniuersi: ideo & colitur Vesta publice, & priuatim, non tanquam sterilis sed Venerea & auctifica: ut per eam tum domus, tū etiam ciuitates populique nouis subinde fœturis æternū concelebrentur. r Quomodo ei rite uirgines.] Grādis pœna si qua Vestalis parum caste pudicitiam habuisset, sed post annos triginta exire licebat, & nubere.

Vestalis

s An Veneres duæ sunt.] Plato in conuiuio geminam ponit Venerem. Cœlestem, quæ optimos sanctissimosque excitaret amores. alteram inferiorem popularem, qua in libidinem impellimur, illam sine matre antiquam cœli filiam, hanc Iouis & Diones multo iuniorem & πάνδημον quasi uulgarem. & Venerem sanctam ueteres omnis castitatis existimarūt suadentem, impultricemque. Hinc apud Romanos cum mulieres multæ in flagitium libidinis irruerent penè furentes, ex libris Sibyllinis simulachrum Veneris uerticordiæ est consecratum, quò facilius uirginum mulierumque corda à libidine ad pudicitiam uerterētur. Valerius li. viij. & Ouid. iiij. Fasto. t Cui etiam Phœnices.] Hoc de Cyprijs narrat Iustinus libro duodeuicesimo. Mos, inquit, erat Cyprijs uirgines ante nuptias statutis diebus dotalem pecuniam quæsituras in quæstum ad littus maris mittere, pro reliqua pudicitia libamēta Veneri soluturas: credo quod ex instituto Veneris, quæ ut Lactantius ex sacra historia refert, autor meretriciæ uitæ fuit; docuitque Cyprias fœminas quæstū uulgato corpore facere. Armenijs similem ferè morem fuisse narrat Strabo. Idem scribit Herodotus de Lydis, qui Babylonios plebeios refert cum rei familiaris angustia premunē, solitos quæstus gratia filias suas populo prostituere. Phœnices multum coluisse Venerem tradūtur propter Adonem, qui ibi est natus sacraque Veneris cum luctu celebrasse, ubi ipsa dea lugens inducitur, ut refert Macrobius. Simulachrūmque eius in mōte Libano fingitur capite obnupto, specie tristi, faciem manu læuá intra amiculū sustinens. Lachrymæ uisione conspicientium manare creduntur: apud Eusebium quoque in Euang. præpar. ad hunc modum legitur: Quod uero maligni ad ista dæmones humanum genus intruserunt, quamuis per seipsum pateat, tamē inde quoque apertius uidebis, si adulteria & fornicationes gentilium, quæ usque ad hunc diem in Heliopoli Phœnicæ multisque alijs in locis peraguntur, in mentem tibi ueniant: quasi enim primitias quasdam dijs debitas turpissimas huiusmodi operationes in templis offerunt. Hæc de Latino Eusebio & exemplari mendosissimo, ne quis mihi fraudi oportere esse putet si quando minus rectè Eusebij sententiam explicuero. Prostituendi fœminas uulgo etiam fuit mos Augilarum in Aphrica, nocte qua nuberent. Herodotus, Solinus, Mela. Siccæ in eadem terra tēplo Veneris matronæ dotem quærebant uulgato corpore. Valerius. Locrenses Iustinus scribit bello pressos uouisse suas se filias festo Veneris prostituturos, si uictores forent. u Ne filio Iunonis.] An Marti, qui cū Venere cōcubuit, unde natus est Harmonias. Mars uero Iunonis fuit filius, incerto patre, sine patre fingūt eum natū. Quod possit de Marte intelligi, illud facit quod addit cooperario Mineruæ: uterque enim deus est belli: sed potius de Vulcano intellexerim Iouis & Iunonis filio: tametsi Iunonis solius filius dici soleat, ideo ἀπάτωρ nominatus: ut apud Theocritum, qui

Veneres duæ — *Venus uerticordia* — *Cypri uirginum mos* — *Mars* — *Vulcanus*

qui artem fabrilem in Lemno instituit, cuius uxor fuit Venus, quæ cum Marte rem habuit. Esset ergo Vulcani nēpe mariti iniuria, si uxor diceretur meretrix. Curruca enim non paruum est conuitium. x Cooperario Mineruæ.] Vulcanus enim & Minerua curant fulmen Iouis, ideo & interdum id iaculantur.
Vergilius de Minerua:
Ipsa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem,
Quo loco Seruius grammaticus ait tria solum esse numina possidentia fulminum iactus, Iouem, Vulcanum, & Mineruam: tametsi aliter Plinius lib. ij. ex disciplina *Minerua* Ethrusca & Romana. Curat uero Minerua Aegidē Iouis: quod si quis altius uult philosophari Iouis amictū inueniet: & sapientia Mineruæ, & igne follibusq; Vulcani fabrefactum: tegmē nanq; capitis Iouis quum igneum sit, tamen præsul operis Pallas ipsa texuit. Martianus in nuptijs. an cooperator dicit Mineruæ, quod ex ea genuerit Apollinē illum, in cuius tutela historici antiqui Athenas esse uoluerunt. Cicero iij. De nat. de. uerum illud simplicius, & ad sensum Augustini, ut puto, accommodatius, Vulcanum idcirco dici cooperarium Mineruæ, quòd hæc sit dea artium, etiam earum in quibus usus est manuum, quas Græci χειρουργικὰς uocāt. Ille uero deus instrumentorum, sine quibus hæ artes non exercentur. Plutarchus De utilitate inimici, Ignis artiū omnium instrumētum est, si quis norit uti. Adde quod Vulcanus quoq; ipse artib. præesse existimatus est. Eusebius enim, inquit, ex artibus alias Mineruæ, ut bellicas, alias Vulcano, ut omnes quæ per ignem fiunt assignari solitas. Theodoritus in Græcis affectionibus Vulcanum à Græcis pro artibus usurpatū scribit, q ignis adminiculo pleræq; omnes utanē. Phurnutus artes omnes in potestate esse Mineruæ & Vulcani dicit quòd illa sapientia est & acumen. Igne uero pleræq; artes sua exercent opera. Ideo & Homerus de artifice ait, ὃν Ἥφαιστος δέδαεν ἠ Παλλὰς Ἀθήνη: & quem Vulcanus docuit, quem casta Minerua.

De multis dijs, quos doctores Paganorum unum eundemq; Iouem esse defendunt. Cap. XI

QVOTQVOT libet igitur physicis rationibus & disputationibus asserant: modo sit Iuppiter [a] corporei huius mundi animus, qui uniuersam istam molem ex quatuor, uel quot eis placet, elementis constructam atq; compactam implet & mouet: modo inde suas partes sorori & fratribus cedat: modo sit æther ut aerem Iunonem subterfusam desuper amplectatur: modo totū simul cum aere sit ipse cœlum, terram uero tanquam coniugem eādemq; matrem, [b] quia hoc in diuinis turpe non est, fœcundis imbribus & seminibus fœtet: modo autem ne sit necesse per cūcta discurrere, deus unus de quo multi à poeta nobilissimo dictū putant:

[c] Deum nanq; ire per omnes
Terrasq; tractusq; maris, cœlūq; profundū.

[d] Ipse in æthere sit Iupiter, ipse in aere Iuno, ipse in mari Neptunus: in inferioribus etiam maris ipse Salacia, in terra Pluto, in terra inferiore Proserpina, in focis domesticis Vesta, in fabrorum fornace Vulcanus, in syderibus Sol, Luna & stellæ: [e] in diuinātibus Apollo, [f] in merce Mercurius, [g] in Iano [h] initiator: in Termino terminator, Saturnus in tēpore, Mars & [i] Bellona in bellis, Liber in uineis, Ceres in frumentis, [k] Diana in syluis, Minerua in ingenijs. Ipse sit postremo etiam illa turba quasi plebeiorum deorum. Ipse pręsit [l] nomine Liberi uirorum seminibus, & nomine Liberæ fœminarum. Ipse sit [m] Diespiter, qui partū perducat ad diem. Ipse sit dea Mena, quam præfecerunt menstruis fœminarum. [n] Ipse Lucina, quæ à parturientibus inuocetur. Ipse opem ferat nascētibus excipiens eos sinu terræ, & uocetur Opis. Ipse in uagitu os aperiat, & uocetur deus [o] Vaticanus. Ipse leuet de terra, & uocetur dea Leuana. Ipse Cunas tueatur, & uocetur dea Cunina. Nō sit alius, sed ipse in deabus illis, quæ fata nascentibus canunt, & uocantur [p] Carmentes. Præsit fortuitis, uoceturq; Fortuna. [q] In diua Rumina mammam paruulo immulgeat, quia rumam dixerunt ueteres mammam. [r] In diua Potina potionem ministret. In diua [s] Educa escam prębeat. De pauore infantum Pauentia nūcupetur: de spe quæ uenit [t] Venilia: de uoluptate, Volupia: de actu, Agenoria: de stimulis, quibus ad nimiū actum homo impellitur, dea Stimula nominetur. Strenua dea sit, strenuum faciendo. Numeria quæ numerare doceat: [u] Camœna, quę canere. [x] Ipse sit & deus Consus, præbendo consilia, & dea [y] Sentia, sententias inspirando. [z] Ipse dea Iuuentas, quæ [a] post prætextam excipiat iuuenilis ætatis exordia, Ipse sit Fortuna barbata, [b] quæ adultos barba induit, quos honorare uoluerit: ut hoc qualecunq; numen saltem masculū deum, uel à barba barbatum, sicut à nodis Nodotum, uel certe non Fortunam, sed quia barbas habet, Fortunium nominarent. Ipse in Iugatino deo coniuges iūgat, & cum uirgini uxori zona soluitur, ipse inuocetur, & dea Virginēsis uocetur. [c] Ipse sit Mutinus, qui est apud Græcos Priapus, si non pudet. Hæc omnia quæ dixi, & quæcunq; non dixi, non enim omnia dicenda arbitratus sum, hi omnes dij deæq; sit unus Iupiter: siue sint, ut quidam uolunt, omnia ista partes eius, siue uirtutes eius, sicut eis uidetur, quibus eum placet esse mundi animum, quæ sententia uelut magnorum multorumq; doctorū est. Hæc si ita sunt, quod quale sit, nondum interim

terim quæro, quid perderent, si unum deum colerent prudentiore compēdio? Quid enim eius contemneretur, cum ipse coleretur? Si autē metuendum fuit, ne prętermissæ siue neglectę partes eius irascerentur: non ergo ut uolunt, [d] uelut unius animantis hæc tota uita est, quæ omnes simul cōtinet deos, quasi suas uirtutes, uel membra, uel partes, sed suam quæq; pars habet uitam à cæteris separatam, si pręter alteram irasci altera potest: & alia placari, alia cōcitari. Si autē dicitur omnes simul, id est totū ipsum Iouē potuisse offendi, si partes eius non etiā singillatim minutatimq; colerentur, stulte dicitur. Nulla quippe earū prætermitteretur, cū ipse unus qui haberet omnia, coleretur. Nam ut alia omittā, quæ sunt innumerabilia, cum dicunt omnia sydera partes Iouis esse, & omnia uiuere atq; rationales animas habere, & ideo sine controuersia deos esse, non uident, quàm multos non colant, quàm multis ædes non cōstruant, aras nō statuant, quas tamen paucissimis syderum statuendas esse putauerunt, & singillatim sacrificare. Si igitur irascuntur, qui non singillatim coluntur, non metuunt paucis placatis, toto cœlo irato uiuere? Si autē stellas omnes ideo colunt, quia in Ioue sunt, quem colunt, isto compendio possent in illo uno omnib. supplicare. Sic enim nemo irasceretur, cum in illo uno omnibus supplicaretur: nemo contemneretur, potius q cultis quibusdam iusta irascendi causa illis, qui prętermissi essent multo numerosioribus præberetur: præsertim cum eis de superna sede fulgentibus, turpi nuditate distentus præponeretur Priapus.

L. VIVES

CORporei huius mundi animus.] Hoc Thales Milesius, & Democritus. Stoici uero cum Platone deum quidem mentem esse dicunt, sed non utentem mundo pro corpore: mūdum ipsum deum esse, habereq; & mentem, & animū, sed alium quàm ipse sit deus. Veterum pleriq; solem mundi animum, mentemq; nominarunt: uelut Cicero & Plinius, Homerum secuti. Phurnutus inquit, quemadmodum nos ab anima administremur ac regamur, ita mundum animam habere se continentē qui Iuppiter dicatur. b Quia hoc in diuinis turpe non est.] *Iuppiter* Hesiodus in Theogonia scribit, Terram peperisse Cœlum, hinc cōcubuisse cum Cœlo ipso, & ex eo genuisse liberos undecim, inter quos fuit Saturnus. c Deum nanq; ire per omnes.] Multi ueterū existimabant deum esse uim per uniuersum fusam. d Ipse in æthere.] Deum unum esse, qui melius ex gentibus sapiebant, arbitrabātur: eumq; pro uarijs uirtutibus rationibusq; uarie nuncupari. Sic Aristoteles in libello De mundo, Orpheum citans: sic Plutarchus in Dogmatis philosophorum. Macrobius deos omnes uult esse unum Solem: idq; fuse connititur ostendere in Saturnal. e In diuinantibus Apollo.] *Apollo* Quum putarent hunc esse Solem: id est mūdi oculum, facile eum & uidere & nosse omnia, quæ iam essent, quæq; fuissent, & quæ futura essent, credebant. Idcirco passim cōsulebatur, responsitabatq;, cum multis alijs in locis, tum præcipue in Delphis Phocicis, Diodoro autore in uita Philippi, cuius originem talem fuisse refert: Eo in loco, quo templi adytum Delphis fuit, specus erat recessu magno & obscuro. ad quem capra quum pascens accessisset, afflata est subterraneo illo spiritu, exultareq; more insueto cœpit. Quod admiratus pastor, quum & ipse ad ostium specus uenisset, correptus est furore, cœpitq; futura quædā prædicere. Hoc & alij tentarunt, affectiq; sunt eodē modo. Res huc est progressa, ut qui futura uellet cognoscere, adduceret qui capite in antrum immisso uaticinaretur. Quod cùm nec sine periculo fieret, nec etiam sine exitio multorum, Delphici templum ibi erexerunt deo uati Apollini: statueruntq; uirginem, quæ in machina consistens, tuto posset afflari diuino illo spiritu, responsaq; consulentibus reddere: quam machinā, de tribus fulcris tripodem nominarunt, quasi triū pedum, eadem forma qua postea ænei tripodes. Sacerdos *Pythia* Pythia dicebatur, quæ initio uirgo fuit, Dianæ similis. Postea uiolata Pythia quadam ab Echecrate, Delphici mulierem non minorē natu annis quinquaginta Pythiam statuerunt, reiectis in perpetuum uirginibus: modo illa uirginali uteretur cultu, ne in totum mos uetus interiret. Hæc ex illo penè ad uerbum. f In merce Mercurius.] *Mercurius* Hic præesse sermōi est creditus, deus est factus omnium conuentionum cōtractuumq; nostrorū: quoniam hæc omnia per sermonem transiguntur. Maijs Idibus mercatorum erat festum, quòd eo die Mercurij ædes esset dedicata. A Græcis eam ob causam ἀγοραῖος dicitur, hoc est, forensis: statuaq; illi in foro multis ciuitatibus erigitur. Plautus in principio Amphitryonis hæc duo eius officia uerbis aliquot explicat: & nos de hoc alibi. g In Iano.] *Ianus* Quod uetustissimus hic esset omnium deorum, ideo initijs præesse creditus est. Regnauit enim in Latio Saturni tēpore. Antiquissimū chaos sunt qui putent eū esse, sicut Ouidius, & Festus, qui inde Ianum dictū autumat inuersis literis. Cicero ab eundo ij. De nat. deorū, unde etiam Ianuæ. Cornificius scribit à Cicerone, nō Ianum, sed Eanum esse nominatum: undè & Ianiculus mons Ro. siue, ut quidam dicunt, quòd ibi sit sepultus Ianus: siue, ut alij, quòd per eū populus Ro. transierit in agrum Hetruscum. Bifrons pingitur, quòd non solum initijs, sed extremis esset præfectus. De hoc Macrobius primo Saturnal. & Ouid. primo Fast. multa & nos alibi. h Initiator.] Non ab initiando, id est sacris imbuendo, sed incipiēdo. Ideo in alijs melius legitur, ianitor. i Bellona.] *Bellona* A bellis, ideo olim Duellona, sicut duella bella. Pallas putatur esse, quæ bellis præest. Græci hanc ἐνυὼ uocant, ἔστι δὲ πλαστὸν πρόσωπον ὡς φόβος καὶ ἔρις καὶ κυδοιμός, ut inquit Hesychius. Homerus hanc πτολίπορθον nominat, ut Martem: & recentes Poetæ matrem esse Martis dicunt. Ideo ἐνυάλιον uocant à matre. ἐνυὼ dicitur quòd ἐνιοῦσα θυμὸν καὶ ἀλκὴν τοῖς μαχομένοις ἢ κατ' εὐφημισμὸν, ἀπὸ τοῦ ἥκιστα ἐνηὴς καὶ ἐπιεικὴς εἶναι. Vel à furore immittendo bellantibus, uel q minime sit mitis. Huius templum in nona regione urbis, & ante hoc columna, unde hasta mittitur signum belli inferendi. Ouidius. k Diana in syluis.] *Diana* Luna pleraq; nomina habebat: dicebatur enim Lucina, & Proserpina, & Hecate, & Diana: hæc erat quæ in syluis configendis feris intenta uirgo fingebatur, cum arcu & pharetra. Ideo Aeneas quum matrem uidisset uenatricis cultu, Phœbi sororē esse existimauit i. Aeneid. Memini me, nescio apud quem, distichū hoc legere, non absurdū de Luna:

Terret, lustrat, agit, Proserpina, Luna, Diana,
Ima, superna, feras, sceptro, fulgore, sagitta.

Prudentius lib. priore contra Symmachum,

Terq; suas eadem uariare figuras.
Deniq; cum luna est, sublustri splendet amictu.
Quum succincta iacit calamos, Latonia uirgo est.
Quum subnixa sedet solio, Plutonia coniunx,
Imperitat furijs, & dictat iura Megeræ.

l Nomine Liberi uirorum seminibus.] Cicero secūdo De natura deorum, Cerere natos Liberum & Liberam dicit esse. Fratres coniugesq;, Solem & Lunam putant esse multi: in quorum potestate sint uires generandi, sub Libero uirorū, ideo illi & salaces Satyri sunt comites, & in eius tēplo ferijsq; colitur Priapus: sub Libera uis fœminarum luce Lunæ fœminea. m Diespiter.] *Diespiter* Quasi dios pater. Nam dios est Iuppiter, uel diei pater, ut Varro interpretatur. n Ipsa Lucina.] Hanc *Lucina* Lunam esse siue Dianam & Iunonem scribit Cicer. Terentius in Andria, Glycerium parturientem inuocare Iunonis Lucinæ opē facit: Iuno, inquit, Lucina fer opē, serua me obsecro. Sic & Iuno Opigena, quòd ferre opē in partu laborantibus crederetur, est culta Romæ à matronis. Festus. Timæus historicus propterea, qua nocte Alexander Macedo est natus, deflagrasse Dianæ Ephesiæ templum tradit, quòd Diana parturienti Olympiadi deesse noluerit, ideo à templo suo aberat procul Pellam profecta. Ilythiam quoq; colebant Romani in hūc *Ilythia* usum. Pausanias parcam esse dicit Ilythiā, fuisseq; quæ ex Hyperboreis Delum uenerit, sitq; parienti Latonæ obstetricata. Ideo in Attica terra inter deas γενετυλλίδας collocaretur, quæ Genesi præessent. Simulachrum ante illas poni solebat, poplitibus flexis, quod sic enixa esset filia Nauplij, ex quo more facti sunt illi Nixidi tres in Capitolio ante cellā Mineruæ, quos M. Attilius Glabrio uicto Antiocho Romam transtulit, quibus matronæ supplicabant, uelut præsidentibus parientium nixibus. Erant enim simulachra genibus innixa. o Vagitanus.] Vaticanus potius. p Carmentes.] Hanc *Carmentes* prius Nicostratam esse dictam ferunt Ionij Arcadum regis filiam, quæ ex Mercurio Euādrum genuit, quæq; furore concitata fata mortalibus caneret: ideo Græce Thespiodon dictam, Latine Carmentem, ut Dionysius ex Romanis originibus scribit. Ouid. i. Fast. de ea: Ipsa mone quæ nomen habes de carmine dictum. Et post:
Quæ simul æthereos animo conceperat ignes,
Ore dabat pleno carmine uera dei.
Erat & porta Carmentalis Romæ, quæ postea Scelerata dicta est, & prope eam ara in Capitolio, ubi ipsa habitauit. Erant & Carmenæ, quæ primæ scirent hominem natum apud Varronem, canerentq; illi uentura: unde illa Nicostrata putatur Carmenta nominata. Sūt Casmenæ quoq; nuncupatæ, & eliso s, Camenæ: & qui eas colerent, uates ab earum uaticinijs appellati. Erant & Faunus & Fauna fratres, quorum ille canebat fata uiris, hæc fœminis. b In diua Rumina.] Rumina dea mammarum. quoniam Rumen mamma antiquo uer*Rumina*bo, Plinius & Festus. Vnde ficus Ruminalis, quod sub ea arbore lupa mām am dedit Romulo & Remo. Huic deæ lac libabatur, lacte aspergebantur hostiæ. r In diua Potina.] Donatus Educā & Poticam has deas no*Educa*minat. Sic enim in Phormionem Terētij ait: Apud Var*Potica*ronē legitur initiari pueros Educæ & Poticæ & Cubæ, diuis edendi & potandi, & cubandi, ut primum à lacte & à cunis transferuntur. Quod Vergilius:
Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.
Hoc annotauit Probus, hæc Donatus. s Edulica.] Lego Educa, & sic est in Antiquis codicibus. t Ve*Venilia*nilia.] Vergilius Veniliam matrem esse dicit Turni, sororem Amatæ Latini regis uxoris. Varro Veniliam dictam esse ait à ueniendo, & uento secundo, qualem qui nactus est in mari, gaudet, sicut inquit Plautus. u Camœna.] Seruius Camœnas musas esse dicit, à cantu: *Camœna* Festus ait sic dictas, quòd castæ mentis sunt præsides.

A Aedes Camœnarum Romæ fuit ad portam Capenam, in prima regione. Camœnæ, Latine idem est quod mū*Musæ*sæ Græce. Nec solum cantibus præsunt, sed humanitati omni & doctrinæ: sicut Cicero interpretatur quinto Tuscul. quæst. Plato Craty. τὰς δὲ μούσας τε καὶ ὅλως τὴν μουσικὴν ἀπὸ τοῦ μῶσθαι ὡς ἔοικε, καὶ τῆς ζητήσεώς τε καὶ τῆς φιλοσοφίας τὸ ὄνομα τοῦτο ἐπωνόμασε, ab inquirendo dicūtur musæ & à philosophia.
x Ipse sit & deus Consus.] Hunc Liuius, Diony*Consus*sius & Plutarchus Neptunum equestrem esse dicūt, cui sit templum ædificatū ab Arcadibus ante Romulum & Remum, præesseq; consilijs. Idcirco uelut rem arcanam eius arā toto anno sub terra occultari in circo maximo, Consualibus solum proferri. Eius dei consilio usum ferunt Romulum in rapiendis Sabinis. Græci ἱππικὸν ποσειδῶνα uocant, quod è terra tridenti percussa eduxerit equum. Fabulose id quidem, sed re uera, quod equos domare instituerit, & conuertere in hominum usus. y Sentia.] Fauna Fauni regis soror & uxor, Pici
B filia Sēta est dicta, & Fatua: hoc à fando, quod eius ope farentur infantes, Forsan & Senta est nominata, q quæ sentiret quis, ea faretur. Sed nos rem hanc, ut alias hoc libro permultas, in medio reliquimus, cōiecturæ enim parum nobis placent. z Ipsa dea Iuuētas.] De hac paulum post. a Post prætextam.] Prætexta uestis erat *Prætexta* dignitatis magistratusq;, quæ ab Hetruscis Romā manauit: nec pueri solebāt ea uti ante filium Tarquinij Prisci regis, qui quum puerili ætate fortiter fecisset in bello, bulla aurea & prætexta est publice à parente donatus. Prætexta deinceps mansit ingenuis pueris: bulla quoq; ijs, quorum patres curulem magistratum gessissent. Macrobius: Deponebant pueri quartodecimo anno prætextam, & sumebant togam uirilem. Latum cla*Latus clauus*uum quoq; senatorum filij, quem induisse tunc Augustum Tranquillus est autor. Latus clauus autē, non toga est, sed tunica purpurea. b Quæ adultos barba
C induit.] Veteres Apollini sacrabāt suarum barbarum primitias, quum primum ex Ephebis tonderentur. Sic Theseus Delū est profectus, ut id faceret. Plutarchus.
c Ipse sit Motunus uel Tutinus.] Locus non uidetur *Mutinus* carere mendo. In ueteribus est: Mutunus uel Tutunus, & puto alterū scripsisse Augustinū, nō utrūq;, Motunū & Tutunum: sed adiectum alterū à librario, & ex libris inde exscriptis inolesse eam lectionē. Certe ipse lib. vi. ubi de dijs, qui ituris ad thorum nuptialem cōiugibus aderant, pro his duobus unum Priapum nominat. Nō dubito, quin sit legendum Mutinus, ut est apud Lactantium: tametsi non desunt codices Lactantiani, qui Futinus habeant. Sed Mutinus uidetur dictus, quòd efficiat ut maritus magis, & uirgo minus moueatur. d Velut unius animantis.] Sic Plato, Cicero, & Stoici mundum animal unum esse dicūt: & unam uitam uiuere ut hominem unum.

D

De opinione eorum, qui deum animam mundi, & mūdum corpus dei esse putauerunt. Cap. XII

QVID illud? Nonne debet mouere acutos homines, uel qualescunque homines? Non enim ad hoc ingenij opus est excellentia, ut deposito studio contentionis attēdant, si mūdi animus deus est, eiq; animo mundus ut corpus est, ut sit unum animal constans ex animo & corpore: atq; iste deus est sinus[a] quidam naturæ

turæ, in seipso continens omnia, [b]ut ex ipsius animа, qua uiuificatur tota ista moles, uitæ atq; animæ cunctorum uiuentium [c]pro cuiusq; nascentis forte sumantur, nihil omnino remanere posse, quod nō sit pars dei. Quod si ita est, quis non uideat quāta impietas & irreligiositas consequatur: ut quod calcauerit quisq;, partem dei calcet: & in omni animante occidendo, pars dei trucidetur? Nolo omnia dicere, quæ possunt occurrere cogitantibus: dici autem sine uerecundia non possunt.

L. VIVES

a Sinus quidam naturæ.] Alibi: Sinu quodam naturæ. sic Lucanus:
Placido natura receptat
Cuncta sinu.
b Vt ex ipsius anima qua uiuificatur.] Sententia Pythagorica, quam expressit Vergil. vi. Aeneid.
Principio cœlum, & terras camposq; liquentes,
Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; astra
Spiritus intus alit: totamq; infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Inde hominum pecudumq; genus, uitæq; uolantum,
Et quæ marmoreo fert mōstra sub æquore Pontus.
Igneus est illis uigor & cœlestis origo.
Et in quarto Georgicorum:
His quidam signis, atq; hæc exempla secuti
Esse apibus partem diuinæ mentis, & haustus
Aethereos dixere, deum nanq; ire per omnes
Terrasq; tractusq; maris, cœlumq; profundum.
Hinc pecudes, armenta, uiros, genus omne ferarum
Quenq; sibi tenues nascentem arcessere uitas,
Scilicet huc reddi, deinde ac resoluta referri
Omnia: nec morti esse locum, sed uiua uolare
Syderis in numerum, atq; alto succedere cœlo.
c Pro cuiusq; nascētis sorte.] Alia plus, alia minus, ut quodq; enim proximum illi est, ita plurimum recipit: ut longissimum, ita minimum. Hoc & alij plerique aiunt, & Aristoteles libro De mundo.

De his qui sola rationalia animantia partes esse unius dei asserunt. Ca. XIII

SI autem sola animalia rationalia, sicut sunt homines, partes dei esse cōtendunt: non uideo quidem si totus mūdus est deus, quomodo bestias ab eius partibus separēt? Sed obluctari quid opus est? De ipso rationali animante, id est homine, quid infelicius credi potest, q dei partem uapulare cū puer uapulat? Iam uero partes dei fieri lasciuas, iniquas, impias, atq; omnino damnabiles, quis ferre possit, nisi qui prorsus insaniat? Postremo quid irascitur eis, à quibus non colitur, cum à suis partibus non colatur? Restat ergo ut dicāt omnes deos suas habere uitas, sibi quenq; uiuere: nullum eorū esse partem cuiusquam, sed omnes colendos, qui cognosci & coli possunt: quia tam multi sunt ut o-
A mnes non possint. Quorum Iuppiter, quia rex præsidet, ipsum credo ab eis putari regnum, uel constituisse, uel auxisse Romanum. Nam si hoc ipse non fecit, quem alium deum opus tam magnum potuisse aggredi credant, cū omnes occupati sint officijs & operibus proprijs, ne alter irruat in alterius? A rege igitur deorum, regnum hominum potuit & propagari & augeri.

Augmenta regnorum Ioui incongruēter ascribi, cum si, ut uolunt, dea est Victoria, ipsa huic negocio sola sufficeret. Cap. XIIII

B
HIC primum quæro, cur non etiam ipsum regnū aliquis deus est? Cur enim non etiam ita sit, si [a] Victoria dea est? Aut quid ipso Ioue in hac causa opus est, si Victoria faueat, sitq; propicia: & semper eat ad illos, quos uult esse uictores? Hac dea fauente & propicia, etiā Ioue uacante, uel aliud agente, quæ gentes non subditæ remanerent? quæ regna non cederēt? [b]An forte displicet bonis iniquissima improbitate pugnare, & finitimos quietos nullamq; iniuriam facientes, ad dilatandum regnum bello
C spontaneo prouocare? Plane si ita sentiunt, approbo & laudo.

L. VIVES

a Victoria dea.] Erat ædicula Victoriæ ad forū Ro*Victoria*mæ à Catone seniore dicata. Erat & Victoriæ ædes prope ædiculam, quam ædem M. Posthumius Megellus ædilis curulis ex mulctatitia pecunia faciundam curarat. Consul cum M. Attilio Regulo bello Sānitico dedicauit: huic L. Sylla bellis ciuilibus uictor ludos instituit, Asconius Pedianus. Meminit & Cicero prima act. in Verrem. Victoriam Hesiodus filiam dicit Stygis & Pallantis. Fratres Victoriæ sunt Zelus, Potentia, Vis, quæ semper Ioui regi assident, nec sine illis imperium est uel Ioui, uel cuiquam principi ullū. b An forte non displicet.] Legendum sine negatione: An forte displicet: hoc exigit sensus, & sic habent antiqui libri.

D

An congruat bonis latius uelle regnare. Caput XV

VIDEANT ergo ne forte non pertineat ad uiros bonos gaudere de regni latitudine. Iniquitas enim eorū cum quibus iusta bella gesta sunt, regnum adiuuit, ut cresceret: quod utique paruum esset, si quies & iustitia finitimorū contra se bellum geri nulla prouocaret iniuria: ac felicioribus sic rebus humanis omnia regna parua essent concordi uicinitate lætantia. Et ita

essent in mundo regna plurima gentiũ, ut sunt in urbe domus plurimæ ciuiũ. Proinde belligerare, & perdomitis gentibus dilatare regnum malis uidetur felicitas, bonis necessitas. Sed quia peius esset, ut iniuriosi iustioribus domina rentur, ideo non incongrue dicitur etiam ista felicitas. Sed proculdubio felicitas maior est uicinum bonum habere concordem quàm uicinum malum subiugare bellantem. Mala uota sunt optare habere quem oderis, uel quem timeas, ut possit esse quem uincas. Si ergo iusta gerendo bella, non impia, non iniqua, Romani imperium tam magnum acquirere potuerunt, nunquid tanquam aliqua dea colẽda est eis iniquitas aliena? Multum enim ad istam latitudinem imperij eam cooperatam uidemus, quę faciebat iniuriosos, ut essent, cum quibus iusta bella gererentur, & augeretur imperium. Cur autẽ & iniquitas dea non sit, uel externarum gentium, si pauor, & pallor, & febris dij Romani esse meruerunt? His igitur duabus, id est aliena iniquitate, & dea Victoria, dum bellorum causas Iniquitas excitat, Victoria eadem bella feliciter terminat, etiam feriato Ioue creuit imperium. Quas enim hic partes Iuppiter haberet, cũ ea, quæ possent beneficia eius putari, dij habẽ- C tur, dij uocantur, dij coluntur: ipsi pro suis partibus inuocantur? Haberet hic etiã ille aliquam partem, si regnum etiam ipse appellaretur, sicut appellatur illa uictoria. [a] Aut si regnum munus est Iouis, cur non & uictoria munus eius habeatur? Quod profecto haberetur, si non lapis in Capitolio, sed uerus rex regum & dominus dominantium cognosceretur atq; coleretur.

L. VIVES

a Aut si regnum munus est Iouis.] Sic Homerus frequenter.

Quid fuerit quod Romani omnibus rebus & omnibus motibus deos singulos deputantes, ædem Quietis extra portas esse uoluerunt. Cap. XVI

IROR autẽ plurimũ, quod cũ deos singulos singulis rebus, et penè sin- M gulis motibus attribuerent, uocauerunt deam Agenoriã, quæ ad agendum excitaret: [a] deam Stimulã, quæ ad agendũ ultra modũ stimularet: [b] deam Murciam, quæ præter modum non moueret, ac faceret hominem, [c] ut ait Pomponius, murcidũ, id est, nimis desidiosum & inactuosum: deam Strenuam, quæ faceret strenuum: his omnibus dijs & deabus publica sacra facere susceperunt. [d] Quietem uero appellantes, quæ faceret quietem, cum ædem haberet extra portam Collinam, publice illam suscipere noluerunt. Vtrum indicium fuit animi inquieti, an potius ita significatum est, quod qui illam turbam colere perse ueraret: non plane deorum, sed dæmoniorũ, cum Quietem habere non posse: ad quam uocat uerus medicus, dicens: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. B

L. VIVES

Stimula

DEam Stimulam.] An hæc est Horta, quæ in humanis quum esset, Hersilia dicta est uxor Romuli, quam ab hortando & incitando nominatam ait Labeo: cuius ædes nunquã claudebat quod semper aliquid præclari fieri hortaretur, nec cessandum suaderet, quæ postea uocata est Hora prouidẽtiæ dea, quæ negligentes socordesq; esse non pateretur: nominatamq; Labeo existimat etiam hac appellatione ab hortãdo & incitando, Græca uoce παρορμὴν. Plutarchus. Meminerunt huius deæ Ouidius, Gellius, & alij. b Deam Murciam.] Non pigebit Hermolai Barbari uerba subijcere, ex Annotatiõibus in Plinium libro xv. Plinius eo loco sic inquit: Quin & ara uetus fuit Veneri Myrteæ, quam nunc Myrtiam uocant. Hermolaus: Lego Veneri Myrteæ, quã nunc Murciã uocant, ex Festo, Liuio, Plutarcho, Varrone, Cornelio Nepote de uiris illustribus. Nam Murcea dea socordiæ est, ut Strenua, Agenorea, Stimula industriæ. Pomponius & Augustinus autores. Nam quũ metas Murcias, Apuleius libro sexto dixit, Veneri dicatas intellexit. Quidam montem Auentinũ, ideo Murcium uocari tradunt, quod è lapidibus uelut muro constructus, nõ à dea Murcia, nec à Figlinis. Amianus quosdam solitos in Italia uitandæ gratia militiæ pollicem præcidere, Murcos uernacula uoce nominatos. Plautus: Murcide, inquit homo. pro inerti & languido. Tantum Hermolaus autor nostræ ætatis diligentissimus. Ergo in Festo quum dicit Murceæ deæ sacellũ erat sub monte Auentino, qui ante Murcus uocabatur: emendatius legetur, Murciæ deæ. Liuius libro primo: Tum quoq; multis milibus Latinorum ciuitate acceptis, quibus ut iungeretur palatio Auentinum, ad Murciæ datæ sedes. Et Plutarchus in Problematis, quã modo Murciam Venerem, olim Myrteã uocabant. c Vt ait Pomponius.] Hermolaus, Beroaldus, & alij cõplures hunc Pomponium de hac ipsa re testem adducunt. Nec sat explicãt, quis Põponius sit, quum fuerint multi, etiam qui scripserint, an Atticus: an L. Põponius Atellanarum scriptor, an Gn. Pomponius orator, qui omnes uixerunt cum Cicerone, an qui post Ciceronẽ fuere Pomponius Mela, an Iulius Põponius Tragicus, cuius Quintilianus meminit: an iuris consultus. D

Murcia

d Quietem uero appellantes.] Ego coniectura ducor, Quietem hanc ad mortuos pertinuisse. Quietalis enim dictus est ab antiquis Orchus, ideo extra urbem Quies est culta. Fanum Quietis erat uia Labicana. Liuius libro quarto.

An si Iouis summa potestas est, etiam Victoria dea debuerit existimari.

Cap. XVII

N forte dicunt, quod deam Victoriam Iuppiter mittat, atque illi tanquam regi deorum obtemperans, ad quos iusserit, ueniat, & in eorum parte consistat? Hoc uere dicitur, nõ de illo Ioue, quem deorum regem pro sua opinione cõfingunt, sed de illo uero rege seculorũ, quod mittat non Victoriam quæ nulla substãtia est, sed angelum suum, & faciat uincere quẽ uoluerit: cuius cõsilium occultum esse potest, ini- B quum esse non potest. Nam si uictoria dea est, cur non deus est & triumphus, & uictoriæ iungitur uel maritus, uel frater, uel filij? Talia quippe isti de dijs opinati sunt, qualia si poetæ fingerent, atq; à nobis [a] exagitarentur: responderent isti, ridenda esse figmenta poetarum, non ueris attribuenda numinibus: & tamen se ipsi non ridebant, cum talia deliramenta non apud poetas legebant, sed in templis colebãt. Iouem igitur de omnibus rogarent, ei uni tantummodo supplicarẽt. [b] Non enim si quo misisset uictoriam, si ea dea sub illo rege est, possit uel audeat ei resistere, & suam potius facere uoluntatem. C

L. VIVES

a Exaggerarentur.] Legendum, exagitarentur.

b Non enim se misisset uictoria.] Sic in uetustis codicibus: Non enim quo misisset uictoriam, si dea est, & sub illo rege est, possit ei audere resistere, & suam potius facere uoluntatem. Et Porphyrius in Ratione naturali deorum, Iouem scribit fingi solitum sceptrum tenentẽ læua, dextra uero modo Aquilam, modo Victoriam. Illud quoniam cæterorum deorum dominus, ut auium Aquila, Victoriam autem quoniam illi uniuersa subiecta sunt. uel ut Phurnutus interpretatur quoniã nihil est à quo possit uinci.

Felicitatem & fortunam qui deas putant, qua ratione fecerint. Caput XVIII D

QVID quod & felicitas dea est? ædem accepit, aram meruit, sacra ei cõgrua persoluta sunt: ipsa ergo sola coleretur? Vbi eñ ipsa esset, quid boni non esset? Sed quid sibi uult, quod & Fortuna dea putatur, & colitur? An aliud est felicitas, aliud fortuna? Quia fortuna potest esse & mala, felicitas autem si mala fuerit, felicitas non erit. Certe omnes deos utriusq; sexus, si & sexus habent, non nisi bonos existimare debemus. Hoc Plato dicit, hoc alij Philosophi, hoc excellentes reipublicæ, populorũq; rectores. Quomodo ergo dea fortuna aliquando bona est, aliquando mala? An forte quãdo mala est, dea non est, sed in malignum dæmonem repente conuertitur? Quot sunt ergo deæ istæ? Profecto quotquot sunt homines fortunati, hoc est, bonæ fortunæ. Nam cum sint & alij plurimi simul, hoc est uno tẽpore malæ fortunæ, nunquid si ipsa esset, simul & bona esset & mala: his aliud, illis aliud? An illa quę dea est semper bona est? Ipsa est ergo felicitas, cur adhibẽtur diuersa nomina? Sed & ferendum est. Solet enim & una res diuersis nominib. appellari. [b] Quid diuersæ ædes, quid diuersæ aræ, diuersa sacra? Est causa, inquiũt, quia felicitas illa est, quã boni habẽt præcedẽtibus meritis. Fortuna uero quæ dicitur bona, [c] sine ullo examine meritorum fortuitu accidit hominibus & bonis & malis, unde etiam fortuna nominatur. Quomodo ergo bona est, quæ sine ullo iudicio uenit & ad bonos & ad malos? Vt quid autem colitur, [d] quæ ita cæca est, passim in quoslibet incurrens, ut suos cultores plerunq; prætereat, & suis contẽptoribus hæreat? Aut si aliquid proficiunt cultores eius, ut ab illa uideãtur, & amentur: iam merita sequitur, non fortuitu uenit. Vbi est ergo definitio illa fortunæ? Vbi est quod à fortuitis etiam nomen accepit? Nihil enim prodest eam colere, si fortuna est. Si autem suos cultores discernit ut prosit, fortuna non est. [e] An & ipsam, quo uoluerit, Iuppiter mittit? Colatur ergo ipse solus. Non enim potest ei iubenti, & eam quo uoluerit, mittẽti fortuna resistere. Aut certe ipsam mali colant, qui nolunt habere merita, quibus possit dea felicitas inuitari.

L. VIVES

Fortunæ multæ

a Vid quod & Felicitas dea.] Aedis huiusce deæ meminit aliquoties Plinius, Simulachrum eius Archesilao plastæ locatum est à L. Lucullo sestertijs ix. Plinius lib. xxxv. b Quid diuersæ ædes.] Aedes malæ Fortunæ & detestatæ in Exquilijs. Aedes Fortũiæ fortis in ripa Tiberina. equestris iuxta theatrum. Erat & templũ Fortunæ paruæ, & aliud uirginis Fortunæ, aliud Primigeniæ, aliud Obsequentis ad Capenã, & Priuatæ, & Viscatæ, & Publicæ, & uirilis, & Cõuerterntis in palatio, & bene sperantis, & auertentis, & blandæ & dubiæ in Auentino, & mammosæ in duodecima regione, & Barbatæ, & muliebris: quibus omnibus principium dedit Seruius Tullius, quòd ab ea ex seruo in regnum esset euectus, tum etiam prospiciens eam occasionibus rerum plurimum habere in utranq; partem momenti: sicut Plutarchus inquit in Problematis, omniq; in re humana dominari. c Sine ullo examine.] Saltem nobis cognito: ideo caussas nõ habere dicitur;

quod eæ à nobis ignorantur: ſicut Ariſtoteles, & Plato/nici. Speuſippus motum ab occulto in occultum fortu/nam eſſe finit. De hac plura Ariſtoteles ſecundo libro Phyſicæ auſcultationis: & libello De bona fortuna, qui pars eſt moralium uoluminũ. d Quæ ita cæca eſt.] Ariſtophanes hoc falſe in Pluto, qui eſt opũ deus: quod argumentum tranſtulit Lucianus in ſuum μισάνθρωπον.

e An & ipſam quo uoluerit.] Sic Ariſtophanes, qui dicit Plutum, cum mittitur à Ioue ad bonos, claudum eſſe: cum ad malos, celerrimum.

De fortuna muliebri. Cap. XIX

TANTVM ſanè huic, uelut numini tribuunt, quam fortunã uocant, [a]ut ſimulachrum eius quod à matronis dedicatum eſt, & appellatum Fortu/na muliebris, etiam loquutum eſſe memoriæ commendarint: atq; dixiſſe non ſe/mel, ſed iterum: [b]quod eam rite matronæ dedi/cauerint. Quod quidem ſi uerum ſit, mirari nos non oportet. Non enim malignis dæmonibus etiam ſic difficile eſt fallere, quorum artes atque uerſutias hinc potius iſti aduertere debuerunt, quod illa dea loquuta eſt, quæ fortuitu accidit, non quę meritis uenit. Fuit em̃ fortuna loquax & muta felicitas, & ad quid aliud niſi ut homi/nes recte uiuere non curarent, cõciliata ſibi For/tuna, quę illos ſine ullis bonis meritis faceret for/tunatos. Et certe ſi fortuna loquitur, non ſaltem muliebris, [c]ſed uirilis potius loqueretur, [d]ut non ipſæ quæ ſimulachrũ dedicauerunt, putarentur tantum miraculũ muliebri loquacitate finxiſſe.

T

A

B

C

D

L. VIVES

[a] VT ſimulachrum eius quod à matronis.] Anno poſt libertatem partam decimo octauo, cũ Mar/tius Coriolanus exul bellum intuliſſet patriæ, nec armis repelli poſſet, nec precibus flecti, lachrymis mulierum flexus eſt, templumq; extructum Fortunæ muliebri, uia Latina ad quartum miliarium ab urbe, quod cum dicaretur, bis loquuta eſt imago. Prius ſic: rite me matronæ uidiſtis, ritecq; dedicaſtis. Liuius, & Va/lerius, & Plutarchus autores. Lactantius uero libro ſe/cundo Fortunam muliebrem, denunciaſſe periculum ſcribit, hoc eſt haud dubie, quod poſterius loquuta eſt. Huius fortunæ ſignum nefas eſt attingi, niſi ab ea quæ ſemel nupſit. Feſtus. b Propter quod eam rite.] Pro/pter, ſuperfluit, ideo expungendum. c Sed uirilis po/tius.] Cuius templum in ripa Tiberina, feſtũ Calend. April. Ouidius quarto Faſtorum. d Vt non ipſæ quæ ſimulachrum.] Maior enim uiris fides habetur, quàm mulieribus.

Fortuna mu/liebris

De Virtute & Fide, quas Pagani templis & ſacris honorauerunt, præ/termittentes alia bona, quæ ſimiliter colenda fuerunt, ſi recte aliis diuini/tas tribuebatur. Cap. XX

[a]IRTVTEM quoq; deam fecerũt: quæ quidem ſi dea eſſet, multis fue/rat præferenda. Et nũc quia dea nõ eſt, ſed donum dei, ipſa ab illo im/petretur, à quo ſolo dari poteſt: & omnis falſorum deorũ turba uaneſcit. Sed cur & Fides dea credita eſt, & accepit etiã ipſa tem/plum, & altare? Quam quiſquis prudẽter agno/ſcit, habitaculum illi ſeipſum facit. Vndè autem ſciunt illi quid ſit Fides, cuius primum & maxi/mum officium eſt, ut in uerum credatur deum? Sed cur nõ ſuffecerat Virtus? Nónne ibi eſt & fides? [b]Quandoquidem uirtutẽ in quatuor ſpe/cies diſtribuendam eſſe uiderunt: prudentiam, iuſtitiam, fortitudinẽ, temperãtiam. Et quoniã iſtæ ſingulę, ſpecies ſuas habent, [c]in partibus iu/ſtitię fides eſt: maximũq; locũ apud nos habet, quicunq; ſcimus quid ſit, quod iuſtus ex fide ui/uit. Sed illos miror appetitores multitudinis deorum, ſi fides dea eſt, quare aliis tam multis deabus iniuriam fecerunt, prætermittendo eas, quibus ſimiliter ædes & aras dedicare potue/runt? Cur Temperantia dea eſſe non meruit, cum eius nomine [d]nonnulli Romani principes non paruam gloriam cõpararint? Cur denicq; fortitudo dea non eſt, [e]quæ affuit Mutio, cum dexteram porrexit in flammas? [f]quę affuit Cur/tio, cum ſe pro patria in abruptam terram præ/cipitem dedit? [g]quæ affuit Decio patri, [h] & De/cio filio, cum pro exercitu ſe uouerunt? [i]Si tamẽ his omnibus uera inerat fortitudo, unde modo non agitur. Quare prudentia: quare ſapientia nulla numinum loca meruerũt? An quia in no/mine generali ipſius uirtutis omnes coluntur? Sic ergo poſſet & unus deus coli, cuius partes cæteri diĳ putantur. Sed in illa una uirtute & fi/des eſt, [k]& pudicitia, quæ tamen extra in ædi/bus proprĳs altaria meruerunt. Has deas non ueritas, ſed uanitas fecit.

Fides

L. VIVES

[a] VIrtutem quoque deam.] Virtuti ædem uouerat M. Marcellus in Gallia primo ſuo conſulatu. e/am filius eius dicauit ad portam Capenam. Li/uius lib. xxix. Alteram C. Marius extruxit Virtutis & Honoris ſubmiſsiorem aliĳs, ne ſi forte publicis auſpi/ciis officeret, augures eam demoliri iuberent. Cicer. ĳ. De leg. Colunto illa propter quæ datur homini aſcen/ſus in cœlum, mentẽ, uirtutem, pietatẽ, fidem. Fidei æ/des in capitolio fuit, Plinius lib. xxxv. & Cic. iĳ. Offic. uicinam eam Ioui in capitolio, iuſiurandumq; eius di/cit eſſe ex Ennio & Catone in ĳ. De nat. deor. Fidem ab Attilio Calatino conſecratam ſcribit: Feſtus uero ante Romulũ & Remũ cõſecratam ab Aenea in palatio Fidẽ refert ex Agathocle, niſi ſit mendum in loco Ciceronis. Sic

Sic enim légitur: Vt fides, ut mens, quas in capitolio de/dicatas uidemus: proxime à M. Scauro, ante autem ab Attilio Calatino erat Fides conſecrata. At Liuius libro xxiĳ. Interea duũuiri creati ſunt, Q. Fabius Maxi/mus, & Attilius Craſſus ædibus dedicandis: Menti At/tilius, Fabius Veneri Erycinæ. utraq; in capitolio eſt ca/nali uno diſcretæ. Ita fieri poteſt, ut Cicerõis uerba ſint intelligenda ad hunc modum: Mentem eſſe conſecratã proxime à M. Aemilio Scauro, quum iam ante fuiſſet ab Attilio conſecrata. Dionyſius & Plutarchus Fidem à Numa eſſe ſacratam referunt, ſtatutumq; maximum iuſiurandum. b Quandoquidem uirtutem in qua/tuor ſpecies.] Plato, Ariſtoteles, Cicero, & aliĳ. c In partibus iuſtitiæ fides eſt.] Cicero primo Offic. funda/mentum iuſtitiæ fidem uocat. Idem primo De nat. deo. iuſtitiã erga deos pietatẽ eſſe dicit, cuius fides eſt pars. Speuſippus pietatẽ eodem modo finit. d Nonnulli Romani principes.] Poſſunt huc afferri ex Valerio ex/empla de animi moderatione: de iĳs qui ex inimicis iun/cti ſunt amicitia, & neceſsitudine: de abſtinentia & con/tinentia, de uerecundia. Hæc enim omnia, ſicut Cicero primo Off. oſtendit, ſub tẽperantia continẽtẽ. e Quæ affuit Mutio.] C. Mutius quum Porſena obſideret ur/bem, ingreſſus eius caſtra diſsimulato cultu ferro ſub ueſtẽ tecto ſcribam regis obtruncauit, ratus ſe regem oc/cidere. Quumq; iuberet eum captum torqueri rex, ipſe in ignem ſacrificĳ, qui forte haud procul erat, manum iniecit, eamq; tenuit immotam, quouſq; & admiratio/nem & pauorem ſui regi incuteret. f Quæ affuit Curtio.] Lacum dicunt fuiſſe in foro Ro. qui poſtea ſic catus eſt, ſolumq; effectum, lacui Curtio fuit deinde ad poſteros nomen. Sunt qui à Metio Curtio equite Sabi/no dictum putent, qui prælio inter Romulum & Sabi/nos equo illum tranſnarit. Aliĳ à M. Curtio equite Ro. qui ſe in illud conĳecit, quòd oraculum iuſſerat immitti in illum id quo plurimum po. Ro. poſſet. Hæc Liu. lib. i. & vĳ. ab urb. cond. Varro tamen lib. De ling. Lat. iĳ. ſic inquit: Cornelius & Luctatius ſcribunt eum locum eſſe fulguratum, & ex S. C. ſeptum eſſe, idq; factum eſſe à Curtio cos. cui M. Genutius fuit collega Curtium ap/pellatum. g Quæ affuit Decio patri.] Hic fuit homo de plebe, ſed magna gloria militari, & inſigni in patriã charitate, cos. cum T. Manlio Torquato bello Latino, quum uterq; conſſ. per quietem uidiſſet ex altera acie im/peratorem deberi diĳs manibus, ex altera exercitũ, pa/ĉti inter ſe ut ab utra parte exercitus pop. Ro. inciperet cedere, huius partis Impator ſe deuoueret pro patria: quod quum læuo cornu cõtigiſſet, cui Decius præerat, is ſe ſolenni carmine diĳs manibus pro legiõib. Ro. de/uouit, in mediosq; hoſtes, citato equo, immiſit. Liuius lib. viĳ. h Et Decio filio.] Hic fuit cos. iiĳ. cum Q. Fabio v. qui primus ex ea gẽte dictus eſt Maximus bel/lo Gallico: quumq; ex cornu ſiniſtro, in quo erat Deci/us Imperator terror & fuga fieri inciperet, Decius exẽ/plum patris ſecutus, pro exercitu patriæ ſe deuouit. Li/uius lib. x. i Si tamen his omnibus.] Laurentius Val/lã in ĳ. De uolup. perſona. Epicurei declamans, eleuare nitiẽ hæc Romanorũ præclara facta: multasq; affert ra/tiones, nõ minus interdũ ueras, q̃ argutas: qui ſcire cu/pierit, petat ex eo. Liber eſt uulgaris, tametſi uarie à ua/riis editus. Credo Vallã ipſum fuiſſe in cauſa, qui diuer/ſa reliquerit autographa. k Et pudicitia.] Erat ſa/cellum Pudicitiæ patritiæ in foro Boario ad ædẽ rotun/dam Herculis. Liu. lib. x. Quidam ſimulachrum hoc Fortunæ putant eſſe, Feſtus. Erat & plebeiæ pudicitiæ ædicula à Virginia ſtructa in uico longo, ſed quæ poſtre/mo in obliuionem uenerit. Liuius.

Mens dea

C. Mutius

M. Curtius

Decius

Pudicitiæ ſacella

A Quod unum non intelligẽtes deũ uirtute/ſaltẽ & felicitate debuerũt eſſe cõtẽti. XXI

AEC enim uerí dei munera ſunt, nõ/ipſæ ſunt deæ. Veruntamen ubi eſt/ H uirtus & felicitas, quid aliud quæri/tur? Quid ei ſufficit, cui uirtus felici/tasq; nõ ſufficit? Omnia quippe a/gẽda cõplectitur uirtus, [a]omnia optãda felicitas. Si Iuppiter, ut hæc daret, ideo colebatur: quia ſi bonum aliquid eſt latitudo regni atq; diutur/nitas, ad eandẽ pertinet felicitatẽ, cur non intel/lectum eſt, dona dei eſſe non deas? Si autẽ pu/tatæ ſunt deæ, ſaltem alia tanta deorum turba nõ quæreretur. Cõſideratis enim officĳs deorũ dearũq; omniũ, quæ ſicut uoluerunt pro ſua o/pinatione finxerũt: inueniãt, ſi poſſunt, aliquid quod ab aliquo deo præſtari poſsit homini ha/benti uirtutẽ, habẽti felicitatẽ. Quid doctrinæ, [b]uel à Mercurio, uel à Minerua perendũ eſſet, quũ uirtus omnia ſecũ haberet? [c]Ars quippe ip/ſa bene, recteq; uiuẽdi, uirtus à ueteribus definita eſt. [d]Vnde ab eo quod Græce ἀρετὴ dicitur uir/tus, nomẽ artis Latinos traduxiſſe putauerunt. [e]Sed ſi uirtus nõ niſi ad ingenioſum poſſet ue/nire, [f]quid opus erat deo Catio patre, qui catos, id eſt acutos, faceret, quũ hoc poſſet cõferre feli/citas? Ingenioſũ quippe naſci, felicitatis eſt. Vn/de etiã ſi nõ potuit à nondũ nato coli dea Felici/tas, ut hoc ei cõciliata donaret, cõferret hoc pa/rẽtibus eius cultoribus ſuis, ut eis ingenioſi filĳ na/ſcerẽtur. Quid opus erat parturiẽtib. inuocare Lucinã, cũ ſi adeſſet Felicitas, nõ ſolũ bene pare/rẽt, ſed etiã bonos? Quid neceſſe erat, Opi deæ cõmendare naſcẽtes, deo Vaticano uagientes, deæ Cuninæ iacentes, deæ Ruminæ ſugentes, deo Statilino ſtãtes, deæ Adeonæ adeũtes, A/beonæ abeũtes, [g]deæ Mẽti ut bonam haberẽt mẽtem, deo Volũno & deæ Volũnæ, ut bona uellent: [h]diĳs nuptialibus ut bene cõiugarentur: diĳs agreſtibus, ut fructus uberrimos caperent, [i]& maxime ipſi diuæ Fructeſeę: Marti & Bello/næ, ut bene belligerarẽt: deæ Victoriæ, ut uince/rent: deo Honori, ut honorarẽtur: [k]deæ Pecu/niæ, ut pecunioſi eſſent: deo Aeſculano & filio eius Argẽtino, ut habẽat æream argenteamq; pecuniã? [l]Nam ideo patrem Argentini Aeſcu/lanum poſuerunt, [m]quia prius ærea pecunia in uſu eſſe cœpit, poſt argentea. Miror autem, quod Argentinus non genuit Aurinum, quia & aurea ſubſequuta eſt. Quem deũ iſti ſi habe/

B

C

D

rent,sicut Saturno Iouem,ita & patri Argentino,& auo Aesculano,Aurinum præponerent. Quid ergo erat necesse propter hæc bona, uel animi,uel corporis,uel externa, tãtam deorum turbam colere & inuocare: quos neque omnes cõmemoraui,nec ipsi potuerunt omnibus humanis bonis minutatim singillatimq; digestis & deos minutos & singulos prouidere:cũ posset magno faciliq; compendio una dea Felicitas cũcta cõferre:nec solum ad bona capienda quisquam alius,sed neque ad depellenda mala quereretur? Cur enim esset inuocanda propter fessos diua Fessonia, propter hostes depellendos diua Pellonia,propter ægros medicus uel Apollo,uel Aesculapius,uel ambo simul quando esset grãde periculũ? Nec deus Spiniẽsis, ut spinas ex agris eradicaret: [n] nec dea Rubigo, ut non accederet,rogaretur:una Felicitate præsente & tuente,uel nulla mala exorirentur,uel facillime pellerentur. Postremo quoniã de duabus istis deabus Virtute & Felicitate tractamus, si felicitas uirtutis est præmium,non dea,sed dei donum est. Si autem dea est,cur non dicatur,& uirtutem ipsa conferre, quandoquidem uirtutem consequi felicitas magna est?

L. VIVES

a Omnia obtinenda.] Legendum optanda ex ueteribus libris. b Vel à Mercurio,uel à Minerua.] Mercurius præest eloquentiæ,Minerua artibus & ingenijs. c Ars quippe ipsa bene.] Antiqui *Virtus* omnes uirtutes appellarunt artes,atq; scientias bene agendi:tum etiam quod idem est,prudẽtias,ut in Memnone Plato: nec minus est ars habitus, quo & recte bene uiuendo sumus imbuti,& recte beneq; uiuimus, quàm quo uel fidibus canimus,uel palæstram exercemus,uel gladium fabricamur,aut uestem suimus. Verum isti nihil intelligunt,nisi uocabulis illis dicat̃,quibus in schola assueuerunt. Quod si alijs dicas,etiam si idẽ ualentibus,iam ibi hærent, nihil intelligunt, omnia absurda, parumq; recte putant esse dicta. d Vnde ab eo quod Græce.] Donatus in Andriam Terentij, ἀπὸ τῆς ἀρετῆς per *Ars* syncopem uult esse artem deriuatam. e Sed si uirtus non nisi ad ingeniosum.] Equidem crasso ingenio hominem non negauerim bonum esse posse,& sunt profecto tales non pauci: sed illa eximia & ex perfectissima nota uirtus,non temere, nisi in ingenioso inuenitur. Tardis mentibus,inquit in Tuscu. Cicero,uirtus non facile cõmittitur. f Quid erat opus deo Cautio.] In antiquis libris scribitur,deo Catio patre,qui Catos, id est acutos faceret. Veteres catos uocabant prudentes,ingeniosos,industrios. q. cautos. hinc Portius ille sapiẽtissimus homo Cato cognominatus. g Deæ mẽti.] Aedes Mẽti uota est post pugnã ad lacum Thrasimenum. Liuius libro xxij. dicata tribus annis post ab Attilio duumuiro in id creato. In capitolio fuit Aedes Veneri Erycinæ coniuncta,ut ante iam dixi. Sacrata est etiam à M. Aemilio Scauro bello Cymbrico. Festũ eius septimo Idus Iunij. Ouidius. h Dijs nuptialibus.] Plutarchus in *Dij nuptiales* Problematis quinq; deos precari illos qui matrimonio coniunguntur scribit: Iouem adultum, Iunonem adultam, Venerem, Leporẽ, & in primis Dianam: ideo quinque cereos nuptijs accendi morem esse, nec pauciores, nec plures. Nõ est autẽ Lepos epitheton Veneris, ut de suadela putauit Acron, sed est potius dea per se πειθώ, quam uocat Quintilianus persuadendi deam. Porrò est *Hymenæus* & Hymenæus præcipuus, qui in nuptijs identidem inuocabatur: sicut apud Catullum. Hũc Seruius primo Aeneid. scribit uirum fuisse Atheniensem, qui inter bella sæuissima uirgines liberauit; propterea nomẽ eius in nuptijs inuocatur, quasi liberatoris uirginitatis. Martianus hunc Bacchi & Calliopeiæ filium dicit. i Et maxime ipsi diuæ fruges.] In libris manu scriptis: Ipsi diuæ Fructeseæ. k Deæ pecuniæ.] Iuuenalis Satyra prima significat, huic deæ nec templum esse erectũ, nec aram. ait enim:

Et si funesta pecunia templo
Nondum habitas, nullas nummorum ereximus aras.

Nisi forte ignorauit poeta eã esse deam. nam Varro scripsit etiam doctis multos deos sacra & cæremonias esse occultas. l Nam ideo patrem.] Alibi sic. Nam deum Aesculanum ideo Argentino præposuerunt. m Quia prius ærea pecunia.] Plin. lib. xxxiij. Argentum signatum est anno urbis conditæ quingentesimo octogesimo quinto, Q. Fabio cos. quinq; annis ante primũ bellum Punicum: ubi pro quingentesimo legendũ est quadringentesimo. Primum enim Punicum bellum cœpit Appio Claudio Cæci fratre & Q. Fuluio coss. anno V.C. quadringentesimo nonagesimo. Eutropius in ipso bello Punico percussum dicit, sed digerendis temporibus fallitur, ut sæpe. uerum de hac ratione temporum iam sum superiore locutus libro. Nota argenti fuerunt bigæ & quadrigæ, unde bigati & quadrigati. nam uictoriati percussi sunt paulum ante bellum sociale ære admisto. Aureus nummus bello Punico secundo percussus sexagintaduobus annis post quàm Argenteus. n Nec dea *Rubigo* rubigo.] Rubigo est ros putrefactus, fruges teneras corrumpens & frians. Ad auroram solet id uitium segetibus accidere, silente cœlo, sicut ait Plinius, serenisq; noctibus, nullo sentiente nisi cum factum est, in conuallibus & locis perflatum non habentibus. Nam uẽtosa & celsa huic incõmodo non sunt ita obnoxia. Idem: Rubigalia Numa constituit anno regni sui undecimo, quæ nunc agunt̃ ad vij. Cal. Maij: quoniam tunc ferè segetes rubigo occupat. Hoc tẽpus Varro determinat sole tauri partem decimam obtinente, sicut tunc ferebat ratio: sed uera causa est, quod post dies undeuiginti ab æquinoctio uerno per id quatriduum uaria gentium obseruatione in iiij. Cal. Maij canis occidit, sydus & per se uehemens, & cui præoccidere caniculam necesse sit. Hæc ille. Porrò canis Rubigini mactabatur. Ouid. iiij. Fast. Varro in i. lib. Rerum rusticarum deum facit Robigũ, quem cum dea Flora coniungit, in illis sex deorũ dearumq; paribus, quos initio inuocat. Et Robigum dicit *Robigus* uetere more, nam quasi rodigus uocatur, à rodẽdo. Rubigo proprie genus est uitij obscœnæ libidinis, quod hulcus dicit̃. Est & in ferro rubigo ex situ & nimia quiete. unde etiam in segetibus gignitur.

De sciẽtia colendorũ deorum, quam à se Varro gloriatur collatam esse Romanis. Caput XXII

QVID ergo est, quod pro ingenti beneficio Varro iactat præstare se ciuibus suis: quia non solum commemorat deos, quos coli oporteat à Romanis: uerum etiam dicit, quid ad quenque perti

pertineat? Quomodo nihil prodest, inquit, homines alicuius medici nomen formamq; nosse, & quid sit medicus ignorare: ita dicit nihil prodesse scire deum esse Aesculapiũ, si nescias eum ualetudini opitulari: atq; ita ignores cur ei debeas supplicare. hoc etiã affirmat alia similitudine, dicens: Non modo bene uiuere, sed uiuere omnino neminem posse, si ignoret quisnam sit faber, quis pictor, quis tector: à quo quid utensile petere possit, quem adiutorem assumere, quem ducem, quem doctorem. Eo modo nulli dubium esse asserens, ita esse utilem cognitionẽ deorum, si sciatur, quam quisq; deus uim & facultatem aut potestatem cuiusq; rei habeat. Ex eo enim poterimus, inquit, scire quem cuiusque rei causa deum aduocare atq; inuocare debeamus, ne faciamus [a] ut mimi solent, & optemus à Libero aquam, [b] à Lymphis uinum. Magna sanè utilitas. Quis non huic gratias ageret, si uera monstraret: & si unum uerum deum à quo essent omnia bona hominibus colendum doceret?

L. VIVES

Nympharum genera a Vt mimi solent.] Mouendi risus gratia. b A Lymphis uinum.] Lympha est omnis humor. Nymphæ præsunt omni generi humorum: sunt enim maris, quæ Nereides dicũtur filiæ Nerei: fontium quæ Naiades: humoris herbarum, & florum, quæ Napeæ: humoris arborum, quæ Dryades, & Hamadryades: humoris montium, quæ Oreades. Nymphæ, Tethydis & Oceani filiæ sunt ter mille. Hesiodus in Theogonia.

De Felicitate quam Romani multorum ueneratores deorum diu nõ coluerunt honore diuino, cum pro omnibus sola sufficeret. Cap. XXIII

SED unde nunc agitur, si libri & sacra eorum uera sunt, et Felicitas dea est, cur non ipsa una quæ coleretur constituta est, quæ posset uniuersa cõferre & cõpendio facere felicem? Quis enim optat aliquid propter aliud, quàm ut felix fiat? Cur denique [a] tam sero huic tantæ deæ post tot Romanos principes [b] Lucullus ædem constituit? Cur ipse Romulus felicem cupiens condere ciuitatem, non huic templum potissimum struxit, nec propter aliquid dijs cęteris supplicauit, quando nihil deesset, si hæc adesset? Nam & ipse nec prius rex, nec, ut putant, postea deus fieret, si hãc deam propitiam non haberet. Vt quid ergo Romulus constituit Romanis deos, Ianum, Iouem, Martem, [c] Picum, [d] Faunum, [e] Tiberinum, Herculem: & si quos alios? Vt quid Titus Tatius addidit Saturnum, Opem, Solem, Lunam, Vulcanum, [f] Lucem, & quoscunque alios addidit, inter quos etiam deam Cloacinam Felicitate neglecta? Vt quid Numa tot deos & tot deas sine ista? An eam forte in tanta turba uidere non potuit? [g] Hostilius certe rex deos & ipse nouos Pauorem atq; Pallorem, propitiandos non introduceret, si deam istam nosset, & coleret. Præsente quippe Felicitate, omnis pauor & pallor non propitiatus abscederet, sed pulsus aufugeret. Deinde quid est hoc, quod iam Romanum imperium longe lateq; crescebat, & adhuc nemo Felicitatem colebat? An ideo grandius imperiũ quàm felicius fuit? Nam quomodo ibi esset uera felicitas, ubi uera non erat pietas? [h] Pietas enim est uerax ueri dei cultus, non cultus falsorum tot deorum, quot dæmoniorum. Sed & postea iam in deorum numerum Felicitate suscepta, magna bellorum ciuilium infelicitas subsecuta est. An forte iuste est indignata felicitas, quod & tam sero & non ad honorem, sed ad contumeliam potius inuitata est, ut cum ea coleretur Priapus, & Cloacina, & Pauor, & Pallor, & Febris, & cætera non numina colendorum, sed crimina colentium? Ad extremum, si cum turba indignissima tanta dea colenda uisa est, cur non uel illustrius cæteris colebatur? Quis enim ferat, quod neque inter deos Consentes, quos dicunt in consilium Iouis adhiberi, nec inter deos, quos selectos uocant, Felicitas constituta est: ut templum aliquod ei fieret, quod & loci sublimitate & operis dignitate præemineret? Cur enim non aliquid melius, quàm ipsi Ioui? Nam quæ etiam Ioui regnũ nisi Felicitas dedit: si tamen cum regnaret felix fuit, & potior est felicitas regno. Nemo enim dubitat, facile inueniri hominem, qui timeat se fieri regem. Nullus autẽ inuenitur, qui se nolit esse felicem. Ipsi ergo dij, si per auguria uel quolibet modo eos posse consuli putant, de hac re consulerẽtur, utrum uellent Felicitati loco cedere: si forte aliorum ędibus uel altaribus iam fuisset locus occupatus, ubi ædes maior atque sublimior Felicitati construeretur: etiam ipse Iuppiter cederet, ut ipsum uerticem collis Capitolini Felicitas potius obtineret. Non enim quispiã resisteret Felicitati, nisi quod

quod fieri nō potest, qui esse uellet infelix. Nullo modo omnino si consuleretur faceret Iuppiter, [i]quod ei fecerunt tres dij [k]Mars [l]Terminus, [m]& Iuuentas, qui maiori & regi suo nullo modo cedere loco uoluerunt. Nam sicut habēt eorum literæ, cum rex Tarquinius Capitolium fabricare uellet, eumq; locum qui ei dignior aptiorq; uidebatur, à dijs alienis cerneret præoccupatum, non audens aliquid contra eorum facere arbitriū, et credens eos tanto numini suoq; principi uolūtate cessuros: quia multi erant illic ubi Capitolium cōstitutum est: per augurium quæsiuit, utrum concedere locum uellent Ioui, atq; ipsi in de cedere omnes uoluerunt, præter illos quos commemoraui, Martem, Terminum, Iuuentatem, atque ideo Capitolium ita cōstructum est, ut etiam isti tres essent tam obscuris signis, ut hoc uix homines doctissimi scirent. Nullo modo igitur Felicitatem Iuppiter ipse contemneret, sicut à Termino, Marte, Iuuentate cōtemptus est. Sed ipsi etiam qui non cesserant Ioui, profecto cederent Felicitati, quæ illis regem fecerat Iouem. Aut si non cederent, non id contemptu eius facerēt, sed quod in domo Felicitatis, uel obscuri esse mallent, quàm sine illa in locis propriis eminere. Ita dea Felicitate in loco amplissimo & celsissimo constituta discerent ciues omnes, unde boni uoti petendum esset auxilium. Ac sic ipsa suadente natura, aliorum deorum superflua multitudine derelicta toleretur una Felicitas: uni supplicaretur: unius templum frequentaretur à ciuibus qui felices esse uellent, quorum esset nemo, qui nollet: atque ita ipsa à seipsa peteretur, quæ ab omnibus petebatur. Quis enim aliquid ab aliquo deo, nisi felicitatem uelit accipere, uel quod ad felicitatem existimat pertinere? Proinde, si Felicitas habet in potestate cum quo homine sit, habet autem si dea est, quæ tandem stultitia est, ab aliquo eam deo petere, quam possis à seipsa impetrare? Hanc ergo deam super deos cæteros honorare etiam loci dignitate debuerūt. Sicut enim apud ipsos legitur: Romani ueteres [n]nescio quem Summanum cui nocturna fulmina tribuebant, coluerunt magis quàm Iouem, ad quem diurna fulmina pertinebāt: Sed postquam Ioui templum insigne ac sublime constructum est, propter ædis dignitatem, sic ad eum multitudo confluxit, [o]ut uix inueniatur qui Summani nomen, quod audire iam non

A

B

C

D

potest, se saltem legisse meminerit. Si autem Felicitas dea non est, quoniam, quod uerum est, munus est dei: ille deus quæratur, qui eam dare possit & deorum falsorum multitudo noxia relinquatur, quam stultorum hominum multitudo uana sectatur, dona dei deos sibi faciens, & ipsum cuius ea dona sunt, obstinatione superbæ uoluntatis offendens. Sic enim carere non potest infelicitate, qui tanquam deam Felicitatem colit, & deum datorem felicitatis relinquit: sicut carere non potest fame, qui panem pictum lingit, & ab homine qui uerum habet, non petit.

L. VIVES

a TAm sero.] L. Licinius Lucullus consul fuit cum M. Aurelio Cotta, anno ab urbe cond. dcixvi. Lucullus
b Lucullus.] L. Licinius Lucullus, qui bellum aduersus Mithridatem gessit, cui Gn. Pōpeius successor est missus aduersa nobilitate: hic quòd feliciter bellum contra Mithridatem & Tigranem reges administrasset, templum huic deæ constituit. Picus
c Picum.] Fidius hic fuit Saturni. ut ait Vergil. in vij. Regnauit in Latio Aborigināum tempore, quem Circe uxor in auē sui nominis mutauit, quòd Pomonā deam adamasset. ideo ea auis Romanis est sacra. Faunus
d Faunum.] Filius hic fuit Pici apud eundem Verg. pater Fauniorum & Satyrorū, & reliquorum agrestium numinū. Plutarchus in Paralelis Mercurij filiū fuisse scribit. In Latio regnauit tempore Aborigināum, ciuesq; suos ritu ferarum uiuentes, mitiorē uitam docuit: & primus loca certis nominibus, & ædificia quædam, ac lucos sacrauit, à quo & fana sunt dicta. Oraculum eius fuit in Albunea Laurentinorū sylua, Huic alij annuum sacrum, alij menstruum celebrāt. Val. Probus in primo Georg. Festum huius erat Romæ nonis Decembribus, ut canit Horatius tertio Carminum. Tiberinus
e Tiberinum.] Hic Capeti filius fuit, Albanorum rex, latro insignis, qui traiectu Tiberis fluuij submersus, nomen dedit fluuio, cum prius Albula diceretur. Lucem
f Lucem.] Romani Iouem colebant Luceium, ut est in carminibus Saliorum, quem præesse credebāt luci, eiusq; causam esse. Festus. Varro li. iiij. De lingua Latina ait, Tit. Tatium Romæ deos statuisse Opem, Floram uē, Dijouem, Saturnumq;, Solem, Lunam, Vulcanum, & Summanum: itemq; Larūdam, & Terminum, Curinum, Vorrūdum, Lares, Dianamq;, Lucinamq;.
g Hostilius certe rex.] Cum commisso inter Romanos & Veientes prælio nunciatum esset Tullo Hostilio Rom. regi Albanos defecisse, pallereq; & pauere Roob eam rem uideret, ipse in re trepida templum uouit Pallori & Pauori. Palloris & Pauoris templum
h Pietas enim.] Pietas est, ut inquit, Cicero primo De nat. deorum, iustitia aduersus deos. Est & pietas cultus erga maiores, aut sanguine coniunctos, qui quum est erga deos, religio nominatur. Erat & Romæ sacellum Pietatis ab Acilio dicatum, ubi mulier habitauit illa, quæ uberibus suis aluit matrem custodiæ traditam. Festus. Ibiq; imago factum hoc exprimēs uisebatur, ut Valer. subindicat lib. v. Aedis Pietatis in circo Flaminio meminit Obsequens in Prodig. Pietatis dēnitio
i Inter deos Cōsentes.] xij. sunt dij consentes, sex mares, & sex fœminæ: quorum imagines auratæ stabant apud forum, ut refert Varro i. lib. Rerū rusticarum. Hos Ennius districho est cōplexus: Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo. Cōsentes appellār, quasi cōsentientes in eo, quod est gerendū. His enim utitur uelut consiliarijs Dij Cōsentes

Iuppiter

Iuppiter in maximis rebus agēdis, ut hic Augustinus: sed apertius Seneca tradit ex disciplina Ethrusca libro Nat. quæst. secundo. Ferūt in antiquis monumētis Pōponium Lætum, eiusmodi rerum diligentissimū inquisitorem, & admiratorem obseruasse, atq; ita ad Medicen Laurentium scripsisse, singulis illorum deorum suū mensem esse sacrum: Ianuarium Iunoni, Februariū Neptuno, Martiū Mineruæ, Aprilem Veneri, Maium Apollini, Iunium Mercurio, Quintilem Ioui, Sextilem Cereri, Septembrem Vulcano, Octobrem Marti, Nouembrem Dianæ, Decembrem Vestæ. Diodorus libro iij. Chaldæos: scribit triginta astra dixisse deos consultores, & duodecim signiferi signa: quorum unūquodq; suo mensi præest, deos principantes nominasse. Erant & Aegyptijs sui duodecim dei præcipui, sed non idem ac Romanis.
A
i Quod ei fecerūt tres dij.] Numa Pōpilius rex Romanus cum & publicum agrum populi Romani, & priuatū uniuscuiusq; certis limitibus terminisq; definisset, sacellum erexit Termino in colle Tarpæio, deo cui nihil animatum sacrificaretur, sed solum liba, pultes, & primitiæ frugum: tametsi hoc postea ut alia complura in diffuetudinē abijt. Saxumq; erat hic deus, & saxa reliqui omnes agrorum, & publici, & priuatorum termini. Quos qui statuto demouisset loco, eū hominem liceret sine fraude neci dedere. At cū rex Tarquinius Priscus templum uouisset in Tarpeia rupe Ioui Iunoni & Mineruæ augustissimum, uellentq; tanti operis iacere fundamenta, inuenit eo loci multorum deorū aras, & à Tito Tatio & cæteris regibus sacratas: quas omnes exaugurare cum uellet, ut liberum esset templū suis tribus dijs, consilio Næuij Accij auguris usus, unū quenq; illorum deorum consuluit attributis ei auibus, num patri Ioui cederet: aues omnium tales fuerunt, ut cedere se significarent. aues Termini & Iuuentæ nō pati deos illos moueri se portenderunt. Ita postea ædificato à filio uel nepote eius regis Superbo Capitolio aræ sunt eodem relictæ loco, quo prius fuerant. Lætum esse augurium respondit Accius, quo significabatur terminos populi Ro. fore immobiles, & Iuuentutem inuictā. Hæc ex Plutarcho & Dionysio. Liuius & Florus exaugurationem illam rege Tarquinio Superbo factam uidētur narrare, tametsi eorum uerba sic intelligi possunt, ut ab his quæ attulimus non dissentiant. Quod si dissentiāt, Liuio & Floro citius hoc loco fidem habuero, quàm alijs Græcis hominibus. Terminus
B
k Mars.] De termino & Iuuentate legi apud autores, quos modo recensui, & alios permultos: de Marte non legi. Terminus
l Terminus.] Cum & fœdus inter Saturnum, Titanumq; eius fratrē sub hac conditione esset initum, ne Saturnus prolem aliquam masculam tolleret, deinde oraculo esset Saturnus præmonitus, se à filio suo regno pellendum: liberos omnes uirilis sexus statuit deuorare: nato uero Ioue, ingens patri saxum pro filio est suppositum: cumq; ope illius esset Iuppiter seruatus, cum iam rerum potiretur, iussit illud sub Parnaso mōte statui. Hesiodus. Graeci βάτυλον appellant, ut Hesychius docet. unde in uoraces fertur illud Græcorum: πρὸ βάτυλον πατταίνεις: id est, Bætylū deglutieris. Eusebius in Phœnicum theologia ex Sanchoniatone, Bætylum Cœli & Rheæ filium perhibet, Saturni fratrem. Porrò Bætylus postea dictus est τροπῶν, Latine Terminus, qui Ioui maximo noluit cedere. ea fortasse fiducia, quemadmodum Lactantius inquit, quod eum è paternis faucibus liberasset. Sub dio semper Romæ colebatur, & libero fruebatur cœlo. Festus, & Lactantius. Bætylus
C
m Et Iuuentas.] Iuuentus, & Iuuentas, & Iuuenta dicitur, sed Iuuentas ipsum numen, inquit Acron. Horatius, Et parum comis sine te Iuuentas Mercuriusq;. quanquam est & ætas ipsa apud eundem Horatium: Olim Iuuētas & patrius uigor. & in Epodis: Fugit iuuentas & uerecundus color. Verū dea hæc Græce Iuuentas
D

Hebe Iunōis solius filia sine patre, ut Mars tametsi Græci Iouem ei dant parentem, uxor fuit Herculis, Ioui pōculū ministrabat, cui Ganymedes successit. Est ἥβη proprie robur ætatis, uigorq;. nam ab ἥβάω deducitur. Fuit & Iuuentatis ædes in circo maximo, quā dedicauit C. Licinius Lucullus duūmuir. uouerat eam sedecim annis ante M. Liuius cos. quo die Asdrubalem exercitumq; eius cecidit. Idem censor eam faciendam locauit M. Cornelio, T. Sempronio coss. Huius quoq; dedicandæ ergo ludi facti. Liuius lib. xxxvi. Erat & Iuuentæ ædicula in foro.
n Nescio quem Summanū.] Capella hunc Plutonem esse dicit qua si summum manū. Aedes huius erat prope fanum Iuuentatis, ut Plinius uidetur significare. Summanalia liba erant farinacea in modum rotæ facta. Festus. Fulmina nocturna ei tribuebantur, ut diurna Ioui, quæ ideo dicebantur dia. Erant etiā quædam ambigua, quæ noctu, an die facta esse ignorabantur, quæ dicebantur prouersa. ideo utriq; sacrū fiebat quum procurarentur. Ita Romani solos hos duos deos seruarunt, in quorū potestate essent fulmina. Thusci nouem deos posuerunt, & fulmina esse undecim generū, sicut Plinius inquit libro ij. Festus & uulgaris disciplina augurum Ro. tria genera fulgurum tradebat: Postularia, quæ aliquod sacrum fieri postularent: Pestifera, quæ exitium portenderent: Perentalia, superiorū fulgurum approbari expiationem significantia. Manubias, hoc est iactus fulminum, totidem ostēdit Seneca. Prima est Iouis unius quæ moneat: secunda, ex decreto Consentium, quæ prosit, sed non impune: tertia ex decreto superiorum deorum pernicios prorsus. Hæc, & alia plurima, de generibus fulminum ex Cecinna, Volaterano & Araldo. Seneca, libro Naturalium quæstionum secundo. Plinius quoq; nonnulla sed in transcursu, ut reliqua.
o Vt uix inueniatur qui Summani.] Hic deus præterquam quod ignobilis erat admodum, etiam non satis sciebatur quis esset. non ignorabant unum esse ex dijs qui præessent nocti, sed nomē eius prorsum in obscuro erat. Ouidius sexto Fast.

Reddita, quisquis is est, Summano templa feruntur,
Tunc cum Romanis Pyrrhe timendus eras.

Eius feriæ decimotertio Calendas Iulias. Erat Summani ædes prope circum maximum, & sacellum in Capitolio. Summanus

Qua ratione defendāt Pagani, quod inter deos colant ipsa dona diuina.

Caput XXIIII

IBET autem eorum considerare rationes. Vsqueadeóne, inquiunt, maiores nostros insipientes fuisse credendum est, ut hæc nescirent munera diuina esse non deos? Sed quoniam sciebant nemini talia, nisi aliquo deo largiente concedi: quorum deorum nomina nō inueniebant, earum rerū nominibus appellabāt deos, quas ab eis sentiebāt dari, aliqua uocabula inde flectentes: sicut à bello Bellonam nuncupauerunt, non bellum: sicut à cunis Cuninam, non cunam: sicut à segetibus Segetiam, non segetem: sicut à pomis Pomonam, non pomum: sicut à bobus Bubonam, nō bouem: aut certe nulla uocabuli declinatiōe, sicut res ipsę nominantur

minantur:ut Pecunia dicta est dea,quæ dat pecuniam,non omnino pecunia dea ipsa putata est.Ita Virtus,quæ dat uirtutem,[a]Honor,qui honorem,Concordia,quæ concordiam:Victoria,quæ uictoriam dat.Ita,inquiunt,cum felicitas dea dicitur,non ipsa quæ datur, sed numen illud attenditur à quo felicitas datur.Ista nobis reddita ratione,multo facilius eis,quorum cor non nimis obduruit, persuadebimus fortasse quod uolumus.

L. VIVES

a Honor qui honorem.] Cic. ij. De nat. deorum: Vides templū Honoris à M. Marcello renouatum, quod multis ante annis erat bello Ligustico à Q. Maximo dedicatum. Erat Romæ idem templū Virtutis,& Honoris C. Marij, diuersis tamē cellis. nam eadem fieri non posse iam M. Marcello v. cons. respondérat collegium Pont. Honori ueteres nudis capitibus sacra faciebant, cum alijs dijs tecti operarentur. autor in Problematis Plutarchus.

Honoris templum

De uno tantum colendo deo, qui licet nomine ignoretur, tamen felicitatis dator esse sentitur. Cap. xxv

Si enim iam humana infirmitas sentit non nisi ab aliquo deo dari posse felicitatem:& hoc senserunt homines,qui tam multos colebant deos, in quibus & ipsum eorū regem Iouem,quia nomen eius à quo daretur felicitas ignorabant,& ideo ipsius rei nomine quam credebant ab illo dari, eum appellare uoluerunt. Satis ergo indicant nec ab ipso Ioue dari posse felicitatem,quem iam colebant, sed utiq; ab illo,quem nomine ipsius felicitatis colendū esse censebant. Confirmo prorsus à quodam deo quē nesciebant,eos credidisse dari felicitatē. Ipse ergo quæratur: ipse colatur,& sufficit. Repudietur strepitus innumerabilium dæmoniorū. Illi nō sufficiat hic deus,cui nō sufficit munus eius. Illi,inquā, non sufficiat ad colendū deus dator felicitatis,cui non sufficit ad accipiendum ipsa felicitas. Cui autem sufficit:non enim habet homo, quid amplius optare debeat: seruiat uni deo datori felicitatis. Non est ipse,quem nominant Iouem. Nam si eum datorem felicitatis agnoscerent,non utique alium,uel aliam, à quo daretur felicitas, nomine ipsius felicitatis inquirerent:neq; ipsum Iouem cum tantis iniurijs colendum putarent. Iste alienarum dicitur[a] adulterator uxorum.[b]Iste pueri pulchri impudicus amator,& raptor.

L. VIVES

a Adulterator.] Alibi adulter. Iouis turpiss. adulteria sunt apud Poetas decantatissima ut cum Alcumena, cum Leda & alijs. b Iste pueri pulchri.] Ganymedis Phrygij, de hoc alibi.

De ludis scenicis,quos sibi dij celebrari à suis cultorib. exegerūt. Ca. xxvi

[a]Sed fingebat hęc Homerus,ait Tullius,& humana ad deos transferebat. Diuina mallem ad nos. Merito displicuit uiro graui,diuinorum criminum poeta confictor. Cur ergo ludi scenici,ubi hæc dictitantur,cātitantur,actitantur,deorum honoribus exhibētur, inter res diuinas à doctissimis conscribuntur? Hic exclamet Cicero non contra figmenta Poetarū, sed contra instituta maiorum. An non exclamarēt & illi,quid nos fecimus? Ipsi dij ista suis honoribus exhibenda flagitauerunt:atrociter imperarunt:cladem nisi fieret, prænunciarunt: quia neglectum est aliquid, seueriss ime uindicarūt: quia id quod neglectum fuerat factum est,placatos se esse monstrarunt. Inter eorum commemoratur uirtutes,& mirāda facta,quod dicam. [b]Tito Latino rustico Romano patrifamiliās dictum est in somnis,ut in senatu nunciaret,ut ludi Romani instaurarentur,quod primo eorum die in quodam scelerato,qui populo spectante ad supplicium duci iussus est, numinibus uidelicet ex ludis hilaritatem quærentibus triste displicuisset imperiū. Cum ergo ille qui somnio commonitus erat postera die iussa facere nō ausus esset,secunda nocte hoc idem rursus seueriꝰ imperatum est. Amisit filium, quia nō fecit, Tertia nocte dictū est homini, quod maior ei pœna,si non faceret,immineret. Cum etiam sic non auderet,in morbum incidit acrem & horribilem. Tum uero ex amicorum sentētia, ad magistratus rem detulit:atq; in lectica allatus est in senatum. Expositoq; somnio, recepta continuo ualetudine, pedibus suis sanus abscesſit. Tanto stupefactus miraculo senatus, quadruplicata pecunia,ludos censuit instaurari. Quis non uideat,qui sanum sapit,subditos homines malignis dæmonibus,[c]à quorum dominatione non liberat nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum,ui compulsos esse,exhibere talibus dijs,quæ recto cōsilio poterant turpia iudicari? In illis certe ludis poetica numinum crimina frequentantur:qui ludi cogētibus numinibus,iussu senatus instaurabantur. In illis ludis corruptorem pudicitiæ Iouem turpissimi histriones cantabant,agebant,placabant: si illud fingebatur,ille irascebatur:Si autem suiscriminibus etiam fictis delectabatur,quando coleretur nisi diabolo seruiretur? Ità ne iste Romanum conderet,dilataret, cōseruaret imperium, quouis Romano cui displicebant talia, homine abiectiore? Iste daret felicitatem, qui infeliciter colebatur: & nisi ita coleretur, infelicius irascebatur?

L. VIVES

a Sed fingebat hæc Homerus, ait Tullius.] Primo Tusc. quæst. Nec Homerum audio, qui Ganymedem à dijs raptum ait, propter formā, ut Ioui pocula administraret: non iusta causa cur Laomedōti tanta fieret iniuria. Fingebat hæc Homerus,& humana ad deos transferebat: diuina mallem ad nos: quæ autē diuina? uigere, sapere, inuenire, meminisse. Grauissima sententia: qua notatur uel superstitio uel impietas eorum, qui deum mēsura nostræ fragilitatis & nostrorum affectuum metiuntur, ut talem eum putent quales nos sumus, morosi, difficiles, queruli, sæui, inuidi, superbi, arrogantes, leues, denicq; flagitiosi & scelerati: quanto esset satius attollere nos ad æmulationem illius diuinæ uirtutis ac probitatis? b Tito Latino.] Hæc historia est frequens apud scriptores. Meminerunt eius Cicero primo De diuinat. ex Fabio, Gellio, & Cælio. Liuius li. ij. Valerius Maximus libro primo: & post hos Au. Gellius, Macrobius, Lactantius. Contigit M. Minutio, A. Sempronio coss. anno ab urbe cond. cclij. fusc ab Augustino explicatur, Sunt tamē, qui hunc T. Larinū nominent. Lactantius Tiberiū Arinū appellat. c A quorum dominatione.] Alludit ad exclamationem quæ est apud Paulum ad Ro. vij. Infelix homo quis me liberabit de corpore mortis huius: gratia dei per Iesum Christum.

Titi Latini historia

De tribus generibus deorum,de quibus Scæuola pontifex disputauit. Caput xxvii

Relatvm est in literis,[a] doctissimum pontificem Scæuolam disputasse tria genera tradita deorum: unum à poetis,alterū à philosophis, tertium à principibus ciuitatis. [b]Primum genus nugatorium dicit esse, quòd multa de dijs fingantur indigna: Secundum, non congruere ciuitatibus: quòd habeat aliqua superuacua,aliqua etiam quæ obsit populis nosse. De superuacuis non magna causa est. Solet enim & à uiris peritis dici: superflua nō nocent. Quæ sunt autem illa,quæ prolata in multitudine nocent? Hæc,inquit,non esse deos Herculē, Aesculapium, Castorem, Pollucem. Proditur enim à doctis quod homines fuerint,& humana conditione defecerint. Quid aliud, cū quod eorum qui sint dij non habeant ciuitates uera simulachra:quod uerus deus nec sexum habeat; nec ætatem,nec definita corporis mēbra? Hæc pontifex nosse populos non uult,nam falsa esse non putat. Expedire igitur existimat falli in religione ciuitates, Quod dicere etiam in libris rerum diuinarum ipse Varro non dubitat. Præclara religio quò confugiat liberādus infirmus: & cum ueritatem qua liberetur inquirat, creditur ei expedire,quod fallitur. Poeticū sanè deorum genus cur Scæuola respuat, eisdem literis non tacetur:quia sic uidelicet deos deformant, ut nec bonis hominibus comparentur,cum [c]alium faciunt furari alium adulterare. Sic item aliquid aliter turpiter atq; inepte dicere ac facere: [d]tres inter se deas certasse de præmio pulchritudinis:uictas duas à Venere Troiam euertisse: Iouem ipsum [e]conuerti in bouem [f]aut cygnū, ut cum aliqua concumbat: [g]deam homini nubere: Saturnū filios deuorare: Nihil denicq; posse confingi miraculorum atque uitiorum, quod nō ibi reperiatur, quæ à deorum natura longe absint. O Scęuola pontifex maxime,ludos tolle, si potes: præcipe populis, ne tales honores dijs immortalibus deferant,ubi crimina deorū libeat mirari,& quæ fieri possunt,placeat imitari. Si autem tibi respōderit populus: uos nobis importastis ista pontifices,deos ipsos roga,quibus instigantibus ista iussistis,ne talia sibi iubeant exhiberi. Quæ si mala sūt,& propterea nullo modo de deorum maiestate credenda, maior est deorum iniuria,de quibus impune fingūtur. Sed non te audiūt,dæmones sunt,prauа docent,turpibus gaudent: non solum nō deputant iniuriam,si de illis ista fingātur,sed eam prorsus iniuriam ferre non possunt,si per eorū solennia non agantur. Iam uero si aduersus eos Iouē interpelles,maxime ob eam causam,[h]quia eius plura crimina ludis scenicis actitantur: nónne etiamsi deum Iouē nūcupatis, à quo regitur totus atque administratur hic mundus: eo illi fit à uobis maxima iniuria, quod eum cum istis colendum putatis, eorumque regem esse perhibetis?

L. VIVES

a Doctissimum pōtificem Scæuolam.] Mutij Scæuolæ fuerunt multi. Pontifex hic fuit temporibus belli ciuilis Mariani à Mario iuniore cæsus, ad quem Cicero itasse se dicit discēdi gratia, postea quā Scæuola augur interierat. b Primum genus nugatorium.] Dionysius Halicarnasseus libro Veterum rerum secundo, scribit Romanos eiecisse commenta illa poetarum

poetarum, quibus dij inter se pugnantes, dissidentes, adulterantes & eiusmodi finguntur, quæ non modo de dijs, sed ne de uiris quidē bonis uti dicerētur digna essent: Romulumq; assuefeciſſe Quirites suos, ut & bene sentirent, & bene loquerentur de dijs. Hæc & alia ibi cō plura, quorum etiam in Euangelica præparatione meminit Cæsariensis Eusebius. c Alium faciunt furari.] Mercurium qui & Tiresiæ subripuit boues, Martigladium, Vulcano forcipem, Neptuno tridētem, Apollini arcum & sagittas, Veneri cestum, Ioui sceptrum.

Mercurius

d Tres inter se deas.] Hæc pueris quoque sunt nota.

e Conuerti in bouem.] Quum rapuit Europam.

f Aut Cygnum.] Quum concubuit cum Leda. De his conuersionibus Iouis Ouidius lib. vi. Transformationum. g Deam homini nubere.] Cererem Iasio, Harmoniam Cadmo, Callirhoen Chrysaori, Aurorā Tithono, Tethyn Peleo, Venerem Anchisæ, Circen Vlyssi: eidem Calipsō, & alias quas Hesiodus in Theogonia recenset. g Quia eius plura crimina.] Adulteria, sæuitates, impietates, stupra.

An ad obtinendum dilatandumq; regnum profuerit Romanis cultus deorum. Caput XXVIII

VLLO igitur modo dij tales, qui talibus placātur, uel potius accusantur honoribus, ut maius sit crimen quod eis falsis oblectantur, quàm si de illis uera dicerentur, Romanum imperium augere, & cōseruare potuissent. Hoc enim si possent, Græcis potius donū tam grande conferrent, qui eos in huiusmodi rebus diuinis, hoc est ludis scenicis honorabilius dignius que coluerūt, quādo & à morsibus Poetarū quibus deos dilacerari uidebāt, se nō subtraxerūt, dādo eis licentiā male tractādi homines, quos liberet, & ipsos scenicos nō turpes iudicauerūt, sed dignos etiā prædaris honorib. habuerunt. Sicut autē potuerunt aureā pecuniā habere Romani, quāuis deum Aurinū non colerent, sic & argenteā habere potuerunt, & æream, si nec Argentinū, nec eius patrē colerēt Aesculanū, & sic omnia quę retexere piget. Sic ergo & regnū inuito quidē deo uero nullo modo habere possent, dijs uero istis falsis & multis ignoratis siue contēptis, atq; uno illo cognito & fide syncera ac moribus culto, & melius hic regnū haberent quantūcunq; haberent, & post hoc acciperent sempiternū, siue hic haberēt, siue nō haberent.

De falsitate auspicij quo Ro. regni fortitudo & stabilitas uisa est indicari. XXIX

AM illud quale est quod commemorauí paulo ante, pulcherrimum auspicium fuisse dixerunt, Martem & Terminum, & Iuuentatem, nec Ioui regi deorum loco cedere uoluisse? Sic enim, inquiunt, significatum est [a]Martiam gentem, id est Romanam nemini locum quem teneret daturā: Romanos quoq; terminos propter deum Terminum neminem cōmoturum: iuuētutem etiā Rom. propter deam Iuuentatē nemini esse cessurā. Videāt ergo quomodo habebant istū regem deorum suorū & datorem regni sui, ut ei auspicia ista pro aduersario ponerent, cui nō cedere pulchrum esset: quanquā hæc si uera sunt, non habent omnino quid timeant. Non enim confessuri sunt quod dij cesserint Christo, qui Ioui cedere noluerunt. Saluis quippe imperij finibus Christo cedere potuerunt, & de sedibus locorum, & maxime de corde credentium. Sed antequam Christus ueniret in carne, antequā ista denicq; scriberentur, quæ de libris eorū proferimus: sed tamē postea cq; factum est sub rege Tarquinio illud auspicium, aliquotiēs Romanus exercitus fusus est, hoc est uersus in fugam, falsúmque ostendit auspicium, quod Iuuenta illa non cesserit Ioui: & gens Martia superantibus atque irrumpentibus Gallis in ipsa urbe contrita est: & termini imperij, deficientibus multis ad Hannibalem ciuitatibus, in angustum fuerant coarctati. Ita euacuata est pulchritudo auspiciorum, remansit contra Iouem contumacia non deorum sed dæmoniorum. Aliud est enim non cessisse, aliud unde cesseras rediisse. Quanquam etiam postea in Orientalibus partibus [b]Hadriani uoluntate mutati sunt termini imperij Romani. Ille nanque tres prouincias nobiles Armeniam, Mesopotamiam, Assyriam Persarum concessit imperio, ut deus ille Terminus qui Romanos terminos secundum istos tuebatur, & per illud pulcherrimum auspicium loco nō cesserat Ioui, plus Hadrianum regem hominū, quàm regem deorū timuisse uideatur. [c]Receptis quoq; alio tempore prouincijs memoratis, nostra penè memoria retrorsus terminus cessit, [d]quando Iulianus deorum illorum oraculis deditus immoderato ausu, naues iussit incendi, quibus alimonia portabatur, qua exercitus destitutus, mox etiam ipso hostili uulnere extincto, in tantam est redactus inopiam ut inde nullus euaderet, undique hostibus incursantibus, milite imperatoris morte turbato, nisi placito pacis illic imperij fines constituerentur, ubi hodiéque persi-

Hadrianus

Iulianus

Iouianus

stunt, non quidem tanto detrimento quātum concesserat Hadrianus, sed media tamen compositione defixi. Vano igitur augurio deus Terminus non cessit Ioui, qui cessit Hadriani uoluntati, cessit Iuliani temeritati [f]& Iouiani necessitati. Viderunt hæc intelligentiores grauioresq; Romani, sed contra consuetudinem ciuitatis quæ dæmonicis ritibus fuerat obligata, parum ualebant, quia & ipsi etiam si illa uana esse sentiebant, naturæ tamen rerum sub uniusuerí dei regimine atq; imperio constitutæ, religiosum cultum qui deo debetur exhibendum putabant: seruientes, ut ait Apostolus, creaturę potius quàm creatori: qui est benedictus in secula. Huius ueri dei erat auxilium necessarium à quo mitterentur sancti uiri & ueraciter pij, qui pro uera religione morerentur, ut falsa à uiuentibus tolleretur.

L. VIVES

a MArtiam gentem.] Romanam, quoniam & belicosam, & à filio Martis conditam. Sic plerūq; Martij animi Romanorum ab autoribus dicū tur. b Hadriani uoluntati.] Hic fuit decimusquartus Rom. princeps adoptatus à Traiano, cui & successit. Sed quum, ut alijs multis, ita & gloriam patri inuideret, Armeniam, Mesopotamiam, & Assyriam Persis reddidit, quas Ro. imperio Traianus adiunxerat, reuocauitq; exercitus ac finem imperij esse uoluit Euphratem amnem: Eutropius lib. viij. cuius ego rei hanc potissimum fuisse causam suspicor, quòd antiquis uatum responsis ferebatur infaustum fore ac infelix imperatori Po. Rom. qui exercitus armatos trans Euphratē amnem urbemq; Ctesiphontem promouisset: exitium hoc fuisse M. Licinio Crasso, ipsumq; Traianum proxime in Italiam cum Parthica uictoria non redijsse. c Receptis quoq;.] Ex eodē Eutropio Assyria recuperata est per Pios fratres: Mesopotamia auspicijs Galieni, ductu Odenati: Armenia uero auspicijs Diocletiani ductu Galerij. d Quando Iulianus.] Hic iniit principatū Martino & Neuitta coss. anno V. C. M. cxvi. Orosius: Christianæ pietatis inimicus uictus à Parthis ad Ctesiphontem copias & rempub. afflixit morte sua. e Sed media tamen compositione.] Ita ut termini illi non ui manuq; quæsiti sint, sed conditionibus pacis ab hostibus accepti. f Et Iouiani necessitati.] Hic Parnonius homo ab exercitu in summo discrimine creatus, pacem cū Persis fecit ignominiosam quidē sed necessariā. d Nisibidem oppidum & partem superioris Mesopotamiæ Parthis concessit, ita termini imperij sunt mutati.

Qualia de dijs gentium etiam cultores eorū se sentire fateantur. Ca. XXX

[a]ICERO augur irridet auguria, [b]& reprehendit homines coruí & corniculæ uocibus uitæ consilia moderantes. [c]Sed iste Academicus quí omnia esse cōtendit incerta, indignus est qui habeat ullam in his rebus autoritatem.

A Disputat apud eum [d]Quintus Lucilius Balbus in secundo De deorum natura libro, & cum ipse superstitiones ex natura rerum uelut physicas & philosophicas inferat, indignatur tamen institutioni simulachrorum, & opinionibus fabulosis ita loquens: Videtis ne igitur, ut à physicis rebus bene atq; utiliter inuentis, ratio sit tracta ad commenticios & factos deos? Quæ res genuit falsas opiniones, erroresq; turbulentos, & superstitiones penè aniles. Et formę enim nobis deorū, & ætates & uestitus ornatusq; noti sunt: genera præterea, cōiugia, cognationes, ōniaq; traducta ad similitudinē imbecillitatis humanæ: nam & perturbatis animis inducuntur. Accepimus enim deorum cupiditates, ęgritudines, iracūdias. Nec uero, ut fabulæ ferūt, dij bellis prælijsq; caruerunt. Nec solum, ut apud Homerum quum [e]duos exercitus cōtrarios alij dij ex alla parte defenderent, sed etiam ut [f]cum Titanis, aut cum gigātibus sua propria bella gesserunt. Hęc & dicuntur & credūtur stultissime, & plena sunt uanitatis [g]summæq; leuitatis. Ecce interim quæ confitentur qui defendunt deos gentium. Deinde cum hæc ad superstitionem pertinere dicat, ad religionē uero quam ipse secundum Stoicos uidetur docere. Nō enim philosophi solum, inquit, uerumetiam maiores nostri superstitionem à religione separauerunt. [h]Nam qui totos dies precabantur, inquit, & immolabant, ut sibi sui liberi superstites essent, superstitiosi sunt appellati. Quis non intelligat eum conari [i]dum cōsuetudinem ciuitatis timet, religionem laudare maiorum, eamq; à superstitione uelle seiungere, sed quomodo id possit nō inuenire? Si enim à maioribus illi sunt appellati superstitiosi, qui totos dies precabantur & immolabant, nunquid non & illi qui instituerunt, quod iste reprehendit, deorum simulachra diuersa ætate, & uestę distincta, deorum genera, coniugia, cognationes? Hæc utiq; cum tanquā superstitiosa culpantur, implicat ista culpa maiores talium simulachrorum institutores atque cultores, implicat & ipsum, qui quantolibet eloquio se in libertatem nitatur euoluere, necesse habebat ista uenerari: nec quod in hac disputatione disertus insonat, mutire auderet in populi concione. Agamus itaq; Christiani domino deo nostro gratias, [k]non cœlo & terræ, sicut iste disputat, sed ei qui fecit cœlum & terram: qui has superstitiones quas iste balbus uelut balbu-

tiens uix reprehendit, per altissimã Christi humilitatem, per Apostolorum prędicationẽ, per fidem martyrũ pro ueritate moriẽtium, & cum ueritate uiuentium, non solum in cordibus religiosis, uerumetiam in ædibus superstitiosis libera suorum seruitute subuertit.

L. VIVES

a Cicero augur.] Fuit ex collegio augurum Cicero, inauguratus à Q. Hortensio oratore. b Et reprehendit homines.] Hac de re disputat Cicero ij. De diuinatione. *Academicus* c Sed iste Academicus.] Mos istius sectæ erat nihil affirmare, sed ab alijs posita & asserta conari refellere, atq; cõuellere. Quẽ morem in suis dialogis multum seruauit Cicero, patrociniumq; Academicæ philosophiæ à se esse susceptũ profitetur in primo De natura deorũ. d Q. Lucilius Balbus.] Stoicæ disciplinæ callentissimus. e Duos exercitus contrarios.] Græcos tuẽtur Iuno, Pallas, Neptunus: Troianos uero Apollo, Venus, Mars. *Titanes* f Cum Titanis.] Titani filij erant terræ & Titanis Saturni fratris, qui ex fœdere inter Saturnum & Titanem pacto regnum à Ioue repetebant. Primo res est iurgijs & conuitijs acta: deinde uentum est ad arma. Bellum hoc fuit graue, uicti sunt tamẽ Titani: grauius multo, quod qui superfuerant Titanorum reparatis copijs nouisq; domo supplemẽtis accitis Iouẽ & reliquos ex eius partibus in Aegyptum usq; pepulerunt. Illud prius dictum est bellũ Titanorum, hoc posterius gigantum. g Summæq; leuitatis.] Hactenus uerba sunt Ciceronis. h Nam qui totos dies.] *Religiosus* Hoc etymon superstitiosi & religiosi parum probatur Lactantio lib. quarto, qui religiosos uocatos dicit à religando, quòd deo astricti religatiq; sint: superstitiosos uero qui falsam religionem colerent, superstitemq; defunctorum memoriã. De religioso Gellius ca. nono, lib. quarto. Verum Cicero non solum eos dicit superstitiosos, qui ita precarentur, nam addit id nomen postea patuisse latius, id est alijs permultis esse accommodatum. i Dum cõsuetudinem.] Ex libris De natura deorum & De diuinatione satis apparet Ciceronẽ non ausum pronunciare libere quid sentiret de dijs propter morem in ciuitate à maioribus traditũ acceptũq;. k Nõ cœlo & terræ.] Quos Cicero ex sentẽtia Stoicorum, tanquam principes deos ponit.

De opinionibus Varronis qui reprobata persuasione populari licet ad notitiam ueri dei non peruenerit, unum tamẽ deum colendum esse censuerit. Caput XXXI

QVID ipse Varro, quem dolemus in rebus diuinis ludos scenicos, quãuis non iudicio proprio posuisse, cum ad deos colendos multis locis uelut religiosus hortetur, nónne ita confitetur: non se illa iudicio suo sequi, quæ ciuitatem Romanam instituisse cõmemorat: ut si eam ciuitatem nouam constitueret, ex naturę potius formula deos nominaq; deorum se fuisse dedicaturum non dubitet cõfiteri? Sed iam quoniam in uetere populo esset accepta, ab antiquis nominum & cognominũ historiam tenere ut tradita est debere se dicit, & ad eum finem illa scribere ac perscrutari, ut potius eos magis colere, q̃ despicere uulgus uelit. Quibus uerbis homo acutissimus satis indicat, non se aperire omnia, quæ non sibi tantum contemptui essent, sed etiam ipsi uulgo despicienda uiderentur, nisi tacerentur. Ego ista conijcere putari debui, nisi euidenter alio loco ipse diceret de religionibus loquens, multa esse uera quæ nõ modo uulgo scire non sit utile, sed etiam tametsi falsa sint aliter existimare populum expediat, & ideo Græcos [a]Teletas[b] ac mysteria taciturnitate parietibusq; clausisse. Hic certe totum cõsilium prodidit uelut sapientium, per quos ciuitates & populi regerentur. Hac tamen fallacia miris modis maligni dęmones delectantur: qui & deceptores & deceptos pariter possident, à quorum dominatione non liberat nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Dicit etiam idem autor acutissimus atq; doctissimus, quod hi soli ei uideantur animaduertisse, quid esset deus, qui crediderunt eum esse animam, motu ac ratione mundum gubernantem: ac per hoc etsi nondũ tenebat quod ueritas habet: deus enim uerus nõ anima, sed animæ quoq; est effector & conditor: tamen si contra præiudicia consuetudinis liber esse posset, unum deum colendum fateretur, atq; suaderet, motu ac ratione mũdum gubernantẽ: ut ea cum illo de hac re quęstio remaneret, quod eum diceret esse animã, non potius animę creatorem. [c]Dicit etiam antiquos Romanos plusquam annos centum & septuaginta deos sine simulachro coluisse. Quod si adhuc, inquit, mansisset, castius dij obseruarentur. Cuius sententiæ suæ testẽ adhibet inter cætera etiam gentem Iudæam: nec dubitat eum locũ ita concludere, ut dicat: qui primi simulachra deorum populis posuerunt, eos ciuitatibus suis & metum dempsisse, & errorẽ addidisse: prudenter existimans deos facile posse in simulachrorum stoliditate contemni. Quod uero non ait errorem tradiderunt, sed addiderunt, iam utiq; fuisse etiam sine simulachris intelligi uult errorem. Quapropter cum solos dicit animaduertisse, quid esset deus, qui eum crederẽt animam mundum gubernantem: castiusq; existimat sine simulachris obseruari religionẽ, quis non uideat quantum propinquauerit ueritati? Si enim aliquid contra uetustatem tanti posset erro

ris, profecto & unum deum, à quo mundum crederet gubernari, & sine simulachro colendũ esse censeret: atq; in tam proximo inuentus facile fortasse de animæ mutabilitate commoneretur, ut naturã potius incommutabilem quæ ipsam quoq; animam cõdidisset, deum uerum esse sentiret. Hæc cum ita sint, quæcunq; tales uiri in suis literis multorum deorũ ludibria posuerunt, cõfiteri ea potius occulta dei uoluntate cõpulsi sunt, quàm persuadere conati. Si qua igitur inde à nobis testimonia proferuntur, ad eos redarguendos proferuntur, qui nolunt aduertere de quanta & quàm maligna dæmonum potestate nos liberet singulare sacrificium tam sancti sanguinis fusi & donum spiritus impertiti.

L. VIVES

Teletæ a Teletas.] Suidas ait, τελετὴν esse mysteriosum sacrificium maximum & sumptuosissimum, sic nominatum, quòd in eo multa consumerentur. Est enim τελεῖν insumere, tametsi est quoq; perficere: & ideo esse quibus hinc potius teletas esse dictas placeat, ceu sint absoluta quædã sacrificia, & quibus nihil desit. Talia erãt sacra solis & lunæ, ut scribit Porphyrius, & Bacchi, & quædã expiationes, quæ libris Orphei & Musæi continebantur, sicut Plato docet lib. De rep. ij. quibus scelera non priuatorum modo, sed publice quoq; ciuitatum, & pro uiuentibus, & pro uita iam functis expurgarẽtur per sacrificia ludosq;, & omne genus oblectamentorum, quæ sacra Teletæ dicerẽtur. & si Plato eo loci Teletas ad solos mortuos pertinere dicit, & inde dictas nẽpe à τελευτήσασι· quæ nos malis, quæ apud inferos sunt, liberent, αἳ τῶν ἐκεῖ κακῶν ἀπολύουσιν ἡμᾶς. b Ac mysteria.] Qualia Cereris. c Dicit etiã antiquos Romanos.] Plutarchus in Vita Numæ. Hic autẽ Ro. prohibuit existimare imaginem dei aut hominis speciem, aut animalis habere formam. Nec fuit apud eos, neque picta, neq; ficta dei prius species, sed in prioribus cẽtum & septuaginta annis templa quidem ædificabant, sacraq; tuguria erigebant, simulachrum uero nullum corporeum dicabant. Perinde atq; nefas esset deterioribus meliora assimilare, neq; aliter atq; intelligẽtia deus percipi posse. Hæc ibi, eadem apud Clementem, ut Eusebius Cæsariensis refert, & Dionysium Halicarnasseum, qui ait, templa esse à Numa dijs erecta. negat tamẽ simulachra in his fuisse ulla, quòd deum nulla specie formáue effingi posse crederet. Tarquinius Priscus uanitate, & stultitia Græcarum religionum, Ethruscarumq; domi imbutus Romanos edocuit simulachra dijs ponere, qđ Tertulianus subsignificat, inquiens, Age iam rebus religio profecerit. Nam & si à Numa concepta est curiositas superstitiosa, nondum tamen aut simulachris aut templis res diuina apud Romanos cõstabat, frugi religio & pauperes ritus, & nulla capitolia certãtia cœlo, sed temeraria de cespite altaria, & uasa adhuc Samia, & nidor ex illis, & deus ipse nusquam. Nondum enim tunc ingenia Græcorum atq; Thuscorum fingendis simulachris urbem inundauerant.

Ad quam speciẽ utilitatis principes gentium apud subiectos sibi populos falsas religiones uoluerunt permanere. XXXII

DICIT etiã de generationibus deorum magis ad poetas, q̃ ad physicos fuisse populos inclinatos, & ideo & sexum & generationes deorum maiores suos, id est ueteres credidisse Romanos, & eorum constituisse coniugia. Quod utiq; non aliam ob causam factum uidetur, nisi quia hominum uelut prudentium & sapientium negocium fuit populum in religionibus fallere, & in eo ipso non solum colere, sed imitari etiam dęmones, quibus maxima est fallendi cupiditas. Sicut enim dęmones nisi eos quos fallẽdo deceperint possidere nõ possunt, sic & homines principes non sane iusti, sed dæmonum similes, ea quæ uana esse nouerant, religionis nomine populis tanquam uera suadebant, hoc modo eos ciuili societati uelut arctius alligantes, quo similiter subditos possiderent. Quis autẽ infirmus & indoctus euaderet simul fallaces, & principes ciuitatis, & dæmones?

Quod iudicio & potestate ueri dei omnium regum atq; regnorum ordinata sint tempora. Cap. XXXIII

DEVS igitur ille felicitatis autor & dator, quia solus est uerus deus, ipse dat regna terrena et bonis & malis. Neq; hoc temere & quasi fortuitu, quia deus est, non fortuna, sed pro rerum ordine ac tempore occulto nobis, notissimo sibi: cui tamen ordini temporũ non subditus seruit, sed eũ ipse tanquã dominus regit, moderatorq; disponit: felicitatẽ uero nõ dat nisi bonis. [a]Hãc enim possunt habere et nõ habere seruientes: possunt & non habere et habere regnãtes. Quę tamẽ plena in ea uita erit ubi iã [b]nemo seruiet ulli. Et ideo regna terrena & bonis ab illo dantur & malis: ne eius cultores adhuc in prouectu animi paruuli, hæc ab eo munera quasi magnum aliquid concupiscant. Et hoc est sacramentum ueteris testamenti, ubi occultũ erat nouum: [c]quod illic promissa & dona terrena sunt intelligẽtibus & tunc spiritalibus, quãuis nondum in manifestatione prædicantibus, & quæ illis tẽporalibus rebus significaretur æternitas & in quibus dei donis esset uera felicitas.

L. VIVES

a Hanc enim possunt habere.] Idem Stoici, qui sapientem suum etiam si seruitutem seruiat, liberum, dominum & felicem esse, aiunt: Stultos uero etiam si reges sint, seruire, & esse miseros. b Nemo

seruiet.] In quibuſdã codicibus duo uerſus qui ſequun A
tur non ſunt aſcripti, hi ſcilicet: (Et ideo regna mũdi hu
ius deus bonis & malis communiter præſtat, ne boni ea
tanquam dei magna munera concupiſcant.) Et uerisi-
mile eſt eſſe ſuppoſititios. c Quod illic promiſſa & do
na terrena.] In uetere lege omnia quæ deus promitte-
bat ſeruatoribus legis erant temporalia & terrena, ſed
illa erant æternorum & cœleſtium imagines.

De regno Iudęorum quod ab uno & uero deo inſtitutum atque ſeruatum eſt, donec in uera religione manſerũt. Caput XXXIIII

TAQVE ut cognoſcerẽtur etiã illa terrena bona, quibus ſolis inhiant
1 qui meliora cogitare nõ poſſunt, in B
ipſius unius dei eſſe poſita poteſta-
te, nõ in multorũ falſorum quos co-
lendos Romani antea crediderũt, populũ ſuum
in Aegypto a de pauciſsimis multiplicauit, & eũ
inde ſignis mirabilibus liberauit. Nec Lucinam
mulieres illæ inuocauerũt, quando earũ partus
ut miris modis multiplicarentur, & gens illa in-
credibiliter creſceret, b ab Aegyptiorum perſe-
quentium & infantes omnes necare uolentium
manibus ipſe liberauit, ipſe ſeruauit. Sine dea
Rumina ſuxerunt: ſine Cunina in cunis fuerũt:
ſine Educa & Potina eſcam potumq; ſumpſe- C
rũt: ſine tot diſs puerilib. educati ſunt: ſine diſs
coniugalibus coniugati: ſine cultu Priapi coniu
gibus mixti: ſine inuocatiõe Neptuni mare trã-
euntibus diuiſum patuit, & ſequentes eorũ ini-
micos fluctibus in ſe redeuntibus obruit. Nec
conſecrauerunt aliquam deam Manniam quã-
do de cœlo manna ſumpſerunt: nec quando ſi-
tientibus aquam percuſſa petra profudit, Nym
phas lymphasq; coluerunt. Sine infanis ſacris
Martis & Bellonæ bella geſſerũt, & ſine uicto-
ria quidem non uicerunt, nõ eam tamẽ deam,
ſed dei ſui munus habuerũt. Sine Segetia ſege-
tes, ſine Bobona boues, mella ſine Mellona, po
ma ſine Pomona. Et prorſus omia prõ quibus
tantæ falſorũ deorum turbę Romani ſupplicã-
dum putauerũt, ab uno uero deo multo felicius
acceperunt. Et ſi nõ in eum peccaſſent impia cu
rioſitate, tanquã magicis artibus ſeducti ad alie
nos deos & idola defluẽdo, & poſtremo Chri
ſtum occidendo, in eodem regno & ſi non ſpa-
cioſiore, tamen feliciore manſiſſent. Et nunc q;
per omnes ferè terras gentesq; diſperſi ſunt, il-
lius unius ueri dei prouidentia eſt: ut quod deo-
rum falſorum uſq; quaq; ſimulachra, aræ, luci,
templa euertuntur & ſacrificia prohibentur, de
codicibus eorũ probetur, quemadmodum hoc
fuerit tanto ante prophetatũ: ne forte cũ legere-
tur in noſtris, à nobis putaretur eſſe cõfictum.
Iam quod ſequitur in uolumine ſequenti uiden
dũ eſt, & hic dãdus huius prolixitatis modus.

L. VIVES

a DE pauciſsimis.] Filij Iſrael qui Aegyptũ ingreſ-
ſi ſunt cum eo ſeptuaginta Geñ. xlvi. b Ab
Aegyptiorũ.] Alibi ſic, ab Aegyptijs perſequẽ-
tibus & infantes omnes necare uolẽtibus ipſe ſeruauit:
ſed ſenſus eſt idem: idcirco alia permulta, in quibus ſen
tentia non uariatur, ſuperſedeo annotare.

ELENCHVS CAPITVM
IN DIVI AVRELII AVGVSTINI DE CIVITATE DEI LIBRVM QVINTVM.

1 Cauſam Romani imperij omniumq; regnorum, nec fortuitam eſſe, nec in ſtellarum poſitio-
ne conſiſtere.
2 De geminorum ſimili diſſimilíq; ualetudine.
3 De argumento, quod ex rota figuli Nigidius Mathematicus aſſumpſit in quæſtione ge-
minorum.
4 De Eſau & Iacob geminis multum inter ſe morum & actionum qualitate diſparibus.
5 Quibus modis conuincantur Mathematici uanam ſcientiam profiteri.
6 De geminis diſparis ſexus.
7 De electione diei quo uxor ducitur, quóue in agro aliquid plantatur aut ſeritur.
8 De his qui non aſtrorum poſitionem, ſed connexionem cauſarum ex dei uoluntate penden-
tem fati nomine appellant.
9 De præſcientia dei & libera hominis uoluntate contra Ciceronis definitiõnem.
10 An uoluntatibus hominum aliqua dominetur neceſsitas.
11 De uniuerſali prouidentia dei, cuius legibus omnia continentur.
12 Quibus moribus antiqui Romani meruerunt, ut deus uerus quamuis non eum colerent, eo-
rum augeret imperium.
13 De amore laudis, qui cum ſit uitium, ob hoc uirtus putatur quia per ipſum uitia maiora cõ-
hibentur.
14 De reſecando amore laudis humanæ: quoniam iuſtorum gloria omnis in deo ſit.
15 De mercede temporali quam deus reddidit bonis moribus Romanorum.
16 De mercede ſanctorũ ciuium ciuitatis æternę quibus utilia ſunt Romanarum exẽpla uirtutũ.
17 Quo fructu Romani bella geſſerint, & quantum his quos uicere contulerint.
18 Quàm alieni à iactantia debeant eſſe Chriſtiani, ſi aliquid fecerint pro dilectione æternæ pa-
triæ, cum tanta Ro. geſſerint pro humana gloria & ciuitate terrena.
19 Quomodo inter ſe differant cupiditas gloriæ & cupiditas dominationis.
20 Tam turpiter ſeruire uirtutes humanæ gloriæ, quàm corporis uoluptati.
21 Romanum regnum à deo uero eſſe diſpoſitum, à quo eſt omnis poteſtas & cuius prouiden-
tia reguntur uniuerſa.
22 Tempora exitusq; bellorum ex dei pendere iudicio.
23 De bello in quo Rhadagaiſus rex Gothorum dæmonum cultor uno die cum ingentibus co-
pijs ſuis uictus eſt.
24 Quæ ſit Chriſtianorum imperatorum, & quàm uera felicitas.
25 De proſperitatibus quas Conſtantino imperatori Chriſtiano deus contulit.
26 De fide & pietate Theodoſij auguſti.
27 Contra inuidos inuectio Auguſtini qui ſcripſerunt contra æditos iam libros.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
EPISCOPI AD MARCELLINVM
DE CIVITATE DEI LIBER QVINTVS.

Causam Romani imperij omniũq; regnorum, nec fortuitam esse, nec in stellarũ positione consistere. Cap. I

QVONIAM constat omnium rerum optandarũ plenitudinem esse felicitatem, quæ non est dea, sed donum dei, & ideo nullũ deum colendum esse ab hominibus, nisi qui potest eos facere felices: unde si illa dea esset, sola colenda merito diceretur: Iam consequenter uideamus, qua causa deus, qui potest & illa bona dare, quæ habere possunt etiam non boni, ac per hoc etiam non felices, Romanum imperiũ tam magnum, tamq; diuturnũ esse uoluerit. Quia enim hoc deorum falsorum illa, quam colebãt, multitudo non fecit, & multa iam diximus, & ubi uisum fuerit opportunũ esse dicemus. Causa ergo magnitudinis imperij Romani, [a]nec fortuita est, nec fatalis, secundũ eorum sententiam siue opinionẽ, qui ea dicũt esse fortuita, quæ uel nullas causas habent, uel non ex aliquo rationabili ordine ueniẽtes: & ea fatalia, quæ præter dei & hominum uoluntatẽ cuiusdã ordinis necessitate cõtingunt. Prorsus diuina prouidentia regna constituuntur humana. Quæ si propterea quisquam fato tribuit, [b]quia ipsam dei uoluntatem uel potestatem fati nomine appellat, sentẽtiam teneat, linguã corrigat. Cur enim nõ hoc primum dicit, quod postea dicturus est, cũ ab illo quisquam quæsierit, quid dixerit fatũ? Nam id homines quãdo audiunt, usitata loquẽdi cõsuetudine, nõ intelligunt [c]nisi uim positionis syderũ, qualis est quãdo quis nascitur, siue cõcipitur: [d]quod aliqui alienãt à dei uolũtate: aliqui ex illa etiã hoc pẽdere confirmãt. Sed illi, qui sine dei uolũtate decernere opinãtur sydera, quid agamus, uel quid bonorũ habeamus, malorũue patiamur, ab auribus omnium repellendi sunt: non solum eorum qui ueram religionẽ tenent, sed qui deorũ qualiũcunq; licet falsorum, uolũt esse cultores. Hæc enim opinio quid agit aliud, nisi ut nullus oñino colatur, aut rogetur deus?

Cõtra quos modo nobis disputatio non est instituta, sed contra eos, qui pro defensione eorũ, quos deos putant, Christianæ religioni aduersantur. Illi uero qui positionem stellarum quodammodo decernentium qualis quisque sit, & quid ei proueniat boni, quidue mali accidat, ex dei uoluntate suspendunt, si easdem stellas putant habere hanc potestatem traditã sibi à summa illius potestate, ut uolẽtes ista decernãt, magnam cœlo faciunt iniuriã: in cuius uelut clarissimo senatu, ac splendidissima curia opinãtur scelera faciẽda decerni: qualia si aliqua terrena ciuitas decreuisset, genere humano decernente fuerat euertenda. Quale deinde iudicium de hominum factis deo relinquitur, quibus cœlestis necessitas adhibetur, cũ dominus ille sit & syderũ & hominũ? Aut si non dicũt stellas, accepta qui dẽ potestate à summo deo arbitrio suo ista decernere: sed in talibus necessitatibus ingerendis illius omnino iussa compleri: itá ne de ipso deo sentiendum est, quod indignissimum uisum est de stellarum uoluntate sentire? [e]Quod si dicuntur stellæ significare potius ista, quàm facere: ut quasi locutio quædam sit illa positio, prædicens futura, non agens: non enim mediocriter doctorum hominum fuit ista sentẽtia: non quidem ita solent loqui Mathematici, ut uerbi gratia dicant, [f]Mars ita positus homicidam significat: sed, homicidam facit. [g]Veruntamen ut concedamus non eos ut debent loqui, & à philosophis accipere oportere sermonis regulam, ad ea prænuncianda, quæ in syderum positione se reperire putãt, qui fit, quod nihil unquam dicere potuerunt, cur in uita geminorũ, in actionibus, in euentis, in professionibus, artibus, honoribus, cæterisq; rebus ad humanã uitam pertinentibus, atq; in ipsa morte sit pleruncq; tanta diuersitas, ut similiores eis sint, quãtum ad hæc attinet, multi extranei, quàm ipsi inter se gemini, per exiguum temporis interuallũ in nascendo separati, in conceptu autem per unum concubitum uno etiam momento seminati?

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI ANNOtationes in quintum librum De ciuitate dei, Diui Aurelij Augustini.

a Ec fortuita est nec fatalis.] Quoniam de fato multa disserit hoc loco Augustinus, repetam paulo altius opiniones aliquot ueterum ea de re, quò melius omnia facilius q; intelligantur. Plato unum posuit deum principem parentemq; cæterorum, cuius nutu, legibusq; diꝝ omnes ac ipse mundus tenerentur: ministrosq; esse reliquos deos uirtutesq; cœlestes illius conditoris huius uniuersitatis: & ab ipsis mundum certis munijs atq; officijs administrari: maximi dei iussa legesq; esse ineuitabiles, necessitatẽ appellari. Nulla ui, nulla ratione, aut arte effici posse, quo minus illa, ut cõstituta sunt, perficiantur: unde est illud ab ipso usurpatum, Necessitati ne deos quidem resistere, quæ uero ab astris geruntur, talia interdum esse, ut cuitari sapientia, industria, labore queant, in quo sita est fortuna: quæ uero certis causis progrederentur, ac permanerent fixa, id dici fatũ, quod tamen necessitatẽ non afferat electionis. Est enim multũ in nostra manu sitũ, quid optemus, quid inceptemus: sed ubi incepimus, reliqua sunt fati: ut integrũ fuit Laio, quemadmodũ Euripides dicit, gignere filium. At ubi genuit, patienda illi fuerunt, quæ erant ab Apolline prædicta. Hæc inuolucris, ut alia plerq; significat Plato in postremo De rep. tres enim parcas Necessitatis filias in cœlis ponit. Lachesis præconium hoc esse ad animas in uitã uenturas scribit, ut non sit dæmon eas sorticturus, sed contra illas potius dæmonem electuras. Eligẽtis uero fore culpam omnẽ, si quid acciderit, deum prorsus inculpatum futurum, ita sparsisse Lachesim sortes. Epicurus hæc omnia ridet, omniaq; casu fortuitu sine ullis causis contingere arbitratur: aut si sunt ullæ causæ, nõ esse præter declinationem Atomi. Fortunam Platonici statuunt in causis tum ambiguis, & quæ aliter cõtingere possunt, tum etiã obscuris incertisq;, de quibus reddi nequit ratio, cur sic potius actum est quicquam, quàm secus: ita nõ habet nullas fortuna causas, sed uel mutatu faciles, uel ignotas. Aristoteles explicatius secundo libro De naturali auditiõe, & cæteri peripatetici, inter quos Alexãder Aphrodisiensis: Fortuita sunt, inquit, quorum finis non est ab agente actioni præstitutus: ut si quis fodiens, quo pingue scat humus, reperit thesaurũ, fortuna est: quòd non hoc ille agebat, ut aurum inueniret, si etiam terra uberior redditur, cum fortuito consequitur, & quod nõ est fortuitũ. Itaq; in non fortuitis exitus est, quem agẽs intẽderat, in fortuitis præter spem ac opinionem. Vulgus Fortunam uocat cæcam, temerariam, sine causa ulla, incertam, insanam, brutam, ut inquit Pacuuius: & fatum cum necessitate coniunctũ statuunt; ac tale, ut non modo in cæteros deos, sed ipsum quoq; principem omniũ & fatalium legum cõditorem Iouem ius ac potestatem habeat. Quod indicat uersiculus ille, Quod fore paratum est, id summum exuperat Iouem. Poetæ id confirmant. Nam apud eorum principem Homerum lamentatur Iuppiter, quòd charum sibi filium Sarpedona, quem fata cogerent mori, eripere à morte non posset: & Neptunus quòd reditum Vlyssis in patriam impedire non posset, ut Cyclopem filium ulciscereturꝰ: quoniam fatis decretum erat illum in Ithacam rediturũ: & apud Ouidium idem Iuppiter:

Tu sola insuperabile fatum
Nata mouere putas. Et post:

Quæ neq; concursum cœli, nec fulminis iram,
Nec metuunt ullas, tuta atq; æterna ruinas.
Fuere qui nihil fortuitum uellẽt, sed omnia certa, fixa, immutabilia: ut Democritus, Empedocles, Heraclitus, & hos plerisq; de multitudine sunt secuti, sicut Epicurum plurimi. Vtranq; opinionẽ Lucanus explicuit libro secundo:

Siue parens rerum primum informia regnã
Materiamq; rudem flamma cedente recepit,
Finxit in æternum causas, qua cuncta coercet,
Se quoq; lege tenens, & secula iussa ferentem,
Fatorum immoto diuisit limite mundum.
Siue nihil positum est, sed fors incerta uagatur
Fertq; refertq; uices, & habent mortalia casum.

Fortuna sæpe pro fato ipso forteq; rerum utuntur: quæ cum ex animi sentẽtia procedit, nominatur felicitas: cũ secus, infelicitas. Hæc nunc, alia suis locis. b Quia ipsam dei uoluntatem.] De hoc post paulum. c Nisi uim positionis syderũ.] Ibi esse fata, Plato, Stoici & cæteri prope philosophi existimarunt, Chaldæos ac Aegyptios secuti, quibus omnis Mathematicorum manus suffragata est. d Quod aliqui alienant.] Alij dicunt diuersam esse syderum constitutionem à uoluntate dei, ut qui uoluit omnia regi ab astris, deum tioni prospicere rebus nostris. Et qui etiam si curent diꝝ humana, tamen astra suum quoq; exercere in nos regnum, ut Manilius, & Firmicus, & Poetæ sæpe. alij dicunt hos cursus astrorum subditos esse deo præpotenti, & principi naturæ, ut Plato & Stoici, nihilq; esse aliud eorum efficientiam, quàm leges dei. e Quod si dicuntur stellæ signi ficare potius.] Origenes in commentarijs super Genesin illo loco, sint luminaria cœli in signa: significare dicit sydera, nõ causas esse. Sunt enim, inquit, uelut apertus quidam liber, omnia futura in se scripta continens: Quod uel ex eo argui potest, quod sydera plerunq; significant, quæ præterierunt, at qui horum causæ nequirent esse. cæterũ liber hic legi ab humanis ingenijs nulla ui potest. Origenem Plotinus est secutus, qui astra negat facere sed significare. Seneca de astris loquens; Effectus rerum omniũ aut mouent: aut notãt: sed siue quod euenit; faciunt, quid immutabilis rei notitia proficiet? siue significant, quid refert prouidere, quod euitare nõ possis. Sic ille. f Mars ita positus.] Mars sydus est ardens, uiolentũ, cruentũ. Firmicus libro tertio, Martẽ in septimo ab horoscopo loco partiliter constitutum, id est, in occasu, maxima mala & immensa pericula scribit decernere, facere scilicet homines homicidas, sceleratos, facinorosos. g Veruntamen ut concedamus.] Alludit ad id quod in libello De fato dicit de Chrysippo Cicero, qui uolebat Mathematicos docere, quẽadmodum in arte sua essent locuturi.

De geminorum simili dissimiliq; ualetudine. Caput II

[a]CICERO dicit Hippocratem nobilissimum medicum scriptũ reliquisse, quosdam fratres cũ simul ægrotare cœpissent: & eorũ morbus eodem tẽpore ingrauesceret, eodẽ leuaretur, geminos suspicatũ. [b]Quos Posidonius Stoicus multũ astrologiæ deditus, eadẽ cõstitutione astrorũ natos, [c]eadẽq; cõceptos solebat asserere. Ita quod medicus pertinere credebat

ad

ad ſimillimam temperiem ualetudinis: hoc phi A
loſophus aſtrologus ad uim conſtitutionem cꝫ
ſyderum, quæ fuerat quo tempore concepti na
tiꝫ ſunt. In hac cauſa multo eſt acceptabilior,
& de proximo credibilior coniectura medici
nalis: quoniam parentes ut erant corpore affe
cti dum concumberent, ita primordia conce
ptorum affici potuerunt, ut cõſecutis ex mater
no corpore prioribus incrementis paris ualetu
dinis naſcerentur: deinde in una domo eiſdem
alimentis nutriti, ubi aerem, & loci poſitionem,
& uim aquarum, plurimũ ualere ad corpus, uel
bene uel male accipiendum medicina teſtatur:
eiſdem etiã exercitatiõib. aſſuefacti tam ſimilia
corpora gererent, ut etiam ad ægrotandũ uno
tempore eiſdem cꝫ cauſis ſimiliter mouerentur.
Cõſtitutionem uero cœli ac ſyderum, quæ fuit
quando concepti ſiue nati ſunt, uelle trahere ad
iſtam ægrotãdi parilitatem, cum tam multa di
uerſiſsimi generis diuerſiſsimorum affectuum,
& euẽtuum eodem tempore in unius regionis
terra eidem cœlo ſubdita, potuerunt concipi &
naſci: neſcio cuius ſit inſolentię. [d] Nos autem no
uimus geminos non ſolum actus & peregrina
tiones habere diuerſas, uerũetiam diſpares æ
gritudines perpeti. De qua re facillimam, quan C
tum mihi uidetur, rationẽ redderet Hippocra
tes, [e] diuerſis alimentis & exercitationibus, quæ
non de corporis temperatione, ſed de animi uo
luntate ueniunt, diſſimiles eis accidere potuiſſe
ualetudines. Portò autem Poſsidonius uel qui
libet fatalium ſyderũ aſſertor, mirum ſi poteſt
hic inuenire quid dicat, ſi nolit imperitorũ men
tibus in eis quas neſciunt, rebus illudere. Quod
enim conantur efficere de interuallo exigui tem
poris, quod inter ſe gemini dum naſcerẽtur, ha
buerunt, propter cœli particulam, ubi ponitur
horæ notatio, [f] quam horoſcopum uocant: aut D
non tantum ualet, quanta inuenitur in gemino
rum uoluntatibus, actibus, moribus, caſibuscꝫ
diuerſitas: aut plus etiam ualet, quàm eſt gemi
norum uel humilitas generis eadem uel nobili
tas: cuius maximam diuerſitatem nõ niſi in ho
ra qua quiſcꝫ naſcitur, ponũt. Ac per hoc ſi tam
celeriter alter poſt alterum naſcitur, ut eadem
pars horoſcopi maneat: cuncta patia quæro,
[g] quæ in nullis poſſunt geminis inueniri. Si au
tem ſequentis tarditas horoſcopum mutat: [h] pa
rentes diuerſos quæro, quos gemini habere nõ
poſſunt.

L. VIVES

a Cicero dicit Hippocratem.] Vbi hoc dicat Cice
ro non memini me legiſſe, & tamẽ ſuſpicor fuiſſe
in libello De fato: quem qui attentius inſpexe
rit, inueniet mutilum lacerumcꝫ, & plenum mẽdarum
ad ætatem noſtram peruenisſe. b Quos Poſsidonius Poſsidonius
Stoicus.] Rhodius fuit, ibicꝫ docuit: Romam quocꝫ ue
nit, diſcipulus & ſucceſſor Panætij. Cicero. c Eadẽcꝫ
conceptos.] Non enim minoris refert, qua ſit quis con
ceptus hora, cꝫ qua natus. d Nos autẽ nouimus ge
minos.] Quales etiam fuerunt Procles & Cyreſteus La
cedæmoniorum reges. Cicero ſecũdo De diuinatione.
e Diuerſis alimentis & exercitationibus.] Hanc eſſe
dicit Ptolemæus primo τῶν ἀποτελεσμάτων, unam ex cauſis Horoſcopus
cur iudicare nequeat de partu aſtrologus. f Quam
horoſcopum.] Eſt ὡροσκοπεῖον horæ inſpectio: eſtcꝫ ea pars
ſigniferi, quæ ſupra noſtrum hemiſperium aſcendit, cũ
B quid contingit. Vertitur enim perpetuo zodiacus ille
circulus, ſempercꝫ aliqua eius portio nobis oritur, con
traria occidit: aliæ alias cœli plagas, regiõescꝫ obtinẽt.
g Quæ in nullis poſſunt geminis.] Quintilianus in
geminis languentibus: Nihil in rebus humanis uoluit
eſſe natura tam ſimile, quod non aliqua proprietate ſe
cerneret. Quid refert an ex eiſdem prima illa duorũ cor
porum animorumcꝫ compago ſeminibus oriatur? Sibi
quiſcꝫ firmatur, ſibi quiſcꝫ cõponitur, & duo pluresue
fratres naſcuntur fato ſingulorum. h Parentes di
uerſos.] Cur non ſint riui idem, cum ſit fons idem?

De argumento quod ex rota figuli Nigidius Mathematicus aſſumpſit, in quæſtione geminorum. Cap. III

RVSTRA itaqꝫ affertur nobile il
lud cõmentũ de figuli rota, [a] quod
F reſpondiſſe ferunt Nigidium hac
quæſtione turbatum, [b] unde & figu
lus appellatus eſt. Dũ enim rotam
figuli ui quanta potuit intorſiſſet, currẽte illa bis
numero de atramento tanquam uno eius loco
ſumma celeritate percuſsit: deinde inuenta ſunt
ſigna, quæ fixerat deſiſtente motu, non paruo
interuallo in rotæ illius extremitate diſtantia.
[b] Sic, inquit, in tãta cœli rapacitate, etiam ſi alter
poſt alterum tanta celeritate naſcatur, quãta ro
tam bis ipſe percuſsi, in cœli ſpatio plurimũ eſt.
Hinc ſunt, inquit, quæcunqꝫ diſsimillima perhi
bentur in moribus, caſibuscꝫ geminorũ. [c] Hoc
figmentum fragilius eſt, quàm uaſa quæ illa ro
tatione finguntur. Nam ſi tam multum in cœ
lo intereſt, quod conſtellationibus comprehen
di non poteſt, ut alteri geminorum hæreditas
obueniat, alteri nõ obueniat: cur audent cæte
ris, qui gemini nõ ſunt, cum inſpexerint eorum
conſtellationes talia pronunciare, quæ ad illud
ſecretum pertinent, quod nemo poteſt compre
hendere, & momentis annotare naſcentiũ? Si
autem propterea talia dicunt in aliorum genitu
ris: quia hæc ad productiora ſpatia temporum
pertinent:

pertinent: momenta uero illa partium minuta A
rum, quæ inter ſe gemini poſſunt habere naſcẽ
tes, rebus minimis tribuuntur, de qualibus Ma
thematici non ſolent conſuli. Quis enim conſu
lat quando ſedeat, quando deambulet, quãdo,
uel quid prandeat? nunquid iſta dicimus, quã
do, in moribus, operibus, caſibuscꝫ geminorũ
plurima, plurimumcꝫ diuerſa monſtramus?

L. VIVES

Nigidius Figulus
a QVod reſpondiſſe ferunt Nigidium.] P. Nigidius
Figulus honeſtiſſ. familia natus ad prætura uſcꝫ
peruenit, ſummo uir ingenio: cum aliarum diſci
plinarũ callentiſsimus fuit, ita ut cum M. Varrone, cu
ius propemodum æqualis erat, conferretur, tum uero
maxime Matheſeos. in philoſophia Pythagoricos æmu B
labatur. Meminit eius plerunque Cicero. Suetonius in
Auguſto narrat Nigidium cõperta hora genituræ Octa
uij prænũciaſſe dominũ terrarum orbi genitũ. Lucan.
lib. primo:

At Figulus cui cura deos ſecretaqꝫ cœli
Noſſe fuit, quem non ſtellarum Aegyptia Memphis
Aequaret uiſu, numerisqꝫ mouentibus aſtra.

b Vnde & Figulus appellatus eſt.] Hic fuit Figulus
gente Nigidiorum: nam fuerunt & alij Figuli honoratio
re gente, nempe Martia, quorum unus fuit cos. cum
L. Iulio Cæſare, duobus annis ante Ciceronem cos.
Fuit & alius cos. cum Naſica, ſed abrogatus magiſtra
tu, quia creatus aduerſis auſpicijs. c Sic, inquit, in
tanta cœli rapacitate.] Quintilianus in geminis langue
tibus: Quantum putas interfuiſſe temporis, dum pri
mum uteri pondus egeritur: dum parumper exonera
ta uitalia altero rurſus homine laxantur. Breue fortaſ
ſis exiguumcꝫ uideatur mortalibus oculis: ſed ſi mente C
perſpicere uelis orbis huius uaſtitatem, ſcies multum
eſſe, quod inter duas tranſcurrit animas. d Hoc fig
mentum fragilius eſt.] Hoc unicum Nigidij reſpõſum,
quod Mathematicis omnibus ſubtiliſsimum eſt uiſum,
omnia Genethliacorum ſcita, placita, promiſſa euertit.
ſi enim tam breui temporis momento mutãtur omnia,
ut non diuerſa modo, ſed aduerſa quocꝫ fiant, quis un
quam de nato puero poterit aliquid prædicere, cũ mo
mentũ illud, uel quo conceptus, uel quo natus eſt, nemi
ni poſsit eſſe certum. Itaqꝫ etiam ſi detur multũ in nos
uiriũ poteſtatiscꝫ habere ſydera, tamen illud quicquid
eſſet, hominibus incomprehenſibile eſſet: cum momen
ta in quibus aſtrorũ poſitus neceſſe eſt collocare, certo
deprehẽdi nõ poſsint, & ſyderum incitatiſsimus curſus
tarditatem noſtræ cõſiderationis anteuertat. Hoc argu Iulius firmicus
mentum cum contra ſe ſuamqꝫ artem Iulius Firmicus
propoſuiſſet, homo nugatoriæ loquacitatis, pollicitus D
ſe ſoluturum, poſtquam ſatis in locis ſe communibus ia
ctaſſet, ſolo ſilentio diſſoluiſſe ſibi uiſus eſt, arbitratus
ſuffuſum ob oculos mentemqꝫ lectoris tornata ſua dic
tione puluerem, inductamqꝫ aduerſarij argumẽti obli
uionem, ſed nec ipſe, nec quiſquam Chaldæorum ab eo
ſeſe explicabit. Irretit ſe diuus Thomas ſimilib. minu
tijs, & temporis, & loci. opuſculo nãcꝫ quod De fato in
ſcripſit, propterea eſſe geminis uaria ingenia dicit, cꝫ in
locis maternis non eodem momento totum ſemen reci
pitur. Tum etiam centrum cordium amborum gemi
norum, cum non ſit idem, ſed uaria uariiſqꝫ in locis eſſe
quocꝫ orizontes uarios neceſſum eſt. Primum quantu
la eſt illa mora partium ſeminis? quantulũ illud interſti
tium cordium? ut ea res totã naturam hominũ mutet.
Ergo non ſatis erit ad Mathematicum attuliſſe natũ eſſe
aliquẽ Valentiæ, uel Lutetiæ: ſed in quo uico, in quo cu
biculo, in qua cubiculi parte. Verũ hiſce de rebus alio

in opere diſputabo fuſius: doceboqꝫ homines nihil ſpec
nihil fidei uanis iſtis & ſupſtitioſis adhibere rebus, ſed
totos ab uno deo ſeruatoréque noſtro Chriſto Ieſu pen
dere: in illo ſolo ſita eſſe fata omniũ, ab illo ſole petẽda.

De Eſau & Iacob geminis multũ in ter ſe morum & actionũ qualitate diſ paribus. Cap. IIII

[a] ATI ſunt duo gemini antiqua pa
trum memoria, ut de inſignibus lo
N quar, ſic alter poſt alterum ut poſte
rior plantam prioris tenceret. Tanta
in eorum uita fuerũt moribuscꝫ di
uerſa, tanta in actibus diſparilitas, tanta in pa
rentum amore diſsimilitudo, ut etiam inimicos
eos inter ſe faceret ipſa diſtantia. Nunquid hoc
dicitur, quia uno ambulante, alius ſedebat: & a
lio dormiente, alius uigilabat: alio loquẽte, alius
tacebat: quæ pertinẽt ad illas minutias, quæ nõ
poſſunt ab eis comprehendi, qui conſtitutionẽ
ſyderum, qua quiſcꝫ naſcitur, ſcribũt, unde Ma
thematici conſulantur? [b] Vnus duxit mercena
riam ſeruitutem, alius non ſeruiuit: unus à ma
tre diligebatur, alius non diligebatur: unus ho
norem, qui magnus apud eos habebatur, ami
ſit, alter adeptus eſt. Quid de uxoribus, quid
de filijs, quid de rebus, quanta diuerſitas?

L. VIVES

a NAti ſunt duo.] Eſau & Iacob ex Iſaac & Rebec
ca, Geñ. xxv. b Vnus duxit.] Iacob Laban
ſocero ſeruiuit propter Rachel. erat & Rebeccæ
matri chariſsimus, præripuitcꝫ fratri Eſau benedictio
nem, qua nihil erat uel honorificentius eo tempore,
uel utilius.

Quibus modis conuincantur Ma thematici uanam ſcientiam profiteri. Caput V

I ergo hæc ad illas pertinent minu
tias temporum, quæ inter ſe habẽt
S gemini, & conſtellationibus non a
ſcribuntur, quare aliorum conſtella
tionibus inſpectis iſta dicuntur? Si
autem ideo dicuntur, quia non ad minuta incõ
prehenſibilia, ſed ad temporũ ſpatia pertinent,
quæ obſeruari notaricꝫ poſſunt: quid hic agit
rota illa luti figuli, niſi ut homines luteũ cor ha
bentes in gyrũ mittantur, ne Mathematicorũ
uaniloquia cõuincantur? Quid deniqꝫ idem ip
ſi, quorum morbũ quod eodẽ tẽpore grauior le
uiorcꝫ apparebat amborũ, medicinaliter inſpi
ciẽs Hippocrates, geminos ſuſpicatus eſt? Nõn
ne ſatis iſtos redarguũt, qui uolũt ſyderibus da

re

re,quod de corporum ſimili temperatione ue/
niebat? Cur enim ſimiliter eodemq́ tempore
non alter prior,alter poſterior ægrotabant,ſi/
cut nati fuerant:quia utiq́ ſimul naſci ambo nõ
poterant? Aut ſi nihil momenti attulit,ut diuer
ſis temporibus ægrotarent,quòd diuerſis tem/
poribus nati ſunt:quare tempus in naſcẽdo di/
uerſum ad aliarũ rerum diuerſitates ualere con/
tendunt? Cur potuerũt diuerſis temporibus pe
regrinari, diuerſis temporibus ducere uxores,
diuerſis temporibus filios procreare: & multa
alia,propterea quia diuerſis tẽporib. nati ſunt,
& non potuerũt eadẽ cauſa diuerſis etiã tẽpori
busęgrotare? Si enim diſpar naſcẽdi mora mu
tauit horoſcopũ, & diſparilitatẽ intulit cæteris
rebus,cur illud in ægritudinibus manſit, quod
habebat in tẽporis æqualitate conceptus? Aut
ſi fata ualetudinis in conceptu ſunt,aliarũ uero
rerum in ortu eſſe dicuntur,nõ deberent inſpe/
ctis natalium cõſtellationibus de ualetudine a/
liquid dicere,quando eis inſpicienda conceptio
nalis hora non datur. Si autem ideo prænun/
ciant ægritudines, non inſpecto conceptionis
horoſcopo:quia indicant eas momenta naſcen
tium,quomodo dicerent cuilibet eorum gemi/
norum ex natiuitatis hora, quando ægrotatu/
rus eſſet,cum & alter qui non habebat eandem
horam natiuitatis neceſſe haberet pariter ægro
tare? Deinde quæro,ſi tanta diſtantia eſt tem/
poris in natiuitate geminorũ,ut per hanc opor
teat eis conſtellationes fieri diuerſas, propter di
uerſum horoſcopum:[a] & ob hoc diuerſos om/
nes cardines, ubi tanta uis ponitur, ut hinc eti/
am diuerſa ſint fata: unde hoc accidere potuit,
cum eorum conceptus diuerſum tempus habe/
re non poſſit? Aut ſi duorum uno momento
temporis conceptorũ potuerunt eſſe ad naſcen
dum fata diſparia,cur non & duorum uno mo/
mento temporis natorũ poſſint eſſe ad uiuen/
dum atq́ moriendũ fata diſparia? Nam ſi unũ
momentũ quo ambo cõcepti ſunt non impedi/
uit,ut alter prior,alter poſterior naſceretur: cur
uno momẽto ſi duo naſcũtur,impediat aliquid,
ut alter prior,alter poſterior moriatur? Si cõcep
tio momẽti unius diuerſos caſus in utero gemi/
nos habere permittit:cur natiuitas momenti u/
nius nõ etiam quoslibet duos in terra diuerſos
caſus habere permittat? Ac ut omnia huius ar/
tis uel potius uanitatis cõmenta tollantur, quid
eſt hoc quod uno tempore,uno momento,ſub

A una eademq́ cœli poſitione cõcepti diuerſa ha
bent fata,quæ illos perducant ad diuerſarũ ho/
rarum natiuitatem: & uno momento temporis
ſub una eademq́ cœli poſitiõe,de duabus ma/
tribus duo pariter nati,diuerſa fata habere non
poſſunt,quæ illos perducant ad diuerſam uiuẽ/
di uel moriendi neceſsitatem? An cõcepti non/
dum habent fata,quæ niſi naſcãtur, habere nõ
potuerunt? Quid eſt ergo quod dicunt,ſi hora
cõceptionalis inueniatur,multa ab iſtis dici poſ
ſe diuinitus? Vnde etiam illud à nonnullis præ/
dicatur,quod quidam ſapiẽs horam elegit, qua
B cum uxore concũberet,unde filium mirabilem
gigneret. Vnde poſtremo & hoc eſt,quod de
illis pariter ægrotantibus geminis Poſsidonius
magnus aſtrologus,idẽq́ philoſophus reſpon
debat:ideo fieri quod eodem tempore fuiſſent
nati,eodemq́ cõcepti? Nam utiq́ propter hoc
addebat conceptionem,ne diceretur ei non ad
liquidum eodem tempore potuiſſe naſci, quos
conſtabat omnino eodem tempore fuiſſe con/
ceptos:ut hoc quod ſimiliter ſimulq́ ægrota/
bant,non daret de proximo pari corporis tem
peramento,ſed eandem quoq́ ualetudinis pa/
ritatem ſydereis nexibus alligaret. Si igitur in
C cõceptu tanta uis eſt ad æqualitatem fatorum,
non debuerunt naſcendo eadem fata mutari.
Aut ſi propterea mutantur fata geminorum,
quia temporibus diuerſis naſcuntur,cur nõ po
tius intelligamus iam fuiſſe mutata, ut diuerſis
temporibus naſcerentur. Itáne non mutat fata
natiuitatis uoluntas uiuentium,cum mutet fata
conceptionis ordo naſcentium?

L. VIVES

a ET ob hoc diuerſos omnes cardines.] Cardines aſtrologi ponunt in genituris præcipuos quatu/ *Cardines cæli*
or: Horoſcopum, quod eſt oriens ſignum, aduer
ſum huic occidens, quod ab horoſcopo diſtat partibus
D ſeu gradibus clxxx. per diametrum: Meſuranium, ſiue
medium cœli:inter horoſcopum & occaſum: Medium
huic aduerſum imum cœlum, Græce ſic: ἀνατολὴ, δύσις
μεσουρανία, ὑπόγειον. Adduntur & quatuor alij cardines in
ſecũdo vi. viij. xij. ab horoſcopo ſignis, qui cardines ſi/
gnificant deum, deam, bonam fortunam, & bonum dæ
monem, Græce θεὸν, θεὰν, ἀγαθὸν τύχην, ἀγαθοδαίμονα. Cardi/
nes nihil aliud ſunt, quàm cœleſtia ſigna, quæ ad iudi/
candum ſpectãtur, quorum primus eſt horoſcopus: ab
illo cæteri numerantur. Cardo horoſcopi eſt uitæ, ſecũ
dus pecuniæ uel ſpei, tertius fratrum, quartus paren/
tum, quintus filiorum, ſextus ualetudinis, ſeptimus cõ
iugis, octauus mortis. Hæc ex nugis Materni Manilius
lib. ij. diuerſa tradit. Sed quantum ad rem attinet, de
cardinibus ſatis eſt dictum.

De geminis diſparis ſexus. Cap. VI

VANQVAM & in ipſis geminorũ
cõceptibus,ubi certe amborũ eadẽ
momenta ſunt temporum, ſæpe fit,
ut ſub eadem cõſtellatione fatali al
ter concipiatur maſculus, altera fœ
mina. Nouimus geminos diuerſi ſexus: ambo
adhuc uiuunt,ambo ætate uigent adhuc. Quo/
rum cum,ſint inter ſe ſimiles corporum ſpecies,
quantum in diuerſo ſexu poteſt:inſtituto tamẽ
& propoſito uitæ ita ſunt diſpares,ut præter a/
ctus quos neceſſe eſt à uirilibus diſtare fœmi/
neos,ille [a] in officio comitis militat, & à ſua do/
B mo penè ſemper peregrinatur: illa de ſolo pa/
trio,et de rure proprio nõ recedit. Inſuperquod
eſt incredibilius,ſi aſtralia fata credantur:nõ au
tem mirũ ſi uoluntates hominũ & dei munera
cogitentur. Ille cõiugatus,illa uirgo ſacra eſt: il/
le numeroſam prolẽ genuit,illa nec nupſit. At
enim plurimũ uis horoſcopi ualet. Hoc cẽ nihil
ſit,iã ſatis diſſerui. Sed qualecũq́ ſit,in ortu ua/
lere dicunt. Nũquid & in cõceptu,ubi & unum
concubitũ eſſe manifeſtũ eſt. [b] Et tãta naturę uis
eſt,ut cũ cõceperit fœmina,deinde alterũ conci
pere omnino nõ poſsit. Vnde neceſſe eſt, eadẽ
eſſe in geminis momenta conceptus. An forte C
quia diuerſo horoſcopo nati ſunt,aut ille in ma
ſculum dum naſcerẽtur,aut illa in fœminã com
mutata eſt? Cũ igitur non uſqq́uaq́ abſurde
dici poſsit ad ſolas corporum differentias affla
tus quoſdã ualere ſydereos,ſicut in ſolaribus ac
ceſsibus & deceſsibus uidemus etiã ipſius anni
tẽpora uariari, & lunaribus incremẽtis atq́ de/
cremẽtis augeri,& minui quędam genera rerũ:
ſicut echinos,& cõchas, [c] & mirabiles æſtus O/
ceani:nõ autẽ & animi uoluntates poſitionibus
ſyderum ſubdi:nũc iſti cum etiã noſtros actus
inde religare conãtur,admonẽt,ut quæramus:
unde nec in ipſis quidẽ corporibus eis poſsit ra D
tio iſta cõſtare. [d] Quid enim tam ad corpus per
tinens,cẽ corporis ſexus? Et tamen ſub eadem
poſitione ſyderũ diuerſi ſexus gemini cõcipi po
tuerunt. Vnde quid inſipiẽtius dici aut credi po
teſt,quàm ſyderum poſitionem, quæ ad horã
conceptionis eadem ambobus fuit, facere non
potuiſſe,ut cum quo habebat eandem conſtel/
lationem,ſexum diuerſum à fratre nõ haberet:
& poſitionem ſyderum,quæ fuit ad horam na
ſcentium facere potuiſſe,ut ab eo tam multum
uirginali ſanctitate diſtaret?

L. VIVES

a IN officio comitis.] Comitis nomen, quæ eſt digni/ *Comes*
tas, inauditum eſt priſcis, à recentibus inuentum.
Marcellinus Ammianus meminit lib. xuij. Nebri/
dij comitis Orientis, & Gerontij comitis Mogantianæ
partis, & lib. xvi. Vrſuli comitis largitionũ, & lib. xxi.
Philagrij comitis Orientis. Haud facile dixerim an iſti
comites ſint, quos Græci dicunt ἀνακτόβους: qui hærebant
perpetuo in comitatu principis. b Et tanta naturæ *Animalia ſu/*
uis eſt.] Ex animalibus lepus, & daſypus ſoli ſuperfœ/ *perfœtantia*
tant, ut Ariſtoteles & Plinius perhibẽt, ita ut concepto
uno fœtu & in utero adhuc exiſtente, alter concipiatur.
In muliere, inquit Ariſtoteles lib. Hiſt. animalium vij.
raro contingit ut ſuperfœtet: ſed contigit tamen, & uita
les naſcuntur, cum paululum temporis inter duos con
ceptus interceſsit, quomodo Herculẽ & Iphiclum pro/
creatos eſſe fabulantur. Fuit & adultera, quæ alterũ ma
rito, alterum adultero ſimilem eodem partu ædiderit.
Hæc & alia ibidẽ Ariſtot. & Plin. lib. vij. quæ ſunt rara
exempla. Et ſi quis uellet contendere, cogi nõ poſſet, ut
ſuperfœtatione cõfiteretur illos fœtus eſſe generatos, ta
metſi non ignoro Eraſiſtratum nobilem arte medica di
cere, geminos omnes ſuperfœtatione gigni, multos ge/
minos eodem modo quidam Stoicorum ſunt autores.
Hippon uero & Empedocles uno coitu multitudine ſe/
minis prouenire geminos exiſtimant, Aſclepiades ſe/ *Oceani æſtus*
minis non abũdantiæ, ſed ui ac uirtuti id tribuit. c Et
mirabiles æſtus Oceani.] Bene mirabiles, quorum ne/
mo adhuc ueram cauſam ad liquidum deprehẽdit, ſiue
gemini diurni incremẽti, ſiue gemini mẽſtrui, quas nau
tæ aquas uiuas uocãt plena luna & in coitu. d Quid
enim tam ad corpus pertinens.] Reliqua enim in omni
genere animaliũ uir & fœmina congruũt, præter quàm
ratione illa generandi, in qua eſt ſexus: ut uir ſit, qui in
alio poſsit ex ſe generare, fœmina uero, quæ ex alio in
ſe: ideo uerſas in uiros fœminas produnt multi.

De electione diei, quo uxor ducitur, quóue in agro aliquid plantatur aut ſeritur. Cap. VII

[a] AM illud quis ferat, quod in eligen
dis diebus noua quædam ſuis acti/
I bus fata moliuntur? Non erat uide/
licet ille ita natus, ut haberet admira
bilem filium, ſed ita potius, ut con/
temptibilem gigneret: & ideo uir doctus elegit
horam qua miſceretur uxori. Fecit ergo fatum
quod non habebat, & ex ipſius fato cœpit eſſe
fatale, quod in eius natiuitate nõ fuerat. O ſtul/
titiam ſingularem, eligitur diesut ducatur uxor.
Credo propterea, quia poteſt in diem non bo/
num, niſi eligatur incurri, & infeliciter duci. [b] V/
bi eſt ergo quod naſcenti iam ſydera decreue/
runt? An poteſt homo quod ei iam conſtitutũ
eſt diei electione mutare: & quod ipſe in eligen
do die conſtituerit, non poterit ab alia poteſta/
te mutari? Deinde ſi ſoli homines, non autem
omnia quæ ſub cœlo ſunt cõſtellationibus ſub/
iacent, [c] cur alios eligũt dies accommodatos po/
nẽdis uitibus uel arboribus, uel ſegetibus: alios

dies pecoribus, uel domandis, uel admittendis maribus, quibus equarum uel boum fœtentur armenta, & cætera huiusmodi? Si autem propterea ualent ad has res dies electi, quia terrenis omnibus corporibus, siue animantibus, siue nõ animantibus, secundũ diuersitates temporaliũ momentorum, & syderũ positio dominatur: cõsiderent quàm innumerabilia sub uno tẽporis puncto uel nascantur, uel oriantur, uel inchoentur: & tam diuersos exitus habeant, ut istas obseruatiões cuiuis puero ridendas esse persuadeãt. Quis enim est tam excors, ut audeat dicere, omnes arbores, omnes herbas, omnes bestias, serpentes, aues, pisces, uermiculos momẽta nascendi singillatim habere diuersa? Solent tamen homines ad tentandam peritiam Mathematicorum afferre ad eos constellationes mutorũ animalium, quorũ ortus propter hanc explorationem domi suæ diligenter obseruãt, eosq; Mathematicos præferunt cæteris, qui constellationibus inspectis dicũt non esse hominem natũ, sed pecus. Audent etiã dicere quale pecus, utrũ aptum lanicio, an uectatiõi, an aratro, an custodiæ domus. Nam & ad canina fata tentãtur, & cum magnis admirantium clamoribus ista respondent. Sic desipiunt homines, ut existiment cum homo nascitur, cæteros rerum ortus ita inhiberi, ut cũ illo sub eadem cœli plaga nec musca nascatur. Nam si hanc admiserint, procedit ratiocinatio, quæ gradatim accessibus modicis eos à muscis ad camelos elephantosq; perducat. Nec illud uolunt aduertere, quod electo ad seminãdum agrum die, tam multa grana in terram simul ueniunt, simul germinãt, exorta segete simul herbescunt, pubescunt, flauescunt, & tamen inde spicas cæteris coæuas, atq;, ut ita dixerim, congerminales alias rubigo interimit, alias aues depopulantur, alias homines auellunt? Quomodo istis alias cõstellationes fuisse dicturi sunt, quas tam diuersos exitus habere conspiciunt? An eos pœnitebit his rebus dies eligere, easq; ad cœleste negabũt pertinere decretũ, & solos syderibus subdent homines, quibus solis in terra deus dedit liberas uoluntates? His omnibus cõsideratis, non immerito creditur, [d] cum astrologi mirabiliter multa uera respõdent, [e] occulto instinctu fieri spirituum non bonorum, quorum cura est has falsas & noxias opiniones de astralibus fatis inserere humanis mentibus, atque firmare, non horoscopi notati & inspecti aliqua arte, quæ nulla est.

L. VIVES

a Iam illud quis ferat.] Scribunt De electionibus astrologi, sicut Haly, Abenragel, & Messalach lib. in id dicato. Haly interpres Ptolemæi, ut scribit Io. Picus, friuolam esse atq; inefficacem hanc partem astrologiæ asserit. b Vbi est ergo quod nascenti.] Si ad id quod aggrederis aduersam habes natalem constitutionem, nihil proderit auspicatio, ex sentẽtia Ptolemæi. Picus aduersus astrologos lib. ij. De hac re paulo plura, tametsi summam argumentorum August. hic attingit. c Cur alios eligunt dies.] Vetustiss. omnium Hesiodus ἐν ἡμέραις, dies lunæ anniq; operibus rusticis faciendis distinxit. Hũc secuti sunt Græci & Latini barbariq; scriptores agricolationum: Democritus & hunc æmulatus Vergilius, Cato senior, Varro, Columella, Palladius, Plinius. d Quũ astrologi mirabiliter multa.] Necesse est aliquando collimet, qui frequenter iaculatur: falsa Mathematicorum responsa pauci recordantur, uera celebrantur pro admirabilibus. e Et occulto instinctu.] Idem Aug. ij. super Genesim, ad literam, & ij. De doctrina Christiana. Sũt, inquit, hæc astrorum indicia ex pactis cum dæmonibus, & instinctu eorũ occultis. quem nescientes humanæ mentes patiuntur. Illeq; est fortunatior in prædicendo, qui fauentiorem habet dæmonem, magisq; propicium.

Hesiodus

Rei rusticæ scriptores

De his qui nõ astrorum positionem, sed connexionem causarum ex dei uoluntate pẽdentem fati nomine appellant. Cap. VIII

QVI uero non astrorum constitutionem, sicuti est cum quidq; concipitur uel nascitur uel inchoatur, [a] sed omnium connexionẽ seriemq; causarũ, qua fit omne quod fit, fati nomine appellant: non multum cum eis de uerbi controuersia laborandum atq; certandum est: quandoquidẽ ipsum causarum ordinẽ & quandam connexionẽ dei summi tribuũt uoluntati & potestati, qui optime & ueracissime creditur & cuncta scire antequam fiant, & nihil inordinatũ relinquere: à quo sunt omnes potestates, quamuis ab illo non sint omnium uoluntates. Ipsam itaque prçcipue dei summi uoluntatem, cuius potestas insuperabiliter per cuncta porrigitur, eos appellare fatum sic probatur. [b] Annei Senecæ sunt, nisi fallor, hi uersus:

Duc me summe pater, alti dominator olympi,
Quocunq; placuerit, nulla parendi mora est.
Assum impiger, fac nolle, comitabor gemens:
Malusq; patiar facere quod licuit bono.
Ducunt uolentem fata, nolentem trahunt.

Nempe euidentissime hoc ultimo uersu, ea fata appellauit, quã supra dixerat summi patris uoluntatẽ. Cui se paratum obedire dicit, ut uolens ducatur, ne nolens trahatur: quoniã scilicet ducunt uolentem fata, nolenten trahũt. [c] Illi quoq; uersus Homerici, huic sententiæ suffragantur, quos Cicero in Latinũ uertit: Tales sunt hominum mentes, qualis pater ipse Iuppiter auctiferas lustrauit lumine terras. Nec in hac quæstione autoritatẽ haberet poetica sentẽtia. Sed quoniam Stoicos dicit, uim fati asserentes, istos ex Homero uersus solere usurpare, nõ de illius poetæ, sed de istorum philosophorũ opinione tractatur, cum per istos uersus quos disputationi adhibent, quam de fato habent, quid sentiant esse fatum apertissime declaratur, quoniam Iouem appellant, quem summum deum putant, à quo connexionẽ dicunt pendẽre fatorum.

L. VIVES

Fatum quid Stoicis

a Sed omnium connexionem, seriemq; causarum.] Cicer. i. De diuinat. ex sententia Stoicorum: fieri igitur omnia fato ratio cogit fateri. Fatum autem id appello, quod Græci εἱμαρμένην, id est ordinẽ seriemq; causarum, cum causa causam ex se signat. Ea est ex omni æternitate fluens ueritas sempiterna. Chrysippus apud Gel. fatum dicit esse φυσικὴν σύνταξιν τῶν ὅλων ἐξ ἀϊδίου τῶν ἑτέρων τοῖς ἑτέροις ἐπακολουθούντων, καὶ ἀμεταβολουμένων οὔσης τῆς τοιαύτης συμπλοκῆς, id est Naturalem compositionem rerũ omnium iam inde ab æternitate aliarum ex alijs nascentiũ, esseq; immutabilium eiusmodi complicationẽ. b Annei Senecæ.] Lib. epistolarũ xviij. uersus sunt ex Cleanthe Stoico, Latini facti à Seneca: senarij omnes, sed primus parũ correcte legitur uulgo. Ratio uersus melius constaret, si sic diceretur:

Duc me parens, celsiq; dominator poli.

In exemplari Coloniensi est: Duc summe pater, altiq; dominator poli. non omnino male. In duobus paribus locis primis sunt tribrachi: quos recipit hoc genus carminis etiam exactius, nedum illud licentiosum comicum aut tragicum. Idem Seneca libro iiij. De beneficijs, de deo loquens, Hunc eundem & fatum si dixeris, non errabis. Nanq; fatum nihil aliud est, quàm series implexa causarum. ille est prima omnium causa, ex quã cætera pendent. Eadem est communis omniũ Stoicorum sententia, ut unum deum esse dicerent, ipsumq; & mẽtem, & fatum, & Iouẽ nominari, alijsq; nominibus permultis. Ita de fato quatuor sunt ueterum sententiæ, quas Io. Picus recenset lib. contra Astrologos iiij. ut alij fatum esse naturã dicant, ut quæ electionis sint, uel casus, extra fatum sint. quemadmodum Vergil. ait Didonem quæ se occideret non mori fato. Et Cic. i. Antoniana: Si quid mihi humanitus accidisset, multa enim impendere uidebãtur præter naturam etiam præterq; fatum. Hæc opinio est physica, eamq; Alexander est secutus Aristotelis interpres. Altera ponit æternam seriem causarum necessario nexarum: ut diximus. Tertia sydera facit fata. Quarta diuini consilij executionem fatum uocat. c Illi quoq; uersus Homeri.] Odyssea τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε, θεῶν τε. Verba sunt Vlyssis ad Phemium affirmantis mentes hominũ mutari subinde, nec ipsas cõstare sibi, esseq; singulis diebus, quales eo ipso die uult illas esse Iuppiter deorum atq; hominum parens. Latinus uersus posterior non expressit Homeri sensum, nisi sit mendum, quod suspicor.

De præscientia dei & libera hominis uoluntate contra Ciceronis definitionem. Cap. IX

HOS Cicero ita redarguere conatur, ut non existimet aliquid se aduersus eos ualere, nisi auferat diuinationem. Quam sic conatur auferre, ut neget esse sciẽtiam futurorũ, eamq; omnibus uiribus nullam esse omnino contendat, [a] uel in deo uel in homine, nullamq; rerum prædictionẽ. Ita & dei præscientiam negat, & omnem prophetiam luce clariorem conatur euertere, uanis argumentationibus, & opponendo sibi quædam oracula, quæ facile possunt refelli: quę tamen nec ipse conuincit: In his autem mathematicorum coniecturis refutãdis eius regnat oratio, quia uere tales sunt, ut se ipsæ destruant & refellant. Multo sunt autem tolerabiliores, [b] qui uel syderea fata constituunt, quàm iste, qui tollit præscientiam futurorum. Nam & confiteri esse deum, & negare præscium futurorũ, apertissima insania est. Quod & ipse cum uideret, etiam illud tentauit asserere, quod scriptum est, Dixit insipiens in corde suo, non est deus: sed non ex sua persona. Vidit enim quàm esset inuidiosum & molestum, ideoq; Cottam fecit disputantem de hac re aduersum Stoicos in libris De deorum nat. [c] & pro Lucilio Balbo, cui Stoicorum partes defendẽdas dedit, maluit ferre sententiam, quàm pro Cotta, qui nullam naturã diuinam esse cõtendit. In libris uero De diuin. [d] ex seipso apertissime oppugnat præscientiam futurorum. Hoc autem totum facere uidetur, ne fatum esse consentiat, & perdat liberam uoluntatem. Putat enim cõcessa scientia futurorũ, ita esse consequens fatũ, ut negari omnino non possit. Sed quoquo modo se habeãt tortuosissimæ concertationes & disputationes philosophorum: nos ut cõfitemur summum & uerum deum, ita uoluntatem summamq; potestatẽ ac prçscientiam eius confitemur. Nec timemus ne ideo uoluntate non faciamus, quod uoluntate facimus: quia id nos facturos ille præsciuit, cuius præscientia falli non potest. Quod Cicero timuit, ut oppugnaret præscientiam: [c] & Stoici, ut non omnia necessitate fieri dicerent, quãuis omnia fato fieri contenderent. Quid est ergo quod Cicero timuit in præscientia futurorum, ut eam labefactare disputatione detestabili niteretur? Videlicet quia si præscita sunt omnia fu

tura,hoc ordine uenient,quo uentura esse præ-
scita sunt.Et si hoc ordine uenient,certus est or-
do rerum præscienti deo:& si certus est ordo re
rum,certus est ordo causarum. Non enim ali-
quid fieri potest quod non aliqua efficiens cau-
sa præcesserit.Si autẽ certus est ordo causarum,
quo fit omne quod fit:fato,inquit,fiunt omnia
quæ fiunt. Quod si ita est,nihil est in nostra po
testate,nullumq; est arbitriũ uoluntatis.Quod
si concedimus,inquit,omnis humana uita sub-
uertitur:frustra leges dantur: frustra obiurga-
tiones,laudes,uituperationes,exhortatiões ad-
hibentur:neq; ulla iustitia bonis præmia,& ma
lis supplicia constituta sunt. Hæc ergo ne conse
quantur indigna, & absurda, & pernicioſa re-
bus humanis,non uult esse præscientiam futu-
rorum:atq; in has angustias Cicero coarctat a-
nimum religiosum,ut unũ eligat è duobus: aut
esse aliquid in nostra uoluntate,aut esse præsci-
entiam futurorum: quoniam utrunq; arbitra-
tur esse non posse,sed si alterum confirmatur,al
terum tollit:si elegerimus præscientiam futuro-
rum, tolli uoluntatis arbitrium: si elegerimus
uoluntatis arbitrium,tolli præscientiam futuro
rum.Ipse itaq; ut uir magnus & doctus,& uitę
humanæ plurimum ac peritissime cõsulens, ex
his duobus elegit liberũ uoluntatis arbitrium.
Quod ut cõfirmaretur,negauit præscientiã fu-
turorũ:atq; ita dum uult facere liberos, facit sa-
crilegos.Religiosus autẽ animus utrunq; eligit,
utrunq; confitetur, & fide pietatis utrunq; con
firmat.Quomodo,inquit.Nam si est præscien-
tia futurorum,sequuntur illa omnia,quæ cõne-
xa sunt, donec eo perueniatur,ut nihil sit in no-
stra uoluntate.Porrò si est aliquid in nostra uo
lũtate,eisdem recursis gradibus eo peruenitur,
ut non sit præscientia futurorum. Nam per illa
omnia sic recurritur.Si est uolũtatis arbitrium,
non omnia fato fiunt.Si non omnia fato fiunt,
non est omnium certus ordo causarum.Si cer-
tus causarum ordo non est:nec rerum certus est
ordo præscienti deo,quæ fieri non possunt,nisi
præcedentibus & efficientibus causis.Si rerum
ordo præscienti deo certus non est,non omnia
sic ueniunt,ut ea uentura præsciuit. Porrò si nõ
omnia sic eueniunt,ut ab illo uentura præsci-
ta sunt: non est,inquit,in deo præscientia om-
nium futurorum.Nos aduersus istos sacrilegos
ausus atq; impios, & deũ dicimus omnia scire,
antequ fiant: & uolũtate nos facere, quicquid à

A nobis nõ nisi uolẽtib.fieri sentimus, & nouim⁹.
Omnia uero fato fieri nõ dicimus,imò nulla fie
ri fato dicimus:quoniã fati nomẽ ubi solet à lo-
quẽtibus poni,id est in cõstitutione syderũ,qua
quisq; conceptus aut natus est: quoniam res ip
sa inaniter asseritur, nihil ualere monstramus.
Ordinem autem causarũ ubi uoluntas dei plu-
rimum potest,neq; negamus,neq; fati uocabu
lo nuncupamus,[f] nisi forte ut fatum à fando di
ctum intelligamus,id est à loquendo: nõ enim
abnuere possumus esse scriptũ in literis sanctis,
Semel locutus est deus,duo hæc audiui:quoni-
B am potestas est dei:& tibi domine misericordia
quia tu reddes unicuiq; secundum opera eius.
Quod enim dictũ est, semel locutus est:intelli-
gitur immobiliter,hoc est incõmutabiliter est lo
cutus,sicut nouit incõmutabiliter omnia quę fu
tura sunt,& quę ipse facturus est. Hac itaq; ra-
tione possemus à fando fatũ appellare,nisi hoc
nomen iam in alia re soleret intelligi,quo corda
hominum nolumus inclinari. Non est autem
consequens,ut si deo certus est omnium ordo
causarum,ideo nihil sit in nostræ uoluntatis ar-
bitrio. Et ipsæ quippe nostræ uoluntates in cau
sarũ ordine sunt,qui certus est deo,eiusq; præ-
scientia continetur,quoniam & humanæ uolũ-
tates humanorũ operum causæ sunt. Atque ita
qui omnes rerũ causas præsciuit,profecto in eis
causis etiã nostras uolũtates ignorare non po-
tuit,quas nostrorum operum causas esse præ-
sciuit.[g] Nam & illud quod idem Cicero conce-
dit, nihil fieri si causa efficiens non præcedat,sa-
tis est ad eum in hac quæstione redarguẽdum.
Quid enim eũ adiuuat,quod dicit:Nihil quidẽ
fieri sine causa,sed nõ omnẽ causam esse fatalẽ:
quia est causa fortuita, est naturalis, est uolũta-
ria?[e] Sufficit quia omne quod fit,non nisi causa
præcedente fieri cõfitetur. Nos enim eas causas
D quę dicũtur fortuitæ,unde etiã fortuna nomen
accepit,nõ esse dicimus nullas,sed latẽtes,easq;
tribuimus,uel dei ueri,uel quorumlibet spiritu-
um uoluntati:[h] ipsasq; naturales nequaquã ab
illius uolũtate seiungimus,qui est autor omnis
cõditorq; naturæ. Iam uero causæ uoluntariæ,
aut dei sunt,aut angelorum,aut hominum, aut
quorũq; animalium:[i] si tamen appellandæ sunt
uoluntates animalium rationis expertium,mo-
tus illi quibus aliqua faciunt secundum natu-
ram suam,cum quid boni maliue uel appetũt,
uel euitant. Angelorum autem uoluntates dico

siue

siue bonorum,quos angelos dei dicimus: siue A
malorum,quos angelos diaboli,uel etiam dæ-
mones appellamus. Sic & hominum bonorũ
scilicet,& malorum:ac per hoc colligitur nõ esse
causas efficientes omniũ quæ fiunt, nisi uolũta-
rias illius naturę,scilicet quę spiritus uitę est. Nã
& aer iste siue uentus dicitur spiritus:sed quoni
am corpus est,non est spiritus uitæ.Spiritus er
go uitæ qui uiuificat omnia, creatorq; est om-
nis corporis & omnis creati spiritus,ipse est de-
us utique spiritus non creatus. In eius uolunta-
te summa potestas est,qui creatorum spirituum
uoluntates bonas adiuuat,malas iudicat, om- B
nes ordinat,& quibusdam tribuit potestatem,
quibusdam non tribuit. Sicut enim omnium
naturarum creator est, ita omnium potesta-
tum:dator non uoluntatum. Malæ quippe uo
luntates ab illo non sunt, quoniam contra na-
turam sunt, quæ ab illo est. Corpora igitur
magis subiacẽt uoluntatibus:quædam nostris:
id est omnium animantium mortalium,& ma-
gis hominum quàm bestiarum:quædam uero
angelorum, sed omnia maxime dei uoluntati
subdita sunt. Cui etiam uoluntates omnes sub-
iiciuntur:quia non habent potestatẽ nisi quam
ille cõcedit. Causa itaq; rerum quæ facit,nec fit, C
deus est. Aliæ uero causæ,& faciunt,& fiunt: si-
cut sunt omnes creati spiritus,& maxime ratio-
nales. Corporales autem causæ, quæ magis fi-
unt,quàm faciunt,non sunt inter causas efficien
tes annumerãdæ,quoniam hoc possunt, quod
ex ipsis faciunt spirituum uoluntates. Quomo-
do igitur ordo causarum qui præscienti certus
est deo,id efficit,ut nihil sit in nostra uoluntate,
cum in ipso causarum ordine magnum habeãt
locum nostræ uoluntates?[k] Cõtendat ergo Ci-
cero cum eis qui hunc causarum ordinem di-
cunt esse fatalem,uel potius ipsum fati nomine
appellãt,quod nos abhorremus:præcipue pro- D
pter uocabulum,quod non in re uera cõsueuit
intelligi.Quod uero negat ordinem omnium
causarum esse certissimum,& dei præscientiæ no
tissimum,plus eum quàm Stoici detestamur.
Aut enim deum esse negat,quod quidem indu
cta alterius persona in libris De deorum natu-
ra facere molitus est:aut si esse confitetur deum
quem negat præscium futurorũ, etiam sic dicit
nihil aliud,quàm quod ille dixit insipiẽs in cor-
de suo,non est deus. Qui enim non est præsci-
us omnium futurorum, non est utique deus.

[l] Quapropter & uoluntates nostræ tantum ua-
lent,quantum deus eas ualere uoluit atque præ
sciuit:& ideo quicquid ualent,certissime ualent,
& quod facturæ sunt ipsę,omino facturę sunt:
quia ualituras atq; facturas ille præsciuit, cuius
præscientia falli non potest. Quapropter[m] si mi
hi fati nomen alicui rei adhibendum placeret,
magis dicerem fatum esse infirmioris, potentio
ris uoluntatem qui eum habet in potestate, q̃
illo causarum ordine,quem non usitato,sed suo
more Stoici fatum appellant,arbitrium nostrę
uoluntatis auferri.

L. VIVES

a VEl in deo, uel in homine.] Lib. De diuinat. ij. ubi cum Q.fratre disputans diuinationem om nem conatur tollere, quam Q.superiore libro asseruerat. Ait enim: Nihil est enim tam contrariũ ra-tioni & constantiæ,quàm fortuna,ut mihi ne in deũ qui dem cadere uideatur,ut sciat quid casu & fortuitu futu rum sit. Si enim scit, certe illud eueniet: sin certe eueni-et,nulla fortuna est. Est autem fortuna: rerum igitur for tuitarum nulla præsensio: hæc ibi,& alia,quæ ad intelli gendum hoc caput faciũt,nos locũ ceu digito indicasse fuerit satis. b Qui syderа fata.] Omnes illi portunt syderea fata: sed alij tãquam prima,& quæ suis legibus trahant omnia,nulli deo pareant. c Et pro Lucilio Balbo.] Sic enim in fine ultimi libri pronunciat. Hæc quum essent dicta ita discessimus,ut Velleio Cottæ di-putatio uerior,mihi Balbi ad ueritatis similitudinẽ ui-deretur esse propensior. d Ex seipso.] Nam libro ij. seipsum facit loquentem,confutantẽq;, quæ frater dixe rat De diuinatione. e Et Stoici.] De hoc proximo capite. f Nisi forte ut fatum à fando.] Varro lib. De lingua Lat.v. quod parcæ constituerunt nascenti à fan-do fatum dictum. Lucanus in nono:

Non uocibus ullis
Numen eget, dixitq; semel nascentibus autor,
Quicquid scire licet.

Quod uidetur mutuatus ex illo dicto Psalmi, quod Au gustinus hic citat, uel ex illo Iob xxxiij. Semel locutus est deus,& secundo id ipsum nõ repetit. Vtroq; loco uni ca illa dei locutione stabilitas definitæ eius scientiæ signi-ficatur, ut uulgo interpretantur: illud uero in Psalmo, Duo hæc audiui: sunt qui referant ad hæc duo, quæ se-quuntur: Quia potestas dei est:&, Tibi domine miseri-cordia. Alij de duobus testamentis intelligũt. Targum Chaldæum cum his uidetur nonnihil sentire,in quo sic est,legem unã locutus est deus,& bis illam audiuimus de ore Mosis scribæ magni,quoniam uirtus coram deo nostro: tu uero deus, ut benefacias iustis. g Nam & illud quod idem concedit.] Alibi contendit. In libello De fato ex sententia Carneadis in tres species partitur causas: in naturales, quæ ex rerum naturis proficiscun tur, ut descendere lapidem, calfacere ignem. Voluntа-rias, quæ sitæ sunt in liberis hominũ uoluntatibus, qua rum non necesse est esse causas externas & antecedẽtes, satis est libere. Et fortuitas, quæ obscuræ sunt, & ignora tæ nonnullæ: qua in re consentit cum omnibus Phy si-cis, quibus nihil fieri placet sine causa. h Ipsasq; natu rales.] Nõ est alia natura ignis cur caleat, aut saxi cur descendat, aut hominis cur ratiocinetur,& uiuat, & ge-neret ex se sibi similem,& aliarum rerum, quàm quod ita iussit parens naturæ: si contrarium iussisset, & frige-ret ignis, & ascenderet lapis, & brutum stupidum es-set homo,nec uiueret,nec gigneret. i Si tamen ap-

Natura

pellandæ uoluntates sunt.] Aristoteles libro De anima tertio, uoluntatem solis rationalibus inesse dicit, appetitum esse in beluis, qui est instinctus à natura datus aliquid persequendi aut fugiendi. Voluntas in rationalibus ducem habet rationem, comitem electionem, siue est electio ipsa. k Contendat ergo Cicero.] Disputet sanè Cicero cũ Stoicis. l Quapropter & uoluntates nostræ tantum ualent.] Creauit deus uoluntates nostras liberas: quæ ideo liberæ sunt, quia ille uoluit, & utrumlibet possunt facere ex contrarijs, aliud tamen facturæ non sunt, quàm quod deus præscíuit, quia aliud haud dubie nũquam facient, tametsi possunt. Certum est enim fieri peraq; posse, quæ nunquam fient: ita non res futuræ ex scientia dei manant, sed sciẽtia potius dei ex illis, quæ tamen futuræ nõ sunt deo, in quo est error multorum, sed præsentes. Quocirca non recte dicitur præscire, nisi relatu ad actiones nostras dicendus est, scire, uidere, cernere. Quod si indignum uidetur à fluxa caducaq; rerum natura sempiternam sciẽtiam generari, dicamus à prouidentia uoluntateq; dei cognitionem eius proficisci: uoluntatem statuere quid futurum sit: scientiam, quid uoluntas statuerit, nosse. Origenes super Genesim: Quod futurum est, ait, causam esse cur id euenturum præuiderit deus. Itaq; non id fieri, quia præscitur: potius contra, præsciri, quia futurum est.

Deus quomodo uidet fut.

m Si mihi fati nomen.] Sic sæpe autores Latinæ linguæ uelut poetæ, & historici, & oratores, Fata dicũt hominum, & uolũtatem deorum. Boethus tale discrimen facit inter fatum & prouidẽtiam, quale hic Augustinus inter fatum & uoluntatem. Apuleius in dogmate Platonis: Prouidentiam esse diuinam sententiam conseruatricem prosperitatis eius, cuius causa tale suscipit officiũ. Diuinam legem esse fatum: per quod ineuitabiles cogitationes dei atq; incepta complentur. Vnde si quid prouidentia agitur, id agitur etiam fato: & quod fato terminatur, prouidentia debet susceptum uideri. Sed esse aliquid in nobis & in fortuna nonnihil, & fortunæ improuidos casus ignorari à nobis fatetur: instabile enim & incurrens intercedere ea solere, quæ consilio fuerũt & meditatione suscepta, quæ non patiantur meditata ad finẽ uenire: & tunc quidem quum impedimentum illud utiliter prouenit, res illa felicitas nominatur. At ubi repugnationes istæ nociuæ erũt, infelicitas dicit. Sic ille.

An uoluntatibus hominũ aliqua dominetur necessitas. Cap. x

n NDE nec illa necessitas formidanda est, quam formidando Stoici laborauerunt: causas rerum ita distinguere, ut quasdam subtraherent necessitati, quasdam subderent: atque in his quas esse sub necessitate noluerũt, posuerunt etiam nostras uoluntates, ne uidelicet non essent liberæ, si subderentur necessitati. Si enim necessitas nostra illa dicenda est, quæ nõ est in nostra potestate, sed etiam si nolumus efficit quod potest, sicut est necessitas mortis: manifestum est uoluntates nostras, quibus recte, uel perperam uiuitur, sub tali necessitati non esse. Multa enim facimus, quæ si nollemus, non utique faceremus. Quò primitus pertinet ipsum uelle: nam si uolumus, est, si nolumus non est.

A Non enim uellemus, si nollemus. Si autem illa definitur esse necessitas, secundum quam dicimus necesse esse, ut ita sit aliquid uel ita fiat, nescio cur eam timeamus, ne nobis libertatem auferat uoluntatis. b Neque enim & uitam dei & præscientiam dei sub necessitate ponimus, si dicamus, necesse esse deum semper uiuere, & cuncta præscire: sicut nec potestas eius minuitur cum dicitur mori fallique non posse. Sic enim hoc non potest, ut potius si posset, minoris esset utique potestatis. Recte quippe omnipotens dicitur: qui tamen mori & falli non potest. Dicitur enim omnipotens faciendo quod uult, non patiendo quod non uult. Quod si ei B accederet, nequaquam esset omnipotens. Vnde propterea quædam non potest, quia omnipotens est. Sicut etiam cum dicimus necesse est esse, ut cum uolumus, libero uelimus arbitrio: & uerum proculdubio dicimus: & non ideo ipsum liberum arbitrium necessitati subijcimus, quæ adimit libertatem. Sunt igitur nostræ uoluntates, & ipsæ faciunt, quicquid uolendo facimus, quod non fieret si nollemus. Quicquid autem aliorum hominum uoluntate nolens quisque patitur, etiam sic uoluntas ua- C let: etsi non illius tamen hominis uoluntas, sed potestas dei est. Nam si uoluntas tantum esset, nec posset quod uellet, potentiore uoluntate impediretur. Nec sic tamen uoluntas, nisi uoluntas esset, nec alterius, sed eius esset, qui uellet: etsi non posset implere quod uellet. Vnde quicquid præter suam uoluntatem patitur homo, non debet tribuere humanis, uel angelicis, uel cuiusquam creati spiritus uoluntatibus, sed eius potius qui dat potestatem uolentibus. c Non ergo propterea nihil est in nostra uoluntate, quia deus præscíuit quid futurum esset in nostra uoluntate. Non enim qui hoc præscíuit, D nihil præscíuit. Porrò si ille qui præscíuit, quid futurum esset in nostra uoluntate: non utique nihil, sed aliquid præscíuit: profecto & illo præsciente, est aliquid in nostra uoluntate. Quocirca nullo modo cogimur: aut retenta præscientia dei, tollere uoluntatis arbitrium, aut retento uoluntatis arbitrio, deum, quod nefas est, negare præscium futurorum: sed utrunque amplectimur, utrunque fideliter & ueraciter confitemur. Illud, ut bene credamus, hoc, ut bene uiuamus. Male autem uiuitur, si de deo non bene creditur. Vnde absit à nobis eius

eius negare præscientiam, ut liberi esse uelimus, quo adiuuante sumus liberi, uel erimus. d Proinde non frustra sunt leges, obiurgationes, exhortationes, laudes, & uituperationes: quia & ipsas futuras esse præscíuit, & ualent plurimũ quantum eas ualituras esse præscíuit: & preces ualent ad ea impetranda, quæ se precantibus concessurum esse præscíuit: & iusta præmia bonis factis, & peccatis supplicia cõstituta sunt. e Neq; enim ideo peccat homo, quia deus illum peccaturum præscíuit: immo ideo non dubitatur ipsum peccare, cum peccat: quia ille, cuius præscientia falli non potest, non fatum, non fortunam, non aliquid aliud, sed ipsum peccaturum esse præscíuit, qui si nolit omnino, nõ peccat: sed si peccare noluerit, etiam hoc ille præscíuit.

L. VIVES

a VNde nec illa necessitas.] Cicero libel. De fato. Ac mihi quidem uidetur, cũ duæ sententiæ fuissent ueterum philosophorum, una eorum, qui censerent omnia ita fato fieri, ut id fatum uim necessitatis afferret. In qua sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles fuit. altera eorum, quibus uiderentur, sine ullo fato esse animorum motus uoluntarij. Chrysippus tanquam arbiter honorarius medium fieri uoluisset: sed applicat se ad eos potius, qui necessitate motus animi liberatos uolunt. Hæc & alia Cicero. Idcirco Oenomaus Cynicus Democritum dixit seruos fecisse animos nostros: Chrysippũ uero semiseruos, ut ut est apud Eusebium libro sexto Euãgel. præpar. Quo loco disputant de fato, quam plurima. Itaque fato quũ subdant animos Stoici, non tamen necessitatẽ illis concedunt, nec sinunt, ut cogere nos possint. Fato enim fiũt omnia causis antecedentibus & proximis, sed non principalibus & perfectis, quarum illæ priores iuuant tantum, quæ in nostra potestate non sunt: hæ uero efficiũt, quæ sunt in manu nostra. Plutarchus in placitis Philosophorum sententiam Stoicorum referens dicit, apud illos uarie euentus rerũ proficisci, alios ex necessitate illa prima, & maxima: alios ex fato, alios ex libertate animorũ, alios ex fortuna, alios casu quodã. Stoici, ut summa dicam, in tractãda ratione fati Platoni sunt ferè suffragati. Quod cum Plutarchus testatur, tum uero res ipsa indicat. At cum fato fieri omnia, & in fato inesse necessitatem aiunt, de mente illa & prouidẽtia dei loquuntur. Nam & Iouem ex eorum placitis diximus fatũ esse, & ipsi rationem, pronœamq; illam, id est prouidentiã, D à qua administrantur omnia, fatum nominant. b Neque enim uitam dei & præscientiam.] Platonici aiũt necesse esse deos ita se habere, ut sunt, non necessitate extrinsecus illata, sed naturali optimaq; ipsis, ideoq; maxime uoluntaria, cum & nollent unquam optione proposita aliter se habere. Quo magis miror Plinium secundum hominem & ingenio & eruditione tantum, sic contra omnipotentiam dei cauillari, ne deum quidem posse omnia. Nanque nec sibi mortem conscíscere, si uelit, quod homini dedit. Optimum in tantis uitæ pœnis existimauit, ita deos calamitatibus miserijsq; premi, ut homines optare aliquos mortem, nec conse- qui posse. Deceperant uidelicet eum fabulæ, quæ Plutonem dilata morte mœrere faciunt, sicut Lucanus inquit:

Et rector terræ, quem longa in secula torquet
Mors dilata deum.

c Non ergo propterea nihil est in nostra uoluũtate.] Ardua quæstio, & uarie à multis tractata, an præscientia dei necessitatem aliquam afferat rebus. Attigi superiore capite hac de re nonnulla, multi de schola recentiore obligationum arte accedunt ad disputationẽ muniti, ut si aliquid tibi sumpseris, ipsis quod sibi retineãt non desit, ut si hoc ceperis, cõtrarium sit tibi relinquendum: atque adeo, ut magis irretita magisq; inuiscata tota re discedatur, quàm cum accederetur, ponis deum scire me cursurum eras, aufer ergo me non cursurum, ponis hoc, auser illud. Quid erat tricis illis & uerborũ laqueis opus, nisi simpliciter loqui, ut hic Augustinus, non ideo peccare hominem, quòd deus præscíuit eum peccaturũ: qui si nolit potest omnino non peccare, idq; si faciat, hoc præscíuit deus: uel ut dicit Chrysostomus super epistola Pauli ad Corinth. Enimuero Christus inquit, necesse est ut ueniant scandala, non ideo arbitrijs libertatem corrumpens, aut uitæ uim, & necessitatẽ imponens, sed prædicens id quod ex mala hominum uoluntate omnino futurum est: quod sanè futurum est, nõ quia id deus præuiderit, sed hominum uoluntas immedicabilis fuerit. Non enim quia prædixit deus, hæc facta sunt, sed quia omnino ex mala hominum uoluntate uentura erant, ipse prædixit. Hæc Chrysostomus interprete homine docto Hieronymo Donato. Ac profecto non plus addit necessitatem rebus uenturis præscientia dei, quàm præsentibus spectator cum fiunt: ita cum uideo te scribere, potes ipse quidem non scribere: quod si nõ scribas, iam te non uidebo scribentem. Porrò deo futura tam præsentia sunt, atq; adeo magis, quàm nobis quæ uocamus præsentia. Nã quo capacior est mẽs, hoc illi tempus præsens est latius: deo uero infinitæ capacitatis infinitũ tempus est præsens: tota ergo æterni- C tas quæ sola est infinita. Hæc res difficiliorem efficit hãc disputationem, quod sic imaginantur quidam futura esse deo, ut nobis. d Proinde non frustra sunt leges.] Hoc obiiciebatur ijs, qui necessario fato dicebant omnia fieri. Quod cum necesse esset hunc esse malum illũ bonum, cur malus supplicium bonus præmium meretur, cum necessaria nec uitio dentur, nec laudi: tum etiam nec exhortari ad uirtutem carpereq; uitia prodesset: cũ fieri aliter non posset, quin malus esset, quem fatum esset esse malum. Manilius hoc quoq; ex fato esse concludit. Sic enim ait:

Hominum menti tanto sit gloria maior
Quod cœlo gaudente uenit, rursusq; nocentis
Oderimus magis in culpam pœnasq; creatos.
Nec refert scelus unde cadat, scelus esse fatendum est.
Hoc quoq; fatale est, sic ipsum expendere fatum.
Nos uero, & bonis paratum præmium parata merito
est laus, malis uituperium, pœnaq; quòd libera uolun
tate & ille bene fecit, & hic male, idq; spectante deo non
cogente. e Neq; enim ideo peccat homo.] A præscientia dei non proficiscitur peccatum huius, sed nostra potius de peccato huius scientia. nam sicut à uoluntate dei nostra uoluntas, ita & à sciẽtia dei nostra sciẽtia demanat. Hæc de fato expositis aliorum sententijs, quo facilius intelligeretur Augustini mens.

De uniuersali prouidentia dei cuius legibus omnia continentur. Cap. xi

EVS itaq; summus & uerus cum uerbo suo et spiritu sancto, quę tria unum sunt, deus unus omnipotẽs, creator & factor omnis animę atq;

omnis corporis: cuius sunt participatione feli- A ces quicunq; sunt ueritate, [a]nõ uanitate felices: qui fecit hominem rationale animal ex anima & corpore: qui eum peccantem nec impunitum esse pmisit, nec sine misericordia dereliquit: qui bonis & malis essentiam etiam cum lapidibus, uitam seminalem etiam cum arboribus, uitam sensualem etiam cum pecoribus, uitam intellectualem cum solis angelis dedit, à quo est omnis modus, omnis species, omnis ordo: à quo est mensura, numerus, pondus: à quo est quicquid naturaliter est, cuiuscunque generis est, cuiuscũque æstimationis est: à quo sunt semina formarum, formæ seminum, motus seminum atque B formarum. Qui dedit & carni originem, pulchritudinem, ualetudinem, propagationis fœcunditatem, membrorum dispositionem, salutem, concordiam: qui & animę irrationali dedit memoriam, sensum, appetitum: ratiõali autem insuper mentem, intelligentiam, uoluntatẽ: qui non solum cœlum & terram, nec solum angelũ & hominem, sed nec exigui & contemptibilis animantis uiscera, nec auis pẽnulam, nec herbæ flosculum, nec arboris folium sine suarum partium conuenientia & quadam ueluti pace dereliquit, nullo modo est credendus regna homi- C num eorũq; dominationes & seruitutes, à suæ prouidentiæ legibus alienas esse uoluisse.

L. VIVES

NOn uanitate felices.] Sic legitur in omnibus codicibus, mihi tamẽ aptius uidetur legi fideles.

Quibus moribus antiqui Romani meruerunt ut deus uerus, quamuis non eum colerent, eorum augeret imperium. Caput XII

ROINDE uideamus quos Romanorum mores, & quam ob causam D
P deus uerus ad augẽdum imperium adiuuare dignatus est, in cuius potestate sunt etiã regna terrena. Quod ut absolutius differere possemus, ad hoc pertinentem & superiorẽ librum scripsimus, quod in hac re potestas nulla sit eorum deorum, quos etiam rebus nugatorijs colendos putarunt, & præsentis uoluminis partes superiores quas hucusq; perduximus, de fati quæstione tollenda: ne quisquam cui iam persuasum esset non illorum deorum cultu Romanum imperiũ pro- pagatum atq; seruatum, nescio cui fato potius id tribueret, quàm dei summi potentissimæ uoluntati. Veteres igitur primiq; Romani, quantum eorum docet & cõmendat historia, quamuis ut aliæ gentes, excepta una populi Hebræorum, deos falsos colerent, & non deo uictimas, sed dæmonijs immolarent, tamen laudis auidi, pecuniæ liberales erant, gloriam ingentem, diuitias honestas uolebant: hanc ardentissime dilexerunt, propter hanc uiuere uoluerunt, pro hac & mori non dubitauerunt. Cæteras cupiditates huius unius ingenti cupiditate presserunt. Ipsam denique patriam suam, quoniam seruire uidebatur inglorium, dominari uero atque imperare glorioſum, prius omni studio liberam, deinde dominam esse concupierunt. Hinc est quod regalem dominationem non ferentes, annua imperia binosq; imperatores sibi fecerũt, [a]qui consules appellati sunt à consulendo, non reges, aut domini à regnando atq; dominãdo, cum & reges uticq; à regendo dicti melius uideantur, ut regnum à regibus, reges autem ut dictum est à regendo: sed fastus regius non disciplina putata est regentis uel beneuolentia cõsulentis, sed superbia dominantis. Expulso itaq; rege Tarquinio, & cõsulibus institutis, secutum est, [b]quod idem autor in Romanorũ laudibus posuit, quod ciuitas incredibile memoratu adepta libertate, quantum breui creuerit, tanta cupido glorię incesserat. Ista ergo laudis auiditas, & cupido gloriæ, multa illa miranda fecit laudabilia scilicet atque glorioſa secũdum hominum existimationem. Laudat idem Saluſtius temporibus suis magnos & præclaros uiros, Marcum Catonem, & Caium Cæsarem, dicens q. diu illa respublica non habuit quenquam uirtute magnum, sed sua memoria fuisse illos duos ingenti uirtute, diuersis moribus. In laudibus autem Cæsaris posuit, quod sibi magnum imperium, exercitum, bellum nouum exoptabat, ubi uirtus enitescere posset: ita fidebat in uotis uirorum uirtute magnorum, ut excitaret in bellum miseras gentes & flagello agitaret Bellonam sanguineo, ut esset ubi uirtus eorum enitesceret. Hoc illa profecto laudis auiditas, & glorię cupido faciebat. Amore itaq; primitus libertatis, post etiam dominationis, & cupiditate laudis & gloriæ, multa magna fecerunt. Reddit eis utriusq; rei testimonium etiam poeta insignis eorum: Inde quippe ait:

Necnon

Necnon Tarquinium eiectũ Porsenna iubebat A
Accipere, ingentiq; urbẽ obsidione premebat.
Aeneadæ in ferrum pro libertate ruebant.
Tunc itaq; magnum illis fuit aut fortiter emori, aut liberos uiuere. Sed cum esset adepta libertas, tanta cupido gloriæ incesserat, ut parũ esset sola libertas nisi & dominatio quæreretur, dum pro magno haberetur quod uelut loquente Iue idem poeta dicit:

Quin aspera Iuno
Quę mare nũc, terrasq; metu, cœlũq; fatigat,
Consilia in melius referet, mecum q; fouebit
Romanos rerum dominos [c]gentemq; togatã. B
Sic placitum, ueniet lustris labentibus ætas,
Cũ [d]domus Assaraci [e]Phthiã clarasq; Mycenas
Seruitio premet, ac uictis dominabitur Argis.

Quæ quidem Vergilius Iouem inducens tanquam futura prædicentem, ipse iam facta recolebat: cernebatq; præsentia. Verum propterea commemorare illa uolui, ut ostenderem dominationem post libertatem sic habuisse Romanos, ut in eorum magnis laudibus poneretur. Hinc est & illud eiusdem poetæ: quod cum aliarum gentium artibus eas ipsas proprias Romanorum artes regnandi atq; imperandi, & subigendi ac debellandi populos anteponeret, ait: C
Excudent alij spirantia mollius æra:
[f]Credo equidẽ, uiuos ducẽt de marmore uultus:
Orabunt causas melius, cœliq; meatus
Describent radio, & surgentia sydera dicent.
Tu regere imperio populos Romane memẽto.
Hæ tibi erũt artes, paciq; imponere morem.
Parcere subiectis, & debellare superbos.

Has artes illi tanto peritius exercebant, quanto minus se uoluptatibus dabant, & enerua- tione animi & corporis in concupiscẽdis & augendis diuitijs, & per illas moribus corrumpendis, rapiendo miseris ciuibus, largiendo scenicis turpibus. Vnde quum tales iam morum labes superabant, atq; abundabant, quando scribebat ista Saluſtius, canebatq; Vergilius, non illis artibus honores & gloriam, sed dolis atque fallacijs ambiebant. Vnde idem dicit: Sed primo magis ambitio quàm auaritia animos hominũ exercebat, quod tamen uitium propius uirtuti erat. Nam gloriam, honorem, imperium bonus & ignauus æque sibi exoptant. Sed ille inquit uera uia nititur, huic quia bonæ artes desunt, dolis atque fallacijs contendit. Hæ sunt illæ bonæ artes, per uirtutem scilicet non per fallacem ambitionem ad honorem, & gloriam & imperium peruenire, quę tamen bonus & ignauus æque sibi exoptãt. Sed ille, id est bonus, uera uia nititur. Via uirtus est qua nititur tãquam ad possessionis finem, id est ad gloriam, honorem, imperium. Hoc insitum habuisse Romanos etiam deorum apud illos ædes indicant, [g]quas coniunctissimas constituerunt Virtutis & Honoris, pro dijs habentes quæ dantur à deo. Vnde intelligi potest quem finem uolebant esse uirtutis, & quo eam referebant, qui boni erant, ad honorem scilicet. nam mali nec habebant eam, quamuis honorem habere cuperent, quem malis artibus conabantur adipisci, id est dolis atque fallacijs. Melius laudatus est Cato. De illo quippe ait: Quo minus petebat gloriam, eo magis illum sequebatur. Quando- quidem gloria est, cuius illi cupiditate flagrabant, [h]iudicium hominum bene de hominibus opinantium. Et ideo melior est uirtus quæ humano testimonio contenta non est, nisi conscientiæ suæ. Vnde dicit Apostolus: Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Et alio loco: Opus autem suum probet unusquisque, & tunc in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero. Gloriam ergo & honorem & imperium quæ sibi exoptabant: & quo bonis artibus peruenire nitebantur boni, nõ debet sequi uirtus, sed ipsa uirtutem. Neque enim est uera uirtus nisi quæ ad eum finem tendit, ubi est bonum hominis, quo melius nõ est. Vnde & honores quos petiuit Cato, [i]petere non debuit, sed eos ciuitas ob eius uirtutem non petenti dare. Sed cum illa memoria duo Romani essent uirtute magni, Cæsar & Cato, lõge uirtus Catonis ueritati uidetur propinquior fuisse, cq; Cæsaris. Proinde qualis esset illo tẽpore ciuitas, et antea qualis fuisset uideamus in [k] ipsa sentẽtia Catonis: Nolite, inquit, existimare maiores nostros armis rempublicam ex parua magnam fecisse. Si ita esset, multo pulcherrimam eam nos haberemus. Quippe sociorum atq; ciuium præterea armorum & equorũ maior copia nobis cq; illis est. Sed alia fuere quæ illos magnos fecerũt, quæ nobis nulla sunt: domi industria, foris iustum imperium, animus in consulendo liber, neque libidine neque delicto obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam atque auaritiam, publice egestatem, priuatim opulentiam: laudamus diuitias, sequimur inertiam

tiam: inter bonos & malos discrimen nullum, omnia uirtutis præmia ambitio possidet. Neq; mirum ubi uos separatim sibi quisq; consilia capitis, ubi domi uoluptatib. hic pecuniæ aut gratiæ seruitis. Eo fit ut impetus fiat in uacuã rẽp. [1]Qui audit hæc Catonis uerba siue Sallustij, putat quales laudãtur Romani ueteres, omnes eos tales tunc fuisse uel plures. Non ita est, alioquin uera non essent quæ ipse idẽ scribit, ea quæ cõmemorauí in secũdo lib. huius operis, ubi dicit: Iniurias ualidiorũ & ob eas discessionẽ plebis à patribus, aliasq; dissensiões domi fuisse, iam inde à principio, neq; amplius æquo & modesto iure actũ, quàm expulsis regibus: quandiu metus à Tarquinio fuit, donec bellum graue quod propter ipsum cum Hetruria susceptum fuerat finiretur. Postea uero seruili imperio patres exercuisse plebem, regio more uerberasse, agro pepulisse, & cæteris expertibus solos egisse in imperio. Quarum discordiarum dum illi domina ri uellẽt, isti seruire nollent, finem fuisse bellum Punicum secundum. Quia rursus grauis metus cœpit urgere, atq; ab illis perturbationibus alia maiore cura cohibere animos inquietos, & ad concordiam reuocare ciuilem. Sed per quosdã paucos, qui pro suo modo boni erant, magna administrabantur, atq; illis toleratis ac temperatis malis, paucorum bonorum prouidẽtia res illa crescebat, sicut idem historicus dicit, multa sibi legenti, & audienti, quæ Pop. Roma. domi militiæq; mari atque terra præclara facinora fecerit, se libuisse attendere, quæ res maxime tanta negocia sustinuisset, quoniam sciebat sæpenumero parua manu cum magnis legionib. hostium contendisse Rom. cognouerat paruis copijs bella gesta cum opulentis regibus: sibiq; multa agitanti cõstare dixit, paucorum ciuium egregiam uirtutem cuncta patrauisse, eoq; factum ut diuitias paupertas, multitudinem paucitas superaret. Sed postquam luxu atque desidia, inquit, ciuitas corrupta est: rursus resp. magnitudine sui imperatorum atque magistratuũ uitia sustẽtabat. Paucorum igitur uirtus ad gloriam, honorem, imperium, uera uia, id est uirtute ipsa nitentium etiam à Catone laudata est. Hinc erat domi industria, quam commemorauit Cato: ut ærarium esset opulentum, tenues res priuatæ. [m]Vnde corruptis moribus uitium esse contrarium posuit, publice egestatem: priuatim opulentiam. Quamobrem cum diu fuisA sent regna Orientis illustria, uoluit deus & Occidentale fieri, quod tempore esset posterius, sed imperij latitudine & magnitudine illustrius. Idq; talibus potissimum concessit hominibus ad domanda grauia mala multarum gentium, qui causa honoris, laudis & gloriæ consulerent patriæ, in qua ipsam gloriam requirebant, salutemq; eius saluti suæ præponere non dubitarent, pro isto uno uitio, id est amore laudis, pecuniæ cupiditatem & multa alia uitia cõprimentes.

L. VIVES

a QVi consules appellati sunt à consulendo.] A cõsulendo dictos esse cõsules satis inter omnes constat: sed cum consulere significet multa, dubium est à qua mente sit dictus cõsul. Quintil. lib. i. Sit ne cõsul à consulendo an à iudicando. nam & hoc consulere ueteres uocauere, unde adhuc remanet illud, rogat boni consulas, id est bonum iudices. Quin & Liu. cõsulem olim iudicem esse dictũ tradit. Sed ego cũ Varrone nomen ministerij puto esse cõs. ut admoneretur nihil eum habere in rep. uirium potestatisq;, sed admonitorem solum positum senatus & po. ut eos quid fieri placeret cõsuleret. Nihil enim in senatu anti quitus fieri solebat nisi consulente & referente consule. unde illa tam crebra apud rerum scriptores: petijt à cons. ut de hoc aut illo referret. Cæsar i. comment. belli ciuilis Pompeiani: Literis à Fabio C. Cæsaris consulibus redditis ægre ab ijs impetratum est, summa trib. pleb. contentione ut in senatu recitarentur, ut uero ex literis ad senatum referretur, impetrari non potuit. Quibus uerbis satis apparet non dici sententias à senatoribus, nisi à cons. referretur, quod maxime priscis temporibus seruabatur. Nam põsteris ius quoq; aliqs nonnullis magistratibus fuit & cogere senatum, & ad eum referre, si quid uellent. Porrò Varronis uerba, si quis requirit, hæc sunt ex lib. De lingua Lat. iiij. Cõsul nominatus, quòd consuleret pop. & senatum, nisi illinc potius unde Actius ait in Bruto, qui recte consulat, consul fiat. b Quod idem autor.] Sal. Iust. in bello Catil. c Gentemq; togatam.] Bene, inquit Seruius, togatam, quoniam omnis sexus & condi tio toga utebatur. d Domus Assaraci.] Rom. Assaracus auus fuit Anchisæ, Capys pater, à quo Aeneas. Porrò ab Aenea Iulus, ab hoc reges Albani, & hinc Ro. profecti. e Phthiam clarasq; Mycenas.] Hoc spectat ad uindictam incensionis Ilij, quod patriæ eorum qui Troianos uicerãt essent à nepotibus Troianorũ subigendæ. Sic in vi. Aeneid. Eruet ille Argos Agamẽnoniasq; Mycenas: Ipsumq; Aeacidem genus armipotẽtis Achilli Vltus auos Troiæ, tẽpla & temerata Mineruæ. Phthia uero patria est Achillis in Phthiade regione Macedoniæ, educatus tamẽ est Achilles Lariſſæ Thessaliæ, ideo Lariſſæus dicitur, quanquam & Phthia & Lariſſa sunt in Achaia: Nam arx argiua dicta est Lariſſa: ut aliãs declarabo. Phthiam Macedoniæ L. Aemilius Paulus Ro. subdidit, uicto Perseo. Mycenæ in Argolide sunt teste Mela, ad quas ab Argis est regnum translatum. Eas cũ reliqua Achaia cepit L. Mummius. Argi sunt prope Mycenas. Mela. Argis ab Inacho ad Pelopem regnatum est annos d. xliij. Euseb. Iulius Higinus erratum dicebat esse à Vergil. his uersibus in historia. nam non idem eruit Argos, & uicit Pyrrhum: ideo eximendum uersum illum censebat, Ipsumq; Aeacidem. Sed Serius illeq; subaudiendum esse ait: ut de Curio intelligatur. f Credo equidem.] Antiqua exemplaria Auguſt. habẽt, Cedo equidem, sed apud Vergil. est credo.

Assaracus

Phthia

Mycenæ

Argi

Quas

g Quas cõiunctiss.] Imò eadem erat ædes Virtutis & Honoris, quã fecit Marius Cymbris deuictis, sed ga canalis erat medius duæ esse uidebãtur. h Iudicium hominũ bene.] Hæc est in uniuersum gloria, sed de uera gloria Cicer. iij. Tusc. quæst. sic inquit: Est gloria soli dã quædam res & expressa non adumbrata, ea est consentiens laus bonorum, incorrupta uox bene iudicantium de excellente uirtute: ea uirtuti resonat tanquam imago i Petere non debuit.] Cato Viceñ. de quo hic loquitur petijt trib. pleb. & adeptus est, petijt præturã, factus est prætor, sed passus prius repulsam prælato Vatinio homine impurisſ. dijs & hominibus inuiso: petijt cõsulatum, tulit repulsam. Homo, ut Plutarch. inquit, qui precio comparandus erat ad gerẽdos magistratus, dignior qui cogeretur accipere honores, quàm qui peteret. k Ipsa sententia Catonis.] In oratione quã habuit in senatu trib. pleb. designatus contra coniuratos. Sallust. in Catilina. l Qui audit hæc.] Semper Romani posteriores priorum uirtutes in ore habuerunt & in cœlum tollebant: uel quia perpetuo res uergebat in deterius, uel quòd semper præterita tempora uidentur meliora. m Vitium esse contrarium.] Antiqui libri: uitium econtrario posuit.

L. VIVES

a LAudis amore tumes.] Ad Mecenatẽ i. lib. Epist. b Ter pure lecto.] Legendi sunt philosophorum lib. De moribus pure, artẽte, non aduersis animis, sed secundis, ita ut prodesse nobis cupiamus quæ dicunt. nam tunc demum prosunt. Porphyrio interpres Horat. ait, uelut ad sacrificandum caste ac lotis manibus accedendũ putat. c Latius regnes.] Carminum lib. ij. ad Sallust. d Gadibus.] Hæc insula est Gades Hispaniæ nobilis peregrinatione Herculis. e Et uter que Pœnus.] Acron & Porphyrion per alterũ Pœnum intelligunt Aphros in Libya, per alterũ Gaditanos, qui à Pœnis sunt conditi, ut intelligat Poeta cõiunctionem regni per terras mari distinctas, quod antea in eodẽ carmine dixerat. f Inde silere non potuit.] Antiqua uolumina dissimulare pro silere habent, & hinc pro inde.

g Alendum esse gloria.] Sic plerique Stoicorum sapientem suum animal esse gloriæ dicunt. Simonides poeta inductus à Xenophonte in Hierone hominem à cæteris animãtibus hoc potissimum seiungit, quòd honore ac gloria tangatur. h Ab hac peste.] Melius legeretur hanc pestem. i Honos alit artes.] In prooemio Tusc. quæst.

De amore laudis, qui cum sit uitium, ob hoc uirtus putatur quia per ipsum uitia maiora cohibentur. Cap. XIII

AM sanius uidet, qui & amorẽ laudis uitium esse cognoscit. Quod nec N poetã fugit Horatium qui ait: [a]Laudis amore tumes: sunt certa piacula quæ te [b]Ter pure lecto poterũt recreare libello. Idemq; in carmine Lyrico, ad reB primendam dominandi libidinem ita cecinit: [c]Latius regnes auidum domando Spiritũ, cæq; si Libyam remotis [d]Gadibus iungas, [e] & uterque Pœnus seruiat uni. Veruntamen qui libidines turpiores fide pietatis, impetrato spiritu sancto, & amore intelligibilis pulchritudinis nõ refrenant, melius saltẽ cupiditate humanæ laudis & gloriæ, nõ quidẽ iã sancti, sed minus turpes sunt. Etiã Tullius [f]hinc dissimulare non potuit, in ijsdem lib. quos De rep. scripsit, ubi loquitur de instituẽdo principe ciuitatis: quem dicit [g]alendum esse gloria, & cõsequenter cõmemorat maiores suos multa mira atq; præclara gloriæ cupiditate fecisse. Huic ergo uitio non solum non resistebant, uerũetiam id excitãdum & accẽdendum esse censebãt: putãtes hoc utile esse reipub. Quanq; nec in ipsis philosophię li. Tullius [h]ab hac peste dissimulet, ubi eam luce clarius confitetur. Cum enim de studijs talibus loqueretur, quæ uticq; sectanda sunt fine ueri boni, nõ uenC tositate laudis humanæ, hanc intulit uniuersalẽ generalemq; sententiã: [i]Honos alit artes, omnesq; accenduntur ad studia gloria, iacentq; ea semper quæ apud quosq; improbantur.

De resecando amore laudis humanæ, quoniam iustorum gloria omnis in deo sit. Cap. XIIII

VIC igitur cupiditati melius resistitur sine dubitatione, [a]quàm ceditur. H Tãto enim quisq; est deo similior, quanto ab hac immunditia mundior. Quæ in hac uita, etsi non funditus eradicatur ex corde, quia etiã bene proficientes animos tentare non cessat, saltem cupiditas gloriæ superetur dilectione iustitiæ. Vt si alicubi iacent, [b]quæ apud quosq; improbãtur: si bona, si recta sunt, etiam amor humanę laudis erubescat, & cedat amori ueritatis. Tã enim est hoc uitiũ inimicũ piæ fidei, si maior in corde sit cupiditas glorię, cæq; dei timor uel amor, ut dominus diceret: Quomodo potestis credere gloriã ab inuicẽ expectãtes, & gloriã quę à solo deo est, nõ quærẽtes? Itẽ de quibusdã, qui in eum crediderant, & uerebantur palam cõfiteri, ait Euãgelista: Dilexerunt gloriam hominũ magis cæq; dei. Quod sancti Apostoli non fecerunt. Qui cum in his locis prædicarẽt Christi nomẽ, ubi non solũ improbabatur: sicut ille ait, iacentq; ea semper, quę apud quosq; improbantur: uerũetiam summæ detestatiõis habebatur, tenentes quod audierant à bono magistro, eodemq; medicamento: Si quis me negauerit coram hominibus, negabo eum [c]corã patre meo, qui in cœlis est, [d]& corã angelis dei: inter maledicta & opprobria, inter grauissimas persecutiones crudelesq; pœnas nõ sunt deterriti à prædicatiõe salutis humanę, tãto fremitu offensiõis hũanę. Et

quod

quod eos diuina faciẽtes atq; dicẽtes diuineq; A
uiuentes debellatis quodãmodo cordibus du-
ris,atq; introducta pace iustitiæ ingens in eccle
sia Christi gloria consecuta est:nõ in ea tanquã
in suæ uirtutis fine quieuerunt, sed eam quoq;
ipsam ad dei gloriam referentes,cuius gratia ta-
les erant. Isto quoq; fomite eos quibus consu-
lebant,ad amorẽ illius,à quo & ipsi tales fierẽt
accendebant. Namq; ne propter humanã glo-
riam boni essent,docuerat eos magister illorum
dicens: Cauete facere iustitiam uestram coram
hominibus,ut uideamini ab eis: alioquin mer-
cedem non habebitis apud patrem uestrũ qui B
in cœlis est. Sed rursus ne hoc peruerse intelli-
gentes hominibus placere metuerent,minusq;
prodessent latẽdo,quod boni sunt:demõstrãs,
quo fine innotescere deberent: Luceant,inquit,
opera uestra coram hominibus,ut uideant bo-
na facta uestra,& glorificent patrem uestrum,
qui in cœlis est. Non ergo ut uideamini ab eis,
id est hac intentione ut eos ad uos conuerti ueli
tis,quia non per uos aliquid estis:sed ut glorifi-
cent patrem uestrum qui in cœlis est, ad quem
conuersi,fiant quod estis. Hoc secuti sunt mar-
tyres,qui Scæuolas,& Curtios, & Decios non
sibi inferendo pœnas,sed illatas ferendo: & uir C
tute uera,quoniã uera pietate & innumera mul
titudine superarent. Sed cum illi essent in ciuita-
te terrena,quibus propositus erat omnium pro
illa officiorũ finis,incolumitas eius, & regnum
non in cœlo,sed in terra:non in uita æterna,sed
in decessione morientium,& successione mori-
turorum:quid aliud amarent quàm gloriã,qua
uolebant etiam post mortem [c]tanquam uiuere
in ore laudantium.

L. VIVES

a QVàm ceditur.] Legendum quàm ceditur,& sic
exposcit sensus. Resistendum est enim gloriæ cu
pidini,non cedendum. b Vbi non solum im
probantur.] Sic arbitror legendum,ubi non solum im D
probabãtur,iacẽtq; illa semper,sicut ille ait,quæ apud
quosq; etiam &c. c Coram patre meo.] Sic Matth.x.
d Et coram angelis dei.] Sic Luc.xij. e Tanquã
uiuere.] Ennius,Viuus uolito per ora uirũm.

De mercede temporali quam deus reddidit bonis moribus Romanorum. Caput XV

Q VIBVS ergo non erat deus datu-
rus uitam æternam cum sanctis an-
gelis suis in ciuitate sua cœlesti,,ad
cuius societatem pietas uera perdu-

cit,quę non exhibet seruitutẽ religionis,[a]quam
latriam Græci uocant:nisi uni uero deo,si neq;
hanc eis terrenam gloriam excellentissimi im-
perij concederet,non redderetur merces bonis
artibus eorum,id est uirtutibus,quibus ad tan-
tam gloriam peruenire nitebantur. De talibus
enim,qui propter hoc boni aliquid facere uidẽ-
tur,ut glorificentur ab hominibus,etiam domi
nus,ait: Amen dico uobis,perceperunt merce-
dem suam. Sic & isti priuatas res suas pro re cõ-
muni,hoc est rep. & pro eius ærario contempse
runt:auaritiæ restiterunt: consuluerunt patriæ
consilio libero:neq; delicto secundum suas le-
ges,neq; libidini obnoxij: his omnib. artibus
tanquam uera uia nisi sunt ad honores,imperi-
um,gloriã: honorati sunt in omnibus ferè gen
tibus:imperij sui leges imposuerunt multis gen
tibus;hodieq; literis & historia gloriosi sunt pe
nè in omnibus gentibus. Nõ est quod de sum
mi & ueri dei iustitia conquerantur: perceperũt
mercedem suam.

L. VIVES

a Quam λατρείαν.] Λατρεύω quod est colo,seruio.

De mercede sanctorum ciuium ciuitatis ęternę quibus utilia sunt Romanarum exempla uirtutum. Ca. XVI

M ERCES autem sanctorũ longe alia
est etiam hic opprobria sustinentiũ
pro ciuitate dei,quæ mũdi huius di
lectorib. odiosa est. Illa ciuitas sem-
piterna est. [a]Vbi nullus oritur, quia
nullus moritur. Vbi est uera & plena felicitas,
non dea,sed donum dei. Inde fidei pignus acci
pimus,quam diu peregrinantes eius pulchritu-
dini suspiramus. Ibi non oritur sol super bonos
& malos,sed sol iustitiæ solos protegit bonos.
Ibi non erit magna industria ditare ærarium
publicum priuatis rebus angustis, ubi thesau-
rus communis est ueritatis. Proinde non solum
ut talis merces talibus hominibus redderetur,
Romanum imperium ad humanam gloriam
dilatatum est,uerumetiam ut ciues æternæ illi-
us ciuitatis quandiu hic peregrinantur,diligen
ter & sobrie illa intueantur exempla,& uideant
quanta dilectio debeatur supernæ patriæ pro-
pter uitam æternam,si tantum à suis ciuibus ter
rena dilecta est propter hominum gloriam.

L. VIVES

a VBi nullus oritur.] Hoc est, nullus nouus accre
scit: ut neq; ex ascitis decrescat ullus, quum om
nes numerati & cõstituti sint, æterna dei & præ
scientia,& selectione.

Quo fructu Rom. bella gesserint,& quantum his quos uicere contulerint. Caput XVII

Q VANTVM enim pertinet ad hanc
uitam mortaliũ,quæ paucis diebus
ducitur & finitur,quid interest, sub
cuius imperio uiuat homo moritu-
rus,si illi qui imperant, ad impia & B
iniqua nõ cogãt? An uero aliquid nocuerũt Ro
mani gentibus,quibus subiugatis imposuerũt
leges suas,nisi quia id factum est ingenti strage
bellorum? quod si cõcorditer fieret, idipsum fie-
ret meliore successu: sed nulla esset gloria trium
phantium. Neque enim & Romani non uiue-
bant sub legibus suis,quas cęteris imponebãt.
[a]Hoc sufficeret reipub. nisi quia Marti & Bello
næ displicebat, ut nec uictoria locum haberet,
nemine uincente,ubi nemo pugnauerat. Nõn
ne Romanis & cæteris gentibus una esset ea-
demq; conditio? Præsertim,si mox fieret,quod
postea grauissime, atq; hũanissime factũ est:[b] C
ut omnes ad Romanum imperium pertinen-
tes,societatẽ acciperẽt ciuitatis,& Romani ciues
essent:ac sic esset omniũ quod erat ante pauco-
rum:tantũ,quod plebs illa quę suos agros non
haberet,de publico uiueret:qui pastus eius per
bonos administratores reip. gratius à cõcordi-
bus præstaretur,cũ uictis extorqueretur. Nam
quid interest ad incolumitatẽ, bonosq; mores,
& ipsas certe hominum dignitates, quod alij
uicerunt,alij uicti sunt,omnino non uideo, præ
ter illum gloriæ humanę inanissimum fastum, D
in quo perceperunt mercedem suã,qui eius in-
genti cupidine arserunt,& ingentia bella gesse-
runt. Nunquid enim illorũ agri tributa nõ sol-
uunt? Nũquid eis licet discere,quod alijs non li
cet? [c]Nunquid non multi senatores sunt in alijs
terris,qui Romam nec de facie quidem norunt.
Tolle iactantiam,& omnes homines quid sunt
nisi homines? Quod si peruersitas seculi admit-
teret,ut honoratiores essent quique meliores:
nec sic pro magno haberi debuit honor huma
nus,quia nullius est ponderis fumus. Sed uta-
mur etiã in his rebus beneficio domini dei no-

stri:consideremus quanta contempserint, quæ A
pertulerint,quas cupiditates subegerint pro hu
mana gloria,qui eam tanquam mercedem tali-
um uirtutum accipere meruerunt: & ualeat no-
bis etiam hoc ad opprimendam superbiam, ut
cũ illa ciuitas,in qua nobis regnare promissum
est,tantum ab hac distet,quantũ distat cœlum
à terra,à temporali lætitia,uita ęterna: ab inani
bus laudibus,solida gloria: à societate mortali-
um,societas angelorum: à lumine solis & lunę
lumen eius qui fecit solem & lunam: nihil sibi
magnum fecisse uideantur tantę patriæ ciues,si
pro illa adipiscẽda fecerint boni operis aliquid,
uel mala aliqua sustinuerint:cum illi pro hac ter
rena iam adepta tanta fecerint, tanta perpessi
sint:præsertim,quia remissio peccatorum, quę
ciues ad æternam colligit patriã, habet aliquid,
cui per umbram quandam simile fuit asylum il
lud Romuleum,quo multitudinem,qua illa ci-
uitas conderetur,quorumlibet delictorum con
gregauit impunitas.

L. VIVES

a HOc sufficere reip.] In ueteribus codicibus ha-
betur sic: Hoc si fieret sine Marte & Bellona,ut
nec uictoria locum haberet &c. b Vt omnes
ad Rom. imperium pertinentes.] Olim populi Latij so
lebant in ciuitatem ascisci. hinc uentum ad alios Italiæ
populos,& trans Padum itum,& trans Alpes,& trans
mare. Claudius Cæsar multas barbaras gentes dona-
uit ciuitate Romana,dicens nihil magis fuisse Lacedæ-
monijs & Athenienſibus exitio, quàm quod in societa-
tem ciuitatis nunquã recepissent, quos uicissent armis.
Mox sub Hispanis & Aphris & Thracibus & aliarũ na-
tionum Cæsaribus paulatim integræ prouinciæ,& to-
tum denicp imperiũ donatũ est iure ciuitatis Romanæ:
Et quum initio reliqui omnes præter Grȩcos diceren- *Barbaræ gen-*
tur Barbari, etiã Romani ipsi iam domini, post Latini & *tes quæ*
Itali ea sunt nota exempti, donatis prouincijs omnibus
ciuitate illi soli nomine barbariei sunt notati, qui sub
Romano imperio nõ essent: & hic est sensus Herodiani,
Spartani,Eutropij & recẽtiorum historicorum, quum
de Barbaris loquuntur. Ita Rhenus duas dicebatur ha
bere ripas. hanc citeriorem Romanã,illam ulteriorem,
Barbaram. Claudia. D
O quoties doluit Rhenus, qua barbarus ibat,
Quòd te non geminis frueretur iudice ripis.
c Nunquid nõ multi senatores.] Donatis ciuitate
multis gentibus,etiã in senatũ ex illis complures sunt
ascripti,fuerũtq; senatores, tametsi Romam nunquam
uenissent, ut ciues alij, qui Romã nunquam uiderunt.

Quàm alieni à iactantia debeant esse Christiani,si aliquid fecerint pro dilectione ęternæ patriæ, cum tanta Romani gesserint pro humana gloria & ciuitate terrena. Cap. XVIII

VID ergo magnum est pro illa æterna cœlestiq; patria, cuncta seculi huius qualibet iucunda blandimẽta contemnere, si pro hac temporali atq; terrena filios Brutus potuit & occidere, quod illa facere neminem cogit? Sed certe difficilius est filios interimere, quàm quod pro ista faciendum est, ea quæ filijs congreganda uidebantur, atque seruanda, uel donare paupertibus, uel si existat tentatio, quæ id pro fide atq; iustitia fieri cõpellat, amittere. Felices enim uel nos uel filios nostros, nõ diuitiæ terrenæ faciunt, aut nobis uiuentibus amittendæ, aut nobis mortuis à quibus nescimus, uel forte à quibus nolumus possidendæ. Sed deus felices facit, qui est mentium uera opulentia. Bruto autẽ quia filios occidit, infelicitatis perhibet testimonium etiam poeta laudator. Ait enim:

Natosq; pater noua bella mouentes
Ad pœnam pulchra pro libertate uocabit
Infelix, utcunq; ferent ea facta minores.

Sed uersũ sequenti, consolatus est infelicem:

Vicit amor patriæ, laudumq; immensa cupido.

Hæc sunt duo illa libertas & cupiditas laudis humanæ quæ ad facta compulere mirãda Ro. Si ergo pro libertate morituros & cupidita te laudum, quæ à mortalibus expetuntur, occidi filij à patre potuerunt, quid magnũ est si pro uera libertate, quæ nos ab iniquitatis & mortis & diaboli dominatu liberos facit, nec cupiditate humanarum laudum, sed charitate liberãdorum hominum: nõ à Tarquinio rege, sed à dæmonibus & dæmonum principe: non filij occiduntur, sed Christi pauperes inter filios computantur? Si alius etiam Ro. princeps cognomine Torquatus filium, non quia cõtra patriam, sed etiam pro patria, tamen quia contra imperium suum, id est contra quod imperauerat pater imperator, ab hoste prouocatus iuuenili ardore pugnauerat, licet uicisset, occidit: ne plus mali esset in exemplo imperij cõtempti, quàm boni in gloria hostis occisi: ut quid se iactãt, qui pro immortalis patriæ legibus omnia quæ multo minus quàm filij diligũtur, bona terrena cõtemnunt? Si Furius Camillus etiam ingratã patriam, à cuius ceruicibus acerrimorum hostium Veientium iugum depulerat, damnatusq; ab æmulis fuerat, à Gallis iterum liberauit, quia nõ habebat potiorem ubi posset uiuere gloriosus: tur extollatur uelut grande aliquid fecerit, qui forte in ecclesia ab inimicis carnalibus gratuitam exhonorationis passus iniuriam, nõ se ad eius hostes hæreticos trãstulit, aut aliquã contra illam ipse hæresim condidit, sed eam potius quantum ualuit ab hæreticorũ pernicioſissima prauitate defendit: cum alia non sit, non ubi uiuatur in hominum gloria, sed ubi uita acquiratur æterna? Si Mutius ut cum Porsenna rege pax fieret, qui grauissimo bello Romanos premebat, quia Porsennam ipsum occidere nõ potuit, & pro eo alterũ deceptus occidit, in ardentem aram ante eius oculos dexteram extendit, dicens, multos tales, qualem illum uideret, in eius exitium cõiurasse: cuius ille fortitudinem & coniurationem talium perhorrescens, sine ulla dilatione se ab illo bello facta pace compescuit: Quis regno cœlorum imputaturus est merita sua, si pro illo non unam manum necq; hoc sibi ultro faciens, sed persequente aliquo patiens totum flammis corpus impẽderit? Si Curtius armatus equo concito in abruptum hiatum terræ se præcipitem dedit, deorum suorum oraculis seruiens, qui iusserant, ut illuc id quod Romani haberent optimũ mitteretur: nec aliud intelligere potuerint cũ uiris armisq; se excellere, unde uidelicet oportebat ut deorũ iussis in illum interitum uir præcipitaretur armatus: Quid se magnũ pro æterna patria fecisse dicturus est, qui aliquem fidei suæ passus inimicum, nõ se ultro in talem mortẽ mittens, sed ab alio missus obierit, quandoquidẽ à domino suo eodemq; rege patriæ suæ certius oraculum accepit: Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animã autẽ non possunt occidere: Si se occidendo certis uerbis quodammodo cõsecrantes Decij deuouerunt, ut illis cadentibus & iram deorũ sanguine suo placantibus, Ro. liberaretur exercitus, nullo modo superbiãt sancti martyres, tanquã dignum aliquid pro illius patriæ participatione fecerint, ubi æterna est & uera felicitas, si usq; ad sui sanguinis effusionem non solũ suos fratres pro quibus fundebatur, uerum & ipsos inimicos, à quibus fundebatur, sicut eis præceptũ est diligentes, charitatis fide, & fidei charitate certarũt. [b] Si Marcus Puluillus dedicans ædem Iouis, Iunonis, Mineruæ, falsò [c] sibi ab inuidis morte filij nũciata, ut illo nuncio perturbatus abscederet, atq; ita dedicationis gloriã collega eius conseqꝛueretur, ita contempsit, [d] ut eum etiam prosequi insepultum iuberet: & sic in eius corde orbitatis dolo

dolorem, gloriæ cupiditas uicerat: quid magnũ se pro Euangelij sancti prædicatione, qua ciues supernæ patriæ de diuersis liberãtur & colligũtur erroribus, fecisse dicturus est, cui dominus de sepultura patris sui solicito ait, Sequere me, et sine mortuos sepelire mortuos suos? Si Marcus Regulus ne crudelissimos hostes iurando falleret, ad eos ab ipsa Roma reuersus est, quoniam sicut Romanis eum tenere uolentibus respõdisse fertur, posteaquã Aphris seruierat, dignitatem illic honesti ciuis habere non posset: eumq; Carthaginẽses, quoniã cõtra eos in Romano senatu egerat, grauissimis supplicijs necauerũt: qui cruciatus non sunt pro fide illius patriæ contẽnendi, ad cuius beatitudinẽ fides ipsa perducit? Aut quid retribuetur domino pro omnibus quæ retribuit, si pro fide quæ illi debetur, talia fuerit homo passus, qualia p fide, quã pernicioſissimis inimicis debebat, passus est Regulus? Quomodo autẽ se audebit extollere de uolũtaria paupertate Christianus, ut in huius uitæ peregrinatione expeditior ambulet uiam, quæ perducit ad patriam, ubi ueræ diuitiæ ipsæ deus est, cũ audiat [e] uel legat Luciũ Valeriũ qui in suo defunctus est cõsulatu, usqueadeo fuisse pauperem, ut nummis à populo collatis, eius sepultura curaretur? Audiat uel legat [b] Quintium Cincinnatum, cum quatuor iugera possideret, & ea suis manibus coleret, ab aratro esse abductum ut dictator fieret: [i] maior utiq; honore, cũ consul: [k] uictisq; hostibus, ingentẽ gloriam consecutum, in eadẽ paupertate mãsisse? Aut quid se magnũ feciſse prædicabit, qui nullo præmio mũdi huius fuerit ab æternæ illius patriæ societate seductus, cũ [l] Fabricium didicerit tantis muneribus Pyrrhi regis Epirotarũ, promiſſa etiam quarta parte regni, à Ro. ciuitate nõ potuisse duelli: ibiq; in sua paupertate priuatũ manere uoluisse? Nam illud quod remp. id est rem populi, rem patriæ, rem communem cum haberent opulentiſsimã atq; ditiſsimã, sic ipsi in suis domibus pauperes erãt, [m] ut quidam eorũ qui iam bis cõsul fuisset, [n] ex illo senatu pauperum hominum pelleretur notatione cẽſoria, quod decem pondo argenti in uasis habere compertus est: ſi ita ijdem ipsi pauperes erãt, quorũ triũphis publicũ ditabatur ærariũ, nonne omnes Christiani, qui excellentiore proposito diuitias suas cõmunes faciũt, secũdum id quod scriptũ est in actibus Apostolorũ, Vt distribuatur unicuiq;, sicut cuiq; opus est: & nemo dicat aliquid proprium, sed sint illis omnia cõmunia: intelligunt se nulla ob hoc uentilari oportere iactãtia: id faciendo pro obtinenda societate angelorũ, cum penè tale aliquid illi fecerint pro conseruanda gloria Romanorũ? Hæc & alia, ſiqua huiuſmodi reperiũtur in literis eorũ, quãdo ſic innoteſcerent, quando tanta fama prædicarẽtur, nisi Ro. imperiũ longe lateq; porrectũ, magnificis ſucceſsibus augeretur? Proinde per illud imperiũ tam latũ tamq; diuturnũ, uirorũq; tantorũ uirtutibus præclarũ atq; glorioſum, & illorũ intentioni merces, quã quærebant, est reddita, & nobis proposita neceſſariæ commonitionis exempla: ut ſi uirtutes, quarũ istæ utcunq; sunt ſimiles, quas iſti pro ciuitatis terrenæ gloria tenuerunt, pro dei glorioſiſsima ciuitate non tenuerimus, pudore pungamur: ſi tenuerimus, superbia non extollamur. Quoniam sicut dicit Apoſtolus, Indignæ sunt paſsiones huius temporis ad futurã gloriã, quæ reuelabitur in nobis. Ad humanã uero gloriã præſentiſq; tẽporis satis digna uita exiſtimabatur illorum. Vnde etiam Iudæi qui Christum occiderũt, reuelante teſtamento nouo, quod in ueteri uelatum fuit, ut nõ pro terrenis & temporalibus beneficijs, quę diuina prouidentia permixte bonis maliſq; concedit, ſed pro æterna uita muneribusq; perpetuis & ipſius ſupernæ ciuitatis societate colatur deus unus, & uerus: rectiſsime iſtorum gloriæ donati ſunt: ut hi qui qualibuſcunq; uirtutibus terrenam gloriam quæſierunt, & acquiſierunt, uincerent eos qui magnis uitijs datorem ueræ gloriæ & ciuitatis æternæ occiderunt, atque reſpuerunt.

L. VIVES

a Cum alia nõ sit ubi uiuatur.] Deest una negatio. ſic legendũ, Cum alia nõ ſit, non ubi uiuatur in hominum gloria. b Si M. Puluillus.] Liuius lib. ij. & Valer. li. v. Plutarch. in Publicola. Dionyſius, & alij. Templũ Ioui Iunoni & Mineruæ uotum est à Tarquinio Priſco, extructũ à Superbo: quo expulſo dedicatio ad cõſules ſpectabat, ſortito dedicatio capitolij obtigit M. Horatio Puluillo, cui contigit quod Aug. narrat. c Sibi ab inuidis.] A M. Valer. P. Valerij cõſulis fratre, qui ægre ferebat nõ ab homine ſuæ familiæ dicari tã magnificũ templũ. nunciauit ergo filiũ obiiſſe, ut funeſta familia Horat. à dedicatione abſisteret. d Vt eum etiam proſici inſepultũ.] Sic Plutarch. nam Liuius eſferri eum iuſsiſse ſcribit. e Sine mortuos.] Sine homines mũdo uiuos, ſed re uera mortuos, quia deo mortuos, ſepelire eos, quos ipſi mortuos arbitrãtur. f Vt in huius uitæ peregrinatione.] Prorſus ut in uia, ſic in uita, ut quiſq; eſt expeditiſsimus, minimisq; oneribus grauatus, ita facillime iter cõficit. g Vel legat Luciũ Valerium.] Valerium Publicolam ſcribũt Liu. Valer. Plutar. *Valerius Publicola*

Plutarch. Dionys. Eutropius & alij ob tenuitatem cen/
sus funere publico esse elatum. Plutar. collatam ab uno
quoq; scribit certam summã ad expensam funeris. Apu
leius in Apologia de magia, sextãtes dicit collatos. Sed
Aug. hic ut aliud agens historiam summo tenus attigit,
ita nec prænomen, nec annũ mortis exacte attendit: di/
cebatur enim P. non L. & non in suo quarto consulatu
obijt, sed anno post, Verginio & Casſio coſſ. sexto anno
post expulsos reges. Liu. & Dionys. h Quintiũ Cin/
Dictatura cinnatum.] Liuius lib. iij. & Valer. lib. iiij. i Maior
utiq; honore ꝙ consul.] Dictatura magistratus erat re/
gius, à quo nõ erat prouocatio, cui cõsules cæteriq́; ma
gistratus dicto audiẽtes erant. sex mẽsibus lege finiebã/
tur, & in solis periculis reip. creabatur à consule, in ter
ra Italia, silentio noctis populi magister nominabatur,
sibiq́; magistrum equitum asciscebat. anno urb. cond.
cclij. hic magistratus in urbem est inductus, post Cæsa
ris mortẽ lege M. Antonij consulis propter inuidiã Cæ
saris perpetui dictatoris in perpetuũ sublatus. k Vi
Fabritius ctisq; hostibus.] E quis de quibus triũphauit. l Fabri
tium.] Hic pauper fuit, & diuitiarũ cõtemptor, insecta/
torq́;. missus legatus de captiuis redimendis ad Pyrrhũ
regem Epirotarũ rogatus est ab eo ut in Epirũ secũ iret,
daturũ illi se quartã sui regni partem: cui Fabritius res
pondit hoc regi non expedire: Epirotas enim Fabritiũ
si uiderent, & nossent, libentius ipsi parituros, ꝙ Pyr/
rho. quod Pyrrhus nõ ægre tulit, sed simplicem magna
nimitatem Fabritij admiratus est. pecuniã etiam ab eo
dem rege oblatã amicitiæ nomine, repudiauit. m Vt
quidam eorũ qui iam bis cõsul.] Valer. lib. ij. de Cor/
nelio Ruffino istud narrat, qui motus est senatu ab hoc
ipso Fabritio censore, quòd decem pondo argenti facti
haberet. Idem Liu. lib. xiiij. & Gell. lib. iiij. qui eum di/
ctatorem quoq; fuisse narrat. Hic est Cornelius, qui Sy
Corn. Sylla billa prius, deinde Sylla primus Corneliorũ est dictus.
Macrobius. priorem consulatum gesſit cum Man. Cu/
rio dentato: posteriorem xiij. anno post cum C. Iunio.
n Ex illo senatu pauperum hominum.] Nulla ætas
feracior fuit continentium & sanctorum hominum Ro/
mæ, quàm illa belli Pyrrhi.

Quomodo inter se differant cupidi/tas gloriæ & cupiditas dominationis. Caput XIX

INTEREST sanè inter cupiditatẽ
humanæ gloriæ, & cupiditatem do
minationis. Nam licet procliue sit,
ut qui humana gloria nimium dele
ctatur, etiam dominari ardenter af/
fectet, tamẽ qui ueram licet humanarũ laudum
gloriam concupiscunt, dant operam bene iudi/
cantibus nõ displicere. Sunt enim multa in mo
ribus bona, de quibus multi bene iudicãt: quã/
uis ea multi non habeant, & per ea bona morũ
nituntur ad gloriam, & imperium, uel domina/
tionẽ, de quibus ait Salustius: Sed ille uera uia
nititur. Quisquis aũt sine cupiditate gloriæ, qua
ueretur homo bene iudicantibus displicere, do/
minari atq; imperare desiderat, etiam per aper
tisſima scelera quærit plerunq; obtinere, quod
diligit. Proinde qui gloriam concupiscit, aut ue/
A ra uia nititur, aut certe dolis atq; fallacijs cõten/
dit, uolẽs bonus uideri, quod nõ est. Et ideo uir
tutes habenti magna uirtus est cõtemnere glo/
riam, quia contemptus eius in cõspectu dei est:
iudicio autẽ nõ aperitur humano. Quicquid e/
nim fecerit ad oculos hominũ, quo gloriæ con/
tẽptor appareat, ad maiorẽ laudem, hoc est, ad
maiorem gloriã facere si credatur, non est unde
se suspicãtium sensibus aliter esse, ꝙ suspicãtur
ostẽdat. Sed qui contẽnit iudicia laudantiũ, cõ/
temnit etiam suspicantiũ temeritatẽ, quorum ta
men, si uere bonus est, non contemnit salutem:
B quoniã tantæ iustitiæ est, qui de spiritu dei uir/
tutes habet, ut etiam ipsos diligat inimicos, &
ita diligat, ut susurrões, uel detractores uelit cor
rectos habere consortes: non in terrena patria,
sed superna. In laudatoribus autem suis, quam
uis paruipendat, quod eum laudant, non tamẽ
paruipẽdit, quod eũ amant: nec eos uult fallere
laudantes, ne decipiat diligentes. Ideoq; instat
ardẽter, ut potius ille laudetur, à quo habet ho/
mo, quicquid in eo iure laudatur. Qui autẽ con
temptor gloriæ dominationis est auidus, besti/
as superat: [a] siue crudelitate uitæ, siue fluxu lu/
xuriæ. Tales quidam Romani fuerunt. Non
C enim cura existimationis amisſa, dominationis
cupiditate caruerũt. Multos tales fuisse prodit
historia. Sed huius uitij summitatẽ, & quasi ar/
cem quandã [b] Nero Cęsar primus obtinuit: cu/
ius fuit tãta luxuries, ut nihil ab eo putaretur ui/
rile metuendum: tanta crudelitas, ut nihil molle
habere crederetur, si nesciretur. Etiam talibus ta
men dominãdi potestas nõ datur, nisi summi
dei prouidẽtia, quãdo res humanas iudicat tali
bus dominis dignas. Aperta de hac re uox diui
na est, loquẽte dei sapiẽtia: Per me reges regnãt
et tyrãni per me tenẽt terrã. [c] Sed ne tyrãni nõ
pesſimi atq; improbi reges, sed ueteri nomine
D fortes dicti existimẽtur: unde ait Verg. [d] Pars mi
hi pacis erit dextrã tetigisse tyrãni: apertisſime
alio loco de deo dictũ est: Qui regnare facit ho/
minem hypocritã propter peruersitatẽ populi.
Quãobrem, quãuis, ut potui, satis exposuerim
qua causa deus unus uerus & iustus, Romanos
secundũ quandã formam terrenæ ciuitatis bo/
nos adiuuerit, ad tanti imperij gloriã cõsequen
dam: potest tamen & alia causa esse latentior,
propter diuersa merita generis hũani, deo ma/
gis nota, ꝙ nobis: dũ illud cõstet inter omnes
ueraciter pios, neminem sine uera pietate, id est
ueri

ueri dei uero cultu, ueram posse habere uirtutẽ:
A nec eam uerã esse, quando gloriæ seruit huma/
næ. Eos tamẽ qui ciues non sunt ciuitatis æter/
nę, quę in sacris literis nostris dicitur ciuitas dei,
utiliores esse terrenę ciuitati, [e] quando habẽt uir
tutẽ, uel ipsam, ꝙ si nec ipsam. [f] Illi autẽ qui ue/
ra pietate præditi, bene uiuũt, si hanc scientiam
regẽdi populos cõsectati sunt, nihil est felicius
rebus humanis ꝙ si deo miserante habeãt po/
testatẽ. Tales autẽ homines, uirtutes suas, quã/
tascunq; in hac uita possunt habere, non tribu/
unt nisi gratiæ dei: [g] quod eas uolẽtibus creden/
tibus petẽtibusq; dederit, simulq; intelligunt,
B quantũ sibi desit ad perfectionem iustitię: quã/
lis est in illorum sanctorum angelorum societa
te, cui se nituntur aptare. Quantumlibet autem
laudetur, atq; prædicetur uirtus, quæ sine uera
pietate seruit hominũ gloriæ, nequaquã sancto
rum exiguis initijs comparanda est, quorũ spes
posita est in gratia & misericordia ueri dei.

L. VIVES

a Siue crudelitate uitæ.] Alibi, siue crudelitatis ui/
Nero tijs siue luxuriæ. b Nero Cæsar primus.] Hic
fuit filius Domitij Aenobarbi & Agrippinæ Ger/
manici filiæ, adoptatus à Claudio Cæsare uictrico, un/
de & Claudius Nero Cæsar est dictus. Patri succesſit ul
timus principum domum Cæsarum cognatione attin/
gens: homo incredibilis crudelitatis, & ignauiæ, hisq;
uitijs ad posteros nobilitatus. Et erat alioqui sicut Tran
quillus narrat, æternitatis, perpetuæq́; famæ cupidus.
Aprilem mẽsem Neroneum appellauit. Romam Nero/
Tyrannus polim nuncupare destinarat. c Sed ne tyranni non
pesſimi.] Dixi aliàs de tyrãno. Olim nihil inter regem
& tyrannum intererat. à τυραννεῖν dicitur, quod est impe
ro. Verg. iiij. Aeneid. Te propter Libycæ gentes Numa
dumq́; tyranni Odêre infensi. Et Horat. lib. iij. Carm.
Princeps & innãtem Maricæ littoribus tenuisse Lyrim,
late tyrannus. Acron: Tyrannus alibi pro domino, ali/
bi pro crudeli, alibi pro potenti. Ita Augustinus fortem
hic posuit pro potente: ut apud Græcos δύναμις & po/
tentia est, & fortitudo, quemadmodum apud Homerũ
sæpe, & Pindarum: ut in Nemeis de Hercule: ἀλλ' ἀγαρικὸν μιον λῦμά τι καὶ δύναμιν υἱέ. d Dextrã tetigisse tyranni.]
Aeneæ, quem Latinus uirum bonũ esse existimabat.
e Quando habent uirtutẽ uel.] Mẽdosus locũs. sen
sus est, utiliores esse terrenæ ciuitati quum habent glo/
riæ cupidinem ꝙ quum nec ipsam. f Illi autẽ qui ue/
ra pietate.] Isti sunt illi ueri philosophi. qui si domina/
rentur, uel domini eorũ essent similes, beatas fore resp.
Plato dixit. g Quod eas uolentibus.] Ex epistola ca/
tholica Iac. i. capite: Siquis uestrum indiget sapientia,
postulet à deo, qui dat omnibus simpliciter, nec impro
perat: & dabit ei. postulet autem fide, nihil hæsitans.

Tam turpiter seruire uirtutes hũanæ glo/riæ, ꝙ corporis uoluptati. Cap. XX

[a] SOLENT Philosophi, qui finẽ bo/
ni humani in ipsa uirtute cõstituũt,
ad ingerẽdum pudorẽ quibusdam
A philosophis, qui uirtutes quidem probant, sed
eas uoluptatis corporalis fine metiũtur, & illam
per seipsam putant appetendam, istas propter
ipsam, tabulam quãdam uerbis pingere, ubi uo
luptas in sella regali quasi delicata quædam re/
gina cõsidat: eiq; uirtutes famulæ subijciantur,
obseruantes eius nutũ: ut faciãt, quod illa impe
rauerit. Quæ prudẽtiæ iubeat: ut uigilanter in/
quirat, quomodo uoluptas regnet, & salua sit.
Iustitiæ iubeat, ut præstet beneficia quæ potest
ad cõparandas amicitias corporalibus cõmodis
necessarias, nulli faciat iniuriam: ne offensis legi
B bus, uoluptas uiuere secura non posſit. Fortitu/
dini iubeat, ut si dolor corpori acciderit, qui non
cõpellat in mortem, teneat dominam suam, id
est, uoluptatẽ fortiter in animi cogitatiõe, ut per
pristinarũ delitiarũ suarum recordationem mi/
tiget prẹsentis doloris aculeos. Temperantię iu
beat, ut tantũ capiat alimentorũ: & si qua dele/
ctant, ne per immoderationẽ noxium aliquid
ualetudinem turbet: & uoluptas, quam etiã in
corporis sanitate Epicurei maximam ponunt,
grauiter offendatur. Ita uirtutes cũ tota suæ glo
riæ dignitate, tanquam imperiosæ cuidam & in
honestæ muliérculæ seruient uoluptati. Nihil
C hac pictura dicunt esse ignominiosius, & defor
mius, & quod minus bonorum ferre posſit a/
pectus: & uerum dicũt. Sed non existimo satis
debiti decoris esse, picturam, si etiam talis finga
tur, ubi uirtutes humanæ gloriæ seruiant. Licet
enim ista gloria [b] delicata mulier nõ sit, inflata
tamen est, & multum inanitatis habet. Vnde
nõ ei digne seruit soliditas quædam firmitasq;
uirtutum, ut nihil prouideat prudentia, nihil di
stribuat iustitia, nihil toleret fortitudo, nihil tẽ/
perantia moderetur, nisi unde placeatur homi/
nibus, & uentosæ gloriæ seruiatur. Nec illi se ab
ista defenderint fœditate: qui cum aliena sper/
D nant iudicia, uelut gloriæ contemptores, sibi sa/
pientes uidentur, & sibi placent. Nam eorũ uir/
tus, si tamen ulla est, alio modo quodam huma
næ subditur laudi. Neq; enim ipse qui sibi pla/
cet [c] homo nõ est. Qui autem uera pietate in de/
um quem diligit, credit, & sperat, plus intendit
in ea, in quibus sibi displicet, quàm in ea, si qua
in illo sunt, quæ non tam ipsi quàm ueritati pla
cent. Neque id tribuit, unde iam potest placere,
nisi eius misericordiæ, cui metuit displicere: de
his sanatis gratias agens, de illis sanandis pre/
ces fundens.

L. VIVES

a Solent philosophi.] Stoici, ut Cleanthes. Cicero secundo De finibus meminit tabellæ huius & picturæ. b Delicata mulier non sit.] Nam sudore & laboribus quæritur. c Homo non est.] Id est humana, & humane sapit.

Romanum regnũ à deo uero esse dispositũ, à quo est omnis potestas, & cuius prouidẽtia regũtur uniuersa. XXI

QVAE cum ita sint, non tribuamus dandi regni atq; imperij potestatẽ, nisi deo uero, [a] qui dat felicitatem regnum cœlorum solis pijs: regnum uero terrenum, & pijs, & impijs: sicut ei placet, cui nihil iniuste placet. Quamuis enim aliquid dixerimus quod apertũ nobis esse uoluit, tamen multum est ad nos, & ualde superat uires nostras, hominũ occulta discutere, & liquido examine merita dijudicare regnorũ. Ille igitur unus uerus deus, qui nec iudicio, nec adiutorio deserit genus humanum, quãdo uoluit, & quantum uoluit Romanis regnum dedit: qui dedit Assyrijs, uel etiam Persis: [b] à quibus solos duos deos coli, unum bonũ, alterum malũ continent literæ istorum: ut taceam de populo Hebræo, de quo iam dixi, quãtum satis uisum est: qui præter unũ deum non coluit, & quando regnauit. Qui ergo Persis dedit segetes, sine cultu deæ Segetiæ: qui alia dona terrarum sine cultu tot deorũ, quos isti rebus singulis singulos, uel etiam rebus singulis, plures præposuerunt: ipse etiam regnum dedit sine cultu eorũ, per quorum cultũ se isti regnasse crediderunt. Sic etiam hominibus, [c] qui Mario, ipse Caio Cæsari: qui Augusto, ipse & Neroni: qui Vespasianis, uel patri, uel filio [d] suauissimis imperatoribus, ipse & Domitiano crudelissimo. Et ne per singulos ire necesse sit, qui Cõstantino Christiano, [e] ipse apostatæ Iuliano, cuius egregiam indolem decepit amore dominandi sacrilega & detestanda curiositas, cuius uanis deditus oraculis erat, quãdo fretus securitate uictoriæ, naues quibus uictus necessarius portabatur, incẽdit. Deinde feruide instans immodicis ausibus & mox merito temeritatis occisus, in locis hostilibus egenũ reliquit exercitum, ut aliter inde non posset euadi, nisi contra illud auspiciũ dei Termini, de quo superiore libro diximus, Romani imperij termini mouerentur. Cessit enim Terminus deus necessitati, qui nõ cesserat Ioui. Hęc planè deus unus & uerus regit, & gubernat, ut placet. Et si occultis causis, nunquid iniustis?

L. VIVES

a Qui dat felicitatem in regno cœlorũ.] Sunt quædam exemplaria, quæ sic habent: Qui dat felicitatem regnum cœlorum solis pijs. Alia sic: Qui dat felicitatem in regno cœlorum solis pijs. Vtroq; modo melius, q̃ in excusis. b A quibus solos duos deos coli.] Persæ Magi, quorum princeps Zoroastres, duo principia ponebant: unum bonum, alterum malũ. *Zoroastres* Numen bonum cœli, malum uero inferorũ deum arbitrantes. Hunc Plutonẽ & Arimanium dixerunt dæmonem malum, illum uero dæmonem bonum Iouem & Horosmadem. Autores Hermippus, Eudoxus, & Theopompus apud Laertium Diogenẽ. Magos uidetur secutus Plato libro decimo legum, quum animas ponit in mundo geminas: alteram unde proficiscãtur bona, alteram unde mala: nisi potius Pythagoræ sentẽtiæ assensus est, qui principiorum unitatem deum esse ait mentẽ, uniusque naturam, & bonũ: Dyada uero infinitam, materialem, circa quam est multitudo, genius, & malum. Manichæi quoq; hæretici, *Manichæi* ut Augustinus lib. De hæresibus scripsit, duo principia ponebant inter se diuersa & aduersa, eademq; æterna & coæterna: Duasq; naturas atq; substãtias, boni scilicet & mali. qua opinione antiquos alios hæreticos sunt secuti. c Qui Mario, ipse Caio.] Binos coniungit, alterum bonum, alterum malum. crudelis Marius, clementissimus C. Cæsar: optimus princeps Augustus, pessimus Nero. d Suauissimis imperatoribus.] T. Vespasianus duos habuit filios, alterũ *Vespasianus* sibi cognominem, alterum Domitianum. Pater fuit uir multorum saliũ, & iucundissimus. Filius Titus tam humanus, ut amor & delitiæ generis humani sit nominatus, Suetonius. Plinius Secundus in præfatione Naturalis historiæ ad Titum Vespasianũ filium: Narrare tibi constitui iucundissime imperator: sit enim hæc tui præfatio uerissima, dum maximo consenescit in patre. Domitianus patri & fratri dissimilis, sæuus & inimicus omnium fuit. e Ipse apostatæ Iuliano.] Quasi desertori, *Iulianus* & transfugæ Iuliano: qui quum esset prius Christiana pietate imbutus, desciuit ab ea inductus à Libanio sophista, dedidítq; se totum oraculis, sortibus, dictisq; & factis magorum ac diuinaculorũ, quorum inanibus fraudulẽtis q; respõsis & promissis præceps iuit. uir cætera egregij animi, regendiq; imperij callentissimus.

Tempora exitusq; bellorum ex dei pendere iudicio. Cap. XXII

SIC etiam tempora ipsa bellorum sicut in eius arbitrio est, iustoq; iudicio & misericordia uel atterere, uel consolari genus humanum, ut alia citius, alia tardius finiãtur: [a] bellum Piratarũ à Pompeio, [b] bellum Punicũ tertium à Scipione, incredibili celeritate, & tẽporis breuitate cõfecta sunt. Bellum quoq; fugitiuorũ gladiatorum, [c] quamuis multis Romanis ducibus & duobus consulibus uictis, Italiaq; horribiliter cõtrita atq; uastata, tertio tamen anno post multa cõsumpta cõsummatũ est. Picẽtes, Marsi, & Peligni gentes non exteræ, sed Italicę post diuturnã & deuotissimã sub Romano iugo ser

uitutem, in libertatẽ caput erigere tentauerunt: iam multis nationibus Romano imperio subiugatis, deletaq; Carthagine. In quo bello Italico Romanis sæpissime uictis, [d] ubi & duo consules perierunt, et alij nobilissimi senatores: nõ diuturno tamẽ tempore tractum est hoc malũ. Nam quintus ei annus finem dedit, sed bellum Punicum secundum cum maximis detrimentis & calamitate reipublicæ per annos decem & octo Romanas uires extenuauit, & penè cõsumpsit: [e] in duobus prælijs fermè septuaginta Romanorum milia ciciderunt. Bellum Punicũ primum per uiginti & tres annos peractum est: [f] bellum Mithridaticũ quadraginta annis. Ac ne quisquam arbitretur rudimenta Romanorũ fuisse fortiora ad bella citius peragenda, superioribus temporibus multũ in omni uirtute laudatis, bellum Samniticum [g] annis tractum est fermè quinquaginta, in quo bello ita Romani uicti sunt, ut sub iugum etiam mitterentur. Sed quia nõ diligebant gloriam propter iustitiam, sed iustitiam propter gloriã diligere uidebãtur, [h] pacẽ factam, fœdusq; ruperũt. Hæc ideo commemoro, quoniam multi præteritarum rerum ignari: quidam etiam dissimulatores suæ scientiæ, si temporibus Christianis aliquod bellum paulo diutius trahi uident: ilico in nostram religionem proteruissime insiliunt, exclamantes, quod si illa non esset, & uetere ritu numina colerentur, iam Romana illa uirtute, quę adiuuante Marte & Bellona, tanta celeriter bella confecit, id quoq; celerrime finiretur. Recolãt igitur qui legerũt quàm diuturna bella, [i] quàm uarijs euẽtibus, quàm luctuosis cladibus à ueteribus sint gesta Romanis, sicut solet orbis terrarum uelut procellosissimum pelagus uaria talium malorũ tempestate iactari: & quod nolunt aliquãdo fateantur: nec insanis aduersus deum linguis se interimant, & decipiant imperitos.

L. VIVES

a Bellum Piratarum.] Intra quadragesimum diem postquam Brũdusio Pompeius soluit. Florus & Cicero pro lege Manilia. b Bellum Punicum tertium.] Intra tres annos susceptum & confectum. c Quàm multis Romanis ducibus. Arius prætor & consules duo Gn. Lentulus & L. Gellius ab Sparthaco sunt uicti. d Vbi & duo consules perierunt.] L. Iulius Cæsar, & P. Rutilius. Liuius. e In duobus prælijs.] ad Trasimenũ lacũ, & ad Cannas. f Bellum Mithridaticum quadraginta annis.] Sic Florus: sed intermissum est pace cum Sylla facta: repetitũ à L. Lucullo: perfectum à Gn. Pompeio Magno. g Annis fermè quinquaginta.] Eutropius, & Orosius undequinquaginta annos in hoc bello numerãt, Florus quinquaginta, Appianus octoginta, quod est Liuij cõputationi uicinius: qui lib. xxiij. per centum propè annos bellum dicit gestum inter Romanos & Samnites, uariãte fortuna euentum. Quod si bellum Samniticum Fabio Gurgite consule finitur, non sunt plures q̃ anni quinquaginta à M. Valerio Coruino, & à Cornelio Cosso cos. sed iunxerũt se Samnitium arma etiam cũ Pyrrho, & iam antea cum Dentato conseruerant manus, post Gurgitẽ consulem, & ante q̃ in Italiam transiret Pyrrhus. h Pacem factam fœdusq;.] Satis hoc oblique significat Liuius lib. nono, quum uerbis Pontij Samnitium ducis eludi fidem, fœdera, sacraq; à Romanis puerilibus interpretamẽtis dicit, quod re uera ita erat: nam in uerbis pueriliter plerunque cauillabantur ad suum commodum. i Quàm uarijs euentibus.] Alij codices euentis. Nõ *Euentus* disputo an dici possit euẽtus, plurali numero, quod rarum esse Valla ait, dici tamen posse certum est, & inueniri ille non negat.

De bello in quo Rhadagaisus rex Gotthorum dæmonum cultor, uno die cum ingẽtibus copijs suis uictus est. Caput XXIII

QVOD tamẽ nostra memoria recentissimo tẽpore deus mirabiliter & misericorditer fecit, non cum gratiarum actione cõmemorãt: sed quantum in ipsis est, omnium si fieri potest hominũ obliuione sepelire conantur: quod à nobis si tacebitur similiter erimus ingrati. Cũ [a] Rhadagaisus rex Gotthorũ agmine ingẽti, & immani iam in urbis uicinia cõstitutus, Romanis ceruicib. immineret: uno die tãta celeritate sic uictus est, ut ne uno quidẽ nõ dicam extincto, sed nec uulnerato Romanorũ, multo amplius q̃ centũ miliũ prosterneretur eius exercitus, atque ipse cũ filijs mox captus pœna debita necaretur. Nã si ille tam impius, cũ tantis & tam impijs copijs Romam fuisset ingressus, cui pepercisset? quibus honorem locis martyrũ detulisset? In qua persona deum timeret? cuius nõ sanguinem effusum, cuius pudicitiã uellet intactã? Quas autẽ isti pro dijs suis uoces haberẽt, quãta insultatione iactarent, quod ideo ille uicisset, ideo tanta potuisset, quia quotidianis sacrificijs placabat, atq; inuitabat deos, quod Romanos facere Christiana religio nõ sinebat. Nam propinquãte iam illo his locis, ubi nutu summę maiestatis oppressus est, cũ eius fama ubiq; crebresceret, nobis apud Carthaginẽ dicebatur, hoc credere, spargere, iactare Paganos, q; ille dijs amicis protegẽtibus & opitulãtibus, quibus immolare quotidie ferebatur, uinci omnino non posset ab eis qui talia dijs Romanis sacra nõ facerẽt, nec fieri à quoq; permitterẽt. Et nõ agunt

miseri gratias tantæ misericordiæ dei, qui cũ sta tuisset irruptiõe barbarica grauiore dignos mo res hominum castigare, indignationem suam tanta mãsuetudine temperauit, ut illum primo faceret mirabiliter uinci, ne ad infirmorum ani mos euertẽdos gloria daretur dæmonibus, qui bus eum supplicare constabat. Deinde cum ab his barbaris Roma caperetur, qui contra omnẽ cõsuetudinem bellorum ante gestorum ad loca sancta confugientes, Christianæ religionis re uerentia tuerentur, ipsisq; dæmonibus atq; im piorum sacrificiorum ritibus, de quibus ille præ sumpserat, sic aduersarentur pro nomine Chri stiano, ut longe atrocius bellum cum eis quàm cum hominibus gerere uiderentur: ita uerus do minus gubernatorq; rerum & Romanos cum misericordia flagellauit, & tamen incredibiliter uictis supplicatoribus dæmonum, nec saluti re rum præsentiũ necessaria esse sacrificia illa mon strauit, ut ab his qui non peruicaciter conten dunt, sed prudenter attendunt: nec propter præsentes necessitates religio uera deseratur, & magis æternæ uitæ fidelissima expectatione teneatur.

L. VIVES

a RHadagaisus rex Gothorum.] Hoc sub Honorio Cæsare de quo in præfatione diximus.

Quæ sit Christianorum imperatorũ, & quàm uera felicitas. Cap. XXIIII

EQVE enim nos Christianos quos dam imperatores ideo felices dici N mus, quia uel diutius imperarũt, uel imperantes filios morte placida re liquerunt, uel hostes reipublicæ do muerũt, uel inimicos ciues aduersus se insurgen tes, & cauere & opprimere potuerũt. Hęc enim & alia uitæ huius erumnosæ, uel munera, uel so latia, quidam etiam cultores dæmonum accipe re meruerunt, qui non pertinẽt ad regnum dei, D quò pertinent isti. Et hoc ipsius misericordia fa ctum est, ne ab illo ista, qui in eum crederẽt, ue lut summa bona desiderarent. Sed felices eos dicimus, si iuste imperant: si inter linguas subli miter honorantiũ, & obsequia nimis humiliter salutantiũ non extolluntur, sed se homines esse meminerunt: si suam potestatem ad dei cultum maxime dilatandũ, maiestati eius famulam fa ciunt: si deum timent, diligunt, colunt: si plus a mant illud regnum, [a]ubi nõ timẽt habere con sortes: si tardius uindicãt, facile ignoscunt: si eam dem uindictã pro necessitate regendę tuẽdęq; reipublicę, nõ pro saturandis inimicitiarũ odijs exerũt: si eandem ueniã non ad impunitatẽ iniquitatis, sed ad spem correctionis indulgent: si quod aspere coguntur plerunq; decernere, misericordiæ lenitate & beneficiorũ largitate com pẽsant: [b]si luxuria tanto eis est castigatior, quanto posset esse liberior: si malunt cupiditatib. prauis, quàm quibuslibet gentibus imperare. Et si hæc omnia faciunt, non propter ardorem inanis gloriæ, sed propter charitatem felicitatis æternæ: si pro suis peccatis humilitatis, & miserationis, & orationis sacrificium, deo suo uero immolare non negligunt. Tales Christianos imperatores dicimus esse felices: interim spe, post ea re ipsa futuros, cum id quod expectamus aduenerit.

L. VIVES

VBi non timent habere consortes.] Hic in mũdo reges omnes timent habere consortem. Omnis a enim potestas impatiens est consortis, sicut inquit Lucanus, at in felicitate dei æterna, cũ plures sunt consortes, non minus est gaudium, imò quodam modo maius. b Si luxuria tanto in eis.] Iuxta bonum Mimum: Quo plus licet, eo libeat minus.

De prosperitatibus, quas Cõstantino imperatori Christiano deus contulit. Caput XXV

AM bonus deus, ne homines qui e um crederent propter æternam ui tam colendum, has sublimitates & N regna terrena existimarẽt posse ne minem consequi, nisi dæmonibus supplicaret, quod hi spiritus [a]in talibus multũ ua lerẽt: [b]Constatinũ imperatorẽ non supplicantẽ dęmonibus, sed ipsum uerum deum colentem, tantis terrenis impleuit muneribus, quanta op tare nullus auderet. [c] Cui etiam condere ciui tatem [d] Romano imperio sociam, uelut ipsius Romæ filiam, sed [e]sine aliquo dæmonum tem plo simulachroq; concesit. Diu imperauit, [f]uni uersum orbem Romanum unus Augustus te nuit & defendit: in administrandis & geren dis bellis uictoriosissimus fuit: [g]in tyrannis op primendis per omnia prosperatus est. Gran dæuus ægritudine & senectute defunctus est, [h]filios imperantes reliquit. Sed rursus ne Im perator quisquam ideo Christianus esset, ut fe licitatem Constantini mereretur, cum propter uitam

uitam æternã quisq; debeat esse Christianus, A [i]Iouinianum multo citius quàm Iulianũ abstu lit, [k]Gratianum ferro tyrannico permisit interi mi: longe quidem mitius, quàm Magnũ Pom peium, colẽtem uidelicet Romanos deos. Nam ille uindicari à Catone non potuit; quem ciuilis belli quodammodo hæredẽ reliquerat. Iste au tem, quamuis piæ animæ solatia talia nõ requi rant, [l]à Theodosio uindicatus est: quem regni participem fecerat, [m]cum paruulum haberet & fratrem: auidior fidæ societatis, quàm nimiæ potestatis.

L. VIVES

a INtalibus multũ ualerent.] Nõ est potestas, inquit B Iob, quæ cum dæmonica super terram conferatur. Sciũt enim ubi lateãt opes: norũt artes, fraudesq;, quibus ad imperiũ possit homo euehi, & hostes uince re. b Cõstantinum Imperatorẽ.] Hic filius Cõstan Constantinus tij & Helenæ in Britãnia natus, primus post Philippum fuit Romanus princeps Christianus, partibusq; expu gnatis solus felicissime obijt, naturali morte Nicome diæ, anno imperij altero & tricesimo. c Cui etiam condere ciuitatem.] Imitatio Vergiliana:
O regina nouam cui condere Iuppiter urbem.
Porrò Constantinus iam bellis omnibus defunctus, so lutusq; grauioribus curis animum ad nouam urbem condendã, & de suo uocandam nomine adiecit. Primũ in Sardico agro Asiæ destinarat, post ad Sigeum Troa dis fundamenta sunt iacta: tertio translatæ operæ Chal cedonem, erectiq; ibi muri: quumq; fabriles funiculos Byzantium aues corripuissent, transtulissentq; Byzantium, quæ est C urbs Thraciæ, ibi uelut ita iubente deo cõdita est urbs, quæ dicta Cõstantinopolis: quod nomẽ adhuc retinet. Byzantiũ uero etiam dicitur, quod ibi fuerit id oppidũ à Pausania Spartanorum rege cõditum: quod Seuerus imperator propemodum euertit, milites autẽ Galieni principis funditus deleuere. d Romano imperio so ciam.] Illuc enim magnam & senatus, & totius nobilita tis partem Roma Constantinus transtulit, principesq; ferè omnes Constantinopoli magis quàm Romæ habi tarunt: ita opibus & claritate ciuium certauit cum urbe Rom. e Sine aliquo dæmonũ tẽplo.] Diuæ enim Ma riæ uigini urbẽ Constãtinus dicauit. f Vniuersum or Orbis Rom. bem Romanũ.] Sic dicitur orbis Romanus, id quod ex orbe possidebãt Ro. ut orbis Christianus, qđ Christia ni habemus: orbis Hispanus, quod Hispani. Lucanus orbẽ Hiberũ dixit, p Hispania, & orbẽ Arctpũ, p Gallia & Germania. Et quũ ex Hispania in Italiã, & inde Græ ciã trãsiturus esset Cæsar, inquit: Victrices aquilas aliũ D laturus in orbẽ. Marcellinus Romani orbis crebro me minit. Aurelianus, ut autor est Trebellius Pollio, scri bens ad Zenobiam sic exorsus est: Aurelianus impera tor Romani orbis. [illegible] g In tyrãnis opprimẽ dis.] Maxentio & Licinio. h Filios imperãtes.] Cõ stantium, Constantinum, & Constantem: tametsi nõ sa tis conuenit, diuiserit ne ipse hæredibus imperium, an Iouinianus ipsi post eius mortem sorte id fecerint. i Iouinianũ.] Septimo mense imperij. Dadastanæ in Asia obijt crudi tate stomachi, ip so codẽ & Varroniano cos. Christianus fuit, & à Valẽtiniano in numerũ diuorũ relatus. f Gra Gratianus tianum ferro tyrannico.] Hæc de principibus Romanis apud Eutropium, Paulum Diaconũ, Orosium & Pom ponium Lætum. Gratianus Valentiniani fuit filius: in hunc Treueris agentem legiones Romanæ coniurarũt, electo Maximo quodam duce, qui Gratianum in Itali am iter molientem dolo circumuentum interfecit: fuit princeps religioni nostræ deditissimus. l Quàm Ma gnum Pompeium.] Quem satellites pueri Ptolemæi in cymba cuncto Alexandrino populo spectante obtrun carũt: morsq; illa fuit uiro tanto indignissima. Litius, Florus, Plutarchus, Lucanus, Appianus. m A Theo Theodosius dosio uindicatus est.] Gratianus Theodosium Hispa num magna omnium approbatione consortem imperij apud Syrmium fecerat: uirum & uirtutibus omnibus, & strenuitate insignem, è Traiano genus ducentem, cui & persimilis ferebatur: ab hoc Maximus Aquileiæ agẽs captus & interemptus est. n Quum paruulum habe ret & fratrem.] Valentinianum.

De fide & pietate Theodosii Augu sti. Caput XXVI

NDE & ille non solũ uiuo seruauit quam debebat fidem, uerum etiam post eius mortẽ pulsum ab eius in terfectore Maximo, Valentinianũ eius paruulum fratrem, in sui partes imperij tanquam Christianus excepit pupillũ: paterno custodiuit affectu, quem destitutũ om nibus opibus nullo negocio posset auferre, si la C tius regnandi cupiditate magis quàm benefa ciendi charitate flagraret. Vnde potius eum ser uata eius imperatoria dignitate susceptum, ipsa humanitate & gratia consolatus est. [a]Deinde cum Maximũ terribilem faceret ille successus, hic in angustijs curarum suarum nõ est lapsus ad curiositates sacrilegas atq; illicitas, [b]sed ad Io annem in Aegypti eremo constitutũ: quem dei seruum prophetandi spiritu prædítum fama crebrescente didicerat, misit: atque ab eo nun cium uictoriæ certissimum accepit. Mox tyran ni Maximi extinctor, [c]Valentinianum puerũ in imperij sui partibus unde fugatus fuerat, cũ D misericordissima ucneratione restituit: eoq;, si ue per insidias, siue quo alio pacto uel casu pro xime extincto, alium tyrannum Eugenium, qui in illius Imperatoris locum non legitime fuerat surrogatus, accepto rursus prophetico responso, fide certus oppressit, contra cuius ro bustissimum exercitum magis orando, quàm feriendo pugnauit. Milites nobis qui aderant, retulerunt, extorta sibi esse de manibus quæ cunque iaculabantur, cum à Theodosii parti bus in aduersarios uehemens uentus iret: & nõ solum quæcunque in eos iaciebantur concita tissime

tissime raperet, uerum etiam ipsorum tela in eo
rum corpora retorqueret.[d] Vnde et poeta Clau
dianus quãuis à Christi nomine alienus, in eius
tamen laudibus dixit:

O nimium dilecte deo, cui militat æther,
Et coniurati ueniunt ad classica uenti.

Victor autem sicut crediderat, & prædixerat,
Iouis simulachra, quæ aduersus eum fuerant,
nescio quibus ritibus, uelut consecrata: & in Al
pibus constituta, deposuit: eorumq; fulmina,
quod aurea fuissent iocantibus, quod illa lętitia
permittebat,[e] cursoribus, & se ab eis fulminari
uelle dicentibus, hilariter benigneq; donauit.
Inimicorum suorũ filios: quos nõ ipsius iussu,
sed belli abstulerat impetus: etiã nõdum Chri
stianos ad ecclesiam confugientes, Christianos
hac occasione fieri uoluit, & Christiana charita
te dilexit: nec priuauit rebus, sed auxit honori
bus. In neminem post uictoriam priuatas ini
micitias ualere permisit. Bella ciuilia non sicut
Cinna, & Marius, & Sylla, et alij tales,[f] qui nec
finita finire uoluerunt, sed magis doluit exorta
quàm cuiquam nocere uoluit terminata. Inter
hæc omnia ex ipso initio imperij sui non quie
uit iustissimis & misericordissimis legibus ad
uersus impios laborãti ecclesię subuenire:[g] quã
Valens hæreticus fauens Arrianis uehementer
afflixerat, cuius ecclesiæ se membrũ esse, magis
q; in terris regnare gaudebat. Simulachra gen
tiliũ ubiq; euertẽda præcepit, satis intelligẽs nec
terrena munera in dæmoniorũ, sed in dei ueri
esse posita potestate.[h] Quid aũt fuit eius religio
sa humilitate mirabilius, quãdo in Thessaloni
censiũ grauissimũ scelus, cui iam Episcopis inter
cedentib. promiserat indulgentiã, tumultu quo
rundã, qui ei cohærebãt, uindicare cõpulsus est,
& ecclesiastica coercitus disciplina, sic egit pœni
tentiã, ut imperatoriã celsitudinem pro illo po
pulus orans, magis fleret uidendo prostratam,
q; peccando timeret iratam? Hæc ille secum, &
si qua similia, quæ commemorare longum est,
bona opera tulit: ex isto tẽporali uapore cuiusli
bet culminis & sublimitatis humanæ, quorum
operum merces est æterna felicitas: cuius dator
est deus, solis ueraciter pijs. Cætera uero uitæ
huius uel fastigia uel subsidia: sicut ipsum mun
dum, lucẽ, auras, terras, aquas, fructus, ipsiusq;
hominis, animam, corpus, sensus, mentem, ui
tam, bonis malisq; largitur. In quibus est etiam
quælibet imperij magnitudo, quam pro tem

A porum gubernatione dispensat.

L. VIVES

a DEinde quum Maximo.] Administrabatur bel
lum ab Andragatio comite Maximi, homine in
bellis exercitato, & callidissimo duce: cuius ar
tibus in magnas difficultates Theodosius adducebat.
b Sed ad Ioannem in Aegypti eremo.] Ioannes A- *Io. Anacho-*
nachoreta spiritu uaticinij afflatus, quum alijs permul *reta*
tis pleraq; prædixit: tum uero Theodosio uictoriam dei
uerbis est pollicitus. Prosper Aquitanus. ad hũc in du
bijs rebus cõsilij gratia confugisse Theodosium narrat
Diaconus. c Valentinianum puerũ.] Gratiani fra
trem Occidentis imperio præfecit, quem Arbogastes
comes Viennæ dolo peremit, Eugeniũq; creauit tyran
num, & ingẽtibus barbarorum coactis copijs Alpium
transitum obsederunt, ut ab eo Theodosium arcerent.
Princeps pietissimus totam noctem, quæ pugnæ diem
præcesserit, sine cibo potuq; precibus ac meditationi sa
cræ intentus postridie prælium commisit, quum exer
citu esset hostibus longe impar, ubi diuina ope palàm
adiutus hostium exercitũ prostrauit. Eugenius captus
& cæsus est, Arbogastes sibi manum intulit. d Vnde *Claudianus*
poeta Claudianus.] Hunc Aegyptium fuisse uulgatior
est opinio, & sic tradit Possidonius, qui fuit eius familia
ris: nõ Rhodius ille philosophus, sed præsul quidã Af
fer. ad carmẽ natus fuit, quod elegãtissime scripsit, poe
tico uir ingenio, & ad superstitionẽ propensior: tametsi
de Christo extat carmẽ eius nomine inscriptum, quod
credo ab eo in Honorij gratiam compositum, ut fuit as
sentator maximus. Hi uersus quos Augustinus citat,
sunt in Panegyrico de tertio Honorij cõsulatu, quos in
Honorij potius, q; Theodosii laudẽ scripsit, & si de hac
ipsa Alpina uictoria loquẽs quam satis & felicitati Ho
norij citius, quàm Theodosii pietati per assentationem
plus quàm scurrilem adscribit. Sic enim ait:
Victoria uelox
Auspicijs effecta tuis: pugnastis uterq;,
Tu fatis, genitorq; manu: te propter & Alpes
Inuadi faciles: cauto nec profuit hosti
Munitis hæsisse locis: spes irrita ualli
Concidit, & scopulis patuerunt claustra reuulsis.
Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit aduersas acies, reuolutaq; tela
Vertit in autores, & turbine repulit hastas.
O nimium dilecte deo, cui fundit ab antris
Aeolus armatas hyemes, cui militat æther:
Et coniurati ueniunt ad classica uenti.
Sic in codicibus Claudiani legitur: apud Augustinum
aliter. Fortasse ad eum tunc ferebantur modũ, quo Au
gustinus scripsit, qui fuit illorũ temporũ æqualis. Ta
metsi in uetere libro Colonienſi sic habetur:
O nimium dilecte deo, cui militat æther:
Et coniurati ueniunt ad classica uenti.
Eodem modo apud Orosium, & Diaconum. e Cur
soribus.] Nomen est officij in aula principali à currẽdo *Cursores*
dictum, quòd celeriter aliquo mitterentur. Non uiden
tur isti absimiles nostris pueris à pedibus, quos etiam
sic uocarunt prisci, ut Cicero: & recentiores, ut Martia
lis. Suetonius cursorum meminit in Nerone: Nunquã,
inquit, carrucis minus mille fecisse iter traditur, soleis
mularum argenteis, canusinatis mulionibus, armilla
ta & phalerata cum hamaxochorum turba atque cur
sorum. Et in Tito: Confestim ad alterius matrem, quæ
procul aberat, cursores suos misit, qui anxie filium sal
uum nunciarent. Romani principes cũ se totos in Grę
ciam transtulissent, Græcis nominibus ministeria om
nia nuncuparunt. Itaque inter hæc legimus ἀγγαρεῖς, id
est, cursores. Veteres quoque cursores habuerunt,
ut Alexander Macedo Philonidem, qui mille & du

centa

centa stadia uno die confecit, ut scribit Plinius. f Qui A
nec finita finire uoluerunt.] Hoc est, qui etiã finitis bel
lis nondum finem imponere uoluerunt: & cũ nulli iam
superessent hostes, ipsi sibi, quos iugularẽt, hostes fa
ciebant. g Quam Valens hæreticus.] Valens prin- *Valens*
ceps sectæ fuit Arrianæ, Episcopos & monachos uere
Christianos miseris modis obtriuit & conculcauit: mul
tos eorum cecidit. Gothis petentibus Christianam re
ligionem, Episcopos misit Arrianos. h Quid autem *Thessalonicen-*
fuit eius religiosa humilitate.] Thessalonicæ quæ ciui- *sium clades*
tas est in Macedonia cum tumultu theatrali quidam &
ductores ordinum & in exercitu magistratus essent à ci
uibus pulsati, grauiter hoc ferens Theodosius, atroci
ter in eam ciuitatẽ iussit animaduerti: precibus tamen
Episcoporum Thessalonicensibus noxam condonauе
rat. Sed cum potentium in interiore aula amici iniuria
essent affecti, illi Theodosii animũ multa suadendo, tun
dendoq; ad uindictam impulerunt, exercitus à princi
pe in urbem immissus, multa ciuium millia obtrunca- B
uit. Ob quod facinus Ambrosius Mediolanensis pon
tifex, imperatorem ferijs dominicæ resurrectiõis sacris
interdixit: quoad indictam publicam pœnam exolue
ret. Imperator põtifici dicto audiẽs fuit, modestèq; pro *Theodosij hu-*
stratus atq; abiectus more ac instituto ueterum pœni *militas*
tere commissi professus, ueniamq; à deo & cœlitibus
primum, deinde ab Episcopo, postremo à tota Ecclesia
petijt, ad hunc modum expiatus redditus est Ecclesiæ
sacrisq;.

Contra inuidos inuectio Augustini, qui scripserunt contra æditos iam libros. Cap. XXVII

ROINDE iam etiã illis respondendum esse uideo, qui manifestissimis C
P documẽtis, quibus ostẽditur, quod ad ista tẽporalia quæ sola stulti habere concupiscunt, nihil deorum falsorum numerositas prosit, confutati atq; convicti conantur asserere: non propter uitæ præsentis utilitatem, sed propter eam quæ post mortẽ futura est esse colẽdos deos. Nam istis qui propter amicitias mundi huius uolunt uana colere, & non se permitti puerilibus sensibus conqueruntur, his quinque libris satis arbitror esse respondsum. Quorum tres priores cum ędidissem, & in multorum manibus esse cœpissent, audiui quosdam, nescio quam, aduersus eos responsionem scribendo præparare. Deinde ad me perlatum est, quod iam scripserint, [a]sed tempus quętant, quo sine periculo possint ędere. Quos admoneo, non optent, quod eis non expedit. [b]Facile est enim cuiquam uideri respondisse, qui tacere noluerit. Aut quid est loquacius uanitate? D

Quæ non ideo potest quod ueritas, quia si uoluerit etiã plus potest clamare q; ueritas. Sed cõsiderent omnia diligenter: & si forte sine studio partiũ iudicantes talia esse perspexerint, quę potius exagitari, q; conuelli possint garrulitate itri pudẽtissima, & quasi satyrica uel mimica leuitate, cohibeãt suas nugas: et potius à prudentibus emẽdari, q; laudari ab imprudentibus eligant. Nam si nõ ad libertatẽ uera dicendi, sed ad licẽtiã maledicendi tẽpus expectãt: absit ut eis eueniat, quod ait Tullius de quodam, qui peccandi licẽtia felix appellabatur: [c]O miserum cui peccare licebat. Vnde quisquis est, qui maledicendi licentia felicem se putat, multo erit felicior, si hoc illi omnino non liceat, cum possit deposita inanitate iactantiæ etiam isto tempore tanquã studio consulendi quicquid uoluerit, contradicere: & quantum possit ab eis, quos consulit amica disputatione, hoc est honeste, grauiter, libere, quod oportet audire.

L. VIVES

a SEd tempus quærãt, quo sine periculo.] Multi ad
uersus alios scribunt, qui occasionem aliquã ex
pectant ædendi, cum sua utilitate, & inimici dam
no, qui cum ut lædant, solum scribant: magnopere ad
bona doctaq; iudicia tanquam publici omnium hostes
execrabiles sunt. Cui enim non sit perfacile lædere: aut
quis est animus ille, qui sibi eruditionem facultatesq;
uel mentis uel corporis tributas putat in pernicię alio
rum: Quod si prodesse alijs student, tunc demum pro
ferant scripta sua, cum & alios plurimum iuuare, & ad
uersarios minimum lædere sese arbitrentur posse. Ae
dant dum uiuit, dum uiget, ac ualet, dum respondere,
ac se tutari potest. Plinius in præfatione Historiæ mundi
scribit Asinium Pollionem parasse in Plancum oratio
nes, quas post mortem eius esset æditurus, ne respondẽ
re posset. Plancũ ubi hoc rescisset, cum mortuis nõ nisi
laruas luctari dixisse: quo dicto ita esse orationes illas re
percussas, ut apud eruditos nihil impudentius habere
tur. b Facile est enim cuiquam uideri respondisse.]
Imperitum uulgus, quod non spectatorem modo, sed
iudicem quoq; causarum magnorum uirorum ultro se
facit, etiam spretum ac reiectum incognita causa illum
uictum pronunciat, qui tacet: illum respondisse, qui nõ
tacuerit. Litem esse ambiguam & amplius pronunciat,
si uterq; ex æquo multa dixerit: uter meliora, nec atten
dit, ac ne si uelit quidem, potest, cũ non intelligat: cũq;,
ut hic dicit Augustinus, loquacior sit uanitas ueritate,
imperiti sæpe, ac utinam non semper, pro uana loqua
citate ferunt sententiã. c O miserum cui peccare.]
Cicer. v. Tusc. de Cinna loquens: Beatus ne igitur, qui
hos interfecit? Mihi contra nõ solum eo uidetur miser,
quòd ea fecit, sed etiam quòd ita se gesserit ut ea facere et
liceret. Et si peccare nemini licet, sed sermonis errore lã
bimur. Id enim licere dicimus, quod cuiq; cõceditur.

ELENCHVS CAPITVM
IN DIVI AVRELII AVGVSTINI DE CIVITATE DEI LIBRVM SEXTVM.

1 De his qui dicunt, deos à se, non propter præsentem uitam coli, sed propter æternam.
2 Quid Varronem de dijs gentium sensisse credendum sit: quorum talia, & genera & sacra dete xit, ut reuerentius cum eis ageret, si de illis omnino reticeret.
3 Quæ sit partitio Varronis, librorum suorum, quos De antiquitatibus rerum humanarũ diuinarumq; composuit.
4 Quod ex disputatione Varronis, apud cultores deorum, antiquiores res humanæ quàm diuinæ reperiantur.
5 De tribus generibus theologiæ secundum Varronem: scilicet uno fabuloso: altero naturali: tertio ciuili.
6 De theologia mythica, id est fabulosa, & de ciuili, contra Varronem.
7 De fabulosæ & ciuilis theologiæ similitudine, atq; concordia.
8 De interpretationibus naturalium rationum, quas doctiores Pagani pro dijs suis conantur ostendere.
9 De officijs singulorum deorum.
10 De libertate Senecæ, qui uehementius ciuilem theologiam reprehẽdit, q̃ Varro fabulosam.
11 Quid de Iudæis Seneca senserit.
12 Quod gẽtilium deorum uanitate detecta, nequeat dubitari, æternam eos uitam nemini posse præstare, qui nec ipsam adiuuant temporalem.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
EPISCOPI AD MARCELLINVM
DE CIVITATE DEI LIBER SEXTVS.

335

De his qui dicunt deos, à se, non propter præsentẽ uitam coli, sed propter æternam. Caput I

VINCVE superioribus libris, satis mihi aduersus eos uideor disputasse, qui multos deos et falsos quos esse inutilia simulachra, uel immundos spiritus, & pernicioſa dæmonia, uel certe creaturas, nõ creatorem ueritas Christiana conuincit, propter uitæ huius mortalis rerumq; terrenarum utilitatẽ, eo ritu ac seruitute quæ Græce latria dicitur, & uni uero deo debetur, uenerandos & colendos putant. Et nimiæ quidem stultitiæ uel pertinaciæ, nec istos quinq;, nec ullos alios, quanticunque numeri libros satis esse posse, quis nesciat? Quando ea putatur gloria uanitatis, nullis cedere uiribus ueritatis, in pernicie utiq; eius, cui uitiũ tam immane dominatur. Nam & contra omnem curantis industriã, non malo medici, sed ægroti insanabilis mor bus inuictus est. Hi uero, qui ea, quæ legũt, uel sine ulla, uel nõ cum magna ac nimia ueteris erroris obstinatione intellecta & considerata perpendunt, facilius nos isto numero terminatorũ quinq; uoluminum, plus quàm quæstionis ipsius necessitas postulabat satis fecisse, quàm minus disseruisse iudicabunt. Totamq; inuidiam quam Christianæ religioni de huius uitæ cladibus, terrenarumq; contritione ac mutatione rerum, imperiti facere conantur, non solum dissimulantibus, sed contra suam conscientiam fatẽtibus etiã doctis, quos impietas uesana possedit, omnino esse inanem rectæ cogitationis atq; rationis, plenamq; leuissimæ temeritatis, & pernicioſissimę animositatis, dubitare nõ poterunt. Nunc ergo quoniã deinceps, ut promissus

336

ordo expetit, etiam hi refellendi & docendi sunt: qui non propter istam uitã, sed propter illam quæ post mortẽ futura est, deos gentium quos Christiana religio destruit, colendos esse cõtendunt: placet à ueridico oraculo sancti psalmi sumere exordiũ disputatiõis meæ: "Beatus, cuius est dominus deus spes ipsius, & nõ respexit in uanitates, & insanias mendaces. Verumtamen in omnibus uanitatibus insanijsq; mẽdacibus, longe tolerabilius philosophi audiendi sunt: quibus displicuerunt istæ opiniones erroresq; populorũ: qui populi cõstituerunt simulachra numinibus, multaq; de eis, quos deos immortales uocant, falsa atq; indigna siue finxerunt, siue ficta crediderunt: & credita eorũ cultui, sacrorũq; ritibus miscuerunt. Cum his ergo hominibus, [b]qui etsi non libere prædicãdo, saltem utcũq; in disputationibus musitando, talia se improbare testati sunt, nõ usq;adeo incõuenienter quæstio ista tractatur: Vtrũ non unũ deum, qui fecit omnẽ spiritalem corporalemq; creaturam, propter uitam, quæ post mortẽ futura est, coli oporteat: sed multos deos, [c]quos ab illo uno factos, & sublimiter collocatos, quidã eorundem philosophorũ cęteris excellentiores nobiliores esq; senserunt. Cæterum quis ferat dici atq; contendi, deos illos, quorum in quarto libro quoſdã commemoraui, quibus rerum exiguarũ singulis singula distribuuntur officia, uitam ęternam cuiquã præstare? An uero illi peritissimi & acutissimi uiri, qui se pro magno beneficio cõscripta docuisse gloriãtur: ut sciretur, quare cuiq; deorum supplicãdum esset, quid à quoquam esset petẽdum, ne absurditate turpissima qualis ioculariter in Mimo fieri solet, peteretur à Libero aqua, à Nymphis uinum: auctores erũt cuipiam hominum dijs immortalibus supplicãti: ut cũ à Nymphis petierit uinũ, eiq; responderint: nos aquam habemus, hoc à Libero pete: possit recte dicere: si uinum nõ habetis, saltem date mihi uitam æternam? Quid hac absurditate monstruosius? Nónne illæ cachinnantes, [d]solent enim esse ad risum faciles, si non affectent fallere ut dęmones, supplici respondebunt: O homo putás ne in potestate nos habere uitam, quas audis non habere uel uitem? Impudentissimæ igitur stultitiæ est, uitam æternã à talibus dijs petere uel sperare, qui uitæ huius erumnosissimæ atq; breuissimæ, & si qua ad eam pertinent adminiculandam atq; fulciendã, ita singulas particulas tueri asseruntur, ut si id quod sub alterius tutela ac potestate est petatur ab altero, tam sit inconueniens & absurdum, ut mimicæ scurrilitati uideatur esse simillimum. Quod cum fit à scientibus Mimis, digne ridentur in theatro: cum uero à nescientibus stultis, dignius irridentur in mundo. Cui ergo deo uel deæ, & propter quid supplicaretur, quãtum ad illos deos attinet, quos instituerũt ciuitates: à doctis solerter inuentum, memoriæq; mãdatum est: quid à Libero, uerbi gratia, quid à Nymphis, quid à Vulcano, ac sic à cæteris, quos partim commemoraui in quarto libro, partim præterecũdos putaui. Porrò si à Cerere uinum, à Libero panem, à Vulcano aquam, à Nymphis ignem petere erroris est: quanto maioris deliramenti esse intelligi debet, si cuiq; istorũ pro uita supplicetur æterna. Quamobrẽ si cum de regno terreno quæreremus, quos nam illud deos uel deas hominibus credendum esset posse conferre: discussis omnibus longe alienum à ueritate monstratum est, à quoquã istorum multorũ numinum atq; falsorum saltem regna terrena existimare constituit: nónne insanissimæ impietatis est, si æterna uita, quæ terrenis omnibus regnis sine ulla dubitatione uel cõparatione præferẽda est, ab istorum quoquam dari cuiquam posse credatur? Neq; enim propterea dij tales uel terrenum regnum dare non posse uisi sunt: quia illi magni & excelsi sunt, hoc quiddã patuum & abiectum, quod non dignarẽtur in tanta sublimitate curare. Sed quantalibet consideratione fragilitatis humanæ caducos apices terreni regni merito quisq; contemnat: illi dij tales apparuerunt ut indignissimi uiderẽtur, quibus danda atq; seruanda deberent uel ista commiti. Ac per hoc, si ut superiora proximis duobus libris pertractata docuerunt, nullus deus ex illa turba, uel quasi plebeiorum, uel quasi procerũ deorũ, idoneus est regna mortalia mortalibus dare, quanto minus potest immortales ex mortalibus facere. His accedit, quia si iam cum illis agimus qui non propter istam, sed propter uitam, quæ post mortem futura est, existimãt colendos deos: iam nec propter illa saltẽ quæ deorum talium potestati tanquã dispartita & propria, non ratione ueritatis, sed uanitatis opinione tribuũtur, omnino colendi sunt: sicut credũt hi, qui cultũ eorum uitæ huius mortalis utilitatibus necessarium esse contendunt: cõtra quos

iam quinçp præcedentibus uoluminibus satis, quantum potui, disputaui. Quæ cum ita sint, si eorum qui colunt deam Iuuentatem, ætas ipsa floreret insignius: cõtemptores autem eius, uel intra annos occũberent iuuentutis, uel in ea tanquam senili corpore frigescerẽt: si malas cultorũ suorũ speciosius & festiuius fortuna barbata uestiret: à quibus aũt sperneretur, glabros aut male barbatos uideremus: etiam sic rectissime dicerẽmus, hucusçp istas deas singulas posse suis officijs quodam modo limitari: ac per hoc, nec à Iuuentate oportere peti uitam æternã, quę non daret barbam: nec à Fortuna barbata boni aliquid post hanc uitam esse sperandum, cuius in hac uita potestas nulla esset, ut eandem saltem ætatẽ, quæ barba induitur, ipsa præstaret. Nũc uero cum earũ cultus, nec propter ista ipsa, quæ putant eis subdita, sit necessarius: quia & multi colentes Iuuentatem deam, minime in illa ætate uiguerunt: & multi nõ eam colentes, gaudẽt robore iuuẽtutis, itemçp multi Fortunę barbatę supplices, ad nullam, uel deformem barbam peruenire potuerũt: & si qui eam pro barba impetranda uenerantur, à barbatis eius contemptoribus irridentur, Ità ne desipit cor humanũ, ut quorum deorum cultũ propter ista ipsa temporalia, & cito prætereũtia munera, quibus singulis singuli præesse perhibentur, inanem ludibriosumçp esse cognoscit, propter uitam æternam credat esse fructuosũ? Hanc dare illos posse, nec hi dicere ausi sunt, qui eis, ut ab insipientibus populis colerentur, ista opera temporalia, quoniam nimis multos putauerunt, ne quisquam eorum sederet otiosus, minutatim diuisa tribuerunt.

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI IN SEXTUM librum De ciuitate dei, Dui Aurelij Augustini, commentarij.

a Eatus cuius est dominus deus.] Septuaginta uerterunt: Beatus cuius est nomẽ domini spes eius, τὸ ὄνομα κυρίου ἐλπὶς αὐτου. In Hebraica ueritate sic habetur, ut citat Augustinus, Nec multum refert, utrolibet legatur modo. b Qui & si non libere prædicando.] Timebant enim publica iudicia, ut Athenis Areopagum: quẽadmodũ Cicero dicit de Epicuro. c Quos ab illo uno sactos.] Sic sensit Plato in Timæo. d Solent enim esse ad risum faciles.] Allusit ad Vergilij dictum, in Palæmone:

Et quo, sed faciles Nymphæ risere, sacello.

Tametsi non dixit faciles Vergilius, quòd riderent facile, sed quòd essent facile exorabiles, & placabiles: sicut in quarto Georgicorum:

Faciles uenerare Napæas.
Et faciles etiam homines dicuntur eadem mente.

Quid Varronem de dijs gentiũ sensisse credendum sit, quorũ talia & genera detexit & sacra, ut reuerentius cũ eis ageret, si de illis omnino reticeret.

Caput II

VIS Marco Varrone curiosius ista quæsiuit? Quis inuenit doctius? Quis considerauit attentius? Quis distinxit acutius? Quis diligentius, pleniusçp conscripsit? Qui tametsi minus est suauis eloquio, doctrina tamen atçp sentẽtijs ita refertus est, ut in omni eruditione, quam nos secularem, illi autẽ liberalem uocant, studiosum rerum tantum iste doceat, quantum studiosum uerborũ Cicero delectat. [a] Denique & ipse Tullius huic tale testimonium perhibet: ut in libris Academicis dicat eam quę ibi uersatur disputationem, se habuisse cum Marcone: homine, inquit, omniũ facile acutissimo, [b] & sine ulla dubitatione doctissimo. [c] Nõ ait eloquentissimo, uel facũdissimo: quoniã re uera in hac facultate multum impar est, sed omniũ, inquit, facile acutissimo. Et in eis libris, id est, Academicis, ubi cuncta dubitanda esse cõtendit, addidit: sine ulla dubitatione doctissimo. Profecto, de hac re sic erat certus, ut auferret dubitationem, quam solet in omnibus adhibere, tanquam de hoc uno etiam pro Academicorũ dubitatione disputaturus, se Academicum fuisse oblitus. In primo autem libro cum eiusdẽ Varronis literaria opera prędicaret: [d] Nos, inquit, in nostra urbe peregrinãtes errantesçp tanquam hospites, tui libri quasi domum reduxerunt, ut possemus aliquando qui & ubi essemus agnoscere. Tu ætatem patriæ, tu descriptiões temporum, tu sacrorum iura, tu sacerdotum, tu domesticam, tu publicam disciplinam, tu sedium, regionum, locorum: tu omnium diuinarũ humanarumçp rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti. Iste igitur uir tã insignis excellentisçp peritiæ, [e] & quod de illo etiam Terentianus elegantissimo uersiculo breuiter ait: Vir doctissimus undecunçp Varro: qui tam multa legit, ut aliquid ei scribere uacasse miremur: [f] tam multa scripsit, quàm multa uix quenquam legere potuisse credamus. Iste, inquã, uir tantus ingenio, tantusçp

tantusçp doctrina, si rerum uelut diuinarũ, de quib. scribit oppugnator esset atçp destructor: easçp nõ ad religionem, sed ad superstitionem diceret pertinere: nescio utrũ tam multa in eis reprehenda, contemnenda, detestandaçp conscriberet. Cum uero deos eosdem ita coluerit, colendosçp censuerit, ut in eo ipso opere literarũ suarum dicat se timere ne pereant: nõ incursu hostili, sed ciuium negligẽtia: de qua illos uelut ruina liberari à se dicit, & in memoria bonorũ per huiusmodi libros recondi atçp seruari utiliore cura, quàm Metellus de incendio sacra Vestalia, & Aeneas de Troiano excidio Penates liberasse prædicatur: & tamen ea legenda seculis prodit, quæ à superioribus & insipientibus merito abijcienda, & ueritati religionis inimicissima iudicentur: quid existimare debemus, nisi hominem acerrimum ac peritissimum, non tamẽ sanctospiritu liberum, oppressum fuisse suæ ciuitatis consuetudine ac legibus: & tamen ea quibus mouebatur sub specie commendandæ religionis tacere noluisse?

L. VIVES

a Denicp & ipse Tullius.] Consilium de his, quos esset in dialogos Academicos inclusurus Cicero, qui uult copiose cognoscere, habet libro Epistolarum ad Atticum xiij. epistola prima, quæ est iustũ potius uolumen, quàm epistola. Cicer. lib. De diuinat. secundo scribit, se quatuor uolumina De quæst. Acad. ædidisse. Et quanquam ad Atticũ suum scribẽs quatuor illa uolumina ad duo contraxisse scribat, constat tamen multa deesse: & ex duobus libris quos modo habemus posterior tanquam quartus subinde à Nonio Marcello citatur. locus qui ab Augustino adducitur nõ extat, in his libris quos legimus. b Et sine ulla dubitatione doctiss.] Varronem etiam uiuentẽ, cum multum ualet inuidia, doctiss. omnium togatorum appellarũt: uiuẽticp, quod memini antea, statua posita est in bibliotheca, quæ prima est impublicata ab Asinio Pollione Romæ. c Non ait eloquentiss.] Cultũ uerborũ uel non curasse, uel assequi nequisse, certe non præstitisse Varronem ex reliquis eius libris liquet. d Nos, inquit, in nostra urbe.] Verba sunt Ciceronis ex primo libro, qui adhuc extat. Simile testimonium est de eo ij. Antoniana. e Et de illo etiam Terentianus.] Hic fuit Carthaginensis, uixitcp temporibus Diocletiani: scripsit opus carmine, quod adhuc extat, De literis, syllabis, & metris: cuius autoritate Seruius & Priscianus sæpe utũtur. Hic uersiculus, quem Augustinus citat, est in capite De phaleucijs uersibus. f Qui tam multa scripsit.] Gellius lib. iij. ex ipsius Varronis primo Hebdomadũ libro refert, Varronẽ anno octogesimo quarto scripsisse quadringẽtos nonaginta libros, è quibus aliquot cũ proscriptus esset, direptis bibliothecis suis nõ cõparuisse.

Varro

Terentianus

Quæ sit partitio Varronis librorum suorum, quos De antiquitatibus rerũ humanarũ diuinarũçp cõposuit. III

VADRAGINTA & unum libros scripsit antiquitatum. hos in res humanas diuinasçp diuisit. Rebus humanis uiginti quinçp, diuinis sedecim tribuit: istam secutus in ea partitione rationem, ut rerum humanarũ libros senos, [a] quatuor daret partibus. Intẽdit enim, qui agant, ubi agant, quando agant, quid agant. In sex itaçp primis de hominibus scripsit, in secundis sex de locis, sex tertios de temporibus, sex quartos eosdemçp postremos de rebus absoluit. Quater autem seni, uiginti & quatuor fiunt. Sed unum singularem, qui cõmuniter prius de omnibus loqueretur, in capite posuit. In diuinis [b] identidem rebus, eadem ab illo diuisionis forma seruata est, quantum attinet ad ea quæ dijs exhibenda sunt. Exhibentur enim ab hominibus in locis & temporibus sacra. Hęc quatuor, quæ dixi, libris complexus est ternis: nam tres priores de hominibus scripsit, sequentes de locis, tertios de temporibus, quartos de sacris, etiã hic qui exhibeant, ubi exhibeant, quando exhibeant, quid exhibeant, subtilissima distinctione commendans. Sed quia oportebat dicere, & maxime id expectabatur, quibus exhibeãt, de ipsisquoçp dijs tres cõscripsit extremos, ut quinquies terni quindecim fierent. Sunt autem omnes, ut diximus, sedecim, quia & istorum exordio unum singularem, qui prius de omnibus loqueretur, apposuit: quo absoluto, consequenter ex illa quinçp partita distributione, tres præcedentes, qui ad homines pertinẽt, ita subdiuisit, ut primus sit de pontificibus: secundus [c] de auguribus: tertius [d] de quindecimuiris sacrorum. Secundos tres ad loca pertinentes: ita, ut in uno eorũ de sacellis, altero de sacris ædibus: diceret: tertio de locis religiosis. Tres porrò qui istos sequuntur, ad tẽpora pertinent, id est, ad dies festos: ita ut unum faceret de feriis, alterũ de ludis circẽsibus: de scenicis tertium. Quartorũ trium, ad sacra priuata: ultimo publica. Hanc uelut pompam obsequiorum in tribus, qui restãt, dijs ipsi sequũtur extremi: quibus iste uniuersus cultus impensus est. In primo dij certi: in secundo incerti: in tertio cuncti: nouissimo dij præcipui, atque selecti. In hac tota serie pulcherrimæ ac subtilissimæ distributionis & distinctionis, uitam æternã frustra quæri, & sperari, impudentissime uel optari, ex his quæ iam diximus, &

quæ deinceps dicenda sunt: cuiuis hominum, qui corde obstinato sibi non fuerit inimicus, facillime apparet. Vel hominũ enim sunt ista instituta, uel dæmonum: nõ quales uocant illi dæmones bonos: sed, ut loquar apertius, immũdorum spirituum, & sine cõtrouersia malignorũ, qui noxias opiniones quibus anima humana magis magisq; uanescat, & incommutabili æternæq; ueritati coaptari atq; inhærere nõ possit, inuidentia mirabili & occulte inserunt cogitationibus impiorum: & aperte aliquando ingerunt sensibus: & qua possunt, fallaci attestatione confirmant. Iste ipse Varro, propterea se prius de rebus humanis, de diuinis autẽ postea scripsisse testatur, quod prius extiterint ciuitates, deinde ab eis hæc instituta sint. Vera autẽ religio nõ à terrena aliqua ciuitate instituta est: sed planè cœlestem ipsa instituit ciuitatẽ. Eam uero inspirat & docet uerus deus, dator uitæ æternæ, ueris cultoribus suis.

L. VIVES

a Quatuor daret partibus.] Hoc est, In quatuor secaret partes, ne quis de partibus aliquarũ rerũ putet. b Identidem rebus.] Sic etiam in antiquis, sed erratum puto ignoratione librarij. Est enim identidem, crebro idem. Legẽdum autem itidem, quasi similiter, pari modo. c De auguribus.] Augurum disciplina antiquissima est, ex Asia in Græciam: hinc in Ethruriam allata, & ad Aborigenes Latij, inde Romã. Romulus augur fuit, & tres augures instituit, ut Dionysius perhibet. Idem Liuius, qui unicuiq; tribuũ suũ augurem datũ scribit. Additus est quartus procedente tempore. Post quinq; adiecti, ut essent nouem. Idem de pontificibus factũ M. Valerio, Q. Apuleio coss. d De quindecimuiris.] Quũ libros Sibyllinos emisset Tarquinius Superbus rex, duosuiros illis inspiciẽdis præfecit, qui soli eos adirent, cũ esset opus, dictiq; sunt duũ uiri sacrorũ. Post auctus numerus, facti decẽuiri sacrorum lege Sextia Licinia in contentione ordinum acceptа, duobus annis antequam consulatus communicaretur plebi. multo deinde post additi quinq; qui numerus postea mansit.

Augures

Quindecimuiri

Quod ex disputatione Varronis apud cultores deorũ antiquiores res humanæ quàm diuinæ reperiantur. Caput IIII

VARRONIS igitur confitentis ideo se prius de rebus humanis scripsisse, postea de diuinis: quia diuinæ istæ ab hominib. institutæ sunt, hęc ratio est: Sicut prior est, inquit, pictor, quàm tabula picta: prior faber, quàm ædificiũ: ita priores sunt ciuitates, quàm ea, quæ à ciuitatibus sunt instituta. Dicit autẽ se prius scripturũ fuisse de dijs, postea de hominibus, si de omni natura deorum scriberet. Quasi hic de aliqua scribat, & nõ omni: a aut uero etiam aliqua, licet nõ omnis deorũ natura, non prior debeat esse, cũq; hominũ? Quid quod in illis tribus nouissimis libris, deos certos, & incertos, & selectos diligenter explicans, nullam deorũ naturã prętermittere uidetur? Quid est ergo, quod ait: si de omni natura deorũ & hominum scribere mus, prius diuina absoluissemus, cũq; humana attigissemus? Aut eñ de omni natura deorũ scribit, aut de aliqua, aut omnino de nulla. Si de omni, præponenda est uticq; rebus humanis. Si de aliqua: cur nõ etiam ipsa res præcedat humanas? An indigna est præferri etiam uniuersę naturæ hominũ pars aliqua deorũ? Quod si multum est, ut aliqua pars diuina præponatur uniuersis rebus humanis: saltẽ digna est uel Romanis. Rerũ quippe humanarũ libros, non quantum ad orbem terrarũ, sed quantũ ad solã Romam pertinet scripsit. Quos tamen rerum diuinarum libris se dixit scribendi ordine merito prætulisse: sicut pictorem tabulæ pictæ: sicut fabrum ædificio, apertissime confitens, quod etiã istæ res diuinæ, sicut pictura, sicut structura, ab hominib. institutę sint. Restat ut de nulla deorum natura scripsisse intelligatur: necq; hoc aperte dicere uoluisse, sed intelligentibus reliquisse. b Vbi enim dicitur, non omnis, usitate quidem intelligitur aliqua. Sed potest intelligi & nulla: quoniam quæ nulla est, nec omnis, nec aliqua est. c Nam ut ipse dicit: si omnis esset natura deorum de qua scriberet, scribendi ordine rebus humanis præponenda esset. Vt autem & ipso tacente ueritas clamat, præponenda esset certe rebus Romanis, etiamsi nõ omnis, sed saltem aliqua esset. Recte autẽ postponitur, ergo nulla est. Non itaq; rebus diuinis anteferre uoluit res humanas, sed rebus ueris noluit anteferre res falsas. In his enim quæ scripsit de rebus humanis, secutus est historiam rerum gestarũ, quę autẽ de his, quas diuinas uocat, quid nisi opiniones rerũ uanarum? d Hoc est nimirũ, quod uoluit subtili significatione monstrare: non solũ scribẽs de his posterius, cũq; de illis, sed etiam rationẽ reddẽs cur id fecerit. Quã si tacuisset, aliter hoc factũ eius ab alijs fortasse defenderetur. In ea uero ipsa ratione quã reddidit, nec alijs quicquam reliquit pro arbitrio suspicari, & satis probauit homines se pręposuisse institutis hominum, nõ naturam hominũ naturæ deorum. Ita se

se libros Rerum diuinarũ non de ueritate, quæ pertinet ad naturam, sed de falsitate quæ pertinet ad errorẽ, scripsisse cõfessus est. Quod apertius alibi posuit, sicut in quarto libro cõmemoraui, ex naturæ formula se scripturum fuisse, si nouam ipse conderet ciuitatem: quia uero iam ueterem inuenerat, non se potuisse nisi eius consuetudinem sequi.

L. VIVES

a Vt uero etiam aliqua.] Nulla est natura deorũ, tametsi nõ omnis ea sit sed exigua aliqua pars, quæ non toti humano generi præstet. b Vbi enim dicit non omnis.] Mirũ est hoc loco nihil attulisse cõmentatores nostros de æquipollentijs dialecticorũ: nullas maximas, nullas dignitates ex Petro Hispano scilicet, nihil mobilitatũ, nihil immobilitatũ. Aug. hic ex præceptis dialecticorum est locutus, quibus nõ omnis homo disputat & aliquis homo non disputat in contrariũ recurrunt, non omne uero nihil affirmat: sed siue aliquid sit, modo aliquid non sit, siue nihil, non omne uerum efficitur. Nam si nullus homo est, & non omnem esse necesse est, quippe aliquis non est, cum falsum sit omnem esse: ex rationibus contrariarum contradictionũmq; ista nascuntur. Si enim uerum est nullum hominem esse, & falsum est aliquẽ non esse, uerũ profecto erit omnem esse, quod est alicuius non repugnãs: ita nullus & omnis simul in ueritate congruerent, quod fieri nequit. Hæc inquirendi de uero & falso præcepta Aristoteles, & eum secuti Græci dialectici docuerunt, ex ijs quoq; qui Latini nominari possunt, Apuleius περὶ ἑρμηνείας, Martianus Capella, & Bœotius Seuerinus. c Nã ut ipse dicit si omnis esset.] Augustinus sublato connexo aufert & id cui est connexum: nostri dicunt reiecta conclusione conditionalis, reijci quod præcedit: sic si aliqua esset natura deorum, de qua scribit, ea præponenda esset rebus humanis: at non est præponenda ea natura de qua scribit rebus humanis: non est ergo illa natura ulla diuina. Si enim aliter fieret, consecutio esset mala, cum fieri posset ut quod antecedit esset uerũ, falsum uero quod sequitur. Repugnans enim consequentis enunciati uerum esset cum antecedente. [illegible]

De tribus generibus theologiæ secũdum Varronem, scilicet uno fabuloso altero naturali, tertio ciuili. Cap. V

EINDE illud quale est, quod tria genera theologiæ dicit esse, id est ratiõis quæ de dijs explicatur, eorũq; unum mythicon appellari, alterum physicon, tertium ciuile? Latine si usus admitteret, genus quod primum posuit fabulare appellaremus, sed fabulosum dicamus: à fabulis enim mythicon dictum est: quoniam μύθους Græce fabula dicitur. Secundum autem ut naturale dicatur, iam & consuetudo locutionis admittit. Tertium etiã ipse Latine enunciauit, quod ciuile appellatur. Deinde ait: Mythicon appellãt, quo maxime utũtur poetæ: physicon, quo philosophi: ciuile, quo populi. Primũ, inquit, quod dixi, in eo sunt multa contra dignitatem & naturam immortalium ficta. In hoc enim est, ut deus alius ex capite, alius ex femore sit, alius ex guttis sanguinis natus: in hoc ut dijs furati sint, ut adulterauerint, ut seruierint homini. Deniq; in hoc omnia dijs attribuuntur, quę non modo in hominem, sed etiam quæ in contemptissimum hominem cadere possunt. Hic certe ubi potuit, ubi ausus est, ubi impunitum putauit, quanta mendacissimis fabulis naturæ deorum fieret iniuria sine caligine ullius ambiguitatis expressit. Loquebatur enim, non de naturali theologia, non de ciuili, sed de fabulosa, quam libere à se putauit esse culpandam. Videamus, quid de altera dicat: b Secũdum genus est, inquit, quod demõstraui, de quo multos libros philosophi reliquerunt. In quibus est: dij qui sint, ubi, quod genus, quale, ex quo nam tempore, an à sempiterno fuerint, an ex igne sint, c ut credit Heraclitus: d an ex numeris, ut Pythagoras: e an ex atomis, ut Epicurus. Sic alia, quæ facilius intra parietes in schola, quàm extra in foro ferre possunt aures. Nihil in hoc genere culpauit, quod physicõ uocauit, et ad philosophos pertinet: tantum quod eorum inter se controuersias commemorauit, per quos facta est dissidentium multitudo sectarum. Remouit tamen hoc genus à foro, id est à populis: scholis uero & parietibus clausit. Illud autem primum mendacissimum atq; turpissimum à ciuitatibus nõ remouit. O religiosas aures populares, atque in his etiam Romanas. Quod de dijs immortalibus philosophi disputant ferre non possunt: quod uero poetæ canunt, & histriones agunt, quia contra dignitatem ac naturam immortalium ficta sunt: quia non modo in hominẽ, sed etiam in contemptissimum hominem cadere possunt, nõ solum ferunt, sed etiam libẽter audiunt. Neq; id tantum, sed dijs quoq; ipsis hęc placere: & per hęc eos placandos esse decernũt. Dixerit aliquis, hæc duo genera mythicon, & physicon, id est fabulosum atq; naturale discernamus ab hoc ciuili, de quo nunc agitur: unde & illa ipse discreuit. Iamq; ipsum ciuile uideamus, qualiter explicet. Video quidẽ, cur debeat discerni fabulosum: quia falsum, quia turpe, quia indignũ est. Naturale autem à ciuili uelle

discernere,quid est aliud,quàm etiam ipsum ci A uile fateri esse mẽdosum? Si enim illud natura/le est,quid habet reprehẽsionis,ut excludatur? Si autem hoc quod ciuile dicitur, naturale non est,quid habet meriti,ut admittatur? Hæc nempe illa causa est, quare prius scripserit de rebus humanis,posterius de diuinis:quoniam in diuinis rebus,nõ naturam deorum,sed hominum instituta secutus est. Intueamur sanè & ciuilem theologiam: Tertiũ genus est, inquit, quod in urbibus ciues,maxime sacerdotes, nosse, atque administrare debent. In quo est,quos deos publice colere,quę sacra,et sacrificia facere quencp̃ B par sit. Adhuc quod sequitur,attendamus: Prima,inquit,theologia maxime accõmodata est ad theatrum:secunda ad mundum:tertia ad urbem. Quis non uideat,cui palmam dederit? Vtique secundæ, quam supra dixit esse philosophorum. Hanc enim pertinere testatur ad mũdum, [f]quo isti nihil esse excellentius opinantur in rebus. Duas uero illas theologias, primam & tertiam theatri scilicet atcp̃ urbis distinxit, ac seiunxit. Videmus enim nõ continuo quod est urbis,pertinere posse ad mundum, quamuis urbes esse uideamus in mũdo. Fieri enim potest, ut in urbe secundũ falsas opiniones,ea colantur C & credantur, quorum in mũdo uel extra mundum natura sit nusquã. Theatrũ uero ubi est, nisi in urbe? Quis theatrũ instituit, nisi ciuitas? Propter quid instituit,nisi propter ludos scenicos? Vbi sunt ludi scenici, nisi in rebus diuinis, de quibus hi libri tanta solertia cõscribuntur?

L. VIVES

a FAbulare appellaremus.] Suetonius in Tiberio hac uoce est usus: Maxime, inquit, curauit notitiam historiæ fabularis,usqp̃ ad ineptias, & derisum. b Secundũ genus est.] Platonici,sed Stoici maxime omnia illa cõmenta de diis ad mundi causas naturascp̃ principes retulerunt. ut Plato attigit in Cratylo, & persona hominis Stoici Cicer. ij. De natura deorum, Phurnutus & alij permulti. sed plurima ita coacta & ab
Heraclitus surda ut plane ludere cos appareat. c Vt credit Heraclitus.] Heraclitus Ephesius qui librum scripsit De natatore indigentem,ideocp̃ cognominatus est scotios. Ex igne cuncta nasci incp̃ ignem resolui dixit, animarum dæmonumcp̃ referta esse omnia. Huius de igne
Pythagoras opinionẽ secutus est Hippasus Metapontinus. d An ex numeris ut Pythagoras.] Hic & deum,& animas nostras,& cuncta quæ sunt in mundo numeris cõstare asseruit,ex eorũcp̃ concentu & harmonia uniuersa progigni. quos numeros postea Plato ab Italicis philosophis qui Pythagoræ præceptorũ sectatores erant edoctus, & clariores & apertiores reddidit, tametsi nõ ita aperuit, quin à maxima eorum parte lectorem excludat. unde illud de re obscura apud Ciceronẽ ad Atticũ scribentẽ,
Epicurus numeri Platonis. e An ex Atomis ut Epicurus.] Hic Democritum æmulatus omnia fieri constarecp̃ dixit ex corpusculis ramentiscp̃ minutissimis, & insecabilibus, quas ideo ἀτόμους nominauit, quibus tamen formã, magnitudinem & pondus non adimebat. f Quo isti nihil esse excellentius.] Nihil enim nouit natura uel maius, uel pulchrius,ut inquit Seneca: idem Plato in Timæo,idem Cicer. ij. De natura deorum, idem alij omnes philosophi.

De theologia mythica,id est,fabulosa,& de ciuili cõtra Varronẽ. Cap. VI

O Marce Varro cũ sis homo omnium acutissimus,et sine ulla dubitatione doctissimus,sed tamen homo,non deus,nec spiritu dei ad uidẽda & annuncianda diuina,in ueritatẽ libertatemcp̃ subuectus, cernis quidem, quàm sint res diuinæ ab humanis nugis atcp̃ mẽdacijs dirimendæ:sed uitiosissimas populorum opiniones,& consuetudines in superstitionibus publicis uereris offendere,quas à deorum natura abhorrere,uel talium quales in huius mundi elementis humani animi suspicatur infirmitas, & sentis ipse,cũ eas usquequacp̃ consideras, & omnis uestra literatura circumsonat. Quid hic agit humanum quãuis excellentissimum ingeniũ? Quid tibi humana licet multiplex ingenscp̃ doctrina in his angustijs suffragatur? Naturales deos colere cupis:ciuiles cogeris. Inuenisti alios fabulosos,in quos liberius quod sentis euomas, [a]unde & istos ciuiles uelis nolisúe perfundas. Dicis quippe fabulosos accõmodatos esse ad theatrum,naturales ad mundũ,ciuiles ad urbẽ, cum mundus opus sit diuinum, urbes uero & theatra opera sint hominum:nec alij dij rideantur in theatris,quàm qui adorantur in templis, nec alijs ludos exhibeatis, quàm quibus uictimas immolatis. Quãto liberius subtiliuscp̃ ista diuideres dicens,alios esse deos naturales, alios ab hominibus institutos. Sed de institutis aliud habere literas Poetarum,aliud sacerdotum, utrascp̃ tamen ita esse inter se amicas consortio falsitatis,ut gratæ sint utrænp̃ dæmonibus,quibus inimica est doctrina ueritatis. Sequestrata igitur paululum theologia,quã naturalem uocant,de qua postea disserendum est, placet ne tandem uitam æternam peti,aut sperari à dijs poeticis,theatricis,ludicris,scenicis? Absit. Imò auertat deus uerus tam immanem sacrilegãcp̃ dementiam. Nunquid ab eis dijs, quibus hæc placent, & quos hæc placant, cum eorum illic crimina frequentantur, uita æterna poscenda est

est? Nemo ut arbitror,usqp̃ ad tantum præcipi A tium furiosissimæ impietatis insanit. Nec fabulosa igitur,nec ciuili theologia sempiternã quisquam adipiscitur uitã. Illa enim de dijs turpia fingendo seminat,hæc fauẽdo metit. Illa mẽdacia spargit,hæc colligit. Illa res diuinas falsis criminibus infectatur,hæc eorum criminũ ludos in diuinis,rebus amplectitur. Illa de dijs nephãda figmẽta hominũ carminibus personat, hæc ea deorum ipsorum festiuitatibus consecrat. Facinora & flagitia numinũ illa cantat,hæc amat. Illa prodit,aut fingit,hæc autem aut attestatur ueris,aut oblectatur & falsis. Ambę turpes,am B bæcp̃ dãnabiles. Sed illa, quæ theatrica est, publicam turpitudinem profitetur:ista,quæ urbana est,illius turpitudine ornatur. Hinccine uita æterna sperabitur,unde ista breuis tẽporaliscp̃ polluitur? An uero uitam polluit consortiũ nephariorum hominum,si se inserunt affectionibus & assensionibus nostris,& uitam non polluit societas dæmonum, qui coluntur criminibus suis? Si ueris,quàm mali: si falsis,quàm male? Hæc cum dicimus,uideri fortasse cuipiam nimis harum rerum ignaro potest ea sola de dijs talibus indigna maiestate diuina,& ridicula detestabiliacp̃ celebrari,quæ poeticis cantãtur car C minibus & ludis scenicis actitantur: sacra uero illa,quæ non histriones,sed sacerdotes agũt ab omni esse dedecore purgata et aliena. Hoc si ita esset,nunquam theatricas turpitudines in eorũ honorem quisquam celebrandas esse censeret, nunquam eas ipsi dij præciperent sibimet exhiberi. Sed ideo nihil pudet ad obsequium deorum talia gerere in theatris,quia similia geruntur in templis. Denique commemoratus autor cum ciuilem theologiam à fabulosa & naturali, tertiam quandam sui generis distinguere conaretur, magis eam ex utraque temperatã, quàm ab utracp̃ separatam intelligi uoluit, Ait enim: D ea quæ scribunt poetæ minus esse,quàm ut populi sequi debeãt,quæ autem philosophi, plus quàm ut ea uulgum scrutari expediat. Quæ sic abhorrent,inquit,ut tamen ex utroque genere ad ciuiles rationes assumpta sint non pauca. Quare quæ sunt communia cum poetis,unà cum ciuilibus scribemus. E quibus maior societas debet esse nobis cũ philosophis,quàm cum poetis: non ergo nulla cum poetis. Et tamẽ alio loco dicit de generationibus deorum magis ad poetas quàm ad physicos fuisse populos inclinatos. Hic enim dixit,quid fieri debeat,ibi quid fiat. Physicos dixit utilitatis causa scripsisse, poetas delectationis. Ac per hoc ea, quæ à poetis cõscripta populi sequi non debẽt, crimina sunt deorũ,quæ tamẽ delectãt & populos & deos. Delectatiõis enim causa,sicut dicit,scribũt poetæ,non utilitatis:ea tamen scribunt,quæ dij expetant,populi exhibeant.

L. VIVES

a VNde & istos ciuiles uelis nolis ue profundas.] In Colonienſi exemplari perfundas legitur,& rectius. Ex ijs enim quæ Varro euomit in deos fabulosos, necesse est etiam perfundãtur dij ciuiles, qui ex fabulosis manarunt,& sine dubio ijdem sunt.

De fabulosæ & ciuilis theologiæ similitudine atque concordia. Caput VII

R EVOCANTVR igitur ad theologiam ciuilem theologia fabulosa, theatrica,scenica indignitatis & turpitudinis plena. Et hæc tota quæ merito culpanda & respuenda iudicatur,pars huius est,quæ colenda & obseruanda censetur,non sanè pars incõgrua sicut ostendere instituit:& quæ ab uniuerso corpore aliena importune illi connexa atque suspensa sit, sed omnino consona & tanquam eiusdem corporis membrum cõuenientissime copulata. Quid enim aliud ostendunt illa simulachra, formæ, ætates,sexus,habitus deorum? Nunquid barbatum Iouem,imberbem Mercuriũ poetæ habent,pontifices nõ habent? Nunquid Priapo mimi nõ etiam sacerdotes enormia pudẽda fecerunt? An aliter stat adorandus in locis sacris, cp̃ procedit ridendus in theatris? [a]Num Saturnus senex, Apollo ephebus,ita personę sunt histrionũ ut non sint statuę delubrorũ? Cur Forculus qui foribus præest,& Limẽtinus qui limini,dij sunt masculi,atcp̃ inter hos Cardea fœmina est,quę cardinẽ seruat? Nónne ista in rerum diuinarũ libris reperiũtur, quę graues poetæ suis carminib. indigna duxerunt? Nunquid Diana theatrica [b]portat arma,et urbana simpliciter uirgo est? Nũquid scenicus Apollo citharista est,& ab hac arte Delphicus uocatur? Sed hęc honestiora sunt in cõparatione turpiorũ. Quid de ipso Ioue senserunt, qui eius nutricẽ in Capitolio posuerũt? Nónne attestati sunt [c]Eueme ro,qui omnes tales deos nõ fabulosa garrulitate,

sed historica diligentia homines fuisse mortalesq; conscripsit? [d]Epulones etiam deos parasitos Iouis ad eius mensam, qui constituerunt, quid aliud quàm [e]mimica sacra esse uoluerunt? Nam parasitos Iouis ad eius conuiuium adhibitos, si mimus dixisset, risum utiq; quæsisse uideretur. Varro dixit. Non cum irrideret deos, sed cum commendaret, hoc dixit: diuinarum non humanarum rerum libri hoc eum scripsisse testãtur. Nec ubi ludos scenicos exponebat, sed ubi Capitolina iura pandebat. Denique à talibus uincitur, & fatetur, sicut forma humana deos fecerunt, ita eos delectari humanis uoluptatibus credidisse. Non enim & maligni spiritus suo negocio defuerunt, ut has noxias opiniones humanarum mentium ludificatione firmarent. [f]Vnde etiam illud est quod Herculis ædituus, ociosus atque feriatus lusit tesseris secum utraque manu alternante, in una constituens Herculem in altera seipsum, sub ea conditione, ut si ipse uicisset, de stipe templi sibi cœnã pararet, amicamq; conduceret: si autem uictoria Herculis fieret, hoc idem de pecunia sua uoluptati Herculis exhiberet: deinde cum à seipso tanquam ab Hercule uictus esset, debitam cœnam & nobilissimam meretricem [g] Laurentinam deo Herculi dedit. At illa cum dormiuisset in templo, uidit in somnis Herculem sibi esse commixtum, sibiq; dixisse, quod inde discedens cui primũ iuueni obuia fieret, apud illum esset inuẽtura mercedem, quam sibi credere deberet ab Hercule persolutã. Ac sic abeũti cum primus iuuenis ditissimus Tarutius occurrisset, eamq; dilectam secũ diutius habuisset, illa hærede relicta, defunctus est. Quæ amplissimam adepta pecuniam, ne diuinæ mercedi uideretur ingrata, quod acceptissimum putauit esse numinibus, populum Romanum etiam ipsa scripsit hæredem: atq; illa non comparente inuentum est testamentum, quibus meritis eam ferunt etiam honores meruisse diuinos. Hæc si poetæ fingerent, si mimi agerent, ad fabulosam theologiam dicerentur proculdubio pertinere, & à ciuilis theologiæ dignitate separanda iudicarentur. Cum uero hæc dedecora, nõ poetarum, sed populorum: non mimorum, sed sacrorum: nõ theatrorum sed templorum, id est non fabulosæ, sed ciuilis theologiæ, à tanto authore produntur, non frustra histriones ludicris artibus fingunt deorum, quæ tanta est, turpitudinem, sed planè frustra sacerdotes uelut sacris ritibus conantur fingere deorum, quæ nulla est, honestatem. Sacra sunt Iunonis, & hæc [h]in eius dilecta insula Samo celebrãtur, ubi nuptum data est Ioui. Sacra sunt Cereris, ubi à Plutone rapta Proserpina quæritur. Sacra sunt Veneris, [i]ubi amatus eius Adonis aprino dente extinctus iuuenis formosissimus plangitur. Sacra sunt matris deûm, ubi Atys pulcher adolescens ab ea dilectus & muliebri zelo abscisus, etiam hominum abscisorum quos Gallos uocant, infelicitate deploratur. Hæc cũ deformiora sint omni scenica fœditate, quid est, quod fabulosa de dijs figmẽta poetarum ad theatrum uidelicet pertinentia uelut secernere nituntur à ciuili theologia, quam pertinere ad urbem uolunt: quasi ab honestis & dignis indigna & turpia? Itaq; potius est, unde gratiæ debeantur histrionibus, qui oculis hominum pepercerunt, nec omnia spectaculis nudauerunt, quæ sacrarum ædium parietibus occuluntur. Quid de sacris eorum boni sentiendum est, quæ tenebris operiuntur, cum tam sint detestabilia, quæ proferũtur in lucem? Et certe quid in occulto agant per abscisos & molles, ipsi uiderint. Eosdem tamen homines infeliciter ac turpiter eneruatos atque corruptos minime occultare potuerunt. Persuadeant cui possunt, se aliquid sanctũ per tales agere homines: quos inter sancta sua numerari atque uersari negare non possunt. Nescimus quid agant, sed scimus per quales agãt. Nouimus autẽ, quæ agantur in scena, quæ nunquam uel in choro meretricum, quo nemo abscisus aut mollis intrauit, & tamẽ etiam ipsa turpes & infames agunt, neque enim ab honestis agi debuerunt. Quæ sunt ergo illa sacra, quibus agẽdis tales elegit sanctitas, quales [k]nec thymelica in se admittit obscenitas?

L. VIVES

a Nam Saturnus Senex.] Per interrogationem figurate, non sciscitandi gratia, sed instandi: ut quod negari non potest, ardentius insigatur: sicut Quintilianus docet libro nono: aut legẽdum, num Satur. Nam res sic habet, quod Saturnus senex, & Apollo Ephebus in templis uisitur: unde est ille Dionysii Syracusii iocus, quum barbam auream Aesculapio ademisset, non decere patre imberbi filium esse barbatum. Apollinis simulachrũ Deli dextra manu arcũ tenebat, sinistra uero tres gratias, quarum una citharam, altera tibias, media fistulam habebat. b Portat arma.] Arcum, & pharetram. c Euemero.] *Euemerus* Hic fuit Siculus, è ciuitate Messana, qui Iouis & cæterorũ deorum historiam uerã scripsit ex titulis & inscriptionibus sacris, quæ in antiquissimis templis habebãtur: quam

Græci sacram uocãt. Ennius interpretatus est, ut scribit Cicero. Meminerunt huius scriptoris, quum Græci frequentes, tum ex Latinis Cicero, Varro, Lactãtius, Macrobius, Seruius & alij permulti. Hũc Euemerũ, quòd ueram historiam scripsisset de dijs, Sextus Empiricus ἄθεον, id est, impium & sine deo, uocatũ esse ait: cui Theodoritus Cyrenensis suffragatur, illum inter Diagoras & Theodoros numerans. Timon in Syllis γέροντα ἀλαζόνα nominat, id est senem insolentem, & qui libros ædat iniquiores. *Epulones* d Epulones etiam.] Collegio Pont. iijuiri additi sunt, qui sacra conuiuia, hoc est quæ in deorũ ludis exhibebantur, curarent: dictiq; sunt triumuiri epulones. Sequẽti tẽpore additi sunt duo: ita fuerunt quinque uiri: postremo per ambitionẽ duo alij adiecti, & hic numerus mansit septem uirorum epulonum, qui curarant publicum epulum, ipsis mensa parabatur ante Iouis simulachrum, ibiq; epulabantur. Cicero in arusp. responsis epulones Iouis opt. Max. appellat. Parasitos nominauit, quòd horum mos est, alienas sectari mẽsas, ut nomen ipsum ex Græco ostendit. Ita Varro ex naturali significatu, *Parasitus* epulões illos parasitos uocauit, quasi cõuiuas Iouis. Hoc enim est παράσιτος à παρασιτέω. e Inimica sacra.] Legendum, mimica. f Vnde etiam illud est.] Hanc meretricem quidam putant fuisse Florã, alij Accam Larentiam, cuius feriæ Larentinalia: sed de hoc multa Macrobius primo Saturnaliorum. Attingit etiã Lactantius, sed paucis, Verrius Flaccus Flauam cognominatam esse hãc scribit. Plutarchus quoq; de hac ipsa re in Problematis. g Laurentinam.] Alibi Larentinam, Larẽtiam uulgatius nominãt: nam Accam Laurentiam, Romuli nutricem ferunt, eiusq; putant esse festa Laurentalia, huius uero scorti festa esse Floralia.

Samos h In eius dilecta insula Samo.] Samos insula est in mari Icario, à summitate & asperitate sic dicta. Lactantius libro primo. Insulam Samum scribit Varro prius Partheniam nominatam, quòd ibi Iuno adoleuerit, ibiq; etiam Ioui nupserit. Itaq; nobilissimũ & antiquissimum templum eius est Sami. simulachrum in habitu nubẽtis figuratum, & sacra eius anniuersaria nuptiarũ ritu celebrabãtur. Hæc Lactantius. Erat chara Samos Iunoni, nempe natale solum. Sic Vergil. primo Aeneid.

Adonis i Vbi amatus eius Adonis.] Cinara ex Myrrha filia sua astutia nutricis genuit Adonim formosissimum iuuenẽ, qui Cypri regnauit. Valerius Probus in Gallum Vergilij scribit ex sententia Hesiodi, hũc Phœnicis fuisse filium, ex Philostephano uero genitum à Ioue sine ullius fœminæ accubitu. Hunc Venus adamauit: quũq; uenandi esset stũdiosissimus, ab apro ferocissimo dilaniatus est. Fabulãtur aprum hũc à zelotypo Marte esse immissum, Veneremq; mœstissimam multum luxisse Adonim, uertisseq; eum in florem sui nominis. Simulachrum Veneris dicit Macrobius, fingi in monte Libano, capite obnupto, specie triste, faciẽ manu læua intra amictum sustinens: lachrymæ uisione conspicientiũ manare creduntur. Phœnices Adonim γίγγραν nominabãt, ut autor est Pollux libro quarto: ideo mœstas illas tibias: quibus in luctu Adonis uti solebant, γίγγρας appellarunt, tametsi Festus genus putat exiguarũ tibiarũ gingrinas de uoce anserum appellatas, qui gingrire dicuntur. *Gingrire* Porrò quod Adonis flore iuuentæ est subreptus, ideo Veneri orti dicabanẽ, qui sine fructu speciem quandam præberent florum, foliorumq;: unde Prouerbium apud Græcos natum, ἀδώνιδος κῆποι: quod ut reliqua alia, ita & hoc accuratissime explicat Erasmus noster in Adagijs suis, siue, ut Budæus uocat, in salino Mercurij, & logotheca Mineruæ. *Thymelici* k Nec Thymelica in se admittit obscœnitas.] Thymelicorum & Thymeles meminerunt Græci crebro. Et ex Latinis Vitruuius libro De architectura quinto, sed obscure mea sententia, quæ ego, uel explicabo, uel certe explicandi causam incitamentumq; dabo eruditioribus. In theatrò erat scena inter duo theatri cornua extensa, in qua agebant histriones tragici, & comici. Erat & Orchestra senatorum locus inter cuneos & scenam, in quà pulpitum, quinq; pedibus altum, *Orchestra* quod Græci Thymelem dicebãt, & Logeum, in quo & chorus tragœdiarum saltabat: Comœdiarum quoq; quum habebant comœdiæ chorum, modo ad histriones uersus, modo ad populum histrionibus in scena abditis: ibi & citharœdi, & aulœdi, & quotquot personam ex fabula non agentes, actioni fabulæ subseruiebant, nomenq; loco in quo saltarent, dederunt: nam orchestra est appellata ab ὀρχέομαι salto: & Thymelen αὐλητικὴν interpretantur Græci, & illos omnes artifices musices thymelicos: putãt Thymelẽ dictam ab aris quæ ibi erant extructæ Apollini & Baccho: nam & θυμέλη pro ara ponitur: de quibus Donatus censet Terẽtium in Andria locutum, Sume uerbenas ex ara. Apuleius in Apologia priore Thymelicum choragium posuit pro apparatu histrionũ & ornatu illo scenæ. Fuit & Thymele Latini histrionis, ut quidam putãt, uxor, ut alij socia, eiusdemq; artis mimicæ. Ambobus Domitianũ Cæsarem impense delectatum, Martialis libro primo ad Domitianum declarat:

Qua Thymelem spectas, derisoremq; Latinum,
Illa fronte precor carmina nostra lege.

De interpretationibus naturalium rationũ quas doctores Pagani pro dijs suis conantur ostendere. Cap. VIII

AT enim habent ista physiologicas quasdam, sicut aiũt, id est naturaliũ rationum interpretationes. Quasi uero nos in hac disputatione physiologiam quæramus, & non theologiã, id est rationẽ nõ naturæ, sed dei. Quãuis enim qui uerus deus est, nõ opinione, sed natura sit deus, nõ tamẽ omnis natura deus est, quia & hominis, et pecoris, & arboris, et lapidis utiq; natura est, quorũ nihil est deus. Si aũt interpretationis huius quando agitur de sacris matris deûm, caput est certe, quod mater deorũ est terra, quid ultra quærimus, quid cætera perscrutamur? Quid euidẽtius suffragatur eis, qui dicunt omes istos deos homines fuisse? Sic enim sunt terrigenæ, sicut terra eis mater est. In uera autẽ theologia opus dei est terra, nõ mater. Verũtamen quoquo modo sacra eius interpretẽtur & referant ad rerũ naturam, [a]uiros muliebria pati non est secũdum naturã, sed cõtra naturã. Hic morbus, hoc crimen, hoc dedecus habet inter illa sacra pfessionẽ, quod in uitiosis hominũ moribus uix habet inter tormẽta cõfessionẽ. Deinde si ista sacra quę scenicis turpitudinib. conuincũtur esse fœdiora, hinc excusantur, atq; purgãtur quod habẽt interpretatiões suas quib. ostẽdãtur rerũ significare naturã: cur nõ etiã poetica simi-

similiter excusentur atq; purgentur? Multa enim & ipsi ad eundem modũ interpretati sunt, usq; adeo, ut quod ab eis immanissimum & infandissimum dicitur: Saturnum suos filios deuorasse, ita nonnulli interpretentur, [b]quod longinquitas temporis, quæ Saturni nomine significatur, quicquid gignit ipsa cõsumat. Vel sicut idẽ opinatur Varro, quod pertineat Saturnus ad semina, quæ in terram de qua oriũtur iterũ recidunt. Itemq; alij alio modo & similiter cætera. Et tamen theologia fabulosa dicitur, & cum omnibus huiusce modi interpretationibus suis reprehẽditur, abiicitur, improbatur: nec solum à naturali quæ philosophorum est, uerũetiam B ab ista ciuili de qua agimus, quę ad urbes populosq; pertinere asseritur: eo quod de dijs indigna cõfinxerit, merito repudianda discernitur: Eo nimirum cõsilio, quoniam acutissimi hominesq; doctissimi, à quibus ista cõscripta sunt, ambas improbandas intelligebant, & illam scilicet fabulosam & istam ciuilem. Illam uero audebant improbare, hanc non audebant. Illam culpandam proposuerunt, hanc eius similem comparandam exposuerunt, non ut hæc præ illa tenenda eligeretur, sed ut cum illa respuenda intelligeretur: atq; ita sine periculo eorũ qui c ciuilem theologiã reprehendere metuebant, utracq; cõtempta, ea quam naturalem uocant apud meliores animos inueniret locum. Nam & ciuilis & fabulosa ambę fabulosę sunt ambęq; ciuiles: ambas inueniet fabulosas, qui uanitates & obscenitates ambarum prudenter inspexerit, ambas ciuiles, qui ludos scenicos pertinẽtes ad fabulosam, in deorum ciuiliũ festiuitatibus, et in urbiũ diuinis rebus aduerterit. Quomodo igitur uitæ æternæ dandæ potestas cuiquã deorum istorum tribuitur: quos sua simulachra & sacra conuincunt, dijs fabulosis apertissime reprobatis, esse simillimos formis, ætatibus, sexu, D habitu, cõiugijs, generationibus, ritibus, in quibus omnibus aut homines fuisse intelliguntur, & pro uniuscuiusq; uita uel morte sacra eis, & solennia constituta, hunc errorẽ insinuantibus firmantibusq; dæmonibus, aut certe ex qualibet occasione immundissimi spiritus fallendis humanis mentibus irrepsisse.

L. VIVES

a Uiros muliebria pati.] Galli matris deũm, quũ non possent facere quæ uiri, patiebãtur quæ fœminæ. b Quod longinquitas temporis.] Interpretatio Cicer. ij. De nat. deor. nam κρόνος est Græce, quasi χρόνος, de hoc alibi.

De officijs singulorum deorum.

Caput IX.

VID ipsa numinum officia tam uiliter minutatimque concisa, propter quod eis dicunt pro uniuscuiusque proprio munere supplicari oportere: unde non quidem omnia sed multa iam diximus: nónne scurrilitati mimicæ magis quàm diuinæ consonant dignitati? Si duas quisquam nutrices adhiberet infanti: quarum una nihil nisi escã, altera nihil nisi potum daret: sicut isti ad hoc duas adhibuerunt deas, Educam & Potinã: nempe desipere, & aliquid mimo simile in sua domo agere uideretur. Liberum à liberamento appellatum uolunt, quòd mares in coeundo per eius beneficium emissis seminibus liberentur. Hoc idem in fœminis agere Liberam, quam etiam Venerem putant, [a]quod & ipsas perhibeant semina emittere, & ob hoc Libero eandem uirilem corporis partem in templo poni, fœmineam Liberæ. [b]Ad hæc addunt mulieres attributas Libero & uinum, propter libidinem concitandam. Sic Bachanalia summa celebrantur insania. Vbi Varro ipse confitetur à Bacchantibus talia fieri nõ potuisse, [c]nisi mente commota. [d]Hæc tamen postea displicuerunt senatui saniori, & ea iussit auferri. Saltem hic tandem forsitan senserunt quid immundi spiritus dum pro dijs habentur, in hominum possint mentibus. Hæc certe non fierent in theatris. Ludunt quippe ibi, non furunt, quamuis deos habere, qui etiam ludis talibus delectentur, simile sit furoris. Quale autem illud est, quod cum religiosum à superstitioso ea distinctione discernat, ut à superstitioso dicat timeri deos, à religioso autem tantum uereri ut parentes, non ut hostes timeri, atque omnes ita bonos dicat, ut facilius sit eos nocentibus parcere, quàm lædere quenquam innocentem: tamen mulieri fœtę post partum tres deos custodes commemorat adhiberi, ne Siluanus deus per noctem ingrediatur & uexet: eorumq; custodum significãdorum causa tres homines noctu circumire limina domus, & primo limen securi ferire, postea pilo, tertio deuerrere scopis: ut his datis culturæ signis, deus Siluanus prohibeatur intrare: quia neque arbores cæduntur ac putantur sine ferro: neq; far conficitur sine pilo: neque fruges coarceruantur sine scopis. Ab his autem tribus rebus tres nũcupa

cupatos deos: Intercidonam à securis interci- A sione: [e]Pilumnum à pilo: Deuerram à scopis, quibus dijs custodibus contra uim dei Siluani, fœta conseruaretur. Ita contra dei nocentis fœuitiam non ualeret custodia bonorum, nisi plures essent aduersus unum: eiq; aspero, horrendo, inculto utpote syluestri signis culturæ tanquam contrarijs repugnarent. Istá ne est innocentia deorum: ista cõcordia? Hæccine sunt numina salubria urbium, magis ridenda quàm lubidria poetarum & theatrorum? Cum mas & fœmina coniunguntur, adhibetur deus Iugatinus. Sit hoc ferendum. Sed domum est ducenda quę nubit, adhibetur deus [f]Domiducus. Vt B in domo sit, adhibetur deus Domitius. Vt maneat cum uiro, additur dea Manturna. Quid ultra quæritur? Parcatur humanæ uerecundiæ: peragat cætera concupiscentia carnis & sanguinis procurato secreto pudoris. Quid impletur cubiculum turba numinum: [h]quando & paranymphi inde discedunt? Et ad hoc impletur: non ut eorum præsentia cogitata maior sit cura pudicitiæ, sed ut fœminæ sexu infirmæ, nouitate pauidæ, illis cooperantibus sine ulla difficultate uirginitas auferatur. Adest enim dea Virginensis, & deus pater Subigus, & dea ma- C ter Prema, & dea Partunda, & Venus, & Priapus. Quid est hoc? Si omnino laborantem in illo opere uirum ab dijs adiuuari oportebat: nõ sufficiebat aliquis unus, aut aliqua una. Nũquid Venus sola parum esset, quæ ob hoc etiam dicitur nuncupata, quod sine eius ui fœmina uirgo esse nõ desinat? Si ulla est frons in hominibus, quæ non est in numinibus: nónne cum credũt coniugati tot deos utriusq; sexus esse præsentes & huic operi instantes, ita pudore afficiuntur, ut & ille minus moueatur, et illa plus reluctetur. Et certe si adest [i]Virginensis dea, ut uirgini zona soluatur: si adest deus Subigus, ut uiro subi- D gatur: si adest dea Prema, ut subacta ne se commoueat, comprimatur, dea Partunda ibi quid facit? Erubescat, eat foras, agat aliquid & maritus. Valde inhonestum est, ut quod uocatur illa, impleat quisquam nisi ille. Sed forte ideo tolleratur, quia dea dicitur esse, non deus. Nam si masculus crederetur, & Partundus uocaretur, maius cõtra eum pro uxoris pudicitia posceret maritus auxilium, quàm Fœta contra Syluanum. Sed quid hoc dicam, cum ibi sit & [k]Priapus nimis masculus, super cuius [l]immanissimũ & turpissimum fascinum sedere noua nupta iubebatur more honestissimo & religiosissimo matronarum? Eant adhuc & ciuilem Theologiã à Theologia fabulosa, urbes à theatris, templa à scenis, sacra pontificum à carminibus poetarum, uelut res honestas à turpibus, ueraces à fallacibus, graues à leuibus, serias à ludicris, appetendas à respuẽdis, qua possunt quasi conentur subtilitate discernere. Intelligimus quid agant, qui illam theatricam & fabulosam Theologiam ab ista ciuili pendere nouerunt, & ei de carminibus poetarum tanquam de speculo resultare: & ideo ista exposita, quã damnare non audent: illam eius imaginem liberius arguũt & reprehendunt, ut qui agnoscunt quid uelint, & hanc ipsam faciem cuius illa imago est, detestentur, quam tamen ipsi dij tanquam in eodem speculo se intuẽtes ita diligunt, ut qui quales sint in utraque melius uideantur. Vnde etiam cultores suos terribilibus imperijs compulerunt, ut immunditiã Theologiæ, fabulosæ sibi dicarent, in suis solennitatibus ponerent, in rebus diuinis haberent: atque ita & seipsos immundissimos spiritus manifestius esse docuerunt, & huius urbanæ Theologiæ uelut electæ & probatæ illam theatricam abiectam atque reprobatam, membrum partemque fecerunt, ut cum sit uniuersa turpis & fallax, atque in se contineat commenticios deos, una pars eius sit in literis sacerdotum, altera in carminibus poetarum. Vtrum habeat & alias partes, alia quæstio est. Nunc propter diuisionem Varronis & urbanam & theatricam Theologiam ad unam ciuilem pertinere satis, ut opinor, ostendi. Vnde quia sunt ambæ similis turpitudinis, absurditatis, indignitatis, falsitatis: absit à uiris religiosis, ut siue ab hac, siue ab illa uita speretur æterna. Denique & ipse Varro commemorare & enumerare deos cœpit à conceptione hominis, quorum numeros exorsus est à Iano: eãq; seriem perduxit usq; ad decrepiti hominis mortem, & deos ad ipsum hominẽ pertinẽtes clausit [m]ad Næniã deam quæ in funerib. senũ cantatur. Deinde cœpit deos alios ostẽdere, qui pertinerẽt non ad ipsum hominem, sed ad ea, quæ sunt hominis, sicuti est uictus, uestitus, & quæcunq; alia quæ huic uitæ sunt necessaria, ostendens in omnib. quod sit cuiusq; munus, & propter quid cuiq; debeat supplicari: in qua uniuersa diligentia nullos demõstrauit uel nominauit

deos

deos, à quibus uita æterna poscēda sit, propter quam unam proprie nos Christiani sumus. Quis ergo usq; adeo tardus sit, ut nō intelligat istum hominem ciuilem Theologiam tam diligenter exponendo & aperiendo eamq; illi fabulosæ indignæ atq; probrosæ similem demōstrando, atq; ipsam fabulosam partem esse huius satis euidenter docendo, non nisi illi naturali, quam dicit ad philosophos pertinere, [n] in animis hominum moliri locum, ea subtilitate ut fabulosam reprehendat, ciuilem uero reprehendere quidem non audeat, sed prodendo reprehensibilem ostendat, atq; ita utraq; iudicio recte intelligentium reprobata sola naturalis remaneat eligenda? De qua suo loco in adiutorio dei ueri diligentius disserendum est.

L. VIVES

a Quod & ipsam perhibeant.] Alibi ipsas, quasi fœminas, de quo est magna controuersia inter philosophos. Plato & Aristoteles non semē eas aiūt emittere, sed humorem quendā sudori non dissimilem, qui ad generationem nihil faciat. Pythagoras & Democritus semen contendunt emittere. Epicurus Democritum sequitur, ut solet. Hipp. quasi inter hos medius semen esse ait, sed generationi nihil cōferre. quippe quod exeat, non maneat in uase generationis. b Ad hæc adduut mulieres.] *Bacchus* Bacchum sequebantur Satyri & mulieres furentes, quæ bacchæ dicebantur ululantes. Vnde Eustathius deum Bacchum dictum esse ab incondito illo clamore, quasi à βαχέιν, deinde interposito elemento κ dictum Bacchū: nominatæ & Mimallonides à Mimante monte minoris Asiæ, & Bassarides, & Thyiades, à Thyia quæ prima sacris Liberi patris initiata est. Plutarchus in libello De cupiditate opum, in antiquis Bacchi sacris hanc fuisse pompam dicit, Amphoram uini cum palmite, hinc hircum quem trahebat aliquis, post cistam nucum, & phallum, quæ postea obsoluerunt, & preciosiora sunt inducta. Erat etiā & uannus, sicut Vergilius inquit, hoc est, cribrum cereale: ut exponit Seruius. Varro uallum posuit, quod nihilo minus significat, & conus: id est nux pinea, ad similitudinem thyrsorū, quos ipsæ Bacchæ, quæ in Indiam secutæ sunt Bacchū, gestabāt. *Thyrsi* Erant enim thyrsi hastæ præpilatæ pampinis & hederis circumuestitæ. *Hedera* Addebatur hedera, quòd sit quædam eius species, quæ furorem concitat: ut Plutarchus in Probl. ait, & ebrios faciat absque uino, & in furorem procliues leniat, ac mansuefaciat: & ipsa hedera in uniuersum ἀπὸ τῶ κισσᾶν, quod est, in Venerem trahere, deducitur. est etiam Thyrsis corona nuptialis: est & lampas quam in Dionysi honorē præferebant, sed quū corona est, dicunt in ultima esse acutum tonū sic θυρσός. In his sacris, furor sacrificantibus incutiebatur: unde Bacchum nominatū ait Valerius Probus. Est enim bacchari, idem quod furere: & bacchæ appellatæ, quæ per furorem sacra Liberi patris celebrarēt. *Mænades* Ideo Mænades quoq; dictæ, & Bacchus ipse Mænoles quasi totus furēs ut scribit Clemēs, Eusebio citante. c Nisi mente cōmota.] nam si quieta essent, trāquillaq; mente, nunquā talia facerent: partim inepta, stultaq;: partim abominādæ fœditatis: partim crudelia, atq; inhumana. Multæ enim cædes per eiusmodi sacrificiorū furorē committebantur. Sic occisi sunt Pentheus, & Ninus Indiæ rex, & Lycurgus Thrax, & Orpheus. d Hæc tamē postea displicuerunt senatui.] De bacchanalium nepharijs sceleribus, eorumq; ab Italia expulsione per S. C. Liuius abunde lib. xxxix. e Intercidonem.] Vetera exemplaria Intercidoniam habent. f Pilumnum à pilo. *Pilumnus* Seruius nono Aeneid. Pilumnus & Picumnus fratres fuerunt dij: horum Picumnus stercorandorum agrorū inuenit usum, unde & Sterquilinus dictus est: Pilumnus uero, pilendi frumenti: unde à pistoribus colitur, & ab ipso pilum dictum est. Seruius hæc. Capella lib. ij. comminuendæ frugis farrisq; fragmēta Pilumno signat Italia. *Pilum* Pilum uero est, & telum Romanum, pedum quinq; & semis, ut scribit Modestus: ferro trigono, unciarū nouem: & instrumentum, quo quid in mortario frāgitur, conteriturq;. Antiqui Ethruriæ & Latij populi fruges concidebant pani conficiendo pilis: idq; opus erat manuum. Molæ deinde sunt inuentæ cōmodiore rerū usu, in quibus etiam non deest suum pilum ruido, ut uocat Plinius lib. xviij. Marcellus Pilumnum & Picumnum, deos uocat, præsides auspicijs coniugalibus, Varro De uita Po. Ro. li. ij. Natus si erat uitalis ac sublatus ab obstetrice statuebat in terra, ut auspicaretur rectus, dijsq; cōiugalibus, Pilumno & Picumno in ædibus lectus sternebatur. g Domiducus.] *Iuno domiduca* Capella Domiducam Iunonem uocat lib. ij. his uerbis: Interducam & Domiducam Vnxiam, Cinthiam, mortales puellæ debent in nuptias cōuocare, ut earum & itinera protegas. Iunoni loquitur, & in optatas domos ducas, & cū postes ungent, faustum omen affigas, & cingulum ponentes in thalamis, non relinquas. h Quādo & paranymphi.] *Paranymphus* Paranymphus à Hieronymo dicitur pronubus: auspex quoq; à Latinis nominatur, nam auspicari solebant, ut scribit Cicero. Hi à marito mittebantur ad fœminā: ab hac ad illam pronubæ. Tacitus de Nerone: Ipse per licita atque illicita fœdatus, nil flagitij reliquerat, quo corruptior ageret, nisi paucos post dies uni ex illo cōtaminatorum grege, cui nomen Pythagoræ fuit, in modum solennium coniugiorum denupsisset. inditum imperatori flammeum, misit auspices duos, & genialis thorus, & faces nuptiarum. i Virginensis dea, ut uirgini zona soluatur.] Hanc Capella Cinthiam Iunonem uidetur appellare. Vetustis temporibus puellæ quandiu erant uirgines, fasciam uirginalem perpetuo gestabant. Cuius meminit Homerus xi. Odysseæ, qui mos ad Romanos postea manauit: durauitq; usque ad casum imperij. Martialis: Qui zonam soluit diu ligatam. Vtuntur & in Hispania uirgines fascijs. k Priapus nimis masculus.] *Priapus* Hunc Seruius scribit pulsum è Lampsaco, ubi erat natus, propter nimiam uirilis membri magnitudinē. Lactantius scribit inter Priapum & asinum Sileni, qui omnes erant in comitatu Bacchi, ortum certamen de membri uirilis magnitudine, Priapumq; ab asino uictum, interemisse uictorē. Ideoq; Columella Priapū uocat deū terribilis membri. Ouidius in Priapeia de pene Priapi plurima, quæ pudoris causa transeo. l Immanissimū & turpissimum.] Fascinum Priapi penem esse ostendit Ouidius in poemate obscœno:

Priape quod sis fascino grauis tento.

Et post paulum:

Soles sacrum reuinctus pampino caput
Ruber sedere, cum rubente fascino.

Horatius fascinum eandem rem nominat. Causam adducit Porphyrio, quod fascinandis rebus hæc membri deformitas adderetur. Ego potius ab auertēdo fascino dictum esse puto, quod in sacris Dionysii rite propiciato Priapo, & imposita illi corona à matrona honestissima, fascinū à frugibus auerteretur, ut Augustinus proximo lib. ex Varrone narrat. Ad fascinū ergo amoliendum iubebatur super id sedere: nam & Pompeius Festus uersus fescenninos, qui in nuptijs dicebātur, etiam inde

uideri posse dictos scribit, quod fascinum existimarent arcere. Sicut ergo in agris, ita & in nuptijs Priapus, seminum deus, ne fœcunditas fascinatione impediretur, colebatur, nisi forte illud potius sit, quod Lactantius ait lib. primo, Mutinum esse deū, in cuius sinu pudendo nubentes primum sedeant, ut illarum pudicitiā *Mutinus* prior deus delibasse uideatur. Mutinum enim Priapū esse diximus lib. iiij. qui præstet, ut in primo concubitu uir moueatur, uirgo uero ne reluctetur: ut hic Augustinus significat. Festus idem autor est, nouam nuptam in lanata pelle solitam sedere: uel quod his uestiebātur ueteres, uel quod lanificium profiteretur, & esset præstatura. Plutarchus in Problematis sponsam inducētes, pellem substernunt, ipsa secū colum & fusum domo affert. *Nænia* m Ad Næniam deam.] Nænia carmen erat lugubre, quod in laudem mortui ad tibiā cantabatur à præfica sola cæteris flentibus, cuius inuentorem Horatius Simonidem poetam fuisse significat. Fuit etiam dea cuius sacellum extra portam Viminalem: nomen fictum est de uoce flentium. Sūt qui eo uerbo finem putent significari: alij ab extremi intestini uocabulo uocem deductam, quod Græci νήτον dicunt. chordarum quoque ultima νήτη uocatur, unde extremā cantionis uocem næniam nominari placuit. Festus lib. xij. n In animis hominum moliri locum.] An mollire, sed certe sensus est, Varronem clàm & paulatim hoc agere, ut exclusis duabus theologijs sola naturalis in hominum mētibus hæreret.

De libertate Senecæ qui uehemētius ciuilem theologiā reprehendit quàm Varro fabulosam. Caput X

LIBERTAS sanè quæ huic defuit, ne istam urbanam theologiā theatricæ simillimam aperte sicut illam reprehēdere auderet, Anneo Senecæ, quem nonnullis indicijs inuenimus [a] Apostolorum nostrorum claruisse temporibus, non quidem ex toto, uerum ex aliqua parte non defuit. Affuit enim scribenti, uiuenti defuit. Nam [b] in eo libro quem contra superstitiones condidit, multo copiosius atq; uehementius reprehendit ipse ciuilem istam & urbanam theologiam, quàm Varro theatricam atque fabulosam. Cum enim de simulachris ageret, sacros inquit, immortales inuiolabilesq; deos in materia uilissima atque immobili dedicant, habitus illis hominum, ferarumq;, et piscium, quidam uero mixto sexu diuersis corporibus induunt: numina uocant, quæ si spiritu accepto subito occurrerent, monstra haberentur. Deinde aliquanto pòst, cum Theologiā naturalem prædicans, quorundam philosophorum sentētias digessisset: opposuit sibi quæstionē, & ait: Hoc loco dicet aliquis: Credam ego cœlū & terram deos esse, & supra lunam alios, infra alios? Ego feram aut Platonem, [c] aut peripateticum Stratonem, quorum alter fecit deum sine corpore, alter sine animo? Et ad hoc respondens, quid ergo tandem inquit: Veriora tibi uidentur T. Tatij, aut Romuli, aut Tulli Hostilij somnia? Cluacinam Titus Tatius dedicauit deam, Picum, Tiberinumq; Romulus: Hostilius pauorem atq; pallorem teterrimos hominum affectus, quorū alter mētis territæ motus est, alter corporis, nec morbus quidē, sed color. Hæc numina potius credes, & cœlo recipies? De ipsis uero ritibus crudeliter turpibus quàm libere scripsit? Ille inquit, uiriles sibi partes amputat: ille lacertos secat. Vbi iratos deos timent, qui sic propitios merentur? Dij autem nullo debent coli genere, si & hoc uolunt. Tantus est perturbatę mentis & sedibus suis pulsæ furor, ut sic dij placētur, quēadmodum [d] ne homines quidem sæuiunt teterrimi [e] & in fabulas traditi crudelitatis. Tyranni lacerauerunt aliquorum membra, neminē sua lacerare iusserunt. In [f] regiæ libidinis uoluptatē castrati sunt quidam, sed nemo sibi ne uir esset iubente domino manus intulit. Se ipsi in templis contrucidant, uulneribus suis, ac sanguine supplicāt. Si cui intueri uacet, quæ faciūt, quęq; patiuntur, inueniet tam indecora honestis, tam indigna liberis, tam dissimilia sanis, ut nemo fuerit dubitaturus furere eos, si cum paucioribus furerent, nunc sanitatis patrocinium insanientium turba est. Iam illa quæ in ipso Capitolio fieri solere commemorat, & intrepide omnino coarguit, quis credat nisi ab irridentibus, aut furentibus fieri? Nam cū in sacris Aegyptijs [g] Osirim lugeri perditum, mox autem de inuēto magnum fuisse gaudium derisisset, cū perditio eius inuētioq; fingatur, dolor tamen ille atq; lætitia ab eis, qui nihil perdiderūt, nihilq; inuenerunt, ueraciter exprimatur: Huic tamē, inquit furori certum tēpus est. Tolerabile est semel in anno insanire. In Capitoliū perueni, pudebit publicatæ dementiæ, quod sibi uanus furor attribuit officij: alius numina deo subijcit, alius horas Ioui nūciat, alius lictor est, alius unctor, qui uano motu brachiorum imitatur ungentē. Sunt quę Iunoni ac Mineruæ capillos disponant, longe à templo non tantum à simulachro stantes, digitos mouent ornantium modo. Sunt quæ speculum teneant, sunt quæ [h] ad uadimonia sua deos aduocent. Sunt qui libellos offerant, & illos causam suam doceant. [i] Doctus Archimimus senex iam decrepitus, quotidie in Capitolio mimum agebat, quasi dij libēter spectarēt, quem

hominés deſierant. Omne illic artificum genus operantium dijs immortalibus deſidet. Et paulopoſt: Hi tamen inquit, etiam ſi ſuperuacuum uſum, non turpem nec infamem deo promittunt. Sedent quędam in Capitolio, quæ ſe à Ioue amari putant: [k] nec Iunonis quidem, ſi credere poetis uelis, iracundiſsimæ reſpectu terrentur. Hanc libertatem Varro non habuit, tantūmodo poeticam Theologiam reprehēdere auſus eſt, ciuilem non auſus eſt, quam iſte concidit. Sed ſi uerū attendamus, deteriora ſunt templa, ubi hæc aguntur, quàm theatra, ubi fingūtur. Vnde in his ſacris ciuilis theologiæ has partes potius elegit Seneca ſapienti, ut eas in animi religione non habeat, ſed in actibus fingat. Ait enim: Quæ omnia ſapiens ſeruabit tanquam legibus iuſſa non tanquam dijs grata. Et paulo poſt: Quid quod & matrimonia, inquit, deorum iungimus, & ne pie quidem fratrum ſcilicet & ſororum? [l] Bellonam Marti collocamus: Vulcano Venerem: Neptuno Salaciam: quoſdam tamen cœlibes relinquimus, [m] quaſi conditio defecerit, præſertim cum quædam uiduæ ſint, ut Populonia, uel Fulgora, & diua Rumina, quibus non miror petitorem defuiſſe? Omnem iſtam ignobilem deorum turbam, quam longo æuo lōga ſuperſtitio congeſsit, ſic inquit adorabimus, ut meminerimus cultum eius magis ad morem, quàm ad rem pertinere. Nec leges ergo illæ, nec mos in ciuili theologia id inſtituerunt, quod dijs gratū eſſet uel ad rem pertineret. Sed iſte [n] quem philoſophi quaſi liberum fecerunt, tamen quia illuſtris [o] populi Romani ſenator erat, colebat, quod reprehendebat: agebat, quod arguebat: quod culpabat, adorabat: quia uidelicet magnum aliquid eum philoſophia docuerat, ne ſuperſtitioſus eſſet in mundo, ſed propter leges ciuium moreſqꝫ hominū, non quidem ageret fingentem ſcenicum in theatro, ſed imitaretur in templo, eo damnabilius, quòd illa, quæ mendaciter agebat, ſic ageret, [p] ut eū populus ueraciter agere exiſtimaret. Scenicus aūt ludendo potius delectaret, quàm fallendo deciperet.

L. VIVES

a Apoſtolorum noſtrorū claruiſſe temporibus.] An forte indicijs illarum epiſtolarum, quæ circumferuntur Pauli ad Senecam, & huius uiciſſim ad illum, quas non credo ab illis eſſe ſcriptas. Sed conſtat principatu Neronis & Senecam claruiſſe, conſulemqꝫ fuiſſe, & Petrum ac Paulum apoſtolos extremo ſupplicio pro Chriſti pietate cohoneſtatos. Apoſtoli nanqꝫ & Seneca intra duos annos è uita migrarunt, ac neſcio an eiſdem Silio Nerua & Attico Veſtino coſſ.

b In eo libro quem cōtra ſuperſtitiones.] Libri Senecæ nōnulli ſunt amiſsi, ut hi de ſuperſtitionibus & de matrimonio, cuius meminit Hieronymus aduerſus Iouinianū diſputans de matura morte, cuius Lactantius, & de terræmotu, cuius idem ipſe Seneca. Huius iacturam ut aliorum complurium ueterum ſcriptorum, deplorauit Ioannes Andreas Straneus ciuis meus, in Annotationibus quas in Senecam ipſum ſcribit, quarum guſtum miſit ad me epiſtola qua mecum amicitiā inijt. *Ioannes Andreas Straneus* Homo qui ut ſummæ eruditioni ſummam quoqꝫ probitatem adiunxit, ita mirum quàm literas meliores, optimaqꝫ ſtudia adiuuare proueheréqꝫ pro uirili conetur, & ijs qui in hoc incumbunt candide ac toto pectore beneuelit, & faueat. c Aut peripateticum Stratonē.] *Strato* Strato Lampſacenus fuit, Arceſilai filius, qui Phyſicus cognominatus, quòd eo ſtudio ſit præter cætera oblectatus, auditor Theophraſti, curatorqꝫ teſtamenti, & ſcholæ ſucceſſor, Ptolomæi Philadelphi magiſter. Stratones octo ponit Laertius in uitis. d Ne quidē homines.] Volunt interponi ſemper aliquid grammatici inter ne & quidem, ſed coniuncta ſine uerbo aliquo interiecto ſexcenties apud Ciceronem, & Liuium, & Plinium & alios inuenias, niſi ad illa omnia unicam dent reſponſionem librarij erratum eſſe: non quin putem elegantius interponi, nec aliter ipſe loqui uelim. e Et in fabulas traditi crudelitatis.] Vt Dionyſii, Phalaris, Mezentius, Tarquinius Superbus, Sylla, Cinna, Marius, Tiberius, & Claudius, & Caligula. f Regiæ libidinis uoluptate.] Antiqui libri in regiæ libidinis uoluptatem. Habebant ueteres reges præcipue Perſarum ſuos Eunuchos, quibus multum fidebant. g Oſirim lugeri perditum.] *Oſiris* Cum Oſiris à fratre Typhone eſſet laceratus, pœnaqꝫ de Typhone eſſet ab Iſide & Oro Apolline accepta, magno cum luctu corpus Oſiridis quæſitum eſt: cumqꝫ eſſet inuentum, etiam ſi diſperſum, tamen magno gaudio Iſis eſt affecta, idqꝫ poſtea inſtituit, ut quotannis certo tempore cum lachrimis, & eiulatu Oſiris quæreretur, lætitia magniſqꝫ ludis celebraretur productus puer, ceu inuentus. Ideo Lucanus ait:

Nunquamqꝫ ſatis quæſitus Oſiris.

h Ad uadimonia ſua.] *Vadari* Vadari eſt aliquem ad iudicem certa die aduocare. *Vadimonium* uadimoniū eſt ſponſio ipſa ſiſtendi ſe in iudicio. Hinc uadimonium obire apud Ciceronem eſt ſe ſiſtere, & non obire contra, quod eſt deſerere, ſicut Plinius ait, in præfatione hiſtoriæ naturæ; niſi cum uadimonium eſt dilatum à prætore, exemplorum pleni ſunt autores. Faciebāt ergo deos ut homines aduocatos, cum cauſam eſſent dicturi. i Doctus Archimimus.] *Archimimus* Mimi à μιμέομαι dicuntur, quaſi imitatores, qui in ſcena geſtus actuſqꝫ eorum, quos irridere uolūt, imitantur: tum etiam mores, qui ethologi nominantur, & ethopœi, unde ethopœia apud Quintilianū. *Pantomimus* Pantomimi ſunt rerum omnium imitatores. Archimimi præcipui, & ceu mimorū principes, qualis erat ille Fauo temporibus Veſpaſiani, quis uero fuerit hic, cuius meminit Seneca, non temere affirmarim. k Nec Iunonis quidem.] *Iuno* Hæc enim zelotypa erat, & uehemens ſæuaqꝫ in priuignos omnes & pellices, quæ ne Dedalæ quidem illi ignouit, hoc eſt, ſtatuæ ligneæ, quam ſe Iuppiter iratus finxit ducere in Bœotia. nam reconciliata cōiugi Ioui ſtatuā cremari iuſsit, ut Plutarchus narrat. Hinc lex Numæ uetuſtiſsima, Pellex aram Iunonis ne tangito: ſi tanget, Iunoni crinibus dimiſsis agnum fœminam cædito. l Bellonam Marti.] Alij bellonam matrem eſſe uolunt, non uxorem. Nerionem uero ſeu ut Varro dixit, Nerienem eius eſſe coniugem. quod uerbum, ſicut Gellius tradit, Sabinum eſt, eoqꝫ ſignificatur uirtus & fortitudo. unde Nerones dicti à præſtanti fortitudine. ſed Sabini à Græcis mutuati ſunt, qui uincula & firmamenta membrorum νεῦρα nominant, unde Latini neruos. Plautus Trucul. Mars peregre adueniens ſalutat Nerienem uxorem ſuam. Gel. lib. x. noct. m Quaſi conditio defecerit.] *Conditio* Conditio in fœminis eſt coniugiū: unde quærere conditionem, & inuenire cōditionem filiæ. Quærendam conditionem filiæ dixit Liuius libro iiij. & Cic. in Philippicis. Hinc apud iuriſcōſultos in uerbis repudij erāt & illa: Cōditione tua nō utar. n Quē philoſophi quaſi liberū.] Idem Seneca philoſophiæ ſeruiēdum eſſe dicit, ſi liberi eſſe uelimus. quaſi liberū dixit argute. q. non exacte liber abſoluteqꝫ fuerit, ſed propemodum liber. o Populi Ro. ſenator.] *Seneca* Exulauit Seneca ſub Claudio principe: ſed cum Claudius ſublata Meſſalina Agrippinam duxiſſet, hæc Senecæ reditū, & ſenatum, & præturam à Claudio impetrauit, ut Neronem filium inſtitueret. Hinc factus eſt poſtea cōſul cum Trebellio Maximo quemadmodum Vlpianus inquit lib. xxxvi. Pandect. iuris ciuilis, ingentes & inuidioſiſſimas opes poſſedit. Tranquillus & Tacitus. Iuuenalis: Senecæ prædiuitis orti. p Vt eum populus ueraciter.] Ideo nocebat exemplo, quod ne committeret, Eleazarus maluit mortem obire ij. Macchab. vi. quantum hic ſanctius & uerius philoſophice.

Quid de Iudæis Seneca ſenſerit. Caput XI

HIC inter alias ciuilis theologiæ ſuperſtitiones reprehendit etiam ſacramenta Iudæorum, & maxime ſabbata, inutiliter id eos facere affirmans, quod per illos ſingulos ſeptē interpoſitos dies, ſeptimam ferè partem ætatis ſuæ perdant uacando, & multa in tempore urgentia non agendo lædantur. Chriſtianos tamen iam tūc Iudæis inimiciſsimos, in neutram partem commemorare auſus eſt, ne uel laudaret contra ſuæ patriæ ueterem conſuetudinem, uel reprehenderet [a] contra propriam forſitan uoluntatem. De illis ſanè Iudæis cum loqueretur, ait: Cum interim uſqꝫ eo ſceleratiſsimę gentis conſuetudo conualuit, ut per omnes iam terras recepta ſit, uicti uictoribus leges dederunt. Mirabatur hæc dicens, & quid diuinitus ageretur, ignorans. Subiecit plane ſententiam, qua ſignificaret, quid de illorum ſacramentorum ratione ſentiret. Ait enim: Illi tamen cauſas ritus ſui nouerunt, & maior pars populi facit, quod cur faciat, ignorat. Sed de ſacramentis Iudæorum, uel cur, uel quatenus inſtituta ſint autoritate diuina, ac poſtmodum à populo dei, cui uitæ æternæ myſterium reuelatum eſt, tēpore quo oportuit eadem autoritate ſublata ſint, & aliàs diximus, maxime cum [b] aduerſus Manichæos ageremus: & in hoc opere loco opportuniore dicendum eſt.

L. VIVES

a Contra propriam forſitan uoluntatem.] Incenſa à Nerone Roma, cum rei facinoris multi per impudentiſsimā calumniam ab emiſſarijs principis ſubijcerentur, Chriſtiani ſunt quæſiti, quorum ſupplicia non dubitabat Nero, quin futura eſſent popularia ob nouum religionis genus, quorum pœnæ tam exquiſitæ, omnemqꝫ humanitatem ſuperantes fuere, ut ſpectanti populo miſericordiā mouerēt. Seneca à principe petijt, ut in rus aliquod ſecedere ualetudinis cauſa liceret. quod quum non impetraſſet, domi atque adeo in cubiculo multos menſes ſe continuit. Tacitus ad euitandam inuidiam ſacrilegiorum Neronis hoc interpretatur. Ego uero quod lanienam inſontium ſpectare non ſuſtineret. b Aduerſus Manichæos.] Qui uetus inſtrumentum legémque Iudaicam calumniabantur, ut Auguſtinus narrat libro De hæreticis, ad Quoduultdeum, eaſqꝫ ſanctas ſcripturas, nō à deo, ſed ab uno ex principibus tenebrarum dictatas eſſe affirmabant, Contra hoc genus hominum uarijs libris diſputat Auguſtinus.

Quod gentilium deorum uanitate detecta, nequeat dubitari æternam eos uitam nemini poſſe præſtare, qui nec ipſam adiuuant temporalem. Caput XII

NVNC autem propter tres theologias, quas Græci dicunt mythicen, phyſicen, politicen: Latine autem dici poſſunt, fabuloſa, naturalis, ciuilis: quod neqꝫ de fabuloſa, quam & ipſi multorum falſorumqꝫ deorum cultores liberrime reprehēderunt: neqꝫ de ciuili, cuius illa pars eſſe conuincitur, eiuſqꝫ & iſta ſimillima uel etiam deterior inuenitur, ſperāda eſt æterna uita: ſi cui ſatis non ſunt, quæ in hoc uolumine dicta ſunt, adiungat etiam illa, quæ in ſuperioribus libris, & maxime quarto de felicitatis datore deo plurima diſputata ſunt. Nam cui niſi uni felicitati propter æternam uitam conſecrādi homines eſſent, ſi dea Felicitas eſſet? Quia uero nō dea, ſed munus eſt dei: cui deo niſi datori felicitatis cōſecrandi ſumus, qui æternam uitam, ubi uera eſt & plena felicitas, pia charitate diligimus? Non autem datorem eſſe felicitatis quenquam iſtorum deorum, qui tanta turpitudine coluntur: & niſi ita colantur, multo turpius iraſcuntur, atque ob hoc ſe ſpiritus immundiſsimos confitentur: puto ex his quæ dicta ſunt, neminem dubitare oportere. Porrò qui nō dat felicitatem, uitam quomodo poſsit dare æternam? Eam quippe uitam ęternam dicimus, ubi eſt ſine fine felicitas. Nam ſi anima in pœnis uiuit æternis, quibus & ipſi ſpiritus cruciabuntur

immundi,mors illa potius æterna dicenda est & uita. Nulla quippe maior & peior est mors, quàm ubi non moritur mors. Sed quod animę natura,per id quod immortalis creata est, sine qualicũq; uita esse nõ potest,summa mors eius est alienatio à uita dei in æternitate supplicij. Vitam igitur æternam,id est sine ullo fine felicem,solus ille dat qui dat ueram felicitatẽ. Quã quoniam illi quos colit theologia ista ciuilis dare non posse conuicti sunt: non solum propter ista temporalia atq; terrena,quod superioribus quinq; libris ostendimus,sed multo magis propter uitam æternam,quæ post mortem futura est,quod isto uno etiam illis cooperantibus egimus,colendi non sunt. Sed quoniam ueternosæ cõsuetudinis uis nimis in alto radices habet, si cui de ista ciuili theologia respuenda atq; uitanda parum uideor disputasse, in aliud uolumen quod huic, opitulante deo, subiungendũ est, animum intendat.

ELENCHVS CAPITVM
IN DIVI AVRELII AVGVSTINI DE CIVITATE DEI LIBRVM SEPTIMVM.

1 An cum in theologia ciuili diuinitatem non esse constiterit,in selectis dijs eam inueniri posse credendum sit.
2 Qui sunt dij selecti,& an ab officijs uiliorum deorum habeantur excepti.
3 Quàm nulla sit ratio,quæ de selectione quorũdam deorum possit ostendi,cum multis inferioribus excellentior administratio deputetur.
4 Melius actum est cum dijs inferioribus,qui nullis infamãtur opprobrijs,quàm cum selectis, quorum tantæ turpitudines celebrantur.
5 De Paganorum secretiore doctrina,physicisq; rationibus.
6 De opinione Varronis,qua arbitratus est deum esse animam mundi,qui tamen in partibus suis habeat animas multas,quarum diuina natura sit.
7 An rationabile fuerit Ianum & Terminum in duo numina separari.
8 Ob quam causam cultores Iani bifrontem imaginem ipsius finxerint,quam tamen etiam quadrifrontem uideri uolunt.
9 De Iouis potestate,atq; eiusdem cum Iano comparatione.
10 An Iani & Iouis recta discretio sit.
11 De cognominibus Iouis,quæ non ad multos deos,sed ad unum eundemq; referuntur.
12 Quod Iuppiter etiam Pecunia nuncupetur.
13 Quod dum exponitur quid Saturnus,quid ue sit Genius,utercq; unus Iuppiter esse doceatur.
14 De Mercurij & Martis officijs.
15 De stellis quibusdam,quas Pagani deorum suorum nominibus nuncupauerunt.
16 De Apolline,& Diana,cæterisq; selectis dijs,quos partes mundi esse uoluerunt.
17 Quod etiam ipse Varro opiniones suas de dijs pronunciauerit ambiguas.
18 Quæ credibilior causa sit,qua error paganitatis inoleuerit.
19 De interpretationibus quibus colendi Saturni causam ratiocinantur.
20 De sacris Cereris Eleusinæ.
21 De turpitudine sacrorum quæ Libero celebrabantur.
22 De Neptuno & Salacia ac Venilia.
23 De terra quam Varro deam esse confirmat,eo quod ille animus mũdi,quem opinatur deum, etiam hanc corporis sui infimam partem permeet,eiq; uim diuinam impertiatur.
24 De telluris cognominibus,eorumq; significationibus:quæ etiam si non erant multarũ rerum indices,non multorum deorum debuerunt firmare opiniones.
25 Quam interpretationem de abscisione Atys Græcorum sapientium doctrina repererit.

De tua

26 De turpitudine sacrorum matris magnæ.
27 De physiologorum figmentis,qui nec ueram diuinitatem colunt,nec eo cultu quo colenda est uera diuinitas.
28 Quod doctrina Varronis de Theologia in nulla sibi parte concordet.
29 Quod omnia quæ physiologi ad mundum partesq; ipsius retulerũt, ad unum uerum deum referre debuerunt.
30 Qua pietate discernatur à creaturis creator,ne pro uno tot dij colantur, quot sunt opera unius autoris.
31 Quibus proprie beneficijs dei excepta generali largitate,sectatores ueritatis utantur.
32 Quod sacramentum redemptionis Christi nullis retro tẽporibus defuerit, semperq; sit diuersis significationibus prædicatum.
33 Quod per solam Christianam religionem manifestari potuerit fallacia spirituũ malignorum de hominum errore gaudentium.
34 De libris Numæ Pompilij,quos senatus ne sacrorum causæ quales in eis habebantur,innotescerent,iussit incendi.
35 De hydromantia,per quam Numa uisis quibusdam dæmonum imaginibus ludificabatur.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
EPISCOPI AD MARCELLINVM
DE CIVITATE DEI LIBER SEPTIMVS.

369

An,cum in Theologia ciuili diuinitatem non esse constiterit, in selectis dijs eam inueniri posse credendum sit. Caput 1

ILIGENTIVS me pra
uas et ueteres opiniones
ueritati pietatis inimicas
quas tenebrosis animis
altius & tenacius diutur
nus humani generis er
ror infixit, euellere atq;
extirpare conantem: &
illius gratiæ,qui hoc ut uerus deus potest, pro
meo modulo in eius adiutorio cooperantem,in
genia celeriora atq; meliora,quibusad hãc rem
superiores libri satis superq; sufficiunt, patiẽter
& æquanimiter ferre debebũt: & propter alios
non putare superfluum,quod iam sibi sentiunt
non esse necessariũ. Multũ magna res agitur,cũ
uera & uere sancta diuinitas,quamuis ab ea no
bis etiã huic quã nũc gerimus, fragilitati necessaria subsidia præbeantur: non tamen propter
mortalis uitæ transitoriũ uaporem,sed propter
uitam beatã,quæ nõ nisi æterna est, quærenda
& colenda prædicatur. Hanc diuinitatẽ, uel, ut
sic dixerim,deitatẽ:[a] nam & hoc uerbo uti iam

370

nostros nõ piget,ut è Græco expressius transferãt,id quod illi θεότητα appellant: Hanc ergo
diuinitatem siue deitatem non esse in ea Theologia,quã ciuilem uocant,quæ à M. Varrone sedecim uoluminibus explicata est,id est nõ peruenire ad æternæ uitæ felicitatẽ talium deorum
cultu,quales à ciuitatibus qualiterq; colendi instituti sunt: cui nondum persuasit sextus liber,
quẽ proxime absoluimus: cũ istum forsitan legerit,quid de hac quæstiõe expediendа ulterius
desideret,nõ habebit. Fieri enim potest ut saltẽ
deos selectos atq; præcipuos,quos Varro uolumine cõplexus est ultimo: de quibus parum diximus,quisquam colendos propter uitam beatam,quę nõ nisi æterna est,opinetur. Qua in re
non dico[b] quod facetius ait Tertullianus fortasse cẽ uerius,si dij seliguntur ut bulbi,uticq; cæteri reprobi iudicantur. Nõ hoc dico, uideo enim
etiam ex electis seligi aliquos ad aliquid maius
atq; præstãtius,sicut in militia cũ tyrones electi
fuerint,ex his quoq; eliguntur ad opus aliquod
maius armorum. Et cũ eliguntur in ecclesia, qui
fiant prępositi, nõ uticq; cæteri reprobantur, cũ
omnes boni fideles electi merito nuncupẽtur.
Eligũtur in ædificio lapides angulares, non reprobatis cęteris qui structurę partibus alijs de-

putantur. Eliguntur uuæ ad uescendum, nec re-
probamus alias, quas relinquimus ad bibendū.
Nō opus est multa percurrere, cum res in aper-
to sit. Quamobrem nō ex hoc, quod dij ex mul
tis quidem selecti sunt, uel is qui scripsit, uel eo-
rū cultores, uel dij ipsi uituperandi sunt: sed ani
maduertendum potius, qui nam isti sint, & ad
quam rem selecti uideantur.

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI IN SEPTI mum librum De ciuitate dei, Di ui Aurelij Augustini, commentarij.

NAm & hoc uerbo uti iam nostros.] Hiero-
nymum, Lactantium, Fulgentium. Græci
olim à θεὸς, hoc est, diuinus, subſtantiuum
deriuabāt θειότης, diuinitas, quæ uox Chri
stianis hominibus tam late patere uisa est,
quàm nomen ipsum diuinus. Idcirco cū propriā illam
dei naturam appositiore uocabulo significare uellent,
θεότητα nominarūt, Athanasius, uterq; Gregorius, & alij
Græci. quod ipsis magis permittebat, ut Quintilianus
inquit, quàm Latinis. sed nec Latini deterriti sunt arctis
linguæ, rigidisq; præceptis, quo minus & ipsi deitatem
dicerent, naturam illam dei significantes, quæ deo pro-
pria est, nec ad alia egreditur, ad quæ diuinus & diuini
tas, Nam diuinitas dicitur orationis, libri, rei gestæ, ho
minis, & aliarum rerum. Deitas non dicitur, sicut nec il
la sunt dij, licet esse diuina possint. Quo circa Latinos
Christianæ pietatis scriptores immerito mihi Lauren-
tius Val. in Dialectica sua uidetur arguere, quod deita-
te utantur nouo quidem uocabulo, sed in re prius non
usu trita. Nam Græcos reprehendere, quod uerba suo
sibi fingant arbitratu, hoc est, antiquam Græciæ liberta
tem opprimere. b Quod facetius ait Tertullianus.] De hoc in scriptoribus ecclesiasticis Hieronymus. Ter
tullianus presbyter prouinciæ Aphricæ, ciuitatis Car-
thaginensis, patre Centurione procōsulari, hic acris &
uehementis ingenij sub Seuero principe & Antonino
Caracalla floruit, multaq; scripsit uolumina, quæ quia
nota sunt pluribus, prætermittimus. Cyprianus mar-
tyr absq; Tertulliani lectione, ne unam quidē diem præ
terijsset, quem magistrum solitus erat uocare. Delapsus
est Tertullianus ad Montani dogma, inuidia & contu-
meliis Romanæ Ecclesiæ clericorū impulsus. Hæc Hie-
ron. Huius libri cum multis ætatibus latuissent, anno
quo hæc ædebamus, sunt reperti in Germania, & cura
B. Rhenani Selestadiensis, hominis eruditissimi, apud
Frobenium typis æneis cusi. c Bulbi.] Bulbi in u-
niuersum dicuntur omnes cæ radices, quæ sunt in mo-
dum ceparum. Nam & bulbos liliorū dicit Palladius,
sed peculiariter sunt bulbi, quos mergarides uocāt A-
rabes, Venerem excitantes. Quod ostenditur disticho
Martialis. Plinius lib. xix. nobilissimam inter bulbos
ait esse scyllam, quæ est ceu syluestris cepe, & hanc com
prehendere Epimenidiam, quam solam radicē in esum
uenire ex scylleis, testatur Theophrastus lib. vij. nam a-
liæ non eduntur.

Deitas

Diuinitas

Tertullianus

Bulbi

Qui sunt dij selecti, & an ab officijs ui
liorū deorū habeantur excepti. Ca. II

OS certe deos selectos Varro uni-
us libri contextione commēdat, Ia-
num, Iouem, Saturnum, Genium,
Mercurium, Apollinem, Martem,
Vulcanum, Neptunū, Solem, Or-
cum, Liberum patrem, Tellurem, Cererem, Iu-
nonē, Lunam, Dianam, Mineruam, Venerē,
Vestam: in quibus omnibus ferme uiginti, duo
decim mares, octo sunt fœminæ. b Hæc numi-
na utrum propter maiores in mundo admini-
strationes selecta dicūtur: an quod populis ma-
gis innotuerunt, maiorq; est eis cultus exhibi-
tus? Si propterea quia opera maiora ab his ad-
ministrantur in mundo, nō eos inuenire debui-
mus inter illam quasi plebeiam numinum mul-
titudinem, minutis opusculis deputatā. Nam
ipse primum Ianus cum puerperiū concipitur,
unde cuncta illa opera sumūt exordiū, minuta-
tim minutis distributa numinibus, aditum ape
rit recipiendo semini. c Ibi est & Saturnus pro-
pter ipsum semen. d Ibi Liber, qui marem effuso
semine liberat. Ibi Libera, quam & Venerē uo-
lunt, quę hoc idē beneficiū conferat fœminę, ut
etiā ipsa emisso semine liberetur. Omnes hi ex
illis sunt, qui selecti appellātur. Sed ibi est et e dea
Mena, quæ menstruis fluoribus præest, quam-
uis Iouis filia tamen ignobilis. f Et hanc prouin-
ciam fluorum menstruorū, in libro selectorum
deorum ipsi Iunoni idem autor assignat, quę in
dijs selectis etiam regina est: & hic tanquam Iu
no Lucina cū eadem Mena priuigna sua eidem
cruori præsidet. Ibi sunt & duo, nescio qui, ob-
scurissimi, Vitumnus & Sentinus: quorum al-
ter uitam, alter sensus puerperio largiuntur. Et
nimirū multo plus præstant, cum sint ignobilis-
simi, cū illi tot proceres & selecti. Nam profe-
cto sine uita & sensu, quid est illud totum quod
muliebri utero geritur, nisi nescio quid abiectis-
simum g limo ac pulueri comparandum?

Dij selecti

L. VIVES

a HOs certe deos selectos.] Duodecim dijs Con-
sentibus, de quibus alibi fumus locuti, addun
tur octo uelut patritij, sed nō senatores, qui etiā
magnos in mundi administratione gerūt magistratus,
& interfunt certis generibus conciliorum: quod & faci-
unt interdum reliqui dij. Seneca in Ludicro libello, Ia-
num dicit sententiam à Ioue rogatum in numero patrū
conscriptorum & quidem cōsulem pomeridianum: sed
ibi ludit, & allegorice loquitur. Tametsi hæc omnia de
dijs ludi sunt, & ineptiæ meræ. Itaque hoc modo con-
iungūtur, Iuppiter & Iuno, Saturnus & Tellus, Mercu
rius & Minerua, non coniugio, sed communitate artiū:
sicut Liber pater & Ceres, tū fratres Apollo & Diana:
hinc

hinc amasti Mars & Venus: tum duo ignes Vulcanus & Vesta, & duo lumina mundi Sol ac Luna. Ianus, Neptu
nus, Genius, & Orcus, sunt sine paribus ob ignobilita-
tem fœminarum. b Hæc numina utrum.] Figura lo
quendi in Problematis frequens. c Ibi est & Satur-
nus.] Varro lib. iiij. De lingua Lat. Saturnus, inquit, à
satu dicitur. d Ibi Liber &c. ibi libera.] Cic. ij. De na
tura deorum, alium esse dicit Liberum Bacchum, Se-
mele & Ioue natum, quàm Liberum quem Romani au-
guste sanctecq; cū Libera & Cerere colerent: qui duo Li-
ber & Libera filij fuerunt Cereris, ideo Liberos dictos.
Idem in Verrem act. vi. Liberam dicit fuisse Proserpinā
Cereris filiam. His tribus dijs templum erat iuxta Cir
cum maximum ab A. Posthumio dictatore uotum, à Ti
berio Cæsare renouatum. Tacitus lib. ij. e Dea Me-
na.] Hæc Luna est, quæ Græce μήνη dicit, quæ illa men
strua profluuia temperat, quæ ad eius rationem uel mo
uentur, uel quiescunt: ut Arist. in lib. De anima. scribit,
quæ etiam est Iouis & Latoræ filia. ideo priuignā eam
Iunonis uocat, ignobilis tamen est illo nomine apud La
tinos. f Et hanc prouinciam fluorū.] Iunonē Fluo-
nam mulieres colebāt, quod eam sanguinis fluorem in
conceptu retinere dicerent. Festus. g Limo ac pul-
ueri.] Ex principio Geneseos, ubi hominis corpus sum
ptum de limo scribitur, & abiturum in puluerem.

Mena

Quàm nulla sit ratio, quę de selectiōe
quorundam deorum possit ostendi,
cum multis inferioribus excellentior
administratio deputetur, Cap. III

QVAE igitur causa tot selectos deos
ad hæc opera minima cōpulit, ubi
à Vitumno & Sentino, quos fama
obscura recōdit, in huius munifice
tiæ partitione superentur? Cōfert e-
nim selectus Ianus aditum & quasi ianuam se-
mini: confert selectus Saturnus semen ipsum:
confert selectus Liber eiusdem seminis emissio
nem uiris: a confert hoc idem Libera, quę Ceres
seu Venus est, fœminis: confert selecta Iuno, &
hæc nō sola, sed cum Mena filia Iouis, fluores
menstruos b ad eius quod conceptum est incre
mentum. Et cōfert Vitumnus obscurus & igno
bilis uitam: cōfert Sentinus obscurus & ignobi
lis sensum. Quæ duo tanto illis rebus præstan-
tiora sunt, quanto & ipsæ res ab his intellectu
ac ratione uincuntur. Sicut enim quę ratiocinā-
tur & intelligūt, profecto potiora sunt his, quæ
sine intellectu atque ratione ut pecora uiuunt,
& sentiunt: ita & illa quæ uita sensuq; sunt præ-
dita, his qui nec uiuunt nec sentiunt merito præ
feruntur. Inter selectos itaque deos Vitumnus
uiuificator, et Sentinus sensificator magis habe
ri debuerunt, quàm Ianus seminis admissor, &
Saturnus seminis dator uel sator, & Liber &
Libera seminum commotores uel emissores:
quæ semina indignū est cogitare, nisi ad uitam
sensumq; peruenerint, Quę munera selecta nō
dantur à dijs selectis, sed à quibusdam incogni
tis, & præ istorum dignitate neglectis. Quod si
respondetur, omnium initiorum potestatē ha-
bere Ianum, & ideo illi etiam quod aperitur cō-
ceptui non immerito attribui: & omnium semi-
num Saturnum, & ideo seminati onem quoq;
hominis non posse ab eius operatione seiungi:
& omnium seminum emittendorū Liberum &
Liberam, & ideo his etiam præesse, quæ ad sub
stituendos homines pertinent: omnium pur-
gandorum & pariendorum Iunonem, & ideo
eam non deesse purgationibus fœminarum, &
partubus hominum: Quærant quid respon-
deant de Vitumno & Sentino, utrum & ipsos
uelint habere omnium quæ uiuunt & sentiunt,
potestatē. Quod si concedunt, attēdant quàm
eos sublimius locaturi sint. Nam seminibus na
sci in terra, & ex terra est: uiuere autem atque
sentire, etiam deos sydereos opinantur. Si au-
tem dicunt Vitumno atque Sentino hæc sola
attributa, quæ in carne uiuiscunt, & sensibus
adminiculantur, cur non deus ille, qui facit om
nia uiuere atque sentire, etiam carni uitam præ-
bet & sensum, uniuersali opere hoc munus eti-
am partubus tribuēs? Et quid opus est Vitum-
no atq; Sentino? quod si ab illo qui uitæ & sen
sibus præest uniuersaliter cuncta reguntur, &
his quasi famulis ista carnalia uelut extrema &
ima cōmissa sunt: itáne sunt illi selecti destituti
familia, ut non inuenirent quibus etiam ipsi ista
committerent, sed cum tota sua nobilitate qua
uisi sunt seligendi, opus facere cum ignobilibus
cogerentur? Iuno selecta & regina, c Iouisq; so-
ror & coniunx, hæc tamen Iterduca est pueris,
& opus facit cum deabus ignobilissimis Abeo-
na & Adeona. Ibi posuerunt & Mentē deam,
quæ faciat pueris bonam mentem, & inter sele-
ctos ista non ponitur, d quasi quicquam maius
præstari homini possit. Ponitur aūt Iuno quia
Iterduca est, & Domiduca, quasi quicquā pro-
sit iter carpere, & domum duci, si mens non est
bona. Cuius muneris deam selectores isti inter
selecta numina minime posuerunt. Quæ profe
cto & Mineruæ fuerat præferenda, e cui per ista
minuta opera puerorū memoriam tribuerunt.
Quis enim dubitet multo esse melius habere
bonam mentem, cū memoriā quantūlibet in-
gētem? Nemo enim malus est, qui bonā habet

mentem? Quidam uero peſsimi, memoria ſunt mirabili, qui tanto peiores ſunt, quanto minus poſſunt, quod male cogitãt obliuiſci. Et tamen Minerua eſt inter ſelectos deos, Mentẽ autem deam turba uilis operuit. Quid de Virtute dicam? quid de Felicitate, de quibus in quarto libro multa iam diximus: quas cum deas haberent, nullum eis locum inter ſelectos deos dare uoluerunt, ubi dederunt Marti & Orco: uni effectori mortium, alteri receptori. Cum igitur in his minutis operibus, quæ minutatim diſs pluribus diſtributa ſunt, etiam ipſos ſelectos uideamus, tanquam ſenatum cum plebe pariter operari: & inueniamus à quibuſdã diſs, qui nequaquam ſeligendi putati ſunt, multo maiora atq; meliora adminiſtrari, quàm ab illis qui ſelecti uocantur: reſtat arbitrari non propter præſtantiores in mũdo adminiſtrationes, ſed quia prouenit eis ut populis magis innoteſcerẽt, ſelectos & præcipuos nuncupatos. Vnde dicit etiã ipſe Varro, [g] quod diſs quibuſdam patribus, & deabus matribus, ſicut hominibus ignobilitas accidiſſet. Si ergo Felicitas ideo fortaſſe inter ſelectos deos eſſe non debuit, quod ad iſtam nobilitatem non merito, ſed fortuitu peruenerũt, ſaltem inter illos, uel potius præ illis Fortuna poneretur, quam dicũt deam nõ rationabili diſpoſitione, ſed ut temere acciderit ſua cuique dona conferre. Hæc in diſs ſelectis tenere apicem debuit, in quibus maxime quid poſſet, oſtendit: quando eos uidemus, non præcipua uirtute, nõ rationabili felicitate, ſed temeraria, ſicut eorum cultores de illa ſentiunt, Fortunæ poteſtate ſelectos. Nam & uir diſertiſsimus Saluſtius etiam ipſos deos fortaſsis attendit, cum diceret: [c] Sed profecto Fortuna in omni re dominatur: ea res cunctas ex libidine magis quàm ex uero celebrat obſcuratq;. Nõ enim poſſunt inuenire cauſam, cur celebrata ſit Venus, et obſcurata ſit Virtus, cum ab iſtis amborum cõſecrata ſint numina, nec comparanda ſint merita. Aut ſi hæc nobilitari meruit, quod plures appetunt Venerẽ, quàm Virtutẽ, cur celebrata eſt dea Minerua, & obſcurata eſt dea Pecunia: cũ in omni genere humano [b] plures alliciat auaritia, quàm peritia: & in eis ipſis qui ſunt artificioſi, raro inuenies hominem, qui nõ habeat artem ſuam pecuniaria mercede uenalem: pluriſq; pẽdatur ſemper propter quod aliquid fit, [i] q; id propter quod illud fit. Si ergo inſipientis iudicio multitudinis facta eſt deorum iſta ſelectio, cur dea Pecunia Mineruæ prælata non eſt, cum propter pecuniam ſint artifices multi. Si autem paucorum ſapientium eſt iſta diſtinctio, cur non prælata eſt Veneri Virtus, cum eam longe ratio præferat? Saltem certe, ut dixi, ipſa Fortuna, quæ, ſicut putant qui ei plurimum tribuũt, in omni re dominatur, res cũctas ex libidine magis quàm ex uero celebrat obſcuratq;: ſi tantum & in deos ualuit, ut temerario iudicio ſuo, quos uellet celebraret, obſcuraretq; quos uellet, præcipuũ locum haberet in ſelectis, quæ in ipſos quoque deos tam præcipuæ eſt poteſtatis. An ut illic eſſe nõ poſſet, nihil aliud etiã ipſa Fortuna, niſi aduerſam putanda eſt habuiſſe Fortunam? Sibi ergo aduerſata eſt, quæ alios nobiles faciens, nobilitata non eſt.

A B C D

L. VIVES

a Conſert hoc idem Libera quæ Ceres ſeu Venus eſt.] Liberam ſororẽ Dionyſii diximus Solẽq; & Lunam per eos ſignificari, qui ſeminibus omnis generis præſunt Lunam & Venerẽ eſſe oſtendemus, & Cererem eſſe Apuleius lib. xi. Aſini ſignificat. & Macrob. li. i. Saturn. & Valer. Probus, Seruiuſq; i. Georg. Verg. Porphyrius fructuum generatiuã uirtutẽ in Luna Cererem nominari perhibet. Vergilius: Liberum & Cererem coniungit, Varronẽ ſecutus, ex quibus datur facile intelligi Liberã quoq; dici Cererem. b Ad eius quod cõceptum eſt incrementum.] De Menſtruo Plinius lib. vij. hæc eſt generando homini materia, ſemine è maribus coaguli modo hoc in ſeſe glomerãte, quod deinde tempore ipſo animatur corporaturq;. ergo quũ grauidis fluxit, inualidi aut non uitales partus ædũtur, aut ſanioſi: ut autor eſt Nigidius. Porrò menſtruo ipſo nihil fieri poteſt magis uel tetrum, uel ſpurcum, uel etiam noxium, ut uel hoc unũ ſatis ſit ad pudefaciendam hominis ſuperbiã. c Iouiſq; ſoror & coniũx.] Verg. Et ſoror & cõiunx. De Iunone frequẽs hoc eſt. d Quaſi quicquam maius.] Vetus eſt omnium Philoſophorũ nihil in orbe melius aut maius homine, nec in homine quicquam ipſa mente. e Cui per iſta minuta opera puerorum.] Quinquatribus Mineruæ pueri apophoreta magiſtris ferebant, uacabantq; & illis diebus à diſcẽdo, ut Mineruæ operarentur, quæ præeſt memoriæ, qua una continentur omnes diſciplinæ, & quæ in pueris ingenij eſt ſignum præcipuum, ut Quintilianus ait. præeſt etiam ingeniis, quæ de Iouis capite putatur nata. Ouidius iij. Faſtor.

Pallada nunc pueri, tenereq; ornate puellæ.
Qui bene placarit Pallada doctus erit.

Et alia de Pallade eodem loco. f Quidam uero peſsimi.] Plato iracundos homines & contentioſos multũ memoria ualere ſcribit in Theæteto: quod haud dubie ex ſiccitate & ſoliditate cerebri colligi poteſt. g Quod diſs quibuſdam patribus.] Iuppiter clarior eſt Saturno patre, hic cœlo: huius parentes omnino ignorantur etſi Phurnutus patrem cœli Acmonem nominat penitus ignotũ. Iuno etiam illuſtrior Ope, & hæc matre ſua. h Plures alliciat auaritia.] Quærẽda pecunia primũ eſt Virtus poſt nũmos, hæc Ianus ſummus ab imo Perdocet. hæc recinũt iuuenes dictata, ſenesq;. Vt ait Hora. Apud Euripidẽ eſt quidã q nihil curat q; peſsimus uocẽ modo etiã ditiſsimus, addẽs cauſã, ſolitos omnes quæ rere

Menſtruum

Pallas

rere num quis ſit diues? non an bonus? tanticq; unumquenq; eſſe, quãtum poſsideat. i Quàm id propter quod illud fit.] Legendũ: quàm id quod propter aliud fit. hoc ſenſus poſtulat, & ſic eſt in ueteribus lib. ἀξιώματα, eſt Ariſt. i. Poſteriorum. Propter quod aliquid ſit id magis eſſe: quum probat nõ modo prius, ſed magis etiam principia cognoſci, quàm quæ ex iſs manant. quanquã hic non tam de cauſa finali loquitur, quàm efficiẽte: ſed in i. Ethicorum docet ea, quorum gratia alia fiant, eſſe iſs quæ ſiunt præſtantiora.

A

Melius actum eſt cum diſs inferioribus, qui nullis infamãtur opprobrijs quàm ſelectis, quorum tantæ turpitudines celebrantur. Cap. IIII

RATVLARETVR autẽ diſs iſtis ſelectis quiſquam nobilitatis & claritudinis appetitor, & eos diceret fortunatos, ſi non eos magis ad iniurias, quàm ad honores ſelectos uideret. Nam illam infimam turbam ipſa ignobilitas texit, ne obrueretur opprobrijs. Ridemus quidem cum eos uidemus figmentis humanarum opinionũ partitis inter ſe operibus diſtributos, [a] tanquã minutularios uectigalium conductores, [b] uel tanquam opifices in uico argentario, ubi unũ uaſculũ ut perfectum exeat, per multos artifices trãſit, cũ ab uno perfecto perfici poſſet. Sed aliter non putatũ eſt operantium multitudini conſulendum, niſi ut ſingulas artis partes cito ac facile diſcerẽt ſinguli, ne omnes in arte una tarde & difficile cogerentur eſſe perfecti. Verũtamen uix quiſquã reperitur deorum non ſelectorũ, qui aliquo crimine famam traxit infamem: uix autẽ ſelectorũ quiſpiã, qui non in ſe notã cõtumeliæ inſignis acceperit. Iſti ad iſtorum humilia opera deſcenderũt, illi in illorũ ſublimia crimina non peruenerunt. [c] De Iano quidem non mihi facile quicquã occurrit, quod ad probrum pertineat. Et fortaſsis talis fuit, ut innocentius uixerit, [d] & à facinoribus flagitijſq; remotius. Saturnum fugientem benignus excepit, cum hoſpite partitus eſt regnum, ut etiã ciuitates ſingulas conderent: iſte Ianiculum, ille Saturniã. Sed iſti in cultu deorum omnis deceptoris appetitores, cuius uitam minus turpem inuenerunt, eum ſimulachri monſtruoſa deformitate turparunt, nunc eum bifrontem, nũc etiam quadrifrontem, tanquam geminum facientes. An forte uoluerunt, ut, quoniam plurimi diſ ſelecti erubeſcenda perpetrando [e] amiſerant frontem: quanto iſte innocentior eſſet, tanto frontoſior appareret.

B C D

L. VIVES

a Tanquam munuſcularios uectigalium conductores.] In antiquis libris uarie legitur, in alijs munuſcularios, in alijs minicularios. eſt ubi minutularios, nec omnino male. nam ſignificant tenues quidam publicani, qui nec per ſe, nec ſocietate magna illa reip. uectigalia redimunt, ſed portiunculas exiguas.

b Vel tanquam opifices in uico argentario.] Alius enim cœlat uas, alius inaurat, alius indit, uel labra, uel anſam, uel naſum: tametſi argentarij non ſunt, qui argẽtea uaſa cœlant, cõduntq;, ſed menſarij, quos Græci tra pezitas uocant, apud quos pecuniæ deponuntur. & horum tabernæ argentariæ uocantur, quæ erãt circum fórum, ut Vitruuius lib. v. & Liuius lib. xxvi. ſignificat. hinc eſt cedere foro Plauto in Perſa. uicũ tamen argentarium hic Auguſtinus poſuit pro eo ubi ſunt officinæ aurifabrorum. c De Iano quidem.] Ianus indigena Italiæ regnauit in ea cum Cameſe etiam indigena, ita ut regio uocaretur Cameſena, urbs uero Ianiculum: ſed illo mortuo, omnia in ditionem Iani cõceſſerunt. Hic Saturnum arma filij ex Creta fugientem excepit: quem, cum ab eo edoctus eſſet artem agri colendi, in partẽ regni accepit, tradito Tarpeio colle, ubi arx cum oppidulo Saturnia eſt dicta, quæ poſtea cũ Aeniopolis eſſet ab Aenea nuncupata, uetus tamen nomẽ retinuit, & Saturnia dicta eſt: cuius aliquot poſteris quoq; ætatibus manſerunt ueſtigia, quod Saturni fanum in faucibus, quod Saturnia porta, quæ poſtea Pãdana, quod in muro ſcriptura hoc teſtatur: poſtea Tarpeia, & condito templo, ac uelut Saturno illinc quoq; à filio pulſo, Capitoliũ Iouis Optimi Maximi nominatũ eſt. Verg. lib. viij. & Seruius eodẽ loco. Ouidius primo Faſtorũ, Eutropius, Solinus, Macrobius, Dionyſius, Prudentius. Libellus circũferẽ nomine Beroſi Babyloníci, qui Ianũ dicit fuiſſe Noam. eum libellum ego mera ſomnia narrare puto, digna profecto commentis Anianis. de Iano hoc eodem libro paulopoſt plura. d Et à facinoribus flagitijſq;.] Ouidius exto Faſt. ſtupraſſe Ianum ſcribit Cranẽ nymphã, quæ poſtea Carna eſt dicta, iuſq; habet Cardinis. Sed Auguſtinus, uel huius facti non meminit, cum hæc ſcriberet, uel commentitium prorſus & fabuloſum putauit. e Amiſerant frontẽ.] Os, & facies, & frons pro pudore capitur. Hinc perfricare faciem apud Plinium, & frontem apud Quintilianum ex Caluo, pro excutere pudorem. Lucanus:

Nec color imperſi, nec frons erit ulla ſenatus.

Et Perſius: Exclamet Melicerta periſſe
Frontem de rebus.

Trapezitæ

Ianus

Frons

De Paganorum ſecretiore doctrina, phyſicisq; rationibus. Cap. V

SED ipſorum potius interpretationes phyſicas audiamus, quibus turpitudinem miſerrimi erroris, uelut altioris doctrinæ ſpecie colorare conantur. Primum, eas interpretationes ſic Varro commendat, ut dicat antiquos ſimulachra deorum, & inſignia, ornatuſq; cõfinxiſſe, quæ cum oculis animaduertiſſent hi, qui adiſſent doctrinæ myſteria, poſſent animam, mũdi ac partes eius, id eſt deos ueros animo uidere: quorũ qui ſimulachra ſpecie hominis fecerũt, hoc uideri ſecutos, qd' mortaliũ animus, qui eſt in corpore humano, ſimillimus eſt immortalis

lis animi: tanquam si uasa ponerentur causa no A tandorũ deorum, & in Liberi ædem [a]œnophorum sisteretur, quod significaret uinum per id quod continet, id quod continetur: ita per simulachrum, quod formam haberet humanam, significari animam rationalem, eo quod uelut uas se natura ista soleat cõtineri, cuius naturę deum uolunt esse, uel deos. Hæc sunt mysteria doctrinæ, in quæ iste uir doctissimus penetrauerat, unde in lucem ista proferret. Sed dic homo acutissime, num in istis doctrinæ mysteriis, illam prudẽtiam perdidisti, qua tibi sobrie uisum est, quod hi qui primi populis simulachra cõstituerunt, & metum dempserunt ciuibus suis, & errorem addiderunt, castiusq; deos sine simulachris ueteres obseruasse Romanos? Hi enim tibi fuerunt autores, ut hæc contra posteriores Romanos dicere auderes? Nã si et illi antiquissimi simulachra coluissent, fortasis totum istum sensum de simulachris non constituendis, interim ueri timoris silentio premeres, & in huiusce modi perniciosis, uanisq; figmentis mysteria ista doctrinæ loquacius & elatius prædicares. Anima tamen tua tam docta, & ingeniosa, ubi te multum dolemus, per hæc mysteria doctrinæ ad deum summũ, id est à quo facta est, non c cum quo facta est: nec cuius portio, sed cuius cõditio est: nec qui est omnium anima, sed qui fecit omnem animam, quo solo illustrante fit anima beata, si eius gratiæ nõ sit ingrata: nullo modo potuit peruenire. Verum ista mysteria doctrinæ, qualia sint quantiq; pendenda, quæ sequuntur ostendent. Fatetur interim uir iste doctissimus, animam mundi ac partes eius esse ueros deos: unde intelligitur totam eius theologiã eam ipsam scilicet naturalem, cui plurimum tribuit, usq; ad animæ rationalis naturam se extendere potuisse. De naturali enim pauciss ima D præloquitur in hoc libro, in quo uidebimus utrũ per interpretationes physiologicas ad hanc naturalem possit referre ciuilem, quam de dijs selectis ultimam scripsit: quod si potuerit, tota naturalis erit. Et quid opus erat ab ea ciuilẽ tanta cura distinctionis abiungere? Si autem recto discrimine separata est, quãdo nec ista uera est, quæ illi naturalis placet: peruenit enim usq; ad animam, non usq; ad uerum deum, qui fecit & animam: quanto est & abiectior & falsior ista ciuilis, quæ maxime circa corporum est occupata naturam, sicut ipsæ interpretationes eius, ex quibus quædam necessario commemorare me oportet, tanta ab his exquisitę & enucleatæ diligentia demonstrabunt.

L. VIVES

Oenophorum sisteretur.] Quasi οἶνα φέρων, uinum ferens. uas est uinarium. Iuuenalis Satyra vi. utitur hoc uocabulo. Itidem Apuleius lib. ij. & viij. Asini. & Martialis. Plinius inter opera Praxitelis recenset œnophoron, qui non tam uas, quàm puer esset uinum ferens. Ex hoc loco Beroaldus colligit œnophoron poni solitum in templo Bacchi, non satis acute: ceu uero hoc fieri solere Augustinus his uerbis significet. Oenophorum

De opiniõe Varronis, qua arbitratus est deum esse animam mundi, qui tamen in partibus suis habeat animas multas, quarum diuina natura sit. Caput VI

B [a]ICIT ergo idem Varro adhuc de naturali theologia præloquens, deũ se arbitrari esse animã mũdi, quem
D Græci uocãt κόσμον, [b]& hũc ipsum mũdum esse deum. Sed sicut hominem sapientem cum sit ex corpore & animo, tamen ab animo dici sapientem: ita mundum deum dici ab animo, cum sit ex animo & corpore. Hic uidetur quoquo modo confiteri unum deum, sed ut plures etiam introducat, adiũgit mũdum diuidi in duas partes, cœlum & terram: & cœlum bifariam in æthera, & aera, terram uero in aquam & humũ. [c]E quibus summum esse æthera, secundũ aera, tertiam aquã, infimam terram. Quas omnes quatuor partes animarum esse plenas, in æthere & aere immortalium, in aqua & terra mortalium: à summo autem circuitu cœli usq; ad circulũ Lunæ, æthereas animas esse astra ac stellas, eosq; cœlestes deos nõ modo intelligi esse, sed etiã uideri. [d]Inter Lunæ uero gyrum & nimborum ac uentorum cacumina aereas esse animas, sed eas animo non oculis uideri, & uocari heroas, & lares, & genios. Hęc est uidelicet breuiter in ista prælocutiõe proposita theologia naturalis, quę non huic tantũ, sed & multis philosophis placuit: de qua tunc diligentius differendũ est, cum de ciuili quãtum ad deos selectos attinet, opitulãte deo uero quod restat impleuero.

L. VIVES

a Dicit ergo idem Varro.] Platonici, Stoici, Pythagorici, & his antiquiores Ionici philosophi, mẽtem dicunt esse deũ, sed non eodem omnes modo. Nam Plato animatum dicit mundum esse, animãq; illam & mundum esse deum: sed alium deum, quem mentem

mentem uocat, hoc ipso priorem facit, & animæ mundi A parentem. Stoicis ferè cum Platone congruit, nisi quòd non omnes idem sentiunt. Thales Milesius, & Democritus non alium putãt maiorem deum anima mundi. Pythagoræ sententiam alibi exposui. b Et hunc ipsum mundum.] Platonice & Stoice, & ex sententia plurimorum philosophorum. c E quibus summum esse æthera.] Aristoteles supra hũc nostrum aerem ignis elementum locat, hinc cœlum. Platonici cœlum putant esse igneum æthera q; appellant. Tum & eam partem aeris, quam incendit uicinus cœlestis ignis, flammam dicunt esse innoxiam & puram, quam multi affirmãt Platonis fuisse sententiam, Pythagoram secuti, qui globo uniuersi quatuor addit corpora. Verum hic Varro aerem facit cœlo proximum, secutus multorum opinionem, maxime Stoicorum: tametsi non multum isti à Platonicis & Peripateticis absunt, si recte intelligantur: aut certe si disertius ipsi eloquantur sua. Sed æther non modo cœlum & ignis, sed aer quoq; dicitur, sicut & Latine cœlũ: B uelut apud Vergilium:

Illa leuem fugiens raptim secat æthera pennis.

d Inter Lunæ uero gyrum.] Ea est prima regio aeris, ex Aristotelis diuisione, in libris sublatorũ, qui primũ aeris tractum esse dicit usq; ad locum in quo nubes, niues, grãdines, fulgura, & tonitrus fiunt: secundum ubi hæc fiunt: tertium usq; ad ignis elementum.

An rationabile fuerit Ianum & Terminum in duo numina separari. Caput VII

ANVS igitur, à quo sumpsit exordium, quęro quis nam sit? [a]Respon
I detur: Mundus est. Breuis est hæc c planè atque aperta responsio. Cur ergo [b]ad eum dicuntur rerum initia pertinere: fines uero ad alterum, quem Terminum uocant? Nam propter initia & fines, duobus istis dijs, [c]duos menses perhibent dedicatos, præter illos decem, quibus usq; ad Decembrem caput est Martius: Ianuarium Iano, Februarium Termino. [d]Ideo terminalia eodem mense Februario celebrari dicunt, [e]cum fit sacrum purgatorium, quod [f]uocãt Februum: unde mensis nomẽ accepit. Nũquid ergo ad mundum, qui Ianus est, initia rerum pertinent, & fines non pertinent, ut alter illis deus præficere/ D tur? Nónne omnia quæ in hoc mundo fieri dicunt, in hoc etiam mundo terminari fatentur? Quæ est ista uanitas, in opere illi dare potestatem dimidiam, in simulachro faciem duplam? [g]Nónne istum bifrontem multo elegantius interpretarentur, si eundem, & Ianum, & Terminum dicerent: atq; initijs unam faciem, finibus alteram darent: quoniam qui operatur, utrũq; debet intendere? In omni enim motu actionis suæ, qui nõ respicit initium, nõ prospicit finem. Vnde necesse est, ut memoriæ respiciẽti, prospiciens cõnectatur intẽtio. Nã cui exciderit, quod cœperit, quomodo finiat, nõ inueniet. Quod si uitam beatã in hoc mundo inchoari putarent, extra mundũ perfici, & ideo Iano, id est, mũdo, solam initiorũ tribuerent potestatem: profecto ei præponerent Terminum, eumq; à dijs selectis non alienarent. Quanquã etiam nunc, cum in istis duobus dijs initia rerum temporaliũ, finesq; tractãtur, Termino dari debuit plus honoris. Maior enim lætitia est, cũ res quæq; perficitur: solicitudinis autem plena sunt cœpta, donec perducãtur ad finem, quem qui aliquid incipit, maxime appetit, intendit, expectat, exoptat: nec de re inchoata, nisi terminetur, exultat.

L. VIVES

a Respondetur, mundus est.] Macrob. i. Satürn.
b Ad eum dicuntur rerum initia pertinere.] Xenon hanc adducit causam, quod primus in Italia deos coli docuerit Ianus: idcirco in sacrificijs, initia & præfationem meruisse. Qui plura cupit de hoc legere, habet apud Macrobium autorem satis uulgarem.
c Duos menses.] Ante Numam annus Rom. more Albanorum decem erat mensium, à Martio ad Decembrem. Numa duos mẽses addidit ultimos anno, Ianuarium, & Februariũ. Varro & Plutarchus. Ouidius uero ij. Fast. putat Ianuarium, olim initium fuisse anni, Februarium uero finem, cuius ultimæ feriæ essent Terminj, postea x. uiros in xij. tab. Februariũ Ianuario iũxisse. d Ideo Terminalia.] Vltimus festus dies Februarij ante fugam Tarquinij. nam post Terminalia regifugium est celebratum parta libertate. Terminalia uero fuerunt xxiij. die Feb. Beda lib. De nat. rerum. e Cũ fit sacrum.] Non quod Terminalibus fiat expiatio illa, sed quòd eo mense. f Vocauit Februum.] Ouidius Februus secundo Fastorum:

Februa Romani dixere piamina patres. Et post:
Denique quodcunq; est, quo corpora nostra piantur,
Hoc apud intonsos nomen habebat auos.

Mensis ab his dictus.
g Nónne istum bifrontem.] Cicero secundo De natura deor. Ianum primis & extremis uidetur præficere. Idem Macrobius ex sententia multorum.

Ob quã causam cultores Iani, bifrontem imaginẽ ipsius finxerunt, quã tamẽ etiã quadrifrontẽ uideri uolũt. VIII

[a]ED Iani bifrõtis simulachri interpretatio proferatur. Duas enim fa-
S cies ante & retro habere dicitur, q; hiatus noster cũ os aperimus mundo similis uideatur: unde [b]& palatũ Græci οὐρανὸν appellant. Et nõnulli, inquit, poetæ Latini cœlum uocauerũt palatum: à quo hiatu oris, & foras esse aditum ad dentes uersus, & introrsus ad fauces. Ecce, quò perductus est mũdus propter palati nostri uocabulum, uel Græcum, uel poeticũ. Quid autem hoc ad animam, quid

A quid ad uitam æternam? Propter ſolas ſaliuas colatur hic deus, quibus partim glutiendis, partim expuendis ſub cœlo, palati utraque panditur ianua. Quid eſt porrò abſurdius, quàm in ipſo mundo non inuenire duas ianuas ex aduerſo ſitas, per quas, uel admittat ad ſe aliquid intro, uel emittat à ſe foras: & de noſtro ore & gutture, quorum ſimilitudinem mundus nõ habet, uelle mũdi ſimulachrum componere in Iano, propter ſolum palatum, [c] cuius ſimilitudinem Ianus non habet? Cum uero eum faciunt quadrifrontem, & Ianum geminum appellant, ad quatuor mundi partes hoc interpretantur, B quaſi aliquid ſpectet mundus foras, ſicut per omnes facies Ianus. Deinde ſi Ianus eſt mundus, & mundus quatuor partibus conſtat, [d] falſum eſt ſimulachrum Iani: quia Ianus & ſi quadrifrons legitur, nunquam tamen quadriianus inuenitur. Aut ſi propterea uerum eſt, quia etiam nomine Orientis & Occidentis totus ſolet mundus intelligi, nunquid cum duas partes alias nominamus Septentrionis & Auſtri, ſicut illum quadrifrontem dicũt geminum Ianum, ita quiſquam geminũ dicturus eſt mundum? Non habent omnino unde quatuor ianuas C quæ intrantibus & exeuntibus pateant, interpretentur ad mũdi ſimilitudinem: ſicut de bifronte, quod dicerent ſaltem in ore hominis inuenerunt, [e] niſi Neptunus forte ſubueniat & porrigat piſcem, cui præter hiatum oris & gutturis etiam dextra et ſiniſtra fauces paterent. Et tamẽ hanc uanitatem per tot ianuas nulla effugit anima, niſi quæ audit ueritatem dicentem: Ego ſum ianua.

L. VIVES

Ianus a SEd Iani bifrontis.] Alij hunc regem bifrontẽ fuiſſe referunt, quòd fuerit prudentiſsimus, uideritq; procul uentura, & reſpexerit præterita. ſicut de cordato Homerus inquit, ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω λεύσσει. Plutarchus in Problematis duas cauſas affert: alterã, quòd Ianus fuerit Perrhæbus Græcus, ſic eſſe literis mandatum: qui poſtea quàm in Italiam ueniſſet, linguã ſimul cum moribus mutarit. Altera cauſa eſt: quòd Italos populos Ianus & agros colere docuerit, & rempublicã adminiſtrare. Alij, ut Ouidius, quod hic Auguſtinus attingit, quòd Ianus ſit mundus gemina facie, hac ortum ſpectante, illa occaſum. Sunt qui Ianũ ſolem uelint, cuius eſt quotidie ortus & occaſus. Nigidius eſt autor, coliq; à Græcis ἀπόλλωνα θυραῖον & ἀγυιέα, quaſi Ianitorem & uijs præfectũ. Tametſi non crediderim eadẽ forma cultum, qua Ianum apud Rom. Nam Ouidius inquit:

Quem tamen eſſe deum dicam te Iane biformis?
Nam tibi par nullum Græcia numen habet.

Pingebatur & quadriformis. C. Baſſus de dijs apud Macrobium. Ianus bifrons pingitur, quaſi inferum & ſuperum ianitor. Idem quadriformis, quaſi uniuerſa climata maieſtate ſua cõplexus. Hic Ianus eſt is quem geminum in ſacrificijs uocabant: nam ſimplex duplici tantũ eſt fronte, & Ianus geminus, cuius porta claudebatur pace, bello patebat. b Palatum Græci οὐρανόν.] Vt Ariſtoteles in lib. De partibus animalium. *Palatum* Plinium exiſtimant hunc imitatum etiam cœli uocabulo uſum eodem ſignificatu lib. xi. nam de cerebro loquẽs: Hoc, inquit, eſt uiſcerum excelſiſsimum proximumq; cœlo capitis. c Cuius ſimilitudinem.] Alibi, cuius ſimilitudine Ianus nomen habet. d Falſum eſt ſimulachrũ Iani.] In alijs ſic, falſum eſt ſimulachrum Iani bifrõtis, ut reliqua ſuppoſititia ſint, uſq; aut ſi propterea quod non uidetur admodum abſurdum ex ijs quæ adduntur. e Niſi Neptunus.] Quandoquidẽ id in hominibus non eſt inuehire.

De Iouis poteſtate, atq; eiuſdem cum Iano comparatione. Cap. IX

IOVEM autem, [a] qui etiam Iuppiter dicitur, quem uelint intelligi, exponant. Deus eſt, inquiunt, habẽs poteſtatem cauſarum, quibus aliquid fit in mundo. Hoc quàm magnum ſit, nobiliſsimus [b] Vergilij uerſus ille teſtatur:

Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.

Sed cur ei præponitur Ianus, hoc nobis uir ille acutiſsimus doctiſsimusq; reſpondeat. Quoniam penes Ianũ, inquit, ſunt prima, penes Iouem ſumma. Merito ergo rex omnium Iuppiter habetur. C Prima enim uincuntur à ſummis: quia licet prima præcedant tempore, ſumma ſuperant dignitate. Sed recte hoc diceretur, ſi factorum prima diſcernerentur & ſumma. Sicut enim initium facti eſt proficiſci, ſummum peruenire: initium facti inceptio diſcẽdi, ſummum perceptio doctrinæ: ac ſic in omnib, prima ſunt initia, ſummaq; ſunt fines. Sed iam hoc negotiũ inter Ianũ terminũq; diſcuſſum eſt. Cauſæ autem quæ dantur Ioui efficientia ſunt, nõ effecta: neq; ullo modo fieri poteſt, ut uel tempore præueniantur à factis initijſue factorum. D Semper enim prior eſt res quæ facit quàm illa quæ fit. Quapropter ſi ad Ianum pertinent initia factorum, non ideo priora ſunt efficientibus cauſis, quas Ioui tribuunt. Sicut enim nihil fit, ita nihil inchoatur ut fiat, quod nõ faciens cauſa præceſſerit. Hunc ſanè deum penes quem ſunt omnes cauſæ factarum omnium naturarum, naturaliumq; rerum, ſi Iouem populi appellant, & tantis contumelijs, tamq; ſceleſtis criminationibus colunt, tetriore ſacrilegio ſeſe obſtringunt, quàm ſi prorſus nullum putarent deum. Vnde ſatius eſſet eis alium aliquem Iouis nomine nũcupare, dignum turpibus & flagitioſis honoribus,

A ſuppoſito uano figmento, quod potius blaſphemarent, ſicut Saturno dicitur ſuppoſitus lapis, quem pro filio deuoraret: quàm iſtum deum dicere, & tonantem & adulterantem, & totum mundum regentem, & per tot ſtupra diffluẽtem, & naturarum omnium naturaliũq; rerum cauſas ſummas habentem, et ſuas cauſas bonas non habentẽ. Deinde quæro, quem iam locum inter deos huic tribuant Ioui, ſi Ianus eſt mundus? Deos enim ueros animam mundi ac partes eius iſte definiuit, ac per hoc quicquid hoc non eſt, non eſt utiq; ſecũdum iſtos uerus deus. B Num igitur ita dicturi ſunt, Iouẽ animam mundi, ut Ianus ſit corpus eius, id eſt iſte uiſibilis mundus? Hoc ſi dicunt, nõ erit quemadmodum Ianum deum dicant, quoniam mũdi corpus non eſt deus, uel ſecũdum ipſos, ſed anima mundi ac partes eius. Vnde idem Varro apertiſsime dicit, deum ſe arbitrari eſſe animã mundi, & hunc ipſum mundum eſſe deum: ſed ſicut hominem ſapientem, cum ſit ex animo & corpore, tantum ex animo dici ſapientem: ita mundum deum dici ab animo, cum ſit ex animo & corpore. Solum itaq; mũdi corpus non eſt deus: ſed aut ſola anima eius, aut ſimul corpus & animus: ita tamen, ut non ſit à corpore, ſed ab C animo deus. Si ergo Ianus eſt mundus, & deus eſt Ianus, nũquid Iouem ut deus eſſe poſsit aliquam partẽ Iani eſſe dicturi ſunt? Magis enim Ioui uniuerſum ſolent tribuere. unde eſt illud: Iouis omnia plena. Ergo & Iouem, ut deus ſit, & maxime ut rex deorum, non alium poſſunt exiſtimare, q̃ mundum: ut in dijs cæteris ſecundum iſtos ſuis partibus regnet. In hãc ſententiam etiam quoſdam uerſus [c] Valerij Sorani exponit idem Varro, in eo libro quẽ ſeorſum ab iſtis de cultu deorum ſcripſit. qui uerſus hi ſunt.

[d] Iuppiter omnipotẽs, regum rex ipſe, deuſq;
D Progenitor, genitrixq; deûm, deus unus, et oĩs.

Exponuntur autẽ in eodẽ libro, ita ut eum [e] marem exiſtimarent, qui ſemen emitteret, fœminã quæ acciperet, Iouẽq; eſſe mundum, & eũ omnia ſemina ex ſe emittere, & in ſe recipere: qua cauſa, inquit, ſcripſit Soranus, Iuppiter progenitor genitrixq;: nec minus cũ cauſa unũ & idem omnia eſſe, [f] Mundus enim unus, & in eo uno omnia ſunt.

L. VIVES

a QVi etiam Iuppiter dicitur.] Nam duos rectos habet, Iuppiter, & Iouis, & ex utroq; obliquos Iouis & Iuppitris: quanquam uſus alterius rectũ, alterius obliquos reiecit. ſicut in Græco Ζεὺς & Δίς.

b Vergilij uerſus ille.] Secundo Georgicorum, ubi eos feliciſsimos putat, qui rerum cauſas inquirunt, & conſequuntur, ex ſententia Peripateticorum & Academicorum. quam Ariſt. lib. decimo Ethicorum, & Cicero quinto De finibus fuſe perſequitur. c Valerij Sorani.] *Valerius Soranus* Huius Valerij Sorani meminerũt, Cicer. primo De orat. Plin. li. iij. Solinus in Polyhiſtore, Plutarchus in Problematis, Macrobius lib. primo Saturnalium, & Seruius i. Georg. Fuit Latinus homo doctiſsimus togatorum, ut Craſſus dicit in primo De oratore Cicer. Tributum hoc eſt Varroni, ſed ante Varronem Sorano: ſicut Poetæ nomen Ennio ante Vergilium. Fũctus eſt Romæ honoribus, præcipue tribunatu plebis: & quod nomen illud arcanum urbis Romæ quod euulgari eſt nefas, auſus eſſet enunciare, pœnas luit. Plinius, Solinus, Macrobius, Plutarchus in Probl. tametſi Plutarchus in Pompeio, Q. Valerium philoſophũ, quod multi non B dubitant de Sorano dici, à Pompeio narrat occidi iuſſum: ſed autorem dicit huiuſce rei Oppium eſſe, cui cauendum, ne credule aſſentiamur, de Pompeio narrãti, nempe homini Cæſaris amico. Sunt qui putent hunc ſubita morte corruiſſe: alij ſuffixũ eſſe cruci, ut Seruius. d Iuppiter omnipotẽs.] In antiquis codicibus uerſus prior ſic legitur:

Iuppiter omnipotens regum, rerumq;, deûmq;.

Volateranus ait, hoc eſſe principium poematis Sorani. quod credo ipſum dicere diuinaci coniectura, potius q̃ quod habeat quid de re ipſa comperti. & ſcribit ſic priorem uerſum:

Iuppiter omnipotens rerum, regumq; repertor.

e Marem &c. fœminam.] Ex Orpheo in hymnis ex quo ſunt ipſi uerſus:

Ζεὺς ἄρσην γένετο, Ζεὺς ἄμβροτος ἔπλετο νύμφη.

f Mundus enim unus.] Ex ſententia optimi cuiuſq; philoſophi contra Anaximandrum, & Anaximenem, C & Ariſtarchum, & Xenophanem, & Diogenem, & Leucippum, & Democritum, & Epicurum, qui plures conſtruebant.

An Iani & Iouis recta diſcretio ſit. Caput X

CVM ergo & Ianus mundus ſit, & Iuppiter mũdus ſit, unuſq; ſit mundus, C quare duo dij ſunt Ianus & Iuppiter? Quare ſeorſum habẽt tẽpla, ſeorſum aras, diuerſa ſacra, diſsimilia ſimulachra? Si propterea, quia alia uis eſt D primordiorũ, alia cauſarũ, ex illa Iani, ex iſta Iouis nomẽ accepit: nũquid ſi unus homo in diuerſis rebus duas habeat poteſtates, aut duas artes, quia ſingularũ diuerſa uis eſt, ideo duo iudices, aut duo dicuntur artifices? Sic ergo & unus deus cũ ipſe habeat poteſtatẽ primordiorũ, ipſe cauſarũ, num propter hoc, duos deos eſſe neceſſe eſt putari, qui primordia cauſæq; res duæ ſunt? Quod ſi hoc iuſtũ putãt, etiã ipſum Iouẽ tot deos eſſe dicãt, quot ei cognomina propter multas poteſtates dederunt: quoniã res omnes ex quibus illa cognomina ſunt adhibita, multę atq; diuerſę ſunt, ex quibus pauca cõmemoro.

De cognominibus Iouis, quæ non ad multos deos, sed ad unum eundemq; referuntur. Cap. XI

[a]DIXERVNT eum uictorem, inuictum, opitulum, impulsorem, statorem, [b]centupedam, supinalem, tigillum, [c]almum, ruminum, & alia [d]quæ persequi longum est. Hæc autē cognomina imposuerunt uni deo propter causas potestatesq; diuersas, non tamen propter tot res etiam tot deos eum esse coegerunt: quod omnia uinceret, quod à nemine uinceretur, quòd opem indigentibus ferret, quod habeat impellendi, statuendi, stabiliendi resupinādi potestatem, quòd [e]tanquam tigillus mundum contineret ac sustineret, quòd aleret omīa, quòd ruma, id est mamma aleret animalia. In his ut aduertimus quædam magna sunt, quædam exigua, & tamen unus [f]utraq; facere perhibetur. Puto inter se propinquiora esse causas rerum, atq; primordia, propter quas res unum mūdum, duos deos esse uoluerunt, Iouem atq; Ianum, quem cōtinere dicunt mundum, et mammā dare animalibus: nec tamē propter hæc duo opera tam longe inter se ui & dignitate diuersa, duo dij esse cōpulsi sunt, sed unus Iuppiter, propter illud Tigillus, propter hoc Ruminus appellatus est. Nolo dicere, quod animalibus mammam præbere sugentibus magis Iunonem potuit dicere quàm Iouem: præsertim cum esset diua Rumina quæ in hoc opus adiutorium illi famulatumq; præberet. Cogito enim posse responderi, & ipsam Iunonē nihil aliud esse q̄ Iouē, secūdum illos Valerij Sorani uersus, ubi dictū est:

Iuppiter omnipotens regum rerumq; deûmq;
Progenitor genitrixq; deûm.

Quare ergo dictus est & Ruminus, cū diligentius fortasse quærentibus, ipse inueniatur esse etiam illa diua Rumina? [g]Si enim maiestate deorum recte uidebatur indignum, ut in una spica alter ad curam geniculi, alter ad folliculi pertineret, quanto est indignius unam rem infimam, id est ut mammis alantur animalia, duorū deorum potestate curari: quorum sit unus Iuppiter rex ipse cūctorum: & hoc agat non saltem cum coniuge sua, sed cum ignobili nescio qua Rumina, nisi quia ipse est etiam ipsa Rumina, ipse Ruminus: Ruminus fortasse pro sugentibus maribus, Rumina pro fœminis? [h]Dicerē quippe noluisse illos Ioui fœmininum nomen imponere, nisi & in illis uersibus progenitor genitrixq; diceretur: & inter alia eius cognomina legerem, quod etiam pecunia uocaretur, quam deam inter illos minuscularios inuenimus, ut in quarto libro iam commemorauimus. Sed cum & mares & fœminæ habeant pecuniā: cur non & Pecunia, & Pecunius appellatus sit, sicut Rumina & Ruminus, ipsi uiderint.

L. VIVES

a DIxerunt eum uictorem.] Iouis plurima fuerunt apud Græcos & Latinos cognomina, quorū pleraq; ex Græcis persequitur instituto suo Orpheus in hymnis, & sparsim Homerus in utroq; poemate & hymnis, uelut quod sit φίλιος, id est amicitiæ præses, & ξένιος hospitalis, & ἑταιρεῖος socius, & ὅρκιος iurisiurandi præses, & alia quæ ad naturam eius potius pertinent q̄ ad usum hominum. *Iouis cognomina* Præter hæc erat & Iuppiter Anxurus Terracinæ. q. ἄνευ ξυροῦ, sine nouacula, imberbis, unde & Anxur olim dictæ Terracinæ, Seruius. Erat Apomyias in Olympia, quem sacrauit Hercules. q. muscarum abactorem, cū illis inter sacrificandū infestaretū: & Athenis Iuppiter φράτριος. q. tribulis, cuius festū secundo die τῶν ἀπατουρίων, hoc est, deceptoriorū, isq; dies ab effluxu cruoris hostiarum ἀνάρρυσις dicebatur. & in Caria λαβρανδεύς. q. securarius, in cuius dextra nō fulmē sed securis erat, quā Lydi λάβρυν dicūt, apud Plutarchū in Probl. Erat etiā in Græcia ἐλευθέριος. q. liberator, q̄ ab armis Persarū liberasset: in Asia minore Milesius: in Chaonia Donæus: Ammonius in Aphrica: Athenis μειλίχιος cui nullum sacrificabatur animal, sed frugibus placabatū & pomis, Thucydides. Erat & ἀφέσιος. q. dimittens. & κόκκυξ Argis hoc est cuculus, & φύξιος à Phryxo sacratus. q. fugæ comes, ubi & uellus aureum, apud Apolloniū: & Aratrius apud Phœnices Cœli filius Saturni frater, cui fuit Dagoni nomen, aratri inuentor, unde cognominatus Iuppiter Aratrius: & πανελλήνιος toti Græciæ communis. In Sicilia ἀγοραῖος forensis, quod foro præesset, eiq; statua eo loco erigebatur. Herodotus. Erat Romæ præter ea nomina quæ cōmemorat Augustinus, Iuppiter Feretrius, de ferēdis spolijs opimis, sacratus à Romulo: Capitolinus à loco: Elicius, quē sacrauit Numa in Auētino ab eliciēdo è mentib. diuinis quomodo procuranda essent fulmina, & prodigia: Pistor, à panibus, quos de Capitolio iactarunt obsessi Roma capta, cuius festum vi Id. Iunij: Viminius in colle Viminali: Prædator prædæ adiutor, cui & aliquid debebatur de præda, Seruius: Vltor, quem sacrauit Agrippa: Tonās, quem Augustus post bellum Cantabricum: Custos à Domitiano in Capitolio: Latialis à Tarquinio Superbo in monte Albano: Inuictus, cuius festum Id. Iunij: Inuentor: cuius ara prope portā Trigeminā, sacratus ab Hercule inuentis bobus, cui iuuencus immolabatur adultus, cui sacrificabatū in nuptijs. Liuius, Dionysius, Plutarchus, Suetonius, Lactantius, qui lib. i. scribit Iouem de nominibus hospitum suorū esse plerunq; cognominatum, uelut Athabyrium, Lapriandum. à quibus in bello est adiutus: tum Laprium, & Molionē, & Cassiū. Theseus Hecalesium Iouem, & eius sacra instituit in Attica terra de nomine Hecales uetulæ hospitæ suæ. Arist. in libello De mūdo. cuius iam aliàs mentionē fecimus, cū deus sit unus, multinomius est ab effectionibus omnibus, nempe Iuppiter, & ἀστραπαῖος, id est fulgurator, & βρονταῖος tonans, & αἴθριος serenator, & αἰθέριος cœlestis, & κεραύνιος fulminator, & ὑέτιος pluuius, & ἐπικάρπιος frugifer, & πολιεύς urbicus, & γενέθλιος natalitius, et ἕρκιος uallaris, et ὁμόγνιος cognatus, et πάτριος patrius: ipse est etiam fata et omnia, quæ de fato et parcis dicūtur, nempe ἀνάγκη, καὶ μοῖρα, καὶ εἱμαρμένη, καὶ ἀδράστεια. Sic ille. b Centumpedam.] Ab stabilitate sic est dictus, ut idem Augustinus explicat, nam firmius res consistit, quo pluribus innititur pedibus, & uelut fulcris. Est & uermis centipeda. c Alinum.] Alij codices alumnum, sed Almum melius ut arbitror. nam alma & almus ab alendo dicūtur: unde Venus alma, & Ceres, & terra alma. alumnus uero non facile est is qui alit, quod quidam putant. d Quæ per se prosequi longum est.] Antiqui codices habēt: Quæ persequi longum est. Commentatores uerbi significationem parū intelligētes: per se prosequi deprauarunt, rati persequi solū dici de insectatione inimica. e Tanquam tigillus mundum contineret.] *Tignus* Tignus, unde tigillus trabs cui tectum innititur. Arist. περὶ τοῦ κόσμου, umbilicis quibus fornix continetur & sistitur, deum esse in mundo similem ait, qui si absit uel momētum, corruat protinus naturæ ædificium necesse est, ut ablato umbilico fornicis structura tota dissoluta concideret. Non est ab hoc proposito dissonum, quod Orpheus in hymnis de Ioue inquit:

Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε, καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος. Et post:
Ζεὺς πάντων ῥίζα.

f Vtraq; facere.] Et magna & parua. g Si enim maiestate deorum.] Lib. iiij. Derisa est opinio eorum, qui alium deum curæ geniculi, alium folliculi tribuebant. h Dicere quippe uoluisse.] In antiquis melius: Dicerem quippe noluisse.

Quod Iuppiter etiam Pecunia nuncupetur. Caput XII

QVAM uero eleganter rationem huius nominis reddiderūt, & pecunia, inquiūt, uocatur, quod eius sint omnia. O magnam rationē diuini nominis, imò uero ille cuius sunt omnia, uilissime & contumeliosissime pecunia nūcupatur. Ad omnia enim quæ cœlo & terra cōtinentur, quid est pecunia in omnibus omnino rebus [a]quæ ab hominib. nomine pecuniæ possidētur. Sed nimirum hoc auaritia Ioui nomen imposuit, ut quisquis amat pecuniam, nō quemlibet deum, sed ipsum regem omniū sibi amare uideatur. Lōge autē aliud esset si diuitiæ uocaretur. aliud nāq; sunt diuitiæ, aliud pecunia. [b]Nā dicimus diuites, sapiētes, iustos, bonos, quibus pecunia uel nulla, uel parua. Magis enim sunt uirtutibus diuites: per quas eis etiam in ipsis corporalium rerum necessitatibus satis est quod adest: pauperes uero auaros dicimus semper inhiantes, & egentes. Quamlibet enim magnas pecunias habere possunt, sed in earum quantacunq; abundātia non egere nō possunt. Et deū ipsum uerum recte dicimus diuitem, nō tamen pecunia, sed omnipotētia. Dicuntur itaq; & diuites pecuniosi, sed interius egeni, si cupidi. Item dicuntur pauperes pecunia carētes, sed interius diuites, si sapientes. Qualis ergo ista theologia debet esse sapiēti, ubi rex deorū eius rei nomen accepit, [c]quam nemo sapiens concupiuit? Quāto enim facilius si aliquid hac doctrina, quod ad uitam pertineret æternā, salubriter disceretur, deus mūdi rector non ab eis pecunia, sed [d]sapiētia uocaretur, cuius amor purgat à sordibus auaritiæ, hoc est, ab amore pecuniæ.

L. VIVES

a QVæ ab hominibus nomine pecuniæ.] Omnia quæ possidentur, nomine pecuniæ sunt comprehensa, unde peculium dicitur à pecude deducta appellatione, ut aiunt, Columella, Festus, & Seruius, *Peculium* q̄ hæ ueterū essent unicæ diuitiæ, sicut adhuc sunt multarum gentiū. Erant enim ferè pastores, à quibus manasse uocabulū hoc etiam Varro cōfirmat lib. De Lat. ling. iiij. postea ad opes urbanas se extendit. b Nam dicimus diuites.] Paradoxū Stoicū ὅτι οἱ σοφοὶ μόνοι πλούσιοι. Quod Cicero ita esse multis, magnisq; rationibus suadet. Idem magnis ingenijs philosophorū est disputatū, qui sæpissime cōtra pecuniā perorarūt. c Quā nemo sapiēs cōcupiuit.] Salust. in Cat. Auaritia pecuniæ studiū habet, quā nemo sapiēs cōcupiuit: ea quasi uenenis malis imbuta corpus animūq; uirilem effœminat, semper infinita insatiabilis est, neque copia, neq; inopia minuit. d Sapientia uocaretur.] Vt nos uocamus.

Quod dū exponitur quid Saturnus, quidue sit Genius uterq; unus Iuppiter esse doceatur. Cap. XIII

SED quid de hoc Ioue plura, ad quē fortasse cæteri referendi sunt, ut inanis remaneat deorum opinio plurimorum, cum hic ipse sit omnes: siue quando partes eius, uel potestates existimantur: siue cū uis animæ, quam purāt per cūcta diffusam, ex partib. molis huius in quas uisibilis mundus iste consurgit, & multiplici administratione naturæ, quasi plurium deorū nomina accipit? Quid est enim Saturnus? Vnus, inquit, de principibus deus, penes quē sationū omniū dominatus est. Nónne expositio uersuum illorum Valerij Sorani sic se habet: Iouem esse mundū & eum omnia semina ex se emittere & in se recipere? Ipse est igitur penes quē sationum omniū dominatus est. [a]Quid est Genius? Deus est, inquit, qui præpositus est, ac uim habet omniū rerum gignendarū. Quem alium hanc uim habere credūt q̄ mūdū cui dictū est:

Iuppiter omnipotens progenitor genitrixq;?

Et cū alio loco [b]geniū dicit esse uniuscuiusq; animum rationalē, & ideo esse singulos singulorū: talem autē mundi animū deum esse, ad hoc idē utiq; reuocat, ut tanquā uniuersalis genius ipse mundi animus esse credatur. Hic est igitur quē

appellant Iouem.[c] nam ſi omnis genius deus, et omnis uiri animus genius, ſequitur ut ſit omnis uiri animus deus: quod ſi & ipſos abhorrere ab ſurditas ipſa compellit: reſtat ut eum ſingulariter & excellenter dicant deum genium, quẽ dicunt mundi animum, ac per hoc Iouem.

L. VIVES

Genius a Qvid eſt Genius.] Feſtus Pompeius: genium appellabant deum, qui uim obtineret rerum omnium gerẽdarum. Aufuſtius, Genius, inquit, eſt deorum filius, & parens hominum, ex quo homines gignuntur, propterea genius meus nominatur, quia me genuit. Quæſitum apud eruditos quis deus eſſet Genius, inuentumq́ non ſimpliciter id dici. Nam Genius naturæ eſt deus parens illius, & Genij ſunt cœlorum multi, quorum meminit Capella in nuptijs: & Maris Genius Melicerta, ut ait Parthenius. & corporaliũ rerũ Genij ſunt elemẽta quatuor, ignis, aer, aqua, & terra. Quæ Græci cum ςοιχεῖα uocent, γενέθλιοι quoq; θεοὶ dicunt. cui nõ abſimile eſt, quod Macrobius adducit de penatibus naturæ, ꝙ ſint medius aer Iuppiter, & infimus Iuno, & ſupremus æther Minerua, quis tribus ſub uno tecto Tarquinius Priſcus templum uouit. Duodecim cœli ſigna cum ſole & luna ſunt qui Genios aiũt, & hi quidem Genij uniuerſaliores. nam ſuus eſt cuique loco Genius, quem faciũt ei præſidere. quin & unicuiq; hominũ ſuus ſic dictus, ut Cenſorinus inquit, ſiue quòd in eius tutela, ut quiſq; natus eſt, uiuit: ſiue quòd ut generemur, curet: ſiue ꝙ una gignatur nobiſcum: ſiue etiã, quod nos genitos ſuſcipiat, ac tueatur. Eundẽ eſſe Genium & Larem multi prodiderunt ueterum, in quis & C. Flaccus in libro quem ad Cæſarem De indigitamentis reliquit. *Lares* Porrò lares quemadmodum eſt apud Ouidium Gemini fuerũt filij Mercurij & Laræ, ſiue Larundæ nymphæ. Ideo ueterum pleriq; inter quos Euclides, geminos ſingulis hominum addunt Lares, alterum bonum, alterũ malum. qualis ille fuit, quẽ Plutarchus, Florus, & Appianus ſcribunt oblatum M. Bruto media nocte ad tenuem lucernam de bello cogitanti. b Genium dicit eſſe uniuſcuiuſq; animum rationalẽ. De hoc copioſius proximo libro. c Nam ſi omnis Genius deus.] Concluſio primæ formæ primi ordinis ſyllogiſmorum, uulgo barbara dicunt.

De Mercurij & Martis officijs. Caput XIIII

MERCVRIVM uero & Martẽ, quomodo referrent ad aliquas partes mundi, & opera dei quæ ſunt in elementis, non inuenerunt, & ideo eos ſaltem operibus hominum præpoſuerũt, ſermocinandi et belligerandi miniſtros. [a] Quorum Mercurius ſi ſermonis etiam deorũ poteſtatem gerit, ipſi quoq; regi deorum dominatur, ſi ſecundũ eius arbitrium Iuppiter loquitur, aut loquendi ab illo accipit facultatẽ, quod utiq; abſurdum eſt. Si autem illi humani tantũ ſermonis poteſtas tributa perhibetur, non eſt credibile ad lactandos mamma, non ſolũ pueros, ſed etiã pecora, unde Ruminus cognominatus eſt, Iouem deſcendere uoluiſſe, & curam noſtri ſermonis, quo pecoribus antecellimus, ad ſe pertinere noluiſſe: ac per hoc idem ipſe eſt Iouis atq; Mercurius.[b] Quod ſi ſermo ipſe dicitur eſſe Mercurius, ſicut illa quæ de eo interpretantur oſtendũt.[c] Nam ideo Mercurius, quaſi medius currẽs dicitur appellatus, quod ſermo currat inter homines medius,[d] ideo ἑρμῆς Græce quod ſermo uel interpretatio, quæ utiq; ad ſermonem pertinet ἑρμηνεία dicitur:[e] ideo & mercibus præeſſe, quia inter uendentes & ementes ſermo fit medius:[f] ideo alas ei in capite & pedibus ponunt, uolentes ſignificare uolucrem ferri per aera ſermonem:[g] ideo nuncium dictum, quoniam per ſermonem omnia cogitata enunciãtur. Si ergo Mercurius ipſe ſermo eſt, etiam ipſis confitentibus deus nõ eſt: ſed cũ ſibi deos faciunt eos, qui dæmones ſunt, immundis ſupplicãdo ſpiritibus, poſsidẽtur ab eis qui nõ dij, ſed dæmones ſunt. Itẽ quia nec Marti aliquod elementum uel partem mundi inuenire potuerunt, ubi ageret opera qualiacunq; naturæ, deũ belli eſſe dixerunt, quod opus eſt hominum, & optabile non eſt. Si ergo pacem perpetuam felicitas daret, Mars quid ageret non haberet. Si autẽ ipſum bellum eſt Mars, ſicut ſermo Mercurius, utinam quàm manifeſtũ eſt, quod non ſit deus: tam non ſit & bellum, quod uel falsò uocetur deus.

L. VIVES

a Qvorũ Mercurius ſi ſermõis.] *Mercurius* Mercurios quinq; fuiſſe narrat apud Ciceronẽ Cotta: primũ Cœlo patre & die matre natum: ſecũdum Valentis & Pheronidis filium, eum qui ſub terris habetur. idem Tryphonius eſt. Tertiũ Ioue tertio natũ & Maia. Quartum Nilo patrem, quẽ Aegyptij nefas habebant nominare. Quintum quẽ colunt Pheneatæ, qui Argum dicitur interemiſſe, ob eãq; cauſam Aegypto præfuiſſe, atq; Aegyptijs leges & literas tradidiſſe: hunc Aegyptij Theut appellant. Hæc Cicero. Eius Theut meminit in Phædro Plato. & Euſebius lib. i. præparat. Euangel. qui eum ab Aegyptijs tradit uocari Thoyth, ab Alexandrinis Thot, Græcos ἑρμῆν dicere, qui & literas primus docuit: & de theologia altius arcaniusq́ ſcripſerit. Diodorus etiam libro primo redegiſſe hunc Mercuriũ narrat uoces in ordinem, ac pleriſq; rebus indidiſſe nomina, ſacraq; permulta & cæremonias tradidiſſe. De uocibus confirmat Horatius ex Alcæo Poeta, quibus de cauſis Aegyptij inuentorẽ & deum ſermonis illũ putauerunt, interpretẽ quoq; & nuncium dixere hominum ac deorum. Cum ꝙ ſacra uelut à dijs ad homines pertulerit, tum uel maxime, ꝙ ſermo ab hominibus ad homines & ad deos tranſcurrat, ſine quo nullum conſtat commercium. unde illa apud Ariſtidem Rhetorem fabella, nullum commercium, concordiam in genere humano nullam fuiſſe, prius quàm ſermonem Mercurius in eo ſparſiſſet: & inuentio literarum paratiſsima fuit commento occaſio, quod procul diſsitos literis alloqueremur, unde

inuentor earũ Mercurius ultrò citroq́ cõmeare exiſtimatus eſt, & mãdata diligẽtiſsime exequi. b Quod ſi ſermo ipſe dicitur.] Porphyrius in phyſiologia: orationis interpretandi uim Mercuriũ dixerũt, qui tenſus rectuſq; fingitur propter oratiõis uigorem: cæterũ, quòd oratio cõpoſita eſt, aliam ſolarem uolunt, quæ ſit Mercurius, aliam lunarem, quæ Hecate, aliã uniuerſalem, quæ Hermopis. Feſtus Põpeius unã ex cauſis cur Mercurius ſit Cyllenius nuncupatus eſſe dicit, ꝙ ſermo ſine manibus omnia cõficiat, quibus partibus corporis egeni κυλλοὶ uocantur, tametſi hoc nomen ad omnes mutilatos patet: alij de loco Cyllenium nũcupant. *Cyllenius* c Nam ideo Mercurius quaſi medius currens.] At Feſtus ait, à mercibus eſſe dictum. Ego enim nomen à mercor deriuatũ puto, unde ſunt mercatus & mercatura, & merx, quis omnibus præeſt Mercurius. d Ideo ἑρμῆς Græce.] ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύεσθαι, id eſt, interpretari. Hoc idẽ eſt eſſe nuncium deorum, nõ quòd dicta interpretur, ſed quòd diligentiſsime, & optima fide peragat, quæ ſunt mandata, quod eſt munus ſermonis, perferre ab animis ad animos ſenſa, quæ aliter patefieri, & edoceri nequeũt: cũq; animi pro dijs putarẽtur, ideo interpres diuûm, & nuncius eſt appellatus. Plato in Cratylo, ὃς τὸ εἴρειν ἐμήσατο, δικαίως ἂν καλοῖτο ὑπὸ ὑμῶν εἰρέμης· νῦν δὲ ἡμεῖς, ὡς οἰόμεθα, καλλωπίζοντες τὸ ὄνομα, ἑρμῆν καλοῦμεν. καὶ ἥ γε ἶρις ἀπὸ τοῦ εἴρειν ἔοικε κεκλημένῃ, ὅτι ἄγγελος ἦν: Qui irin, inquit, hoc eſt loqui commentus eſt, merito uocetur à uobis iremes. Nũc uero nos elegantius rati nomen proferre, Hermam uocamus. Ipſa etiam Iris à dicendo uidetur nominata, quoniam nuncia quoq; eſt. Porrò omnis qui alicui negocio conficiendo ſe interponit, dicitur interpres, conciliator quoque & medius, ſicut Seruius inquit iiij. Aeneid. ut apud Ciceronem qui interpretes corrumpendi iudicij eſſe ſolent. Et Verg. ipſe uerbis Didonis Iunonem alloquentis, quæ conciliatrix fuerat Didonis & Aeneæ:

Tuq; harum interpres curarum, & conſcia Iuno.

e Ideo & mercibus præeſſe.] Sine ſermone perit commercium mortalium. Diodorus perhibet exiſtimatum à quibuſdam Mercurium menſuram, pondus, & mercaturæ quæſtum inueniſſe. Extat & apud Græcos prouerbium κοινὸς ἑρμῆς. f Ideo alas.] Mercurius alatus fingitur, nõ modo in pedibus, quæ uocant talaria, & apud Homerum πέδιλα, ſed etiã in temporibus: utrinq; enim ei prominẽt pinnulæ pares, ut Apuleius deſcribit in Apologia. Fingitur enim deus ille petaſatus, hoc eſt galero tectus, extantibus ſupra galerum pinnis, quod in Amphitryone ſignificauit Plautus uerbis ipſius Mercurij. Ego has habeo uſq; in petaſo pinnulas. Hanc annotationem acceptam refero Beroaldo in cõment. Auguſti Suetonij. g Ideo nuncium.] Hoc idem, ut dixi, interpres ex Diodoro Siculo li. vi. & ſic exponit Acron lib. primo carmi. Horatii.

De ſtellis quibuſdã quas Pagani deorum ſuorum nominibus nuncupauerunt. Caput XV

[a] NISI forte iſtæ ſtellæ ſunt hi dij quas eorũ appellauere nominibus. Nam ſtellam quandã uocant Mercurium, quãdam itidem Martem: ſed ibi eſt et illa quam uocant Iouẽ, & tamen eis mundus eſt Iouis. Ibi quam uocãt Saturnum, & tamẽ ei præter eam dant nõ paruam ſubſtantiã, omnium uidelicet ſeminũ. Ibi eſt & illa omniũ clariſsima quæ ab eis appellatur Venus:[b] & tamẽ eandẽ Venerem eſſe etiam lunam uolunt, quãuis de illo fulgẽtiſsimo ſydere apud eos[c] tanquam de malo aureo Iuno Venuſq; contendant. Luciferum enim quidã Veneris, quidam dicunt eſſe Iunonis: ſed ut ſolet Venus Iunonẽ uincit. Nam multo plures eam ſtellam Veneri tribuunt, ita ut uix eorum quiſquam reperiatur, qui aliud opinetur. Quis autẽ non rideat cum regẽ omniũ Iouem dicant, quũ ſtella eius à ſtella Veneris tanta uincatur claritate? Tanto enim eſſe debuit cæteris illa fulgentior, quanto eſt ipſe potentior. Reſpondent ideo ſic uideri, quia illa quę putatur obſcurior, ſuperior eſt, atq; à terris longe remotior. Si ergo ſuperiorem locum maior dignitas meruit, quare Saturnus ibi eſt Ioue ſuperior? An uanitas fabulæ quæ regem Iouem facit, non potuit uſq; ad ſydera peruenire:[d] & quod non ualuit Saturnus in regno ſuo neq; in Capitolio, ſaltẽ eſt permiſſus obtinere in cœlo? Quare autẽ Ianus nõ accepit aliquam ſtellam, ſi propterea quia mundus eſt, & omnes in illo ſunt,[e] & Iouis mundus eſt, & habet tamen? An iſte cauſam ſuam cõpoſuit ut potuit, & pro una ſtella quã nõ habet inter ſydera, tot facies accepit in terra? Deinde ſi propter ſolas Mercurium, & Martem partes mundi putãt, ut eos deos habere poſsint, quia utiq; ſermo, & bellum nõ ſunt partes mũdi ſed actus hominũ, cur Arieti & Tauro & Cancro & Scorpioni, cæteriſq; huiuſmodi quæ cœleſtia ſigna numerant, & ſtellis non ſingulis, ſed ſingula plurib. cõſtant,[f] ſuperiuſq; iſta in ſummo cœlo perhibent collocata,[g] ubi conſtantior motus inerrabilem meatũ ſyderibus præbet, nullas aras, nulla ſacra, nulla templa fecerũt: nec deos, non dico inter hos ſelectos, ſed nec inter illos quidem quaſi plebeios habuerunt?

L. VIVES

a Nisi forte illæ ſtellæ.] Plato in Cratylo inquit, ueteres Græcos nõ alios pro diis habuiſſe coluiſſeq́, ꝗ quos etiam tum barbarorum complures, cœlum, ſolem, lunam, & ſydera quos naturales uocant deos, ut Sãchoniato Berytius ſcribit, qui autor eſt priſcos mortales præcipue Phœnices, & Aegyptios bene meritis de ſe hominibus, quiq́ aliquid in cõmunem uitæ cõtuliſſent uſum, eos honores habuiſſe, ut templa illis ſtatuaſq; erigerent nominibus naturalium deorũ impoſitis. Hunc enim cœlum, illum ſolem, alium Iouẽ, alium Saturnum nũcuparunt: hæc ille. Et haud dubie uel ꝙ eſſent aſtrologiæ periti dii ipſi, ea nomina ſyderũ ſibi indebant, quarum uirtutibus ſe crederent ualere, uel poſteri ſydera nominibus eorũ uocauerunt, qui eas artes attulerunt ad uitam, quarum effectricia exiſtimarent eſſe ea ſydera. Nã Mercurius ſtella homines ut putant reddit facundos, ingenio uerſatili, accommodatq́

naturæ illius planetæ cui ſeſe addit: quã cauſam uideo placuiſſe Seruio, cur Mercurius deorum nuncius appellatus ſit: nam bonus benignusq́ eſt cum Ioue & Sole, atrox & maleficus Saturno & Marte. Mars quoq; uiolentus eſt in cœlo, & cruentus, bella motusq́ terris immittit. idcirco Martem iraſcẽtiæ uim Porphyrius interpretatur, quæ quoniam ignea eſt atq; cruenta, bellis eſt præfecta. Hinc oritur theologia Stoicorum, referẽtium deorum rationes naturasq́ ad corpora mũdi. unde naſcitur tanta rerum omnium obſcuritas, ut ueritas altiſ. tenebris obruta perſpici nulla arte queat: ſicut ait, tum ex eodẽ Sanchoniathone Euſebius lib. Præpar. Euang. primo, tum etiam ex ſuis ipſius argumentis ac rationibus, uti & Aug. hoc lib. diſputat. b Et tamen eandẽ Venerem eſſe etiam lunam.] Macrob. lib. Saturn. primo, & adducit Philochorũ in Atthide, Venerẽ eſſe Lunam, eiq́ ſacrificium facere uiros cum ueſte muliebri, mulieres cum uirili, quòd eadem & mas exiſtimaretur, & fœmina. Apul. lib. xi. transfor. ad Lunã: Sed tu cœleſtis Venus, quæ primis rerum exordijs ſexuum diuerſitatẽ generato amore ſociaſti, & æterna ſobole humano genere propagato, nũc circũfluo Paphi ſacrario coleris. c Tanquam de malo aureo Iuno Venusq́.] Fabula de aurei mali contentione inter tres deas Iunonem, Venerem, & Mineruã, notior eſt quàm ut ſit opus hic eam explicare. *Lucifer* Porrò de Lucifero, ſic Plin. lib. ij. infra ſolem ambit ingens ſydus appellatum Veneris, alterno meatu uagum, ipſisq́ cognominibus æmulum ſolis & lunæ: præueniens quippe & ante matutinum exoriens Luciferi nomen accipit, ut ſol alter, diemq́ maturans: cõtrà ab occaſu refulgẽs, nuncupat̃ Veſper, ut prorogans lucem, uicemq́ lunæ reddens. Quam naturã eius Pythagoras Samius primum deprehendit Olympiade circiter xlij. qui fuit urbis Romæ annus cxlij. largiore magnitudine extra cũcta alia ſydera eſt, claritatis quidem tãtæ, ut unius huius ſtellæ radijs umbræ reddant̃. Itaq; & in magno nominũ ambitu eſt. Alij enim Iunonis, alij Iſidis, alij Matris deum appellauere. Hæc ibi. d Et quod non ualuit Saturnus.] Nam è Creta pulſus à filio Ioue, & è Capitolio, quæ prius erat Saturnia, poſtea collis ille ſacer fuit Ioui Capitolino. e Et Iouis mundus eſt.] Veterem rectum Iouis uſurpat, ſic in ſexto De repub. Cicero, Proſperus & ſalutaris ille fulgor qui dicitur Iouis. f Superiusq́ iſta.] In octauo cœlo eſt ſignifer duodecim ſignis conſtans, animalium nominibus inſignitus, dictus idcirco ζωδιακὸς, quorum ſignorũ unumquodq; multis ſtellis eſt illuſtre. g Vbi conſtantior motus.] Quia uiginti quatuor horis circũ terram uoluitur, eundem curſum perpetuo ſeruans, unde fiũt nox & dies, ipſaq́ ſigna eodem ſemper ſunt ordine, eiſdem ſita locis, cũ planetæ modo ſint inter ſe aduerſi, modo auerſi, iam alius præcurrat aliũ, alius ſequatur. quæ uarietas motuum cauſam Græcis præbuit uocandi *Planetæ* ſtellas illas planetas. q. erratiles, cum nullus eorum erret, ſed ſimul omnes collati errare uideant̃ difformitate motuum, quæ in octaui cœli ſtellis non eſt, nempe ſitis omnibus eodẽ cœlo quod ideo ἀπλανὴς dicitur.

De Apolline & Diana cæterisq; ſelectis dijs quos partes mundi eſſe uoluerunt. Caput XVI

[a] APOLLINEM quamuis [b] diuinatorem [c] et medicum uelint, tamen ut in aliqua parte mundi ſtatuerent, ipſum etiam ſolem eſſe dixerunt: Dianamq; germanam eius ſimiliter lunam [d] & uiarũ præſidẽ. [e] Vnde & uirginem uolunt, q, uia nihil pariat, [f] & ideo ambos ſagittas habere, q, ipſa duo ſydera de cœlo radios terras uſq; pertendant. Vulcanũ uolũt ignẽ mundi, Neptunũ aquas mũdi, Ditem patrẽ hoc eſt Orcum terrenam & infimam partẽ mundi. Liberum & Cererem præponunt ſeminibus, uel illum maſculinis, illam fœmininis, uel illũ liquori, illam uero ariditati ſeminum. Et hoc utiq; totum refertur ad mundum, id eſt ad Iouem, qui propterea dictus eſt progenitor genitrixq; q, omnia ſemĩna ex ſe emitteret, & in ſe reciperet. Quandoquidẽ etiam matrẽ magnam eandem Cererem uolunt, quam nihil aliud dicunt eſſe quàm terram, eamq; perhibẽt & Iunonem. Et ideo ei ſecundas cauſas tribuunt rerũ, cũ tamen Ioui ſit dictum progenitor genitrixq; deûm, quia ſecundũ eos totus mundus ipſe eſt Iouis. Mineruam etiam, quia eam humanis artibus præpoſuerunt, nec inuenerunt uel ſtellam ubi eam ponerent, eandem uel ſummum æthera, [g] uel etiam lunam eſſe dixerunt. Veſtam quoque ipſam propterea dearum maximam putauerũt quòd ipſa ſit terra, [h] quamuis ignem mundi leuiorem, qui pertinet ad uſus hominum facilem, non uiolentiorem qualis Vulcani eſt, ei deputandum eſſe crediderunt. Ac per hoc omnes iſtos ſelectos deos hũc eſſe mundũ uolunt, in quibuſdã uniuerſum, in quibuſdã partes eius: uniuerſum ſicut Iouem: partes eius ut genium, ut matrẽ magnam, ut ſolem, & lunam, uel potius Apollinem & Dianam: & aliquãdo unum deum res plures: aliquãdo unã rem deos plures faciunt. Nam unus deus res plures ſunt: ſicut ipſe Iuppiter: Et mũdus enim totus Iuppiter, & ſolum [i] cœlum Iuppiter, & ſola ſtella Iuppiter habetur & dicitur. Itemq; Iuno ſecundarum cauſarũ domina, & Iuno aer, et Iuno terra, [k] & ſi Venerẽ uinceret Iuno ſtella. Similiter Minerua ſummus æther, & Minerua eadem luna, quam eſſe in ætheris infimo limite exiſtimant. Vnam uero rem deos plures ita faciunt. Et Ianus eſt mundus, & Iuppiter. Sic & Iuno eſt terra, & mater magna, & Ceres.

L. VIVES

a Apollinem.] *Apollo* Apollines Cicer. iij. De nat. deorũ quatuor ponit: Dianas tres: Tertium Apollinem, & ſecundã Dianam filios dicit fuiſſe Iouis Saturnij, & Latonæ. b Diuinatorem.] Hoc uulgatiſsimũ eſt tot autoribus, tum Græcis, tum Latinis, ea de re ſcribentibus. Plato in Cratylo, Theſſalos ait, non ἀπόλλωνα dixiſſe, ſed ἄπλουν, propter diuinationẽ, in quo eſt

τὸ ἀληθές τε καὶ ἁπλοῦν· ταὐτὸν γάρ ἐστι, id eſt propter uerũ & ſimplicitatẽ, quæ idem ſunt. Nicander in Aetolicis ſcribit Apollinem diuinandi peritiam edoctum à Glauco, qui poſtea factus deus marinus, & Melicerta nominatus eſt. c Et medicum.] Macrob. i. Saturnal. uirgines Veſtales ſic indigetant, Apollo medice, Apollo Pæan. Eundem eſſe Aeſculapium, probat, hoc eſt uim ſalubrem de ſubſtantia ſolis animis, & corporibus animantium ſubuenientem. Hæc & alia de Apolline plurima ibi. d Et uijs præſidere.] Feſtus lib. ix. Iuuenalia fingebant̃ Dianæ ſimulachra, quia ea ætas fortis eſt, ad tolerandam uiam. *Diana* Diana enim uiarum putatur dea: præſidet enim ſaltibus, & mõtibus, uiasq́ illuſtrat, per quas frequens ingreditur, feras perſequens, ut mox dicam. e Vnde & uirginem uolunt.] Sic uulgo, & narrant ædem Dianæ fuiſſe Romæ, in quam uiros ingredi nefas, quod quidam ibi cum mulieri quæ deam ſalutatum ueniſſet, uim attuliſſet, à canibus ſit continuo diſcerptus. Plato Dianam ἄρτεμιν uocatam docet, διὰ τὸ ἀρτεμὲς, καὶ τὸ κόσμιον, διὰ τὴν τῆς παρθενίας ἐπιθυμίαν, id eſt propter integritatem & modeſtiam, quam optione uirginitatis habet: aut ὡς τὸν ἄροτον μισησάσης τὸν ἀνδρὸς ἐν γυναικί, quod uiri & fœminæ coitum oderit: tametſi fabulantur cõcubuiſſe cũ Endymione, quod & de Pane Mercurij filio narrant, qui Lunæ concubitus meruit precio pecoris albi. Vergil. iij. Georg.

Munere ſic niueo lanæ, ſi credere dignum eſt,
Pan deus Arcadiæ, captam te Luna fefellit,
In nemora alta uocans, nec tu aſpernata uocantem es.

f Et ideo ambos ſagittas habere.] Arcum tenet in manu Apollo, & ſagittas, quibus draconẽ Python confecit: inde apud Homerum frequẽter ἀπόλλων ἑκηβόλος, id eſt procul iaculans dicitur: etiam ἑκατηβόλος. q. ſuperne iaculans, & ἀεὶ βάλλων: tũ Diana uirginitate perpetua animo deſtinata, ſyluas & montes pererrat uenans, eo cultu, quo Venus Aeneæ conſpecta eſt apud Verg. cothurnata, & pharetrata, præcincta, & in curſum expedita: has ſagittas nihil aliud, q̃ eorum radios putandum eſſe omnes docent, quibus ſunt illa ſydera armata: ſicut de ſole Lactantius inquit:

Armatus radijs elementa liquentia luſtrans.

g Vel etiam Lunam eſſe dixerunt.] Porphyrius in naturalibus deorum interpretamentis, quod in ſole, inquit, eſt Apollo, id in Luna eſt Minerua, per quam prudentia ſignificatur. h Quamuis ignem mũdi leuiorem.] Nempe ad focos, & uſus hominum: tum etiam ad generationem pertinentem, ut dixi alibi: quanquam in his, ut rebus commentitijs, mira eſt ſententiarũ uarietas. Phurnutus enim ait, Vulcanũ eſſe ignẽ hunc craſſiorem, quo paſsim utimur. Ille enim ſubtilior Iuppiter eſt, & idem Prudẽtius. Ipſe ignis, noſtrum qui ſeruit ad uſum, Vulcanus perhibetur, & in uirtute ſuperna fingitur, ac delubra deus & nomine ac ore aſsimulatus habet: necnon regnare caminis fertur, & Aeoliæ ſummus faber eſſe uel Aethnæ. i Solum cœlum Iuppiter.] Vnde illud Ennii, aſpice hoc ſublime candens, quẽ inuocant omnes Iouem. k Et ſi Venerem uinceret.] In contentione de nomine luciferi ſtellæ.

Quod etiã ipſe Varro opiniones ſuas de dijs pronũciauerit ambiguas. XVII

SIcut hæc, quæ exempli gratia cõmemoraui, ita cætera non explicãt, ſed potius implicant: ſicut impetus errabũdæ opinionis impulerit, ita huc atque illuc, hinc atque illinc, inſiliunt & reſiliunt: ut ipſe Varro de omnibus dubitare, q̃ aliquid affirmare maluerit. Nã & triũ extremorũ, primũ cũ de dijs certis abſoluiſſet librũ, in altero [a] de dijs incertis dicere ingreſſus, ait: Cũ in hoc libello dubias de dijs opiniones poſuero, reprẽhẽdi nõ debeo. Qui enim putabit iudicari oportere, & poſſe, cum audierit, faciet ipſe. Ego citius perduci poſſum, ut in primo libro quæ dixi, in dubitationẽ reuocem, quàm in hoc quæ perſcribam, omnia ad aliquam dirigam ſummam. Ita non ſolum iſtum de dijs incertis, ſed etiam illum de certis fecit incertum. In tertio porrò iſto de dijs ſelectis, poſteaquã prælocutus eſt, quod ex naturali theologia præloquẽdum putauit, ingreſſurus huius ciuilis theologiæ uanitates, & inſanias mendaces, ubi eum non ſolum non ducebat rerũ ueritas, ſed etiam maiorũ premebat autoritas: De dijs, inquit, po. Ro. publicis, quibus ædes dedicauerunt, eoſq; pluribus ſignis ornatos, notauerunt, in hoc libro ſcribã, ſed ut [b] Xenophanes Colophonius ſcribit, quid putem, nõ quid contendã ponam. Hominis enim eſt hæc opinari, dei ſcire. Rerũ igitur non cõprehenſarũ, nec firmiſsime creditarũ, ſed opinatarũ, & dubitatarũ, ſermonẽ trepidus pollicetur, dicturus ea, quæ ab hominib. inſtituta ſunt. Neq; enim ſicut ſciebat eſſe mundum, eſſe cœlũ, & terram, cœlũ ſyderibus fulgidum, terrã ſeminibus fertilem: atq; huiuſmodi cætera, ſicut hanc totam molem atque naturam ui quadam inuiſibili ac præpotenti regi, atque adminiſtrari certa animi ſtabilitate credebat: ita poterat affirmare de Iano, quod mundus ipſe eſſet: aut de Saturno inuenire quomodo & Iouis pater eſſet, & Ioui regnanti ſubditus factus eſſet: & cætera talia.

L. VIVES

a DE diis incertis.] Dixi alio loco de diis incertis, quorũ incerta erat diuinitas: dicã pauca de diis ignotis, ne quis eoſdẽ eſſe putet ignotos deos, & incertos. *Dij ignoti* Erant in agro Attico multæ diis ignotis ſacræ aræ, ut Lucas attingit in Actis Apoſtolorũ cap. xvii. & apud Pauſaniã in Attica θεῶν ἀγνώστων βωμοί: quæ aræ inuento Epimenidis Cretẽſis ſunt erectæ: nam cum regio peſtilentia laboraret, cõſultaq́ Pythia reſpõdiſſet, expiari oportere urbẽ & agros, nec cui deo ſacrum fieri oporteret dixiſſet, Epimenides, qui tum Athenis erat, iuſsit dimitti hoſtias per agros, ſequiq; eas ſacrificos, & in quo loco quæq; conſtitiſſet, ibi mactari eã, immolariq; deo ignoto propicio. Itaq; ex eo tẽpore etiã ad ætatẽ Laertii Diogenis, frequẽtes uiſebant̃ per pagos Atticæ terræ ſacræ aræ ſine nomine. Hæc libẽter enarraui propter locũ ſacrarũ literarũ. b Xenophanes Colophonius.] *Xenophanes* Orthomenis filius, ut ait Apollodorus, ex Colophone Ioniæ ciuitate, ubi & natus eſt Mimernus poeta elegorum ſcriptor. Sotiõ ſcribit hũc putaſſe omnia eſſe incõprehẽſibilia, qđ Laertius improbat. Euſeb. Sotionẽ ſecutus

sensus omnes falsos esse, scribit Xenophanem sensisse, rationemq; simul cum sensibus infirmasse: scripsit de diis cõtra Homerum atq; Hesiod. fuit & alter Xenopha. sed Lesbius & poeta.

Quæ credibilior causa sit qua error paganitatis inoleuerit. Cap. XVIII

De quibus credibilior redditur ratio, cum perhibentur homines fuisse, & [a]unicuiq; eorum ab his qui eos adulando deos esse uoluerũt, ex eorum ingenio, moribus, actibus, casibus, sacra & solennia constituta: atq; hæc paulatim per animas hominum dæmonibus similes & ludicrarum rerum auidas irrependo, longe lateq; uulgarunt, ornantibus ea mendacijs poetarũ, & ad ea fallacibus spiritibus seducentibus. Facilius enim fieri potuit ut iuuenis impius uel ab impio patre interfici metuens, & auidus regni patrem pelleret regno, quàm id quod iste interpretatur, ideo Saturnum patrem à Ioue filio superatum, quod ante est causa, quæ pertinet ad Iouem, quàm semen quod pertinet ad Saturnum. Si enim hoc ita esset, nunquam Saturnus prior fuisset, nec pater Iouis esset. Semper enim semen causa præcedit, nec unquam generatur ex semine. Sed cum conantur uanissimas fabulas siue hominum res gestas uelut naturalibus interpretationibus honorare, etiã homines acutissimi tantas patiuntur angustias, ut eorum quoq; uanitatem dolere cogamur.

L. VIVES

a Et unicuiq; eorum ab iis actibus.] In antiquis libris sic scribitur: Et unicuique eorum ab iis, qui eos adulando deos esse uoluerunt, ex eius ingenio, moribus, actibus, casibus, sacra & solennia constituta, atque hæc paulatim per animas hominum dæmonibus similes &c.

De interpretationibus quibus colẽdi Saturni causam ratiocinãtur, C. XIX

SATVRNVM, inquit, dixerũt, quæ nata ex eo essent solitum deuorare, quod eo semina unde nascerentur redirent: & quod illi pro Ioue gleba obiecta est deuoranda, significat inquit, manibus humanis obrui cœptas serendo fruges antequã utilitas arãdi esset inuẽta. Saturnus ergo dici debuit ipsa terra, nõ semina. Ipsa enim quodam modo deuorat quæ genuerit, cũ ex ea nata semina, in eam rursus recipiẽda redierint. Et quod pro Ioue accepisse dicitur glebã, quid hoc ad id ualet, quod manibus hominum semen gleba coopertum est? Nunquid ideo nõ est, ut cætera, deuoratum, quod gleba coopertũ est? Ita enim hoc dictum est, quasi qui glebam opposuit, semen abstulerit: sicut Saturno perhibent oblata gleba ablatum Iouem, ac non potius gleba semen operiendo fecerit illud diligentius deuorari? Deinde isto modo semẽ est Iuppiter, non seminis causa, quod paulo ante dicebatur. Sed quid faciant homines, qui cũ res stultas interpretantur, non inueniunt quid sapienter dicant. Falcem habet, inquit, propter agriculturam. [a]Certe illo regnante nondum erat agricultura, & ideo priora eius tempora perhibentur: sicut idem ipse fabellas interpretatur, quia primi homines ex his uiuebant seminibus quæ terra sponte gignebat. [b]An falcem sceptro perdito accepit, ut qui primis temporibus rex fuerat ociosus, filio regnante fieret operarius laboriosus? Deinde [c]ideo dicit à quibusdam pueros ei solitos immolari, sicut à Pœnis, & à quibusdã etiam maiores, [d]sicut à Gallis, quia omnium seminũ optimum est genus humanum. De hac crudelissima uanitate quid opus est plura dicere? Hoc potius aduertamus atq; teneamus, has interpretationes non referri ad uerum deum, uiuam, incorpoream, incommutabilemq; naturam, à quo uita in æternum beata poscenda est: sed earum esse fines in rebus corporalibus, temporalibus, mutabilibus, atq; mortalib. [e]Quod cœlum, inquit, patrem Saturnus castrasse in fabulis dicitur, hoc significat penes Saturnum, non penes cœlum semen esse diuinum: hoc propterea quantum intelligi datur, quia nihil in cœlo de seminibus nascitur. Sed ecce, Saturnus si cœli est filius, Iouis est filius. Cœlum enim esse Iouem immutabiliter, & diligenter affirmant. Ita ista quæ à ueritate non ueniunt, plerunque, & nullo impellente, seipsa subuertunt. [f]Κρόνον appellatum dicit, quod Græco uocabulo significat temporis spatium: sine quo semen, inquit, non potest esse fœcũdum. Hæc & alia de Saturno multa dicuntur, & ad semen omnia referuntur. Sed saltem Saturnus seminibus cum tanta ista potestate sufficeret. Quid ad hæc dij alij requiruntur, maxime Liber & Libera, quæ est Ceres? De quibus rursus quod ad semen attinet, tanta dicit, quasi de Saturno dihil dixerit.

L. VIVES

a Certe illo regnante, nondum erat agricultura.] Quis inuenerit artem colendi agri, non conuenit. Alij Cereri hoc tribuunt, ut uulgaris opinio: alij Triptolemo, seu certe hoc cum primum fecisse, ut Iustinus, & Ouidius: Alij Dionysio, ut Tibullus: quẽ Osirim nominant, ut Diodorus. Atq; hæc omnia post *Saturnus* Saturnum. Ideo Vergilius inquit: Ante Iouem nulli subigebant arua coloni. Sunt qui Saturnum ipsum agriculturam docuisse Ianum, & Italos putent: sed postquam fugit è Creta adactus necessitate aliquid excogitandi. Ita semper posterior erit inuentio agriculturæ Saturni regno. Poetæ in ætate aurea, quæ sub Saturno fuit nullam ponunt culturam agri: sed ut inquit Verg. ipsa tellus Omnia liberius nullo poscente ferebat. Et Ouidius: Fruges tellus inarata ferebat. Quæ sunt de Hesiodo sumpta: καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα αὐτομάτη πολλόν τε καὶ ἄφθονον. b An falcem sceptro perdito.] Silius Italicus lib. xiiij. falcem Saturni Zancli ciuitate Siciliæ repertam esse dicit: ideo sic eam urbem appellatam. nam ζάγκλον Sicula lingua, est falx, sicut Thucydides testatur.

c Ideo dicit à quibusdam pueros.] Orosius lib. iiij. cap. vi. & Trogus, Lactantius lib. i. Poscennius Festus in libris Historiarum, per satyram refert, Carthaginenses Saturno humanam hostiam solitos immolare. hoc Herculi à Pœnis sacrificiũ fieri scribit Plin. lib. xxxvi. sed alij Saturno referũt: ut Plato in Minoe, & Dionysius Halicarnasseus. Itidẽ Theodoritus Cyrẽ. in sacrificijs, & Eusebius, & Tertulianus, qui addit principatu Tiberij prohibitos illos id facere, crucifixis etiam sacerdotibus: nihilominus tamẽ perseuerasse in eo sacrificio, etiã sua ætate: sed occulte. Causam huius immanitatis sunt qui referant ad odium Iunonis. Sed Eusebius in Euãg. præpar. ex Sanchoniatone theologiam Phœnicum recẽsens scribit: Saturnum regionis Palestinæ regem, cũ hominem exuit, astrum illud, quod de eius nomine uocatur, induisse: paulopost Anobreth nymphã, quæ unicum habebat ex Saturno filiũ, ac idcirco Leud appellatum, nam id est illi genti unicus filius, coactam cum immolare, quod periculoso bello patria premeret: essetq; moris peruetusti, filium principi charissimum, per eiusmodi discrimina dæmoni ulciscenti sacrificare, ad eius iram placandam. Carthaginenses autẽ, cum à Phœnicibus sint oriundi, hominem mactabant Saturno, cuius aliquando filius sic immolatus esset, uel ipsi hoc statuentes in Aphrica, uel institutum iam ex uetere patria secum transferentes in nouam. Quemadmodum uero sacrificarentur hi pueri Saturno, Diodorus tradit in libro Bibliotheces xx. Erat, inquit, apud eos ænea statua Saturni, magnitudine enormi, cuius manus in terram dependebant sic contortæ & inuolutæ, ut qui pueri admouebantur, in foueam inciderent, ignis plenam. Sic ille. Quo tẽpore hæc ædebamus, insula est à nostris nautis inuenta, quam de principis nomine Carolinam uocarunt. In ea frequentes uisuntur statuæ deorum, quos gentes illæ colunt æneæ, intrinsecus cauæ, manibus iunctis, passisq;, in quibus infantes & pueros, quos dijs illis immolant, statuũt, ibiq; urũtur crudeliter igne in cauis simulacri accenso, & ære calorem immodicum concipiente. d Sicut à Gallis.] Plinius lib. xxx. & Solinus, & Mela, & Cæsar, & Lucanus, & Lactantius, non Saturno, sed Eso & Theutanti immolare eos humanam uictimam scribunt: Tertulianus Mercurio: sed hic est, Teutãtes. Plinius, iussos eos refert à Tiberio tam immani superstitione abstinere. Suetonius hoc tribuit Claudio, cœptũq; interdici tali genere sacrificij ab Augusto, sed ciuibus tantum. S. C. factum est anno V. C. dclvij. P. Licinio Crasso, Gn. Cornelio Lentulo coss. ne in toto imperio Romano hostia humana immolaret, quod genus sacrificij, toto pene orbe Hadriani principatu cessauit: tametsi Latialis Iuppiter etiam Tertuliani, sed & Eusebij, & Lactantij tempore sanguine humano coleretur. Tum & ante Herculẽ homo Saturno immolabatur in Latio. quod sacrum Faunus instituit auo suo Saturno, ex oraculo cuius erat uersus, sicut ex Varrone Lactantius, & Macrobius tradunt: καὶ κεφαλὰς ἅδῃ, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα, hoc est: Diti ferte caput, patri quoq; lumina ferte. Erat autem pater Plutonis Saturnus, apud Lactantiũ legitur, καὶ κεφαλὰς Κρονίδῃ. φῶς uero ambiguum est: φῶς lux est, φώς est uir, ut apud Homerum: Αὐτίκα δ' μνηστῆρας ἐπῴχετο ἰσόθεος φώς. & sæpe alibi. Plutarchus in libello, cui titulus, λάθε βιώσας, rationẽ reddit, cur φῶς sit & lux, & uir. Verum Hercules cum in Italiam uenisset, uideretq; ex Græcis, qui ea in loca demigrarant passim ad immolandum ab indigenis Aboriginib. corripi, rogassetq; tam immanis ritus causam, prolatum esse oraculi carmen, quod ipse interpretatus est, docuitq; non uiros Saturno, sed lumina debere esse sacra, ita institutum est, ut deinceps singulis annis Idibus Maijs ex põte Miluio per sacerdotes & uirgines Vestales humana simulachra xxx. è scirpeis uirgultis cõstructa in Tiberim deijcerentur: qui Argæi dicerentur, in memoriã uetusti moris. nam ueteres illi Latini Græcos omnes Argiuos nuncupabant: luce uero Saturnus placaretur; autores Græci Dionysius & Plutarchus, Latini, Varro, Festus, Gellius, Macrobius, Propertius, Lactantius, Ouidius. Tametsi hic aliter narrat fabulam v. Fast. Manethus historicus refert solitos Aegyptios in solis ciuitate tres homines Iunoni mactare: Amasim uero regem pro hominibus cereos sacrandos instituisse.

e Quod cœlum, inquit, patrem.] Eusebius De theologia Phœnicum loquens, sic ait: Post triginta duos annos regni Cœli Saturnus eius filius insidijs prope fontes ac fluuios locatis patrem captum execuit. unde sacer sanguis in fontes ac fluuios stillauit, qui locus etiam his temporibus uisitur. Cœlum Diodorus lib. iiij. scribit peritissimum fuisse cursuum astrorum, temporũq;, & annum digessisse, unde illi Cœlo, nomen, rudesq; homines artes docuisse, & humanitatem, regnasse circa septentrionem & occidẽtem in Aphrica, genuisseq; ex uarijs uxoribus liberos quinq; & quadraginta. f Κρόνον appellatum dicit.] q. χρόνον, id est tempus. Aliam Cœli, & Saturni, & Iouis interpretationẽ adducit Balbus Stoicus, apud Cicer. ij. De nat. deorum. Saturnus uero nõ Chronos est, sed Cronos hoc est κρόνος, tẽpus est χρόνος. Romani ueritatis patrem Saturnum existimabant, ut scribit Plutarchus, quòd tempus omnia reuelet.

De sacris Cereris Eleusinæ. Cap. XX

[a]IN Cereris autem sacris prædicantur illa Eleusina quæ apud Athenienses nobilissima fuerunt. De quibus iste nihil interpretatur, nisi quod attinet ad frumentum, quod Ceres inuenit, & ad Proserpinã quam rapiẽte Orco perdidit. Et hãc ipsam dicit significare fœcunditatẽ seminũ. Quæ cũ defuisset quodã tempore, eademq; sterilitate terra mœreret, exortã esse opinionem, quod filiã Cereris, id est ipsam fœcunditatẽ, quæ à proserpẽdo Proserpina dicta esset, Orcus abstulerat, & apud inferos detinuerat. Quæ res cum fuisset luctu publico celebrata

brata, quia rursus eadem fœcũditas rediјt, Proserpina reddita, exortam esse lęticiam et ex hoc ei solennia instituta. Dicit deinde multa in mysterijs eius tradi, quæ nisi ad frugum inuentionem non pertineant.

L. VIVES

a IN Cereris autem sacris.] De cereris sacris non fuerit uel iniucundum, uel inutile si paulo plura dixero quàm soleant uulgo, qui ea de re tractant. Ceres ex Ioue Proserpinam genuit, quam Pluto rapuit è Sicilia, materq́ eam quærens magnam orbis partem peragrauit, quumq́ in Eleusin unum ex xij. oppidis Atticæ terræ uenisset, hospitio à Celeo, qui tũ ibi erat princeps, est excepta,

Triptolemus aluitq́ dea Triptolemum recens ex Hyona Celeo natum, seu ut Straboni placet, Ictinus. Quisquis ille fuerit tam Cereris amans, sacra instituit magnis cæremonijs peragenda, quæ dicta sunt Eleusina, & deæ Eleusinæ Ceres, ac Proserpina. Sunt qui ex Aegypto per Erichtheum adducta putent. Non fit mihi admodũ absimile ueri. Nã illinc maxima pars uanitatis in reliquũ se orbem sparsit. Ad ista sacra nõ patebat aditus nisi initiatis, præcoq́ abesse profanos iubebat: atq; hinc sumpsisse Verg. uersiculum illum, procul ò procul este profani, autor est Seruius. & Alcibiadi tantum negociũ facessitũ, quod profanus interfuisse sacris Cereris diceretur. Primus qui hæc sacra euulgauit fuit Numerius philosophus, quem ferunt paulo post uidisse per quietem deas Eleusinas habitu meretricio quæ se adyto pudicitiæ suæ per illum extractas quererentur uulgoq́ prostitutas. quod profecto indiciũ est meretricia illis cõtineri. Nam si honesta & sancta, nũquam eas puduisset euulgari. Oblique hæc perstringit Socrates, ut alia permulta apud Platonem, quum iubet turpia fœdaq́ à dijs cõmissa sacris secretissimis occultari, & qui minatur se Isidis quæ eadem est Ceres, sacra recõdita æditurũ. Quo dicto cogit Isidẽ ipsam quæ is iubeat facere, satis declarat nefaria illa esse & pudẽda, Gregorius Nazianzenus in Epiphanijs ὀδὲ κόρητις ἡμῖν ἁρπάζεται, καὶ Δημήτηρ πλανᾶται, καὶ κελεούς τινας ἐπεισάγει, καὶ τριπτολέμους, καὶ δράκοντας, καὶ τὰ μὲν ποιεῖ τὰ δὲ πάσχει· αἰσχύνομαι γὰρ ἡμέρᾳ δοῦναι τὴν νυκτὸς τελετὴν, καὶ ποιεῖν τὴν ἀσχημοσύνην μυστηρίων· οἶδεν Ἐλευσὶν ταῦτα, καὶ οἱ τῶν σιωπωμένων, καὶ σιωπῆς ὄντων ἀξίων ἐπόπται, hoc est: Neq; nobis uirgo aliqua rapitur, nec Ceres errat, nec Celeos adducit, & Triptolemos, & Dracões, partimq́ agit & partim patitur: nam pudet me diem afferre sacrificijs nocturnis, & ex mysterio turpitudinẽ efficere. Scit Eleusis hæc, & spectatores rerum quæ tacentur, & certe silentio dignæ sunt. Et Theocritus ἐν ἀμαρυλλίδι· ζαλῶ δὲ φίλα γύναι Ιασίωνα δὲ τόσσον ἐκύρησεν ὅσ' οὐ πεύσεσθε βέβαλοι, beatum arbitrantur Iasiona, qui tantum assecutus sit, quantum prophani non facile crediderint: in quo occulte perstringit concubitũ Cereris & Iasionis. Quid illis sacris cõtineretur, sic Eusebius docet ex Clemente: Quidam inquit aiunt, Melampodem Amythaonis filium ab Aegypto in Græciã luctum Cereris solenniter celebratum reportasse. Ceres peperit, educatur puella, Perephattem nonnulli appellant, cui Iuppiter, qui genuit, Draco factus coniungitur, inde in Sauatiorum mysterijs Draco in spiram inuolutus in sacrificijs ad factorum memoriam, immo uero in testimoniũ tantæ turpitudinis, ut ego dixerim, adhibetur. peperit & Perephatte tauriformem filiũ, unde poetæ quidam taurum laudant draconis patrem, & draconem rursus tauri patrem, & in montẽ arcana hæc facta ducentes pastoralem stimulum celebrabãt, pastoralem, ut puto stimulũ ferulam, quod genus ligni bacchantes ferunt. Nequeo latius huius Perephattæ sacra enarrare, quasillum, rapinam, Idoneræ terræ hiatum, sues eubolei, quas eodem hiatu simul & duas deas absorptas aiunt fuisse: unde & Megareum in thesmophorijs suis immittunt, quæ sacra uarijs modis mulieres, quoniam hæc fabula uarie narratur, per ciuitates Græciæ, celebrãt, thesmophoria, scirophoria, inephabilipho ria uocantes, & multis modis, Perephattæ rapinam cõplorantes. Tantum Clemens, interprete Georgio Trapezuntio, nam codicem Græcum non habebam. Ferebantur & cistæ opertæ à sacerdotibus puellis, altera florum, qua uer significatur: altera spicarũ, qua æstas.

Canephori Virgines istas uocabant κανηφόρους, id est, canistriferas: quarum Cicero meminit in Verrem de signis: tametsi Porphyrio super illo uersu Horatij: Velut qui Iunonis sacra ferret, canephoros Iunonis dicit esse Athenis.

Orgia Orgia quoq; hæc sacra nominabantur, sicut idem Clemẽs ait, ab ira quã aduersus Iouẽ cõcepit Ceres. Catullus:

Pars obscura cauis celebrabant Orgia cistis:
Orgia, quæ frustra cupiunt audire prophani.

Strabo lib. x. & Serui. iiij. Aeneid. omnia ferè sacra orgia esse à Græcis dicta perhibẽt. Imagines in illis sacris deorum hæ fuerunt, creatoris, quam gestabat antistes hierophantes: Solis, quam facifer: Lunæ, quam minister ad aram: Mercurij, quam præco sacrorum: & quẽadmodum in sacris Dionysii circũferebatur Priapus, ita in istis natura muliebris, ut Theodoritus testatur: qui etiam affirmat Iouem cum Cerere matre, & cũ Proserpina filia concubuisse. Et hæc erant sacra, ad quæ nõ patebat aditus, præterquã initiatis, & in quæ nemini licebat penetrare, qui sibi sceleris perpetrati conscius esset, id præcone conclamante. Quibus nec ausus est interesse Nero, quòd impius esset: & initiari uoluit Antoninus princeps, ut probaret se innocentem. Tametsi nescio, an magnis sacris ille sit initiatus: nã lex erat apud Athenienses uetus, ne hospes ullus ad ea sacra admitteretur: ut commentator Aristophanis meminit. Cumq́ Hercules uellet illis initiari, & lege uetaretur, q; tamen erat & amicus, & Iouis filius, parua sacra Eleusina sunt instituta, quibus hospites reciperentur: magnaq́ Cereris fuerunt, parua uero Proserpinæ, quæ ille ὥσπερ προκάθαρσιν καὶ προάγνευσιν ait esse τῶν μεγάλων, id est, purgationem & uelut sanctificationẽ ad magna. Et tunicam quidem quam initiationis die induerant nouam & perquã mundam, nunquã exuebant, quo ad tandem lacera gestari amplius nequiret. Sunt qui existimẽt, ad fascias filiorũ infantum seruari consuesse. Et hæc quidem in Græcia. Romæ uero solebat magnum Cereris anniuersariũ quotannis celebrari, quod à lugẽtibus fieri nephas erat, ut scribit Liuius: & nuptiæ Cereris siue Orci, quibus uinum inferri piaculum, sed tus, & tedas: de quibus Plautus loquitur in Aulularia: Cereri nuptias facturi estis, quia nihil temeti allatũ uideo. Macrobius de utroq; sacro in Satur. & Seruius primo Georg. illo loco:

Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret,
Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho.

Cerealia Celebrabantur quoq; ludi in honorẽ Cereris, quæ Cerealia sunt dicta: de quibus extat caput in Miscellaneis Politiani hominis excultissimi. Et ne quis autoritate uiri fallatur, dicã, quid ea de re sentiã. Primũ, nõ sunt ijdẽ Circenses illi ueteres, iam inde à Romulo instituti, & hi

Cereales Cereales multo recẽtiores: nam illi Neptuno equestri fuerãt semper sacri: deinde Cereales ludos lõge ante Memmiũ factos fuisse, testis est Liuius, nẽpe xvi. anno secũdi belli Punici ex S. C. à dictatore Gn. Seruilio Gemino & magistro Eq. Aelio Pæto. Nec Tacitus & Ouidius aliud indicãt, q̃ in circo celebrari solitos ludos Cereris: & Cereales ædiles rei frumẽtariæ curãdæ creati erãt, nõ ludorũ ergo, tametsi ludos facerẽt Cereri. Tũ & illud in eodẽ capite miror, putasse Politianũ C. Memmiũ, quẽ Cæsar fecisset ædilem, esse, cui Lucretius dicasset opus suũ, uel etiã si dijs placet filiũ, cũ obierit Lucretius Pompeio & Crasso secundũ coss. opusq; constat scriptũ C. Mẽmio
prope

prope adolescente adhuc. Profecto uerum est illud erratum unum parentem esse multorum. Quæ nolim quisquam putet esse à me dicta, ut aliquid detraham memoriæ clarissimi uiri: neq; enim minoris est habendus Politianus, quòd aliquot locis sit falsus, nempe homo & ipse. Ita quæ dixi, non sugilandi gratia, sed ut prosim, sunt dicta. Quod si quis existimarit me carpendi studio esse ductum, quod non est ita, is quoq; uelim, ut ne ignoret, non esse piaculum, non modo Politianum, sed ne quenquam ex sacratissimis uetustate reprehendere: uerum de Cerealibus satis, superq;.

De turpitudine sacrorum, quæ Libero celebrabantur. Cap. XXI

[a]IAM uero Liberi sacra, quem liquidis seminibus, ac per hoc nõ solum
1 liquoribus fructuũ, quorũ quodam modo primatum uinũ tenet: uerum etiam seminibus animalium præfecerunt, ad quãtam turpitudinẽ peruenerint, piget quidem dicere, propter sermonis longitudinem: sed propter superbam istorum hebetudinem non piget. Inter cætera quæ prætermittere, quoniam multa sunt, cogor: in Italiæ compitis quædam dicit sacra Liberi celebrata cũ tanta licentia turpitudinis, ut in eius honorem pudenda uirilia colerentur: non saltem aliquantum uerecundiore secreto, sed in propatulo exultante nequitia. Nam hoc turpe membrum per Liberi dies festos cum honore magno [b]plostellis impositum, prius per rura in compitis, & usque in urbem postea uectabatur. [c]In oppido autẽ Lauinio unus Libero totus mensis tribuebatur, cuius diebus omnes uerbis flagitiosissimis utebãtur, donec illud membrum per forum transuectum esset, atq; in loco suo quiesceret. Cui mẽbro inhonesto matremfamiliâs honestissimã, palàm coronam necesse erat imponere. Sed uidelicet Liber deus placandus fuerat pro euentibus seminum: sic ab agris fascinatio repellenda, ut matrona hoc facere cogeretur in publico, quod nec meretrix si matronæ spectarent, permitti debuit in theatro. Propter hoc Saturnus solus creditus est nõ sufficere posse seminibus, ut occasiones multiplicandorũ deorũ immũda anima reperiret, & ab uno uero deo merito immunditiæ destituta, ac per multos falsos auiditate maioris immunditiæ prostituta, ista sacrilegia sacra nominaret, seseq; spurcorum dæmonũ turbis cõuiolandam polluendãq; prẽberet.

L. VIVES

Bacchi sacra a IAm uero Liberi sacra.] A Thebanis tertio quoque anno sacra Baccho celebrabant in Cytherone monte nocturna, quæ de tempore Nyctilena sunt nominata, ut inquit Seruius, & ab annis trieterica, ceu trienalia.

Phallus In eis erãt phalli, sicut Herodotus, & Plutarchus libello De cupiditate opum perhibent, hoc est mentulæ prægrandes. Aegyptij statuas pusillas confingebant immani uirilis membri mole: aliæ multæ gentes solam mentulam ducebant circum agros ad fertilitatem frugum. Theodoritus lib. iij. refert phallogogia dictas ferias, quibus phalli circumferebantur. Porrò Priapũ Bacchi sacris addi multa sunt in causa. Primum quòd Priapus comes fuit expeditionũ Bacchi: deinde quòd sine beneficio Bacchi frigeat, ideo filius putatur Liberi & Veneris. Iam & Bacchus seminibus præesse creditur, quorum membrum instrumentumq́ inter omnia primum est Priapus, & hac de causa ortis præficiebatur, eiusq́ sacra per pagos uillasq́ à rusticis magna lætitia risuq́ celebrata sunt. Postremo Diodorus Osiridem, quẽ eundem Bacchum fuisse ferunt, discerptum à Typhone narrat, datumq́ unicuiq; eorum, qui cum Typhone coniurarant, partem aliquam, quo & fideliores inter se forent, & Osiridis mors melius celarẽ: uirile mẽbrum, quũ nemo uellet recipere, in Nilum est abiectum. postea Isis mariti necem ulta, membra omnia ex coniuratis recuperauit, ac ubi deesse mentulam intellexit, imaginem eius sacrauit, & ad suam consolationem maiore habuit honore, quàm reliquas partes, cæremoniasq́ & sacra illi instituit, phallumq́ dixit, cui primum initiabantur futuri sacerdotes.

Ithyphallus Greg. Nazia. phallos & ithyphallos ponit dicens ἐδὲ φαλλοὶ τίνος καὶ ἰθύφαλλοι αἰσχροὶ καὶ τοῖς σχήμασι καὶ τοῖς πράγμασι. Sed inter Phallum & Ithyphallũ discrimen nullum esse arbitror aliud, quàm quod Ithyphallus à rectitudine & arrectione uidetur dictus ex Græca uoce.

Plostella b Plostellis.] A plostris plostella diminutiue. Horat. lib. ij. Sermo. plostello adiungere mures. Valerius Probus plaustra dicit ab imperitis dici, plostra esse dicẽdum, tametsi usus plaustra obtinuit. Suetonius narrat admonitum Vespasianum à Floro ut diceret plaustra, non plostra, imperatoremq́ postridie Flaurũ illum salutasse, non Florum.

Lauinium c In oppido autem Lauinio.] Quod est in Latio, quod Aeneas conditum à se nomine uxoris appellauit. Huius colonia fuit Alba lõga, dixi de hoc alibi.

De Neptuno & Salacia ac Venilia. Caput XXII

IAM utiq; habebat Salaciã Neptunus uxorẽ, quam inferiorẽ aquam
1 maris esse dixerunt, ut quid illi adiuncta est & Venilia, nisi ut sine ulla causa necessariorum sacrorum sola libidine animæ prostitutæ multiplicaretur inuitatio dæmoniorum? Sed proferatur interpretatio præclaræ Theologiæ, quæ nos ab ista reprehensione reddita ratione compescat. Venilia, inquit, unda est quæ ad litus uenit: Salacia quæ in salum redit. Cur ergo deę fiunt duę, cum sit una unda, quæ uenit, & redit? [a]Nempe ipsa est exæstuans in multa numina libido uesana. Quamuis enim aqua non geminetur quæ it & redit, huius tamen occasione uanitatis, duobus dæmonijs inuitatis, amplius anima commaculatur, [b]quæ it & nõ redit. Quæso
te

te Varro,uel uos qui tam doctorũ hominum talia ſcripta legiſtis, & aliquid magnum uos diciſſe iactatis,interpretamini hoc, nolo dicere ſecundum illam æternam incommutabilemq; naturam,quæ ſolus eſt deus,ſed ſaltem ſecundum animam mundi & partes eius, quos deos ueros eſſe exiſtimatis. Partem animæ mundi, quæ mare permeat,deum uobis feciſſe Neptunum,utcũq; tolerabilioris eſt erroris. Itane unda ad litus ueniens,& in ſalum rediẽs,duę ſunt partes mundi,aut duæ partes animæ mundi? Quis ueſtrum ita deſipiat,ut hoc ſapiat? Cur ergo uobis duas deas fecerunt, niſi quia prouiſum eſt à ſapientibus maioribus ueſtris:non ut diſ plures uos regerent,ſed ut ea,quæ iſtis uanitatibus & falſitatibus gaudent, plura uos dæmonia poſſiderent? Cur autem illa Salacia per hanc interpretationem inferiorem maris partem,qua uiro erat ſubdita,perdidit? Nanq; illam modo cum refluentem fluctum eſſe perhibetis,in ſuperficie poſuiſtis. An quia Veniliam pellicem accepit,irata ſuum maritum de ſuperis maris excluſit?

L. VIVES

a NEmpe ipſa eſt exæſtuans.] Alluſit ad æſtum marinum. b Quæ it & non redit.] De his hoc dicitur, quæ ſempiternis addictæ ſuppliciſs nõ redeũt,uel ad uitam,uel ad ſpem ullam. Alluſit ad uerba Iob x. Ante quàm uadam & non reuertar ad terram tenebroſam & opertam mortis caligine,terram miſeriæ & tenebrarum. Quod de terra inferni dici conſtat,& ex uerbis,& ex ipſis interpretibus.

De terra quam Varro deam eſſe confirmat, eo quod ille animus mundi, quem opinatur deum,etiam hãc corporis ſui infimam partem permeet, eiq; uim diuinã impartiatur. XXIII

NEMPE una eſt terra,quam quidem plenam uidemus animalibus ſuis: ueruntamen ipſam magnũ corpus in elemẽtis, mundiq; infimã partẽ, cur eam uolunt deam? An quia fœcũda eſt? Cur ergo nõ magis homines diſ ſunt, qui eam fœcundiorem faciunt, excolendo: ſed cum arãt,non cũ adorant? Sed pars animę mũdi,inquiunt,quę per illam permeat,deam illam facit:quaſi non euidentior ſit in hominibus anima,quæ utrum ſit,nulla ſit quæſtio, & tamen homines diſ non habẽtur. Et quod eſt grauiter dolendum,his qui diſ non ſunt, & quibus ipſi meliores ſunt colendis & adorandis mirabili & miſerabili errore ſubduntur. Et certe idem Varro in eodem libro de diſs ſelectis,[a] tres eſſe affirmat animæ gradus in omni uniuerſaq; natura. Vnum,qui omnes partes corporis quæ uiuũt, tranſit,& non habet ſenſum,ſed tantum ad uiuendum ualetudinem. Hanc uim in noſtro corpore permanare dicit in oſſa, ungues, capillos: ſicut in mũdo arbores ſine ſenſu aluntur & creſcunt,& modo quodã ſuo uiuũt. Secundũ gradũ animæ dicit,in quo ſenſus eſt. Hãc uim peruenire in oculos,aures,nares,os,tactum. Tertiũ gradũ animæ eſſe ſummũ,qui uocatur animus, in quo intelligentia præeminet:hoc præter hominem [b] omnes carere mortales:in qua, quoniã homines deo uidentur eſſe ſimiles, hãc partem animæ mundi dicit deum,in nobis autem genium uocari. Sic ergo & in anima mundi tres gradus inſtituens,unam partẽ eius lapides eſſe dicit ac ligna: & hanc terram quam uidemus, quo non permanat ſenſus. Aliam uero, quam ſenſum uocat eius, ut æthera. Tertiam porrò, quam & animam eius nũcupat,quæ ſcilicet peruenit in aſtra:eam quoq; aſſerit facere deos, & per eam quando in terrã permanat, deam Tellurem:quod autẽ inde permanat in mare atq; Oceanum, deum eſſe Neptunũ. Redeat ergo ab hac quam theologiã naturalem putat, quò uelut requieſcẽdi cauſa,ab his ambagibus atq; anfractibus fatigatus egreſſus eſt. Redeat in quam, redeat ad ciuilem,hic eum adhuc teneo, tantiſper de hac ago. Nondum dico ſi terra & lapides noſtris ſunt oſsibus & unguibus ſimiles,ſimiliter eos intelligentiam non habere ſicut ſenſu carent. Aut ſi idcirco habere dicũtur oſſa, & ungues noſtri intelligẽtiam, quia in homine ſunt qui habet intelligẽtiam,tam ſtultus eſt qui hos deos in mundo dicit, quàm ſtultus eſt qui in nobis oſſa,& ungues homines dicit. Sed hęc cum philoſophis fortaſsis agẽda ſunt,nunc autem iſtum adhuc politicum,id eſt ciuilem,uolo. Fieri enim poteſt ut licet in illam naturalis theologiæ ueluti libertatem caput erigere paululum uoluiſſe uideatur,adhuc tamen hunc librũ uerſans,& ſe in illo uerſari cogitans, eum etiam inde reſpexerit:& hoc propterea dixerit,ne maiores eius,ſiue aliæ ciuitates, Tellurem atque Neptunum coluiſſe inaniter credantur. Sed hoc dico,pars animi mundani, quæ per terram permeat,ſicut una eſt terra:cur etiam non unam fecit deam,quam dicit eſſe Tellurem? Quod ſi ita fecit

al. uocari. Eſſe autem in mundo lapides ac terram, quam uidemus, quò non permanat ſenſus, ut oſſa, ut ungues dei, Solem uero, lunã, ſtellas, quæ ſentimus, quibus q; ipſe ſentit, ſenſus eſſe eius. Aethera porrò animã eius: cuius uim, quæ peruenit in aſtra, ipſam quoq; facere deos: & per eam quod in terram &c.

fecit,ubi erit Orcus frater Iouis atq; Neptuni, quem Ditem patrem uocant? Vbi eius cõiunx Proſerpina,quæ ſecundum aliam in eiſdem libris poſitam opinionem,non terræ fœcũditas, ſed pars inferior perhibetur? Quod ſi dicunt animi mundani partem cum permeat terræ partem ſuperiorem, Ditem patrem facere deum: cum uero inferiorem Proſerpinam deam, Tellus illa quid erit? Ita enim totũ, quod ipſa erat, in duas iſtas partes deosq; diuiſum eſt: ut ipſa tertia,quæ ſit,aut ubi ſit,inueniri non poſsit:niſi quis dicat ſimul iſtos deos Orcum atq; Proſerpinam,unam deam eſſe Tellurem: & non eſſe iam tres,ſed aut unam, aut duos: & tamen tres dicuntur,tres habentur,tres coluntur aris ſuis, delubris ſuis,ſacris ſuis, ſimulachris ſuis, ſacerdotibus ſuis:& per hæc etiam fallacibus proſtitutam animam conſtuprantibus dæmonibus ſuis. Adhuc reſpondeatur,quam partem terræ permeet pars mundani animi, ut deum faciat Tellumonem? Non,inquit,ſed una eadem terra habet geminã uim,& maſculinam quod ſemina producat, & fœmininam quod recipiat, atq; nutriat:inde à ui fœminea dictam eſſe Tellurem,à ui maſculina Tellumonẽ. Cur ergo põtifices,ut ipſe indicat,additis quoque alijs duobus,quatuor diſs faciunt rem diuinam,Telluri, Tellumoni,[c] Altori,Ruſori? De Tellure & Tellumone iam dictum eſt. Altori quare? quod ex terra,inquit,aluntur omnia,quæ nata ſunt. Ruſori quare? quod rurſus, inquit, cuncta eodem reuoluuntur.

L. VIVES

Animæ partes tres

a TRes eſſe affirmat animæ gradus.] Pythagoras & Plato tres animæ ſpecies eſſe dicunt: uegetalem, ſenſibilem,& rationis participem. In homine ipſo animam duas habere partes aiunt: alteram rationis expertem,alteram participem: & illam duplicem eſſe, iræ,& Cupidinis: quas omnes locis faciunt diſtinctas: ut Plato ipſe quarto De rep. diſputat. Ariſtoteles trib. illis primis animæ formis, quartam addit ad motũ ſpectantem, quam dicit progreſsibilem. Sed in anima rationali partes illas ſolis putat eſſe diſtinctas miniſteriis, non re ipſa aut loco: idcirco poteſtates nominat, quæ, ut idem in libris moralibus inquit, ad opera referuntur. Alexander Aphrodiſieus quo pacto potentiæ ſint in anima, docet: ſed hæc tractare forſan eſt huic loco alienũ. Illud cõſtet modo, unam eſſe animam, quæ officiis illis fungitur augendi capillos atq; oſſa, afficiendi ſenſu neruos, ratione cor ac cerebrum inſtruendi. b Omnes carere mortales.] Hic locus uarie in uariis codicibus habetur. Alibi enim hoc totũ non ſcribitur, in qua quoniam homines deo uidẽtur eſſe ſimiles,& in eo quòd ſequitur pro genio in aliis ingeniũ habetur. Tum, illa ſic ergo. In aliis ita leguntur ut uerba ſint multum diuerſa, ſed quoniam ſenſus eſt idem nihil neceſſe erit annota re. c Altori.] Dis pater & Proſerpina in antiquis ſacris multinomines erant: ille Dis pater dictus, & Tellumo,& Altor,& Ruſor,& Cocytus. Proſerpina uero Libera,& Orca,& Tellus nutrix. Sic eſt in põtificum libris. Romulus quoq; Altellus eſt dictus ab alendo, quod ipſe ſuos uicinis omnibus inuiſos admirabili aleret arte. Mercurius Trimegiſtus in Aſclepio. Terræ uero & mari dominatur Iuppiter Plutonius: & hic nutritor eſt animantium mortalium & fructiferarum.

De Telluris cognominibus, eorũq; ſignificationibus, quæ etiam ſi erant multarum rerum indices, non multorum deorum debuerunt firmare opiniones. Cap. XXIIII

DEBVIT ergo una terra propter iſtam quadrigeminam uim, quatuor habere cognomina, nõ quatuor facere deos: ſicut tot cognominibus unus Iuppiter, et tot cognominibus una Iuno: in quibus omnibus uis multiplex eſſe dicitur ad unũ deum, uel ad unam deam pertinens: non multitudo cognominum deorum etiam multitudinem faciens. Sed profecto ſicut aliquando etiam ipſas uiliſsimas fœminas earum, quas libidine quæſierũt, tædet pœnitetq; turbarum: ſic animam uilem factam, & immũdis ſpiritibus proſtitutam, deos ſibi multiplicare, quibus contaminanda proſterneretur, ſicut plurimum libuit, ſic aliquando & piguit. Nam & ipſe Varro quaſi de ipſa turba uerecundatus unam deam uult eſſe Tellurem. [a] Eandẽ, inquit, dicunt matrem magnam, quòd tympanum habeat, ſignificari eſſe orbem terræ: quòd turres in capite, opida: quod ſedes fingãtur circa eam, cũ omnia moueantur ipſam nõ moueri. Quod Gallos huic deæ ut ſeruirent, fecerunt: ſignificat eos, qui ſemine indigẽt, terram ſequi oportere, in ea quippe omnia reperiri. Quod ſe apud eam iactant: præcipitur, inquit, qui terrã colunt, ne ſedeant, ſemper enim eſſe quod agãt. Cymbalorum ſonitus, ferramentorum iactãdorum ac manuum, & eius rei crepitus in colendo agro quid ſit, ſignificat [b] quod ferramenta illa erant: ideo ex ære, quod eam antiqui colebant ære, an tequã ferrũ eſſet inuentum. Leonem, inquit, adiungunt ſolutum ac manſuetum, ut oſtendant eſſe nullum genus terræ tam remotum ac uchementer ferum, quod non ſubigi colíq; conueniat. Deinde adiungit, et dicit Tellurem matrẽ, & nominibus pluribus, & cognomin: b. quod nominarunt, deos exiſtimatos eſſe complures.

Tellurem,inquit,putant esse Opem,quod ope- A
ra fiat melior:matrẽ,q; plurima pariat: magnã, quod cibum pariat:Proserpinã,quòd ex ea proserpant fruges: Vestam,quòd uestiatur herbis. Sic alias deas,inquit,nõ absurde ad hanc reuocant. Si ergo una dea est,quæ quidem consulta ueritate nec ipsa est, interim quid itur in multas? Vnius sint ista multa nomina, nõ tam deæ multæ quàm nomina. Sed errantiũ maiorũ auctoritas deprimit,& eundẽ Varronem post hãc sententiã trepidare cõpellit. Adiũgit enim & dicit: Cum quibus opinio maiorũ de his deabus, quod plures eas putarũt esse, non pugnat. Quo B modo non pugnat,cũ ualde aliud sit unã deam nomina habere multa,aliud esse deas multas? Sed potest,inquit,fieri,ut eadem res & una sit, & in ea quædam res sint plures. Concedo,ut in uno homine esse res plures,nũquid ideo & homines plures? Sic in una dea esse res plures, nũquid ideo & deas plures? Verum sicut uolunt, diuidant,conflent,multiplicent,replicent,implicent. Hæc sunt Telluris,& matris magnæ præclara mysteria,unde omnia referũtur ad mortalia semina,& exercendam agriculturam. Itáne ad hæc relata,& hunc finem habentia tympanum, turres, Galli, iactatio insana membrorũ, C crepitus cymbalorũ,confictio leonũ,uitam cuiquam pollicentur æternã? Itáne propterea Galli abscisi huic magnæ deæ seruiunt,ut significẽt qui semine indigeant,terrã sequi oportere:quasi non eos ipsa potius seruitus semine faciat indigere? Vtrum enim sequendo hanc deam,cũ indigeant semen acquirant: an potius sequendo hanc deam,cũ habeant semen amittant? hoc interpretari est,an detestari? Nec attenditur,quãtum maligni dæmones prævaluerint,qui nec aliqua magna his sacris polliceri ausi sunt,& tam crudelia exigere potuerunt. Si dea terra non esset,manus ei homines operando inferrent,ut semina consequerentur per illam: non etiam sibi sæuiendo,ut semina perderẽt propter illam. Si dea non esset,ita fœcunda fieret manibus alienis,ut non cogeret hominem sterilem fieri manibus suis. Iã quod in Liberi sacris honesta matrona pudẽda uirilia coronabat,spectãte multitudine:ubi rubens & sudans,si est ulla frons in hominibus,astabat forsitã & maritus: & quod in celebratione nuptiarũ, c super Priapi scapum noua nupta sedere iubebatur:longe contempti biliora atque d leuiora sunt præ ista turpitudine crudelissima,uel crudelitate turpissima,ubi dæmoniacis artib.sic utercp sexus illuditur,ut neuter suo uulnere perimatur. Ibi fascinatio timetur agrorum,hic membrorum amputatio non timetur. Ibi sic dehonestatur nouæ nuptę uerecundia,c ut nõ solum fœcũditas,sed nec uirginitas adimatur: hic ita amputatur uirilitas,ut nec conuertatur in fœminam,nec uir relinquatur.

L. VIVES

a EAndẽ,inquit,dicũt matrẽ.] Ouidius iiij. Fast. aliam affert sacrorũ magnæ matris rationem. nam tympana & cymbala pulsari ait ad imitationem Corybantum, qui sonitu scutorum & galearum seruarunt Iouem: ideo pro clypeis pulsari tympana ex membranis, pro galeis cymbala ex ære: Turritam gestat ipsa dea coronã, quod ipsa prima turres in urbibus erexit. Gallos ei placere propter Atym: leonibus uectari, q; ipsa iras illorum mollierit. b Quod ferramenta illa erãt.] Alibi hoc deest & sequẽs legit, ideo ære quod &c. c Super Priapi scapum.] Metaphora est usus. nam Scapus est caulis siue stipes herbæ, apud Varronem & Plinium. Significat uirile membrum, quod est in modũ stipitis erectũ. Sũt & Scapi in ædificijs, apud Vitruuiũ. Scapus
d Confusibiliora.] In ueteribus, leuiora legitur, & sensui congruentius. e Vt non solum fœcunditas.] Priapus adhibebatur, ut uiro adiutor esset in adimẽda uxoris uirginitate, & fœminæ in fœcunditate prolis.

Quam interpretationem de abscisione Atys Græcorum sapientium doctrina repererit. Cap. xxv

T Atys ille nõ est commemoratus, nec eius ab isto interpretatio requisita est, in cuius dilectiõis memoriam E
a Gallus abscinditur. Sed docti Græci atq; sapientes, nequaquã rationem tam sanctã atq; præclarã tacuerũt. Propter uernalem quippe faciẽ terrę, quæ cæteris tẽporib. est pulchrior, b Porphyrius Philosophus nobilis Atyn flores significare perhibuit: et ideo abscisum, quia flos decidit ante fructũ. Non ergo D c ipsum hominem, uel quasi hominẽ Atym, sed uirilia eius flori comparauerũt. Ipsa quippe illo uiuente deciderũt: imò uero nõ deciderũt, neq; decerpta, sed plane discerpta sunt. Nec illo flore amisso, quisquam postea fructus, sed potius sterilitas consecuta est. Quid ergo ipse reliquus, & quicquid remãsit abscisso, quid eo significari dicitur? Quo refertur? Quæ interpretatio inde profertur? An hæc frustra moliẽdo nihilq; inueniendo persuadent illud potius esse credendum, quod de homine castrato fama iactauit, literisq; mandatum est? Merito huic aduersatus est Varro noster, neque hoc dicere uoluit: A non enim hominem doctissimum latuit.

L. VIVES

a GAllus absciditur.] Sacerdos Gallus. diximus alibi de his omnibus. Festus tamen inquit Gallos idcirco etiam se excidere, quòd uiolarint parentis nomen, ne & ipsi possint unquam parentes fieri. Apud Bardesanem Syrũ legit in Osroene iussisse Abgarum regem abscindi manus eorum omniũ, qui se excidissent: ita ibi ritum illum cessasse. Macrobius eadem interpretatur in Magna matre, & Atyde, quæ in Venere & Adonide, quæ in Iside & Osiride: fœminas esse terram, uiros solem. b Porphyrius Philosophus.] De Porphyrio alibi. Hæc ipse dicit in libro De ratione naturali deorum: Atys, inquit, & Adonis ad fruges fructusq; spectant: sed per Atym maxime flores significantur, qui prius decidunt quàm ad fructum perueniant: idcirco excisum eum fabulantur, quoniam flores defluxi fructus non tulere. c Ipsum hominem, uel quasi hominem.] Alludit ad Platonis ænigma, quinto de repub. Homo non homo, uidens non uidẽs, percussit non percussit, lapide non lapide, auem non auem, super arbore non arbore. id est eunuchus lusens percussit pumice uespertilionem super sambuco.

De turpitudine sacrorum matris magnæ. Caput xxvi

TEMQVE de mollibus eidẽ matri magnæ contra omnem uirorum
I mulierũq; uerecundiã consecratis, C
qui usq; in hesternũ diem madidis capillis, facie dealbata, fluentibus membris, incessu fœmineo per plateas uicosq; Carthaginis, a etiã à populis unde turpiter uiuerẽt, exigebãt: nihil Varro dicere uoluit, b nec usquam me legisse cõmemini. Defecit interpretatio, erubuit ratio, conticuit oratio. Vicit matris magnæ omẽs deos filios nõ numinis magnitudo, sed criminis. c Huic monstro, nec Iani mõstrositas cõparatur. Ille in simulachris habebat solã deformitatẽ, ista in sacris deformem crudelitatem. Ille mẽbra in lapidibus addita, hæc in hominibus perdita. Hoc dedecus tot Iouis ipsius uitia, & tanta stupra non uincunt. Ille inter fœ- D
mineas corruptelas d uno Ganymede cœlum infamauit, ista tot e mollibus professis & publicis & inquinauit terram, & cœlo fecit iniuriam. Saturnũ fortasse possemus huic in isto genere turpissimæ crudelitatis siue cõferre, siue præferre, qui patrẽ castrasse perhibetur: sed in Saturni sacris homines alienis manibus potius occidi, q; suis abscidi potuerũt. Deuorauit ille filios suos, ut poetæ ferunt: & physici ex hoc interpretantur, quod uolũt: ut autẽ historia prodit, necauit. Sed quod ei Pœni suos filios sacrificauerũt, nõ recepere Romani. At uero ista magna deorum mater etiã Romanis tẽplis castratos intulit, atq; istã sæuitiã morẽq; seruauit: credita uires adiuuare Romanorũ, execando uirilia uirorũ. Quid sunt ad hoc malũ Mercurij furta, Veneris lasciuia, stupra & turpitudines cęterorũ quę profer remus de libris, niũ quotidie cãtarẽtur, et saltarẽ tur in theatris? Sed hęc quid sunt ad tantũ malum, cuius magnitudo magnæ matri tantum modo cõpetebat: præsertim quod illa dicuntur à poetis esse conficta: quasi poetæ idcirco finxerint, quod ea sint diis grata & accepta? Vt ergo fierent uel scriberentur, addacia fuit uel petulantia poetarum. Vt uero diuinis rebus & honoribus eisdem imperantibus & extorquẽtibus numinibus adderentur, quid est nisi crimen deorum, imò uero confessio dæmoniorum, & deceptio miserorum? Verũ illud quod de abscisorũ consecratiõe mater deorũ coli meruit, nõ poetæ cõfinxerũt, sed horrere magis q; canere maluerunt. His ne diis selectis quisquã consecrandus est, ut post mortem uiuat beate, quibus cõsecratus ante mortẽ honeste non potuit uiuere, tam fœdis superstitionibus subditus, & immundis dæmonibus obligatus? Sed hęc omnia, inquit, C referuntur ad mundũ: uideat ne potius ad imũdum. f Quid autẽ non potest referri ad mũdum quod esse demõstratur in mũdo? Nos autem animũ quærimus, qui uera religione consusus, non tanquam deum suum adoret mũdum, sed tanquã opus dei propter deum laudet mũdum, & mundanis sordibus expiatus, mundus perueniat ad deũ, qui cõdidit mundũ. Istos uero selectos deos uidemus quidẽ clarius innotuisse q; cæteros: non tamẽ ut eorum illustrarentur merita, sed ne occultarentur opprobria: unde magis eos homines fuisse credibile est: sicut non solum poeticæ literę, uerumetiã historicæ tradiderunt. Nam quod Verg. ait:

D
g Primus ab æthereo uenit Saturnus Olympo,
Arma Iouis fugiẽs & regnis exul ademptis,

& quæ ad hanc rem pertinentia subsequũtur, h totam de hoc Euhemerus pandit historiam, quam Ennius in Latinũ uertit eloquium. Vnde quia plurima posuerunt, qui contra huiusmodi errores ante nos uel Græco sermone, uel Latino scripserũt, nõ in eo mihi placuit immorari.

L. VIVES

a ETiam à populis unde turpiter uiuerent.] Gallis matris deũm licebat stipẽ à populo poscere lege à Metello lata. Causam Ouid. scribit his uerbis:

Dic, inquam, parua cur stipe quærat opes?
Contulit æs populus, de quo delubra Metellus
Fecit, ait, dandæ mos stipis inde manet.

Cicero in seueriſsimis illis ſuis & ſanctiſsimis ut illis tẽporibus, legib. ſic iubet: Præter Idææ matris famulos, eoſcꝫ iuſtis diebus, ne quis ſtipem cogito. rationem addens inquit: Stipem ſuſtulimus, niſi eam quam ad pauꝯcos dies propriã Idææ matris excepimus. Implet enim ſuperſtitione animos, & exhaurit domos. [illegible]

Ganymedes B [illegible] d Vno Ganymede.] Ganymedes Troi Phrygij regis filius, adoleſcẽs fuit ſpecioſiſsima forma, quem Tantalus uenantẽ maxima celeritate rapuit, & in Cretam perlatũ Ioui dono dedit: hunc Iuppiter habuit in delitijs concubinũ. Fabulantur poetæ Iouem in aquilam uerſum eum rapuiſſe, præfeciſſecꝫ poculis loco Hebes, & Vulcani Iunonis liberorum: uertiſſecꝫ in ſignũ cœleſte, quẽ nunc Aquarium dicimus.

e Mollibus profeſsis.] Id eſt qui molliciẽ profitebãtur, & flagitia obſcœniſsima. f Cui enim hic mũdus.] Mirũ q̃ aliter alibi ſcribat ſic: Quid autẽ nõ poteſt referri ad mundũ quod eſſe demõſtratur in mũdo? g Primus ab æthereo.] Verg. viij. Aeneid. uerbis Euãdri ad Aeneã. h Totam de hoc Homerus pandit hiſtoriam.] Euhemerus habent uetereſ libri, & certũ eſt ſic eſſe legendum. nam hic, ut dixi, ſcripſit ſacram hiſtoriam.

De phyſiologorum figmẽtis, qui nec ueram diuinitatẽ colunt, nec eo cultu quo coleda eſt uera diuinitas, XXVII

PSAS phyſiologias cum cõſidero quibus docti & acuti homines has
I res humanas conãtur uertere in res diuinas: nihil uideo niſi ad tempora
lia terrenaꝫ opera, naturãꝫ corpo
ream: uel etiam ſi inuiſibilẽ, tamen mutabilẽ potuiſſe reuocari, quod nullo modo eſt uerus deus. Hoc autẽ ſi ſaltẽ religioſitati cõgruis ſignificatiõibus ageretur, eſſet quidẽ dolendum, non
D his uerum deum annunciari, atꝫ prædicari: tamen aliquo modo ferendũ tam fœda & turpia non fieri, nec iuberi. At nũc cum pro deo uero, quo ſolo anima ſe inhabitante fit felix, nefas ſit colere aut corpus aut animã: quanto magis nefarium eſt iſta ſic colere, ut nec ſalutẽ, nec decus humanum corpus aut anima colentis obtineat. Quamobrẽ ſi templo, ſi ſacerdote, ſi ſacrificio, quod deo uero debetur, colatur aliquod elemẽtum mũdi: uel creatus aliquis ſpiritus, etiã ſi nõ immũdus et malus, nõ ideo eſt malum, quia illa mala ſunt quibus colitur, ſed quia illa ſunt talia,
A quibus ſolus ille colendus ſit, cui talis cultus ſeruituſcꝫ debetur: Si autẽ ſtoliditate uel mõſtroſitate ſimulachrorũ, ſacrificijs homicidiorũ, coronatione uirilium pudendorũ, mercede ſtuprorum, ſectione membrorũ, abſciſione genitaliũ, conſecratione mollium, feſtis impurorũ obſcœnorumcꝫ ludorũ, unum uerum deũ, id eſt omnis animæ corporiſcꝫ creatorẽ colere ſe quiſcꝫ contendat: nõ ideo peccat, quia nõ eſt colẽdus, quẽ colit, ſed quia colendũ, non ut colendus eſt, colit. Qui uero & rebus talibus, id eſt turpibus & ſceleſtis: et non deum uerũ, id eſt animæ corporiſcꝫ factorẽ, ſed creaturã quamuis nõ uitioſam colit, ſiue illa ſit anima, ſiue corpus, ſiue anima ſimul & corpus, bis peccat in deũ, quod & pro ipſo colit, quod nõ eſt ipſe: & talibus rebus colit, qualibus nec ipſe colẽdus eſt, [e]nec nõ ipſe. Sed hi quo nam modo, id eſt q̃ turpiternephariecꝫ coluerint in promptu eſt. Quid autẽ, uel quos coluerint eſſet obſcurũ, niſi eorũ teſtaretur hiſtoria, ea ipſa quæ fœda & turpia cõfitentur numinibus terribiliter exigẽtibus reddita. Vnde remotis conſtat ambagibus, nepharios dæmones atcꝫ immũdiſſimos ſpiritus, ab omni ciuili theologia in uiſendis ſtolidis imaginibus, et
c per eas poſsidẽdis etiã ſtultis cordib. inuitatos.

L. VIVES

a NEc ipſe colendus eſt, nec non ipſe.] Nulla res eo genere cultus eſt colenda, necꝫ deus, necꝫ aliud quicquam, quod non ſit deus: nam cultus ille ex ſe eſt nepharius & impius.

Quod doctrina Varronis de theologia in nulla ſibi parte concordet. Caput XXVIII

VID igitur ualet quod uir doctiſsimus et acutiſsimus Varro uelut ſub
q tili diſputatione hos omnes deos in cœlum & terram redigere ac referre conatur, & nõ poteſt? Fluunt de manibus, reſiliũt, labuntur, & decidũt. Dicturus enim de fœminis, hoc eſt de deabus: quoniã, inquit, ut in primo libro dixi de locis, duo ſũt principia deorũ animaduerſa de cœlo et terra, à quo dij partim dicũtur cœleſtes, partim terreſtres: ut in ſuperioribus initiũ fecimus à cœlo cũ diximus de Iano: quem alij cœlum, alij dixerũt eſſe mundũ: ſic de fœminis initiũ ſcribendi fecimus à tellure. Sẽtio quantã moleſtiam tale ac tantũ patiatur ingeniũ. Ducitur enim quadam ratione ueriſimili, cœlũ eſſe quod faciat, terram quæ

patiatur

patiatur: & ideo illi maſculinã uim tribuit, huic
A fœmininam: & nõ attendit eum potius eſſe qui hæc facit, qui utruncꝫ fecit. "Hinc etiam Samothracũ nobilia myſteria in ſuperiore libro ſic interpretatur, eacꝫ ſe quæ nec ſuis nota ſunt ſcribẽdo expoſiturũ, eiſcꝫ miſſurũ quaſi religioſiſſime pollicetur. Dicit enim ſe ibi multis indicijs collegiſſe in ſimulachris, aliud ſignificare cœlũ, aliud terram, aliud exempla rerũ, [b]quas Plato appellat ideas: cœlũ Iouem, terram Iunonem, ideas Mineruam uult intelligi. Cœlũ à quo fiat aliquid: terram, de qua fiat: exemplum, ſecundũ quod fiat. Qua in re omitto dicere, quod Plato
B illas ideas tantam uim habere dicit, ut ſecundũ eas non cœlum aliquid fecerit, ſed etiã cœlum factum ſit. Hoc dico iſtum in libro ſelectorum deorũ rationẽ illam trium deorũ, quibus quaſi cũcta complexus eſt perdidiſſe. Cœlo enim tribuit maſculos deos, fœminas terræ. Inter quas poſuit Mineruã, quam ſupra ipſum cœlũ ante poſuerat. Deinde maſculus deus Neptunus in mari eſt, quod ad terrã potius q̃ ad cœlũ pertinet. Dispater poſtremo, [c]qui Græce πλούτων dicitur, etiã ipſe maſculus frater amborũ terrenus deus eſſe phibetur: ſuperiorẽ terrã tenẽs, in infe
C riore habens Proſerpinã cõiugẽ. Quomodo ergo deos in cœlo, deas in terra eſſe perhibẽt, qui rurſus deas ad terrã, deos ad cœlũ referre conãtur? Quid ſolidũ, quid conſtans, quid ſobrium, quid definitũ habet hæc diſputatio? Illa aũt eſt tellus initium dearũ, mater ſcilicet magna, apud quam molliũ & abſciſorũ ſeſecꝫ ſecantiũ atcꝫ iactãtium inſana perſtrepit turpitudo. Quid eſt ergo quod dicitur, caput deorũ Ianus, caput dearum Tellus: nec ibi facit unũ caput error, nec hic ſanũ furor? Cur hæc fruſtrà referre nituntur ad mundum, [d]quaſi poſsit pro deo uero mundus, uel opus pro factore coli? Et tamẽ eos, nec hoc
D poſſe ueritas aperta conuincit. Referant hæc potius ad homines mortuos, & ad dæmones peſſimos, & nulla quæſtio remanebit.

L. VIVES

HInc etiam Samothracũ nobilia.] Dixi alibi de his dijs. Varro li. iiij. De ling. Lat. magnos deos, qui & Samothraces ſunt, cœlũ & terrã eſſe dicit, Iouem & Iunonem. Additur Minerua, quibus tribus Capitolium eſt ſacratum, excellentiſsimum in urbe templum. Inter Græcos ipſos non ſatis conſtat, qui dicantur dij Samothraces. Adſcribam quæ memini me ſuper his apud interpretem Apollonij legiſſe:

Dij Samothraces

Καλέσας τὸς ἐν τῇ σαμοθράκῃ ἱδρυθέντας, ὧν καὶ μνήσεσθαι φησι τὰ ἀνάκτορα. Τίνας οὖν ἆρα τοὺς ἀριθμοὺς, ἀξιόκερσα, ἀξιόκερσος· Ἀξιόκερσα, ἣν δ' ἔγὼ ἡ δημήτηρ· ἀξιόκερσα ὁ περσεφόνη· ἀξιόκερσος ὁ ἅιδης.

Plutoni

c Qui Græce πλούτων.] A diuitijs ſic nominatus, qui apud illos eſt πλοῦτος. ideo Latini Ditem uocarunt, & diuites dites. Ex abditis enim terræ uelut ex eius regno metalla & gẽmæ opes hominũ eruuntur, idcirco is deus ſubterranea Hiſpaniæ incolere ueteribus dictus eſt, ut Strabo refert. q̃ ibi eſſet magna metallorum omnis generis copia, tum etiã è terra emergunt fruges, & paſcua pecorum, unde pecunia, & peculium, ut dixi. d Nec ibi facit unum caput error.] Quia Ianus biceps, & ſacerdotes magnæ matris inſani. e Quaſi poſsit.] Alibi ſic: quod etſi poſsint, mundum nemo pius colit.

Quod omnia quæ phyſiologi ad mũdum partesq̃ ipſius retulerunt ad unum uerum deum referre debuerũt. Caput XXIX

ANQVE omnia quæ ab eis ex iſto
N tum deorũ theologia uelut phyſicis rationibus referũtur ad mundũ, q̃ſine ullo ſcrupulo ſacrilegæ opinionis deo potius uero qui fecit mundum, omnis animæ & omnis corporis conditori tribuantur: aduertamus hoc modo. Nos deũ colimus, non cœlũ, & terram, [f]quibus duabus

partibus mundus hic conſtat: nec animam uel animas per uiuentia quæcunq; diffuſas, ſed deum qui fecit cœlum & terram, & omnia quæ in eis ſunt. Qui fecit omnẽ animam, ſiue quocũq; modo uiuentẽ, & ſenſus & rationis expertem: ſiue etiam ſentientẽ, ſiue etiam intelligentẽ. [b]Et ut iam incipiã illa unius et ueri dei opera percurrere, propter quę iſti ſibi dum quaſi honeſte conantur ſacramenta turpiſſima & ſceleſtiſſima interpretari, deos multos falſoſq; fecerũt: illum deum colimus qui naturis à ſe creatis et ſubſiſtẽdi, & mouẽdi initia finesq; cõſtituit, qui rerum cauſas habet, nouit atq; diſponit: qui uim seminum condidit: qui rationalẽ animam, quod dicitur animus, quibus uoluit uiuentibus indidit: qui ſermonis facultatem uſumq; donauit: qui munus futura dicẽdi, quibus placuit ſpiritibus impartiuit: & per quos placet futura prædicit: et per quos placet malas ualetudines pellit: qui bellorum quoq; ipſorũ, cum ſic emendandũ & caſtigandum eſt genus humanũ, exordijs, progreſſibus finibusq; moderatur. Qui huius mũdi ignem uehemẽtiſſimũ & uiolentiſſimũ pro immenſæ naturæ temperamento, & creauit, & regit: qui uniuerſarũ aquarum creator, & gubernator eſt: qui ſolem fecit corporaliũ clariſſimũ luminũ, eiq; uim cõgruam & motũ dedit. [c]Qui ipſis etiã inferis dominationem ſuam, poteſtatemq; nõ ſubtrahit: qui ſemina & alimẽta mortalium, ſiue arida, ſiue liquida naturis competẽtibus attributa ſubſtituit. Qui terram fundauit atq; fœcundat: qui fructus eius animalibus, hominibusq; largitur: qui cauſas, non ſolum principales, ſed etiã ſubſequentes nouit, atq; ordinat: qui lunæ ſtatuit motũ ſuum: qui uias cœleſtes atq; terreſtres locorũ mutationib. præbet. Qui humanis ingenijs, quæ creauit, etiã ſcientias artiũ uariarũ, ad adiuuandam uitam, naturamq; cõceſſit. Qui coniunctionẽ maris & fœminæ ad adiutoriũ propagãdæ prolis inſtituit: qui hominũ cœtib⁹, quẽ focis & luminib. adhiberẽt, ad facillimos uſus munus terreni ignis indulſit. Iſta ſunt certe quę dijs ſelectis, neſcio per quas phyſicas interpretationes, uir acutiſſimus atq; doctiſſimus Varro, ſiue quę aliunde accepit, ſiue quæ ipſe coniecit, diſtribuere laborauit.

L. VIVES

a Vibus duabus partibus.] Sicut in exordio Geneſeos: In principio creauit deus cœlum & terram, quibus duobus mũdus hic continetur, ut per cœlum cœleſtia, per terram mortalia omnia intelligantur. b Et ut iam incipiam.] Epilogo colligit uires deorum omnium, de quibus egit. c Qui ipſis etiam inferis.] Iob. xl. & xli. ca. de potentia dæmoniorũ à deo ipſis permiſſa.

Qua pietate diſcernatur à creaturis creator, ne pro uno tot diſ colantur, quot ſunt opera unius autoris. XXX

AEC autem facit, atq; agit unus uerus deus. Sed ſicut idem deus ubiq; totus, nullis incluſus locis, nullis uinculis alligatus, in nullas partes fectilis, ex nulla parte mutabilis, implens cœlum & terrã præſente potentia[a] nõ abſente natura. Sic itaq; adminiſtrat omnia quæ creauit, ut etiam ipſa proprios exercere, & agere motus ſinat. Quãuis enim nihil eſſe poſſit ſine ipſo, non tamẽ ſunt ulla, quod ipſe. Agit autem multa, etiam per angelos, ſed non niſi ex ſeipſo beatificat angelos. Ita quãuis propter aliquas cauſas hominibus angelos mittat: non tamen ex angelis homines, ſed ex ſeipſo, ſicut angelos beatificat. Ab hoc uno & uero deo, uitam ſperamus æternam.

L. VIVES

a NOn abſente natura.] In antiquis eſt: Non indigente natura, qualis eſt cæterorum deorũ, qui adiutoribus indigent.

Quibus proprie beneficijs dei, excepta generali largitate, ſectatores ueritatis utantur. Cap. XXXI

ABEMVS enim ab illo præter huiuſcemodi beneficia, quæ ex hac, de de qua nonnulla diximus, adminiſtratione naturæ bonis, maliſq; largitur, magnum, & bonorũ propriũ magnæ dilectionis indicium. Quanquã enim, quod ſumus: quod uiuimus: quod cœlum terramq; cõſpicimus: quod habemus mentẽ atq; rationem, qua eum ipſum, qui hæc omnia condidit, inquiramus, nequaquã ualeamus actioni ſufficere gratiarũ: tamẽ quod nos oneratos, obrutosq; peccatis, & à contemplatione ſuæ lucis auerſos, ac tenebrarũ, id eſt iniquitatis dilectiõe cęcatos, nõ omnino deſeruit, Miſitq; nobis uerbũ ſuũ, qui eſt eius unicus filius, quo pro nobis in aſſumpta carne nato, atq; paſſo, [a]quãti deus hominem penderet noſceremus, atq; illo ſacrificio ſingulari à peccatis omnibus mundaremur, eiusq; ſpiritu in cordibus noſtris dilectione diffuſa, omnibus difficultatib. ſuperatis in æternã requiem

requiem, & contẽplationis eius ineffabilem dulcedinem ueniremus: quæ corda, quot linguæ ad agendas ei gratias ſatis eſſe contenderint?

L. VIVES

a QVanti deus hominem penderet.] Paulus ad Romanos viij. Qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.

Quod ſacramentũ redẽptionis Chriſti, nullis retro temporibus defuerit, ſempercq; ſit diuerſis ſignificatiõibus prædicatum. Cap. XXXII

OC myſterium uitæ æternæ iam in de ab exordio generis humani per quædam ſigna & ſacramenta tẽporibus congrua, quibus oportuit per angelos prædicatũ eſt. Deinde populus Hebræus in unã quãdam rempublicam quæ hoc ſacramentum ageret, congregatus eſt, [a]ubi per quoſdam ſcientes, per quoſdã neſcientes, id quod ex aduentu Chriſti[b] uſque nunc, & deinceps agitur, prænunciaretur eſſe uẽturum: ſparſa etiã poſt eadẽ gente per gentes [c]propter teſtimoniũ ſcripturarum, quibus æterna ſalus in Chriſto futura prædicta eſt. Omnes enim non ſolũ prophetiæ, quæ in uerbis ſunt: nec tantum præcepta uitæ, quæ mores pietatemq; conformant, atq; illis literis cõtinentur, uerũetiam ſacra, ſacerdotia, tabernaculum, ſiue templũ, altaria, ſacrificia, cęremonię, dies feſti, & quicquid aliud ad eam ſeruitutẽ pertinet, quæ deo debetur, & Græce proprie latria dicitur, ea ſignificata & prænunciata ſunt, quæ propter æternam uitam fideliũ in Chriſto & impleta credimus, & impleri cernimus, & implenda confidimus.

L. VIVES

a VBi per quoſdam ſcientes, per quoſdam neſciẽtes.] Prophetæ nec omnes ſua uaticinia intelligebant, nec qui intelligebant, omnia intelligebant. Non enim ex ſe loquebantur, ſed ex ſuperiore dei afflatu, cuius conſilia non omnia erãt eis manifeſta, ut baturq; deus illis non uelut conſultis futurorũ, ſed inſtrumentis, quibus homines alloqueretur. Et ſi negandum non eſt ſummam uiſionum, hoc eſt id quo prophetiæ omnes referebãtur, eſſe illis à deo patefactum, puta de Meſſia uenturo. Gentiles quoq; non omnia quæ Sibyllæ & reliqui diuino furore concitati prædicebãt, exiſtimabant ab eis intelligi: ſine ratione enim & mente ea fundebant, nec ſui erant compotes: quippe qui exuti actione propriæ animæ, pro anima deum haberẽt. Idcirco Iãblichus ſacerdotes, Sibyllas & prophetas ait, quo prudentiores ſunt, magiſq; & ſobrij, & ſui compotes, eo minus obſcuriusq; uaticinari. Tũc demum apertiſſime & optime prædicere futura, quum toti à deo corripuntur. Hæc & alia ipſe in myſterijs. b VSque nunc & deinceps agitur.] Nondum enim finis eſt prophetiarũ: & quanquam ſumma earum abſoluebatur in Chriſto, nihilominus tamẽ ex eo quædam naſcunt, ad quæ prophetarum oracula quædã peculiaria ſpectant, quale eſt illud non apud unum prophetã de reliquijs Iſrael, quæ omnes in fine ſeculi ſeruabuntur. c Propter teſtimonium ſcripturarũ.] Vt ſcripturas ſuas per orbẽ totum cunctasq; gentes ſpargerent, quibus tam aperte quæ in Chriſto ſecuta ſunt, erant prædicta, ut nemo eas legat, qui ſi Chriſti acta totamq; uitam cognoſcat, dubitare poſſit, quin ille ipſe ſit, de quo illa præcinuntur.

Quod per ſolam Chriſtianã religionem manifeſtari potuerit fallacia ſpirituum malignorum de hominũ errore gaudentium. Cap. XXXIII

ER hanc ergo religionẽ unam et ueram, potuit aperiri deos gentiũ eſſe immũdiſſimos dæmones, ſub defunctarũ occaſionibus animarũ, uel creaturarũ ſpecie mundanarũ deos ſe putari cupientes, & quaſi diuinis honoribus eiſdẽq; ſceleſtis ac turpibus rebus ſuperba impuritate lætãtes, atq; ad uerũ deum conuerſionem humanis animis inuidentes. Ex quorũ imaniſſimo & impijſſimo dominatu homo liberatur, cũ credit in eum, qui præbuit ad exurgendum tantæ humilitatis exemplũ, quãta illi ſuperbia ceciderũt. Hinc ſunt non ſolum illi, de quibus multa iam diximus, & alij atq; alij ſimiles cæterarũ gẽtium atq; terrarũ, ſed etiã hi, de quibus nũc agimus tanquã in ſenatu deorũ ſelecti: ſed plane ſelecti nobilitate criminũ, nõ dignitate uirtutũ. Quorũ ſacra Varro, dũ quaſi ad naturales ratiões referre conatur, quærẽs honeſtare res turpes, quomodo his quadret, et cõſonet, nõ poteſt inuenire: quoniã nõ ſunt ipſæ illorum ſacrorũ cauſæ quas putat, uel potius uult putari. Nam ſi non ſolũ ipſę, uerũ etiã quęlibet aliæ huius generis eſſent, quãuis nihil ad deum uerũ uitãq; ęternã, quę in religiõe quærẽda eſt, pertinerẽt: tamẽ qualicũq; de rerũ reddita ratione, aliquantulũ mitigarent offenſionẽ, quã non intellecta in ſacris aliqua uelut turpitudo aut abſurditas fecerat: ſicut in quibuſdã theatrorũ fabulis uel delubrorũ myſterijs facere idẽ Varro conatus eſt. Vbi nõ theatra delubrorũ ſimilitudine abſoluit, ſed theatrorũ potius ſimilitudine delubra damnauit: tamẽ utcũq; conatus eſt, ut ſenſum horribilibus rebus offenſum uelut naturalium cauſarũ ratione reddita deliniret.

De libris Numę Põpilij, quos ſenatus ne ſacrorũ cauſæ quales in eis habebãtur innoteſcerent, iuſſit incendi. XXXIIII

ED contra inuenimus,ſicut ipſe uir doctiſſimus prodidit de Numę Pompilij libris, redditas ſacrorũ cauſas nullo modo potuiſſe tolerari:nec dignas habitas quæ non ſolũ lectę in noteſcerent religioſis,ſed ſaltem ſcriptæ recõderentur in tenebris. Iam enim dicam,quod in tertio huius operis libro,me ſuo loco dicturũ eſſe promiſeram. [a]Nam ſicut apud eundẽ Varronẽ legitur in libro de cultu deorũ: Terentius quidam,cũ haberet ad Ianiculum fundum, & bubulcus eius iuxta ſepulchrũ Numæ Põpilij tra|ſiciens aratrum,eruiſſet ex terra libros eius, ubi [b]ſacrorum inſtitutorũ ſcriptæ erãt cauſæ, [b]in urbem pertulit ad prætorẽ. At ille cum inſpexiſſet principia,rem tantam detulit ad ſenatũ. Vbi cum primores quaſdã cauſas legiſſent,cur quidque in ſacris fuerit inſtitutum, Numæ mortuo ſenatus aſſenſus eſt,eoſcę libros tanquam [c]religioſi patres cõſcripti,prætor ut cõbureret, cenſuerunt. Credat quiſcę quod putat,imò uero dicat quod dicendum ſuggeſſerit ueſana contentio,quilibet tãtæ impietatis defenſor egregius. Me admonere ſufficiat,ſacrorum cauſas, à rege Pompilio Romanorum ſacrorum inſtitutore conſcriptas,nec populo,nec ſenatui,nec ſaltẽ [c]ipſis ſacerdotib. innoteſcere debuiſſe,ipſumcę Numam Pompiliũ curioſitate illicita,ad ea dæmonum perueniſſe ſecreta,quæ ipſe quidẽ ſcriberet,ut haberet,unde legendo cõmoneretur: Sed ea tamen cum rex eſſet,qui minime quenquam metueret,nec docere aliquem,nec delendo,nec quoquo modo cõſumendo perdere auderet:ita quod ſcire neminẽ uoluit,ne homines nefaria doceret:uiolare autẽ timuit, ne dæmones iratos haberet:obruit,ubi tutũ putauit, [d]ſepulchro ſuo propinquare aratrũ poſſe non credens. Senatus autem cum religiones formidaret damnare maiorum,& ideo Numę aſſentire [D]cogeretur, illos tamẽ libros tam pernicioſos eſſe iudicauit:ut nec obrui rurſus iuberet, ne humana curioſitas multo uehementius rem iam proditã quæreret, ſed flãmis aboleri nefanda monimenta:ut quia iam neceſſe exiſtimabãt ſacra illa facere,tolerabilius erraretur, cauſis eorũ ignoratis,cę cognitis,ciuitas turbaretur.

L. VIVES

[a] NAm ſicut apud eundem Varronem.] Hiſtoria eſt apud Liuium,& Valeriũ,& Plinium,& Lactantium. Liuius & hunc, ut aſſolet,ſecutus Valerius,L. Pætilium dicunt inueniſſe libros, Plin. Caſſij Heminæ autoritate Gn. Terentium,& unam arcam, nõ duas. Li. cõſules eo anno ſcribit C. Bebium Pãphilum, & M. Aemilium Lepidum. Hemina pro hoc P. Cornelium Cethegum habet,& hos anno poſt Numæ regnũ dxxxv. De libris opiniones multorum ſcire qui cupit, Plinium adeat lib. xiij. ca. xiij. [b] In urbem pertulit ad prætorẽ.] Q. Pætilium cõuenit ſic uocatum,ſed alij petiſſe prætorẽ legendos aiunt,alij ſcribã ſuapte ſponte tuliſſe. Hiſtoria eſt lib. xl. Liuij. & apud Plinium, & Valer. lib. i. Satis eſt locos indicaſſe. In urbẽ pertuliſſe ait, tametſi Numæ ſepulchrum in urbe erat, nempe regione xiij. in Ianiculo: ſed quod ea transtiberina erat, qui ad forum & curiã ueniebant in urbem: rure uidebãtur uenire. [c] Tanquam religioſi patres.] Quaſi metu ali quo tangerentur religionis,ne illa euulgarẽtur, quæ ibi erant ſcripta. Quod periculum eſſet religionibus ab illis ſi notiora fierẽt. Alibi legitur, libros religioſos. q. religionem incutientes animis: id eſt ſcrupulos in religione, quod uulgo dicimus,perturbari cõſcientias. Hoc eſt enim latine religionẽ inijcere: niſi quis malit legere irreligioſos. [d] Sepulchro ſuo.] Sepulchrorum uetuſtiſſima fuit religio, ne quis uiolaret, deijceret, frãgeret: quæ lex nõ modo in xij. fuit,& in Solonianis, ſed etiã in antiquiſſimis Numæ,ac Latinorũ, Græcorũq; quæ nõ tam ad ius ciuile profanum, cã ad ſacra, religionesq; pertinere uidebatur, quod ſepulchra uelut templa quædã eſſe deorum manium exiſtimarẽtur. Ideoq; inſcribebãt in eis D. M. S. id eſt diſs manibus ſacrum: & quæ illis celebrarentur ſacra necia ſunt dicta. Cic. ij. De leg.

De hydromantia,per quam Numa, uiſis quibuſdam dæmonum imaginibus,ludificabatur. Cap. xxxv

AM & ipſe Numa,ad quem nullus dei Propheta,nullus ſanctus angelus mittebatur, [N][a]hydromantiam facere compulſus eſt:ut in aqua uideret imagines deorum,uel potius ludificationes dæmonum,à quibus audiret,quid in ſacris conſtituere,atque obſeruare deberet. Quod genus diuinationis,idem Varro à Perſis dicit allatum. quo & ipſum Numam, & poſtea Pythagorã Philoſophum uſum fuiſſe cõmemorat: ubi adhibito ſanguine etiam inferos perhibet ſciſcitari: & νεκυομαντίαν Græce dicit uocari. Quę ſiue hydromãtia,ſiue necromãtia dicatur, idipſum eſt,ubi uidentur mortui diuinare. Quibus hæc artib. fiant,ipſi uiderint. Nolo enim dicere has artes etiam ante noſtri ſaluatoris aduentum in ipſis ciuitatibus gentium legibus ſolere prohiberi, & pœna ſeueriſſima uindicari. Nolo inquã hoc dicere: fortaſsis enim talia tũc licebant, His tamẽ artib. didicit ſacra illa Põpilius, quorum ſacrorũ facta prodidit,cauſas obruit: ita timuit,& ipſe q d'didicit,quarũ cauſarũ proditos libros ſenatus incẽdit. Quid mihi ergo Varro illorum

illorũ ſacrorũ alias neſcio quas cauſas uelut phyſicas interpretatur: quales,ſi libri illi habuiſſent, non uticę arſiſſent: aut & iſtos [c]Varróis ad Cæſarem pontificẽ ſcriptos,atcę æditos,patres cõſcripti ſimiliter incẽdiſſent. Quod ergo aquam egeſſerit,id eſt exportauerit Numa Pompilius, unde hydromantiã faceret, ideo [d]Nympham Aegeriã cõiugem dicitur habuiſſe,quemadmodum in ſupradicto libro Varronis exponitur. Ita enim ſolent res geſtę aſperſione mendaciorum in fabulas uerti. In illa igitur hydromãtia curioſiſſimus ille rex Ro. & ſacra didicit,quæ in libris ſuis põtifices haberẽt: & eorũ cauſas,quas [B]præter ſe neminẽ ſcire uoluit. Itacę eas ſeorſum ſcriptas ſecũ quodãmodo mori fecit, quãdo ita ſubtrahendas hominũ notitiæ, ſepeliẽdasq; curauit. Aut ergo dæmonũ illic tam ſordidę et noxiæ cupiditates erãt cõſcriptę, ut ex his tota illa theologia ciuilis etiã apud tales hoſtes execrabilis appareret,qui tam multa in ipſis ſacris erubeſcẽda ſuſceperãt: aut illi omnes nihil aliud cę homines mortui prodebantur,quos tam prolixa tẽporis uetuſtate fere omnes populi gentiũ deos immortales eſſe crediderant,cũ & talibus ſacris ijdem illi dæmones oblectarẽtur, qui ſe colẽdos pro ipſis mortuis,quos deos putari fecerãt,quibuſdam fallaciũ miraculorũ atteſtatiõibus ſupponebant. Sed occulta dei ueri prouidentia factum eſt, ut & Põpilio amico ſuo illis cõciliati artibus,quibus hydromãtia fieri potuit,cũcta illa cõfiteri permitterẽtur: & tamen ut moriturus incẽderet ea potiuscę obrueret,admonere nõ permitterẽtur: qui ne innoteſcerẽt, nec aratro quo ſunt eruta obſiſtere potuerũt, nec ſtylo Varronis,quo ea quæ de hac re geſta ſunt, in noſtrã memoriã peruenerũt, Nõ enim poſſunt, quod non ſinũtur efficere: ſinuntur autẽ alto dei ſummi iuſtoq; iudicio pro meritis eorũ,quos ab eis uel affligi tantũ,uel etiã ſubijci,ac decipi iuſtum [D]eſt. Quàm uero pernicioſę uel à cultu ueræ diuinitatis alienæ illæ literæ iudicatæ ſint, hinc intelligi poteſt,quod eas maluit ſenatus incendere,quas Pompilius occultauit, [e]cę timere quod timuit,qui hoc audere nõ potuit. Qui ergo nec felicem in futuro uitam,nec modo habere uultpiam,talibus ſacris mortẽ quærat æternã. Qui autẽ cum malignis dæmonibus non uult habere ſocietatem, non ſuperſtitionem, qua colũtur noxiam, pertimeſcat,ſed ueram religionẽ, qua produntur & uincuntur,agnoſcat.

L. VIVES

[a] HYdromantiam facere.] Ὑδρομαντεία ad uerbũ eſt aquæ diuinatio. Multis enim modis fiebat olim diuinatio. Nam uel ex terra petebatur, & erat gæomantia: uel ex igne & pyromantia, quæ eadem igniſpicina: cuius autor, ut inqt Plinius, Amphiaraus. Vel ex fumo, quæ capnomantia: uel ex auibus, quæ auguria: uel ex extis, quæ aruſpicina, in qua multũ Ethruſci ualuerunt,& Ianus apud Heleos Apollinis filiũs: & poſt eum Thraſybulus, qui canem inſpiciebãt ſectum ie cur oſtendentẽ. Vel ex cribro, quæ coſcinomantia: uel ex ſecuribus, quæ axinomãtia: ex herbis, botanomãtia ſagarum ars: uel ex mortuis, quæ necromantia ſeu necyomantia: uel ex aſtris, quæ aſtronomia, in qua quiperitiſſimi dicuntur Chaldæi, etiam ſi in Chaldæa nõ ſint nati. Ex ſortibus, cleromantia: ex manuum lineamentis, chiromãtia: ex facie ipſa & filo totius corporis, phyſiognomia: uel ex piſcibus, quæ ichthyomãtia, quæ obiecta eſt Apuleio: uel ex palpitatione oculorum, quæ ſaliatio,& palmicum augurium. tum ſomniorum coniecturæ,& omnia quæ latiſsime patebãt, ad uiſa, & audita, in quis erant fulgura,& fulgetræ, mõſtra, uoces, ſteri nutamẽta. Iam dæmonũ euocandorũ mille artes, quas ſatius eſt ne nominari quidem. Hydromantiam ad ultimum reſeruaui, quoniã agimus de ipſa, ea nõ fit ſimpliciter. nã & in ampulla uitrea impoſita aqua, quæ à puero inſpicitur, quam gaſtromantiam dicunt, à tumore & uentricoſitate ampullæ. Tum & in peluim aqua infuſa quæ lecanomantia. Huius peritiſſimos tradit Strabo eſſe in Aſia illa,& plurimos. Michael Pſellus de dæmonibus idem affirmat,ac quomodo fiat, docet: dæmonibus in fundo repentibus ſonitũq; leuem exilemq; emittentibus,ac obſcurum,ne plene poſsit percipi,nec mendacia deprehendi, ſed quicquid eueniat, hoc putentur dixiſſe. Inſpectabant & in fontibus plericq;, indeq; imaginibus oblatis uidere ſibi futura uidebantur. Sic Pauſanias apud Aegienſes Achaiæ ſcribit, templũ eſſe Cereris, ac fontẽ proximum in quem ægri poſt peracta ſacra deſpectãtes morbi ualetudinisq; exitum uidẽt. Iam blichus Colophoni ſubterraneũ fuiſſe locum narrat, in quo fons erat, de quo ſacerdos ſtatis nocturnis ſacris operatus guſtabat, reddebatur que inuiſibilis, & conſulentibus reſpõſa dabat. Idem ſcribit in Brãchidẽ fatidicam mulierẽ ſolitam in axe ſedere, aut manu uirgulam tenere ab aliquo dearũ datam, aut pedem limbúmue in aquã tingere, uel ex aqua hauſtulũ ſorbere, hiſcq; modis diuino afflatu impleri. Apuleius in Apologia de magia, Varronẽ ſcribit narrare: Trallibus de euẽtu Mithridatici belli magica percõtatione cõſulentibus puerum in aqua ſimulachrũ Mercurij contemplantẽ, quæ futura erant clx. uerſibus cecinifſe. Sed credo quatinus pueri meminit, de gaſtromantia intelligi. Hoc ultimo diuinãdi genere fonte inſpecto uſus eſt Numa. Plutarch. in Cæſare mulieres fuiſſe tradit in Germania, quæ ex fluminũ curſu uorticibus,& ſtrepitu futura conijcerent. [b] Et poſtea Pythagorã.] Optime obſeruata ratiõe temporũ. Nam multis annis obijt Numa ante Pythagoram natũ. Cõtra quoſdã, qui Pythagorã ab illo auditũ ferũt: quos ſecutus eſt Ouidius. Sed poetæ hoc dicere non erat tam turpe, cę hiſtorico. [c] Varronis ad Cæſarẽ pontificẽ.] C. Cæſar dictator Põt. Maximus fuit, ad quẽ Varro de antiquitatib. ſcripſit. [d] Nymphã Aegeriã.] Hãc ſunt qui putẽt ex muſis unã fuiſſe, unde lucus ille in quo erat dea, Camœnarũ dicebat. Alij Nymphã fontiũ fuiſſe uerſamq; à Diana in fontẽ poſt Numæ mortẽ. Ouid. xv. Meta. ab egerẽdo eſſe dictã illud quoq; eſt argumento, q ei prægnãtes ſacrificabãt, quòd facile conceptũ aluũ egerere exiſtimarẽt, ut ſcribit Feſtus. [e] Quã timere qđ timuit.] Timere quod extimuit Numa, qui auſus nõ eſt ea uolumina cõburere, ne dæmonũ iram in ſe cõcitaret,

Diuinationum genera

ELENCHVS CAPITVM
IN DIVI AVRELII AVGVSTINI DE CIVITATE DEI LIBRVM OCTAVVM.

1 De quæstione naturalis theologiæ, cum philosophis excellentioris scientiæ discutienda.
2 De duobus philosophorum generibus, id est Italico & Ionico, eorumq; autoribus.
3 De Socratica disciplina.
4 De præcipuo inter discipulos Socratis Platone, qui omnem philosophiam triplici partitione distinxit.
5 Quod de theologia cum Platonicis potissimum disceptãdum sit, quorum opinioni omnium philosophorum postponenda sunt dogmata.
6 De Platonicorum sensu in ea parte philosophiæ, quæ physica nominatur.
7 Quanto excellentiores cæteris in logica, id est rationali philosophia, Platonici sint habendi.
8 Quod etiam in morali philosophia Platonici obtineant principatum.
9 De ea philosophia, quæ ad ueritatem fidei Christianæ propius accessit.
10 Quæ sit inter philosophicas artes religiosi excellentia Christiani.
11 Vnde Plato illam intelligentiam potuerit acquirere, qua Christianæ scientiæ propinquauit.
12 Quod etiam Platonici, licet de uno uero deo bene senserint, multis tamen diis sacra facienda censuerunt.
13 De sententia Platonis, qua definiuit deos non esse nisi bonos, amicosq; uirtutum.
14 De opinione eorum, qui rationales animas trium generum esse dixerunt, id est, in diis cœlestibus, in dæmonibus aeris, & in hominibus terrenis.
15 Quod neq; propter aerea corpora, neq; propter superiora habitacula dæmones hominibus antecellunt.
16 Quid de moribus dæmonum Apuleius Platonicus senserit.
17 An dignum sit, eos spiritus ab homine coli, à quorum uitijs etiam oporteat liberari.
18 Qualis sit religio, in qua docetur, quod homines, ut commẽdentur diis bonis, dæmonibus uti debeant aduocatis.
19 De impietate artis magicæ, quæ patrocinio utitur spirituum malignorum.
20 An credendum sit, quod dij boni libentius dæmonibus, q̃ hominibus misceantur.
21 An dæmonibus nuncijs & interpretibus dij utantur, fallicq; se ab eis, aut ignorent, aut uelint.
22 De abijciendo cultu dæmonum, contra Apuleium.
23 Quid Hermes Trimegistus de idololatria senserit, & unde scire potuerit superstitiones Aegyptiacas auferendas.
24 Quomodo Hermes, patenter parentum suorum sit confessus errorem, quem tamen doluerit destruendum.
25 De his, quæ sanctis angelis & hominibus possunt esse communia.
26 Quod omnis religio Paganorum circa homines mortuos fuerit impleta.
27 De modo honoris, quem Christiani martyribus impendunt.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
EPISCOPI AD MARCELLINVM
DE CIVITATE DEI LIBER OCTAVVS.

De quæstione naturalis theologiæ cũ philosophis excellentioris scientiæ discutienda. Caput I

NVNC intẽtiore nobis opus est animo multo, q̃ erat in superiorum solutione quæstionum, & explicatione librorum. De theologia quippe, quã naturalem uocant: non cum quibuslibet hominibus: non enim fabulosa est, uel ciuilis, hoc est, uel theatrica, uel urbana, quarum altera iactitat deorum crimina, altera indicat eorum desideria criminosiora, ac per hoc malignorũ potius dæmonum, q̃ deorum, sed cũ philosophis est habenda collatio: [a] quorum ipsum nomen si Latine interpretemur, amorem sapientiæ profitetur. [b] Porrò si sapiẽtia deus est, per quẽ facta sũt omnia, sicut diuina autoritas ueritasq; mõstrauit, uerus philosoph⁹ est amator dei. [c] Sed quia res ipsa, cuius hoc nomen est: non est in omnibus, qui hoc nomine gloriãtur, [d] neq; enim continuo ueræ sapientiæ sunt amatores, quicunque appellantur philosophi, profecto ex omnibus quorum sententias ex literis nosse potuimus, eligendi sunt, cum quibus non indigne quæstio ista tractetur. Neq; enim hoc opere omnes omnium philosophorum uanas opiniones refutare suscepi, sed eas tantũ quæ ad theologiã pertinent, [e] quo uerbo Greco significari intelligimus de diuinitate rationem siue sermonem: nec eas omnium, sed eorum tantũ, qui cum & esse diuinitatem & humana curare consentiant, non tamen sufficere unius incõmutabilis dei cultũ ad uitam adipiscendam etiam post mortem beatam, sed ab illo sanè multos uno conditos atq; institutos, ob eam causam colendos putant. Hi etiam iam Varronis opinionẽ ueritatis propinquitate transcendunt. Si quidẽ ille totam Theologiam naturalem usq; ad mundum istum, uel eius animam extendere potuit, isti uero supra omnem animæ naturã confitentur deum, qui non solum mundum istum uisibilem, qui sæpe

cœli & terræ nomine nuncupatur, sed omnem etiam omnino animã fecerit: & qui rationalẽ & intellectualẽ, cuius generis anima humana est, participatiõe sui luminis incõmutabilis & incorporei beatã facit. Hos Philosophos Platonicos appellatos à Platone doctore uocabulo deriuato, nullus qui hæc uel tenuiter audiuit, ignorat.

VIVIS PROOEMIVM IN tres sequentes libros.

TRibus in sequentibus libris disputatur cum uiris acutissimis summaq; præditis eloquentia, qui ex Platonis schola cæteris bonis artibus instructi religione sola caruerũt, quorum sententias acies primis sectæ principis Platonis fusius forsan explicuimus, q̃ instituti nostri ratio uidebatur postulare, uerũ hoc consilio, quoniã à nostris hominibus [illegible] prorsus sunt ignoratæ, cum sint tamẽ cognosci dignissimæ, tum propter subtilitatem rerum magno ingenio curaq; exercitarum, tum uel maxime q̃ uicinæ sunt nostræ pietati. Et ut sciretur quale philosophorum genus Augustinus potissimum elegerit, cũ quo de negocio religionis disputaret, ostẽderetq; bene dicta eorum cum nostris congruere, male dicta uero à nobis corrigi & emẽdari. Hæc me paulo longius, q̃ oportebat euexerũt, & profecto in dulcedine rerũ, de quibus cõmentabar difficile fuit proposità seruare breuitatẽ, aliàs hoc tẽporis iacturæ lectori resarciemus, & si spero ipsum nihil sensurũ se legendis istis tã eruditis sanctisq; feciss̃e iacturæ, nisi forte aut indoctior sit q̃ ut intelligat, aut doctior q̃ ut egeat, aut negligẽtior q̃ ut curet, aut morosior q̃ ut perferat, quibus hominũ generibus hæc nõ elaborant. Neq; uero ita uel obliti sumus breuitatis, uel eã contẽpsimus, ut quantũ potuimus, sit à nobis de unaquaque re dissertũ: multa sunt prætermissa, plerũq; Platonis cõtenti dictis Platonicorũ afferre sentẽtias supersedimus, ne tanta plixitas uel patiẽtibus stomachis fastidiũ pareret. Sũt tamẽ aliqua à nobis interdũ repetita, tum ut melius quid sentiret Augustinus, declararetur: tum ut admoneretur lector, ne dicta excidereẽt: cuius causa fuit Augustinus ipse, qui quo manifestius aduersarios confutaret, eadem dogmata, placitaq; illorum subinde retractauit.

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI IN OCTAuum librum De ciuitate dei, Diui Aurelij Augustini, commentarij.

Q Vorum ipsum nomen, si Latine interpretemur.] φιλία σοφίας, amor sapiẽtiæ, & φίλος σοφίας, amicus sapiẽtiæ: cuius contrariũ est ἀφιλοσοφία, qua sapientiã quis, & rationes auersatur, ut Speusippus ait. b Porrò si sapientia deus est.] Sapientiæ vij. & Paulus ad Hebræos primo dei filium sapientiam patris nominant, per quam fecit mundum uniuersum. *Philosophia*

Sed

c Sed quia res ipsa.] Lactantius libro tertio de hoc multis rationibus cõtra philosophos agit. uersus est Pacuuij, non minus lepidus, quàm grauis,
Ego odi homines ignaua opera, & philosopha sententia.
Sed de hoc argumẽto à uarijs sunt multa conscripta.

d Neq; enim continue.] Legendum continuo, quæ est causalis coniunctio, sicut protinus, & statim cũ negatione. e Quo uerbo Græco.] λόγῳ, de deo sermo, seu dissertio, siue ratio. Hæc enim omnia est λόγος.

De duobus philosophorum generibus, id est Italico, & Ionico, eorumq; autoribus. Cap. II

E hoc igitur Platone, quę necessaria præsenti quæstioni existimo, breuiter attingam, prius illos commemorans, qui eum in eodem genere literarum tempore præcesserũt. Quantum enim attinet ad literas Græcas, quę lingua inter cęteras gentium clarior habetur, [a]duo philosophorum genera tradũtur: unum Italicum, [b]ex ea parte Italiæ, quæ quondam magna Græcia nuncupata est: [c]alterum Ionicum, in eis tertiis, ubi & nunc Græcia nũcupatur. Italicum genus autorem habuit [d]Pythagoram Samium, [e]à quo etiam ferunt ipsum philosophiæ nomen exortum. Nam cum antea sapientes appellarẽtur, qui modo quodã laudabilis uitæ alijs præstare uidebantur: iste interrogatus, quid profiteretur, philosophum se esse respondit, id est studiosum, uel amatorem sapientiæ: quoniam sapientem profiteri, arrogantissimum uidebatur. Ionici uero generis princeps fuit [f]Thales Milesius, [g]unus illorũ septẽ, qui appellati sunt sapientes. [h]Sed illi sex uitę genere distinguebãtur, & quibusdam præceptis, ad bene uiuẽdum accommodatis. Iste autem Thales, ut successores etiam propagaret, rerum naturã scrutatus, [i]suasq; disputationes literis mãdans, eminuit: maximeq; admirabilis extitit, quod [k]astrologię numeris comprehensis, defectus solis & lunæ, etiam prædicere potuit. [l]Aquam tamen putauit rerum esse principiũ: & hinc omnia elementa mundi, ipsumq; mundum, & quæ in eo gignũtur, existere. [m]Nihil autem huic operi, quod mundo cõsiderato, tam admirabile aspicimus, ex diuina mente prępositum. Huic successit [n]Anaximander, eius auditor: mutauitq; de rerum natura opinionem. Nõ enim ex una re, sicut Thales ex humore, sed ex suis proprijs principijs, quasq; res nasci putauit. Quæ rerum principia, singularum esse credidit infinita: & innumerabiles mundos gignere: & quæcunque in eis oriuntur, eosq; mundos, modo dissolui, modo iterum gigni, existimauit: quanta quisque ætate sua manere potuerit: [o]nec ipse aliquid diuinæ menti, in his rerum operibus tribuens. [p]Iste Anaximenẽ discipulum, & successorẽ reliquit: qui omnes rerum causas [q]infinito aeri dedit: nec deos negauit, aut tacuit: non tamẽ ab ipsis aerem factum, sed ipsos ex aere ortos credidit. [r]Anaxagoras uero eius auditor, harum rerum omnium, quas uidemus effectorem diuinũ animum sensit: & dixit, ex infinita materia, [s]quæ consta ret, dissimilibus inter se particulis, rerum omnium genera pro modulis & speciebus proprijs singula fieri, sed animo faciente diuino. [t]Diogenes quoque Anaximenis alter auditor, [u]aerem quidem dixit, rerum esse materiam, de qua omnia fierent: sed eum esse compotem diuinæ rationis, sine qua nihil ex eo fieri posset. Anaxagoræ successit [x]auditor eius Archelaus: [y]etiam ipse de particulis inter se dissimilibus, quibus singula quæque fierent, ita omnia constare putauit, ut inesse etiam mentem diceret, [z]quæ corpora dissimilia, id est illas particulas coniungendo et dissipando ageret omnia. [a]Socrates huius discipulus fuisse perhibetur, magister Platonis, propter quem breuiter cuncta ista recolui.

L. VIVES

a DVo philosophorum genera traduntur.] Sic olim primæ philosophãtium in Græcia hæreses sunt separatæ, ut de terris principum nomen acciperent: alteri ab ea regione, in qua philosophatus est magister Pythagoras Italia: alteri à patria Thaletis Ionia, in qua est Miletos, quæ etiam urbs Ionia est dicta, ut tradit Mela, quòd præcipua esset in ea regione. Sic Plato, sic Aristoteles etiam his uetustiores distinxerũt. b Ex ea parte Italiæ.] A Locris, inquit Plinius, incipit Italiæ frons, quam magnam Græciam dicunt, in tres sinus diuisa, qua Græciam spectat ad mare superum. in quã regionẽ frequẽtes traiecere Græci. Miror esse qui putẽt totam Italiam magnam Græciam olim nominatã, & quidem permoti dicto Plinij lib. iij. sic scribentis: Quid ipsi de ea iudicauere Græci, genus in gloriam suam effusissimum, quotam partem ex ea appellando Græciam magnam? Quibus uerbis aperte ostendit non magnam Italiæ portionem uocatam olim Græciam magnam. In primo ex illis sinibus, quos dixi, sunt Tarentus, Metapontus, Heraclea, Croto, Turij. Patet inter promõtoria Salem & Lacinium, ut scribit Mela, Tarentinus uocatur. Hic docuisse Pythagoras fertur. c Alterum Ionicũ.] Ionia est regio in minore Asia inter Lycaones Lydosq; & mare nostrum lateribus cincta Aeolibus & Caribus: his à meridie, illis à septentrione. In ea est Miletos urbs, sicut Mela narrat, Ioniæ totius belli pacisq; artib. princeps, patria Thaletis astrologi, & Timothei musici, & Anaximãdri physici, aliorumq; ciuium inclytis ingenijs merito inclyta. Thales Anaximandrũ ciuem suum docuit: hic Anaximenem itidem ciuem Milesium. Ab hoc edoctus Anaxagoras Clazomenius, Periclem, Archelaum

Magna Græcia

Ionia

Pythagoras

laum, Socratẽq; Atheniẽses instituit: à Socrate philosophia ferè tota Athenis. d Pythagoram Samiũ.] Aristoxenus Tyrrhenũ prodidit, quæ est una ex illis insulis quas Athenienses expulsis Tyrrhenis occuparunt. Cũ ex Aegypto redijsset, quò profectus est Amaside rege, offensus tyrannide Polycratis Samij in Italiam transmisit. e A quo etiam ferunt ipsum philosophiæ nomen exortum.] Cicer. v. Tusc. quæst. ex Heraclide Pontico Platonis auditore narrat, Pythagoram à Leonte Phliasiorum tyrãno rogatum quid artis profiteretur, cumq; superiores qui eidem studio essent dediti, sapiẽtes se cognominassent, ipsum se philosophum, id est sapiẽtiæ studiosum modestiore nomine appellasse. Hinc sophi nomen tãquam superbum nimis & inuidiosum relictum, cæteroscq; philosophos esse nuncupatos. Neque enim sapiens est mortalium quisquam, soli deo id nominis congruit. f Thales Milesius.] Hic fuit primus qui in Græcia de rebus naturalibus cœpit philosophari, natus Olympiadis xxxv. anno primo, ut Apollodorus numerat apud Laertium. g Vnus illorum septẽ.] Cum à piscatoribus Milesijs iuuenes quidam iactũ essent mercati, hicq; mensam auream traxissent, cõtendentibus utrisq; de mensa, ac sibi uendicantibus, Apollo cõsultus iussit sapienti dari. data est ergo primum Thaleti, qui à multitudine Ionia sapiens existimabatur. Hic eam misit alij ex illis septem, qui alij remisit, quoad uẽtum ad Solonem, qui mensam iussit Apollini, nempe uere sapienti dari. Atq; hi septem magna fama fuerunt ad posteros sapientiæ nomine, septemq; Græciæ sapientes celebrantur. h Sed illi sex uitæ genere distinguebãtur.] Chilo Lacedæmonius, Pittacus Mitilenæus, Bias Prieneus, Cleobulus Lindius, Periãder Corinthius, & Solon Athenienſis, de quibus libro xviij. fuse disseram.

i Suasq; disputationes literis mandaris.] Nauticam astrologiam opus esse illius ferunt, alij ad Rhœcum Samium referunt. Labon uero Argiuus ad ducentos uersus ipsum de astrologia scripsisse est autor. k Astrologiæ numeris comprehensis.] Eudemus in historia astrologica solis defectus conuersionesq; prædixisse illũ tradit. Plin. lib. ij. De obseruatione cœlesti loquens: Apud Græcos, inquit, inuestigauit primus omnium Thales Milesius, Olympiadis xlviij. anno iiij. prædicto solis defectu, qui sub Halyatte rege factus est, Vrb. cond. anno clxx. Idem Eusebius, & Cicer. lib. i. De diuinat. ubi non sub Halyatte legitur, sed sub Astyage. Sed ambo eodem fuere tẽpore & gesserunt bellum inter se. l Aquã tamen putauit.] Secutus Homeri opinionẽ, qui Oceanum omnium patrem uocat. Plutarch. in Placitis & alij complures coniecturam Thaletis adducunt, quòd semen animantium omnium humidum sit, nec alimẽtum sine humido constet: quin & astra ipsa putãt Oceani humoribus uegetari, & ali. m Nihil autẽ huic operi.] Tametsi Velleius apud Cicer. Thaleten refert omnia putasse ex aqua fieri, mentemq; quæ cũcta sit ex humore fabricata, deum esse: & Laertius illum ait, plena omnia putasse dæmonibus: rogatũq; lateret ne deos homo male faciens, ne cogitans quidem respondisse. hæc tamen scientiam dei arguunt, non administrationem rerum. n Anaximander.] Et hic Milesius, sed alius ab illo Anaximandro ciue suo, qui historias scripsit. Hic elementum infinitum posuit pro rerum principio, sed non definiens, cuius esset naturæ, an aereæ, an aqueæ, an ignææ: partes uero illius infiniti mutari subinde, ipsum uero totum immutabile esse, Aristot. Plutarch. Laert. Eusseb. o Nec ipse aliquid diuinæ menti.] In hoc reprehenditur à Plutarcho quòd cum materiam subtituat, efficiẽtem causam tollat, infinitas enim illa materia est, quæ ex se gignere nihil ualet sine efficiente aliquo. Cicero tamen primo De natura deorum, Anaximandri, inquit, opinio est natiuos esse deos longis interuallis oriẽtes, occidentesq;, eosq; innumerabiles esse mundos: ita eundẽ esse qui faceret, & ex quo faceret, & qui fieret contrarietates quæ in ipso sunt, hoc est per calidum & frigidum sempiternum, ut inquit in præpar. Euang. Euseb. quod & Aristoteles subindicat i. lib. De physica auscultatione. p Iste Anaximenem.] Eurystrati filium itidẽ Milesium, qui natus Olymp. lxiij. mortuus est eo anno, quo Croesi opes sunt euersæ: ut Apollodorus cõputat:

Thales Milesius

Anaximander

Anaximenes

q Infinito aeri.] Genere, inquit Euseb. infinito, qualitatibus finito. cuius condensatione & rarefactione omnia gignantur. Cicero: Anaximenes aera deum statuit, eumq; gigni, esse immensum, & infinitum, & semper in motu. Sydera autẽ, solemq;, & Lunam de terra natam esse opinatur. r Anaxagoras.] Clazomenis genitus, quæ sunt etiam in Ionia. Obijt lxxviij. Olymp. lxij. ætatis anno: opus suum sic tradũt Plutarchus, & Laertius Diogenes incœpisse: uria res erat uniuersa: deinde accessit mens, eaq; distinxit, atq; cõposuit: materiam enim finxit, in qua infinitæ inessent, tum earundẽ rerum, tum diuersarum particulæ commistæ, quæ separantur mente diuina, fiuntq; res singulæ, uelut caro, si plures sunt carnis particulæ, os, si ossis, neruus si nerui, plúresq; cui iusquam alterius rei: non quin insint in osse, & carnis, & nerui, & igne, & chartæ, & ligni particulæ: qui enim fieri posset, ut ex pane fieret, uel os, uel sanguis, nisi semina, & minutulæ ossis, sanguinis ue portiunculæ in pane inessent, propter exiguitatem tamen sui, nobis imperceptæ. Aristot. Plutarch. Laertius. s Quæ cõstaret dissimilibus inter se.] In ueteribus libris, similibus inter se legitur, utrunq; recte: nam ut Aristot. inquit, Anaxagoras infinitas partes in unoquoq; ponebat corpore, & similia, & contraria, & similium partium, quæ uocabat ὁμογενῆ, id est cognatas: & ὁμοιομερῆ: quod uerbum similaritates uertit Gaza. Sunt enim ex corporibus alia finitum partium, quæ inter se, non nomine, sed numero distant, uelut aqua, ignis, caro, os, medulla, sanguis. utraq; enim pars istorum, quæ modo materiam in se & formã capiat, cognominis est tõti: & ipsæ inter se partes aquæ, sunt aqua: & sanguinis guttæ, sanguis. Sunt alia corpora quæ partes diuersarum rationum & nominum capiunt: ut homo, equus, stirps, & omnia quæ uiuũt: in quibus alia sunt ossa, alia medullæ, alia sanguis, alia radix, alia caulis: tum & in artificialibus, ut in statua & mensa, & scãno, & libro: neque enim unaquæuis charta est liber: nec quælibet mensæ pars est mensa. Hæ partes ὁμοιομερῆ, id est uariorum generum, seu, ut uertit Rodolphus Agricola, multigeniæ nominantur. Anaxagoras illorum corporum similarium in unoquoq; infinitas particulas esse aiebat: alias dissimiles, & diuersas, ut ligni, sanguinis, aeris, terræ, ossis: alias inter se similes, ut infinitas ignis, quæ sunt inter se cognatæ: & infinitas aquæ &c. nam & si segregatione generetur corpora, partes tamen diuersæ, non ita possunt à se mutuo separari, quin infinitæ etiamnum relinquantur: ut sit unde aliud ex alio gigni queat, & nutriri animãtes, stirpesq;, & inter se cõmutari, aliæq; in aliarum locum ac uicẽ succedere: corporum uero dissimilariũ partium nõ ponebat infinitam multitudinem in unaquaq; re: neq; enim infinitas domos, aut innumeros homines in ligno, uel igne esse existimabat. t Diogenes uoq; Anaximenis.] Diogenes multi fuerunt: Sinopæus, qui Cynicus est dictus, & Sicyonius historicus, & Stoicus, qui legatus iuit Romam cũ Carneade, & Critolao, Seleuciæ natus, sed Babylonius dictus, & Tarsensis. Diogenes qui de quæstionib. poeticis scripsit: & is ipse Diogenes Laertius, ex quo hæc desumimus, & qui ætate hos oms ante cessit, Diogenes Apolloniata, cuius meminit hic Aug. Cõmentator noster optimus plastes ex duobus Diogenibus, Apolloniata, & Cynico formula nominis eadem cõprehensis unum effinxit, non minore arte, quàm, qui

Diogenes

ex ipso eodem Thoma Valois,& Thoma Aquinate unũ confecit Thomam in commentarijs ad Boetiũ. u Aerem quidem dixit.] Cicer.i.De nat.deorũ. Quid aer? quo Diogenes Apolloniata utitur deo: mundos & hic asseruit innumeros in spatio infinito:ibiq; creatũ mundum,ubi sese densior aer in globi formam cõpresserit,

Archelaus ac constiparit. x Auditor eius Archelaus.] Hic,ut alij putant,Milesius:ut alij,Athenien.primus ex Ionia naturalem philosophiã Athenas inuexit:idcirco & physicus est cognominatus:tum etiam quod moralem discipulus eius Socrates induxit. y Etiam ipse de particulis.] Plutarch.aerem immensum ait eum pro principio posuisse,& quæ circa eum essent rarũ ac densum, hanc aquam,illum ignem esse. z Quæ cor.d.] In ue

Socrates teribus libris est,non dissimilia, sed æterna. a Socrates huius discipulus.] Hic est Socrates ille, de quo nihil satis posset pro dignitate dici, quem fuisse gentiliũ omnium sapientissimum constat,proximeq; ad Christianam sapientiam ex illis omnibus accessisse. Natus est Athenis Sophronisco marmorario patre, & Phanareta obstetrice matre: uir temperans,castus,iustus, modestus,iniuriarum patiens:neq; opum,neq; uoluptatis ac ne gloriæ quidem appetẽs:nihil enim eum scripsisse certum est. Hic primus, quũ cæteri nihil se nescire profiterentur, nihil se scire professus est.

De Socratica disciplina. Cap. III

[a]SOCRATES ergo primus uniuersam philosophiam ad corrigẽdos, componendosq; mores flexisse memoratur:cum ante illum omnes magis physicis,id est naturalib. rebus perscrutãdis operam maximam impenderint. c Non mihi autẽ uidetur posse ad liquidum colligi,utrum Socrates,ut hoc faceret,[b] tædio rerum obscurarum,& incertarum ad aliquid apertum & certum reperiẽdum animũ intenderit: quòd esset beatæ uitæ necessarium:propter quam unam omnium philosophorũ inuigilasse ac laborasse uidetur industria. An uero,sicut de illo quidam beneuolentius suspicãtur,[c]nolebat immundos terrenis cupiditatibus animos se extẽdere in diuina conari:quãdoquidem ab eis causas rerũ uidebat inquiri,quas primas atq; summas,non nisi in unius ueri ac summi dei uoluntate esse credebat. [d]Vnde non eas putabat nisi D mundata mente posse cõprehendi:& ideo purgandæ bonis moribus uitæ censebat instandũ, ut deprimentibus libidinibus exoneratus animus,naturali uigore in ęterna se attolleret:naturamq; incorporei & incommutabilis luminis, [e]ubi causæ omnium factarum naturarum stabiliter uiuunt, intelligentiæ puritate conspiceret. [f]Constat eum tamen imperitorum stultitiam scire se aliquid opinantium,etiam in ipsis moralibus quæstionibus,quòd totum animum intendisse uidebatur,uel confessa ignorantia sua uel A dissimulata scientia, lepore mirabili differendi & acutissima urbanitate agitasse atque uersasse. [g]Vnde & concitatis inimicitijs [h]calumniosa criminatione damnatus,morte multatus est,[i]Sed eum postea illa ipsa, quæ publice damnauerat Athenien.ciuitas publice luxit, in duos accusatores eius uscq; adeo populi indignatione conuersa,ut unus eorum oppressus ui multitudinis interiret,exilio autem uoluntario atque perpetuo pœnã similem alter euaderet.Tam præclara igitur uitæ mortisq; fama Socrates [k]reliquit plurimos suæ philosophię sectatores,[l]quorum certatim studium fuit in quæstionũ moralium B disceptatione uersari,ubi agitur de summo bono ,sine quo fieri homo beatus non potest. [m]Quod in Socratis disputationibus dum omnia mouet,asserit,destruit,quoniam nõ euidenter apparuit,quod cuiq; placuit, inde sumpserunt,& ubi cuiq; uisum est constituerunt finem boni.[n]Finis autem boni appellatur quo quisq; cum peruenerit beatus est.Sic autẽ diuersas inter se Socratici de isto fine sententias habuerũt, ut(quod uix credibile est unius magistri potuisse facere sectatores)quidam summum bonum esse dicerent uoluptatem,[o]sicut Aristippus,qui- c dam uirtutem,[p]sicut Antisthenes.[q]Sic alij atq; alij aliud atq; aliud opinati sunt: quos commorare longum est.

L. VIVES

a SOcrates ergo primus.] Cicer.i.Acad.quæst.So- *Socrates*
crates mihi uidetur,id quod cõstat inter omnes, primus à rebus occultis & ab ipsa natura inuoltis,in quibus omnes ante eum philosophi occupati fuerant auocauisse philosophiam,& ad uitam communem adduxisse,ut de uirtutibus & uitijs,omninoq; de bonis rebus & malis quæreretur: cœlestia autem uel procul esse à naturæ cognitione censeret,uel si maxime cognita essent,nihil tamen ad bene uiuendum cõferre. b Tædio rerum obscu.& in.ad aliquid ap.] Melius legitur in antiq.lib.apertum. Xenoph.in comment.i. rerum Socraticarum, Socrat.scribit mirari solitum nõ deprehendisse istos, qui res naturales noctes & dies inquirunt, & tractant, nihil posse in eis inueniri certi atq; perspecti: quã sententiam fuse multis exemplis prosequit. c Nolebat immundos ter.] Lact.li.iij. Non inficior Socrat. fuisse paulo cordatiorem q̃ cæteros, qui naturam rerũ putauerunt ingenio posse cõprehendi,in quo illos non tãtum excordes fuisse arbitror,sed etiam impios, quòd in secreta illius cœlestis prouidẽtiæ curiosos oculos uoluerunt immittere:& post,Nimirum multo sceleratiores, qui arcana mundi,& hoc cœleste templum prophanari impijs disputationibus quærunt, q̃ qui ædem Vestæ,aut bonæ deæ,aut Cereris intrarit. d Vnde non eas putabat nisi mund.m.] Socrat.de hoc copiose disputat moriturus apud Plat.in Phœdone, ubi ostendit philosophari neminem recte posse, nisi se, q̃ maxime fieri possit à consortio corporis,id est ab omnibus affectibus seiungat: quod tum optime fiet,cum animus liber erit

erit,corporisq; carcere solutus: & in hac uita, ut quisq; se maxime perturbationibus exoluit, ita liberrime uerisimeq; id q̃d est, uerũq; ipsum,hoc est deũ & diuina contemplatur:idcirco philosophia definitur mortis meditatio,id est corporis animæq; separatio,& ceu diuortium quoddam,ut animus purus sit,corporis fece non cõtaminatus: nam purissimum illud diuinũ uerum ab impuro animo contingi nephas,ideo amicis deorũ plura esse cognita existimabat,quàm impuris hominibus, & qui deum non sequuntur.In Cratylo solos bonos uiros sapientes esse dicit:& in Epinomide peritiam rerum cœlestium docturum aliquem nisi opem deus tulerit, negat. Apul.ex Plat.& alia initia rerum inueniri forsitan posse,aut quæ deo nota sint, uel ei qui sit dijs amicus. e Vbi causæ omnium sa.na.] Hæc sunt ex doctrina Plat.& August,non quid ipse, sed quid Socrat. sentiat refert. Istud adieci quoniã Philalethes noster sententiam putat esse August. cui statim ueritatẽ suam addit cum realitatibus & formalitatibus, quales nũquam B ne per somnium quidem August. cogitauit. Plato enim in vi. De rep. deum ait lumen esse mentis,nõ secus q̃ sit sol hic quẽ uidemus,lumen oculorũ corporis, & ut beneficio huius habemus, quod cernimus, ita beneficio dei,quod intelligimus: lumenq; illud sacrum & diuinũ rebus ipsis ueritatẽ,nobis uero uim eius percipiẽdæ tenẽdæq; largiri,ac esse ut ex Pla.inquit Greg. Naziãzesolem hunc mũdi uisibilis lumen, deũ uero mundi inuisibilis. f Constat eum tamen.] Eius sermones retulerunt in dialog. Socratici Plat. Xenoph. Aeschines, Xenocra.& alij quibus ipse mira dexteritate insciti am eorum, qui nihil ignorare sibi ac multitudini persuaserãt, detegit,uelut Protagoræ,Gorgiæ,Euthydemi, Dionysodori,& aliorum. g Vnde & cõcitatis inimicitijs.] Plat.in Apolog.ex disputat. Socrat.natas esse illi inimicitias narrat. Idem Laert.tres Socratem accusarũt, A- C nytus, Melitus,& Lycon orator, qui fuit actor,cũ Anytus opificum turbam tueretur,& reliquorum urbanorum,quos sæpe Socr.derisisset. Melit. uero poetarum, quos Socrates damnasset,& expellendos è ciuitate censeret:de his rebus Plato,& Xenoph.in Socr.Apologijs. Sed explicatius rem omnem persecutus est Laer. in Socrate. damnatus est cclxxxi. sententijs. h Calumnio sa criminatione.] Non me,inquit Socrates,uel accusatores periment,uel crimina, sed inuidia sola, qua una præclari uiri q̃ plurimi interierunt & interibũt. i Sed eum postea.] Tanta cœpit Athenien.omnes ob damnatum Socr.pœnitentia, ut paulo post gymnasia omnia clauderent,faciesq; iustitij esset in ciuitate: Melitũ mortemultarint, Anytum exilio, Socrati statua ænea erecta sit, Lysippi opus. k Reliquit plurimos.] Omnes ferè philosophãtium sectæ in Socratẽ initium suæ disciplinæ referebant, Platonici, Academici, Cyrenaici, Cynici, Peripat. Megarẽses, Stoici. l Quorum certatim studiũ fuit.] Hac una quæst. de summo bono summoq; D malo distinguebantur sectæ. m Quod in Socratis disp.] Ita enim disputabat ille,ut magis eliceret refutaretq; sententiã eius, qui cum disputabat, q̃ suã ipse proderet, aut affirmaret. Neq; enim putabat esse eius, qui nihil se scire diceret,aliq̃d asserere,ut ipse dicit in Theæteto Platonis. n Finis autem boni.] Is est,in quem ut Cicer.i. De finibus inquit,omnia bene uiuendi, rectèq; faciendi consilia sunt referenda, & in ij,Cum enim hoc sit extremum: sentis enim credo me iam diu,quod Græcus τέλος dicat,id dicere tum extremum tum ultimum, tum summum,licebit etiam finem pro extremo,aut ultimo dicere,hic propter seipsum quæritur, & alia omnia propter hũc. Sicut Plato, Aristot.& reliqui philoso- *Aristippus* phi dixerũt. o Sicut Aristippus,] Hic Cyrenis natus est,primusq; ex Socraticis mercede docuit,ut etiam doceri uoluit. Tametsi precium Socr. nunquam accepit, A dicens prohiberi se à dæmone.tum etiam inferiori Dionys. Syracusano assentari & perferre ab eo contumelias sustinuit quæstus gratia. Corporis uoluptatem summũ bonum posuit. Diogen. Laert.ab hoc philosopho Cyrenaici sunt cõstituti. Obiter dictum Hier. annotabo,qui in commẽt. in Ecclesiasten,cum de uoluptate loquitur: Et hæc,inquit,aliquis loquatur Epicur. & Aristippus & Cynici,& cæteri pecudes philosophorum,legendum & Cyrenaici. Quid enim uoluptati cum institutis Cyni corum. p Sicut Antisthenes.] Hic est autor Cynicæ *Antisthenes* sectæ,id est caninæ. Diogenem Sinopensem Cynicũ docuit,uirtutẽ uoluit summum esse bonum. q Sicq; alij atq; alij.] Cicero opiniones multorum recẽset de finibonorum in ij.lib.eius argumenti. Illinc petat, qui desiderat,& nos obiter attigimus in Præfatione legũ Cicer.

De præcipuo inter discipulos Socratis Platone, qui omnem philosophiã triplici partitione distinxit. Cap. IIII

ED inter discipulos Socratis nõ quidem immerito excellentissima gloria claruit,qui omnino cæteros obscuraret,Plato.[a]Qui cum esset Athenien.honesto apud suos loco natus & ingenio mirabili longe suos cõdiscipulos anteiret,parũ tamen putans perficiendæ philosophię sufficere seipsum,[b]ac Socraticam disciplinam,quàm lõge lateq; potuit peregrinatus est, quaquauersum eum alicuius nobilitatẽ scientię percipiendæ fama rapiebat.[c]Itaq; & in Aegypto didicit,quæcunq; illic magna habebantur, atq; docebantur,& inde[d]in eas Italiæ partes ueniens,ubi Pythagoreorum fama celebrabatur, quicquid Italicæ philosophiæ tunc florebat, auditis eminẽtiorib.in ea doctoribus facillime cõprehendit.Et quia magistrũ Socratẽ singulariter diligebat,eum loquentẽ ferè in omnibus sermonibus suis faciẽs,[e]etiã illa,quę uel ab alijs dicerat,uel ipse quanta potuerat intelligẽtia uiderat,cũ illius lepore & moralibus disputationibus temperauit.[f]Itaq; cum studiũ sapientiæ in D actione & contemplatione uersetur, unde una pars eius actiua,altera contẽplatiua dici potest: quarum actiua ad agendam uitã,id est ad mores instituendos pertinet,contẽplatiua autẽ ad conspiciendas naturæ causas, & syncerissimam ueritatẽ:[g]Socrates in actiua excelluisse memoratur:Pythagoras uero magis contemplatiuæ quibus potuit intelligẽtiæ uiribus institisse.Proinde Plato utrũq; iungendo, philosophiã perfecisse laudatur,[h]quam in tres partes distribuit. Vnam moralem,quę maxime in actione uersatur.Alterã naturalem,quæ contẽplationi depu-

tata est. Tertiam rationalem: [i] qua uerum dister A
minatur à falso. [k] Quæ licet utriq;, id est actioni
et contemplationi sit necessaria, maxime tamen
contemplatio perspectionem sibi uendicat ueri
tatis. Ideo hæc tripertitio non est contraria illi
distinctioni, qua intelligitur omne studium sa/
pientiæ in actione & contemplatione cõsistere.
Quid autem in his uel de his singulis partibus
Plato senserit, id est ubi finem omniũ actionũ,
ubi causam omnium naturarum, ubi lumẽ om
nium rationum esse cognouerit uel crediderit,
differendo explicare & longum esse arbitror, &
temere esse affirmandum non arbitror. [l] Cum B
enim magistri sui Socratis, quem facit in suis uo
luminibus disputantem, notissimum morẽ dis/
simulandæ scientiæ uel opinionis suæ seruare
affectat, quia & illi ipse mos placuit, factum est
ut etiam ipsius Platonis de rebus magnis sentẽ/
tiæ non facile perspici possint. Ex his tamẽ quę
apud eum legũtur, [m] siue quæ dixit, siue quæ ab
alijs dicta esse narrauit, atq; conscripsit, quę sibi
placita uiderentur, quædam commemorari, &
huic operi inseri oportet à nobis: uel ubi suffra/
gatur religioni uerę, quam fides nostra suscipit,
ac defendit, uel ubi ei uidetur esse contrarius:
quantum ad istam de uno deo & pluribus per C
tinet quæstionem, quem propter uitã, quę post
mortem futura est ueraciter beatam, colendum
esse catholicæ religionis asserit disciplina. For/
tassis enim qui Platonem cæteris philosophis
gentium longe lateq; prælatum acutius atque
ueracius intellexisse, atque secuti esse fama cele/
briore laudantur: aliquid tale de deo sentiũt, ut
in illo inueniatur, & causa subsistẽdi, & ratio in/
telligendi, & ordo uiuendi. Quorum trium, u/
num ad naturalem, alterum ad rationalem, ter/
tium ad moralem partem intelligitur pertinere.
[n] Si enim homo ita creatus est, ut per id quod in
eo præcellit, attingat illud quod cuncta præcel/ D
lit, id est unum uerum optimũ deum, sine quo
nulla natura subsistit, nulla doctrina instruit,
nullus usus expedit: [o] ipse quæratur, ubi nobis
omnia sunt secura: ipse cernatur, ubi nobis cer/
ta sunt omnia: ipse diligatur, ubi nobis recta
sunt omnia.

L. VIVES

a Qui cum esset Athenien.] Platonis parentes fue/
re Aristo, & Perictione. paternum genus in Co/
drum referebatur, qui ultimus regnũ Athenis
tenuit, maternum in Solonẽ, unum ex septem sapienti/
bus, inclytum legibus Athenien. latis. utraq; gens pro
autorem suæ nobilitatis Neptunum nominant. Natus
est Plato Athenis Olymp. lxxxviij. Huius uiri uitã, a/
ctusq; præclaros multi literis mandarunt. multi illum
supra humanum omne fastigium de moribus & sapien/
tia, collocant. sed re uera tantum abest, ut amore lõgius
iusto euectos credam, ut nisi scirem addictissimos illi
esse, qui hæc faciunt, subinuidisse laudibus illius suspi/
carer. Fallitur mea sententia, quisquis Platonem nõ ali
quanto plus quàm hominem, aut certe non ex optima
illa & rarissima hominum nota, fuisse putat. b Ac So
craticam disciplinam.] Alibi à Socratica disciplina. q.
post perceptam à Socrate disciplinã Athenis. c Itaq;
& in Aegypto.] Laertius, postquã ex Italia redijt, ad Ae
gyptum eum profectum scribit cum Euripide. d In
eas It. p. u.] In magnam Græciam, ubi Pythagoras phi
losophatus, multos disciplinæ suæ admiratores, ac se/
ctatores reliquerat. Ex eis Plato Tarenti audiuit Archy
tam seniorẽ, & Euritum, Locris Timæum, Crotoni Phi
lolaum. Cicero in Cato. Platonem scribit Tarentum ue
nisse L. Aemilio, Appio Claudio coss. tametsi Liuius eo
tempore, id est, ante Caudinam subiugationem annis
iiij. & xx. non ponit Appium cum Aemilio cõsulem, sed
L. Furium Camillum. profectus est etiam Plato Mega/
ram ad Euclidem Mathematicum, & Cyrenas ad Theo
dorũ itidem Mathematicũ, profecturus ad Persarũ ma
gos, nisi bella obstitissent. e Etiam illa, quæ uel.] Pla
to quæcunq; scripserat, Socratis dicebat esse, ut in epi/
stolis ait ad Dionysium. & non solum moralia, quibus
Socrates plurimum ualebat, sed naturalia quædam in
dialogis ei attribuit. f Itaq; cum st.] Plato & Aristo/
teles disciplinas quasdam ponunt, quas neq; actiuas di
cant, nec contemplatiuas, sed effectrices, uelut archite/
cturam, & totam artem fabrilem. Itaq; alias artes ad spe
culationem pertinere aiunt, ut theologiã: alias ad agen/
dum, in quibus post actum, opus nullum restat, ut rhe
toricen, & musicen: alias ad fabrefaciendum, unde sunt
tam multa opera uitæ utilia, ædes, naues, urbes, mẽsæ,
uestes. Sed hæc diuisio artium, non spectat ad studium
sapientiæ, de quo hic loquimur. g Socrates in Acti
ua.] Actiuam dicit, quæ ad uirtutem, mores, uitãq; agẽ
dam spectat, in qua totus fuit Socrates, cũ alioqui mul
tum in ea contẽplaretur. Adimãtus enim sic Socrati lo/
quitur in ij. lib. De rep. Platonis: Omnẽ uitã nulla in re
alia, q̃ speculatione, consumpsisti. Idem Socrates quan
tum inquirendis perspiciendisq; rebus ad uitam perti/
nentibus posuerit operæ, declarat apud Platonem in A/
pologia: sed eæ res ad agendum dirigebantur: quas ue/
ro Pythagoras scrutabatur, cum apertæ erant, & ad co
gnitionem peruenerant sui, ulterius non progredieban
tur. h Quã in t. p. d.] Euseb. lib. Præparat. Euang.
hanc Platonis philosophiæ sectionem ab Hebræis deri/
uatã esse dicit, affertq; sententiã Attici philosophi, qua
diuisio illa declaratur apertius, docetq; Platonẽ cõiun/
xisse partes omnes philosophiæ in unum uelut corpus,
dispersas prius ceu membra Penthei: nam Thales & e/
ius discipuli physicæ totos se tradiderant: sex alij sapiẽ/
tes Ethicæ: Zeno, & omẽs Eleatici dialecticæ. Plato hæc
omnia coagmẽtauit, & ostẽdit hominibus, non laceram
philosophiam, sed integram, atq; absolutã: cui suffraga
tur Arist. ipse li. vij. philo. Laertius in Plat. philosophiæ
ratio olim circa unã tantum physicæ speciẽ uersabatur:
accessit Socrates, & addidit ethicen. tertiam Plato phi/
losophiæ dialecticen adiecit, & consummato philoso/
phiæ operi extremam manum imposuit. Apuleius in
dogmate Platonis, de ipso loquens: Quapropter inuen
ta Parmenidis, ac Zenonis studiosius executus, ita o/
mnibus quæ admirationi sunt singula, suos libros ex/
pleuit, ut primus tripartitam philosophiam copularet,
sibiq; inuicem necessarias partes, neq; pugnare inter se
tantummodo, sed etiam mutuis adiuuari auxilijs osten

derit. Hæc ille. Ex dialogis Platonis, alij ad rationẽ disse
rendi pertinent, ut Gorgias, & Eutydemus: alij ad mo/
res priuatos, ut Mennõ, Eutyphro, Philebus, Crito: alij
ad mores publicos, ut leges, & respublica, alij ad res na
turæ, ut Timæus: alij ad τὰ μετὰ τὰ φυσικά, ut Parmenides,
& Sophista. tametsi cum ratione dialectica sunt hi dialo
gi cõiuncti. i Qua uerũ determinat à falso.] Antiqui
codices: Quæ uerũ disterminat à falso, hoc est separat,
ut Lucanus: Qui Gallica certus Limes ab Ausonijs
disterminat arua colonis. Et Mela Europam ab Asia sta
dijs quinq; disterminat Thracius, ut dictũ est, Bospho/
rus. k Quæ licet utriq;, id est actioni & cõtemplatio/
ni.] Magnis & odiosis contentionibus nostri philosophi
quærunt, sit ne dialectica scientia practica an speculati/
ua: quæ disputatio inutilis mea sentẽtia, quales sunt pe
nè omnes quæ hac tempestate in philosophia docẽtur,
discunturq;, distinet studia iuuenũ, confictis miris som
nijs de speculatione & praxi. tandem sententia litis uul
go nunc pro praxi datur, ꝙ dialectica doceat argumen
tari: quasi uero non magis in inspectione naturæ argu/
mentemur, q̃ in actione uitæ. Sed isti nec quid sit inspi/
cere res naturæ sciunt, nec quid agere uitam, aut quo
modo sit agenda. Non ꝙ putem eam in sola speculatio/
ne sitam esse, sed optime hic August. definisse utriq; phi
losophiæ esse illã necessariã, magis tamen ad inuestigan
dum quid ubiq; uerum, quid falsum, quid probabile,
quid secus sit accommodari. l Cum enim magistri
sui Socra.] Ipse Plato, ut dixi, libros ferè suos Socratis
esse fatebatur, & in omnibus dialogis eius quæ Socrati
dantur, ea sunt ex sententia Plat. credẽda, sed ex uerbis
quoq; Timæi, & hospitis Atheniensis, & Eleatis Pla. sen
tentiam suam profert. m Siue quæ ab alijs.] Alibi ab
illo scilicet Socrate: ea enim sentit Plato, quæ Socrates,
quanquã & quæ alij nõnulli, ut modo dixi. n Si enim
homo ita cr. e. u. per id q. in eo præcellit.] Quid opus
est tam multis clamoribus disputare, sit ne hoc intelle/
ctus, an uoluntas, cum satis, ut alios prætercam, ab Ari
stot. in lib. moralibus dictum sit, mẽtem esse in homine
omnium optimum, & præstantissimũ. In ea est & quem
uocant intellectum, & uoluntas, & memoria: uerum illa
quia sic dicuntur, ut nec unquam fuerint, nec intelligã/
tur, admirationi sunt. Hæc quia intelliguntur, & prope
modum prehenduntur manibus, sordent. o Ipse quæ
ratur.] Subinde alludit ad illam tricipitẽ philosophiæ
distributionẽ: & in ueteribus libris sic legitur: ipse quæ
ratur, ubi nobis certa sunt omnia: ipse cernatur, ubi no
bis uera sunt omnia &c.

Quod de theologia cum Platonicis potissimũ disceptãdum sit, quorum opinioni omnium philosophorum postponenda sunt dogmata. Cap. V

I ergo Plato dei huius imitatorem,
cognitorem, amatorem dixit esse sa
pientem, cuius participatione sit bea
tus, quid opus est excutere cęteros,
quorum nulli nobis, q̃ isti propius
accesserunt? Cedat eis igitur non solum theolo
gia illa fabulosa, deorum criminibus oblectãs
animos impiorum, nec solum etiam illa ciuilis
ubi impuri dæmones terrestribus gaudijs dedi
tos populos deorum nomine seducẽtes, huma/
nos errores tanquã suos diuinos honores habe
A re uoluerunt: ubi ad spectandos suorum crimi/
num ludos, [a] cultores suos tanquam suæ uanita
tis administratores habuerunt: ubi per eos ad
suum cultum studijs immundissimis alios exci/
tantes, & sibi delectabiliores ludos de ipsis spe/
ctatoribus exhibẽtes. Vbi si qua uelut honesta
geruntur in templis, cõiuncta sibi theatrorum
obscœnitate turpantur, & quæcunq; turpia ge
runtur in theatris, comparata sibi templorũ fœ
ditate laudantur. Et ea quæ Varro ex his sacris,
quasi ad cœlum & terram rerumq; mortalium
semina & actus interpretatus est, quia nec ipsa
B illis ritibus significãtur, quæ ipse insinuare cona
tur, & ideo ueritas conantem non sequitur. Et si
ipsa essent, tamen animæ rationali ea quæ infra
illam naturæ ordine cõstituta sunt, pro deo suo
colenda non essent: nec sibi pręferre debuit, tan
quam deos eas res, quibus ipsam prętulit uerus
deus: & ea quæ Numa Pompilius reuera ad sa/
cra eiusmodi pertinentia secum sepeliendo cura
uit abscondi: & aratro eruta senatus iussit incen
di. In eo genere sunt etiam illa, ut aliquid de Nu
ma mitius suspicemur, [b] quæ Alexander Mace/
do scribit ad matrem sibi à magno antistite sa/
crorum Aegyptiorum quodam Leone patefa
C cta. Vbi nõ Picus & Faunus, & Aeneas, & Ro
mulus, uel etiam Hercules, & Aesculapius, &
Liber Semele natus, & Tindaridæ fratres, & si
quos alios ex mortalibus pro dijs habent, [c] sed
ipsi etiam maiorũ gẽtium dij, quos Cic. in Tusc.
tacitis nominibus uidetur attingere: Iuppiter,
Iuno, Saturnus, Vulcanus, Vesta, & alij pluri/
mi, quos Varro conatur ad mundi partes siue
elementa trãsferre, homines fuisse produntur.
Timẽs enim & ille quasi reuelata mysteria, pe/
tens admonet Alexandrum, ut cũ ea matri con
scripta insinuauerit, flammis iubeat cõcremari.
D Non solũ ergo ista quæ duæ theologiæ conti/
nent, fabulosa scilicet & ciuilis, Platonicis philo
sophis cedant, qui uerũ deum, & rerum autorẽ
& ueritatis illustratorẽ, & beatitudinis largito/
rem esse dixerunt. Sed alij quoque philosophi
qui corporalia naturæ principia corpori deditis
mentibus opinati sunt, cedant his tantis et tanti
dei cognitorib. uiris, ut Thales in humore, Ana
ximenes in aere, [d] Stoici in igne, Epicurus in ato
mis, hoc est minutissimis corpusculis, quæ nec
diuidi nec sentiri queunt, et quicunq; alij quorũ
enumerationi immorari nõ est necesse: siue sim/
plicia, siue coniuncta corpora: siue uita carentia,

ſiue uiuentia,ſed tamen corpora,cauſam principium[q;] rerum eſſe dixerunt.[c]Nam quidam eorum à rebus non uiuis res uiuas fieri poſſe crediderunt,ſicut Epicurei.[f]Quidam uero à uiuente quædam uiuentia,quædam non uiuẽtia,ſed tamen à corpore corporea.[g]Nam Stoici ignem, id eſt corpus unum ex his quatuor elementis, quibus uiſibilis mundus hic conſtat, & uiuentem,& ſapientem & ipſius mũdi fabricatorem atq; omnium,quæ ſunt in eo, eumq; omnino ignem deum eſſe putauerunt. Hi & cæteri ſimiles eorum,id ſolum cogitare potuerũt, quod cũ eis corda eorum obſtricta carnis ſenſibus fabulata ſunt.[h]In ſe quippe habebant,quod non uidebant,& apud ſe imaginabãtur,quod foris uiderant,etiã quando non uidebant,ſed tantummodo cogitabant. Hoc autem in conſpectu talis cogitationis iam non eſt corpus,ſed ſimilitudo corporis. Illud autẽ unde uidetur in animo hæc ſimilitudo corporis,nec corpus eſt,nec ſimilitudo corporis:& unde uidetur atq; utrũ pulchra an deformis ſit iudicatur,profecto eſt melius ꝙ ipſa quæ iudicatur. Hæc mens hominis & ipſa rationalis animæ natura eſt,quæ utique corpus non eſt,ſi iam illa corporis ſimilitudo cũ in animo cogitantis aſpicitur atq; iudicatur,nec ipſa corpus eſt. Nõ eſt ergo,nec terra,nec aqua, nec aer,nec ignis: quibus quatuor corporibus, quæ dicuntur quatuor elementa,mundum corporeum uidemus eſſe compactum. Porrò ſi noſter animus corpus nõ eſt:quo modo deus creator animi corpus eſt? Cedant ergo & iſti,ut dictum eſt,Platonicis,[i]cedant & illi quos quidem puduit dicere deum corpus eſſe,ueruntamen eiuſdem naturę cuius ille eſt animos noſtros eſſe putauerunt. Ita non eos mouit tanta mutabilitas animæ,quam dei naturæ tribuere nefas eſt. [k]Sed dicunt : corpore mutatur animæ natura, nam per ſeipſam incõmutabilis eſt. Poterãt iſti dicere,corpore aliquo uulneratur caro,nam per ſeipſam inuulnerabilis eſt. Prorſus quod mutari non poteſt,nulla re poteſt, ac per hoc quod corpore mutari poteſt,aliqua re poteſt, & ideo incommutabile recte dici non poteſt.

L. VIVES

a CVltores ſuos tanquã ſuæ.] Alibi ſic legitur: cultores ſuos tanquam ad ſuum cultum ſtudijs im. excitatos. b Quæ Alexander Macedo ſcribit ad matrem.] Cyprianus de idolorum uanitate, ubi dicit deos omnes gentium homines fuiſſe: Hoc, inquit, ita eſſe Alexander magnus inſigni uolumine ad matrẽ ſuam ſcribit,metu ſuæ poteſtatis proditum ſibi de dijs hominibus à ſacerdote ſecretũ,quod maiorum regum memoria ſeruata ſit, inde colendi & ſacrificandi ritus inoleuerit. c Sed ipſi etiam maiores gentiũ dij quos Cicero in Tuſcu. tacitis nominibus.] Legendũ maiorum gentium dij. Tarquinius Priſcus quintus Rom. rex ueteri ſenatui centum ſenatores adiecit,ut in eo ordine maiores uires obtineret. Hi ſunt minorum gentium patres dicti,priores illi maiorum: ita μεταφορικῶς. Cicero præcipuos illos & uetuſtate confirmatos deos maiorum gentium uocat. Hoc dicto primo Tuſc. quæſt. Si uero ſcrutari uetera,& ex ijs,ea quæ ſcriptores Græciæ prodiderunt eruere coner,illi ipſi maiorum gentium dij qui habentur,hinc à nobis profecti in cœlum reperiẽtur. Hæc Cic. docens animos hominũ eſſe immortales,eoſq; eſſe quos pro dijs colamus, cum corpore ſoluti in cœlum euolarunt. Tales eſſe Romulum,Herculem,Liberũ Semele natum,Tindaridas,hoc eſt Caſtorem, & Pollucẽ, matrẽ Matutam,ac totũ prope cœlum hominibus eſſe completum. In leg. idem Cice. deos maiorum gentium uocat eos qui cœleſtes ſemper ſunt habiti. adſcriptitios dicit,quos in cœlum merita uocarunt. d Stoici in igne.] Cic. in lib. De nat. deor. Stoici,inquit omnẽ uim dicũt eſſe ignem,Heraclitum,ut ueriſimile eſt ſecuti,& Zeno princeps illorum naturam quã eandẽ deum putauit ſic finit: ignem artificioſum ad gignẽdum progredientem uia. e Nam quidam eorum à rebus non uiuis.] Epicurei ex Atomis temere uolitantibus,& fortuitu coeuntibus homines & reliqua conflari animantia dicebant f Quidam uero à uiuente, quædam uiuẽtia.] Sic eſt legendum ex ſcriptura antiquorum codicum: Quidam uero à uiuente quidem,& uiuentia & non uiuentia,ſed tamen à corpore corpora. g Nam Stoici ignem.] De hoc plurima Cic. ij. De nat. deor. h In ſe quippe habebant.] Animũ ſuũ incorporalẽ imaginari non poterant,ſed tantum corporalia,nec ea quæuis,ſed quæ aliquando ſub ſenſus noſtros uenerunt. Decantatũ illud eſt in ſcholis etiã pueris, nihil eſſe in mente, quod prius non fuerit in ſenſu: hoc eſt mentem noſtram nihil cogitare poſſe,quod circumueſtitum non ſit aliqua ex his rebus,quas aliquando ſenſu percepit: ita res ex ſe in corporeas corporaliter cognoſcimus,& res corporales quas nunquam uidimus,cum animo & cogitatione intuemur,ea forma facieq; inſpicimus qua erant aliæ res, quas uidimus. ut ſi quis cum Romam nunquam uiderit,de ea cogitet,muros,tẽpla,ædificia illi affinget, quæ uel Pariſijs,uel Louanij,uel Valẽtiæ inſpexit. Docet dehinc Auguſtinus cogitationes hominum eſſe incorporeas,ſenſuſq; internos animi à quibus cogitatiões fiũt, & cogitationibus & corporibus uniuerſis anteſtare : cuius animi mentiſq; cum ſit parens ipſe deus, colligitur nõ corpus eſſe deum,ſed rem aliquã & cunctis corporibus,& animis quoq; præſtantiorem. i Cedant & illi quos puduit dicere deum corpus eſſe.] Cic. i. De nat. deor. Nam Pythagoras,qui cenſuit deum eſſe animum per naturã rerum intentum & commeantem ex quo noſtri animi caperentur,nõ uidit diſtractione humanorũ animorum diſcerpi & lacerari deum,& cum miſeri animi eſſent,quod pleriſq; contingeret,tum dei partẽ eſſe miſeram,quod fieri non poteſt. Plato uero animos noſtros de ſubſtantia aſtrorũ deciſos putat,& eodem redituros,ſi puri ex hac uita diſceſſerint, unumquẽq; ad aſtrum,è quo eſt deſumptus: cumq; ſydera ex elementis quatuor ſint coagmẽtata,& animas ipſas eiuſdẽ eſſe cõſtitutionis ac naturæ,tametſi longe diuerſæ rationis, ꝙ ſit iſta corporũ ex elementis compoſitio. k Sed dicũt corpore.] Verg. iiij. Georg. & vi. Aeneid. opinionẽ Pythagoricã adducit,ex deo, id eſt anima mundi canens Quenq; ſibi tenues naſcentem arceſſere uitas,& ad eam poſt mortem redire. Sed quoniam dubitari poſſet, qui ſit,ut cum omnes animæ de eodem principio ſint deriuatæ, non omnes eodem intelligant modo,& ſapiant, & ratione utantur: idcirco à corporibus hæc manare diſcrimina oſtendit,non ab animis ipſis. ſic enim inquit:

Principio cœlum & terras, camposq; liquentes,
Lucentemq; globum lunæ Titaniaq; aſtra
Spiritus intus alit,totamq; infuſa per artus
Mens agitat molem,& magno ſe corpore miſcet.
Inde hominum pecudumq; genus uitæq; uolantum,
Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus.
Igneus eſt ollis uigor & cœleſtis origo
Seminibus,quantum non noxia corpora tardant,
Terreniq; hebetant artus,moribundaq; membra.
Hinc metuunt,cupiuntq;,dolent,gaudentq; nec auras
Reſpiciunt,clauſæ tenebris & carcere cæco.

Quæ omnia declarat fuſe Seruius Grammaticus. Porphyrius iiij. De ſacrificijs compati animam cum corpore ex Pythagorica diſciplina cõcedit,& è corpore bene aut ſecus affecto aliquid in animum redũdare,permutari tamen ex hoc animæ naturam negat.

Maiorum gentium dij

De Platonicorũ ſenſu in ea parte philoſophię,quę phyſica nominatur. VI

VIDERVNT ergo iſti philoſophi quos cæteris non immerito fama atque gloria prælatos uidemus,[a] nullum corpus eſſe deũ,& ideo cuncta corpora tranſcenderunt quærentes deum.[b] Viderunt quicquid mutabile eſt,nõ eſſe ſummum deũ:& ideo omnẽ animam mutabileſq; omnes ſpiritus tranſcẽderunt, quærentes ſummũ deum.[c]Deinde uiderũt omnem ſpeciem in re quacunq; mutabili,qua eſt quicquid illud eſt,quoquo modo & qualiſcũque natura eſt,nõ eſſe poſſe niſi ab illo,qui uere eſt,quia & incommutabiliter eſt. Ac per hoc ſiue uniuerſi mũdi corpus,figuras,qualitates,ordinatũq; motum,& elemẽta diſpoſita à cœlo uſq; ad terrã, & quæcũq; corpora in eis ſunt:ſiue omnẽ uitã, uel quę nutrit,& cõtinet,qualis eſt in arboribus uel quæ & hæc habet,& ſentit,qualis eſt in pecoribus:uel quæ & hæc habet & intelligit, qualis eſt in hominibus:uel quę nutritorio ſubſidio non indiget,ſed tantũ continet,ſentit,intelligit, qualis eſt in angelis,niſi ab illo eſſe nõ poſſe qui ſimpliciter eſt.[d]Quia non aliud illi eſt eſſe,aliud uiuere,quaſi poſsit eſſe non uiuens:nec aliud illi eſt uiuere, aliud intelligere: quaſi poſsit uiuere nõ intelligẽs:nec aliud illi eſt intelligere,aliud beatum eſſe:quaſi poſsit intelligere,& non beatus eſſe,ſed quod eſt illi uiuere,intelligere,beatũ eſſe,hoc eſt illi eſſe. Propter hanc incõmutabilitatem & ſimplicitatem intellexerunt eum, & omnia iſta feciſſe,& ipſum à nullo fieri potuiſſe: Conſiderauerũt enim quicquid eſt, uel corpus eſſe uel uitã,[e]meliuſq; aliquid uitam eſſe,ꝙ corpus,ſpeciẽq; corporis eſſe ſenſibilem,intelligibilem uitæ. Proinde intelligibilem ſpeciem ſenſibili prætulerũt. Senſibilia dicimus,quæ uiſu tactuq; corporis ſentiri queunt:intelligibilia quæ cõſpectu mẽtis intelligi poſſunt. Nulla eſt enim pulchritudo corporalis, ſiue in ſtatu corporis, ſicut eſt figura,ſiue in motu, ſicut eſt cantilena, de qua non animus iudicet. quod profecto nõ poſſet niſi melior in illo eſſet hæc ſpecies,ſine tumore molis,ſine ſtrepitu uocis,ſine ſpatio uel loci uel temporis. Sed ibi quoq; niſi mutabilis eſſet,nõ alius alio melius de ſpecie ſenſibili iudicaret:melius ingenioſior quàm tardior,melius peritior ꝙ imperitior, melius exercitatior ꝙ minus exercitatus,& idem ipſe unus cum proficit melius utiq; poſtea ꝙ prius. Quod autẽ recipit maius & minus,ſine dubitatione mutabile eſt. Vnde ingenioſi & docti & in his exercitati homines facile collegerũt, nõ eſſe in eis reb. primã ſpeciem ubi mutabilitas eſſe conuincitur. Cum igitur in eorũ cõſpectu & corpus & animus magis minuſq; ſpecioſa eſſent,& ſi omĩ ſpecie carere poſſent omnino nulla eſſent,uiderũt eſſe aliquid ubi prima eſſet incommutabilis ſpecies,& ideo nec comparabilis:atq; ibi eſſe rerum principiũ rectiſsime crediderunt, quod factũ nõ eſſet,& ex quo facta cuncta eſſent. Ita quod notũ eſt dei ipſe manifeſtauit eis,cũ ab eis inuiſibilia eius,per ea quæ facta ſunt intellecta conſpecta ſunt:ſempiterna quoq; uirtus eius & diuinitas, à quo etiam uiſibilia & temporalia cuncta creata ſunt. Hæc de illa parte quã phyſicam, id eſt naturalem nuncupant, dicta ſint.

L. VIVES

a NVllum corpus eſſe deum.] Hoc Alcinous in doctrina Platonis ſic arguit: Si corpus deus eſſet, ex materia & forma cõponeretur. nã omne corpus ex his duobus conflatũ eſt,ita ſimile ideis ſit, quarum particeps eſt latẽti quadã ratione & modo. Abſurdum uero eſt ex materia & ſpecie componi, quandoquidem neq; ſimplex tũc eſſet,neq; principiũ, idcirco omni corpore uacat. Accedit huc quod ſi corpus eſt,ex materia cõſtet neceſſe eſt: qd ergo? ignis erit deus? an aer? terra,an potius aqua? quodcunq; horũ ſit, principium certe nõ erit: quin potius minus ac poſterius quiddam materia ipſa,ex qua cõſtabit: nefanda hæc ſunt, deũ ergo incorporeũ eſſe dicendũ eſt. Profecto ſi eſt corpus,genitus erit & corruptioni obnoxius ac morti. ſed hæc omnia q̃ lõgiſsime à deo abſunt. Hæc Alcinous. b Viderunt quicquid mutabile.] Platoni in Timæo deus dicit ἓν ὂν κατὰ ταῦτα, καὶ ὡς ὄντως ἔχον, id eſt unũ idẽ, & ſemper ſui ſimile,ut uertit Ci. Alcinous ex intelligibilib. ſubſtãtijs unã, deus ut ſit neceſſe eſſe ait. Ex iſtis mẽtẽ eſſe ea, quæ mens non eſt,potiorẽ: at ex his mentẽ, quæ eſt in perpetuo actu præſtare illi, quæ in potẽtia: talẽ igit̃ neceſſe eſt

Deus non eſt corpus

deum esse. c Viderunt omnem speciem.] Speciem hic uocat Latino more formam Græce εἶδος, sic Cicero & alij. d Quia non aliud illi est esse.] Alcinous idem deus ipse supremus, æternus, ineffabilis, seipso perfectus, nullius rei indigus, semperq; & undique absolute perfectus, diuinitas, essentiæ ratio, ueritas, harmonia, bonum existit. Neq; uero hæc ita dinumero, ut inter se ipsa diſiungam, immo ut unum potius cuncta conſidero. hæc ibi. Tamesi post paulum indicibilem deum esse ait, & qui sola capi mẽte queat. Neque enim genere tenetur, nec specie, neq; differentia, nec inhæret ei quippiam: malum nephas est dicere. atqui ne bonum quidem, quandoquidem bonus esset participatione bonitatis, nec in eum cadit differentia, nec inhærens ullum. Similem opinionem secutus Dionysius theologus, negat in deo sapiẽtiam, uitam, & intellectũ esse, Sunt enim hæc nomina priuatarum & particularium perfectionũ, cuius modi in deo nullam est reperire. Videtur hæc esse ex sententia Platonis qui in Phedone pulchrum omne participatione pulchri tale esse docet: uerũ ibi excipit pulchrũ ipsum, per quod deum, & ideã pulchritudinis haud dubie significat, ubi pulchritudinis omnis est fõs.

e Meliusq; aliquid uitam esse.] Animã appellat uitam sicut Aristoteles ἐντελέχειαν q. perfectionem, aut ἐνδελέχειαν, id est perennem quendam actum. Nam utrunque dici posse uideo. Plato autem animas cum dicit, solas uidetur rationales uelle intelligi.

Quanto excellentiores cæteris in logica, id est rationali philosophia, Platonici sint habendi. Cap. VII

QVOD autem attinet ad doctrinã, ubi altera pars uersatur, quæ ab eis logica, id est ratiõalis uocatur, absit ut his cõparandi uideantur, qui posuerunt iudicium ueritatis in sensibus corporis, eorumq; infidis & fallacibus regulis omnia quæ discuntur metienda esse censuerunt, [b] ut Epicurei, & quicunq; alij tales, ut etiam ipsi Stoici. [c] Qui cum uehementer amauerint solertiam disputãdi, quam dialecticam nominant, à corporis sensibus eam ducendam putarunt, Hinc asseuerãtes animum concipere notiones, [d] quas appellãt ἐννοίας, earũ scilicet quas definiendo explicant, hinc propagari atq; connecti totã discendi docẽdiq; rationẽ. [e] Vbi ego multũ mirari soleo, [f] cum pulchros dicant non esse, nisi sapientes, quibus sensibus corporis istã pulchritudinem uiderint, qualibus oculis carnis formam sapientiæ decusq; conspexerint. [g] Hi uero quos merito cæteris anteponimus discreuerunt ea, quæ mente conspiciuntur, ab ijs quæ sensibus attinguntur, nec sensibus adimentes quod possunt, nec eis dantes ultra q̃ possunt. [h] Lumen autem mentium esse dixerunt ad discenda omnia, eundem ipsum deum à quo facta sunt omnia.

L. VIVES

a QVOD autẽ attinet ad doctrinã.] Plato orationẽ in quinq; partes distribuit, in ciuilem quo utuntur in cõcionibus ij qui in rep. uersant: oratoriã, in quo sunt demõstratiua ratio, & iudicialis, cõtinetq; laudem, uituperium, accusationẽ, & defensionẽ. Tertia species dicitur sermo, quo priuati cõfabulant. Quarta est artificum, quum de suis rebus illi disserunt. Quinta est dialectica, in qua sunt altercationes & dialogismi reliqui, qui ex interrogatione & responsione cõstant. Sunt qui hoc genus orationis ad Platonem inuentorem referant, ut Fauorinus, alij ut Aristoteles, ad Alexamenum Teium. Non desunt qui ad Zenonem Eleatem. Platonẽ certe excoluisse & ornasse dialogos cõstat, refecisseq; omni genere leporũ, argutiarũ, & eruditionis, in quibus & si formulæ dialecticæ artis non traduntur, sunt tamẽ omnia præcepta illius artis re ipsa expressa, & quomodo utẽdum sit eis ostensum. Demõstrat enim in Timæo: calumniandi specimina in Eutydemo sunt tradita, unde Aristoteles non pauca in suos Elenchos trãstulit. Inductio uero Socratica omniũ est potentissima à quo uideẽ manasse: nullus enim usus est unquã ea dexterius. Vnde illam Quintil. oratori suo uti petat, præcipit. b Vt Epicurei.] Epicurus solem non maiorẽ, q̃ uideat, dixit, & si unus sensus semel fallat, ei nõ amplius assentiendum. Cic. & Plutarch. li. iiij. placitorũ. Stoici sensus quidẽ ueros, uisorũ autẽ quædam uera, quædã uana. Epicurus omnẽ sensum omne uisum uerũ, opinionum aũt partim ueras, partim falsas, & de Zenone Cic. in Acad. quæst. inquit: Sed ad hæc quæ uisa sunt, & quæ si accepta sensibus assensionẽ adiungit animorũ, quam esse uult in nobis positam, & uoluntariã. Visis non omnibus adiungebat fidem, sed ijs solum, quæ propriã quandã haberent declarationẽ earum rerum, quæ uiderentur. c Qui cũ uehementer amauerunt solertiã, disputandi.] De Stoicis loquit: nam Epicurei totam dialecticam tanquã inutilem & uanã repudiauerunt. Stoici se in dialectica acerrime exercuere. De qua multa sunt à Zenone, Cleãthe, & Chrysippo principibus disciplinæ cõscripta: cæterum non in omni dialectica, sed ea quæ est de iudicio: inuentionẽ enim magna ex parte reliquerunt, ut Cicero in Topicis, inquit. d Cõcipere notiones quas appellãt ἐννοίας.] Hæ sunt primæ rerũ intelligẽtiæ, quas etiã λαμβάνειν nominant, id est cõprehensiones. Hæ nanque primæ donãtur homini à natura, unde rerum multarũ magnarumq; oriẽ cognitio, & peritia, & has notiones fieri ex uisis, quæ cõprehensa & cõprobata essent, teneren turq; tanquã manu, unde nõn scientia modo manaret, sed inscitia quoq;, & media inter ambas opinio. Inchoatas intelligentias idem dicit Cicero, & προλήψεις, ait primum ab Epicuro uocatas, ceu quis dicat anteceptã animo rei quandã informationẽ, sine qua nec intelligi quic quã, nec quæri, neq; disputari possit. Sed eo uocabulo uideo & Stoicos usos, quod Cicero uertit anticipationẽ, quam Chrysippus, ut Laertius refert, definiuit naturalem intelligentiã earum rerum, quæ uniuersaliter sunt. e Vbi ego multum mirari soleo.] Arguit Augustinus eos, qui ista pepererũt, plus assensos sensib. mẽtis q̃ corporis. f Cũ pulchros dicãt.] Vnum ex paradoxis Stoicis. g Hi uero quos merito cæteris anteponimus.] Cic. i. Acad. Platonẽ ita res naturæ tractasse scribit, ut sensib. adimeret iudiciũ ueritatis, soli mẽti tribueret, idoneãq; faceret cui crederet, quia sola cerneret id quod semper esset simplex, & unius modi, & tale quale esset h Lumẽ autẽ mentiũ esse dixerunt.] Solem hunc uisibilẽ esse uisus lumẽ ad uidendũ, principẽ uero mũdi lumen animorũ mentiumq; ad intelligendũ, sciendum, sapiendum, iudicandum: idcirco luminis uniuersi pater est, nam & illius interioris intelligibilis, & huius exterioris uisibilis, sicut antea ex Platone ostendi. Idem Alcinous in doctrina Platonis docet.

Quod etiam in morali philosophia Platonici obtineant principatum. Caput VIII

RELIQVA est pars moralis, quam Græco uocabulo dicunt ἠθικήν, ubi quæritur de summo bono: quò referẽtes omnia, quę agimus, & quod non propter aliud, sed propter seipsum appetentes, idq; adipiscẽtes, nihil quo beati simus ulterius requiramus. Ideo quippe & finis est dictus, quia propter hunc cætera uolumus: ipsum autem nõ nisi propter ipsum. Hoc ergo beatificum bonum, [a] alij à corpore, [b] alij ab animo, [c] alij ab utroq; in homine esse dixerunt. Videbãt quippe ipsum hominẽ cõstare ex animo & corpore, & ideo ab alterutro istorũ duũ, aut ab utroq; bene sibi posse esse credebãt: finali quodã bono quo beati essent, quòcũcta quæ agebant referrent, atq; id cũ forent adepti quò referendum esset ultra non quęrerent. [d] Vnde illi qui dicũtur addidisse tertium genus bonorũ, quod appellatur extrinsecus: sicuti est honor, gloria, pecunia, & si quid huiusmodi, non sic addiderũt ut finale esset, id est propter seipsum appetendum, sed propter aliud bonum, quo esset hoc genus bonum bonis: malum aũt malis. Ita bonũ hominis, qui uel ab animo, uel à corpore, uel ab utroq; expetiuerũt, nihil aliud q̃ ab homine expetendũ esse putauerunt. Sed qui id appetiuerunt à corpore, à parte hominis deteriore: qui uero ab animo, à parte meliore: qui autẽ ab utroque, à toto homine. Siue ergo à parte qualibet, siue à toto homine, non nisi ab homine. Nec istæ differẽtiæ, quoniam tres sunt, ideo tres, sed multas dissensiones philosophorũ sectasq; fecerunt: quia & de bono corporis, & de bono animi, & de bono utriusq; diuersi diuersa opinati sunt. Cedant igitur hi omnes illis philosophis, qui non dixerunt beatum esse hominẽ fruentem corpore, uel fruentem animo, sed fruentẽ deo. Non sicut corpore uel seipso animus, aut sicut amico amicus, [e] sed sicut luce oculus. Si aliquid ab his ad illas similitudines afferendum est, quod uel quale sit si deus ipse adiuuerit, alio loco quantum per nos fieri poterit apparebit.

L. VIVES

a Alij à corpore.] Vt Epicurus, & Aristippus, & nationes philosophorũ, quæ ab his manarunt. b Alij ab animo.] Vt Stoici. c Alij ab utroq;.] Vt Calipho, Polemõ, & Diodorus. d Vnde illi qui dicuntur addidisse tertium genus.] Sæpenume ro locutus est August. de tricipiti bonorũ genere, animi, corporis, & externorum: quam diuisionem Aristoteles in libris Moralibus posuit, & Peripatetici multum habent in ore. Sumpta est ex Platone plerisq; in locis, ut proximo libro explicabo. e Sed sicut luce oculus.] Plato in libris De repub. & legibus & Phædone cognitionẽ ueritatis summum hominibus bonum esse affirmat: quæ cum perfecte contingere in hac uita nequeat, fit ut difficile putet uiuentium aliquem uere posse beatum dici, magnam tamen esse spem, ut eam cognitionem assequamur uita functi: liberi iam corporis uinculis & impedimento ad res mẽte comprehẽdendas maximo. Cum ergo uita decesserimus, si modo purgati ex eamus, tunc uerum ipsum, & id quod ὄντως, id est uere est, deum uidelicet intuentes, fruemur re nobis tanto pere concupita, hoc est ueritate, & sciẽtia rerum omniũ. Itaq; sicut oculis uirtus munusq; nullum sit, si lux absit, ipseq; in tenebris agens sempiterno mœrore maloq; afficitur desideat: sin uero accedat rebus sol ipse, fungatur ui & uita sua, magnoq; cum gaudio spectet, & agat: Sic intellectus noster corpore solutus, si desit ei lux ueritatis dei, torpeat, mœreatq; necesse est: si adsit, lætetur, & fruatur ea luce, in qua insunt uitæ expressæq; rerũ omnium species: quo fit ut nec in uoluptate tantũ sit mẽti nostræ gaudij ac felicitatis, nec cum nobis ipsi placemus, ac ueluti nobis ipsi fruimur, quantum in contemplatione illius uere existẽtis & summi boni, perfectaq;, ut inquit Plato, puræ sapientiæ diuini luminis assecutione. Ideo cum absolute beata est anima, non primum ut pulchro & charo fruitur deo, in quo est uoluptas, qui actus est uoluntatis, sed ut uero, qui est intellectus. Tametsi mox pulchritudo cõsequitur, & statim uoluptas, ut in Philebo distinguit, nec seiuncta hæc possunt esse. Nemo enim deũ nouit, quin admiretur, & cognita pulchritudine bonoq; amet magna cum oblectatione. Hæc ex placitis Platonis, qui rerum inspectioni semper primas attribuit partes, illudq; facturas dicit beatorũ animas, cum è corporibus euolauerint. Hæc est beatitudo, quam ijs qui sancte uixerint promisit, ad hãc uocat, ad hanc cohortatur, & excitat. In quam sententiam Academici & Peripatetici pedibus & uerbis iuerunt, ut Arist. x. Ethic. & Cicer. v. De finibus docent.

De ea philosophia, quæ ad ueritatem fidei Christianæ propius accesit. Caput IX.

NVNC satis sit cõmemorare, Platonẽ determinasse finem boni esse secundum uirtutem uiuere, & ei soli euenire posse, qui notitiam dei habeat, & imitationem, nec esse aliam ob causam beatum. Ideoq; non dubitat hoc esse philosophari, amare deum: cuius natura sit incorporalis, Vnde utiq; colligitur tũc fore beatũ studiosum sapientiæ, id enim est philosophus, cũ deo frui cœperit. Quamuis enim non cõtinuo beatus sit, qui eo fruitur, quod amat: multi enim amando ea, quæ amanda non sunt, miseri sunt, & miseriores cum fruuntur: nemo tamen beatus est, qui eo quod amat non fruitur. [b] Nam & ipsi qui res nõ amandas amant, nõ se beatos

beatos esse amando putant, sed fruendo. Quisquis ergo fruitur eo quod amat, uerumq; & summum bonum amat, quis eum beatum nisi miserrimus negat? Ipsum autem uerũ ac summũ bonum Plato dicit deum, unde uult esse philosophum amatorem dei, ut quoniã philosophia ad beatam uitam tendit, fruens deo sit beatus qui deum amauerit. Quicunq; igitur philosophi de deo summo, et uero ista senserunt, quod & rerũ creatarũ sit effector, et lumen cognoscendarum, & bonum agendarum: quod ab illo nobis sit & principium naturæ, & ueritas doctrinæ, & felicitas uitæ: siue Platonici accommodatius nuncupētur, siue quodlibet aliud sectæ suæ nomen imponãt: [c] siue tantummodo Ionici generis, qui in eis præcipui fuerunt, ista senserint: sicut idem Plato, & qui eum bene intellexerũt: siue etiam Italici, propter Pythagorã, & Pythagoreos, & si qui forte alij eiusdē sentētię indices fuerunt: siue aliarũ quoq; gentiũ, qui sapientes uel philosophi habiti sunt, [d] Atlantici, [e] Libyci, Aegyptij, [f] Indi, [g] Persæ, [h] Chaldæi, [i] Scythę, [k] Galli, [l] Hispani, alijq; reperiuntur, qui hoc uiderint, ac docuerint, eos omnes cæteris anteponimus, eosq; nobis propinquiores fatemur. C Quamuis enim homo Christianus literis tantum ecclesiasticis eruditus, Platonicorum forte nomen ignoret, nec utrum duo genera philosophorum extiterint in Græca lingua Ionicorum, & Italicorũ sciat, non tamen ita surdus est in rebus humanis, ut nesciat philosophos, uel studium sapientiæ, uel ipsam sapientiam profiteri. Cauet eos tamē, [m] qui secũdum elemēta huius mundi philosophantur, non secundũ deũ, à quo ipse factus est mundus. Admonetur enim pręcepto apostolico, fideliterq; audit quod dictum est: Cauete ne quis uos decipiat per philosophiam, & inanē seductionem, secundũ elementa mundi. Deinde ne omnes tales esse arbitretur, audit ab eodē Apostolo dici de quibusdam: [n] Quia quod notum est dei manifestũ est in illis. Deus enim illis manifestauit. [o] Inuisibilia enim eius à constitutione mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, [p] sempiterna quoq; uirtus eius & diuinitas. Et ubi Atheniensibus loquens, cum rem magnam de deo dixisset, & quę à paucis posset intelligi, [q] quod in illo uiuimus mouemur & sumus, adiecit & ait: sicut & uestri quidam dixerunt: Nouit sanè etiam ipsos in quibus errant cauere. Vbi enim dictũ est,

A quod per ea quę facta sunt, deus illis manifestauit, intellectu cõspicienda inuisibilia sua, ibi etiã dictum est, nõ illos ipsum deum recte coluisse, quia & alijs rebus, quibus non oportebat, diuinos honores, illi uni tantum debitos detulerũt. Quoniam cognoscentes deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratũ est insipiens cor eorum. Dicentes enim se sapiētes esse, stulti facti sunt, & immutauerunt gloriã incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & uolucrũ, & quadrupedum, B & serpentium. [r] Vbi & Romanos, & Gręcos, & Aegyptios qui de sapiētię nomine gloriati sũt, fecit intelligi. Sed de hoc cum istis postmodum disputabimus. In quo autem nobis cõsentiunt, de uno deo huius uniuersitatis autore, qui non solum super omnia corpora est incorporeus, uerumetiã super omnes animas incorruptibilis, principiũ nostrum, lumen nostrum, bonũ nostrum: in hoc eos cęteris anteponimus.

L. VIVES

a Nunc satis sit commemorare Platonem determinasse.] Homo uenerabili & sancta doctrina Plato, cum in alijs penè rebus cæteros omnes philosophos uicit, tum uero in definiendo summo hominis bono seipsum quoq; superauit. *Platonis sentētia de summo bono* Diuidit in primo de legibus bona in humana & diuina. Illa expertia dicit uirtutis esse, hæc uirtute cõmista & temperata. In Gorgia sentētia Socratis est, in doctrina & uirtute sitam esse beatam uitam, pronunciatq; bonos beatos, improbos miseros. Idem in Menexeno, idem sexcētis locis, cũ illud tam perpetuũ constansq; sit apud Platonē, solum honestum pulchrũq; bonum esse. Cætera quæ appellantur bona, uirtute si careant, ingentē esse possessori perniciē. Sed hæc Platoni cõmunia cum quibusdã, & hactenus æquari dissimilibus uideri posset. efferat se ipse altius, & relinquat humi cæteras sapientiũ scholas. Philebus est de summo bono dialogus, uel ut alij inscribũt περὶ τῆς ἡδονῆς hoc est de uoluptate. In eo sex statuuntur bonorũ uelut ordines gradusq;. In secundo sunt σύμμετρον, καὶ καλὸν, καὶ τὸ τέλειον, καὶ ἱκανὸν, καὶ πάντα ὁπόσα τῆς γενεᾶς ταύτης αὖ ἐστιν, id est commensuratum, & pulchrum, & perfectũ, & sufficiens, & quæcũq; sunt eiusdē uelut stirpis. In tertio ordine νοῦν καὶ φρόνησιν τιθεὶς, οὐκ ἂν μέγα τι τῆς ἀληθείας παρεξέλθοις, id est D si mentem posueris & sapientiã, nõ procul à ueritate aberrabis. In quarto ἃ τῆς ψυχῆς ἔθεμεν αὐτῆς, ἐπιστήμας τε, καὶ τέχνας, καὶ δόξας ὀρθὰς λεχθείσας. Quæ animæ sunt ipsius ponimus, sciētias, artes, & rectas opiniones. Porrò in primo ordine locat μέτρον, καὶ μέτριον, καὶ καίριον, id est mensurã, & moderatũ, & opportunũ. quæ omnia deũ esse putandũ cõmensurationē uniuersorũ, cuius causa esse omia, atq; eũ esse bonorũ omniũ causam, & autorē, ad Dionysiũ scribit, & in Epinomide, & li. ij. De rep. lib. uero vi. summũ bonũ & boni ideam uocat. Propterea in philosophia Platonis Apuleius deũ beatũ & beatificũ nominat. Et Speusippus in definitionib. Platonis deũ ait ζῶον ἀθάνατον, αὐταρκὲς πρὸς εὐδαιμονίαν, οὐσίαν ἀΐδιον, τῆς τ' ἀγαθοῦ φύσεως αἰτίαν. Viuēs immortale, ad beatitudinē sufficiens, essentiã sempiternam, naturæ ipsius boni causam. huius tanti boni contēplatione Plato beatum fieri hominē ait. In cõuiuio enim Diotima sapiētissima fœmina iubet Socratē totã animi intentionem ad orationem suam conuertere. Cumq; A circa pulchrum uersari amorem docuisset, extrema oratione altiorem sermonē ingressa, pulchrum quoddam statuit, quod semper est, nec mutatione afficitur, uel decrementis minuitur, uel accessionibus fit maius, nec aliqua ex parte pulchrum est, cum aliunde secus habeat: aut alternante uicissitudine pulchritudinem aliàs amittit, aliàs admittit: nec respectu aliquo pulchrum, cũ alia ratione turpe sit, cuius pulchritudo, nec locis mouetur, nec ingenijs uarie iudicantium, nec ut pars pulchrũ est, nec ut id quod alteri adhæret. Sed ipsum per se cum semet eiusdē formæ semper ens, unde manat cæterarũ rerum, quæ pulchræ nominãtur, pulchritudo. ea lege, ne uel ortu aliarũ rerum, uel casu accrescat illi aliquid, aut decedat, neu affectum aliquem recipiat, & mutationē. Hoc igitur sanctum pulchrum, & uenerabile, cum quis per cæterorum pulchrorum amorem sublatus spectare cœperit, parum abest quo minus fastigium consecutus B sit. Sic ad amatoria recta tenditur, hoc est illuc uere duci: cũ quis ab istis pulchris ceu per gradus ad pulchrũ illud ascendit, ab uno pulchro corpore in duo transiliens. Hinc in cætera pulchritudine prædita, iam ad pulchra omnia studia, quibus pulchris succedere disciplinas oportet, ex quarũ numero una illa sit princeps unice cõplectenda, quæ solius est pulchri illius, ut eius contemplationem doceamur, hoc uiuendum modo est homini pulchro. Hoc si uideris, sordebunt tibi aurum, uestes, & formosa hominum corpora. Age uero quantæ felicitatis putas esse plenum, dari alicui, ut pulchrum ipsum cernat syncerum, & purum putum, nõ corpore humano contectum & commistum, non colore nec mortalibus eiusmodi nugis, sed diuinũ ipsum, sui semper simile, ac conforme? Quæso te, an non admirandam esse uitã eiusce hominis censes, qui illud spectet, qui, quod optat, intueatur, & cũ eo habitet? O solidæ & germanæ compotem uirtutis, hancq; ob causam præpotenti deo C amicum, & si quis est alius immortalē. Hæc sunt Diotimæ sapientissimæ ad Socratem uerba, quibus Socrates se fidem habere profitetur, & laborare, ut hominũ generi persuasum sit, non esse humanæ naturæ quicquã ad possessionem pulchri huius amore cõducibilius: ac ne quis satis sibi putaret esse, si uerbis philosopharetur, aut si contemplaretur impura mente. Quanquam hoc non facile est factu, ac nescio etiã an possibile apud Platonem, sed tamen imitatorē dei beatũ esse oportere uolumine de legibus quarto docet, quo loco quũ de amicis deq; inuisis deo disputat, sapiētem uirum dies ac noctes cogitare illud debere cēset, quemadmodum deum sequatur, illumq; sibi potius quàm mortalium quẽuis mensuram rerum & canonem præstituat, præstetq; se q̃ maxime poterit, illius similem. Neque enim aliter amicus unquam erit dei. Porrò quid sit esse dei similem in Theæteto expressius, prudētem iustum, ac sanctum esse dicit. In epistola uero ad Hermiam & socios, si quis uere D philosophetur, eum affirmat cognitum ire deũ, & eius patrem, quantum à felicibus hominibus fieri id potest. & in Epinomide περὶ τοῦ θεοῦ λόγου loquens: Hunc, inquit, in primis unusquisq; felix admiratur, hinc amore incenditur, ut intelligat, quantũ facultas sinit ingenij humani, persuasus hoc modo se optimam & felicissimam uitam acturum, defunctum uero uita in ea uēturum loca quæ uirtuti parata sunt. Hæc Plato qui maximã illam & consummatam beatitudinem post uitam statuit. In eodem nanq; opere ait, fieri non posse ut homines in hac uita, præter admodum paucos, beati efficiantur, spem uero esse bonã ut post uitam consequaẽ quis ea omnia, quorum gratia uitam optime atq; honestissime, quantum præstari ab eo poterat, & traduxit, & deposuit. & in fine uoluminis: Nephas, inqt, est deos negligere aperta iam & patefacta illorũ omniũ ratione. Hæc uero qui uniuersa receperit, eum assero uere sapientissimum, quem equidem & ioco & serio affirmo, quum decesserit de hac uita, non uulgari & communi cõditione, quemadmodũ quũ uiueret, sed singulari quadam futurũ, beatissimũ & sapientissimũ simul & fortunatum redditũ: & si quis siue in insula siue in continente quapiam fortunatus sic uixerit, eum quoq; aio participem eiusmodi sempiternæ felicitatis fore, tum etiam seu quis hæc quæ diximus exercuerit in uita publica, seu in uita priuata eademq; similiter in deos egerit. Cæterum quod initio dicebamus idem nobis nunc rursum occurrit, dictum sine ulla dubitatione uerissimum, paucissimos ad perfectam illam beatitudinem in uita pertingere, quod à nobis nõ temere assertum est. Hæc in Epinomide. In extremo uero de rep. Ecce itaq; tibi præmia & mercedes, quæ uiro iusto præter ea bona, quæ iustitia secũ affert à dijs & hominibus tribuuntur, præclara sanè & stabilia. Atqui ea omnia nihil neq; numero sunt, neque magnitudine censenda, si cum ijs conferantur, quæ mortuum manent. in Phædone uero: Quocirca inquit Socrates, interea dum in uita sumus, ita nos ipsi parare debemus ut quàm minimum fieri poterit cum corpore sit nobis commercij: ita fiet, ut quadam tenus ad scientiã accedamus, caueb imusq; ab eius cõtagio, quousq; nos deus soluat, ut puri & à corporis uitijs liberati cum similibus, ut par est, uersemur, cognoscamusq; per nos ipsos ea quæ integra & syncera sunt, quod est uerum ipsum: quæ si ad hunc se modum habent, magna spes est proficiscentē quò nunc ego, si alibi usquam, & ibi futurum compotē rei, quam ut consequeremur, tot perpessi sumus in uita labores. & post: Si uere philosophus est, illa apud eũ opinio ualere multum debet, ut non alibi puram sapientiam consequi se speret, quàm post uitã. Hæc nobis pauca de multis sunt collecta ad sententiam Platonis ostendendam, in quis plura ad uerbum conuerti, alia seruata sentētia C posui, quæ quum sint ex eodem ipso Platone decerpta, ociosum & superuacaneum foret ex Platonicis adferre testimonia. b Nam & ipsi qui res non amandas.] Laurentium Vallam miror in dialectica negare esse aliud amorem, quàm delectationem, quum res ipsa in uita communi contrarium aperte testetur: nam absente amico amor nobiscũ remanet, delectatio cum illo abit. Sed non est hoc unicum in illo opere absurdum. Porrò frui est oblectationem ex re aliqua percipere: seu, ut Augustinus lib. lxxx. quæstionũ scribit, fruimur illa re de qua capimus uoluptatem. De fructu & usu dicemus libro undecimo. c Siue tantummodo Ionici.] Tametsi Plato multa à Pythagoreis accepit, tamen ex philosophis Ionicis fuit. Propterea quòd Socratē magis quàm Architam uel Timæum secutus est. d Atlantici.] Hi loca incolunt in Aphrica ad Oceanum sita, quorum antiquiss. rex fuit Atlas Saturni frater, Cœli filius, qui quum ipse consultiss. esset astrorum, & filium Hespe- D rum insigni humanitate & prudentia uirum eam artem edocuit, & plerosque ex generis. Nam septem filiarum fuit pater, qui dijs heroibusq; nupserunt, filiosq; pepererunt & uirtute & gloria non inferiores parentib. Docuit quoque nonnullos ex populo, à quibus ea scientia in interiorem Libyam manauit, ibiq; philosophatus est Hercules. e Aegyptij.] Horum philosophia est per uetus, sed à Chaldæis magna ex parte tradita, in primisq; ab Abraham, quamuis ipsi, ut Diodorus scribit, ad Isim, Osirimq;, Vulcanum, Mercurium, & Herculem referant. Vtcunque sit, constat Aegyptios multa diuinitus de philosophia præcepisse, multa quoque portentose ac mendaciter. *Aegyptij* f Indi.] Hi habuerunt suos philosophos quos Brachamanas appellabant: de quorum uita & institutis Philostratus in Vita Apollonij permulta, & Strabo, & qui res gestas Alexandri Macedonis memoriæ prodiderunt. *Brachamani* g Persæ.] Apud hos *Persæ*

hos fuerunt magi à Zoroastre instituti. h *Chaldæi* Chaldæi.] Peritissimi astrorum, diuinationisq́;, etiam sacris operabantur, de quibus Diodorus libro tertio. i *Scythæ* Scythæ.] Hi quoq; philosophati sunt olim & de generis antiquitate cum Aegyptijs certarunt: genus hominum forte, simplex, iustum, uitiorũ & malitiæ ignarum, nactum ingenio naturali, quod Græci magnificis illustribusq́; disciplinis nequiuerunt. De his Iustinus lib. ij. k Galli.] *Dryudæ* Fuerunt & apud Gallos Dryudæ sacerdotes, ut tradit Cæsar libro sexto Comment. Gallici belli, tum etiã poetæ, philosophi & theologi, quos Saronnidas dicebant, sicut Diodorus lib. vi. docet. Habuerũt & diuinaculos, ad quos populus de suis negocijs referebat: nec ullum sacrificium fiebat sine philosopho, hoc est conscio diuinæ naturæ: quorum consilijs omnia domi forisq́; administrabantur. Philosophi erant Dryudæ, qui ut Strabo libro quarto narrat, præter causarum naturalium scientiam, philosophiam quoq; moralẽ exercebant. l *Hispani* Hispani.] In ea terra ante quàm auri argentiq́; uenæ reperirẽtur, & bella sunt perpauca gesta, & multi philosophati, & populi sanctissimis morib. uixere securi quietiq́;. Singuli populi à magistratu annuo regebantᷓ uiris præstantissimis eruditione & probitate: æquo & bono trãsigebantur res, non legum numero: & si scriptæ aliquot dicuntur præcipue apud Turdetanos magna uetustate temporis: lites controuersiæq́; inter ciues propè nullæ. Et omnes, si quæ erant, de æmulatione uirtutis, de natura deorum, de ratione naturæ, de moribus probis, eruditi homines statis diebus publice disserebant, ut fœminæ quoq; interessent. Arserunt uero quidam mõtes metallis grauidi, & auro agentoq́; eliquatis, cœperunt homines nouam atq; inusitatam admirari materiã. Hinc Phœnicibus qui quæstus gratia totum orbem nauigijs peragrabant, ostensis opibus cum exigui precij rebus permutabant. Phœnices quæstu facili magnoq; domi ostenso, & ex ea regiõe, & ex reliqua Asia Græciaq́; ingentem uim hominum ad cupiditatem promptam diuitiarum exciuerunt: ita modo numerosis classibus, modo singulis, binis ternis'ue onerarijs nauibus Hispaniã subinde repetebant. Plures uel soli uel cœli bonitate capti, alij metalla patriæ penatibusq́; præferẽtes in Hispania remãsere, qui ad se cognatos affinesq́; alios alijs illectamentis pertraxerunt. Tum frequentes ex tota Asia uicinisq́; insulis in Hispaniam Coloniæ missæ. Hi rudes malitiæ ac uitiorum populos Asiana Græcaq́; docuere scelera. Hinc subito exorta Hispanis suorum metallorũ admiratio, & custodia: hinc lites, hinc rapinæ, cædes primum priuatæ, & latrocinium paucorum, demum apertum publicumq́; gẽtium inter sese concurrẽtium, quod uocant bellum, ducibus alienigenis & in primis Phœnicibus, tantorum non modo in præsens, sed in posterũ quoq; malorum autoribus & magistris: tum occursum prauis moribus, tum desitũ æquo ac bono fidi, & leges ferri cœptæ, conuersisq́; animis ad metallorum curã & negociationẽ uarijs gentibus bellisq́; in Hispaniam ingruentibus, omissum est studium philosophiæ, artesq́; illæ, ut coli desitæ, ita & ferè extinctæ sunt. nã literis continebãtur perpaucis: auditione magna ex parte tradebantur, percipiebanturq́;, quarum reliquiæ pace à Romanis parta per aliqua meliora ingenia renouatæ, aduentu Gothorum, deinde Agarenorum ad uulgus perierunt. Restat adhuc tenuis quædam priscorum temporum notitia Græcis literis ac Latinis consignata, unde spero me aliquando origines gentis meæ illustraturum. m Qui secundum elementa huius mundi philosophantur.] Id est, qui aliud nihil sapiũt, q̃ elementa mundi: qui ex ipsis & ab ipsis omnia gigni, interimiq́;, agi & gubernari arbitrantᷓ, nihil aut perparũ deo relinquentes, cuius arbitrij iurisq́; sunt omnia. n Quia quod notum est dei, manifestum est in illis.] διότι τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς, cognobile dei manifestum est illis q. qđ de deo cognosci potest ab homine. o Inuisibilia em̃ eius.] Græce sic, τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥτε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις, καὶ θειότης. κτίσις est creatio ipsa & res creata. Laurentius putat intelligendum inuisibilia dei cognosci de factura q. de forma, & facie uniuersi, quale illud est in Psalmo: Cœli enarrant gloriã dei, & opera manuum eius annunciat firmamẽtum: & Aristotelem multosq́; alios philosophos deum & esse & prospicere mundo legimus deprehẽdisse ex cœli pulchritudine & constantia motus, uicibusq́; temporum ac rerum, totaq́; ratiõe uitæ nostræ, & ipsius uniuersi, quæ omnia fieri non posse uidebant, nisi ab aliquo principe sapientissimo, & optimo, qui huic uniuersitati præsideret. Augustinus hic κτίσεως uertit constitutionis, ut sit intelligi ab hominibus illa recõdita ex operibus dei, quæ cernimus, idq́; iam inde, ex quo mundus est conditus, ut sciamus, non istud usu uenire de cognoscendo deo per opera ex quo Christus homines docuit, aut ex quo lex est Mosi data, sed ex quo mũdus est à deo genitus. Atque hic sensus uidetur mihi cum Pauli dictis magis congruere, qui contra philosophos hoc loco disputat, quos significat quocunq; tẽpore, quacunq; regione mundi uixerint, potuisse deprehendere deum esse rectorem uniuersorum, & parentem: ita id quod sequitur, per ea quæ facta sunt, sic coniũgitur, inuisibilia dei cõspiciuntᷓ, intellecta per ea quæ facta sunt. p Sempiterna quoq; uirtus eius & diuinitas.] Non modo abstrusiora illa de sapientia & probitate, sed hæc quæ magis elucent diuinitas & potentia: nisi quis malit auferri quoq;, quemadmodum fit Græce, ut sic sensus: Hæc esse quæ conspiciuntᷓ diuinitas & potentia: nam irrepsisse in Latinam interpretationẽ quoq; in causa fuit particula illa τε quæ solet cõiunctionem significare. q Quod in illo uiuimus, mouemur & sumus.] Veteres enim & animam mundi per uniuersum fusam dixere ζῶα, & aerem ipsum: idcirco utrũcunq; sit, in eo nos & esse & moueri & uiuere. Aratus quoque & uias, & fora, & portus, omnia deniq; Iouis esse plena dixit, quod interpres ad illam aeris facultatem refert. r Vbi & Roma.] Romani & Græci hominum simulachra pro dijs colebant, Aegyptij bestias.

Quæ sit inter philosophicas artes religiosi excellentia Christiani. Cap. X

NEC si literas eorum Christianus ignorans, uerbis quæ non didicit in disputatione non utitur, ut uel naturalem Latine, uel physicam Græce appellet eam partem, in qua de inquisitione naturæ tractatur: & rationalem siue logicam in qua quæritur, quo nam modo ueritas percipi posit: & moralem uel ethicã, in qua de moribus agitur bonorumq; finibus appetendis malorumq; uitandis: ideo nescit ab uno uero deo atq; optimo, & naturã nobis esse, quia facti ad eius imaginẽ sumus: & doctrinã, qua eum nosq; nouerimus: & gratiam, qua illi cohęrẽdo beati sumus. Hæc itaq; causa est, cur istos cæteris præferamus: quia cũ alij philosophi ingenia sua studiaq; contriuerint in requirendis

rerum

rerum causis, & qui nam esset modus discendi atq; uiuẽdi: isti deo cognito repererunt, ubi esset causa constitutæ uniuersitatis, & lux percipiendæ ueritatis, & fons bibendæ felicitatis. Siue ergo isti Platonici, siue quicunq; alij quarũlibet gentium philosophi de deo ista sentiunt, nobiscum sentiunt. [a]Sed ideo cum Platonicis magis placuit hanc causam agere, quia eorum sunt literæ notiores. Nam & Græci, quorum lingua in gentibus præminet, eas magna prædicatione celebrarunt, & Latini permoti earum uel excellentia, uel gloria, ipsas libentius didicerunt, atq; in nostrum eloquium transferendo nobiliores clarioresq; fecerunt.

L. VIVES

a Sed ideo cum Platonicis.] A temporibus Platonis & Aristotelis usq; ad Alexãdrum Aphrodiseum, qui uixit Seuero & eius filio principibus, Aristoteles nominabatur magis, q̃ uel legebatur à doctis, uel intelligebatur. Primus ille aggressus eum enarrare, & adiuuit studia multorũ, & ad alia in eo philosopho quærenda excitauit, mansit tamen crebrior in manibus hominum & notior Plato usq; ad scholas in Gallia & Italia publice cõstitutas, id est, q̃ diu Græca & Latina lingua uiguerũt: postea uero q̃ theatricæ cœperunt esse disciplinæ, omnisq́; earũ fructus existimatus est posse disputando fucum facere, & os obturare, & puluerem ob oculos iacere, idq́; imperitissima peritia, & nominibus ad libitum confictis, accommodatiores ad rem uisi sunt libri logici Aristotelis & physici, relictis permultis eius præclaris operibus. Platone uero, & quod ab eis non intelligeretur, quamuis multo minus Aristoteles, & quod artificium nõ uideretur docere, ne nominato quidem. non quod minorem aut ineruditiorem putem Platone Aristotelem, sed quod ferendum non est Platonem sanctissimum philosophum præteriri & Aristotelem ita legi, ut meliore reiecta parte quæ retinetur, id cogatur loqui, quod ipsi iubent, stultitias meras, quales non dico Aristoteles, sed nec quisquam illius temporis per furorem cogitarit.

Vnde Plato illam intelligentiam potuerit acquirere qua Christianæ scientiæ propinquauit. Cap. XI

MIRANTVR autem quidam nobis in Christi gratia sociati, cũ audiunt, uel legunt Platonem de deo ista sensisse, quæ multum congruere ueritati nostræ religionis agnoscunt. Vnde nonnulli putauerunt eum, quando perrexit in Aegyptum, [a]Hieremiam audisse prophetã, uel scripturas propheticas in eadem peregrinatione legisse: [b]quorum quidem opinionẽ in quibusdam libris meis posui. Sed diligenter supputata temporum ratio, quæ chronica historia cõtinetur, Platonem indicat à tempore quo prophetauit Hieremias, centũ fermè annos postea natũ fuisse. Qui cum octoginta & unum uixisset, ab anno mortis eius usq; ad tẽpus quo Ptolemæus rex Aegypti scripturas propheticas gẽtis Hebræorũ de Iudæa poposcit, & per septuaginta uiros Hebræos, qui etiã Græcam linguã nouerant interpretandas habendasq; curauit, anni ferme reperiũtur lx. Quapropter in illa peregrinatione sua Plato, nec Hieremiam uidere potuit tanto ante defunctũ, nec easdem scripturas legere, quæ nondum fuerant in Græcã linguã translatæ, qua ille pollebat: [f]nisi forte quia fuit acerrimi studij, sicut Aegyptias, ita & istas per interpretem didicit, non ut scribendo transferret, quod Ptolemæus pro ingenti beneficio, qui regia potestate etiã timeri poterat, meruisse perhibetur, sed ut colloquendo quid continerẽt, quantũ capere potuisset, addisceret. Hoc ut existimetur, illa suadere uidentur indicia, quod liber Genescos sic incipit: In principio fecit deus cœlum & terram. Terra autem erat inuisibilis & incõposita, & tenebræ erant super abyssum, et spiritus dei ferebatur super aquas. [d]In Timęo aũt Plato quẽ librũ de mũdi cõstitutione cõscripsit, deũ dicit in illo opere [e]terrã primo ignẽq; iũxisse. Manifestũ est autẽ quod igni tribuit cœli locũ. Habet ergo hæc sententia quandã illius similitudinẽ, qua dictũ est: In principio fecit deus cœlũ & terrã. [g]Deinde illa duo media, quib. interpositis sibimet hæc extrema copularẽtur, aquam dicit & aerẽ, unde putatur sic intellexisse, quod scriptũ est: Spiritus dei ferebatur super aquas. Parum quippe attendens quo more soleat illa scriptura appellare spiritum dei, [h]quoniam & aer spiritus dicitur, quatuor opinatus elementa loco illo cõmemorata uideri potest. Deinde quod Plato dicit amatorem dei esse philosophum, nihil sic in illis sacris literis flagrat: & maxime illud, quod & me plurimum adducit, ut penè assentiar Platonem illorum librorum expertem non fuisse: quod cum ad sanctum Moysen ita uerba dei per angelum perferantur, ut quærenti quod sit nomen eius qui eum pergere præcipiebat ad populum Hebręum ex Aegypto liberandũ, respondeatur: [i]Ego sum qui sum: & dices filijs Israel, qui est, misit me ad uos: tanquam in eius comparatione qui uere est, quia incommutabilis est, ea quæ mutabilia facta sunt, non sint: Vehementer hoc Plato tenuit, & diligentissime commẽdauit. Et nescio

u scio

ſcio utrum hoc uſpiam reperiatur in libris eorũ, qui ante Platonem fuerũt, niſi ubi dictum eſt: Ego ſum qui ſum: & dices eis, qui eſt, miſit me ad uos. Sed undecũq; ille iſta didicerit, ſiue præcedentium eum ueterum libris, ſiue potius quo modo dicit Apoſtolus, quia quod notũ eſt dei, manifeſtum eſt in illis: deus enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim eius à conſtitutione mũdi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciũtur, ſempiterna quoq; eius uirtus & diuinitas: nunc non immerito me Platonicos philoſophos elegiſſe cum quibus agam, quod in iſta quæſtione quã modo ſuſcepimus agitur de naturali theologia, utrum propter felicitatem, quę poſt mortem futura eſt, uni deo, an pluribus ſacra facere oporteat. Nam utrũ unus deus an plures, propter huius uitæ ſint bona colendi, ſatis ut exiſtimo expoſui.

L. VIVES

Hieremias Ieremiã audiſſe.] Hic cũ tribu Iuda & Beniamin in Aegyptũ abijt, obijtq; in Tanis Aegypti obrutus lapidibus: ubi ab indigenis colitur, ob uim præſentaneam contra ſerpentum ictus. b Quorum quidem opinionem in quibuſdam libris meis p.] Lib. ij. De doctrina Chriſtiana. Euſeb. initium uaticinij Hieremiæ refert in primum annum xxxvi. Olympiadis. orum uero Platonis in quartũ octogeſimæ octauæ Olympiadis. De ſeptuaginta duobus interpretibus alio loco. c Niſi forte quia fuit acerrimi ſtudij.] Iuſtinus martyr in paracleſi ad gentes, & Euſebius in Præpar. Euãg. & Theodoritus de Græcorum affectionibus, Platonem ex Hebræorum lib. multa in ſuos tranſtuliſſe ſcribunt. Hinc Numenius philoſophus dicebat τί ἐστι πλάτων ἢ μωϋσῆς ἀττικίζων; quid eſt Plato, niſi Moyſes Atticiſſans? Et Ariſtobolus Iudæus ad Philometora libro primo, ſicut Euſebius citat: Legem, inquit, noſtram in multis Plato ſequutus eſt: aperte nanq; in multis diligenter examinaſſe ſingula uidetur. Moſaica enim uolumina ante Alexandrum, & ante Perſarum imperium traducta fuerãt: unde plurima, ſicut & Pythagoras philoſophus ille accepit. d In Timæo autem Plato.] Hunc librum ſic appellauit, ꝙ inducit Timæus Locrus, diſputãs de mundo, quẽ Plato in Italia audierat, quiq; Dorica lingua de mũdo ſcripſit, ex quo lib. multa ſunt à Platõe mutuata. e Terram primo ignemq; iunxiſſe.] Hæc ſunt Platonis uerba, interprete Cicerone, corporeum & aſpectabilem, itemq; tractabilem eſſe, neceſſariũ eſt: nihil porrò igni uacuum uideri poteſt, nec uero tangi, quod careat ſolido. Solidum aũt nihil quod terræ ſit expers: quamobrem mũdum efficere moliens deus, terram primam ignemq; iungebat. Eadem eſt ipſius Timæi Locri ſentẽtia, in opere ſuo, de mundo & anima. f Manifeſtũ autem quod igni tribuit cœli locum.] Plato cœlum igneũ eſſe putat, ſtellas uero ex quatuor elementis cõflatas, ꝙ ſolidiores uideantur. Neq; uero cœlum eiuſdem, cuius hic noſter eſt ignis naturæ credit eſſe: neq; enim ſimplicem ponit ignem, ſed uarij generis naturæq;. g Dein de illa duo media.] Ad cohærendum, aqua & ignis neceſſe habebant uinculum. Porrò ſolida uno uinculo, parum apte cõiungi, cohærereq; poſſunt: duobus ergo indigebant, quæ ex ſe, & ijs quæ coniungunt, quàm commodiſsime fieri poſſet, unum quid redderẽt. Tales ſunt

A aer & aqua, inter ignem & terram. Qua enim ratione, proportioneq; ſe habet aqua ad terram, eadem aer ad ignem, eadem aqua & aer inter ſe: quæ uincula ita copulant extrema elementa, ut ſenſim, uel aſcẽdentibus, uel deſcendentibus, prope imperceptibilib. naturæ uariationibus, unum putetur eſſe corpus, quod uel dureſcit in terram, uel rareſcit in ignem. h Quoniam aer ſpiritus dicitur.] Sed non dei. De hoc alibi. i Ego ſum qui ſum.] ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. Participium eſt ὤν, quaſi ego ſum ille qui eſt. Hoc enim uerbum Græcum uno Latino uerti non poteſt, ut inquit Seneca libro Epiſtolarum octauo: ſed dici poteſt ens, quod à ſum protulit Cæſar, ſicut à poſſum potens. Idem Sergius Flauius fecit, ut Quintilianus inquit: ſignificat uero deus ſe eſſe illum, qui ſit, quoniam cæteræ res uere & proprie non ſunt: nam ſicut Eſaias dicit, ex nihilo ſunt: & apud Iob non ſemel legĩ, deum ſolum eſſe, reliqua enim omnia manent, ut inquit Seneca, non quia æterna ſunt, ſed quia defendunĩ cura
B regentis, futura protinus nihil, ſi manum ille tolleret. Plato in Timæo, & Sophiſta, res corporales nunquam uere eſſe, res autem ſpiritales ſolas uere eſſe affirmat. In eodem Sophiſta & in Parmenide, deum unum & ens appellat, à quo ſint reliqua uniuerſa, nec inueniri naturæ illi inæſtimabili nomen, quo appoſite nominẽ, nec diffinitione claudi, nec cogitatione teneri, nec notitia, nec uerbis capi: ab hoc deos alios minores generatos eſſe, quos in Timæo fore immortales ait, non ſua ipſorum ui ac natura, ſed uoluntate parentis dei, quem τὸ ὄν nominat plerunq;, id eſt quod eſt, ut dixi, ſicut in Phædone de uero philoſopho loquẽs, ὀρέγηται τοῦ ὄντος, id eſt cupit id quod eſt: & poſt, ἆρ' οὖν οὕτως ἔστιν ὦ σιμμία, εἴπερ τις ἄλλος ὁ τοῦ ξύμπαντος τοῦ ὄντος, Nónne ita eſt, ó Simmia, ſi quiſquã alius, & ipſe, ipſius quod eſt, cõpos? & in Timæo, τὸ ὂν μὲν ἀεί, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον, id eſt ſemper ens ingenitum. Platonicorum omnium concors eſt ſententia, Titulum Platonici Parmenidis de ente & uno rerum omnium principio, & So
C phiſtæ περὶ τοῦ ὄντος, de deo intelligi, qui unus ſit ens uere: & uniuerſorum principium. Et quoniam ὤν participiũ eſt præſens tempus ſignificat, ut uideatur deus, nec futurum habere, nec præteritum, ſed ſemper eſſe. Plato in Timæo ſic inquit, ταῦτα δὲ πάντα μέρη χρόνου, καὶ τό τ' ἦν, τό τ' ἔσται χρόνου γεγονότα εἴδη φέροντες λανθάνομεν ἐπὶ τὴν ἀΐδιον οὐσίαν, οὐκ ὀρθῶς. λέγομεν γὰρ δὴ ὡς ἦν, ἔστι τε, καὶ ἔσται. τῇ δὲ τὸ ἔστι μόνον κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον προσήκει. τὸ δὲ ἦν, τό τ' ἔσται περὶ τὴν ἐν χρόνῳ γένεσιν ἰοῦσαν πρέπει λέγεσθαι. κινήσεις γάρ ἐστον. τὸ δὲ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἔχον ἀκινήτως, οὔτε πρεσβύτερον, οὔτε νεώτερον προσήκει γίγνεσθαι ποτέ, οὔτε γενονέναι νῦν, οὐδ' εἰς αὖθις ἔσεσθαι τὸ παράπαν, οὐδὲν ὅσα γένεσις τοῖς ἐν αἰσθήσει φερομένοις προσῆψεν, ἀλλὰ χρόνου ταῦτα αἰῶνά τε μιμουμένου, καὶ κατ' ἀριθμὸν κυκλουμένου γέγονεν εἴδη. Porrò, inquit, hæc omnia temporis ſunt partes, & fuit, & erit: quæ ſunt tẽporis facti à nobis falſis ſempiternæ attribuuntur eſſentiæ, quod non decet. Ita enim ſolemus de illa loqui, erit, fuit, eſt: atqui ſolummodo, eſt, ei congruit: fuiſſe uero aut fore conuenit dicere, quæ in tempore genita, cum tempore pro-
D cedunt. Motus ſiquidem hæc duo ſunt: quod autem idem tota eſt æternitate, nullo mouetur motu, nec decet ſeniorem unquam fieri, aut iuniorẽ, nec fuiſſe hactenus, nec fore deinceps, nec incurrit in id quicquam, quæ res corporales, & quas ſenſibus uſurpamus, patiuntur, ſed iſtæ ſunt temporis æmuli æternitatis, & ad numerum ſe conuoluentis ſpecies, hæc Plato. quæ Gregorius theologus tranſtulit in ſuam orationem de natali Chriſti, & fuſius perſequutus eſt in illo loco, θεὸς ἦν μὲν ἀεί, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται. μᾶλλον δὲ ἔστιν ἀεί. τὸ γὰρ ἦν, καὶ ἔσται τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνου τμήματα, καὶ ῥευστῆς φύσεως. ὁ δὲ ὢν ἀεί, καὶ τοῦτο αὐτὸς ἑαυτὸν ὀνομάζει τῷ μωϋσῇ χρηματίζων ἐπὶ τοῦ ὄρους. Deus, inquit, fuit ſemper, & eſt, & erit. ſeu potius eſt ſemper. nam fuit, & erit, partes ſunt noſtri temporis, & fluxæ naturæ. Ille uero ens ſemper, & ſic ſe ipſe nominat, Moyſi interroganti. Hinc aſcendit altius, & ingenti facundia, paribuſq; ſententijs, de duratione, deq;

deque æternitate principis rerum philoſophatur. Sed ſuccumbit ingenioſiſsimus alioqui uir oneri, & magnitudine uincitur, & tam immodico ſplendori conniuet. Refert Plutarchus fuiſſe poſti Apollinis Delphici aſſcriptum à ſapientiſsimis uiris ex una parte γνῶθι σεαυτόν, ex altera parte εἶ, q. iuberet deus, & ita ſalutãtes reſalutarẽ noſce teipſe, nos illum ſic aggrederemur, es, quod ſoli deo aptiſsime congruit. nam hominibus non conuenit. eſt enim natura noſtra inſtabilis & fluxa, dei uero fixa, & æterna. Itaq; ſemper ei liceret dicere tanquam eſſentiæ immutabili, quæ futuri temporis tranſactiq; mutationes non ſentiat, tu es. Quid quod illud es referendum non uidetur ad tempus aliquod, ſed ad immobilem æternitatem, in quo ſenſu Plato in Parmenide, nec præſens quidem tempus dici poſſe de deo uult, quoniã ſit tempus, nec ens illum eſſe, ſed ſupra omnia potius entia inexplicabile quiddam, quod ſcire quid non ſit facile eſt, quid autem ſit, impoſsibile. Non deſunt, qui Parmenidem ipſum in ſuis poematis quibus philoſophiam complexus eſt, de deo ſenſiſſe putent, cũ omnia eſſe unũ diceret, de quorum numero eſt Simplicius. Neq; enim ueriſimile eſt Parmenidem hominem acutũ & ſapientẽ, diuiſionem & multitudinem in rebus non deprehẽdiſſe, quam diſertis uerbis in ſuis carminibus poſuit. nam ubi de ente illo unico ſatis multa ceciniſſet, Hactenus inquit de ueris illis, & ſupremis, nunc de mortalibus confuſis, & in quibus multum eſt falſi erroriſq; admiſtum. Ariſtotelem cupiditate reprehendendi euectum mala fide, ut in alijs multis fecit, ſentẽtiam eius in phyſicis auditionibus retuliſſe. Quod Themiſtius etiam attingit his uerbis, dicam ut eſt apud interpretem Hermolaum Barbarum: Nõ enim putaſſe Parmenidem unum illud ens, quod inuexiſſet accidens eſſe, aut ex eorum numero, quæ ea re ſunt, quod alijs hærent, ſed de eo ente locutum fuiſſe, quod eſſet proprie, & maxime, & uere ens. Hoc eñ apud nos ſignificat uere & maxime ens, quod apud Platonem dicitur ens, ut ita loquar, ipſiſsimum. Quid quod Ariſtoteles ipſe quodã loco cũ de naturalibus diſſereret rebus, ueniſſetq; ad Parmenidis opinionem: Sed Parmenides, inquit, aliò uidetur ſpectaſſe, de uno ente rerum omnium principio, dixi quid Platonici aliquot ſentirent. Porrò ſententiam illam, quæ plerunq; eſt apud Platonem, & Platonicos, quæ ſenſibus uſurpamus, non eſſe, ſola intelligibilia eſſe: Alcimus in libris quos ad Amyntham ſcripſit, & eam ipſam & de Ideis opinionem ex Epicharmi libris Platonem mutuatũ eſſe docet, allatis etiã uerbis ipſis Epicharmi, qui Cous fuit philoſophus ex Pythagorica gente, quem olim uelut ſolem inter ſydera, & mare inter amnes, ita excellere inter homines eruditione fama tenuit, ſcripſitq; de natura rerum. Certe ipſe Plato in Sophiſta antiquiorem fuiſſe illam ſententiam iudicat, qua ſola intelligibilia eſſentiæ ueræ exiſtimantur, & ortas inde maximas cõtentiones, cum ijs, qui ſola eſſe in mundo corpora putabant. De ideis quoq; Timæus Locrus in libro De mũdo ſcripſit. Sed hæc omnia Plato cum ingenio excultiore, & diſertiore facũdia, tum uero altiore & diuiniore adiutus doctrina auguſtiora omnia & explicatiora tradidit. Quanquam myſteria hæc Pythagoram ipſum in Aegypto ex ſacris uoluminibus edoctum eſſe haud ambigam: & in eum magis congrueret cõgreſſus cum Hieremia quàm in Platonem.

Quod etiam Platonici, licet de uno uero deo bene ſenſerint, multis tamen dijs ſacra facienda cenſuerunt. Caput XII

A DEO quippe hos potiſsimum elegi, quoniã de uno deo, qui fecit cœlum & terram, quanto melius ſenſerunt, tanto cęteris glorioſiores illuſtrioreſq; habẽtur. In tantum alijs prelati iudicio poſterorum, [a] ut cum Ariſtoteles Platonis diſcipulus, uir excellẽtis ingenij, [b] & eloquio Platoni quidem impar, ſed multos facile ſuperãs, cum ſectam Peripateticam cõdidiſſet, quod deambulans diſputare cõſueuerat, plurimoſq; diſcipulos, præclara fama excellens, [c] uiuo adhuc præceptore [d] in ſuam hæreſim con-
B gregaſſet, poſt mortem uero Platonis [e] Speuſippus ſororis eius filius, & Xenocrates dilectus eius diſcipulus, in ſcholam eius, [f] quæ Academia uocabatur, eidem ſucceſsiſſent, [g] atq; ob hoc & ipſi & eorum ſucceſſores Academici appellarẽtur: recentiores tamen philoſophi nobiliſsimi, quibus Plato ſectandus placuit, noluerũt ſe dici Peripateticos, aut Academicos, ſed Platonicos. Ex quibus ſunt ualde nobilitati Græci, [h] Plotinus, [i] Iamblicus, [k] Porphyrius, in utraq; autem lingua, id eſt et Gręca & Latina, Apuleius Afer extitit Platonicus nobilis. Sed hi omnes, & cæ-
C teri eiuſmodi, [l] & ipſe Plato, dijs plurimis eſſe ſacra facienda putauerunt.

L. VIVES

Ariſtoteles a Vt cũ Ariſtoteles Platonis diſcipulus.] Hic Stagyræ natus eſt ex Nicomacho & Phæſtide, quorum uterq; in ſtemmate Aeſculapiũ habebat. Eius natalis in annum primum xcix. Olympiadis refertur. ad Platonẽ acceſsit annos natus xv. manſitq; in eius ſchola xx. annos. Hoc eſt uſq; ad Platonis mortem. Hinc enim ipſe diſcipulos cœpit inſtituere, in Lycio deambulans, idcirco qui eum audiuerunt Peripatetici à περιπατεῖν nominati. magnus & admirabilis uir, quiq; ingenio diligentiaq; uinceret plurimos, nemini eſſet ſecũdus: uariarum rerum cognitione Platone magiſtro ſuperior, artificio uero omnes, qui ex omni memoria humanas tractauerunt artes, longo interuallo poſt ſe reli-
D quit. Non ſunt præclaræ dotes maligne uel obſcurãdæ uel interpretandæ. Fuiſſe audiorem gloriæ auidiorem carpendi alios, adde etiam non omnino pecuniæ contemptorem, fatendum eſt. at dexteritatem in tradendis artibus nondum eſt aliquis ab æuo condito cõſecutus. utinam in refutandis alienis opinionibus induxiſſet in animum paulo candidius agere. b Et eloquio Platoni quidem impar.] Odioſum eſt de Platonis, & Ariſtotelis comparatione diſſerere, quoniam ſtudijs uariorum res in magnam inuidiam adducta. Haud dubie fuit præſtantiſsimus uterq; eorum, & dignus quem tota poſteritas admiretur. Græci Platonem θεῖον, id eſt diuinũ, Ariſtotelem δαιμόνιον nominant. Eloquentia Plato fuit tanta, ut uulgatum fuerit apud ueteres illud, Iouem Græce loqui ſi uellet, non aliter locuturum, q̃ Platonem. Ab Ariſtotele ſcientia artis rhetoricæ propemodũ dixerim Platonem uinci: tametſi uſu atq; exercitatione Ariſtoteles ſit haud dubie inferior: amauit enim ſemper Ariſtoteles

les breuitatem rerum ac sententiarum, ne si extenderet singula, fuseq; persequeretur, & copiose, res in infinitũ traherentur, & artis præcepta teneri difficile possent. Itaq; illud in primis laborauit, ne sibi dictum ullum, ac ne uerbũ quidem esset superuacaneum, quod dum consectatur, assequutus est, ut nullus uerbis, figurisq; Græci sermonis aptius, magisq; proprie sit usus. c Viuo adhuc præceptore,] Sic Laertius, qui Platonis dictum affert: Aristoteles in nos recalcitrauit, inquit Plato, ut in matrem pulli. Sunt tamen, qui negent ipsum, uiuo Platone, scholam instituisse. d In suam hæresim.] *Hæresis* Hæresis Græca uox, Latine sectam sonat ambiguum nomen, odiosum est usu nostro factum, quoniam ijs accommodatur, qui non unam ecclesiam catholicam sequuntur, sed sua iudicia, suasq; priuatas sectas. e Speusippus *Speusippus* sororis eius filius.] Filius fuit Eurymedõtis, scholæ Platonicæ successit, quam octo annos tenuit, mercede docuit, quod ei Dionysius exprobrauit: & Macedoniã usq; cucurrit, ut in Cassandri nuptijs, spe mercedis epithalamium recitaret, quod confecerat uersibus, quemadmodum Philostratus in Apollonio inquit, ineptis, & rigidis. Huic adhuc uiuenti, sed solutis morbo membris, *Xenocrates* successit rogatu eius Xenocrates Chalcedõius charissimus Platoni magistro discipulus, cui & fuit comes in Siciliam transmittẽti, hebeti ingenio, sed seuero, sanctisq; moribus. Plato hunc calcaribus, Aristotelem condiscipulum freno dicebat indigere. eum Plato sic dilexit, ut iurantibus illum de ipso maledixisse, non crediderit, fieri non posse reputans, quin redamaretur ab eo, quem ipse tantum amaret. Hunc iudices pro testimonio iurare non sunt passi, rati nephas esse tam probo uiro fidẽ nõ habere, etiam iniurato. f Quæ Academia uocabatur.] *Academia* Academia uilla erat prope Athenas, loco nemoroso, & subpalustri, ac ideo insalubri, possessa olim ab Academo heroe, ut ait Laertius. Nã Eupolis comicus deum uocat: sed Plutarchus in Theseo, quis hic fuerit Academus, narrat. Vir, qui Tyndaridis indicauit Helenam à Theseo raptam, Aphidnis occultari, quocirca honos illi, & uiuo à Castore & Polluce habitus est, & mortuo à posteris Lacedæmonijs: nam quoties populabundi in Atticum agrum sunt ingressi, semper ab Academia abstinuerunt. Verum Dicæarchus memoriæ prodidit ab Ecedemo, qui sub eisdem militauit Tyndaridis, Ecedemiam prius dictam, deinde Academiam. Hoc etiam Laertius attingit. Apuleius in Platonis uita, patrimonium qui in ortulo qui Academiæ iunctus fuit, & in duobus ministris, & in patera, qua dijs supplicabat, reliquit auri tantum, quantum puer nobilitatis insigne in auricula gestauit. Laertius Platonem scribit in Academia sepultum esse honorifice, regemq; Ponti Mithridatẽ, quũ in eius potestate essent Athenæ, musis in Academia Platonis imaginem dicasse, Silanionis opus. Porrò Athenis, *Gymnasia Athenis* nam hoc prætermittendum non est, gymnasia fuere hæc ferè: Academia, Lyceum, Prytaneum, Canopum, Stoa, Tẽpe, Cynosarges. g Atq; ob hoc, & ipsi, & eorum successores.] Hæc est uetus Academia, quæ per Polemonẽ Xenocratis discipulũ perducta est ad Archesilam, qui rationem disputandi, ad Socratis modum, moremq; reducere tentauit, nihil ut affirmaret ipse, uel se scire diceret, quæ uero ab alijs dicerentur, ea confutaret: quæ dicta est noua Academia: quam Cicero persona Varronis ueterem sibi uideri ait: hinc qui lucem rebus tribuerent, certaq; afferrent ac tenerent dogmata, quæ ex Platonis sententia putarent esse, ij Platonici, nõ Academici nuncupati sunt, credo quod Academicum nomen nimis in schola Archesilæ hæserat. h Plotinus.] *Plotinus* Hunc Suidas Lycopolitanũ fuisse perhibet, quæ est in Aegypto ciuitas: quinquaginta quatuor libros scripsit, obscuros sanè, ne degeneraret à more sectæ. uixit tẽporibus Galieni principis, & usq; ad Probum peruenit:

A de cuius fato multa mentitur Iulius Firmicus. Plotini uitam iusto uolumine scripsit Porphyrius eius discipulus. i Iamblicus.] *Iamblichus* Chalcidiẽsis Porphyrij auditor, non tam Platonicus fuit, quam Pythagoricus: ut Hieronymus est autor, tametsi quantum ad res diuinas attinet, Platonici omnes Pythagorissant. Moribus atq; ingenio magistro fuit melior. k Porphyrius.] *Porphyrius* Hic prius uocatus est Malcus, sed à purpuræ usu nomen Porphyrij accepit. Tyri natus est, haud obscuro loco: uir nec corpore satis sanus, nec mente, iudicij incõstantis, & odio usq; in rabiem aspero, crudeliq;. Plotini discipulum ipse se profitetur. Suidas, Amelij quoq; dicit, cuius hæc sunt uerba: πορφύριος κυρίως ἐκαλεῖτο βασιλεύς· τύριος φιλόσοφος μαθητὴς ἀμελίου, τοῦ πλωτίνου μαθητοῦ, διδάσκαλος δὲ ἰαμβλίχου, γεγονὼς ἐπὶ τῶν χρόνων αὐρηλιανοῦ, καὶ παρατείνας ἕως διοκλητιανοῦ τοῦ βασιλέως. Porphyrius, inquit, proprio nomine Basileus uocabatur. Tyrius philosophus discipulus Amelij edocti à Plotino, præceptor uero Iãblichi: uixit tẽporib. Aureliani, & per B uenit usq; ad tẽpora Diocletiani regis. Cur uero rex appellaretur, declarat idẽ Porphyrius in uita Plotini magistri. Amelius, inquit, librũ hũc dicauit mihi, meq; in ipsa inscriptiõe basilea, id est regem, nominauit: id enim mihi nomẽ erat: & patria quidẽ lingua nominabar Malcus, quo nomine uocabatur & pater. Malcus autem in Græcam translatus linguã, rex appellatur. Hæc ille de se. l Et ipse Plato dijs plurimis.] In Timæo deos numerat Saturnum, Opem, Iunonem, reliquosq; inter se fratres, agnatosq;, in libris De rep. & De legibus, dijs dæmonibusq; & heroibus sacra & cæremonias fieri iubet: in viij. uero de legibus & xij. illos nominat, quibus ciuitatis status & felicitas uotis cõprecationibusq; commendanda est.

De sententia Platonis, qua definiuit deos nõ esse nisi bonos, amicosq; uirtutum. Caput XIII

C QVANQVAM ergo à nobis & in alijs multis rebus magnisq; dissentiant, in hoc tamen quod modo posui: quia neq; parua res est, & inde nunc quæstio est, primũ ab eis quærẽ, quibus dijs istum cultũ exhibendũ arbitrentur, utrum bonis, an malis, an & bonis & malis. [a]Sed de hoc habemus sententiã Platonis dicẽtis omnes deos bonos esse, nec esse omnino ullum deorum malum. Consequens est igitur ut bonis hæc exhibẽda intelligantur. Tunc enim D dijs exhibentur, quoniam nec dij erunt si boni non erunt. Hoc si ita est, nam de dijs quid aliud decet credere? [b]illa profecto uacuatur opinio, qua nõnulli putant, deos malos sacris placãdos esse ne lædant, bonos autem ut adiuuent inuocandos. Mali enim nulli sunt dij, bonis porrò debitus, ut dicunt, honor sacrorum est deferendus. Qui sunt ergo illi qui ludos scenicos amãt, eosq; diuinis rebus adiungi, & suis honoribus flagitant exhiberi, quorum uis non eos indicat nullos, sed iste affectus nimirũ indicat malos? Quid enim de ludis scenicis Plato senserit no-tum

tum est, cũ poetas ipsos quòd tam indigna deorum maiestate atq; bonitate carmina composuerant, censet ciuitate pellendos? Qui sunt igitur isti dij qui de scenicis ludis cum ipso Platone contendunt? Ille quippe nõ patitur deos falsis criminibus infamari, isti eisdem criminibus suos honores celebrari iubent. Deniq; isti cum eosdem ludos instaurari præciperent, poscentes turpia, maligna gesserunt, Tito Latino auferentes filiũ & immittentes morbum, quòd eorũ abnuisset imperium, eumq; morbum retrahẽtes, cum iussa complesset. Iste autem illos nec tam malos timendos putat, sed suæ sententiæ robur B constantissime retinens, omnes poetarum sacrilegas nugas, quibus illi per immunditiæ societatem oblectantur, à populo bene instituto remouere non dubitat. Hunc autem Platonem, quod iam in secundo libro cõmemoraui, inter semideos Labeo ponit. [c]Qui Labeo numina mala uictimis cruentis atq; huiusmodi supplicationibus placari existimat, bona uero ludis, & talibus, quasi ad lætitiã pertinentibus rebus. Quid est ergo quod semideus Plato non semideis sed dijs, & hoc bonis, illa oblectamenta, quia iudicat turpia tam constanter audet auferre? qui sanè dij refellunt sententiam Labeonis, C nam se in Latino nõn lasciuos tantum, atque ludibundos, sed etiam sæuos terribilesq; mõstrarunt. Exponãt ergo ista nobis Platonici qui omnes deos secundum autoris sui sententiam bonos & honestos, & uirtutibus sapientium esse socios arbitrantur, aliterq; de ullo deorum sentiri nefas habent. Exponimus inquiunt. Attente igitur audiamus.

L. VIVES

a Sed de hoc habemus sententiam Platonis.] In x. De leg. deos bonos esse ait, & refertos omni uirtute, prouidentissimosq; atq; optimos: tametsi principem illum naturæ, quem uere esse dicit, uere quoque D ac proprie bonum censet, reliquos inde uelut ex fonte bonitatem haurire, quam habent. In conuiuio uero Socrates eo probat argumento amorem deum non esse, quod omnes dij boni beatiq; sint, amor uero nõ sit eiusmodi. Porphyrius quoq; libro De sacrificijs tertio deũ ait nullius esse rei indigũ, nocere nulli. Idem Stoici sentiebant, ex quorum dogmatis Cicero secundo De officijs inquit, deos nocere non putant. Sed nos sentẽtiam tantum Platonis tractamus, de qua loquitur Augustinus. nam si ad alia egredimur, quis erit modus aut finis? b Illa profecto uacuatur opinio.] Apuleius in deo Socratis, ex dæmõibus alios diurnis sacrificijs gaudere scribit, alios nocturnis, esse qui lætioribus, esse qui tristioribus hostijs, ritibus, & cæremonijs. Porphyrio in carmen seculare Horatij uulgarem fuisse opinionem significat, alios deos placandos ne lædant, alios ut pro

A sint. Plutarchus scribit magnos & malos dæmonas olim sacrificijs à regibus & principibus honestatos, ad eorum iram auertendam, quæ maxima damna afferebant. Porphyrius Philosophus in ij. lib. De abstinẽtia animatorum, ciuitatibus interdum esse opus subindicat malis dæmonibus sacra facere, ne frugibus, ne diuitijs, ne urbi ipsi noceant. nam rata est, inquit, apud omnes fides, eos læsuros genus humanum, si irascuntur, propterea quod negligantur, neq; cultum legitimum nanciscantur. nec id solum docet ex uulgari esse opinione, sed theologorum quoq;, qui malis dæmonibus mactari permittunt uictimam, gustari ex ea uetant. c Qui Labeo numina mala.] Porphyrius eodem, quod modo citabam, opere, dijs superis nullum animal sacrificari fas putat, sed terræ fructus tantum, & flores, & mel usq; ad farinã. sic ueteres illi, & primi consueuerunt sacrificatores. sic agẽdũ esse docet Theophrastus: sic Pythagoras, qui nũquam hostiam immolare sustinuit. dæmonibus uero cædibus litatur, & sanguine. In opere uero de philosophia respõsorum, ex oraculis Apollinis, docet, quo inferiores sunt dij, eo tristioribus & atrioribus gaudere hostijs, ita ut dijs terrestribus, & infernis furuæ quadrupedes mactentur, & terrestribus super aras, infernis autem in foueis.

De opinione eorum, qui rationales animas trium generum esse dixerunt, id est, in dijs cœlestibus, in dæmonibus aereis, & in hominibus terrenis. Caput XIIII

[a]OMNIVM, inquiunt, animalium, in quibus est anima rationalis, tripertita diuisio est: in deos, homines, dæmones. Dij excelsissimum locum tenent, homines infimum, dæmones medium. Nam deorũ sedes in cœlo est, hominum in terra, in aere dæmonum. Sicut eis diuersa dignitas est locorum, ita etiam naturarum. Proinde, dij sunt hominibus dæmonibusq; potiores: homines uero infra deos & dæmones cõstituti sunt, ut elementorũ ordine, sic differentia meritorum. [b]Dæmones igitur medij, quemadmodum dijs quibus inferius habitant postponendi, ita hominibus superius, quibus præferẽdi sunt. Habent enim cum dijs communem immortalitatem corporum, animorum autẽ cum hominibus passiones. Quapropter non est mirum, inquiunt, si etiam ludorum obscœnitatibus, & poetarũ figmentis delectantur. Quandoquidem & humanis capiuntur affectibus, à quibus dij longe absunt, & modis omnibus alieni sunt. Ex quo colligitur, Platonem, poetica detestãdo, & prohibendo figmenta, nõ deos, qui omnes boni & excelsi sunt, priuasse ludorũ scenicorum uoluptate, sed dæmones. Hæc si ita sunt, quæ licet apud alios quoque reperiantur,

 Apuleius

Apuleius tamen Platonicus Madaurenſis, de hac re ſola unũ ſcripſit librum, cuius titulũ eſſe uoluit de deo Socratis: ubi diſſerit & exponit, ex quo genere numinũ c numẽ ſibi Socrates habebat adiunctũ, & amicitia quadam cõciliatũ, à quo perhibetur ſolitus admoneri, ut deſiſteret ab agendo, quando id quod agere uolebat proſpere non fuerat euẽturum. Dicit enim apertiſſime, & copioſiſſime aſſerit, non illum deũ fuiſſe, ſed dæmonem, diligenti diſputatione pertractans iſtam Platonis, de deorum ſublimitate & hominum humilitate dæmonũ medietate ſententiã. Hæc ergo ſi ita ſunt, quo nam modo auſus eſt Plato, etiam ſi nõ diſs, quos ab omni humana contagione ſemouit, certe ipſis dæmonibus Poetas urbe pellẽdo, auferre theatricas uoluptates, niſi quia hoc pacto admonuit animũ humanum, quamuis adhuc in his moribũdis membris poſitũ, pro ſplendore honeſtatis, impura dæmonum cõtemnere, eorũq; immundiciam deteſtari? Nam ſi Plato hæc honeſtiſſime arguit & prohibuit, profecto dæmones turpiſſime popoſcerũt, atq; iuſſerunt. Aut ergo fallitur Apuleius, & non ex iſto genere numinũ habuit amicũ Socrates, aut cõtraria inter ſe ſentit Plato, d modo dæmones honorando, modo eorum delitias à ciuitate bene morata remouẽdo: aut non eſt Socrati amicitia dæmonis gratulanda, de qua uſq; adeo & ipſe Apuleius non erubuit, e ut de deo Socratis prænotaret librũ, quẽ ſecundum ſuam diſputationẽ, qua deos à dæmonibus tam diligenter, copioſeq; diſcernit, nõ appellare de deo, ſed de dæmone Socratis debuit. Maluit autẽ hoc in ipſa diſputatione, cũ in titulo libri ponere. Ita enim per ſanã doctrinã, quę humanis rebus illuxit, omnes uel penè omnes dæmonũ nomẽ exhorrent, f ut quiſquis ante diſputationẽ Apuleij, qua dæmonum dignitas cõmendatur, titulũ libri de dæmone Socratis legeret, g nequaquã illum hominẽ ſanũ fuiſſe ſentiret. Quid autem etiam ipſe Apuleius quod in dæmonibus laudaret inuenit, præter ſubtilitatem & firmitatẽ corporũ, & habitationis altiorem locum? Nam de moribus eorum, cũ de omnibus generaliter loqueretur, non ſolum nihil boni dixit, ſed etiam plurimum mali. Denique lecto illo libro prorſus nemo miratur, eos etiam ſcenicam turpitudinem in rebus diuinis habere uoluiſſe, & cũ deos ſe putari uelint, deorum criminibus oblectari potuiſſe, & quicquid

A in eorum ſacris obſcœna ſolennitate ſeu turpi crudelitate, uel ridetur, uel horretur, eorũ affectibus conuenire.

L. VIVES

a OMnium inquiunt animalium.] Plato in iij. De leg. & Epinom. tres ordines deorũ ponit, deos, dæmones, & heroas, ſed hi poſtremi ad homines uidentur pertinere, ex quibus fiunt. Plutarchus in opere quod oracula defecerunt, laudat eos impẽſe, qui genus dæmonum inter deos & homines conſtituerunt: ſiue Orpheus is fuit, ſiue Phryx aliqs, ſiue Aegyptius: ut ab utrorunq; cæremonijs conſici poteſt. Modũ enim excogitarunt, quo humanum genus diuino coniungatur. Ex Græcis, inquit, Homerus, pmiſcue nomina hæc uſurpat, nam eoſdẽ modo deos appellat, modo dæmonas. Heſiodus primus omnium quatuor rationalis naB turæ ordines diſtinctos poſuit, primos deos, hinc dæmones, tum heroas, infimos homines, è quibus dæmones & heroes fiant, ſi bene uixerint. b Dæmones igit̃ medij.] In conuiuio Platonis meminit Socrates diſputationis cuiuſdam cum Diotima habitæ, ubi dæmonis naturam ait mediam inter homines deosq;. c Numen ſibi Socrates habebat.] Socrates dæmonem dicit habuiſſe, à quo prohiberetur facere, quæ proſpere ſucceſſura non erant, incitaretur uero nunquam. d Modo dæmones honorando.] Nam dæmones adorandos præcepit in Epinomide. e Vt de deo Socratis.] Quotquot antea illa de re diſputarant, dæmonẽ potius, cũ deũ Socratis dixerũt, ut ipſe apud Platonem ſexcẽtis locis Socrates, & Xenophon, & Cicero, & Plutarchus, & Maximus Tyrius, qui geminam ædidit de Socratis dæmone Apodixin, aliiſq; innumeri, tum Platonici, tum aliarum quoq; nationum philoſophi, quo circa ſuperuacaneum fuerit multis de eo diſſerere. f Vt quiſquis ante diſputationem.] Quiſquis titulum antequã librũ, ne quis putet ad ſuperiora tempora referri. g Nequaquã illum hominẽ ſanũ.] Nam dæmoniaci etiam à gentilibus iam tum mente capti, & furentes uocabantur.

Quod neque propter aerea corpora, neq; propter ſuperiora habitacula dæmones hominibus antecellunt. XV

VAMOBREM abſit ut iſta cõſiderans animus ueraciter religioſus, & Q uero deo ſubditus ideo arbitretur dæmões ſeipſo eſſe meliores, a quòd habeãt corpora meliora. Alioquin D multas ſibi & beſtias prælaturus eſt, quę nos et acrimonia ſenſuũ, & motu facillimo atq; celerrimo, & ualentia uirtũ, & annoſiſsima firmitate corporum uincũt. Quis hominum uidendo æquabitur aquilis, & uulturibus? Quis odorãdo canibus? Quis uelocitate leporibus, ceruis, auib. omnibus? Quis multũ ualendo leonibus, & elephãtis? Quis diu uiuendo ſerpẽtibus, b qui etiã depoſita tunica ſenectutẽ deponere, atq; in iuuentã redire perhibentur? Sed ſicut his omnibus ratiocinãdo, et intelligẽdo meliores ſumus, ita etiam dæmonibus bene atq; honeſte uiuendo

do meliores eſſe debemus. Ob hoc enim et proA uidentia diuina eis, quibus nos cõſtat eſſe potiores, data ſunt quędã potiora corporũ munera, ut illud quo eis prẽminemus, etiam iſto modo nobis commendaretur multo maiore cura excolendum eſſe, quàm corpus: ipſamq; excellentiam corporalem, quam dæmones habere noſſemus, prę bonitate uitę, qua illis anteponimur cõtemnere diſceremus, habituri & nos immortalitatem corporum, nõ quam ſuppliciorũ æternitas torqueat, ſed quam puritas præcedat animorum. c Iam uero de loci altitudine, quod dæmones in aere, nos autem habitamus in terra, B ita permoueri, ut hinc eos nobis eſſe præponendos exiſtimemus, omnino ridiculum eſt. Hoc enim pacto, nobis & omnia uolatilia præponemus. d At enim uolatilia cum uolando fatigantur, uel reficiendum alimentis corpus habẽt, terram repetunt uel ad requiem, uel ad paſtum, quod dæmones, inquiunt, non faciunt. Nũquid ergo placet eis, ut uolatilia nobis, dæmones autem uolatilibus antecellant? e Quod ſi dementiſſimum eſt opinari, nihil eſt, quod de habitatione ſuperioris elemẽti dignos eſſe dæmones exiſtimemus, quibus nos religionis affectu ſubdere debeamus. Sicut enim fieri potuit, ut aereæ C uolucres, terreſtribus nobis non ſolum nõ præferantur, uerum etiam ſubijciantur propter rationalis animæ, quę in nobis eſt, dignitatem: ita fieri potuit, ut dæmones, quamuis magis aerei ſint, terreſtribus nobis, non ideo meliores ſint quia eſt aer, quàm terra ſuperior: ſed ideo eis homines præferendi ſint, quoniam ſpei piorũ hominum, nequaquam illorum deſperatio cõparanda eſt. Nã & illa ratio Platonis, qua elementa quatuor, proportione contexit, atq; ordinat, ita duobus extremis igni mobiliſsimo, & terræ immobili media duo aerem & aquam interſerens, ut quanto aer eſt aquis, & aere ignis, tanto D & aquæ ſuperiores ſint terris: ſatis nos admonet animaliũ merita, non pro gradibus elementorum æſtimare. Et ipſe quippe Apuleius cum cæteris terreſtre animal hominem dicit, qui tamen longe præponitur animalibus aquatilibus, cum ipſas aquas terris præponat Plato: ut intelligamus, non eundem ordinem tenendũ, cum agitur de meritis animaliũ, qui uidetur ordo eſſe in gradibus corporum: ſed fieri poſſe, ut inferius corpus anima melior inhabitet, deteriorq; ſuperius.

L. VIVES

a QVod habeant corpora meliora.] Dæmonũ corpora Apuleius media dicit inter terrenam, & ætheream naturã, multoq; minus concreta, quàm nubes, & longe ſubtiliora ex puriſsimo aeris liquido & ſereno elemento coalita, nihil terrenæ ſoliditatis habentia, idcirco nec oculis humanis conſpicua, niſi illa diuinitus ſui ſpeciem offerant. b Qui etiam depoſita tunica.] Serpens exuere ſenectutem incipit ab oculis, ſic ut ignari rei, cæcari putent. tum nudatur caput, atq; una ferè nocte & die tota illa tunica ponitur. uide Ariſt. lib. octauo, De generatione animalium. c Iam uero de loci altitudine.] Apuleius in Apodixi, de Socratis deo ſic colligit, in aere dæmones agere: nam cũ elementum nullum ſit in mũdo, quod natura uacuum animantibus crearit, in terra ſunt homines, ac quadrupedes: in mari piſces: in igne uiuũt quædam animalia, ut Ariſoteles docet, neceſſe eſt in aere aliquod animaliũ eſſe genus: quale id ſit niſi dæmonicum, nemo dixerit. itaque dæmones & inferiorem diſs locum ſortiti ſunt, & ſuperiorem nobis: quod illis minores ſunt, nobis uero maiores, melioresq;. d At enim uolatilia cum uolando.] Hæc eſt Apuleij reſponſio, cuius ad hunc modum ſunt uerba: Nam quod quidem aues aeri attribuant, ſalſum ſentire meritiſsimo dixeris: quippe quæ aues, nulla earum ultra Olympi uerticem ſublimatur: qui cum excelſiſsimus omnium perhibeatur, tamẽ altitudinem perpendiculo ſi metiare, ut geometræ autumant, ſtadia altitudo faſtigij non æquiparat, cum ſit aeris augmentum immenſum uſq; ad extima lunæ, cœliq;, porrò ætheris ſurſum uerſus exordium eſt. Quid igitur tãta uis aeris, quæ ab humilibus lunæ anfractibus uſq; ad ſummum Olympi uerticem interiacet? uacabit ne animalibus ſuis? atq; erit iſta naturæ pars mortua, ac debiliſ? Imò enim ſi ſedulo aduertas, ipſæ aues per terreſtre animal non aerium recte perhibeãtur: ſemper enim illis uictus omnis in terra, ibidem pabulum, ibidem cubile, tantumq; aera proximũ terræ uolando tranſuerberãt. Cæterum cum illis feſſa ſunt remigia pennarum, terra ceu portus eſt. Hæc ex libro Apuleij parum caſtigato, ſed nihilominus ratio Auguſtini procedet de loco. Nã etſi aues inferiores ſunt dæmonibus, certe ſuperiores ſunt hominibus, & in cacuminibus ædium & montium & arborum plerunq; morantur: ſed hic non diſputo cũ aduerſarijs. Dæmonum corpora

Quid de moribus dæmonum Apuleius Platonicus ſenſerit. Cap. XVI

E moribus ergo dæmonum cum idem Platonicus loqueretur, dixit D eos, eiſdem quibus homines animi perturbationibus agitari, iritari iniurijs, obſequijs doniſq; placari, gaudere honoribus, diuerſis ſacrorum ritibus oblectari, & in eis ſi quid neglectum fuerit, cõmoueri. Inter cætera etiam dicit ad eos pertinere diuinationes augurũ, aruſpicũ, uatum, atq; ſomniorum: ab his quoq; eſſe miracula magorum. Breuiter autem eos diffiniens, ait: Dæmones eſſe genere animalia, animo paſſiua, mente rationalia, corpore aerea, tempore æterna. Horum uero quinq; tria priora illis eſſe nobiſcum cõmunia: quartum proprium, quintum eos cum diis habere

bere cõmune. Sed uideo trium superiorũ quæ A nobiscum habent: duo etiam cum dijs habere. "Animalia quippe esse dicit, & deos, qui sua cuique elementa distribuẽs, in terrestribus animalibus homines posuit cum cæteris, quæ in terra uiuunt, & sentiunt: in aquatilibus pisces, & alia natatilia: in aerijs dæmones: in æthereis deos. Ac per hoc quod dæmones genere sunt animalia, non solum eis cum hominibus, uerumetiam cum dijs, pecoribusq; commune est: quod mẽte rationalia, cũ dijs & hominibus: quod tẽpore æterna, cum dijs solis: quod animo passiua, cum hominibus solis: quod corpore aerea, ipsi B sunt soli. Proinde quod genere sunt animalia, non est magnũ: quia hoc sunt & pecora: quod mente rationalia, nõ est supra nos, quia sumus & nos. Quod tempore æterna, quid boni est si non beata? [b]Melior est enim temporalis felicitas, cũq; misera æternitas. Quod animo passiua, quomodo supra nos est? quando & nos hoc sumus, nec ita esset nisi miseri essemus. Quod corpore aerea, quanti æstimandum est, cum omni corpori præferatur animæ qualiscunq; natura? Et ideo religionis cultus, qui debetur ex animo, nequaquam debetur ei rei, quæ inferior est animo. Porrò si inter illa quę dæmonum esse dicit, C annumeraret uirtutem, sapientiam, felicitatem, & hæc eos diceret habere cum dijs æterna atq; communia, profecto aliquid diceret exoptandum magnicq; pendendum: nec sic eos tamen propter hæc tãquam deum colere deberemus, sed potius ipsum à quo hæc illos accepisse nossemus. Quanto minus nunc honore diuino aerea digna sunt animalia: ad hoc rationalia, ut misera esse possint: ad hoc passiua, ut misera sint: ad hoc æterna, ut miseriam suam finire non possint. Quapropter ut omittam cætera, & hoc solum pertractem, quod nobiscum dæmones dixit habere commune, id est animi passiones: si omnia quatuor elementa suis animalibus plena sunt, immortalibus ignis & aer, mortalibus aqua & terra: quæro cur animi dæmonũ passionum turbelis, & tempestatibus agitẽtur? [c]Perturbatio enim est, quæ Græce *πάθος* dicitur: unde illa uoluit uocare animo passiua: [d]quia uerbum de uerbo pathos, passio diceretur, [e]motus animi contra rationem. Cur ergo sunt ista in animis dæmonũ, quæ in pecoribus nõ sunt? Quoniam si quid in pecore simile apparet, [f]non est perturbatio, quia nõ est cõ- D tra rationem, qua pecora carent. In hominibus autem ut sint istæ perturbatiões, [g]facit hoc stultitia, [h]uel miseria. Nondũ enim sumus in illa perfectione sapientiæ beati, quę nobis ab hac mortalitate liberatis in fine promittitur. Deos uero ideo dicunt istas perturbationes non perpeti: quia non solum æterni, uerum etiam beati sunt. Easdem quippe animas rationales etiam ipsos habere perhibẽt, sed ab omni labe ac peste purissimas. Quamobrem si propterea dij non perturbantur, [i]quod animalia sunt beata, non misera: & propterea pecora non perturbãtur, quòd animalia sunt, quæ nec beata possunt esse nec misera: restat ut dæmones sicut homines ideo perturbentur, quòd animalia sunt non beata, sed misera.

L. VIVES

a ANimalia quippe esse dicit & deos.] Idem Plato in Timæo, qui deos uisibiles animalia esse uult. Apuleius in eodem libello de Socratis deo, genus quoddam dæmonum ponit, sine corpore, ut somnũ & amorem. b Melior est enim temporalis felicitas.] Chironẽ Saturni filium scribunt repudiasse immortalitatem, & Vlyssem maluisse in patria inter coniugem, & filium, & patrem ætatẽ finire, cũq; apud deas esse immortalem. Plato in libris De leg. satius esse sentit quàm minimũ tempus uiuere, cũq; totam immortalitatẽ maxima bonorũ externorum & corporis ubertate atq; affluentia, sine iustitia tamen & cæteris uirtutibus: nescio quid philosophi nugantur melius est esse q̃ non esse: de quo alibi. c Perturbatio enim est quæ Græce *πάθος*.] Cicero in Tusc. quæst. perturbatiões *πάθη* uertit. Quintilianus in sexto, affectus, idq; recte & proprie uerti dicit. Apud Plinium solum ex ueteribus legitur passiones, dubitaturq; num satis castigate lib. xx. illitum quoq; passionibus uentri earũ prodest. d Quia uerbum de uerbo.] Vt à *πάσχω πάθος* sic à patior passio. e Motus animi contra rationẽ.] Diffinitio *πάθους* apud Ciceronem ex Zenone, auersa à recta ratione cõtra naturam animi commotio. f Non est perturbatio.] Ex eodem Cicerone in Tusculanis quæst. Sed corporum affectiones sine culpa accidere possunt, animorum non itẽ, quorum omnes morbi & perturbationes ex aspernatione rationis eueniunt, itaq; in hominibus solũ existũt. Nam bestiæ simile quiddã faciunt, sed in perturbationes non incidunt. g Facit hoc stultitia.] Opinionibus enim falsis uanisq; premimur. & nos ipsi facimus nobis affectus potius quàm ex rebus accipimus. Et, uti Seneca inquit, plura sunt quæ nos terrent, quàm quæ premunt. Stoici perturbationes omnes ex deprauatis hominum iudicijs opinionibusq; oriri putant. nam opinio magni futuri boni est libido, magni futuri mali est metus, magni præsentis mali dolor, magni præsentis boni lætitia, quæ omnia quoniam stultitijs nostrarum cogitationum metimur, citius quàm naturis rerum, idcirco tot perturbationibus, tamq; immoderatis rapimur. h Vel miseria.] Hoc est in homine miserrimum, quod etiam sapientissimus dolet tamen, & gaudet, & cæteris affectibus agitur, quamlibet prouiderit ne fiat. i Quod animalia sint non beata, sed misera.] Miseros esse dæmones, aut malos non audet fateri Socrates: non esse autem beatos bonosq; aperte profitetur in conuiuio Platonis.

Perturbatio

An

An dignum sit, eos spiritus ab homine coli, à quorum uitijs etiam oporteat liberari. Cap. XVII

A

VA igitur insipientia, uel potius amentia per aliquam religionem dæmonibus subdimur, cum per uerã religionem ab ea uiciositate, qua illis sumus similes, liberemur? Cum enim dæmones, quod & iste Apuleius, quãuis eis plurimũ parcat, & diuinis honorib. dignos censeat, tamen cogitur confiteri, ira instingentur, nobis uera religio præcipit, ne ira instigemur, [a]sed ei potius resistamus. [b]Cum dæmones B donis inuitentur, nobis uera religio præcipit, ne cuiquã donorũ acceptione faueamus. Cum dæmones honoribus mulceantur, nobis uera religio præcipit, [c]ut talib. nullo modo moueamur. Cum dæmones quorundam hominũ osores, quorundam amatores sint, non prudenti tranquilloq; iudicio, sed ut ipse animo appellat passiuo, nobis uera religio præcipit, [d]ut inimicos nostros etiam diligamus. Postremo omnẽ motũ cordis & salũ mentis, [e]omnesq; turbelas & tempestates animi, quibus dæmones æstuare atq; fluctuare asserit, nos uera religio deponere iubet. Quæ igitur causa est, nisi stultitia errorq; C miserabilis, ut ei te facias uenerando humilem, cui te cupias esse uiuendo dissimilem: & religione colas, quem imitari nolis, cum religionis summa sit imitari quem colis?

L. VIVES

a SEd ei potius resistamus.] Christus in Euangelio Matthæi iubet nullo prorsus modo irasci. Agatho abbas iracundum hominem etiam si mortuos excitaret, negabat deo gratum fore. b Cum dæmones donis inuitentur.] Non solum ultro sibi dari dona gaudent, sed etiam petunt. Sunt enim peracissimi. Quoties ferè oraculum Delphis Apollo reddebat, admonebat cõsulentes, ut sui meminissent, donũq; ad se afferrẽt aliquod, ubi fortunatiores essent facti. tametsi non tam astutus dæmon aurum uel argentum captabat, quo non eget, cũ mentes eorum qui dabant. c Vt talibus nul D lo modo moueamur.] Christus suis præcipit, ne magistri uocari uelint, neu primos accubitus affectent, neu salutari in plateis. Deniq; ut princeps ad famulãtis se humilitatem deficiat. Honores enim cum gẽtilitate ortos esse, ibi sepelri debere, in Ecclesia uiuere nefas est: nec magnanimitas est magnos petere honores, sed contemnere. d Vt inimicos nostros.] Diligite, inquit Christus, etiam inimicos uestros, & orate pro ijs, qui uobis sunt infesti. Matth. v. Nec satis est inimicos non odisse, diligere præcipimur. & factu impossibile non est, quod ipse Christus primum, deinde Stephanus fecerunt, ut Hiero. inquit. e Omnesq; turbellas & tempestates animi.] Alibi omnesq; turbidas tempestates animi.

Qualisit religio, in qua docetur, quod homines, ut commendentur dijs bonis, dæmonibus uti debeant aduocatis. Cap. XVIII

A

RVSTRA igitur eis Apuleius & quicunq; ita sentiunt, hunc detulit honorem: sic eos in aere medios inter æthereum cœlum terramq; constituens, ut quoniã nullus deus miscetur homini, [a]quod Platonem dixisse perhibent, isti ad deos perferãt preces hominum, & inde ad homines impetrata, quæ poscunt. Indignum enim putauerunt, qui ista crediderũt, misceri homines dijs, & deos hominibus: dignũ B aũt misceri dæmões, & dijs & hominibus: hinc petita [b]qui allegent, inde concessa qui apportẽt: ut uidelicet homo castus, & ab artium magicarum sceleribus alienus, eos patronos adhibeat, per quos illum dij exaudiant, qui hæc amant: quæ ille non amando fit dignior, quem facilius & libentius exaudire debeant. Amant quippe illi scenicas turpitudines: quas non amat pudicitia. Amant in maleficijs magorum mille nocendi artes, quas non amat innocentia. Ergo & pudicitia & innocentia, si quid à dijs impetrare uoluerit, non poterit suis meritis, nisi suis interC nientibus inimicis. Non est quod iste poetica figmenta, & theatrica ludibria iustificare conetur. Habemus contra ista magistrum eorum & tantæ apud eos autoritatis Platonem: si pudor humanus ita de se male meretur, ut non solum diligat turpia, uerum etiam diuinitati existimet grata.

L. VIVES

a QVod Platonem dixisse perhibent.] Platonis hæc est in conuiuio sententia, & quidem Socrati attributa. Diotima cum Socrati amorem esse mediũ quiddã diceret inter mortale & immortale: Socratesq; quid hoc esset, rogaret: illa, *δαίμων μέγας ὦ σώκρατες. πᾶν γὰρ τὸ δαιμόνιον μεταξὺ θεοῦ τε καὶ θνητοῦ.* Dæmõ magnus ô Socrates. etenim dæmoniũ omne inter deos & mortales situm est. Socra. nondum id intelligens quærit, quænam sit eius uis & natura. Tum Diotima respondit, interpretari uel uectare humana ad deos, diuina ad nos: ab hominibus quidem preces & sacrificia, à dijs uero præcepta & mercedem pro sacrificijs. In medio igitur siti dæmones, eum locum explent, ut aptum secum sit uniuersum ipsum atq; coniunctũ, hac commeant uaticinia, & omnis sacerdotũ ars, quæ ad sacrificia, teletas & incantationes, tum & ad diuinationem & magiam spectat. His addit, quod August. citat: *Θεὸς δὲ ἀνθρώπῳ οὐ μίγνυται, ἀλλὰ διὰ τούτου πᾶσα ὁμιλία, καὶ ἡ διάλεκτος θεοῖς πρὸς ἀνθρώπους, καὶ ἐγρηγορόσι, καὶ καθεύδουσι.* Deus, inquit, homini nõ miscetur, sed per dæmones omne est commercium, omnis collocutio deis cum hominibus, & uigilantibus, & dormientibus. b Qui assignent.] In antiquis est qui allegent, quasi qui uelut legatione ferant. Idcirco Apuleius

Apuleius administros eos & salutigerulos uocat, quorũ illud pertinet ad deos, quibus dæmones ministrãt, alterum ad nos quibus salutem à dijs gerunt. angeli etiam nominantur à Capella, quasi nuncij, quòd superis nostra nuncient acta, & præstites, quod gerundis rebus præsint.

De impietate artis magicæ, quæ patrocinio nititur spirituum malignorum. Caput XIX

ORRO aduersus magicas artes, de quibus quosdam nimis infelices, & nimis impios etiam gloriari libet in nomine dæmonũ, ipsam publicam lucem testem citabo. Cur enim tam grauiter ista plectuntur seueritate legum, si opera sunt numinum colendorum? An forte istas leges Christiani instituerunt, quibus artes magicæ puniuntur, secũdum quem alium sensum, nisi quod hæc maleficia generi humano perniciosa esse non dubiũ est? Ait Poeta clarissimus:

[b]Testor chara deos, & te germana, tuumq́
Dulce caput, magicas inuitã accingier artes.

Illud etiam quod alio loco de his artibus dicit:

[c]Atq́ satas alio uidi traducere messes:

Eo quòd hac pestifera sceleratáq́ doctrina, fructus alieni in alias terras transferri perhibẽtur, nónne in duodecim tabulis, id est, Romanorũ antiquissimis legibus Cicero cõmemorat esse conscriptum, & ei qui hoc fecerit supplicium cõstitutum? [d]Postremo ipse Apuleius nunquid apud iudices Christianos de magicis artibus accusatus est? Quas uticq́ sibi obiectas, si diuinas et pias esse nouerat, et diuinarũ potestatum operibus cõgruas: nõ solum eas cõfiteri debuit, sed etiã profiteri, leges culpans potius, quibus hęc prohiberẽtur, & dãnanda putarentur, quę haberi mirãda & uenerãda oporteret. Ita enim uel sententiã suam persuaderet iudicibus, uel si illi secundum iniquas leges saperent, eumq́ talia prædicantem atq́ laudantem morte multarent, digna animæ illius dæmones dona rependerent: pro quorum diuinis operibus prędicandis, humanam uitam sibi adimi nõ timeret. Sicut martyres nostri cum eis pro crimine obijceretur Christiana religio, qua nouerãt se fieri saluos & glorioſissimos in æternum; non eam negando temporales pœnas euadere delegerũt, sed potius confitendo, profitendo, prædicãdo, & pro hac omnia fideliter fortiterq́ tolerando, & cũ pia securitate moriendo; leges quibus pro hibebantur, erubescere cõpulerunt, mutaricq́ fecerunt. Huius autẽ philosophi Platonici [e]copiosissima & disertissima extat oratio, qua crimen artium magicarum à se alienum esse defendit, secq́ aliter non uult innocentẽ uideri, nisi ea negando quæ non possunt ab innocente committi. [f]At omnia miracula magorũ, quos recte sentit esse damnandos, doctrinis fiunt & operibus dæmonum, quos uiderit cur censeat honorandos esse, necessarios eos asserens perferendis ad deos nostris precibus: quorum debemus opera deuitare, si ad deum uerum preces nostras uolumus peruenire. Deinde quæro, quales preces hominum dijs bonis per dæmones allegari putat, magicas, an licitas? Si magicas, nolunt tales: si licitas, nolunt per tales. Si autem peccator pœnitens preces fundit, maxime si aliquid magicũ admisit: itáne tandem illis intercedentibus accipit ueniam, quibus impellentibus aut fauẽtibus se cecidisse plangit in culpam? An & ipsi dæmones ut possint pœnitentibus mereri indulgentiam, priores agunt quod eos deceperint pœnitentiam: ut et ipsi postea accipiant indulgentiã? Hoc nemo unquam de dæmonibus dixit: quia si ita esset, nequaquam sibi auderẽt diuinos honores expetere, qui pœnitẽdo desiderarent ad gratiam ueniæ peruenire. Ibi enim est detestanda superbia, hic humilitas miseranda.

L. VIVES

a In nomine dæmonum.] Alibi gloriari libet, nónne ipsam publicam lucem, & fortasse legem. b Testor chara deos.] Verba sunt Didonis post Aeneæ fugam. dicitq́ hæc ex institutis Romanis, qui quũ multa susceperint sacra, ut inquit Seruius, magicã semper damnarunt. c Atque satas alio.] In Pharmaceutria Vergilius. Plinius lib. xxviij. quin etiam & legum ipsarum in duodecim tabulis uerba sunt: Qui fruges excantasset. Et alibi: Qui malum carmen incantasset. Idem autor est in agro Marucino Vectij Marcelli equitis Romani, Neronis Cæsaris procuratoris, uniuersum oliuetum uiam publicam esse trãsgressum: atq́ ipsa prædia ex loco in cõtrarias sedes profecta. Et idẽ ipse Apuleius in apologia: Magia ista quantum ego audio: res est legibus delegata, iam inde antiquitus duodecim tabulis propter incredundas frugum illecebras interdicta. d Postremo ipse Apuleius.] Romanis legibus multi sunt de magia postulati, uelut Apollonius Tyaneus apud Domitianũ Cæsarem, & Apuleius apud Claudiũ Maximum Aphricæ præfectum non Christianum. e Copiosissima & disertissima.] Extãt apologiæ duæ Apuleij de magia, in quibus exuit nimiã illã sermõis lasciuiã, & antiquaria & audacter innouata uerba: accommodauitq́ se foreũsi dicẽdi generi, sed ita tamẽ, ut nescio quo pacto Apuleiũ internoscas tẽporaria persona cõtectum. f At omnia miracula magorũ.] Vnde nãq́, inquit Eusebius, homines scire potuissent, quibus dæmones cogunt, nisi ab ipsis dæmonib. Quod Porphyrius fatet in oraculis, afferens Hecates responsa, quibus ipsa docet homines, qua ratione aduocari & teneri possit.

An credendum sit, quod dij boni libentius dæmonibus, cq́ hominib. misceantur. XX

T enim urgens causa & arctissima cogit dæmones medios inter deos & homines agere, ut ab hominibus afferãt desiderata, & ad eos referãt impetrata. Quænam tandem causa est ista, & quanta necessitas? quia nullus, inquiunt, deus miscetur homini? [a]Præclara igitur sanctitas dei, qui non miscetur homini pœnitenti, supplicanti, & miscetur dæmoni arroganti. Nõ miscetur homini confugienti ad diuinitatem, & miscetur dæmoni fingenti diuinitatem. Nõ miscetur homini petenti indulgẽtiam, & miscetur dæmoni suadenti nequitiam. Non miscetur homini per philosophicos libros poetas de bene instituta ciuitate pellenti, & miscetur dæmoni à principibus & põtificibus ciuitatis per scenicos ludos poetarum ludibria requirenti. Non miscetur homini deorum crimina fingere prohibenti, & miscetur dæmoni se falsis deorum criminibus oblectanti. Non miscetur homini magorum scelera iustis legibus punienti, & miscetur dæmoni magicas artes docenti & implenti. Non miscetur homini imitationẽ dæmonum fugienti, & miscetur dæmoni deceptionem hominis aucupanti.

L. VIVES

a Præclara igitur sanctitas.] In exemplari Brugẽsi sic legitur: Præclara igitur sanctitas dei, qui non miscetur homini supplicanti, & miscetur dæmoni arroganti. Non miscetur homini pœnitenti, & miscetur dæmoni decipienti. Non miscetur homini cõfugienti ad diuinitatem &c.

An dæmonibus nuncijs & interpretibus dij utãtur, fallicq́ se ab eis, aut ignorent, aut uelint. Cap. XXI

ED nimirum tantæ huius absurditatis & indignitatis est magna necessitas, quod scilicet deos æthereos humana curãtes, quid terrestres homines agerent uticq́ lateret, nisi dæmones aerei nunciarent: quoniam æther longe à terra est, altecq́ suspensus: aer uero ætheri terræcq́ contiguus. O mirabilem sapientiã. Quid aliud de dijs isti sentiũt, quos omnes optimos uolunt, nisi eos & humana curare, ne cultu uideantur indigni: & propter elementorum distantiam humana nescire, ut credantur dæmones necessarij, et ob hoc etiam ipsi putentur colendi, per quos dij possint, et quid in rebus humanis agatur addiscere, & ubi oportet hominibus subuenire? Hoc si ita est, dijs istis bonis magis notus est dæmon per corpus uicinum, quàm homo per animum bonũ. O multum dolenda necessitas, an potius irridenda uel detestanda uanitas, ne sit uana diuinitas. Si enim animo ab obstaculo corporis libero animũ nostrum dij uidere possunt, non ad hoc dæmonibus indigent nuncijs. Si autem animorum indicia corporalia, qualia sunt uultus, locutio, motus per corpus suum ætherei dij sentiunt, & indè colligunt, quid etiã dæmones nuncient, possunt & mẽdacijs dæmonũ decipi. Porrò si deorum diuinitas à dæmonibus falli nõ potest, ab eadem diuinitate quod agimus non potest ignorari. Vellem autem mihi isti dicerent, utrum dijs dęmones nũciarint de criminibus deorum poetica Platõi displicere figmẽta, et sibi ea placere celauerint. An utrũq́ occultauerint, deosq́ esse maluerint totius rei huius ignaros. An utrũque indicauerint, & religiosam erga deos Platonis prudentiam, & in deos iniuriosam libidinẽ suam. An sententiam quidem Platonis, qua noluit deos per impiam licentiam poetarum falsis criminibus infamari, ignotam dijs esse uoluerint, suã uero nequitiã qua ludos scenicos amãt, quibus illa deorum dedecora celebrantur, prodere nõ erubuerint uel timuerint. Horum quatuor quæ interrogãdo proposui, quodlibet eligant, & in quolibet eorum quantũ mali de dijs bonis opinentur, attendant. Si enim primũ elegerint, cõcessuri sunt non licuisse dijs bonis habitare cum bono Platone, quando eorum iniurias prohibebat, & habitasse cum dæmonibus malis quãdo eorum iniurijs exultabant; cũ dij boni hominem bonum longe à se positum nõ nisi per malos dæmones nossent, quos sibi uicinos nosse non possent. Si autem secundum elegerint, & utruncq́ occultatum à dæmonibus dixerint, ut dij omnino nescirent, & Platonis religiosissimam legem, & dæmonum sacrilegã delectationem, quid in rebus humanis per interũcios dæmones dij nosse utiliter possunt, quãdo illa nesciunt, quæ in honorem deorum bonorum per religionem bonorum hominũ contra libidinem malorum dæmonum decernuntur? Si uero tertium elegerint, & non solum sententiam Platonis deorum iniurias prohibentem, sed etiam dæmonum nequitiam deorum iniurijs exultantem, per eosdem dæmones nũcios

cios dijs innotuisse responderint, hoc nunciare A
est, an insultare? Et dij utrunque sic audiunt, sic
utrunq; cognoscunt, ut nõ solum malignos dæ
mones deorum dignitati & Platonis religioni
contraria cupientes atq; facientes à suo accessu
non arceant, sed etiam per illos malos propin
quos Platonis bono longinquo dona transmit
tant. Sic enim eos [a]elementorum quasi catena
ta series colligauit, ut illis à quibus criminantur,
coniungi possint: hic à quo defenduntur, non
possint: utrunq; scientes, [b]sed aeris & terræ põ
dera transmutare non ualentes. Iam quod reli
quum est, si quartũ elegerint, peius est cæteris.
Quis enim ferat, si poetarum de dijs immortali
bus criminosa figmẽta, & theatrorum indigna
ludibria, suamq; in his omnibus ardẽtissimam
cupiditatem, & suauissimam uoluptatem dijs
dæmones nunciauerunt: & quod Plato philo
sophica grauitate de optima republica hæc om
nia censuit remouenda, tacuerunt: ut iam dij bo
ni per tales nuncios nosse cogantur mala pesti
morum: nec aliena, sed corundem nunciorum:
atq; his contraria non sinantur nosse bona phi
losophorum, cum illa sint in iniuriã, ista in ho
norem ipsorum deorum.

L. VIVES

a ELementorum, quasi catenata series colligauit.] Coniunguntur enim inter se elementa, uelut an
nuli in catena, inferius enim superiori nectit, &
tam hæret, ut partes quæ se contingunt, non diuersarũ,
sed eiusdem uideantur esse naturæ: in quo elementa ra
tionem cœlorum sequunt, quæ apta inter se sunt & com
plexa. b Sed aeris & terræ.] Vt nec nobis ascendere li
ceat saltẽ cogitatiõe ad illos, nec illis ad nos descẽdere,
ut cognoscant & per se bene faciant sine interpretibus.

De abijciendo cultu dæmonum, contra Apuleium. Cap. XXII

VIA igitur nihil istorũ quatuor eli
gendum est, ne in quolibet eorũ de D
Q dijs tã male sentiatur: restat, ut nul
lo modo credendum sit, quod Apu
leius persuadere nititur, & quicũq; alij philosophi sunt eiusdem sententiæ, ita esse medios dæmones inter deos & homines tanq; internuncios & interpretes, qui hinc ferant petitiones nostras, inde referant deorũ suppetias. Sed esse spiritus nocẽdi cupidissimos à iustitia penitus alienos, superbia tumidos, inuidẽtia liuidos, fallacia callidos, [c]qui in hoc quidẽ aere habitant: quia de cœli superioris sublimitate deiecti, merito irregressibilis transgressionis in hoc sibi congruo uelut carcere prædamnati sunt. Nec tamen quia supra terrã & aquas aereus locus est, ideo & ipsi sunt meritis superiores hominibus, qui eos non terreno corpore, sed electo in auxilium deo uero, pia mente facillime superãt, Sed multis plane participatione ueræ religionis indignis, tanquam captis subditisq; dominãtur: quorum maxime parti mirabilibus & fallacibus signis, siue factorum, siue prædictorũ deos se esse persuaserunt. Quibusdam uero uitia eorum attentius & diligentius intuentibus, nõ potuerũt persuadere quod dij sint: atq; ideo inter B deos ac homines internuncios ac beneficiorum impetratores se esse finxerunt, tamen nõ istum saltem honorem homines eis deferendũ putarunt, qui illos deos esse non credebant, quia malos uidebant. Deos autem omnes bonos uolebant, nec audebant tamẽ omnino indignos dicere honore diuino: maxime ne offenderẽt populos, à quibus eis cernebant inueterata superstitione per tot sacra & templa seruiri.

L. VIVES

a QVi in hoc quidem aere habitant.] Veteres pleriq; in hoc aere totam illam inferorum fabulam constituerunt, Proserpinam, & Summanum Dicem, & manes, & furias, ut Martianus Capella ostẽdit. C Chalcidius ἀκαίρως merito hunc aerem uocatum esse ait, ἀεράλιον, hoc est obscurum. Petrus quoq; & Iudas Apostoli in suis epistolis tradunt dæmones in hac aeris caligine teneri, & torqueri, & si alij sunt in infimis terræ. Empedocles apud Plutarchum: Aether, inquit, dæmones à se reijcit, terra expellit, mare non fert: sic ab alio in aliud elementum iactati pœnas dant.

Quid Hermes Trimegistus de idololatria senserit, & unde scire potuerit superstitiones Aegyptiacas auferendas. Caput XXIII

AM diuersa de illis [d]Hermes Aegyptius, quem Trimegistum uocant, D
N sensit & scripsit. Apuleius quidem deos illos negat, sed cum dicit ita inter homines deosq; quadã medietate uersari, ut hominibus apud ipsos deos necessarij uideantur, cultum eorum à supernorum deorum religione nõ separat. Ille autem Aegyptius alios deos dicit esse à summo deo factos, alios ab hominib. Hoc qui audit sicut à me positum est, putat dici de simulachris: quia opera sunt manuum hominum. At ille uisibilia & contrectabilia simulachra uelut corpora deorũ esse asserit. Ineſse autem his quosdam spiritus inuitatos

tatos, qui ualeant aliquid, siue ad nocendũ, siue A
ad desideria eorum nonnulla complenda à quibus eis diuini honores, & cultus obsequia deferuntur. Hos ergo spiritus inuisibiles per artem quandam uisibilibus rebus corporalis materiæ copulare, ut sint quasi animata corpora illis spiritibus dicata, & subdita simulachra: hoc esse dicit deos facere, eamq; magnam & mirabilem deos faciendi accepisse homines potestatẽ. Huius Aegyptij uerba [b]sicut in nostram linguã interpretata sunt ponam. Et quoniam de cognatione, inquit, & consortio hominum deorumq; B
nobis indicitur sermo, potestatem hominis, ô Asclepi uimq; cognosce. Dominus, inquit, & pater, uel quod est summum, deus, ut effector est deorum cœlestium, ita homo fictor est deorum qui in templis sunt humana proximitate contenti. Et paulopost, [c]Ita humanitas, inquit, semper memor naturæ & originis suæ, in illa diuinitatis imitatione perseuerat: ut sicuti pater ac dominus, ut sui similes essent, deos fecit æternos, ita humanitas deos suos ex sui cultus similitudine figuraret. Hic cum Asclepius, ad quem maxime loquebatur, ei respondisset atq; dixisset: Statuas, dicis, ô Trimegiste? Tum uero ille: C
Statuas, inquit, ô Asclepi, [d]uides, ne quatenus tuipse diffidas, statuas animatas sensu & spiritu plenas, tantaq; facientes & talia: statuas futurorum præscias, [e]ea quæ forte uates omnis ignoret in multis & uarijs rebus prædicentes, imbecillitates hominibus facientes, easq; curãtes, tristitiam lætitiamq; pro meritis? An ignoras, ô Asclepi, quod Aegyptus imago sit cœli: aut, quod est uerius, translatio aut descensio omniũ quæ gubernantur atq; exercentur in cœlo: ac si dicendum est uerius, terra nostra mundi totius est templum? Et tamen quoniam præscire cuncta prudentem decet, istud uos ignorare fas nõ D
est. Futurũ tempus est cũ appareat Aegyptios incassum pia mente diuinitati sedulam religionem seruasse, & omnis eorum sancta ueneratio in irritũ cassura frustrabitur. Deinde multis uerbis Hermes hunc locum exequitur, in quo uidetur hoc tempus prædicere, quo Christiana religio, quanto est ueracior atque sanctior, tãto uehementius & liberius cuncta fallacia figmenta subuertit, ut gratia uerissimi saluatoris liberet hominẽ ab his dijs, quos fecit homo: & ei deo subdat, à quo factus est homo. Sed cũ Hermes ista prædicit, uelut amicus eisdem ludificationibus dæmonum loquitur, nec Christianum nomen euidenter exprimit, sed tanquam ea tolleretur atq; delerentur, quorũ obseruatione cœlestis similitudo custodiretur in Aegypto: ita hæc futura deplorans, luctuosa quodammodo prædicatione testatur. Erat enim de his, de quibus dicit Apostolus, quod cognoscẽtes deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratũ est insipiens cor eorũ: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et immutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis: & cætera, quæ cõmemorare longum est. [f]Multa quippe talia dicit de uno uero deo fabricatore mundi, qualia ueritas habet. Et nescio quomodo illa obscuratione cordis ad ista delabitur, ut dijs quos confitetur ab hominibus fieri, semper uelit homines subdi, & hæc futuro tempore plangat auferri. quasi quicquam sit infelicius homine, cui sua figmenta dominantur: [g]cum sit facilius, fieri deos colendo quos fecit, ne ipse sit homo, q; ut per eius cultum dij esse possint, quos fecit homo. Citius enim fit, ut homo in honore positus, pecoribus non intelligens comparetur, C
quàm ut operi dei ad eius imaginẽ facto, id est ipsi homini, opus hominis præferatur. Quapropter merito homo deficit ab illo, qui eum fecit, cum sibi præficit ipse, quod fecit. Hæc uana, deceptoria pernicioſa, sacrilega, Hermes Aegyptius, quia tempus quo auferrentur uenturum sciebat, dolebat: sed tam impudenter dolebat, q; imprudenter sciebat. Non enim hoc ei reuelauerat spiritus sanctus, sicut Prophetis sanctis, qui hæc præuidentes cum exultatione dicebãt: Si faciet homo deos: & ecce ipsi non sunt dij. Et in alio loco: Erit in illo die, dicit dominus, Exterminabo nomina simulachrorum à terra, & nõ erit eorum memoria. Proprie uero de Aegypto quod ad hanc rẽ attinet, ita sanctus Esaias prophetat: Et mouebuntur manufacta Aegypti à facie dei, & cor eorum uincietur in eis: & cætera huiusmodi. Ex quo genere & illi erant, [h]qui uẽturum quod sciebant, uenisse gaudebant: qualis Simeõ, qualis Anna, qui mox narum Iesum, qualis Elisabeth, quæ etiam conceptum in spiritu agnouit: [i]qualis Petrus, reuelante patre dicẽs: Tu es Christus filius dei uiui. Huic autem Aegyptio illi spiritus indicauerant futura temporis perditionis suæ: qui etiam præsenti in carne

trementes domino dixerũt: Quid ueniſti ante tempus perdere nos? [k]Siue quia ſubitũ illis fuit, quod futurum quidem, ſed tardius opinabantur: ſiue quod perditionem ſuam hanc ipſam dicebãt, qua fiebat, ut cogniti ſpernerẽtur. Et hoc erat ante tempus, id eſt ante tẽpus iudicij, quo æterna damnatione puniendi ſunt cum omnibus etiam hominibus, qui eorum ſocietate detinentur: [l]ſicut religio loquitur, quę nec fallit, nec fallitur, non ſicuti iſte qui omni uento doctrinæ hinc atq; inde perflatus, & falſis uera permiſcens, dolet quaſi perituram religionem, quem poſtea confitetur errorem.

L. VIVES

a HErmes Aegyptius.] De hoc paulopoſt. b Sicut in noſtram linguã interpretata.] Hermæ aliquot circumferuntur libri, & Græci Latinitate donati. Quæ huc adfert Auguſtinus, ſunt ex Aſclepio Mercurij, quem Apuleius Latinis uertit. c Ita humanitas ſemper memor naturæ.] In exemplari Mercurij Latino ſic legitur: Ita humanitas ſemper uicina naturæ & origini ſuæ. d Vides ne.] Sic etiam apud Mercurium, ſed in libro Brugen. uides quatenus ipſe nõ diffidas. e Ea quæ forte uates omnis ignoret.] Sic habetur apud Aeſculapiũ: Easq; forte uates omnes ſomniis multisq; aliis rebus prædicẽtes, imbecillitatesq; hominibus faciẽtes easq; curãtes triſtitiãq; pro meritis. Et ſic ſcribebaẽ in exẽplari Coloniẽſi, ſed lætitiã eſt ſuperſcriptũ. f Multa quippe talia.] Adducerẽ ex eis aliqua, ſi libri non eſſent uulgares: nunc cum ſint in manibus omnium, ociosum uideatur citare huc illius dicta.

g Cum ſit facilius.] In antiquis libris ad hunc modum ſcribitur. Cum ſit facilius, ut tanquam deos colendo, quos fecit, nec ipſe ſit homo, quàm ut &c. h Qui uenturũ quod ſciebãt ueniſſe.] Qui gaudebãt Chriſtũ, qui erat uenturus, iam ueniſſe, is enim erat patribus in lege ac Prophetis promiſſus. Sic Ioannes iuſsit eum rogari: Es tu ille, qui uenturus eſt, an alium ſumus adhuc expectaturi? i Qualis Petrus reuelante patre.] Hæc eſt præcipua profeſsio, hic primus & firmiſsimus Eccleſiæ nunquam ruituræ lapis, credere ac profiteri Ieſum eſſe Chriſtum filium dei uiui. Hoc non reuelauit philoſophia humana, non aſtus, nõ ſagacitas, & ſapientia mũdi, ſed deus uniuerſorum parens, ijs tantum quos chariſsimos habet. k Siue quia ſubitum.] Declarat, cur dæmones ante tempus putent ſe à Chriſto perdi.

l Sicut religio loquitur.] Matthæi uigeſimoquinto. In malos enim hæc pronũciatur ſententia: Ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius.

Quomodo Hermes patenter parentum ſuorum ſit confeſſus errorem, quem tamen doluerit deſtruendum. Caput XXIIII

POST multa enim ad hoc ipſum redit, ut iterũ dicat de dijs, quos homines fecerunt, ita loquẽs: Sed iam de talibus ſint ſatis dicta talia. Iterũ, inquit, ad hominem rationẽq; redeamus, ex quo diuino dono homo animal dictũ eſt rationale. Minus enim mirandà, & ſi miranda ſunt, quę de homine dicta ſunt. [c]omnium enim mirabiliũ uicit admirationẽ, quod homo diuinam potuit inuenire naturam, eamq; efficere. Quoniam ergo proaui noſtri multum errabant [b]circa deorum rationem increduli, & non animaduertentes ad cultum religionemq; diuinam, inuenerunt artem, qua efficerent deos. Cui inuentæ adiunxerunt uirtutem de mundi natura conuenientẽ: eamq; miſcẽtes, quoniam animas facere non poterant, euocantes animas dæmonum, uel angelorũ eas indiderunt imaginibus ſanctis diuiniſq; myſterijs, per quas idola & benefaciendi & male, uires habere potuiſſent. Neſcio utrum ſic confiterentur ipſi dæmones adiurati, quomodo iſte confeſſus eſt. Quoniam, inquit, proaui noſtri multum errabant circa deorũ rationem increduli, & non animaduertentes ad cultũ religionẽq; diuinam, inuenerunt artem, qua efficerent deos. Nunquid nam ſaltẽ mediocriter eos dixit erraſſe, ut hãc artem inuenirent faciendi deos: aut cõtentus fuit dicere, errabãt, niſi adderet & diceret, multum errabant? Iſte ergo multus error & incredulitas nõ animaduertentiũ ad cultũ religionẽq; diuinã, inuenit artem qua efficeret deos. Et tamẽ quod multus error & incredulitas & à cultu ac religione diuina auerſio animi inuenit, ut homo arte faceret deos: hoc dolet uir ſapiens tanquam religionem diuinã uenturo certo tempore auferri. Vide ſi non & ui diuina maiorum ſuorũ errorẽ præteritum prodere, & etiam ui diabolica pœnam dæmonum futuram dolere compellitur. Si enim proaui eorum multũ errando circa deorum rationem incredulitate & auerſione animi à cultu ac religione diuina inuenerunt artẽ, qua deos efficerent: quid mirum ſi hæc ars deteſtanda, quicquid fecit auerſa à religione diuina, auferetur à religione diuina, cum ueritas emẽdet errorem, fides redarguat incredulitatem, conuerſio corrigat auerſionẽ? Si enim tacitis cauſis dixiſſet proauos ſuos inueniſſe artẽ, qua deos facerent: noſtrũ fuit uticq; ſi quid rectũ piumq; ſaperemus, attendere & uidere nequaquam illos ad hanc artẽ peruẽturos fuiſſe, qua homo deos facit, ſi à ueritate non aberrarent: ſi ea quæ deo digna ſunt, crederent: ſi animum aduertereẽt ad cultum religionemq; diuinam. Et tamen ſi cauſas artis huius nos diceremus multum errorem hominum, & incredulitatem, & animi errantis atq;

atque infidelis à diuina religione auerſionem, utcunq; ferenda eſſet impudentia reſiſtentium ueritati. Cum uero idem ipſe qui poteſtatẽ huius artis ſuper omnia cætera miratur in homine qua illi deos facere cõceſſum eſt: & dolet uenturum eſſe tempus, quo hæc omnia deorũ figmẽta ab hominibus inſtituta, etiam legibus iubeãtur auferri, confitetur tamen atq; exprimit cauſas, quare ad iſta peruentum ſit: dicens proauos ſuos multo errore & incredulitate, & animum non aduertẽdo ad cultum religionẽq; diuinam inueniſſe hanc artem qua facerent deos: Nos quid oportet dicere, uel potius quid agere, niſi quãtas poſſumus gratias domino deo noſtro, qui hæc contrarijs cauſis, quàm inſtituta ſunt, abſtulit? Nam quod inſtituit multitudo erroris, abſtulit uia ueritatis: quod inſtituit incredulitas, abſtulit fides: quod inſtituit à cultu diuino religionis auerſio, abſtulit ad unum uerũ deum ſanctumq; conuerſio. Nec in ſola Aegypto, quam ſolam in iſto plangit dæmonũ ſpiritus, ſed in omni terra qua cantatur domino canticũ nouum: ſicut uere factæ & uere propheticæ litteræ prænunciauerũt, ubi ſcriptum eſt: Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. [d]Titulus quippe Pſalmi huius eſt, quãdo domus ædificabatur poſt captiuitatẽ: ædificatur enim domus domino ciuitas dei, quæ eſt ſancta eccleſia in omni terra: poſteã captiuitatẽ, qua illos homines de quibus credẽtibus in deũ tanquam lapidibus uiuis domus ædificatur, captos dæmonia poſsidebant. Neque enim quia homo deos faciebat, ideo non ab eis poſsidebatur ipſe qui fecerat, quãdo in eorum ſocietatem colendo traducebatur. Societatem dico, nõ idolorum ſtolidorum, ſed uerſutorum dæmoniorum. Nam quid ſunt idola, niſi quod eadẽ ſcriptura dicit: Oculos habẽt & non uidẽt: & quicquid tale de materijs licet affabre effigiatis, tamen uita ſenſuq; carentibus, dicendũ fuit? Sed immundi ſpiritus eiſdem ſimulachris arte illa nefaria colligati, cultorum ſuorum animas, in ſuam ſocietatem redigendo, miſerabiliter captiuauerant. Vnde dicit Apoſtolus: Scimus, quia nihil eſt idolum: ſed quæ immolant gentes, dæmonijs immolant, & non deo: nolo uos ſocios fieri dæmoniorum. Poſt hanc ergo captiuitatẽ, qua homines à malignis dæmonibus tenebantur, dei domus ædificatur in omni terra: unde titulũ ille Pſalmus accepit, ubi dicitur: Cãtate domino canticum nouum, cãtate domino omnis terra. Cantate domino & benedicite nomini eius, [e]bene nũciate diem ex die ſalutare eius. Annunciate in gentibus gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius. Quoniam magnus dominus & laudabilis nimis, terribilis eſt ſuper omnes deos. Quoniam omnes dij gentium dæmonia, dominus autem cœlos fecit. Qui ergo doluit uenturum fuiſſe tempus, quo auferretur cultus idolorum, & in eos qui colerent dominatio dæmoniorum, malo ſpiritu inſtigatus ſemper uolebat iſtam captiuitatẽ manere, qua tãl/acta Pſalmus canit, ædificari domum in omni terra. Prænunciabat illa Hermes dolendo: prænunciabat hæc Propheta gaudẽdo. Et quia ſpiritus uictor eſt, qui hæc per ſanctos Prophetas canebat: etiam Hermes ipſe ea quæ nolebat, & dolebat auferri non à prudẽtibus, & fidelibus, & religioſis, ſed ab errãtibus & incredulis, & à cultu diuinæ religionis auerſis eſſe inſtituta, miris modis coactus eſt confiteri. Qui quãuis eos appellet deos, tamen cum dicit à talibus hominibus factos, quales eſſe utique non debemus, uelit, nolit, oſtendit colendos nõ eſſe ab eis, qui tales non ſunt, quales fuerunt, à quibus facti ſunt: hoc eſt, à prudentibus, fidelibus, religioſisq; ſimul etiam demõſtrans, ipſos homines, qui eos fecerũt ſibimet importaſſe, ut eos haberent deos, qui dij non erant. Verum eſt quippe illud propheticum: Si faciet homo deos, & ecce ipſi non ſunt dij. Deos ergo tales, talium deos arte factos à talibus, cum appellaſſet Hermes, id eſt idolis dæmones, [f]per artem neſcio quam, cupiditatum ſuarum uinculis illigatos: cum appellaret factos ab hominibus deos, non tamen eis dedit, quod Platonicus Apuleius, unde ſatis iam diximus: & quàm ſit inconueniens, abſurdumq; mõſtrauimus, ut ipſi eſſent interpretes & interceſſores inter deos, quos fecit deus, et homines, quos idem ipſe fecit deus: hinc afferẽtes uota, inde muneta referentes. Nimis enim ſtultum eſt credere deos, quos fecerunt homines, plus ualere apud deos quos fecit deus, quàm ualent ipſi homines, quos idẽ ipſe fecit deus. Dæmon quippe ſimulachro arte impia colligatus ab homine, factus eſt deus: ſed tali homini, nõ omni homini. Qualis eſt ergo iſte deus, quem nõ faceret homo niſi errans & incredulus, & auerſus à uero deo? Porrò ſi dæmones qui coluntur in templis, per artẽ, neſcio quã, imaginibus

inditi,hoc eſt,uiſibilibus ſimulachris,ab eis ho A
minibus,qui hac arte fecerunt deos,cũ aberra-
rent,auerſiq; eſſent à cultu et religiõe diuina,nõ
ſunt internuncij,nec interpretes inter homines
& deos: & propter ſuos peſsimos ac turpiſsi-
mos mores,ipſi etiam homines quamuis erran
tes,& incredulí,& auerſi à cultu ac religione di-
uina,tamẽ eis ſine dubio meliores ſunt, qui de-
os ipſi arte fecerũt:reſtat,ut quod poſſunt, tan-
quam dæmões poſsint,uel quaſi beneficia præ
ſtando magis nocentes,quia magis decipiẽtes,
uel aperte malefaciendo. Nec tamẽ quodlibet
horum,niſi quando, & quantum permittũtur B
alta & ſecreta dei prouidentia: non autem tan-
quam medij inter homines & deos, per amici-
tiam deorum multũ apud homines ualent. His
enim dij boni,quos ſanctos angelos nos uoca-
mus,rationalesq; creaturas ſanctę cœleſtis ha-
bitationis,ſiue ſedes,ſiue dominatiões,ſiue prin
cipatus,ſiue poteſtates, amici eſſe omnino non
poſſunt,à quibus tam longe abſunt animi affe
ctione, quàm longe abſunt à uirtutibus uitia,
[b]& à bonitate malitia.

L. VIVES

a OMnium enim mirabiliũ.] Ipſe Mercurius iden-
tidem magnum miraculum hominẽ uocat, ani C
mal uenerandũ & adorandum. b Circa ra-
tionem deorum incredulí.] In Mercurio habetur: con-
tra rationem deorum,& alibi contra rationẽ. c Titu-
lus quippe Pſalmi huius eſt.] Græce ſic eſt: αἶνος ᾠδῆς τῷ
ἀλληλούϊα, ὅτι ὁ οἶκος ᾠκοδομήθη μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν. Hebraice nul-
lum præfert titulum trãslatio Hieronymi, & Græce ſic
dicitur, ἀναπίγραφος παρ' Ἑβραίοις. d Bene nunciate.] Vul
go habetur,annunciate. Græce ὠαγγελίσατο. Et poſt eſt,
ἀναγγείλατε, quod ipſe uertit annunciate. e Diẽ ex die.]
Græca phraſi ἡμέραν ἐξ ἡμέρας. f Per artem,neſcio quã,
cupiditatum ſuarũ.] Porphyrius in libro De philoſo-
phia oraculorum ſcribit deos hominibus indicare,non
modo felicem conſuetudinem,& familiaritatẽ ſuam,ſed
etiam quibus capiantur,gaudeantq; rebus, quibus de-
uinciantur,quibus cogãtur,quos dies uitare oporteat,
quos ſeruari,figuras ipſas ſimulachrorũ cuiuſmodi eſſe
deceat:ut ex oraculis Hecates oſtẽdit,quæ negat ſe poſ-
ſe contemnere ſignum ære,uel argẽto,uel auro factum. D
Et quo pacto ſit aliter ex abſinthio, & muris ſanguine,
& myrrha,& thure,& ſtyrace conflandũ docet. g Sed
tali homine.] Puta malo,& qualem Mercurius ipſe de-
ſcribit. h Et à bonitate malitia.] Malitiam pro om- Malitia
ni uitio malorũ poſuit,ut Græci κακίαν. quod uerbũ Ci-
cero uolumine tertio de finibus uitiũ ſe malle interpre-
tari dicit, quàm malitiam. Nam eſt hæc certa uitij ſpeci-
es contraria rectæ & honeſtæ ſimplicitati, aſtutiæ frau-
dumq; mater.

De his quæ ſanctis angelis & homi-nibus poſſunt eſſe communia. Caput XXV

VLLO modo igitur quaſi per dæ-
monum medietatem, ambiendũ eſt
N ad beneuolentiam,ſeu beneficentiã
deorum,uel potius bonorum ange
lorum,ſed per bonæ uolũtatis ſimi-
litudinẽ,qua cum illis ſumus,& cũ illis uiuimus,
& cum illis deum quem colunt,colimus,& ſi eos
carnalibus oculis uidere non poſſumus:in quã-
tum autẽ diſſimilitudine uoluntatis, & fragilita
te infirmitatis miſeri ſumus,in tantũ ab eis lon-
ge ſumus uitæ merito,non corporis loco. Non
enim quia in terra cõditione carnis habitamus,
ſed ſi per immũditiam cordis terrena ſapimus,
non eis iungimur. Cum uero ſanamur,ut qua-
les ipſi ſunt,ſimus:fide interim illis propinqua-
mus,ſi ab illo nos fieri beatos,à quo & ipſi facti
ſunt etiam ipſis fauentibus credimus.

Quod omnis religio Paganorum cir-ca homines mortuos fuerit impleta. Caput XXVI

ANE aduertendum eſt, quomodo
iſte Aegyptius cum doleret tem-
S pus eſſe uenturum, quo illa aufer-
rentur ex Aegypto, quæ fatetur à
multum errantibus & incredulis,& C
à cultu diuinæ religionis auerſis eſſe inſtituta:
ait inter cætera: Tunc terra iſta ſanctiſsima ſe-
des delubrorum atq; templorum, ſepulchrorũ
erit mortuorumq; pleniſsima. Quaſi uero ſi illa
non auferrentur,non eſſent homines morituri,
aut alibi eſſent mortui ponendi quàm in terra.
Et uticq; quãto plus uolueretur temporis et die-
rum lõgitudo,tãto maior eſſet numerus ſepul-
chrorum, propter maiorẽ numerũ mortuorũ.
Sed hoc uidetur dolere,quod memoriæ marty
rum noſtrorum templis eorum delubriſq; ſuc-
cederent:ut uidelicet qui hæc legũt animo à no-
bis auerſo atq; peruerſo,putẽt à Paganis deos
cultos fuiſſe in tẽplis,à nobis autẽ coli mortuos
in ſepulchris. Tanta enim homines impij cæci-
tate [m]in mõtes quodammodo offendunt, reſq;
oculos ſuos ferientes nolunt uidere,ut nõ atten
dant in omnibus literis Paganorum,aut non in
ueniri,aut uix inueniri deos qui non homines
fuerint, [b]omnibus tamen honores ſtudeãt exhi
bere diuinos,quaſi nihil unquam humanitatis
habuerint. Omitto quod Varro dicit omẽs ab
his mortuos exiſtimari manes deos, [d]& probat
per ea ſacra quæ omnibus ferè exhibẽtur mor-
tuis

tuis, [d]ubi et ludos cõmemorat funebres,tanquã A
hoc ſit maximum diuinitatis indicium, quod
non ſoleant ludi niſi numinibus celebrari. Her-
mes ipſe de quo nunc agitur, in ipſo eodem li-
bro ubi quaſi futura prænunciando deplorans
ait: Tunc terra iſta ſanctiſsima ſedes delubrorũ
atq; templorum,ſepulchrorũ erit mortuorũq;
pleniſsima: deos Aegypti homines mortuos
eſſe teſtatur. Cum enim dixiſſet proauos ſuos
multum errantes circa deorum rationem incre-
dulos,& non animaduertentes ad cultum reli-
gionemq; diuinam,inueniſſe artem qua effice- B
rent deos:cui inuentæ,inquit,adiunxerunt uir-
tutem de mundi natura conuenientem, eamq;
miſcentes,quoniã animas facere non poterãt,
euocantes animas dæmonum uel angelorum,
eas indiderũt imaginibus ſanctis diuiniſq; my
ſterijs,per quas idola & benefaciendi et male ui
res habere potuiſſent. Deinde ſequitur tanquã
hoc exemplis probaturus & dicit: [e] Auus enim
tuus,ô Aſclepi,medicinæ primus inuentor, cui
templum cõſecratũ eſt [f]in monte Libyæ circa lit
tus [g]Crocodilorum,in quo eius iacet mũdanus
homo,id eſt corpus:reliquus enim uel potius to C
tus,ſi eſt homo totus in ſenſu uitæ, melior re-
meauit in cœlum omnia etiam nũc hominibus
adiumenta præſtans infirmis numine nũc ſuo,
quæ ante ſolebat medicinæ arte præbere. Ecce
dixit mortuum coli pro deo in eo loco ubi ha-
bebat ſepulchrũ:falſus ac fallens, dicẽdo quod
remeauit in cœlum omnia etiam nunc hominí-
bus adiumenta præſtans infirmis. Adiungens
deinde aliud: [h]Hermes,inquit,cuius auitũ mihi
nomen eſt;nónne [i]in cognominis ſui patria cõ-
ſiſtens,omnes mortales undiq; uenientes adiu
uat,atq; cõſeruat? Hic enim Hermes maior, id
eſt Mercurius,quẽ dicit auum ſuũ fuiſſe,in Her D
mopoli,hoc eſt,in ſui nominis ciuitate perhibe-
tur eſſe ſepultus. Ecce duos deos dicit homines
fuiſſe,Aeſculapiũ & Mercuriũ. [k]Sed de Aeſcu-
lapio & Græci & Latini hoc idem ſentiũt. [l]Mer
curium autem multi non putant fuiſſe morta-
lem,quem tamen iſte auum ſuum fuiſſe teſta-
tur. [m]Etenim alius eſt ille,alius iſte, quamuis eo-
dem nomine nuncupentur. Non multum pu-
gno,alius ille ſit,alius iſte:uerum iſte ſicut Aeſcu
lapius ex homine deus, ſecũdum teſtimonium
tanti apud ſuos uiri [n]huius Triſmegiſti nepotis
ſui,adhuc addit. & dicit: [o]Iſin uero uxorem O-
ſiris cẽ multa bona præſtare propitiam, quãtis

ſcimus obeſſe iratam. Deinde ut oſtenderet ex A
hoc genere eſſe deos,quos illa arte homines fa-
ciunt:unde datur intelligi dæmones ſe opinari ex
hominũ mortuorũ animis extitiſſe,quos per ar
tem quam inuenerunt homines multum errã
tes, increduli & irreligioſi, ait inditos ſimula-
chris:quia hi qui tales deos faciebant, animas
non uticq; facere poterant: cum de his idem di-
xiſſet,quod commemorauí,quantis obeſſe ſci-
mus iratam:ſecutus adiũxit, Terrenis enim dijs
atq; mundanis facile eſt iraſci: [p]utpote qui ſunt
ab hominibus ex utraq; natura facti atq; com
poſiti. Ex utraq; natura dicit,ex anima et cõrpo B
re:ut pro anima ſit dæmon,pro corpore ſimula
chrum. Vnde cõtigit,inquit,ab Aegyptijs hæc
ſancta animalia nuncupari, [q]coliq; per ſingulas
ciuitates eorum animas, qui ea conſecrauere ui-
uẽtes,ita ut eorum legibus incolantur,& eorum
nominibus nuncupentur. Vbi eſt illa uelut que
rela luctuoſa, quod terra Aegypti ſanctiſsima
ſedes delubrorum atq; templorum, ſepulchro-
rum futura eſſet mortuorũq; pleniſsima? Nem
pe ſpiritus fallax, cuius inſtinctu Hermes iſta
dicebat, per eum ipſum coactus eſt cõfiteri iam
tunc illam terram ſepulchrorum & mortuorũ,
quos pro dijs colebant, fuiſſe pleniſsimam. Sed C
dolor dęmonum per eum loquebatur, qui ſuas
futuras pœnas apud ſanctorum martyrũ me-
morias imminere mœrebant. In multis enim ta
libus locis torquentur & confitentur,& de poſ-
ſeſsis corporibus hominum ejiciuntur.

L. VVES

a IN montes quodãmodo offendunt.] In res magnas,
& quas nemo non uitat, ipſi impingunt. b Omni
bus tamẽ honores.] In ueteribus libris ſic legitur:
Aut uix inueniri deos, qui non homines fuerint, mor-
tuiſq; diuini honores delati ſunt. Omitto quod Varro
dicit omnes ab his mortuos exiſtimari manes deos.
c Et probat per ea ſacra quæ omnibus ferè exhibẽ- Necia
tur mortuis.] Cicero lib. De leg. ij. Nec uero tã Necia,
quæ à nece appellata ſunt, qua reſident mortui, cẽq; cæte-
rorum cœleſtiũ quieti dies feriæ nominarentur, niſi ma
iores,eos qui ex hac uita migraſſent,in deorum nume-
ro eſſe uoluiſſent. d Vbi & ludos commemorat fu-
nebres.] In his ludis exhibebantur fabulæ. Nam ex Te
rentianis Adephi, Acta eſt ludis funebrib. Aemilij Pau
li Macedonici, duobus eius filijs P. Cornelio Scipione
& Q. Fabio. Aedil. Curul. gladiatores quoq; depugna
bant, quem morem induxerunt M. & D. Iunij Bruti lu
dis funebribus patris primo anno belli Punici primi,
App. Claud. Caudace,& M. Fuluio coſſ. depugnarunt
in Boario foro. Liuius lib. xi. & Valerius lib. ij. & Auſo
nius in gryphis:

Tres primas Thracum pugnas, tribus ordine ſellis
Iuniadæ patri inferias miſere ſepulchro.
Dabatur & epulum,& uiſceratio.

e Auus enim tuus, ô Aſclepi.] Aſclepius Græce eſt

Aesculapius. Huius Aesculapij quem secum loquentẽ facit Mercurius, auum Augustinus Aesculapium medicinæ repertorem putat. Quis hic Aesculapius ex tribus quos Cicero numerat, non conuenit. Nam unus ex his sepultus esse dicitur Cynosuris Achaiæ fulmine ictus. Alter prope Lusium fluuium in Archadia. Tertius fuit secundi Mercurij frater, qui filius fuit Valentis & Pheronidis. hunc etiam Aesculapiũ magno in honore habent Archades. Aesculapium quoq; Osiridem uocari solitũ Tacitus scribit, nescio an de hoc intelligat. Verisimilius est de hoc Mercurium loqui, q̃ de quouis alio. f In monte Libyæ.] Hic mons prælongus est, ab ima Aegypto supra Cynopolim se extendens. non unus putatur mons à Ptolemæo qui Λιβικὰ ὄρη uocat. g Crocodilorum.] Crocodilus ex genere serpẽtum est, sed quadrupes ouiperus, crescit septemdecim cubitos & eo amplius. Mandibulam superiorem contra omnium animantium naturam mouet: homines & omnia terrestria uorat, uiuitq; interim in sicco, interim in aqua. De hoc Herodotus, Aristoteles, Plinius, & alij. Seneca Crocodilũ ait fugax esse animal audaci, audacissimũ timido. Crocodili urbs prope montem Libycum erat sita in mediterraneis Aegypti, non longe à Ptolemaide in fine sexti paralleli climatis tertij. Crocodilum uenerationi habitum ab Aegyptijs scribit Porphyrius, ideo quod Soli esset sacer: sicut etiam Aries, & Cantharus, & Astur.

Crocodilus

h Hermes, inquit, cuius auitum mihi est nomen.] Cicero Mercurios numerat quinq;, quorũ duo ab Aegyptijs colantur. priorem Nilo patre genitum, quẽ illi nefas habent nominare: alterum qui Argum interemit, Aegyptoq; præfuit, quibus leges & literas dedit, illũq; uocat Theut. quo nomine primus anni mensis apud illos dicit. Eusеb. lib. 1. Phœnices ait in theologia sua putasse Mercurium Trimegistum scribam fuisse Saturni cœli filij, cuius opera usus sit Saturnus in tuenda matre: cumq; hic australes mundi partes peteret, uniuersam Aegyptum Mercurio reliquisse. Diodorus Mercurij scribit fuisse Isidi & Osiridi in consilio. Cumq; in expeditionem Osiris iret, Mercurium ceu consiliarũ Isidis coniugis domi reliquisse, hominemq; fuisse insigni prudentia: multasq; tradidisse mortalibus artes ac scientias. Hunc existimo fuisse auum huius Hermæ, qui scripsit; illumq; uocatum esse Theut, dæmonem, ut ait Plato in Phædro, qui artes mathematicas, & literas, & aleam inuenit, detulitq; ad Thamũ Aegypti regem; qui rex post ea dictus est Ammon. i In cognominis sui patria.] Alibi, in sibi cognomine patria. In Mercurio uero Apuleij corruptissime, sibi cognomen patrium. Hermopolis est magna in Aegypto urbs, & nomus Hermopolitana, ab occasu fluuij, inquit Ptolemæus, mediterranea, euntibus ad mare nostrum: superior est Crocodilopoli, in septimo parallelo climatis tertij. k Sed de Aesculapio.] Hunc enim inter semideos collocant, & eos qui meritis nacti sunt cœlũ, quales sunt Hercules, Bacchus & Romulus. Theodoritus de martyribus scribit Homeri tempore Aesculapium nõdum pro deo esse habitum. nam ille curatorem uulnerũ Martis non Aesculapium facit, sed Pæonem. Et cum de Machaone Aesculapij filio loquitur, uirum eum uocat Aesculapij absoluti medici filium. l Mercurium autẽ multi.] Nam hic ex dijs est cœlestibus perpetuis, unusq; ex cõsentibus.

Hermopolis

m Etenim alius est ille.] Mercurius ille celebris fuit Maiæ & Iouis Saturnij filius, nepos Athlãtis. Nam alij duo fuerunt Aegyptij, ut dixi, alii etiã duo, quorũ prior cœlo & die est genitus, is quem arrecta natura fingunt propter aspectum Proserpinæ: posterior Valẽtis & Pheronidis filius, quem Trophonii nomine colunt in antro Lebadienses. n Huius Trimegisti.] Quasi ter maximi. Non fuit is qui scripsit Trimegistus, sed eius auus: utrunq; tamen nomen & Hermæ & Trimegisti nepos ac

Trimegistus

A cepit. fuit autem ille Theut & rex maximus, & sacerdos maximus, & sapiens maximus, ut quibusdam lego placuisse. o Isin uero uxorem.] Alibi, Isin uero Osiris. apud Mercurium Isin uero & Osirin q̃ multa bona præstare propitia, tantũ obesse scimus irata. p Vtpote qui sunt.] Apud Mercurium sic: utpote qui sunt ab hominibus facti atq; compositi extraq; naturam, sed ex utraq; natura legit Augustinus. q Colicq; per singulas ciuitates eorum animas.] Innumeras res Aegyptii pro diis colebant, uelut allia, & cepas, per quæ iurabãt Plinio: & animalia complura, de quorũ nominibus urbes aliquot nominarũt, ut à crocodilo crocodilopolim, ut diximus, à lupo lycopolim, à leone leontopolim, à lato pisce latopolim, ut quoniam bouem primus instituit coli Apis, idcirco & ipse bouis imagine colitur, Mercurius canis, Isis uaccæ. Diodorus scribit in galeis & insignibus principes uiros alios aliorum animaliũ formis uti solitos, uelut Anubim cane, & Macedonem lupo: un

B de ueneratio illis animalibus nata. hinc principes uita functos eorundem animalium, quæ ipsis placuerãt nominibus nuncupare, & imaginibus uenerari instituerunt. Hoc est quod Mercurius dicit coli eorum animas, qui illa animalia uiuentes cõsecrauerunt, augusta & plena ueneratonis illa effecerunt principes, cum suis galeis, clypeis, insignibusq; addi uoluerunt: unde uisum est rudi populo non paruã uictoriæ partẽ, iis ipsis acceptam esse referendã, ita in deorum numerũ sunt relata.

De modo honoris, quem Christiani martyribus impendunt. Cap. XXVII

EC tamen nos eisdem martyribus templa, sacerdotia, sacra & sacrificia
N constituimus: quoniam nõ ipsi, sed deus eorum nobis est deus. Honoramus sanè memorias eorum tanq̃ sanctorum hominũ dei, qui usq; ad mortẽ suorum corporum pro ueritate certarũt, ut innotesceret uera religio, falsis religionibus fictisq; cõuictis: quod etiã si qui antea sentiebant, timẽdo reprimebant. Quis autem audiuit aliquando fidelium stantẽ sacerdotem ad altare etiam super sanctum corpus martyris ad dei honorem cultumq; constructũ, dicere in precibus: Offero tibi sacrificium Petre, uel Paule, [a]uel Cypriane, cum apud eorum memorias offeratur deo, qui

D eos & homines & martyres fecit, & sanctis suis angelis cœlesti honore sociauit: ut ea celebritate, & deo uero de illorum uictorijs gratias agamus, et nos ad imitationẽ talium coronarũ atq; palmarum eodem inuocato in auxilium ex eorum memoriæ renouatione adhortemur? Quę cunq; igitur adhibẽtur religiosorum obsequia in martyrum locis, ornamenta sunt memoriarum, nõ sacra uel sacrificia mortuorũ tanquam deorum. [b]Quicunq; etiam epulas suas eo deferunt, quod quidem à Christianis melioribus nõ fit, & in plerisq; terrarũ nulla talis est cõsuetudo

tudo: tamen quicunq; id faciunt, quas cum apposuerint, orant, & auferunt, ut uescãtur, uel ex eis etiam indigentibus largiãtur, sanctificari ibi eas uolunt per merita martyrũ in nomine domini martyrum. [c]Non autem ista esse sacrificia martyrũ nouit, qui nouit unũ, quod deo illic offertur sacrificium Christianorũ. Nos itaq; martyres nostros nec diuinis honoribus, nec humanis criminibus colimus, sicut colũt illi deos suos, nec sacrificia illis offerimus, [d]nec eorũ probra in eorum sacra conuertimus. Nam de Iside uxore Osiris Aegyptia dea, & de parentibus eorum, qui omnes reges fuisse scribuntur: quibus parẽtibus suis illa cum sacrificaret, [e]inuenit hordei se

B getem, atq; inde spicas marito regi & eius consiliario Mercurio demonstrauit: unde eandem et Cererem uolunt, quę & quanta mala nõ à Poetis, sed à mysticis eorum literis memoriæ mãdata sint: sicut Leone sacerdote prodente ad Olympiadem matrem scribit Alexander: legant qui uolunt, uel possunt, et recolant qui legerunt: & uideant quibus hominibus mortuis, uel de quibus eorũ factis tanquã dijs sacra fuerint instituta. Absit ut eos, quamuis deos habeãt, sanctis martyribus nostris, quos tamen deos non habemus, ulla ex parte audeant comparare. Sic c enim nõ cõstituimus sacerdotes, nec offerimus sacrificia martyribus nostris: quia incõgruum, indebitum, illicitum est, atq; uni deo tantũmodo debitũ: ut nec criminibus suis, nec ludis eos turpissimis oblectemus, ubi uel flagitia isti celebrant deorum suorũ, si cum homines essent talia commiserunt, uel conficta delectamenta dæmonum noxiorum, si homines non fuerũt. Ex isto genere dæmonum Socrates non haberet deum, si haberet deum: sed fortasse homini ab illa arte faciendi deos alieno & innocẽti, illi importauerunt talem deum, qui eadem arte excel

D lere uoluerunt. Quid ergo plura? Non esse spiritus istos colẽdos propter uitam beatam, quæ post mortem futura est, nullus uel mediocriter prudẽs ambigit. Sed fortasse dicturi sunt, deos quidem esse omnes bonos, dęmones autẽ alios

A bonos, alios malos: & eos per quos ad uitam in æternũ beatam perueniamus colendos esse censebunt, quos bonos opinantur. quod quale sit iam in uolumine sequenti uidendum est.

L. VIVES

a VEl Cypriane.] Hic fuit Episcopus Carthaginẽsis, doctissimis plerisq; iuxta & sanctissimis ingenii monumentis æditis clarus, insignis quoq; martyrio sub Valeriano Cæsare, ut Pontius eius diaconus scribit. b Quicũq; etiam epulas.] Hic mos præcipue ualuit in Aphrica, sicut August. in vi. cõfessionum testatur, matremq; suam refert ad memorias sanctorum attulisse Mediolani pultes, & panem, & merũ, dedisseq; ostiario. Sed hæc Ambrosius fieri uetuit, ne ulla occasio daretur ebriosis se ingurgitandi, & quia illa quasi parentalia superstitioni gentiliũ essent similllima. c Nõ autem ista esse sacrificia martyrum.] Multi Christiani in re bona plerunq; peccant, quod diuos diuasq; nõ aliter uenerantur, q̃ deum. Nec uideo in multis quod sit discrimen inter eorum opinionem de sanctis, & id quod gentiles putabant de suis diis. Impia est opinio Vigilantii, qui omni honore martyres priuabat, stulta Eunomii, qui ne cogeretur adorare mortuum, templa martyrum non ingrediebatur. Venerandi sunt martyres, non adorandi ut deus: quemadmodum Hieronymus in Vigilantium disserit. d [illegible] e Inuenit hordei ſegetem.] Diodorus lib. i. tri

Cypriatus

Isis Ceres

ticum & hordeũ ab Iside inuenta perhibet: ideo in quibusdam urbibus inter alia quæ Isidis sacris inferũt, triticum & hordeum conspiciuntur. Osirim uero maritũ earum frugum utilitate animaduersa ostẽdisse mortalibus usum: tum & ex hordeo potum fieri in his regionibus quæ ferendis uitibus aptæ nõ essent, ceruisiã, ut puto, qua populi septẽtrionales utũtur. Verum antiquissimum fuisse ex hordeo cibũ testatur Plin. lib. xviii. ex Atheniensium ritu Menandro autore, antiquiorẽ triticeo esse dubitandũ non est. Nunquã enim homines hordeaceo pane uixissent, si nouissent triticum, quo reperto continuo hordeum damnatum est, & quadrupedum refectibus traditum, sicut Plinius inquit.

ELENCHVS CAPITVM
IN DIVI AVRELII AVGVSTINI DE CIVITATE DEI LIBRVM NONVM.

1 Ad quem articulum disputatio præmissa peruenerit, & quid discutiendum sit de residua quæstione.
2 An inter dæmones, quibus dij superiores sunt, sit aliqua pars bonorum, quorum præsidio ad ueram beatitudinem possit humana anima peruenire.
3 Quæ dæmonibus Apuleius ascribat, quibus cum rationem non subtrahat nihil uirtutis assignat.
4 De perturbationibus quæ animo accidunt, quę sit Peripateticorum Stoicorumq; sententia.
5 Quod passiones quæ Christianos animos afficiunt, non in uitium trahant, sed uirtutem exerceant.
6 Quibus passionibus dæmones confitente Apuleio exagitentur, quorum ope homines apud deos asserit adiuuari.
7 Quod Platonici figmentis Poetarum infamatos deos asserant de contrariorum studiorũ certamine, cum hæ partes dæmonum, non deorum sint.
8 De dijs cœlestibus & dæmonibus aereis hominibusq; terrenis Apuleij Platonici diffinitio.
9 An amicitia cœlestium deorum per intercessionem dæmonum possit homini prouideri.
10 Quod secundum Platonis sententiam minus miseri sunt homines in corpore mortali, quàm dæmones in æterno.
11 De opinione Platonicorum, qua putant animas hominum dæmones esse post corpora.
12 De ternis contrarijs, quibus secundum Platonicos dæmonum hominumq; natura distinguitur.
13 Quomodo dæmones, si nec cum dijs beati, nec cum hominibus sunt miseri, inter utranq; partem sine utriusq; communione sint medij.
14 An homines cum sint mortales, possint uera beatitudine esse felices.
15 De mediatore dei & hominum homine Christo Iesu.
16 An rationabiliter Platonici diffinierint deos cœlestes declinantes terrena cõtagia hominibus non miseri, quibus ad amicitiam deorum dæmones suffragentur.
17 Ad consequendam uitam beatam, quæ in participatione est summi boni, non tali mediatore indigere hominem qualis est dæmon, sed tali, qualis est unus Christus.
18 Quod fallacia dæmonum dum sua intercessione uiam spondet ad deum, hoc conatur, ut homines à uia ueritatis auertat.
19 Quod appellatio dæmonum iam nec apud cultores eorum assumatur in significationem alicuius boni.
20 De qualitate scientiæ, quæ dæmones superbos facit.
21 Ad quem modum dominus uoluerit dæmonibus innotescere.
22 Quid interſit inter scientiam sanctorum angelorum, & scientiam dæmonum.
23 Nomen deorum falsò ascribi dijs gẽtium, quod tamen & angelis sanctis, & hominibus iustis ex diuinarum scripturarum autoritate commune est.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
EPISCOPI AD MARCELLINVM
DE CIVITATE DEI LIBER NONVS.

497

Ad quem articulum disputatio præmissa peruenerit, & quid discutiẽdum sit de residua quæstione. Caput 1

T bonos & malos deos esse quidã opinati sunt: quidam uero de dijs meliora sentientes, tantum eis honoris laudisq; tribuerunt, ut nullum deorum malum credere auderẽt. Sed illi qui deos quosdam bonos, quosdam malos esse dixerũt, dæmones quoq; appellauerunt nomine deorum: quanquam & deos, sed rarius nomine dæmonum: ita ut ipsum Iouem quem uolunt esse regem ac principem cæterorum, [b] ab Homero fateantur dæmonem nuncupatum. Hi autem qui omnes deos non nisi bonos esse asserunt, & longe præstantiores eis hominibus, qui boni perhibentur, merito mouentur dæmonum factis, quę negare non possunt, eaq; nullo modo à dijs, quos omnes bonos uolunt, cõmitti posse existimantes, differentiam inter deos & dæmones exhibere coguntur: ut quicquid eis merito displicet in operibus uel affectibus prauis, quibus uim suam manifestant occulti spiritus, id credant esse dęmonũ non deorum. Sed quia eosdem dæmões inter homines & deos ita medios constitutos putant, tanquã nullus deus homini misceatur, ut hinc perferant desiderata, inde referant impetrata: atq; hoc Platonici pręcipui philosophorum ac nobilissimi sentiũt, cum quibus uelut cum excellẽtioribus placuit istam examinare quæstionem, utrum cultus plurimorum deorum prosit ad cõsequendam uitã beatam, quæ post mortem futura est: libro superiore quæsiuimus, quo pacto ipsi dæmones qui talibus gaudent, qualia boni & prudentes homines auersantur & damnant: id est sacrilegia, flagitiosa, facinorosa: nõ de quolibet homine, sed de ipsis dijs figmenta poctarum, & magicarum artium sceleratam puniendamq; uiolentiam: possint quasi propinquiores & amiciores dijs bonis conciliare homines bonos: & hoc nulla

498

ratione posse cõpertum est. Proinde hic liber, sicut in illius fine promisimus, disputationẽ continere debebit de differẽtia, si quam uolũt esse: non deorũ inter se, quos omnes bonos dicunt, nec de differentia deorum & dæmonum, quorum illos ab hominibus longe lateq; seiũgunt, istos inter deos & homines collocãt, sed de differentia ipsorum dæmonum, quod ad præsentem pertinet quæstionem.

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI IN NONUM librum De ciuitate dei, Diui Aurelij Augustini, commentarij.

S Ed illi qui deos quosdam.] Plato deos omnes in conuiuio bonos esse dixit, dæmones uero etsi non bonos, neq; malos tamen, sed mediam quandam naturam, & neutram. Mercurius ἀγγέλους ἀγαθοὺς tum etiam σωτῆρας uocat, id est bonos angelos & malos. Porphyrius in libris sacrificiorum, dæmonum duo facit genera: bonos & beneficos, malos & maleficos, quod est ei cum Platonicis ferè cõmune. b Ab Homero fateantur.] Plutarchus in libello quod cessarunt oracula ait, Homerũ inter deos & dæmones nihil feciſſe discriminis: eosdẽ dæmones modo, modo deos nominasse. Ita dæmonium nominat Iouem: quod uerbum, ut interpres quidam inquit, ex medijs est, modo ad laudem spectans, modo ad uituperium. In primo uero Ilia. Iouem ait μετὰ δεύμονας ἄλλους, per quod & ipsum, & alios omnes deos dæmones esse declarat. quo loco idem interpres ait: οὕτως ὁ δεύμων νους καλεῖ τοὺς θεούς, ἤτοι δεδμονας· ἀμφοτέροι γὰρ παρὰ τοῖς παλαιοῖς ὠνόμασται τὸ εἰδέναι, ἢ ὅτι διαφυτικά εἰσι, παρὰ διείληπται τὸ ἀνθρώπων. Sic, inquit, dæmones uocat deos, seu quod gnari sunt, & rerum experti omnium, quod sapientes, seu quod arbitri sunt, & rectores hominũ. Iulius Pollux: θεὸς παρὰ θοὶ, παρὰ δεδμονες· ὅτι γὰρ ἑμύρῳ δοκεῖ δεδμονας ἑκάλουν τοὺς θεούς· παρὰ πλάτωνι ὁ τὴν τῶ παντὸς κυβέρνησιν μέγιστον δεδμονα ὀνόμασεν, καὶ αὐτὸ δὲ αὐτὸ χρέσιος τὸ θεῖον παρὰ δαιμόνιον. Deus, inquit, & dij, & dæmones. Sic enim Homero placuit, deos ipsos uocare dæmões. Et Plato quoque gubernatorem omnium maximũ dæmonem nũcupauit. Quando quidem idem est & numinis & dæmonij usus. Maximi dæmõis meminit in libris De rep. Plato. Sed cõsiderandum de deo parente rerũ uniuersarũ, an de principe dæmonum, qui uelut distributi in præfecturas sunt, sentiat. Procli uerba hæc sunt in lib. De anima & dæmone. Vbi enim quod proxime præest in quodã dæmonis ordine ad inferius sese habẽs appellare dæmonem cõsueuerũt, quo usu Iuppiter apud Orpheũ Saturnum patrẽ dæmonẽ appellauit. Et ipse Plato in Timæo dæmones nũcupauit deos illos, qui generationẽ è propinquo disponũt, ubi ait: De alijs uero dæmõib. tractare, eorũq; generationẽ in lucem ædere, maius est cỹ ferre humanũ possit ingeniũ: cõparatione utiq; dæmon est eiusmodi, qui uidelicet proxime unicuiq; prouidet, etiã si deus sit, ac etiã si deo sit inferior. Hæc Proclus.

An inter dæmones, quibus dĳ ſuperiores ſunt, ſit aliqua pars bonorum, quorum preſidio ad ueram beatitudinem poſſit hũana anima peruenire. II

PVD pleroſq; enim uſitatũ eſt dici, alios bonos, alios malos dæmones, quæ ſiue ſit etiam Platonicorũ philoſophorum, ſiue quorumlibet ſententia, nequaquã eius eſt negligẽda diſcuſsio, ne quiſquã uelut dæmones bonos ſequendos ſibi eſſe arbitretur, per quos tanquam medios dĳs, quos omnes bonos credit dum cõciliari affectat & ſtudet, ut quaſi cum eis poſsit eſſe poſt mortẽ irretitus malignorũ ſpirituum deceptuſq; fallacia, lõge aberret à uero deo, cũ quo ſolo, & in quo ſolo, & de quo ſolo anima hũana, id eſt ratiõalis & intellectualis beata eſt.

Quæ dæmonibus Apuleius aſcribat, quibus cum rationẽ non ſubtrahat nihil uirtutis aſsignat. Cap. III

VAE igitur eſt differentia dęmonũ bonorum & malorum, quandoquidem Platonicus Apuleius de his uniuerſaliter diſſerens, & tam multa loquẽs de aereis eorum corporibus, de uirtutibus tacuit animorũ, quibus eſſent pręditi, ſi boni eſſent. Tacuit ergo beatitudinis cauſam, indiciũ uero miſerię tacere nõ potuit, conſicens eorũ mentẽ, qua rationales eſſe perhibuit, non ſaltẽ imbutã munitãq; uirtute, paſsiõibus animi irrationabilibus nequaquã cedere, ſed ipſam quoq;, ſicut ſtultarum mentiũ mos eſt, procelloſis quodammodo perturbatiõibus agitari. Verba nanq; eius de hac re iſta ſunt: Ex hoc fermè dæmonũ numero, inquit, Poetæ ſolent haud quaquã procul à ueritate, oſores & amatores quorundam hominum deos fingere: hos proſperari & euehere, illos cõtra aduerſari & affligere. Igitur & miſereri, & indignari, & angi, & lætari, omnẽq; humani animi faciẽ patiac ſimili motu cordis & ſalo mentis, per omnes cogitationũ æſtus fluctuare, quæ omnes turbelæ tẽpeſtatesq; procul à deorum cœleſtiũ trãquillitate exulant. Num eſt in his uerbis ulla dubitatio, quod nõ animorũ aliquas inferiores partes, ſed ipſas dæmonũ mentes, quibus rationalia ſunt animalia uelut procelloſum ſalum dixit paſsionũ tempeſtate turbari: ut ne hominibus quidem ſapientibus cõparandi ſint, qui huiuſmodi perturbationibus animorũ, à quibus humana non eſt immunis infirmitas, etiam cũ eas huius uitæ cõditione patiũtur, mente impertur-bata reſiſtũt: non eis cedentes ad aliquid approbandũ uel perpetrandũ, quod exorbitet ab itinere ſapiẽtiæ & lege iuſtitiæ: ſed ſtultis mortalibus, & iniuſtis, nõ corporibus, ſed moribſimiles: ut nõ dicam deteriores, eo quod uetuſtiores, & debita pœna inſanabiles, ipſius quoq; mentis, ut iſte appellauit, ſalo fluctuãt: nec in ueritate atq; uirtute, qua turbulẽtis & prauis affectionib. repugnatur, ex ulla animi parte cõſiſtunt.

De perturbationibus, quæ animo accidunt, quæ ſit Peripateticorum Stoicorumq; ſententia. Cap. IIII

VAE ſunt ſententiæ philoſophorũ de his animi motibus, quos Græci πάθη, noſtri aũt quidã, ſicut Cicero perturbatiões, quidã affectiões uel affectus, quidam uero ſicut iſte de Græco expreſsius paſsiones uocant. Has ergo perturbatiões, ſiue affectiões, ſiue paſſiones quidã philoſophi dicũt etiã in ſapientẽ cadere, ſed moderatas rationiq; ſubiectas, ut eis leges quodãmodo quibus ad neceſſariũ redigãtur modũ dominatio mentis imponat. Hoc qui ſentiunt, Platonici ſunt ſiue Ariſtotelici, cũ Ariſtoteles diſcipulus Platonis fuerit, qui ſectã Peripateticã condidit. Alĳs autẽ, ſicut Stoicis cadere ullas omnino huiuſcemodi paſsiones in ſapientẽ non placet. [a]Hos aũt, id eſt, Stoicos, Cicero in libris De finib. bonorũ & malorũ, uerbis magis q̃ rebus aduerſus Platonicos ſeu Peripateticos certa re cõuincit: quandoquidẽ [b]Stoici nolunt bona appellare, ſed cõmoda corporis & externa: eo quod nullũ bonum uolunt eſſe hominis prętер uirtutẽ, tanquã artem bene uiuẽdi, quæ nõ niſi in animo eſt. [c]Hæc autẽ iſti ſimpliciter & ex cõmuni cõſuetudine loquẽdi appellant bona: ſed in cõparatiõe uirtutis, qua recte uiuitur, parua et exigua. Ex quo fit, ut ab utriſq; quomodolibet uocentur, ſeu bona ſeu cõmoda, pari tamẽ æſtimatiõe pẽſentur: nec in hac queſtione Stoici delectẽtur niſi nouitate uerborũ. Videtur ergo mihi etiã in hoc, ubi quæritur, [d]utrũ accidãt ſapienti paſsiones animi, an ab eis ſit prorſus alienus, de uerbis eos potiusq; de rebus facere cõtroueſiam

ſiam. Nam & ipſos nihil hinc aliud q̃ Platonicos & Peripateticos ſentire exiſtimo, quantum ad uim rerum attinet, non ad uocabulorum ſonum. Vt enim alia omittã, quibus id oſtẽdam, ne longum faciam, aliquid unũ quod ſit euidentiſsimum dicam. In libris quibus titulus eſt, Noctium Atticarum, [e]ſcribit A. Gellius, uir elegantiſsimi eloquĳ, & [f]multæ ac facundæ ſcientiæ, ſe nauigaſſe aliquãdo cum quodam philoſopho nobili Stoico. Is philoſophus, ſicut latius & uberius, quod ego breuiter attingã, narrat A. Gellius, cum illud nauigium horribili cœlo & mari periculoſiſsime iactaretur, ui timoris expalluit. Id animaduerſum eſt ab eis, qui aderant: quam uis in mortis uicinia curioſiſsime attẽtis, utrum ne philoſophus animo turbaretur. Deinde tẽpeſtate tranſacta, mox ut ſecuritas præbuit colloquendi, uel etiam garriẽdi locum, quidam ex his, quos nauis illa portabat diues luxurioſus [g]Aſiaticus philoſophũ compellat, illudẽs quod extimuiſſet atq; palluiſſet, cũ ipſe mãſiſſet intrepidus in eo quod impẽdebat exitio. [h]At ille Ariſtippi Socratici reſpõſum retulit, qui cũ in re ſimili eadẽ uerba ab homine ſimili audiſſet: reſpõdit illũ pro anima nequiſsimi nebulonis merito non fuiſſe ſolicitũ, ſe autẽ pro Ariſtippi anima timere debuiſſe. Hac illo diuite reſponſione depulſo, poſtea quæſiuit A. Gellius à philoſopho nõ exagitandi animo, ſed diſcendi, quę nã illa ratio eſſet pauoris ſui. Qui ut doceret hominem ſciendi ſtudio gnauiter accenſum, protulit ſtatim de ſarcinula ſua [i]Stoici Epicteti librũ, in quo ea ſcripta eſſent, quæ congruerent decretis Zenonis & Chryſippi, quos fuiſſe Stoicorum principes nouimus. In eo libro ſe legiſſe dicit A. Gellius, hoc Stoicis placuiſſe, [k]quod animi uiſa, quas appellant phantaſias: nec in poteſtate eſt utrum, & quando incidant animo, cum ueniant ex terribilibus & formidabilibus rebus, neceſſe eſſe etiam ſapientis animũ moueant: ita ut pauliſper uel paueſcat metu, uel triſtitia contrahatur, tanquam his paſsionibus prævenientibus mentis & rationis officiũ: [l]nec ideo tamen in mentẽ fieri opinionem mali, nec approbari iſta, eisq; conſentiri. Hoc enim eſſe uolunt in poteſtate, idq; intereſſe cenſent inter animũ ſapiẽtis & ſtulti, quod ſtulti animus eiſdem paſsionibus cedit, atq; accommodat mentis aſſenſum: ſapientis autem quamuis eas neceſsitate patitur, retinet tamen de his quæ appetere uel fugere rationabiliter debet, ueram & ſtabilem incõcuſſa mente ſententiam. Hęc ut potui, non quidem commodius A. Gellio, ſed certe breuius, & ut puto, planius expoſui: quæ ille ſe in Epicteti libro legiſſe commemorat, eum ex decretis Stoicorum dixiſſe atque ſenſiſſe. Quæ ſi ita ſunt, aut nihil, aut penè nihil diſtat inter Stoicorum aliorumq; philoſophorum opinionem de paſsionibus & perturbationibus animorum. Vtrique enim mentem rationemq; ſapientis ab earum dominatione defendunt. Et ideo fortaſſe dicũt eas in ſapientem non cadere Stoici: quia nequaquam eius ſapientiam, qua uticq; ſapiens eſt, ullo errore obnubilant, aut labe ſubuertunt. [m]Accidunt autem animo ſapientis, ſalua ſerenitate ſapientiæ, propter illa quæ commoda uel incõmoda appellant, quamuis ea dicere nolint bona uel mala. Nã profecto ſi nihil pẽderet eas res ille philoſophus, quas amiſſurum ſe naufragio ſentiebat, ſicuti eſt uita iſta ſalusq; corporis: non ita illud periculum perhorreſceret, ut palloris etiam teſtimonio prodereretur. Verũtamen & illam poterat permotionem pati, & fixam tenere mente ſententiam, uitam illam ſalutemq; corporis, quorum amiſsionem minabatur tempeſtatis immanitas, non eſſe bona quæ illos quibus ineſſent facerẽt bonos, ſicut facit iuſtitia. Quod autem aiunt ea nec bona appellanda eſſe, ſed commoda: uerborum certamini, non rerum examini deputãdum eſt. Quid enim intereſt, utrum aptius bona uocentur, an commoda: dum tamen ne his priuetur, non minus Stoicus, quàm Peripateticus paueſcat & palleat: ea non æqualiter appellando, ſed æqualiter æſtimando? Ambo ſanè ſi bonorum iſtorum ſeu commodorum periculis ad flagitium uel facinus urgeantur, ut aliter ea retinere non poſsint: malle ſe dicunt hæc amittere, quibus natura corporis ſalua & incolumis habetur, quàm illa committere, quibus iuſtitia uiolatur. Ita mens, ubi fixa eſt iſta ſententia, nullas perturbationes, etiam ſi accidant inferiorib. animi partibus, in ſe contra rationem prævalere permittit: quinimmo eis ipſa dominatur, eisq; non conſentiendo, ſed potius reſiſtendo regnũ uirtutis exercet. Talẽ deſcribit etiam Vergilius Aeneam, ubi ait:

Mẽs imota manet, lachrymę uoluũtur inanes.

L. VIVES

a HOc autem Cicero.] Libro tertio De finibus inducitur à Cicerone M. Cato minor pro Stoicis, quam ſectam ille tuebatur, de ſummo bono diſſerens. Quarto libro idem ipſe Cicero diluit argumẽta omnia Stoicorum, oſtenditq́ ipſos non rebus à Platonicis & Peripateticis differre, ſed nouitate uerborũ: quorũ artifex fuerit princeps ipſe diſciplinæ Zenon. b Non ſunt bona appellare, ſed cõmoda.] Cicero in finibus æſtimabilia nominauit, & primo Acad. ſic ait: Zeno igiť omnia, quæ ad beatam uitam pertinerẽt, in una uirtute ponebat: nec quicquam aliud numerabat in bonis; id quod appellabat honeſtum, quod eſſet ſimplex quoddam, & ſolum, & unum bonum. Cætera autem etſi nec mala eſſent, tamen alia ſecũdum naturam dicebať, alia naturæ contraria, ijs ipſis alia interiecta & media numerabat. Quæ autem ſecundum naturam eſſent, ea ſumenda, & quadam æſtimatione dignanda docebat: cõtraq́ cõtraria. Neutra autẽ in medijs relinquebat, in quibus ponebat nihil omnino eſſe momenti: ſed quæ eſſent ſumenda, ex alijs alia pluris eſſe æſtimanda, alia minoris: quæ pluris, ea præpoſita appellabat: Reiecta autẽ, quæ minoris. Hæc ibi. In tertio De finibus præpoſita dicit προηγμένα eſſe dicta, contraria uero ἀποπροηγμένα. *Bonorum tria genera* c Hæc autẽ iſti ſimpliciter.] Plato quarto De legibus, tria genera bonorũ ponit, quæ in animo, quæ corpore, & quæ extrinſecus. Sed hæc poſteriora ſine uirtute, non modo nihil iuuare, ſed eſſe quoq; damnoſa, & pernicie plena, diciq́ humana, quũ illa quæ animo hærent ſint diuina, quibus ſolis diuinus fit homo ac beatus: nec illa corporis aut externa recte ac proprie bona eſſe nominãda, ſed proportione quadam & ſimilitudine: nec omnibus, ſed ſolis iuſtis, quibus etiã quæ mala uulgus appellat, maiora & ueriora ſunt bona, q̃ bona illa in ſceleratis hominibus, quæ in his aliud non ſunt præter paratiſsima flagitijs magnisq́ malis inſtrumenta. Hæc & ſimilia multis locis Plato, à quo præclara illa & admirabilia Stoicorum dicta, quæ Græci παράδοξα uocant, & diuina, ut ſunt, exiſtimantur, propè omnia manarunt: ut quod ſolum honeſtum ſit bonum: ſolus ſapiens & diues & liber ſit: bonos beatos, improbos miſeros: feliciorem qui accipit iniuriã, q̃ qui facit: bona tamen uocauit ea, quæ fortunæ ſunt, aut corporis, q illis, ſicut Apuleius inqt in dogmate Platonis, ad uſum uitæ cõmunis opus eſt: cura uero corporis ad uiuendum neceſſaria, ita tamẽ ut hæc eadem fiant uirtute meliora, eiusq́ ſuffragijs beatitudinis cõmodis copulenť. Quo circa hæc Platoni tum demum ſunt bona, quum in uirtutis inſtrumenta & miniſterium trãſeunt: quæ ſi uirtuti obſtrepãt, & eam turbent, pernicies meræ & peſtes ſunt. Hũc Ariſtoteles eſt ſequutus. d Vtrum accidant ſapienti paſsiones.] Cicero. iiij. Tuſc. quæſt. quot & qui ſunt affectus docet, quibus omnibus uacare prorſum ſapientem ſuum uolunt Stoici. At Platonici, & qui in multis eidem ſunt Peripatetici natura illos eſſe inditos aiunt: nec euelli poſſe, ſed moderari & regi. e Scribit A. Gellius.] Vixit Gellius Adriano principe, ſub quo libros noctium Atticarum ſcripſit. uſus eſt Fauorino familiariter, & Tauro philoſophis: Apollinare & Probo grãmaticis. Quis fuerit ingenio ac eruditione, habemus Auguſtini præiudicium, cui maxima, ſeu omnis potius grammaticorum manus ſuffragať. neſcio an quia is ὁμότεχνος, ita ut integrum iam nobis non ſit de illo aliter pronunciare, tametſi mihi, pace Auguſtini dixerim, lõge aliter uideatur. Sed ea de re commodius alibi. Quod hic Auguſtinus citat, ſcribitur Gellio primo cap. libri undeuiceſimi. f Multæ ac facundæ ſcientiæ.] Alibi multum fœcundæ ſciẽtiæ. g Aſiaticus.] Hoc auget etiam nomen luxuriæ. nam ibi nata & alita uidetur. h Et ille Ariſtippi.] Hoc Ariſtippus dixit, cum Corinthũ nauiga-

A ret: Laertius. i Stoici Epicteti.] Hic natus eſt Hieropoli Phrygiæ, ſeruiuit Epaphrodito cubiculatio Neronis, & ætate longa pertigit tempora Antoninorum. De hoc eſt illud diſtichum: *Epictetus*

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σώματι πηρὸς
καὶ πενίην Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

Seruus Epictetus fueram, qui & corpore mancus,
Paupertate Irus, dijs ſed amicus eram.

Fuerat eñ claudus. Eius etiã ſunt illa duo uerba ἀνέχου, καὶ ἀπέχου, cõtine, & abſtine. autor Gellius uarijs locis. Huius ſcripta fuerunt pauca, quæ tamen Suidæ memoria iam non extabãt. nam Enchiridion ab Arriano conſcriptũ eſſe cõſtat Epicteti diſcipulo: hic uero liber, quẽ Philoſophus protulit, erat περὶ διαλέξεων, hoc eſt diſputationũ quintus. k Quod animi uiſa, quas appellant phantaſias.] *Phantaſia* φαντασία, & φάντασμα à φαντάζω duciť, quod eſt imaginor. Cicero, uiſum trãsfert, eſtq́ illud, quod animæ pars imaginatiuæ uidere ſibi uideť, generaturq́ ex im- B pulſu extrinſecus oblato, quam aſſenſio cõſequitur, uel diſſenſio, in quibus eſt opinio. Affectus uero, quos dãnare uidebãtur Stoici, ſunt quos ipſi nobis inuehimus ex falſis noſtris & deprauatis rerũ iudicijs, atq; opinionibus. nam dolorem eſſe dicebant opinionẽ magni mali præſentis: lætitiam, opinionẽ magni boni præſentis: libidinem opinionem magni boni futuri: metũ, magni mali. Vnde eſt illud Senecæ Stoici, opiniõe nos ſæpius, q̃ re laborare, eſſeq́ plura quæ nos terreant, quàm quæ premant. *Opinio* De quis puto me iam alibi dixiſſe. Porrò opinionem quæ ſit imbecillus aſſenſus, rebus nõ ſat expenſis, atq; examinatis in ſapientem non cadere. l Nec ideo tamen in mente fieri.] In enchiridio enim Epicteti Arrianus iubet ſapientem uirum ſimul ac primũ phantaſia tangitur horribili, cõſiderare uiſum eſſe illud, nec ita rem ſe habere ut uidetur. m Accidunt autẽ animo ſapientis.] Plato in legibus, uelut neruos eſſe dicit affectus in homine, & ceu funiculos quoſdam à natura C inditos à quibus trahamur: ac quemadmodum inter ſe contrarij ſunt ipſi, ſic & nos in uarias, diuerſasq́ partes ab illis raptari: ſed profecto qui illis dominam rationem præfecerit, & parere coegerit, ſenſurũ exiguas eſſe eorum uires.

Quod paſsiones quæ Chriſtianos animos afficiunt, non in uitiũ trahant, ſed uirtutem exerceant. Cap. V

NON eſt nunc neceſſe copioſe ac diligenter oſtendere, quid de iſtis paſſionibus doceat ſcriptura diuina; qua Chriſtiana eruditio cõtinetur. D Deo quippe illã ipſam mentẽ ſubijcit regendam & iuuandam, mentiq́; paſsiones ita moderãdas, atq; frenandas, ut in uſum iuſtitiæ conuertantur. Denicq; in diſciplina noſtra, nõ tam quęritur, utrũ pius animus iraſcatur, ſed quare iraſcatur: nec utrum ſit triſtis, ſed unde ſit triſtis: nec utrum timet, ſed quid timeat. Iraſci enim peccanti, ut corrigatur: contriſtari pro afflicto, ut liberetur: timere periclitãti, ne pereat: neſcio utrũ quiſquã ſana cõſideratiõe reprehẽdat. a Nam & miſericordiã Stoicorũ eſt ſolere culpare, Sed quanto honeſtius ille Stoicus miſericor-

dia perturbaretur hominis liberandi, quàm timore naufragij. Longe melius & humanius, & piorum ſenſibus accõmodatius b Cicero in Cæſaris laude loquutus eſt, ubi ait: Nulla de uirtutibus tuis, nec admirabilior, nec gratior miſericordia eſt. Quid eſt autem miſericordia, niſi alienæ miſeriæ, quædam in noſtro corde compaſsio, qua utiq; ſi poſsimus, ſubuenire compellimur? Seruit autem motus iſte rationi, quando ita præbetur miſericordia, ut iuſtitia conſeruetur: ſiue cum indigenti tribuitur, ſiue quũ ignoſcitur pœnitenti. c Hanc Cicero loquutor egregius nõ dubitauit appellare uirtutem, quam Stoicos inter uitia numerare non pudet: qui tamen, ut docuit liber Epicteti nobiliſsimi Stoici ex decretis Zenonis et Chryſippi, qui huius ſectę primas partes habuerũt, huiuſcemodi paſsiones in animũ ſapientis admittunt, quem uitijs omnibus liberum eſſe uolunt. Vnde fit conſequẽs, ut hæc ipſa non putent uitia, quando ſapienti ſic accidũt, ut contra uirtutem mentis, rationẽq; nihil poſſint, & una ſit eademq; ſententia Peripateticorum, uel etiam Platonicorum, & ipſorum Stoicorum. d Sed, ut ait Tullius, uerbi controuerſia iam diu torquet homines Græculos, contentionis cupidiores, quàm ueritatis. Sed adhuc merito quæri poteſt, utrum ad uitæ præſentis pertineat infirmitatem, etiam in quibuſq; bonis officijs huiuſcemodi perpeti affectus. Sancti uero angeli quum & ſine ira puniant, quos accipiunt æterna dei lege puniendos, & miſeris ſine miſeriæ compaſsione ſubueniant, & periclitantibus eis quos diligunt ſine timore opitulentur: tamen iſtarum nomina paſsionum conſuetudine locutionis humanæ etiam in eos uſurpãtur, propter quãdam operum ſimilitudinẽ, nõ propter affectionum infirmitatem: ſicut ipſe deus ſecundũ ſcripturas iraſcitur, nec tamen ulla paſſione turbatur. Hoc enim uerbũ uindictæ uſurpauit effectus, non illius turbulentus affectus.

L. VIVES

a NAm & miſericordiam Stoicorum.] Cicero pro Murena irridens paradoxa Stoicorum, ſupplices aliqui ueniunt miſeri & calamitoſi. Sceleratus & nefarius fueris, ſi quicquam miſericordia adductus feceris. b Cicero in Cæſaris laude.] In oratiõe pro Q. Ligario: Nulla de uirtutibus tuis plurimis nec gratior nec admirabilior miſericordia eſt. c Hãc Cicero locutor.] Significat loquẽtiæ fuiſſe in Cicerone ſatis, ut Saluſtius de Catilina ſcribit, ſapientiæ illius germanæ ac ueræ nõ multũ, quæ ſolũ eſt in iis, qui uni deo præpotenti & principi mundi ſeruiunt, eiusq́ ſapientiæ fi- A lio. d Sed, ut ait Tullius, uerbi cõtrouerſia.] In primo de oratore uerba ſunt Craſsi afferentis, quid de oratoris nomine ſenſerint Græci.

Quibus paſsionibus dæmones confitente Apuleio exagitentur, quorum ope homines apud deos aſſerit adiuuari. Caput VI

QVA interim de ſanctis angelis quæſtione dilata, uideamus quẽadmodum dicãt Platonici medios dæmones inter deos & homines conſtitutos, iſtis paſsionũ æſtibus fluctua- B re. Si enim mente ab his libera eisq; dominante, motus huiuſcemodi non paterentur, nõ eos diceret Apuleius ſimili motu cordis & ſalo mentis per omnes cogitationum æſtus fluctuare. Ipſa igitur mens eorum, id eſt pars animi ſuperior, qua rationales ſunt, & in qua uirtus & ſapientia, ſi ulla eis eſſet, paſsionibus turbulentis inferiorum animi partiũ regendis moderandisq; dominaretur: ipſa inquam mens eorum, ſicut iſte Platonicus confitetur, ſalo perturbationum fluctuat. Subiecta eſt ergo mens dæmonũ paſſionibus libidinum, formidinũ, irarum, atq; hu- C iuſcemodi cæteris. Quæ igitur pars in eis libera eſt, composq; ſapientiæ, qua placeãt dijs, & ad horum morum ſimilitudinem hominibus conſulant, cum eorum mens paſsionum uitijs ſubiugata & oppreſſa, quicquid rationis naturaliter habet ad fallendum & decipiendum, tanto acrius intendat, quanto eam magis poſsidet nocendi cupiditas?

Quod Platonici figmentis Poetarum infamatos deos aſſerant de contrariorum ſtudiorum certamine, cum hæ partes dæmonum, non deorum ſint. D Caput VII

QVOD ſi quiſquam dicit, non ex omnium, ſed ex malorum dæmonum numero eſſe, quos poetę quorundã hominũ oſores & amatores deos, non procul à ueritate confingunt, Hos enim dixit Apuleius, ſalo mentis per omnes cogitationum æſtus fluctuare: Quomodo iſtud intelligere poterimus, quãdo cum hoc diceret, nõ quorundam, id eſt malorum, a ſed omnium dæmonum medietatẽ, propter aerea corpora inter deos & homines deſcribebat? Hoc

ènim ait fingere poetas, quod ex istorũ dæmonum numero deos faciũt, & eis deorum nomina imponunt: & quibus uoluerint hominibus ex his amicos inimicosq; distribuũt ficti carminis impunita licentia, cum deos ab his dæmonum moribus & cœlesti loco & beatitudinis opulentia remotos esse perhibeãt. Hæc est ergo fictio poetarum, deos dicere, qui dij non sunt, eosq; sub deorum nominibus inter se decertare propter homines, quos pro studio partiũ diligunt uel oderunt. Non procul autem à ueritate dicit hanc esse fictionem: quoniam deorũ appellati uocabulis qui dij non sunt, tales tamen describuntur dæmones, quales sunt. [b] Denique hinc esse dicit homericam illam Mineruã, quæ medijs cœtibus Graium cohibendo Achilli interuenit. Quod ergo Minerua illa fuerit, poeticum uult esse figmentum, [c] eo quod Mineruã deam putat, eamq; inter deos, quos omnes bonos beatosq; credit, in alta ætherea sede collocat, procul à conuersatione mortaliũ. Quod aũt aliquis dæmon fuerit Græcis fauẽs, Troianisq; cõtrarius, sicut alius aduersus Græcos Troiano/rũ opitulator, [d] quẽ Veneris, seu Martis nomine idẽ poeta cõmemorat: quos deos iste talia nõ agentes in cœlestibus habitationib. ponit, & hi dæmones pro his quos amabãt cõtra eos quos oderãt inter se decertauerint: hoc non procul à ueritate poetas dixisse cõfessus est. De his quippe ista dixerũt, quos hominibs. mili motu cordis & salo mentis, per omnes cogitationũ æstus fluctuare testatur, ut possent amores et odia nõ pro iustitia, [e] sed sicut populus similis eorum in uenatoribus & aurigis, secũdum suarum studia partium, pro alijs, aduersus alios exercere. Id enim uidetur philosophus curasse Platonicus: ne cum hæc à poetis canerẽtur, non à dæmonibus medijs, sed ab ipsis dijs, quorum nomina poetæ fingendo ponunt, fieri crederentur.

A rum fuisse, sed magnorũ quorundam dæmonũ. e Sed sicut populus similis eorum in uenatoribus &c.] In circo quadrigæ agitabantur, & uenationes exhibebantur: indutiq; erant quadrigarij pãno, aut albo, aut cæruleo, aut uiridi, aut rufo. Hinc quatuor factiones aurigarum: alij ex populo alijs fauebant, suo quisq; colori. Domitianus, ut Tranquillus scribit, duas ludis circensibus addidit factiones, aurati panni, & purpurei. Numerantur & colores inter istos factionum circensiũ, prasinus, qui est uiridis, & uenetus, qui est cæruleus: quorum meminit Martialis. Illos ueteres colores quatuor anni temporibus dicatos fuisse, sunt qui interpretẽtur. Cæruleum hybernis aquilonibus. Venetum uirenti ueri. Candidum autumni pruinis. Rufum æstiuis ignibus. Plinius lib. Epistolarũ octauo, de factionibus istis loquẽs: Quo magis miror, tot millia uirorum tam pueriliter identidem cupere currentes equos insidentes curribus homines uidere. Si tamen aut uelocitate equorum, aut homi
B num arte traherentur, esset ratio nonnulla: nunc fauent panno, pannum amant: & si in ipso cursu, medioq; certamine, hic color illuc, ille huc transferatur, studium, fauorq; trãsibit, & repẽte agitatores illos, illos equos, illos quos procul noscitant, quorũ clamorãt nomina, relinquẽt. Tãta gratia, tanta autoritas, in una uilissima tunica. Mitto apud uulgus, quod uilius tunica, sed apud quosdam graues homines. Hæc Plinius.

Colores circenses

L. VIVES

a SEd omnium dæmonum medietatem.] Quod medij sint inter deos & homines, nõ de medietate mo lis intelligendum, sed loci & naturæ. b Denicp hinc esse dicit Homericam illam Mineruam.] Apuleij sunt uerba, Homerus uero de Minerua id canit .a. Iliad. quæ Achillem cohibuit, ne impetũ in Agamemnonem faceret inter iurgia. c Eo quod Mineruam.] Nam una est ex illis xij. dijs consentibus, quos districho persequutus est Ennius: qui sunt ex dijs altissimis & optimis, quos natura uisibus humanis denegauit. d Quem Veneris seu Martis nomine idem poeta.] Plutarchus in libello quod cessarunt oracula: Existimant omnia bella, omnes calamitates, quæ scribuntur de dijs, non deo

De dijs cœlestibus & dæmonibus aereis hominibusq; terrenis Apuleij Platonici diffinitio. Cap. VIII

QVID illa ipsa diffinitio dæmonum? Parumne intuẽda est, ubi certe omnes determinando complexus est? Quod ait dæmones esse genere animalia, animo passiua, mente rationalia, corpore aerea, tempore æterna. In quibus quinq; cõmemoratis, nihil dixit omnino, quod dæmones cum bonis saltem hominibus id uiderentur habere commune, quod non esset in malis. Nam ipsos homines cum aliquãto latius describendo complecteretur, suo loco de illis dicens tanquam de infimis atque terrenis, quum prius dixisset de cælestibus dijs: ut commendatis duabus partibus, ex summo & infimo ad ultimum tertio loco de medijs dæmonibus loque
D retur. Igitur homines, inquit, [a] ratione plaudentes, oratiõe pollentes, immortalibus animis, mortibundis membris, leuibus & anxijs mentibus, brutis et obnoxijs corporibus, dissimilibus moribus, similibus erroribus, peruicaci audacia, pertinaci spe, casso labore, fortuna caduca, singillatim mortales, cuncti tamẽ uniuerso genere perpetui, uicissim sufficienda prole mutabiles, uolucri tempore, tarda sapientia, cita morte, querula uita, terras incolunt. Cum hic tam multa diceret, quæ ad plurimos homines pertinent, nunquid etiam illud tacuit, quod nouerat esse paucorum

corum, ubi ait, [b] tarda sapientia? Quod si præter
A mississet, nullo modo recte genus humanũ descriptionis huius tam intenta diligentia terminasset. Cum uero deorum excellentiam commendaret, ipsam beatitudinem quo uolunt homines per sapientiã peruenire, in eis affirmauit excellere. Proinde si aliquos dæmones bonos uellet intelligi, aliquid etiã in ipsorũ descriptione poneret, unde uel cum dijs aliquã beatitudinis partem, uel cum hominibus qualemcũq; sapientiam putarentur habere cõmunem. Nunc uero nullum bonum eorum cõmemorauit, quo boni discernerentur à malis: quamuis & eorum
B malitiæ liberius exprimẽdæ pepercit: non tam ne ipsos, cỹ ne cultores eorũ apud quos loquebatur, offenderet. Significauit tamen prudentibus, quid de illis sentire deberent, quandoquidem deos, quos omnes bonos beatosq; credi uoluit, ab eorũ passionibus, atq;, ut ait ipse, turbelis omnino seperauit, sola illos corporum æternitate cõiungens: animo autem non dijs, sed hominibus similes dæmones apertissime inculcans: & hoc nõ sapientiæ bono, cuius & homines possunt esse participes, sed perturbatione passionũ, quæ stultis malisq; dominatur: à sapientibus uero & bonis ita regitur, [c] ut malint
C eam non habere, cỹ uincere. Nam si non corpotum, sed animorum æternitatẽ cum dijs habere dæmones uellet intelligi, non uticp homines ab huius rei consortio separaret: quia & hominibus æternos esse animos, proculdubio sicut Platonicus sentit. Ideo cum hoc genus animãtium describeret, immortalibus animis, mortibundis membris dixit esse homines.

L. VIVES

a RAtione plaudentes.] In alijs gaudentes, in alijs cluentes, quod à cluo uidetur esse quod est pugno, magis cỹ à clueo, quod est sum, uel nomino. b Tarda sapientia.] Sententia est Platonis, beatos esse illos, quibus uel in senectute ueras contigit habere opiniones. c Vt malint eam.] Si fieri posset carere uellet uir sapiens omni animi perturbatione: sed quandoquidem fieri illud nequit proximum est anniti, ut eam superet habeatq; uelut in sua potestate.
D

An amicitia cœlestium deorum per intercessionem dæmonum possit homini prouideri. Cap. IX

c per hoc si propterea communem cum dijs æternitatem non habent
A homines, qui corpore sunt mortales: propterea ergo dæmões habẽt, quia corpore sunt immortales: quales igitur mediatores sunt inter homines & deos, per quos ad deorum amicitias homines ambiãt, qui hoc cum hominibus habent deterius, quod est in animante melius, id est animum: hoc autem habent cum dijs melius, quod est in animante deterius, id est corpus? Cum enim animans, id est animal ex anima constet & corpore, [a] quorum duorum anima est utiq; corpore melior: & si uitiosa & infirma, melior certe corpore etiam sanissimo atq; firmissimo: quoniam eius natura excellentior, nec labe uitiorum postponitur corpori, sicut aurum etiam sordidum argento seu plũbo licet purissimo carius æstimatur: isti mediatores deorum & hominum, per quos interpositos diuinis humana iungũtur, cum dijs habent corpus æternum, uitiosum autem cũ hominibus animũ, quasi religio qua uolunt dijs homines per dæmones iungi in corpore sit, nõ in animo constituta. Quæ nam tandem istos mediatores falsos atque fallaces quasi capite deorsum nequitia uel pœna suspendit, ut inferiorem animalis partem, id est corpus cũ superioribus: superiorem uero, id est animum cum inferioribus habeãt, & cum dijs cœlestibus in parte seruiente coniuncti, cum hominibus autem terrestribus in parte dominante sint miseri? Corpus quippe seruum est, sicut etiã Salustius ait, animi imperio, corporis seruitio magis utimur. Adiunxit autem ille, alterum nobis cum dijs, alterum cum beluis commune est: quoniam de hominibus loquebatur, quibus sicut beluis mortale corpus est. Isti autẽ quos inter nos & deos mediatores nobis philosophi prouiderunt, possunt quidem dicere de animo & corpore alterum nobis cum dijs, alterum cum hominibus commune est: sed sicut dixi tanquam in peruersum ligati atq; suspensi, seruum corpus cum dijs beatis,
D dominum animũ cum hominibus miseris habentes, parte inferiore exaltati, superiore deiecti. Vnde etiam si quisquã propter hoc eos putauerit æternitatem habere cum dijs: quia nulla morte sicut animalium terrestriũ animi eorum soluuntur à corpore: nec sic existimandum est eorum corpus tanquam honoratorum æternum uehiculum, sed [b] æternum uinculum damnandorum.

L. VIVES

a QVorum duorũ anima est utiq; corpore melior.] Inhærẽtia nanq; essentiales rerum perfectiones non mutãt: & miror Parisiis olim scholæ tam Pe

ripateticæ uisum esse inter animas discrimẽ aliquod po A
nere perfectionis illius, quæ ab specie rei proficiscitur.
b Aeternũ uinculum damnandorũ.] Alibi damna
torum, melius. Iam inde à casu cœlesti sunt damnati.

Quod secundum Plotini sententiam minus miseri sunt homines in corpore mortali, quàm dæmones in æterno. Caput X

[a]LOTINVS certe nostræ memo-
riæ uicinus temporibus, Platonem
P cæteris excellentius intellexisse lau-
datur. Is, cũ de humanis animis age
ret, [b]Pater, inquit, misericors, morta
lia illis uincula faciebat. Ita hoc ipsum quod B
mortales sunt homines corpore, ad misericor-
diam dei patris pertinere arbitratus est, ne sem-
per huius uitæ miseria teneãtur. Hac misericor-
dia indigna iudicata est iniquitas dæmonum,
quę in animi passiui miseria nõ mortale sicut ho
mines, sed æternum corpus accepit. Essent quip
pe feliciores hominibus, si mortale cum eis ha-
berent corpus, & cum dijs beatum animũ. Es-
sent autem pares hominibus, si cum animo mi-
sero saltem mortale cum eis habere meruissent
& corpus: si tamen acquirerent aliquid pietatis,
ut ab ærũnis, uel in morte requiescerent. Nunc C
uero non solum feliciores hominibus nõ sunt
animo misero, sed etiam miseriores sunt perpe-
tuo corporis uinculo. Non enim aliqua pietatis
& sapientiæ disciplina proficientes, intelligi uo
lunt, ex dæmonibus fieri deos, [c]cum apertissi-
me dixerit dæmones æternos.

L. VIVES

Plotinus PLotinus certe nostræ memoriæ.] Paulo minus an-
nis ducentis à Probo ad Honorium principem. In
Plotino Augustinus lib. iij. Acad. uideri Platonẽ
reuixisse scribit. Ita fuit ille os Platonis in philosophia
purgatissimum & lucidissimum, dimotis nubibus erro
ris. Macrob. quoq; principẽ philosophiæ facit Plotinũ,
cum Platone. Scribit uitam eius discipulus Porphyri-
us, quæ est operibus Plotini præposita. b Pater, in-
quit, misericors mortalia illis uincula.] Plato quoq; in
Timæo hominum animos, mortalibus esse à dijs mino-
ribus uinculis illigatos scribit. Plotinus tamen miseri-
cordiam ait in hoc fuisse patris, ne tam diu mala corpo-
ris perpeterenẽ. Verba eius, si quis forsan requirit, hæc
sunt, ex libro primo De dubijs animæ. Iupiter uero pa
ter, laborantes animas miseratus, earum uincula, qui-
bus laborant, solubilia fabricauit: atq; ita intermissio-
nes laborum certis temporũ interuallis instituit, in qui
bus libere uiuerent à corporibus, ut ipsæ quoq; ibi fo-
rent, ubi est mundi anima semper, circa hæc solicita nũ-
quam. Sic ille. c Cum apertissime dixerit.] Ad Apu
leium refertur, qui id quod sequitur, scripsit.

De opinione Platonicorum, qua putant animas hominum dæmones esse post corpora. Cap. XI

[a]ICIT quidem, & animas hominũ
dæmones esse, & ex hominib. fieri
D [b]Lares, si meriti boni sunt: [c]Lemu-
res, seu Laruas, si mali. [d]Manes autẽ
deos dici quum incertum est, bono
rum eos, seu malorum esse meritorum. In qua
opinione, quantam uoraginem aperiant sectan
dis perditis moribus, quis non uideat, si uel pau
lulum attendat? Quãdoquidem quamlibet ne-
quam fuerint homines, uel Laruas se fieri dum
opinantur, uel dum Manes deos, tanto peiores
fiunt, quanto sunt nocendi cupidiores: ut etiam
quibusdam sacrificijs tanquam diuinis honori
bus post mortem se inuitari opinentur, ut no-
ceant. Laruas quippe dicit esse noxios dæmo-
nes ex hominibus factos. Sed hinc alia quæstio
est. Inde autem perhibet appellari Græce bea-
tos εὐδαίμονας, q. boni sint animi, hoc est, bo-
ni dæmones: animos quoq; hominum dæmo-
nes esse confirmans.

L. VIVES

a DIcit quidem & animas.] Quoniam sæpe de ge-
nijs & laribus facta est mẽtio, feret æquus lector
si locum hũc paulo fusius explicauero. Apuleij
uerba hæc ferè sunt: Nam quodã significatu, & animus
humanus etiam nũc in corpore situs δαίμων nuncupat.
Dij ne hunc ardorem mentibus addunt
Eurialen an sua cuiq; deus fit dira cupido?
Igitur & bona cupido animi deus bonus est. Vnde nõ-
nulli arbitrantur, ut iam prius dictum est, εὐδαίμονας dici
beatos, quorũ dæmon bonus est, id est animus uirtute
perfectus est: quem nostra lingua, ut ego interpretor,
haud sciam, an bono, certe meo quidem periculo, pote-
ris genium uocare, quoniam is deus, qui est animus sui Genius
cuiusq;, quanquam sit immortalis, tamen quodam mo
do cum homine gignitur, ut eæ preces, quibus genium
precamur ad coniunctionem nostram. Nec desunt, qui
uideantur mihi obtestari corpus, atq; animum duobus
nominibus comprehendentes, quorum cõmunio & co
pulatio sumus, & secundo signata species dæmonum sit
animus humanus exutus & liber stipendijs uitæ, corpo
D re suo obiuratis. Hunc uetere Latina lingua reperio Le
murem dictatum. Ex hisce ergo lemuribus qui poste- Lemur
riorum suorũ curam sortitur, placato & quieto numine
domum possidet, Lar dicitur familiaris. Qui uero pro-
pter aduersa uitæ merita, nullis bonis sedibus in terra
uagatione punitur, inane terriculamentum bonis ho-
minibus, cæterum noxium malis, hũc plerique Laruam
perhibent. Cum uero incertum est, quæ cuiq; eorũ sor- Larua
titio euenerit, utrum Lar sit, an Larua, nomine Maniũ
deum nuncupant, & honoris gratia, dei uocabulum ad
ditum est. Quippe cum eos deos appellent, qui ex eorũ
numero, iuste ac prudenter uitæ curriculo gubernato,
pro nomine postea ab hominibus præditi, fanis & cære
monijs uulgo admittuntur, ut in Bœotia Amphiaraus,
in Aphrica Mopsus, in Aegypto Osiris: alius alibi gen-
tium, Aesculapius ubiq;. Verum hæc omnis distributio
eorum dæmonum fuit, qui quondam in corporis fuere
nume

numero. Hactenus Apuleij uerba ex codice corruptiss.
etsi excuso in officina primi nominis. Optimam uero a-
nimi nostri partem dæmona Plato in Timæo nominat,
& in Cratylo. Eius uerba sunt hæc: Nosti quos nam He
siodus dæmones esse dicat, nempe genus illud aureum
hominũ: ait enim de illis: Mens an dæmon.
Ast genus hoc, postquàm fatalis condidit hora,
Dæmones, hi puri terrestres tunc uocitantur:
Custodes hominum felices, qui mala pellunt.
Ac puto aureum illud uocari genus, nõ quod auro con
staret, sed quod bonum esset ac pulchrum, & coniectu-
ra ducor, nos ferream gẽtem ab illo dici. Verum si quis
ex ijs, qui nunc sunt, bonus sit, eum quoq; inter aureos
illos Hesiodus numerarit. Porrò quid aliud boni sunt,
q̃ prudentes? Ob hoc igitur, ut ego quidem sentio, dæ-
monas uocauit, quòd prudentes extiterint, & rerũ gna
ri: nomen quoq; ipsum in uetere nostra lingua ostendit.
Bene igitur & ab ipso illo, & à cæteris pleriscp poetis est
dictum, quicunq; aiunt: Bonum cum migrat è uita, esse B
sorte quadam & dignitate præstanti, fierique dæmonẽ ex
sapientiæ nuncupatione. Ad hunc ergo modum assero
equidem sapientem, quisquis bonus fuerit, & uiuẽtem
& uita functum dæmoniũ esse, rectèq; dæmonem voca-
ri, cui assensus Hermogenes ire se in eius sententiam fa-
tetur. Hæc apud Platonem. Ex quo non dubium quin
Origenes errorem suum traxerit, cum animas huma-
nas in dæmones mutari, & hos uicissim in illas, in libris
περὶ ἀρχῶν scribit. Porphyrius quoq; dæmonẽ unicuiq;
proprium esse quandam animi partem, nempe mentẽ.
Illumq; esse felicem & εὐδαίμονα, qui sapiẽtem sortitus est
mentem, infelicem qui contra, animas quoq; uitijs infe
ctas in malorum dæmonum naturã transire, reddiq; il-
lorum similes mendacijs, & imposturis. Proclus tamen
hæc omnia explicat triplicem dæmonis rationẽ ponẽs.
Sic enim scribit: Iam uero & hoc manifestũ est, ubi Pla-
to in Timæo dæmonem ait animalis in nobis rationem
constitutam esse. Veruntamen hoc uscp ad comparatio- C
nem quandam nobis esse admittendum. Alius enim
est ipsa essentia dæmon. Alius comparatione dæmon.
Alius habitu, uel habitudine dæmon. Vbique enim
quod proxime præest in quodam dæmonis ordine ad
inferius sese habens appellare dæmonem consueue-
runt. Quo usu Iupiter apud Orpheum Saturnum pa-
trem dæmonem appellauit. Et ipse Plato in Timæo dæ-
monas nuncupauit deos illos, qui generationem è pro-
pinquo disponũt, ubi ait: De alijs uero dæmonibus tra
ctare, eorumq; generationem in lucem ædere maius est,
quàm ferre humanum possit ingenium. Comparatione
utiq; dæmon est eiusmodi, qui uidelicet proxime uni-
cuiq; prouidet, etiam si deus sit, ac etiam si deo sit infe-
rior. Habitudine uero quadam dæmõ dicitur animus,
qui similitudine quapiam ad genus dæmonum mira-
biliores, quàm secundum hominem actiones ædit. To-
tamq; uitam suam suspendit ex dæmone. Hac arbitror D
ratione Socratem in rep. dæmonas animos appellasse,
qui uitam bene transegerint, & in meliorẽ translati sunt
sortem, locaq; augustiora iam colant. Ipse deniq; secun-
dum essentiam dæmon, neq; propter habitudinem ad
sequentia, neq; ob aliquam ad aliud similitudinem ap-
pellatus est dæmon, sed hanc per seipsum proprietatem
est sortitus. Atq; in existentia quadam, utribusq; pro-
prijs, modisq; differentibus actionũ est distinctus. Om
nino uero anima quidẽ rationalis in Timæo dæmon ani
malis est appellata. Hæc sunt illius uerba: Sed ei parum
placet animam nostram simpliciter dæmonem nomina
ri, quod antea etiam disertis uerbis reiecit: nam dæmon
simpliciter cum dicitur, media quædam est natura in-
ter homines & deos, nec comparatione dici uult dæmo
nem aliud, quàm animam nostram: non id quod præci
pue in ea operatur, uelut rationem in sanis, affectum in
perturbatis, in quo ab Apuleij sententia dissentit. Nam A
quod Vergilius inquit, uel ambiguum dictum uideri
potest, & ut philosophi loquuntur, ex problemate: aut
simile est illius Platonici: Bono uiro deus est lex, malõ
uero libido, Seruiusq; ad hũc modum Vergilij uersum
explicat. Apud Plotinum philosophum & alios quæri-
tur, utrum mentis nostræ acies per se ad cupiditates &
consilia moueatur, an impulsu alicuius numinis: & pri-
mo dixerunt mentes humanas moueri sua sponte. De-
prehenderunt tamen ad omnia honesta impelli nos ge-
nio & numine quodã familiari, quod nobis nascentibus
datur. Praua uero nostra mente nos cupere, & desiderare.
Nec enim potest fieri, ut praua numinum uoluntate cu
piamus, quibus nihil malũ constat placere. Vnde nunc
hic ortus est sensus. hæc Seruius. Sed haud dubie affe-
ctus etiam quibus rapimur dæmones à Platonicis mul
tis nominantur. At in istis de dijs deq; dæmonibus sen-
tentijs mirũ q̃ inter se discrepent homines eiusdem hæ- B
resis. Alia sentit Apuleius, cũ Plato, alia Plotinus quàm
Apuleius, diuersa ab ijs Porphyrius: nec cum Iambli-
cho aut quoquam alio in omnibus conuenit Proclo, ni-
mirum dæmonibus ipsis pro natura sua uaria illis & fal
lacia dictãtibus. b Lares si meriti boni sunt.] Lares
eosdem esse quos genios Apuleius idem sentit, quod fa Lares
cit ex multorum ueterum autoritate, sicut Censorinus
docet in lib. de die natali. Cicero in Timæo Platonis dæ
mones Lares uertit, si modo, inquit, hoc recte conuer-
sum uideri potest. Hos Genios & Lares Capella etiam
præsites uocat, & angelos. Manes enim sunt qui unicui
que præsunt, sicut Seruius exponit vi. Aeneid. illo lo-
co: Quisq; suos patimur manes. Volunt unicuiq; Geni-
um appositum dæmonem bonum, & malum, hoc est ra
tionem, quæ ad meliora semper hortatur, & libidinem,
quæ ad peiora. Hic est Larua & Genius malus. Ille bo-
nus Genius, & Lar. Si Larua traxerit ad se totum homi
nem, is ab ea post uitam damnatur, & suæ stultitiæ dat C
pœnas: sin Lari fuerit audiens dicto, purgatus purusq;
in beatorum loca sedesq; remigrabit, ductus ab eo, quẽ
in uita secutus est Lare. Eadem prope est sententia Plato-
nis in ultimo de rep. quum animas ad iudicium ferri di
cit. c Lemures seu Laruas si mali.] Animæ mortuo- Lemures
rum si domi sunt tranquillæ & quietæ Lares sunt fami-
liares: sin omnia commiscent terroribus, & turbis, Lar
uæ siue Lemures. Vnde Laruati à Laruis territi, aut pos
sessi. Martianus Capella secundo libro Nuptiarum sic
inquit: Deniq; omnis aeris à luna diffusio sub Plutonis
potestate cõsistit, qui etiam Summanus dicitur, quasi
summus manium. hic Luna, quæ huic aeri propior est;
Proserpina memoratur: uerum illi manes cum corpori
bus illo tempore tribuuntur, quo fit prima cõceptio, &
post uitam eisdem corporibus delectantur, atq; cum ijs
manentes appellantur Lemures, qui si uitæ prioris ad-
iuti fuerint honestate, in lares domorum, urbiumq; uer
tuntur: si autem deprauantur ex corpore, Laruæ perhi
bentur, ac Maniæ. Manes igitur hic tam boni quàm tru Manes
ces sunt cõstituti, quos ἀγαθοὺς & κακοὺς δαίμονας memorat
Graia discretio. In his etiam locis sunt Manes, eorumq;
præstites, Mana, atq; Maturna, dij etiam quos Aquilos
dicunt. Item: Fura, Furinaq;, & mater Mania, & aliæ tri
ptes diuorum degunt: tantum Martianus. Porphyrio
lib. Epist. Horat. ij. Illic nocturnos lemures, umbras, in
quit, uagantes hominum ante diem mortis, & ideo me-
tuendos: & putãt Lemures esse dictos, quasi remures, à
Remo, cuius occisi umbras frater cũ placare uellet, Le-
muria instituit, id est parentalia quæ mẽse Maio per tri
duũ celebrari solent ante additũ anno mẽsem Februari
um. Ob quã rem Maio mẽse religio est nubere. Hæc Por
phyrio, quæ sumpta sunt ex Ouidij v. Fast. d Manes
autẽ deos.] Quasi bonos esse dictos ostendit Festus. Ma
na enim bona dixerunt: unde & mater Matuta, & poma

matura: colebãturq; propter metum mortis, & Manes A
ſacrificantibus nominabantur, quaſi boni, quemadmo
dum contra, immanes ualde non boni ſunt.

De ternis contrarijs, quibus ſecundũ Platonicos dæmonum hominumq; natura diſtinguitur. Cap. XII

ED nũc de his agimus, quos in na
tura propria deſcripſit inter deos &
s homines genere animalia, mẽte ra
tionalia, animo paſsiua, corpore ae
rea, tempore æterna. Nempe cum
prius deos in ſublimi cœlo, homines autem in
terra infima diſiunctos locis, & naturæ dignita
te ſecerneret, ita concluſit: Habetis, inquit, inte
rim bina animalia: deos ab hominibus pluri
mum differẽtes: loci ſublimitate, uitæ perpetui
tate, naturæ perfectione: nullo inter ſe propin
quo cõmunicatu, cum & habitacula ſumma ab
infimis tanta intercapedo faſtigij diſpeſcat, &
uiuacitas illic æterna & indefecta ſit, hic [a] cadu
ca, & ſucciſiua: & ingenia illa ad beatitudinẽ ſub
limata, hęc ad miſerias infimata: hic terna uideo
cõmemorata contraria de duabus naturę parti
bus ultimis, id eſt ſummis atq; infimis. Nã tria
quæ propoſuit de dijs laudabilia, eadem repeti C
uit, alijs quidem uerbis, ut eis alia tria aduerſa
ex hominibus redderet. Tria deorum hęc ſunt:
loci ſublimitas, uitæ perpetuitas, perfectio natu
ræ. Hæc alijs uerbis ita repetiuit, ut eis cõtraria
humanæ conditionis opponeret: cum & habi
tacula, inquit, ſumma ab infimis tanta interca
pedo faſtigij diſpeſcat: quia dixerat loci ſublimi
tatem. Et uiuacitas illic, inquit, æterna, & indefe
cta ſit, hic caduca & ſucciſiua, quia dixerat uitæ
perpetuitatem. Et ingenia illa, inquit, ad beatitu
dinem ſublimata, hæc ad miſerias infimata, nul
lo inter ſe propinquo, inquit, cõmunicatu, quia
dixerat naturæ perfectionem. Tria igitur ab eo
poſita ſunt deorum, id eſt, locus ſublimis, æter
nitas, beatitudo: & his cõtraria tria hominum,
id eſt, locus infimus, mortalitas, miſeria. Inter
hæc terna deorum & hominum, quoniam dæ
mones medios poſuit, de loco nulla eſt contro
uerſia. Inter ſublime quippe & infimũ, medius
locus aptiſsime habetur & dicitur. Cætera bi
na reſtant, quibus cura attentior adhibẽda eſt,
quemadmodum uel aliena eſſe à dæmonibus
oſtendantur, uel ſic eis diſtribuantur ut medie
tas uidetur expoſcere. Sed ab eis aliena eſſe nõ
poſſunt. [b] Non enim ſicut dicimus locum medi
um nec eſſe ſummum, nec infimum, ita dæmo
nes cum ſint, animalia rationalia, nec beatos eſ
ſe nec miſeros, ſicuti ſũt arbuſta uel pecora, quæ
ſenſus uel rationis expertia recte poſſumus di
cere. Quorum autem ratio mentibus ineſt, aut
miſeros eſſe, aut beatos eſſe neceſſe eſt. Item nõ
poſſumus recte dicere, nec mortales eſſe dæmo
nes, nec æternos. Omnia nanq; uiuentia aut in
æternum uiuunt, aut finiunt morte, quod uiuũt.
Iam uero iſte tẽpore æternos dæmones dixit.
Quid igitur reſtat, niſi ut hi medij de duobus
B ſummis unum habeãt & de duobus infimis al
terum? Nam ſi utraq; de imis habebunt aut u
traq; de ſummis, medij non erunt, ſed in alteru
tram partem uel reſiliunt, uel recumbunt. Quia
ergo his binis, ſicut demonſtratum eſt, carere u
triſq; non poſſunt, acceptis ex utraq; parte ſin
gulis mediabuntur. Ac per hoc quia de infimis
habere non poſſunt æternitatem, quæ ibi non
eſt, unum hoc de ſummis habent: & ideo non
eſt alterum ad complendam medietatẽ ſuam,
quod de infimis habeant niſi miſeriam.

L. VIVES

[a] Caduca & ſubciſiua.] Sic legitur in libris Apulei excuſis, non male. Nam à ſuccidẽdo dicit, quod cæditur, & uelut amputatur. Sũt exemplaria Au guſtini in quibus ſcribitur ſuccidua ab eadem origine, atq; etiam ſignificantius, & magis proprie. [b] Non enim ſicut dicimus.] Ex oppoſitis ſunt quæ nullum me dium receptant in uniuerſum, ut contradicentia, curre re uel non currere: alia receptant, ut album & nigrum: ſunt enim intermedij colores. ſunt quæ certis rebus aſ ſignatis non admittant, ut uiuens & mortuum in anima libus: itidem cæcum & uidens ſtatis à natura tempori bus: par & impar in numeris, ut Ariſtoteles docet in categorijs.

Quomodo dæmones, ſi nec cum dijs beati, nec cum hominibus ſunt miſeri, inter utranq; partem ſine utriuſq; communione ſint medij. Cap. XIII

D ST itaq; ſecũdum Platonicos ſubli
mium deorum, uel beata æternitas,
uel æterna beatitudo: hominum ue
ro infimorum, uel miſeria mortalis,
uel mortalitas miſera: dæmonũ au
tem mediorum uel miſera æternitas, uel æterna
miſeria. Nam & quinq; illis, quæ in definitione
dæmonum poſuit, nõ eos medios, ſicut promit
tebat oſtendit, quoniã tria dixit eos habere no
biſcũ, quod genere animalia, quod mente ratio
nalia, quod animo paſsiua ſunt: cũ dijs autem
unum

unum, quod tempore æterna, et unũ proprium, A
quod corpore aerea. Quomodo ergo medij,
quando unũ habent cum ſummis, tria cum infi
mis? Quis nõ uideat relicta medietate, quãtum
inclinentur et deprimãtur in infima? Sed planè
ibi etiam medij poſſunt ita inueniri, ut unũ ha
beant proprium quod eſt corpus aereũ, ſicut &
illi de ſummis atq; infimis ſingula propria, dij
corpus æthereum homines q; terrenũ: duo ue
ro cõmunia ſint omnibus, quod genere ſunt a
nimalia, & mente rationalia. Nam & ipſe cũ de
dijs & hominibus loqueretur, habetis inquit bi
na animalia. Et non ſolent iſti deos niſi rationa
les mente perhibere. Duo ſunt reſidua, quod B
ſunt animo paſsiua, & tempore æterna. Quorũ
habent unum cum infimis, cum ſummis alte
rum, ut proportionali ratione librata medietas,
neq; ſuſtollatur in ſumma neq; in infima depri
matur. Ipſa eſt autem illa dæmonum miſera æ
ternitas, uel æterna miſeria. Qui enim ait animo
paſsiua, etiã miſera dixiſſet, niſi pro eorum cul
toribus erubuiſſet. [a] Porrò quia prouidẽtia ſum
mi dei, ſicut etiam ipſi fatentur, non fortuita te
meritate regitur mũdus, nunquã eſſet iſtorum
æterna miſeria, niſi eſſet magna malitia. Si igi
tur beati recte dicũtur eudæmones, nõ ſunt eu C
dæmões quos inter homines & deos iſti in me
dio locauerunt. Quis ergo eſt locus bonorũ dæ
monum, ſi ſupra homines infra deos iſtis præ
beant adiutorium, illis miniſterium? Si enim
boni æternique ſunt, profecto & beati ſunt. Ae
terna autem beatitudo medios eos eſſe non ſi
nit, quia multum dijs cõparat, multũq; ab ho
minibus ſeparat. Vnde fruſtra iſti conabuntur
oſtendere, quomodo dæmones boni, ſi & im
mortales ſunt, et beati, recte medij conſtituãtur
inter deos immortales ac beatos, & homines
mortales ac miſeros. Cum enim utrũq; habeãt D
cum dijs, & beatitudinẽ ſcilicet, & immortalita
tem, nihil autẽ horũ cũ hominibus et miſeris &
mortalibus, quomodo non potius remoti ſunt
ab hominibus, dijſq; cõiuncti, cẽ inter utroſq;
medij conſtituti? Tunc enim medij eſſent, ſi ha
berent & ipſi duo quædam ſua, non cum binis
alterutrorũ, ſed cum ſingulis utrorunq; cõmu
nia: ſicut homo mediũ quiddam eſt inter peco
ra & angelos: ut quia pecus eſt animal irratione
le atq; mortale, angelus autẽ animal rationale
& immortale, medius homo eſſet inferior ange
lis, ſuperior pecoribus, habens cum pecoribus
mortalitatẽ, rationem uero cum angelis, animal
rationale mortale. Ita ergo cum quærimus me
dium inter beatos immortales, miſeroſq; mor
tales, hoc inuenire debemus, quod aut mortale
ſit beatum, aut immortale ſit miſerum.

L. VIVES

[a] Porrò quia prouidẽtia.] Plato plurimis locis mũ dum à parente illo rerum omnium factum eſſe & adminiſtrari affirmat. hic uero iniuſtiſsimus eſ ſet, ſi innocentem æterno mœrore fineret affici. nam ad tempus affligi bonum hominem etiam ex benignitate eſt, ut ſit cur copioſius donet, & beatior tanto fiat, quan to plura eſt perpeſſus aduerſa, propter ſempiternam beatitudinem.

An homines cum ſint mortales, poſſint uera beatitudine eſſe felices. XIIII

TRVM & beatus, & mortalis ho
mo eſſe poſsit, magna eſt inter ho
v mines quæſtio. [a] Quidã enim con
ditionem ſuã humilius inſpexerũt,
negauerunt q; hominẽ capacẽ eſſe
beatitudinis poſſe, quãdiu mortaliter uiuit. Qui
dam uero extulerũt ſe, & auſi ſunt dicere, ſapiẽ
tiæ cõpotes, beatos eſſe poſſe mortales. Quod
ſi ita eſt, cur nõ ipſi potius medij conſtituuntur
inter mortales miſeros, & immortales beatos:
beatitudinẽ habentes cum immortalibus bea
tis, mortalitatem cum mortalibus miſeris? Pro
fecto enim ſi beati ſunt, inuidẽt nemini. [b] Nam
quid miſerius inuidẽtia? Et ideo mortalib. mi
ſeris, quantum poſſunt, ad conſequendam bea
titudinem conſulant: ut etiam immortales uale
ant eſſe poſt mortem, & angelis immortalibus
beatiſq; coniungi.

L. VIVES

[a] Quidam enim conditionem ſuam humilius.] So lon Athenieñ. negat ante mortẽ beatũ fieri quen quã poſſe. Plato paucos excipit: ſed Solon, q; nẽ ſciretur quale hominem maneret fatum. nam quis Pria mum felicem uocaſſet ante bellum perpeſſurũ tot mœ ſtiſsima illo decennio? aut quis Cręſum inter illas im manes opes, quẽ Cyrus erat rogo uiuentẽ admoturus? Plato uero quod difficile eſt homini diuina illa in uita conſequi, quorũ cognitione beati ſimus. [b] Nã quid miſerius inuidẽtia?] Illud ſolũ eſt in inuidẽtia bonum, quod maximũ eſt inuidis malũ, ſicut Græco dicto ferũ.

De mediatore dei & hominum homine Chriſto Ieſu. Cap. XV

I autem, quod multo credibilius &
probabilius diſputatur, omnes ho
s mines quandiu mortales ſunt, [a] etſi
am miſeri ſint neceſſe eſt, quærẽdus
eſt medius, qui non ſolum homo, uerum etiam

deus sit: ut homines ex mortali miseria ad beatam immortalitatem huius medij beata mortalitas interueniendo perducat: quẽ necꝫ non fieri mortalem oportebat, necꝫ permanere mortalem. Mortalis quippe factus est, non infirmata uerbi diuinitate, sed carnis infirmitate suscepta: non autẽ permansit in ipsa carne mortalis, quã resuscitauit à mortuis: quoniam ipse fructus est mediationis eius, ut nec ipsi propter quos liberandos mediator effectus est, in perpetua uel carnis morte remanerẽt. Proinde mediatorem inter nos, & deum, & mortalitatẽ habere oportuit transeũtem, & beatitudinem permanentẽ: ut per id quod trãsit, cõgrueret morituris, & ad id quod permanet, transferret ex mortuis. Boni igitur angeli inter miseros mortales, & beatos immortales medij esse nõ possunt: quia ipsi quoqꝫ, & beati, & immortales sunt. Possunt autẽ medij esse angeli mali, quia immortales sunt cum illis, miseri cum istis. His cõtrarius est mediator bonus, qui aduersus eorum immortalitatem & miseriã, & mortalis esse ad tẽpus uoluit, & beatus in æternitate persistere potuit. Ac sic eos & immortales superbos et miseros noxios, ne per immortalitatis iactãtiam seducerent ad miseriam, & suæ mortis humilitate & suæ beatitudinis benignitate destruxit in eis, quorũ corda per suam fidem mundans, ab illorũ immundissima dominatione liberauit. Homo itaque mortalis & miser longe seiunctus ab immortalibus & beatis, quid eligat mediũ, per quod immortalitati & beatitudini copuletur? Quod possit delectare in dæmonum immortalitate, miserum est, quod possit offendere in Christi mortalitate, iam non est. Ibi ergo cauenda est miseria sempiterna: hic mors timẽda nõ est, quę esse non potuit sempiterna: & beatitudo amãda est sempiterna. Ad hoc quippe se interposuit medius immortalis & miser, ut ad immortalitatem beatam transire non sinat, quoniã in hoc persistit quod impedit, id est in ipsa miseria. Ad hoc autẽ se interposuit mortalis & beatus, ut mortalitate transacta & ex mortuis faceret immortales, quod in se resurgẽdo monstrauit, & ex miseris beatos, unde nunquã ipse discessit. Alius est ergo medius malus qui separat amicos, alius bonus qui reconciliat inimicos. [b]Et ideo multi sunt medij separatores, quia multitudo quę beata est, unius dei participatione fit beata. [c]Cuius participatiõis priuatione misera multitudo malorum angelorũ, quæ se opponit potius ad impedimentum, q̃ interponit ad beatitudinis adiutoriũ, etiã ipsa multitudine obstrepit quodãmodo, ne possit ad illud unũ beatificũ bonum perueniri, ad quod ut perduceremur, nõ multis sed uno mediatore opus erat, & hoc eo ipso cuius participatiõe simus beati, hoc est, uerbo dei, non facto, sed per quod facta sunt omnia. Nec tamen ob hoc mediator est, quia uerbũ: maxime quippe immortale, & maxime beatum uerbum longe est à mortalibus miseris: sed mediator per quod homo, eo ipso ostendens utiqꝫ ad illud non solum beatum, uerumetiam beatificũ bonum non oportere quæri alios mediatores per quos arbitremur nobis peruẽtionis gradus esse moliendos, quia beatus & beatificus deus, factus particeps humanitatis nostræ compendiũ præbuit participãdæ diuinitatis suæ. Necꝫ enim nos à mortalitate & miseria liberãs ad angelos immortales beatosqꝫ ita perducit, ut eorũ participatione etiam nos immortales & beati simus, sed ad illam trinitatẽ, cuius & angeli participatione beati sunt. [d]Ideo quãdo in forma serui, ut mediator esset, infra angelos esse uoluit, in forma dei super angelos mãsit: idem in inferioribus uia uitæ, qui in superioribus uita.

L. VIVES

a Etiam miseri sint.] Homerus homines ferè uocat δειλοὺς καὶ ἀθλίους hoc est miseros, ut & Latini poetæ fecerũt. b Et ideo multi sunt medij sep.] Virtus unica est & simplex, ideo nec multæ sunt ad eam semitæ. Vitium uarium, multiforme, infinitis ad eum itatur uijs, ut Aristoteles inquit, in libris Moralibus. Itaqꝫ dæmones multi per se uarijs rationibus à deo abducũt, angeli boni unica uia, & per unicum dei filium ad deum reducunt. c Cuius participationis priuatione.] Vt priuatio lucis tenebræ, sic priuatio beatitudinis miseria, etsi non contra recurritur. d Ideo quando in forma.] Paulus ad Philip. ij. de Christo loquens: Qui cum in forma, inquit, dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit formã serui accipiens. Hæc sunt Pauli uerba, quibus significat Christum alioqui patri simillimum: induto corpore nostræ mortalitatis, nunquam apud eos, qui solum hominem intuebantur, professum deo se parem esse, cum tamen hoc ipsi licuisset salua patris maiestate: uerum abiecit se dominus cunctorum in speciem serui, & excelsissimus æquari se nobis passus est, ut similitudine naturæ nos omnes ad se attractos cognoscentes iam quis esset, quid posset, sublimes secum efferret ad patrem: ita humanitas ad se inuitat, ne diuinitas deterreat, & hæc inuitatos ad se rapit, beatosqꝫ facit: quo circa nec uocare atque allicere nos potuisset nisi nostri similis homo, nec beare nisi fons beatitatis omnis deus. Ad Christi ergo deitatem, quæ uita est, & beatitudo ipsa, unica est per quam tendamus uia, humanitas eius.

An rationabiliter Platonici diffinierint deos cœlestes declinantes terrena contagia hominibus non misceri, quibus ad amicitiam deorum dæmones suffragentur. Cap. XVI

NON enim uerũ est, quod idem Platonicus ait, dixisse Platonẽ, nullus deus miscetur homini. Et hoc pręcipuum eorũ sublimitatis ait esse specimen, quòd nulla attrectatione hominum contaminantur. Ergo dæmones contaminari fatetur, et ideo eos à quibus cõtaminãtur mundare non possunt, omnesqꝫ immundi pariter fiunt, & dęmones contrectatione hominũ & homines cultu dæmonum. Aut si & contrectari misceriqꝫ hominibus, nec tamen contaminari dæmones possunt, dijs profecto meliores sunt, quia illi si miscerẽtur, cõtaminarẽtur. Nam hoc deorum dicitur esse præcipuũ, ut eos sublimiter separatos humana cõtrectatio cõtaminare non possit. [a]Deum quidem summum omnium creatorem, quem nos uerũ deum dicimus, sic à Platone prædicari asseuerat, quod ipse sit solus qui non possit penuria sermonis humani quauis oratione uel modice comprehendi, uix autem sapientibus uiris, cũ se uigore animi quãtum licuit à corpore remouerunt, [b]intellectum huius dei id quoqꝫ interdum uelut in altissimis tenebris [c]rapidissimo coruscamine lumen candidum intermicare. Si ergo supra omnia uere summus deus intelligibili & ineffabili quadam præsentia, etsi interdum, etsi tanquam rapidissimo coruscamine lumẽ candidũ intermicãs, [d]adest tamen sapientiũ mentibus, cum se quãtum licuit à corpore remouerunt, nec ab eis contaminari potest: quid est quod isti dij propterea constituuntur longe in sublimi loco, ne cõtrectatione contaminentur humana? Quasi uero aliud corpora illa æetherea quàm uidere sufficiat, quorum luce terra, quãtum sufficit, illustratur. Porrò si non contaminantur sydera, cum uidentur: [redacted] sunt dæmones possunt uiuorũ corporũ uaporibus humanorũ, si tantis sacrificiorũ cadauerinis nõ contaminantur nidoribus. In gustandi autẽ sensu nulla necessitate reficiẽdæ mortalitatis urgẽtur, ut fame adacti, cibos ab hominibus quærãt. Tactus uero in potestate est. [e]Nam licet ab eo potissimũ sensu cõtrectatio ista dicta uideatur, hactenus tamen si uellent miscerẽtur hominibus, ut uiderẽt, & uiderẽtur, audirent, & audirentur. Tangendi autem quæ necessitas? Nam necꝫ homines id cõcupiscere auderent, cũ deorum uel dæmonum bonorũ cõspectu uel colloquio fruerentur. Et si in tantum curiositas progrederetur, ut uellet: quo nam pacto quispiam posset inuitũ tangere deum, uel dæmonem, qui nisi captũ non potest passerem? Videdo igitur uisibusqꝫ se præbẽdo & loquendo & audiẽdo, dij corporaliter misceri hominib. possent. Hoc autẽ modo dæmões si miscẽtur, ut dixi, & nõ cõtaminãtur, dij aũt cõtaminarẽtur si miscerẽtur, incõtaminabiles dicũt dęmones, & cõtaminabiles deos. Si autem contaminãtur & dæmones, quid cõferunt hominibus ad uitam post mortẽ beatam, quos cõtaminati mũdare nõ possunt, ut eos mũdos dijs incõtaminatis possint adiungere, inter quos & illos medij cõstituti sũt? Aut si hoc eis beneficij nõ cõferunt, quid prodest hominibus dæmonũ amica mediatio? An ut post mortẽ nõ ad deos hoĩes per dæmões trãseant, sed simul uiuant utriqꝫ contaminati, ac per hoc neutri beati? Nisi forte quis dicat more spõgiarũ uel huiuscemodi rerũ mũdare dęmones amicos suos, ut tãto ipsi sordidiores fiãt, quãto fiũt homines eis uelut tergẽtib. mũdiores. Quod si ita est, cõtaminatioribus dij miscẽtur dæmonibus, qui ne cõtaminarẽtur, hominũ propinquitatẽ cõtrectationẽqꝫ uitarunt. An forte dij possunt ab hominib. cõtaminatos mũdare dæmones, nec ab eis cõtaminari, & eo modo nõ possunt, & homines? Quis talia sentiat, nisi quẽ fallacissimi dæmones deceperũt? Quid, quod si uideri & uidere cõtaminat, uidẽtur ab hominib. dij, quos uisibiles dicit, [f]clarissima mũdi lumina, & cętera sydera, tutioresqꝫ sunt dęmões ab ista hoĩm cõtaminatiõe, qui nõ possũt uideri nisi uelit? Aut si nõ uideri, sed uidere cõtaminat, negẽt ab istis clarissimis mũdi luminib. quos deos opinãtur uideri hoĩes, cũ radios suos terras usqꝫ pertẽdãt. Qui tñ eorũ radij per quęqꝫ diffusi immũda inde nõ cõtaminãtur, & dij cõtaminarentur, si ho-

si hominibus miscerẽtur, etiã si esset necessarius in subueniendo contactus. Nam radijs solis & lunæ terra contingitur, nec istam cõtaminat lucem. Miror autem plurimum tam doctos homines, qui cuncta corporea & sensibilia, incorporalibus & intelligibilib. postponenda iudicauerunt, cum agitur de beata uita, corporalium contrectationum facere mentionem. [g] Vbi est illud Plotini, ubi ait: Fugiendum est igitur ad clarissimã patriam, & ibi pater, et ibi omnia. [b] Quę igitur classis, inquit, aut fuga? Similẽ deo fieri. Si ergo deo quãto similior, tanto fit quisq; propinquior: nulla est ab illo tãta longinquitas, cẽ eius dissimilitudo. Incorporali uero illi æterno, & incommutabili, tanto est anima hominis dissimilior, quanto rerum temporalium, mutabiliumq; cupidior.

L. VIVES

Deus incomprehensibilis

a Deum quidem summum.] Hoc in deo Socratis. Simile in dogmatis Platonis, de deo ex Platone loquens, quem quidem cœlestem pronũciant, indictum, innominabilem, ut ait ipse ἀρύτον, ἀμύθητον, καὶ ἄῤῥητον, cuius naturam inuenire difficile est, si inuẽta sit, in multos eam enũciare non posse. Platonis hæc uerba sunt, θεὸν μὲν οὖν εὑρεῖν τε ῥᾴδιον, εὑρόντα τε ἀδύνατον, id est Deũ quidem inuenisse haud facile est, intellexisse autem impossibile. Sic Apuleius. Plato uero in Timæo inquit, τὸν μὲν δημιουργὸν τῆς ἁπάσης θεὸν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. Autorem, inquit, & parentẽ huius uniuersitatis inuenire operosum est, & inuentũ fieri non potest ut in uulgus commodis uerbis efferas. In Parmenide uero de uno illo disputans ait, nullum ei nomen esse inditum, non diffiniri, non scientia capi, non in sensus incurrere, nullam de eo haberi opinionem: quocirca nec nominari, neque dici, nec cogitatione cõprehendi, nec cognosci, nec ab ullo ente sentiri. b Intellectum huius dei.] Sunt uestigia in rebus humanis nonnulla, ex quibus cognosci potest opifex ille uniuersitatis, tametsi procul uelut lumine quodã inter densissimas tenebras intermicante: & nõ à quibuslibet, sed ijs duntaxat, qui acutissima ingenij præditi acie, totã eius uim in eam cẽ intensissime conuerterint. c Rapidissimo coruscamine.] Vulgo legitur rapacissimo, significat existentẽ subito lucẽ illam diuinam celerrime se subducere, & relinquere humanis mentibus quæ eam spectarunt, ceu speciem quandam leuem, & nõ alte impressam, sed quæ satis indicet maximum quiddam illud fuisse, ac admirandum. d Adest tamen sapientium mentibus.] Ait non ita præterire notitiam illam diuinitatis, quin subsistat in mente sapientis, quoties ac quandiu eam sapiens pure ac sancte quærit. e Nam licet ab eo potissimũ sensu.] Contrectatio à tractando ducitur, quod fit tangendo. f Clarissima mundi lumina.] Apuleius in deo Socratis. Nã perinde ut maiestas postulabat dijsim mortalibus cœlum dicauit, quos quidem deos cœlites partim uisu usurpamus, ut Vos ô clarissima mundi Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annũ. Versus sunt Verg. i. Georg. de sole & luna. g Vbi est illud Plotini.] In codice Colonien. legitur, Vbi est illud Platonis, ubi ait, fugiendum est igitur ad clarissimam patriam, & ibi pater, & ibi omnia. h Quæ igitur classis, inquit, aut fugar similem deo fieri.] Sentẽtia est hæc Platonica quam superiore libro posuimus. Patriam nostram cœlum appellat, quod inde exulamus: clarissimam, quòd illic pura omnia, illustrata, certa, hic turbulenta, tenebris obruta, incerta: ibi pater huius uniuersitatis, & circa omnium regem omnia, ut ad Dionysium Plato scribit. Quomodo illuc cõfugietur, cum tantum absit, nec ulla sit eo nostris corporibus uia? respondit unicam esse apertam & expeditissimam uiam sequendum, & eius fieri, quantum humana uis ualeat, similem. Hæc una res nos illuc sustollit.

Ad consequendam uitam beatam, quæ in participatione est summi boni, non tali mediatore indigere hominem qualis est dæmon, sed tali, qualis est unus Christus. Cap. XVII

B O c ut sanetur, quoniam immortali puritati quæ in summo est, ea, quæ in imo sunt mortalia & immunda, conuenire nõ possunt: opus est quidem mediatore, non tamen tali, qui corpus quidem habeat immortale propinquũ summis, animum autem morbidũ similem infimis: quo morbo nobis inuideat potius, ne sanemur, cẽ adiuuet, ut sanemur: sed tali, qui nobis infimis ex corporis mortalitate coaptatus, immortali spiritus iustitia, per quam non locorum distantia, sed similitudinis excellentia mansit in summis, mundandis liberãdisq; nobis uere diuinum præbeat adiutorium. Qui profecto incontaminabilis deus, absit ut cõtaminationem timeret [c] ex homine, quo indutus est, aut ex hominibus, inter quos in homine conuersatus est. Non enim parua sunt hæc interim duo, quæ sa lubriter sua incarnatione monstrauit, nec in carne posse contaminari ueram diuinitatem: nec ideo putandos dæmones nobis esse meliores, quia non habent carnem. Hic est, sicut eum prę dicat sancta scriptura, mediator dei & hominũ homo Christus Iesus, de cuius & diuinitate, qua patri est semper æqualis, & humanitate, qua nobis factus est similis: non hic locus est ut competenter pro nostra facultate dicamus.

L. VIVES

Deus assumpsit hominem

a [illegible].] [illegible]

[illegible]

Quod fallacia dęmonum dum sua in tercessione uiam spondet ad deũ, hoc conatur, ut homines à uia ueritatis auertat. Caput XVIII

B ALSI autem illi fallacesq; mediatores dæmones, qui cum per spiritus F immũditiam miseri ac maligni multis effectibus clareant, per corporalium tamen locorũ interualla, et per aereorum corporũ leuitatẽ, à prouectu animorum nos auocare atq; auertere moliũtur: et non uiam præbent ad deum, sed ne uia teneatur impediunt: quandoquidẽ & in ipsa uia corporali, quæ falsissima est, & plenissima erroris, qua nõ iter agit iustitia, quoniam non per corporalem C altitudinem, sed per spiritalem, hoc est incorporalem similitudinem ad deum debemus ascendere, in ipsa tamen corporali uia, quam dæmonum amici per elementorum gradus ordinant, inter ęthereos deos, et terrenos homines aereis dæmonibus medijs constitutis, hoc deos opinantur habere præcipuum, ut propter hoc interuallum locorum contrectatione non contaminentur humana. Ita dæmones contaminari potius ab hominibus, quàm homines mundari à dæmonibus credunt, & deos ipsos contaminari potuisse, nisi loci altitudine munirentur. Quis tam infelix est, ut ista uia mundari se existimet, ubi homines contaminantes, dæmones contaminati, dij contaminabiles prædicantur: & non potius eligat uiam ubi contaminantes magis dæmones euitentur, & ab incommutabili deo ad ineundam societatem incontaminatorum angelorum, homines à contaminatione mundentur?

Quod appellatio dæmonum iam nec apud cultores eorum assumatur in significationẽ alicuius boni. Cap. XIX

ED ne de uerbis etiam nos certare uideamur, quoniam nonnulli istorum, ut ita dixerim, dæmonicolarũ, S in quibus & Labeo est, [a] eosdẽ perhibẽt ab alijs angelos dici, quos ipsi dæmones nuncupant, iam mihi de bonis angelis aliquid uideo differendũ, quos isti esse nõ negant, sed eos bonos dęmones uocare, cẽ angelos malunt. [b] Nos autẽ sicut scriptura loquitur, secundum quã Christiani sumus, angelos quidem partim bonos, partim malos, nunquã uero bonos dęmones legimus. Sed ubicũq; illarũ literarũ hoc nomen positũ reperitur, siue dęmones, siue dæmonia dicãtur, nõ nisi maligni significãtur spiritus. Et hanc loquendi consuetudinẽ intantũ populi usq; quaq; secuti sunt, [c] ut eorum etiã qui Pagani appellãtur, et deos multos ac dęmones colendos esse cõtendunt, nullus ferè sit tam literatus & doctus, qui audeat in laude uel seruo suo dicere, dæmonem habes, sed quilibet hoc dicere uoluerit, nõ se aliter accipi, cẽ maledicere uoluisse dubitare nõ possit. Quę igitur nos causa cõpellit, ut post offensionẽ auriũ tam multarum, ut iam penè sint omniũ, quæ hoc uerbũ nõ nisi in malã partẽ audire cõsueuerunt, quod diximus cogamur exponere, cũ possimus angelorum nomine adhibito, eandem offensionem quæ nomine dæmonũ fieri poterat euitare.

L. VIVES

Angelus

a Eosdem perhibent ab aliis angelos dici.] ἄγγελος enim nuncius est. hinc in fabulis Græcis legere frequenter est ἀγγέλια πρόσωπον, ut apud Euripidem ἱερογενέα· ita cum sint dæmones nũcii atq; interpretes deorum & hominum, angeli nominantur, sicut ab eodẽ munere Mercurius angelus. Sic Trimegistus uocat, & Martianus Capella de dæmonibus loquens, & cum cogitationum arcana superæ nunciat potestati angelus poterit nominari. b Nos autem sicut scriptura loquitẽ.] In Euangelio de angelis bonis crebra mentio, & Christus angelos diaboli nuncupat. c Vt eorum etiam qui Pagani.] Dixi antea post Christum natum, nomen D dæmonis fuisse suspectũ, & odiosum tanquã rei malefi cæ atq; improbæ, nõ uulgo magis cẽ philosophis.

De qualitate scientiæ, quæ dæmones superbos facit. Cap. XX

VANQVAM etiã ipsa origo huius nominis, si diuinos intueamur libros, aliquid affert cognitiõe dignis Q simũ. [d] δαίμονες enim dicũtur, quoniã uocabulũ Græcũ est, ob scientiã nominati. Apostolus autẽ spiritu sancto locutus ait: Scięntia inflat, charitas uero ædificat. Quod rectè

recte aliter non intelligitur, niſi ſcientiam tunc A prodeſſe cum charitas ineſt: ſine hac autem inflare, id eſt in ſuperbiam inaniſsimæ quaſi uentoſitatis extollere. Eſt ergo in dæmonibus ſcientia ſine charitate, & ideo tam inflati, id eſt tam ſuperbi ſunt, ut honores diuinos & religionis ſeruitutem, quam uero deo deberi ſciunt, ſibi ſategerint exhiberi, & quantum poſſunt, & apud quos poſſunt, adhuc agunt. Contra ſuperbiam porrò dæmonum, qua pro meritis poſsidebãt genus humanum, dei humilitas quæ in forma ſerui apparuit, quantã uirtutem habeat, animæ hominum neſciunt, immunditia elationis infla B tæ, dæmonibus ſimiles ſuperbia non ſcientia.

L. VIVES

a DAemones enim dicuntur.] Δάμω Græcis olim fuit ἐπίσταμαι καὶ γινώσκω ſcio, & noui. inde Δαίμων q. δαήμων, ut inquit autor magni etymologici, πάντα ἐπιστάμενος, καὶ γινώσκων omnia ſciens & noſcens. ab eadem mente Plato in Cratylo δαίμονας dictos q. δαήμονας tradit à prudentia & peritia rerum, quem & alii ſecuti ſunt, uelut Capella, qui ait hos omnes Græci δαίμονας dicunt ἀπὸ τοῦ δαήμονας εἶναι. & Lactantius lib. ii. dæmones inquit, Grammatici aiunt dictos q. δαήμονας, id eſt peritos, ac rerum ſcios, quibus Chalcidius in Timæum Platonis ſuffragatur.

Dæmon

Ad quem modum dominus uoluerit dæmonibus innoteſcere. Cap. XXI

I PSI autem dęmones etiam hoc ita ſciunt, ut eidem domino infirmitate carnis induto, dixerint: Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? Veniſti ante tempus perdere nos? Clarum eſt in his uerbis, quod in eis & tanta ſcientia erat, & charitas non erat. Pœnam quippe ſuam formidabant ab illo, non in illo iuſtitiam diligebant. Tantum uero eis innotuit, quantum uoluit: tantum autem uoluit quãtum oportuit. Sed ſic innotuit, non ſicut angelis ſanctis, qui eius ſecũ D dum id quod dei uerbũ eſt participata æternitate perfruuntur, ſed ſicut eis terrendis innoteſcẽdum fuit, ex quorum tyrannica quodammodo poteſtate fuerat liberaturus prædeſtinatos in ſuum regnũ, & gloriam ſemper ueracem & ueraciter ſempiternam. Innotuit ergo dæmonibus non per id, quod eſt uita æterna & lumen incommutabile, quod illuminat pios, cui uidendo per fidem quę in illo eſt, corda mundantur: ſed per quædã temporalia ſuæ uirtutis effecta, & occultiſsimæ ſigna præſentiæ, [a] quę angelicis ſenſibus etiam malignorum ſpirituum, potius A quàm infirmitati hominum poſſent eſſe conſpicua. Deniq; quando ea paululum ſupprimẽda iudicauit, & aliquanto altius latuit, dubitauit de illo dęmonũ princeps, eumq; [b] tentauit an Chriſtus eſſet explorans, quantũ ſe tentari ipſe permiſit, [c] ut hominem quem gerebat ad noſtræ imitationis temperaret exemplum. [d] Poſt illam uero tentationem, cum angeli ſicut ſcriptum eſt miniſtrarent ei: boni utiq; & ſancti, ac per hoc ſpiritibus immundis metuendi & tremẽdi, magis magiſq; innoteſcebat dæmonibus, quantus eſſet, ut ei iubenti, [e] quamuis in illo contemptibilis uideretur carnis infirmitas, reſiſtere nullus auderet.

L. VIVES

a QVæ angelicis ſenſibus.] Miracula enim Chriſti admirabiliora erãt angelis, & dæmonibus q̃ hominibus, propterea quod illi cauſas multarum rerum quum noſſent, uidebant omnem naturæ uim ſuperare: homines uero etſi magna atq; admirãda eſſe nõ dubitabant, tamen nõ deerant, qui calumniarẽtur per Beelzebub principem dæmoniorum dæmonia eiici, nõ tam illud credentes ipſi, quàm conãtes ut imperita turba crederet. Quin & alii poſterioribus temporibus magum fuiſſe impie mentiti ſunt, contra quos in lib. De ſa C piẽtia Chriſtiana deo adiuuãte fuſe diſputabo. b Eũq; tentauit an Chriſtus eſſet explorans.] Dæmon quũ homines tentat, hoc laborat tantum, ut peccent: quũ uero Chriſtum tentabat, non admodum erat de illius peccato ſollicitus. Sanctiorem enim illum ſciebat, q̃ qui facile induci poſſet ut male faceret, cognoſcere tantum auebat, an lateret deus ſub humana forma. c Vt hominem quem gerebat.] Ne ipſe ueteri hominum conditio ni uideretur exemptus, quod ſolus abiret intentatus: neu poſt illum alii, qui eum uenerarentur, indigne ferrent tentari ſe, qui ſcirent inuidentiſsimum illum & cõſ dentiſsimum humani hoſtem generis, ne à Chriſto quidem temperaſſe. d Poſt illam uero tentationem.] Et hoc quoq; ad exemplũ ſpectat poſteritatis. nam ut nullus ſine tentatione præteribit, ita qui ſuperior fuerit in ea pugna, ſolatio miniſterioq; fruetur angelorum, ſicut Hieronymus teſtat̃. e Quãuis in illo contemptibilis.] Inops, nudus humili loco natus, ſine oſtentatione humanæ ſapiẽtiæ, ſimili cohorte hominum comitatus.

Quid interſit inter ſcientiam ſanctorum angelorum, & ſcientiam dæmonum. Cap. XXII

H I S igitur angelis bonis omnis corporalium temporaliumq; rerũ ſciẽtia, qua inflantur dęmones, uilis eſt: non quod earum ignari ſint, ſed q; illis dei, qua ſanctificantur, charitas chara eſt, præ cuius non tantum incorporali, uerumetiam incommutabili & [a] ineffabili pulchritudine, cuius ſancto amore inardeſcunt, omnia quæ infra ſunt, [b] & quod illud eſt, non ſunt: ſeq; ipſos inter illa contemnũt, ut ex toto, A quod boni ſunt, eo bono, ex quo boni ſunt, perfruantur. Et ideo certius etiã temporalia & mutabilia iſta nouerunt, quia eorũ principales cauſas in uerbo dei cõſpiciunt, per quod factus eſt mundus, quibus cauſis quædã probantur, quædam reprobantur, cuncta ordinantur. [c] Dæmones autem nõ æternas temporũ cauſas, & quodammodo cardinales in dei ſapientia contemplantur, ſed quorũdam ſignorum nobis occultorum, maiore experientia multo plura q̃ homines futura proſpiciunt, diſpoſitionesquoque ſuas aliquando prænunciant. Deniq; ſæpe iſti, B nunquam illi omnino falluntur. Aliud eſt enim temporalibus temporalia, & mutabilibus mutabilia coniectare, eiſq; temporalem & mutabilem modum ſuæ uoluntatis & facultatis inſerere, quod dæmonibus certa ratione permiſſum eſt: Aliud autem in æternis atq; incommutabilibus dei legibus, quæ in eius ſapientia uiuunt, mutationes temporum præuidere, deiq; uoluntatem, [d] quæ tam certiſsima quàm potentiſsima eſt, diuini ſpiritus eius participatione cognoſcere, quod ſanctis angelis recta diſcretione donatum eſt. Itaque non ſolum æterni, uerumetiam beati ſunt. Bonum autem quo beati ſunt, deus C illis eſt, à quo creati ſunt. Illius quippe [e] indeclinabiliter participatione, & contemplatione perfruuntur.

L. VIVES

a INeffabili pulchritudine cuius ſancto amore.] Amor enim ſemper eſt erga pulchra. Socrates apud Platonem in Phædro inquit, faciem honeſtatis & ſapientiæ ſi oculis corporis cerneretur, mirabiles amores excitaturam ſui. Quid ſi deus ille maximus uideretur, qui quàm ſit pulcher, ut eſt in libro ſapiẽtiæ, uel ex hoc licet coniectari, quod pulcherrima nobis uidẽtur, quæ ille condidit. In conuiuio Platonis Diotima diuinã pulchritudinem unam eſſe dicit, quæ à beato debeat homine amari, ſicut ſuperiore nobis libro explicatum eſt.

Amor circa pulchra

b Et quod illud eſt.] Cum omnia quæcunq; deus non ſunt, præ deo putent uilia & contemnenda, ſeipſos quoq; inter cætera, quæ deus non ſunt, habent deſpicatui, quæ cogitatio ita coniungit illos deo, ut affixi beatitudini ipſius, ſine ulla cæterarum rerum cura ſempiternum ſint beatiſsimi. c Dæmones autem non æternas temporũ cauſas.] Nõ enim cardinem ipſum, in quo ſitæ ſunt cauſæ omnes, & in quo uoluuntur, intuentur: nec fontem norunt, unde manant, ſed quod maiore ingenio, & acutiore quàm nos præditi, tum etiam rerum uſu propter immortalitatem maximo, facilius & præſentia intelligunt, & futura coniecturis aſſequuntur, q̃ nos. quo fit, ut cum res omnes nõ ex principijs ſuis, ſed alienis cõiecturis collectæ fallere poſsint, dæmones plerunq; ab eis fallantur, & mendacia dicant, etiam cum ſe uerissima dicere arbitrantur, iactant tamẽ ſe nihil ignorare. Nec ſolum mentiri dæmonas impuros, ſed deos quoq; ſuos Porphyrius credit. d Quæ tam certiſsi A ma quàm potentiſsima.] Certitudo uoluntatis dei eſt, quod quæcunq; uelit, poteſt. nam ſi aliquid eſſet, quod efficere nequiret, incerta ibi eſſet, cum illud in eius manu non foret ſitum. nunc uero cum omnia præſtare poſſit, quæ uult, nihil ea fieri certius poteſt, hoc eſt nihil certius euenturum eſt, quàm quæ ipſa uult, quippe quæ nihil non efficiet, quod uolet. quo circa qui uoluntatẽ dei ſpectant, certiſsimam originem è qua uniuerſa proficiſcuntur ſpectant. Idq; quoniam aliud non ſit in mundo, quàm quod ea uult, recte eſt igitur ab Auguſtino dictũ tam eſſe uoluntatem dei certiſsimam, quàm potentiſsimam, ut potentia, certitudinis uoluntatis cauſa eſſe uideatur. Qui ergo uoluntatem illam intuentur angeli, & felices animi, tantum ſciunt, quantum proportione beatitudinis uidere permittuntur. Neq; enim omnes eadẽ rerum cognitiõe donant̃, inter quos beatitudinis quoq; ſunt gradus, idcirco diſcretionẽ illius eſſe ait. e Indeclinabiliter participatione.] Semper conuerſi & intenti B in deum agunt, ne uel minima auerſione miſeri fiãt, nec tamen non declinant, quòd aliquid metuant, ſed quod beatitudo illa totos ad ſe tractos rerum omniũ aliarum cogitationem & deſideriũ ademit, duntaxat quum illis ſit fons ipſe omniũ, quæ excogitari poſſunt bona.

Nomen deorum falſò aſcribi dijs gentium, quod tamẽ & angelis ſanctis & hominibus iuſtis ex diuinarum ſcripturarum autoritate commune eſt. Caput XXIII

H O S ſi Platonici malunt deos, quàm dæmões dicere, [a] eiſq; annumerare, C quos à ſummo deo conditos deos ſcribit eorum autor & magiſter Plato, dicant quod uolunt: non enim cum eis de uerborum controuerſia laborãdum eſt. Si ergo eos ſic immortales aſſerũt, ut tamen à ſummo deo factos, etſi non per ſeipſos, ſed ei à quo facti ſunt adhęrendo, beatos eſſe dicunt: hoc dicunt, quod dicimus, quolibet eos nomine appellent. Hanc autem Platonicorũ eſſe ſententiam, ſiue omnium, ſiue meliorum, in eorum literis inueniri poteſt. Nam & de ipſo nomine, quo huiuſmodi immortalem beatamq; creaturam deos appellant: [b] ideo inter nos & ipſos pe D nè nulla diſſenſio eſt, quia & in noſtris ſacris literis legitur: Deus deorũ dominus locutus eſt. Et alibi: Confitemini deo deorum. Et alibi: Rex magnus ſuper omnes deos. Illud autẽ ubi ſcriptum eſt: Terribilis eſt ſuper omnes deos: cur dictum ſit deinceps oſtenditur. Sequitur enim: Quoniam omnes dij gentium dæmonia: dominus autem cœlos fecit. Super omnes ergo deos dixit, ſed gentiũ, id eſt quos gentes pro dijs habẽt, quæ ſunt dæmonia, ideo terribilis, ſub quo terrore domino dicebant: Veniſti ante tempus perdere nos. Illud uero ubi dicitur, deus deorũ,

non potest intelligi deus dæmoniotum: & rex magnus super omnes deos, absit ut dicatur rex magnus super omnia dæmonia. Sed homines quoq; in populo dei, eadem scriptura deos appellat. Ego, inquit, dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Potest itaq; intelligi horũ deorum deus, qui dictus est deus deorum: & super hos deos rex magnus, qui dictus est rex magnus super omnes deos. Veruntamen cum à nobis quæritur, si homines dicti sunt dij, quod in populo dei sunt quem per angelos uel per homines alloquitur deus: quanto magis immortales eo nomine digni sunt, qui ea fruũtur beatitudine, ad quam deum colendo cupiũt homines peruenire. Quid respõdebimus, nisi non frustra in scripturis sanctis expressius homines nuncupatos deos, quàm illos immortales & beatos, quibus nos æquales futuros in resurrectione promittitur, ne scilicet propter illorum excellentiam aliquem eorum nobis constituere deum infidelis auderet infirmitas? Quod in homine facile est euitare. Et euidentius dici debuerunt homines dij in populo dei, ut certi ac fidentes fierent, esse eum deum suum, qui dictus est deus deorum, quia etsi appellentur dij immortales illi ac beati, qui in cœlis sunt, nõ tamẽ dicti sunt dij deorum, id est dij hominum in populo dei constitutorum quibus est dictũ: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Hinc est quod ait Apostolus: Et si sunt qui dicantur dij siue in cœlo, siue in terra: sicuti sunt dij multi & domini multi, nobis tamẽ unus deus pater, ex quo omnia, et nos in ipso, & unus dominus Iesus Christus per quem omnia, & nos per ipsum. Non multum ergo de nomine disceptãdum est, cum res ipsa ita clareat, ut à scrupulo dubitationis aliena sit. Illud uero quod nos ex eorum immortaliũ beatorum numero missos angelos esse dicimus, qui dei uoluntatem hominibus annunciarent, illis non placet, quia hoc ministerium non per illos quos deos appellant, id est immortales & beatos, sed per dæmones fieri credũt, quos immortales tantum non etiam beatos audent dicere, aut certe ita immortales ac beatos, ut tamen dæmones bonos non deos sublimiter collocatos, & ab humana contrectatione semotos. Quamuis nominis controuersia uideatur, tamẽ ita detestabile est nomen dæmonum, ut hoc modis omnibus à sanctis angelis nos remouere debeamus. Nunc ergo ita liber iste claudatur, ut sciamus immortales ac beatos, quomodolibet uocentur, qui tamen facti ac creati sunt, medios nõ esse ad immortalitatẽ beatitudinẽq; perducendis mortalibus miseris, à quibus utraq; differentia separantur. Qui autem medij sunt communem habendo immortalitatẽ cum superioribus, miseriam cum inferioribus, quoniam merito malitiæ sunt miseri, beatitudinem quã non habent inuidere nobis possint potius q; præbere. Vnde nihil habent amici dæmonũ quod nobis dignum afferant, cur eos tanquã adiutores colere debeamus, quos potius ut deceptores euitare debemus. Quos autẽ bonos & ideo non solum immortales, uerumetiã beatos deorum nomine sacris & sacrificijs propter uitam beatam post mortem adipiscendam colendos putant, qualescunq; illi sint & quolibet uocabulo digni sint, non eos uelle per tale religionis obsequium nisi unum deum coli, à quo creati & cuius participatione beati sunt, adiuuante ipso in sequenti libro diligentius disseremus.

L. VIVES

a Iscq; annumerare, quos à summo deo cõditos.] Plato in Timæo deum illum summum, & rerum omniũ parentẽ creasse ait reliquos omnes deos. b Ideo inter nos & illos penè nulla dissensio.] Cyprianus inquit deos participatiõe plures esse neminem negare, & Bœotius omnem beatum ait deũ esse, sed natura unicum esse deum, participatione nihil prohibere plures esse. Ac profecto data est nobis per Christum facultas ut filij dei simus. c A quibus utraq;.] Alibi à quibus utraq; differentia miseria & mortalitate sep. qui. aut. m. s. c. habent.

ELENCHVS CAPITVM
IN DIVI AVRELII AVGVSTINI DE CIVITATE DEI LIBRVM DECIMVM.

1 Veram beatitudinem siue angelis siue hominibus per unum deũ tribui etiam Platonicos defi nisse: sed utrum hi quos ob hoc ipsum colendos putant uni tantum deo an etiam sibi sacrifi cari uelint, esse quærendum.
2 De superna illuminatione quid Plotinus Platonicus senserit.
3 De uero dei cultu, à quo Platonici quamuis creatorem uniuersitatis intellexerint, deuiarunt colendo angelos siue bonos siue malos honore diuino.
4 Quod uni uero deo sacrificium debeatur.
5 De sacrificijs quæ deus non requirit, sed ad significationẽ eorũ obseruari uoluit quæ requirit.
6 De uero perfecto sacrificio.
7 Qd' sanctorũ angelorũ ea sit in nos dilectio, ut nos nõ suos, sed unius ueri dei uelint cultores.
8 De miraculis quę deus ad corroborãdam fidem piorum etiam per angelorum ministerium promissis suis adhibere dignatus est.
9 De illicitis artibus erga dæmonum cultum, in quibus Porphyrius Platonicus quædam probando, quædam quasi improbando uersatur.
10 De theurgia quæ falsam purgationem animis dæmonum inuocatione promittit.
11 De epistola Porphyrij ad Anebontẽ Aegyptiũ, in qua petit de diuersitate dęmonũ se doceri.
12 De miraculis quæ per sanctorum angelorum ministerium deus uerus operatur.
13 De inuisibili deo qui se uisibilem sæpe præstitit, non secundum quod est, sed secundum quod poterant ferre cernentes.
14 De uno deo colendo, non solum propter æterna, sed etiam propter temporalia beneficia quę uniuersa in ipsius prouidentiæ potestate consistunt.
15 De ministerio sanctorum angelorum quo prouidentiæ dei seruiunt.
16 An de promerenda beata uita his angelis sit credendum qui se coli exigũt honore diuino: an uero illis qui non sibi, sed uni deo sancta præcipiunt religione seruiri.
17 De arca testamenti miraculisq; signorum, quæ ad commendandam legis ac promissionis auctoritatem diuinitus facta sunt.
18 Cõtra eos qui de miraculis quib. dei populus eruditꝰ est, negãt ecclesiasticis libris esse credẽdũ.
19 Quæ ratio sit uisibilis sacrificij, quod uni uero & inuisibili deo offerri doceat uera religio.
20 De summo ueroq; sacrificio, quod ipse dei & hominum mediator effectus est.
21 De modo potestatis dæmonibus datæ ad glorificandos sanctos, qui pertulerunt iam passionem, qui aereos spiritus nõ placando ipsos, sed in deo permanendo uicerunt.
22 Vnde sit sanctis aduersum dæmones potestas, & unde cordis uera purgatio.
23 De principijs in quibus Platonici purgationem animæ esse profitentur.
24 De uno ueroq; principio, quod solam naturam humanam purgat atq; renouat.
25 Omnes sanctos & sub legis tempore, & sub prioribus seculis in sacramento & fide Christi iustificatos fuisse.
26 De inconstantia Porphyrij inter confessionem ueri dei & cultum dæmonum fluctuantis.
27 De impietate Porphyrij, qua etiam Apuleij transcendit errorem.
28 Quibus persuasionibus Porphyrius obcæcatus, non potuerit ueram sapientiã, quæ est Christus, agnoscere.
29 De incarnatione domini nostri Iesu Christi, quam cõfiteri Platonicorum erubescit impietas.
30 Quanta Platonici dogmatis Porphyrius refutauerit, & dissentiendo correxerit.
31 Contra argumentum Platonicorum, quo animam humanam asserũt deo esse coæternam.
32 De uniuersali uia animæ liberandæ quam Porphyrius male quærendo non reperit, & quam sola gratia Christiana reserauit.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
EPISCOPI AD MARCELLINVM
DE CIVITATE DEI LIBER DECIMVS.

535

Veram beatitudinẽ siue angelis, siue hominibus per unum deum tribui etiam Platonicos definisse: sed utrũ hi, quos ob hoc ipsum colendos putant, tantum deo an etiam sibi sacrificari uelint, esse quærendum. Caput I

MNIVM certa sententia est, qui ratione quoquo modo uti possunt, beatos esse omnes homines uelle. Qui autẽ sint, uel unde fiãt, dum mortaliũ quærit infirmitas, multæ magnæq; cõtrouersiæ concitatæ sunt: in quibus philosophi sua studia & ocia contriuerunt, quas in medium adducere, atq; discutere, & longum est, & non necessarium. Si enim recolit, qui hæc legit, quid in libro egerimus octauo in eligẽdis philosophis, cum quibus hæc de beata uita, quæ post mortẽ futura est, quæstio tractaretur: utrũ ad eam uni deo uero, qui etiã est deorum effector, an pluribus diis religione sacrisq; seruiendo peruenire possimus: nõ etiam hic eadem repeti expectet, præsertim cum possit relegẽdo, si forte oblitus est adminiculari memoriã. Elegimus enim Platonicos omnium philosophorum merito nobilissimos: propterea, quia sicut sapere potuerũt, licet immortalem ac rationalẽ uel intellectualem hominis animam, nisi participato lumine illius dei, à quo & ipsa & mundus factus est, beatam esse non posse: ita illud quod omnes homines appetunt, id est uitam beatam, quenquã isti assecuturum negant, qui non illi uni optimo, qui est incommutabilis deus, puritate casti amoris adhæserit. Sed quia ipsi quoq; siue cedentes uanitati erroriq; populorũ, siue ut ait Apostolus, euanescentes in cogitationibus suis, multos deos colendos ita putauerũt, uel putari uoluerunt, ut etiam quidam eorũ dæmonibus diuinos honores sacrorum & sacrificiorum deferẽdos esse censerent, quibus iam nõ parua ex parte respõdimus: nunc uidendũ ac differẽdum est, quan-

536

tum deus donat, immortales ac beati in cœlestibus sedibus, [a] dominationibus, principatibus, potestatibus constituti, quos isti deos & ex quibus quosdam uel bonos dæmones, uel nobiscũ angelos nominant, quomodo credendi sint uel le à nobis religionem pietatẽq; seruari: hoc est, ut apertius dicam, utrũ etiam sibi, an tantũ deo suo, qui etiam noster est, placeat eis ut sacra faciamus, & sacrificemus: uel aliqua nostra seu nosipsos religionis ritibus cõsecremus. Hic est enim diuinitati, uel si expressius dicendũ est, deitati debitus cultus, propter quẽ uno uerbo significandum, quoniã satis idoneum non occurrit Latinum, Græco ubi necesse est insinuo, quid uelim dicere. [b] Latriam quippe nostri ubicunq; sanctarum scripturarum positum est, interpretati sunt seruitutem. Sed ea seruitus, quæ debetur hominibus, secundũ quã præcipit Apostolus, seruos dominis suis subditos esse debere: alio nomine græce nuncupari solet. Latria uero secundũ consuetudinem, qua locuti sunt, qui nobis diuina eloquia cõdiderunt: aut semper, aut tam frequenter, ut penè semper, ea dicitur seruitus, quę pertinet ad colendum deum. Proinde si tantummodo cultus ipse dicatur, non soli deo deberi uidetur. [c] Dicimur enim etiã colere homines, [d] quos honorifica uel recordatione uel præsentia frequentamus. Nec solum ea, quibus nos religiosa humilitate subijcimus, [e] sed quædam etiam quę subiecta sunt nobis coli perhibẽtur. Nã ex hoc uerbo agricolæ & coloni & incolæ uocantur. Et ipsos deos nõ ob aliud appellãt cœlicolas, nisi quod cœlũ colãt: nõ utiq; uenerãdo, sed inhabitãdo tanquã cœli quosdã colonos: [f] nõ sicut appellantur coloni, qui conditionẽ debẽt genitali solo propter agriculturã sub dominio possessorum, sed, sicut ait quidã Latini eloquij magnus autor, Vrbs antiqua fuit, [g] Tyrij tenuere coloni. Ab incolẽdo enim colonos uocauit, nõ ab agricultura. Hinc & ciuitates à maioribus ciuitatibus, uelut populorũ examinibus cõditę, coloniæ nũcupãtur. Ac per hoc cultũ quidẽ non deberi nisi deo, propria quadã notiõe uerbi huius ueriſsimum est. Sed quia & aliarũ rerũ dicitur cultus, ideo

ideo Latine uno uerbo significari cultus deo debitus non potest. Nam & ipsa religio quamuis distinctius non quemlibet, sed dei cultum significare uideatur: unde isto nomine interpretati sunt nostri eam, [h] quæ Græce θεοσεβεία dicitur: [i] tamen quia Latina loquendi consuetudine, nõ solum imperitorũ, uerumetiã doctissimorũ & cognationibus humanis atq; affinitatibus, & quibuscunq; necessitudinibus dicitur exhibẽda religio: non eo uocabulo uitatur ambiguum, cum de cultu deitatis uertitur quæstio: ut fidenter dicere ualeamus religionẽ non esse nisi dei cultũ: quoniã uidetur hoc uerbũ à significanda obseruãtia propinquitatis humanæ insolenter auferri. Pietas quoq; proprie dei cultus intelligi solet, quã Græci εὐσεβείαν uocant. Hæc tamẽ & erga parentes officiose haberi dicitur. [k] More aũt uulgi hoc nomen etiã in operibus misericordię frequentatur: quod ideo arbitror euenisse, quia hæc fieri præcipue deus mandat, eaq; sibi [l] uel pro sacrificijs, [m] uel præ sacrificijs placere testatur. Ex qua loquendi consuetudine factũ est, ut & deus ipse dicatur pius: [n] quem sanè Græci nullo suo sermonis usu εὐσεβεῖν uocant: quamuis εὐσεβείαν pro misericordia illorum etiam uulgus usurpet. Vnde in quibusdam scripturarum locis, ut distinctio certior appareret, non εὐσεβείαν quod ex bono cultu, sed θεοσεβείαν quod ex dei cultu cõpositũ resonat, dicere maluerunt. Vtrumlibet autẽ horum, nos uno uerbo enunciare non possumus. Quæ itaq; λατρεία Græce nũcupatur, & Latine interpretatur seruitus, sed ea qua colimus deũ: uel quæ θρησκεία Græce, Latine autẽ religio dicitur, sed ea quæ nobis est erga deum: uel quã illi θεοσεβείαν, nos uero non uno uerbo exprimere, sed dei cultum possumus appellare: hanc ei tantũ deo deberi dicimus, qui uerus est deus, facitq; suos cultores deos. Quicunq; igitur sunt in cœlestibus habitationib. immortales & beati, si nos nõ amãt, nec beatos esse nos uolũt, colẽdi utiq; nõ sũt. Si aũt amãt, & beatos uolũt, & profecto inde uolunt, unde & ipsi sũt: an aliũde ipsi beati, aliũde nos:

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI IN DE/cimum librum De ciuitate dei, Di/ui Aurelij Augustini, commentarij.

D Ominationibus, principatib.] Iamblichus in mysterijs ex superis alios angelos, alios archangelos, alios dæmones, alios heroes, alios potestates, alios principatus nominat, eosq; dicit uarijs formis rationibusq; apparere, quos omnes reliqui Platonici & deos & dæmones nuncuparunt.

b Latriam quippe nostri.] Λατρεία est δουλεία; quasi seruio: sed postea factum est, ut esset σέβομαι, teste Suida. Augustinus seruitutẽ hominibus debitã non latriã appellari uult, sed alio nomine, puta δουλείαν. Nam ad Ephesios sexto, quem locũ citat, sic est Græce: οἱ δοῦλοι ὑπακούετε τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα. Hinc est illa distinctio facta de adoratione latria, dulia, & hyperdulia. Valla docet λατρείαν & δουλείαν idem esse, & utrũq; significare seruitutem. quod ex Suida ostendi, qui & ait: λατρείαν δουλείαν εἶναι καὶ μισθῷ. Seruitutem esse mercenariam. Nam apud Xenophõtem in tertio Cyri pædiæ loquitur maritus: ἐγὼ μὲν οὖν ὦ κύρε πάλαι σοὶ ψυχὴν ἀντὶ ἐμοῦ ἀπειλοῦμαι, ὅστις τι μὴ δουλεύει, sua ipsius anima emerit, ne seruiat. Quin & in sacris literis λατρεύειν de seruitute dicitur, ut in Leuitico: Omne opus seruile nõ facietis. λάτρευτον. Et iterum: De semine tuo non dabis seruire principi. λατρεύειν. Et in Iob, mendica λάτρις dicitur. Sed admonendi sunt Latini, duliam & latriam penultimam habere longã, nec breuem faciant. c Dicimur enim etiam colere homines.] Sic & adorare etiam in sacris libris. d Quos honorificatione.] Legendũ, honorifica, uel recordatione, uel præsentia. e Sed quædam etiam quæ subiecta sunt nobis.] Non mirum. nam colere est tractare, & exercere: sic colimus omnia, quibus studemus, ut literas, arma, ludos, terram, & similia: & habitare. f Non sicut appellantur coloni.] Qui alienum agrum colunt conductitium, sunt coloni. Quemadmodum in urbe inquilini, qui in ædibus cõductis habitãt: & coloni agricolæ qui agrum colunt etiam suum, & qui alió mittuntur inhabitatũ. Vnde sunt coloniæ, quas tam multas Romani misere, ut de alijs taceã Græcis Asianisq;. Illæ uero quæ mittũt metropoles uocantur suarum coloniarum. g Tyrij tenuere coloni.] Nam à Tyrijs Carthago cõdita est, qui eo uenerunt tanquam Coloni cum Didone Elissa fugiente fratrem post Sichæi mariti cædẽ. Huius historiæ plena sunt omnia.

h Quæ Græce θρησκεία.] Suidas: Θρησκεία λατρεία· θρησκεύειν λατρεύειν· τὸ πρῶτον τοῖς θυσίαις λέγεσθαι γάρ, ὅτε ἱερεῖόν ἱερᾶς πρῶτον ἅπτοιντο τὰ ἀλλόφυλα μυσάττεσθαι τὸ τιμᾶν ὕπερ θρησκεύειν ἐκάλουν, ὅτε ἱερᾶς ἅπτοιντο ἔσυρε ἐ ὑρέσαιτο, ἢ ἀπὸ τοῦ θρηνεῖσθαι, ἢ ὅτιν ἱερᾶν· hoc est: Threscia latria idem cultus: & thresceui ueneratur deum, seruit dijs. Narrant enim Orphea Thracem primum arte mysteria Græcorum tradidisse, & cultum deorum threscia nominasse, cp Thracũ effet id inuentum, aut à threscendo deum, quod est uidere. i Tamen quia Latina loquendi cõsuetudine.] Nam religio & pietas pro eodẽ capiuntur: at pietas patriæ parentib us sanguinecq; iunctis debetur. k More autem uulgi hoc nomen etiã.] Pios enim indoctum uulgus misericordes uocat, & pietatem misericordiã. Sic Hispani & Galli, qui Latine loquuntur minus erudite. l Vel pro sacrificijs.] Alibi hoc deest. m Vel præ sacrificijs.] Vnde est illud. Misericordiam uolo, non sacrificium. n Quem sanè Græci nullo suo sermonis usu εὐσεβῆ uocant.] Nullo usu eruditorum.

De superna illuminatione quid Plotinus Platonicus senserit. Cap. II

ED non est nobis ullus cum his excellentioríb. philosophis in hac quæstione conflictus. Viderunt enim, suisq; literis multis modis copiosissime mandauerunt, hinc illos, unde & nos fieri beatos, obiecto quodam lumine in-

telligibili,quod deus est illis:& aliud est ꝗ illi, à quo illustrãtur ut clareãt,atq; eius participatione perfecti beatiq; subsistũt. [a]Sæpe multumq; Plotinus asserit sensum Platonis explanãs:ne illam quidem,quam credunt esse uniuersitatis animam,aliunde beatã esse ꝗ nostram:idq; esse lumen quod ipsa nõ est,sed à quo creata est: & quo intelligibiliter illuminãte,intelligibiliter lucet. Dat etiam similitudinem ad illa incorporea de his cœlestibus conspicuis amplisq; corporibus,[b]tanquam ille sit sol,& ipsa sit luna. Lunam quippe solis obiectu illuminari putant. Dicit ergo ille magnus Platonicus, animam rationalẽ, siue potius intellectualis dicenda sit,ex quo genere etiam immortaliũ beatorũq; animas esse intelligit, quas in cœlestibus sedibus habitare non dubitat,non habere supra se naturam, nisi dei,qui fabricatus est mũdũ, à quo & ipsa facta est:nec aliunde illis supernis præberi uitam beatam,et lumen intelligẽtiæ ueritatis,ꝗ unde prębetur & nobis,consonãs Euãgelio,ubi legitur: [c]Fuit homo missus à deo,cui nomen erat Ioannes:hic uenit in testimonium,ut testimoniũ perhiberet de lumine,[d]ut omnes crederent per eũ. [e]Non erat ille lumen,sed ut testimoniũ perhiberet de lumine. Erat lumen uerum, [f]quod illuminat omnem hominem [g]uenientem in hũc mundum. In qua differẽtia satis ostenditur animam rationalem,uel intellectualem,qualis erat in Ioanne,sibi lumen esse non posse,sed alterius ueri luminis participatione lucere. Hoc & ipse Ioannes fatetur,ubi ei perhibens testimonium dicit: Nos omnes de plenitudine eius accepimus.

L. VIVES

a Sæpe multumq; Plotinus.] Nam ex contemplatiõe patris illius optimi & pulcherrimi omnis beatitudo manat,ut ipse in opere de contemplatione docet:& alio in loco animas nostras laboribus corporis perfunctas fruituras ea beatitudine dicit,quam sine interpellationibus sempiternam possidet anima mundi. b Tanquam ille sit sol.] Princeps mundi, unde beatitas manat,& ipsa anima mũdi sit luna. c Fuit homo missus.] Ne,quia angelus dicitur nũcius,qui mittitur: & Ioannes quum sit missus,angelus etiã nominatur, putaret aliquis ex cœlestibus illum spiritibus unum esse, præfatus est Euangelista hominẽ esse,nec à se uel à quoquam alio potuisse ad rem tantam nunciandã mitti,ꝗ à deo. d Vt omnes crederẽt per eum.] Non in eum, inquit Beda:nam execrãdus homo, qui in homine cõfidit:sed per Ioannis testimoniũ crederent luci. Tametsi ambiguũ potest esse apud Græcos an sit,omnes credãt per Ioannem,an per lucem:nam est δι' αὐτοῦ, quod genere distingui non potest. e Non erat ille lumen.] Græce οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς. In articulo τὸ latere mysterium putat Theophylactus. Sãcti enim lumina sunt, etiam teste domino: Vos estis lux mundi. Et Ioannes lucerna dicitur:sed non sunt τὸ φῶς,id est ipsum lumen: nam lumina sunt de lumine ipso deriuata. Hinc est id, quod sequit: Erat lux uera. Quærit Augustinus,cur additum sit uera. Quoniam,inquit,illuminatus dicitur lux: sed uera lux, illa est, quæ illuminat. Seu ut articulus τὸ lumẽ significet,de quo est modo locutus,quasi non erat Ioannes illud de quo dicebam,lumen. f Quod illuminat omnem hominem.] Non quia nullus est hominum,qui non illuminetur,sed quia nisi ab illo nullus illuminat: uel,ut Chrysostomus dicit,illustrat unumquẽq; hominem,quantum ad ipsum pertinet. Si uero aliqui mentis oculis clausis luminis huius radios non admiserũt,non à lucis natura tenebræ generatæ sunt,sed à nequitia illorum,qui ultro se tanto bono fraudant, alioqui in usum uniuersorum per orbem sparso. g In hũc mundũ.] Græce est: εἰς τὸν κόσμον,In mũdum. Origenes ἀλληγορικῶς enarrat,eos illuminari à Christo,qui in mundum uirtutum ueniunt,non uitiorum.

De uero dei cultu, à quo Platonici quãuis creatorem uniuersitatis intellexerint, deuiarunt colendo angelos siue bonos siue malos honore diuino. III

QVAE cũ ita sint,si Platonici,uel quicunq; alij ita senserunt,cognoscẽtes deum,sicut deum glorificarẽt,et gratias agerent:nec euanescerent in cogitationibus suis, nec populorũ erroribus partim autores fierẽt, partim resistere non auderent:profecto confiterentur,et illis immortalibus ac beatis,& nobis mortalibus ac miseris, ut immortales ac beati esse possimus,unum deum deorum colendum, qui & noster est & illorum.

Quod uni uero deo sacrificium debeatur. Caput IIII

HVIC nos seruitutẽ,quæ latria Græce dicitur,siue in quibusq; sacramẽtis,siue in nobisipsis debemus. Huius enim templũ simul omnes,et singuli templa sumus: [a]quia & omniũ cõcordiam, & singulos inhabitare dignatur:nõ in omnibus,ꝗ in singulis maior: quoniam nec mole distẽditur,nec partitione minuitur. [b]Cum ad illum sursum est,eius est altare cor nostrum: [bb]eius unigenito eum sacerdote placamus:ei cruentas uictimas cædimus,quando usque ad sanguinem pro eius ueritate certamus: ei suauissimum adolemus incensum,cum in eius conspectu pio sanctoq; amore flagramus: [c]ei dona eius in nobis,noq; ipsos uouemus, & reddimus: ei beneficiorum eius solennitatibus festis,& diebus statutis dicamus,sacramusq; memoriã, ne uolumine temporũ ingrata subrepat obliuio:ei sacri-

ficamus hostiã humilitatis & laudis in ara cordis igne feruidæ charitatis. Ad hunc uidendum sicut uideri poterit,eiq; cohęrendũ ab omni peccatorum & cupiditatum malarum labe mundamur,& eius nomine consecramur. Ipse enim fons nostræ beatitudinis,ipse omnis appetitionis est finis. Hunc eligentes uel potius religẽtes,amiseramus enim negligẽtes: [d]hunc ergo religentes,unde & religio dicta perhibetur, ad eũ dilectione tẽdimus,ut perueniendo quiescamus:ideo beati,quia illo fine perfecti. Bonũ enim nostrum de cuius fine inter philosophos magna cõtentio est,nullũ est aliud,ꝗ illi cohærere,cuius unius anima intellectualis incorporeo,si dici potest,amplexu, [e]ueris impletur fœcũdaturq; uirtutibus. Hoc enim bonũ diligere, in toto corde, in tota anima, & in tota uirtute præcipimur. Ad hoc bonũ debemus, & à quibus diligimur duci, & quos diligimus, ducere. Sic cõplentur duo illa præcepta,in quibus tota lex pendet & prophetæ: [f]Diliges [g]dominũ [h]deũ [i]tuum [k]in toto corde tuo,& in tota anima tua,& in tota mente tua: [l]& diliges proximum tuum tanquam teipsum. Vt enim homo sese diligere nosset,cõstitutus est ei finis quò referret omnia, quæ ageret,ut beatus esset. Non enim qui se diligit,aliud esse uult ꝗ beatus. Hic autẽ finis est, adhærere deo. Iam igitur sciẽti diligere seipsum cum mandatur de proximo diligendo,sicut seipsum: [m]quid aliud mandatur, nisi ut ei quantũ potest,commendet diligendum deum? Hic est dei cultus,hęc uera religio,hęc recta pietas,hęc tantum deo debita seruitus. Quæcunq; igitur immortalis potestas quantalibet uirtute prædita,si nos diligit sicut seipsam, ei uult esse subditos,ut beati simus,cui & ipsa subdita beata est. Si ergo nõ colit deum,misera est, quia deo priuatur:si autẽ colit deum,nõ uult se coli pro deo. Illi enim potius diuinæ sentẽtiæ suffragatur, & dilectionis uiribus fauet,qua scriptum est:Sacrificans dijs eradicatur,nisi domino soli. Nam,ut alia nũc taceã,quæ pertinent ad religionis obsequiũ quo colitur deus:sacrificiũ certe nullus hominum est, qui audeat dicere deberi, nisi deo soli. Multa denique de cultu diuino usurpata sunt,quæ honoribus deferuntur humanis: siue humilitate nimia,siue adulatione pestifera: ita tamen ut quibus ea deferuntur,homines haberentur,qui dicuntur colendi & uenerandi:si autem eis multum additur, [n]& adorandi. Quis uero sacrificandum censuit,nisi ei,quem deum aut sciuit,aut putauit,aut finxit? Quàm porrò antiquus sit in sacrificando dei cultus,duo illi fratres Cain & Abel satis indicãt, quorũ maioris deus reprobauit sacrificium,minoris aspexit.

L. VIVES

a Qvia & omnium concordiam.] Quæ est ecclesia. b Quum ad illum sursum.] Hoc est,quod in missa iubemur facere,quũ ad participationẽ sacrorum qui intersunt,præparantur. Admonemur cura omni & cogitatione inferiorum rerum abiecta nos totos ad cogitationẽ,ad amorem dei conuertere,illicq; uti simus toti ceu alis quibusdam mentis elati. Ita enim purgatur animus,qui se sordibus istis extricat,præparatq; semetipsum dignũ deo templũ. bb Eius unigenito cũ sacerdote placamur.] Locus nõ caret mendo. nescio an sic legendũ: Eius unigenito sacerdote eũ placamus: ut sit,placamus patrẽ sacerdote filio sacrificiũ offerẽte: an sic,eius unigenito cũ sacerdote placemus: ut sit, nos cũ sacerdote agẽte sacra placemus eius unigenitũ. c Ei dona eius in nobis.] Si quid damus deo,non nostrũ sed suum illi reddimus. Nec gratius quicquam possumus deo facere,ꝗ bona nostra in fontem illum unde manarunt,referre. Hoc psalmista significat,dicens: Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam,& nomẽ domini inuocabo. Vnica est hic relatio gratiæ,si gratiam habeas. d Hunc ergo religentes,unde & religio.] Cicer. ij. De nat. deor. religionẽ à relegendo dictam esse putat,quod sit ceu cõgnitio dei,quod cum illo Mercurij dicto cõsentit: ὡς εὐσέβεια γνῶσις ἐστι θεοῦ, Religio notitia est dei. Lactantius lib. iiij. à religando religionem mauult esse nominatã,quasi deo obstricti & religati sint religiosi pietatis uinculo: Augustinus à religendo. Credo quod allusione nominis ad manum ex occasione capta. e Veris impletur fœcundaturq;.] Plato in conuiuio,hominem beatum pulchritudinis diuinæ inspectione ait,non simulachra, sed ueras & expressas uirtutes pariturum, alituruq;. f Diliges dominum deũ tuum.] Matth. xxij. O ꝗ paucis indiget humana uita legibus? ꝗ nihil opus est uero Christiano,immo uero homini,sed uerus homo non est, nisi Christũ agnoscat,& colat. Quàm igitur nihil opus est digestis,aut codicibus,nihil glossis,consilijs,cautelis? ut paucis uerbis magnus ille magister quemadmodũ unicuiq; uiuendum sit,docet? Ama ꝗ potes maxime, qui supra te est,& nõ aliter qui prope te ꝗ te,quod si feceris tu solus leges omnes, iuraq; scies, & seruabis, quæ alij magnis sudoribus uix discunt,multis incitamẽtis & terroribus uix seruant. eris maior philosophus Pythagora & Platone cum suis omnibus peregrinationibus & numeris: maior Aristotele cũ suis disputationibus librisq; conscriptis. Diliges,inquit, Quid potest esse dulcius dilectione? Non metuere,non fugere,non horrere præciperis. g Dominũ.] Vt scias illum esse reuerendum, nam dominus est. h Deum.] Qui unus est. i Tuũ.] Et si multorũ est,tamen uniuscuiusq; sit per cultũ proprius,nec desinit tamẽ communis esse. k In toto corde tuo.] August. lib. De doctrina Christiana. Deum ex toto corde diligere præciperis, ut omnes cogitationes tuas: ex tota anima tua,ut omnẽ uitam tuã: ex tota mente tua,ut omnẽ intellectũ tuum in illum conferas,à quo habes ea quæ cõfers. Nullã igitur uitæ nostræ partẽ reliquit,quæ uacare debeat,& quasi locũ dare,ut alia re uelit frui. Origenes sic explicat,ex toto corde,secundũ totam recordationẽ,& operationem,& cogitationem. Ex tota anima,ut parati sint eam ponere pro pietate dei. In tota mente,nihil aliud quàm quæ dei sunt proferentes. l Et proximum tuum.] Augustinus primo De do.

 Chri

Christiana, unumquemq; hominem proximũ esse alteri dicit. Et Christus simile pronunciat hoc mandatum esse superiori. nam ut Chrysostomus inquit, imago dei est homo, quo fit, ut qui hominem diligit, deum uideatur diligere. Hoc præceptum tam est naturæ aptum & congruẽs, ut gentiles philosophi sint ei suffragati. Nam unumquemq; hominem cuiuis alteri à natura conciliatum esse dicũt, ita omnes inter se sunt natura amici. Porrò inter leges amicitiæ illam ponunt de primis, ut amicus amicum non secus diligat, q̃ se, nam & alterũ se esse putat. m Quid aliud mandatur.] Cũ nihil sit quod magis optet homo, q̃ beatitudinẽ, si tantũ diligit fratrẽ, quantum se, eam nihilominus & illi debet optare, cura reçi ut quò ipse contendit ire, eò & ille intendat. n Et adorandi.] Nam homines etiam in sacris literis adorãtur genere quodam reuerentiæ & cultus.

De sacrificijs quæ deus non requirit, sed ad significationem eorum obseruari uoluit quæ requirit. Cap. V

QVIS autem ita desipiat, ut existimet aliquibus usibus dei esse necessaria, quę in sacrificijs offeruntur? Quod cum multis locis diuina scriptura testetur, ne longum faciamus, breue illud de Psalmo cõmemorare sufficerit: Dixi domino, deus meus es tu: [a] quoniam bonorũ meorum non eges. Nõ solum igitur pecore, uel qualibet alia re corruptibili atq; terrena, sed ne ipsa quidem iustitia hominis deum egere credendũ est, totumq; quod recte colitur deus, homini prodesse, non deo. Neq; enim fonti se quisquã dixerit profuisse si biberit, aut luci si uiderit. Nec quod ab antiquis patribus talia sacrificia facta sunt in uictimis pecorum, quæ nunc dei populus [b] legit, & non facit, aliud intelligendum est, nisi rebus illis eas res fuisse significatas, quę agũtur in nobis, ad hoc ut inhæreamus deo, & ad eundem finem proximo consulamus. Sacrificium ergo uisibile inuisibilis sacrificij sacramentũ, id est sacrum signũ est. Vnde ille pœnitẽs apud Prophetam, uel ipse Propheta quærens deum peccatis suis habere propitium: Si uoluisses, inquit, sacrificium dedissem: utiq; holocaustis nõ delectaberis. Sacrificiũ deo, spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatũ [c] deus non spernet. Intueamur quemadmodũ ubi deum dixit nolle sacrificium, ibi deum ostendit uelle sacrificium. Non uult ergo sacrificium trucidati pecoris, sed uult sacrificium contriti cordis. Illo igitur quod eum nolle dixit, hoc significatur, quod eũ uelle subiecit. Sic itaq; illa deũ nolle dixit, quomodo ab stultis ea uelle creditur, uelut suæ gratia uoluptatis. Nam si ea sacrificia quę uult, quorum hoc unum est, cor contritum & humiliatũ dolore pœnitendi, nollet eis sacrificijs significari, quę uelut sibi delectabilia desiderare putatus est, non utiq; de his offerẽdis in lege ueteri præcepisset: & ideo mutanda erant opportuno certoq; iam tempore, ne ipsi deo desiderabilia, uel certe in nobis acceptabilia, ac nõ potius, quę his significata sunt crederentur. Hinc & alio loco Psalmi alterius: Si esuriero, inquit, nõ dicã tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius. Nũquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Tanquã diceret: Vtiq; si mihi necessaria essent, nõ à te peterẽ, quæ habeo in potestate. Deinde subiũgens, quid illa significẽt: Immola, inquit, deo sacrificiũ laudis, & redde altissimo uota tua. Et inuoca me in die tribulationis, & eximam te, [d] & glorificabis me. Item apud alium Prophetã: In quo, inquit, apprehendam dominũ, assumã deum meũ excelsum? Si apprehendã illum in holocaustis, in uitulis anniculis? Si acceptauerit dominus in milibus arietum, aut in denis milibus hircorum pinguiũ? Si dedero primogenita mea pro impietate mea, fructum uẽtris mei pro peccato animæ meæ? Si annunciatũ est tibi homo bonum, aut quid dominus exquirat à te, nisi facere iudiciũ, & diligere misericordiã, & paratũ esse ire cũ domino deo tuo? Et in huius Prophetæ uerbis, utrunq; distinctũ est, satisq; declaratũ illa sacrificia nõ requirere deũ: quibus significãtur hæc sacrificia, quæ requirit deus. [e] In epistola quæ inscribitur ad Hebræos: Benefacere, inquit, & cõmunicatores esse nolite obliuisci. [g] talibus enim sacrificijs placatur deus. Ac per hoc, ubi scriptũ est: Misericordiã magis uolo q̃ sacrificium: nihil aliud q̃ sacrificio sacrificiũ prælatũ oportet intelligi: quoniã illud quod ab hominibus appellatur sacrificiũ, signũ est ueri sacrificij. Porrò autẽ misericordia uerum sacrificiũ est: unde dictum est, quod pauloante commemorauí: Talibus enim sacrificijs placatur deus. Quæcunq; igitur in ministerio tabernaculi siue templi multis modis de sacrificijs leguntur diuinitus esse præcepta, ad dilectionẽ dei & proximi significãdam referũtur. In his enim duobus præceptis, ut scriptum est, [h] tota lex pendet & prophetæ.

L. VIVES

a Quoniam bonorum meorum non eges.] Ille uere est dominus alterius, qui bonis eius non eget, quum hic egeat illius. b Legitime nõ facit.] Melius in alijs libris habetur: legit non facit. c Deus non spernet.] Iuxta Lxx. ὁ θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει. d Et magnificabis me.] In antiquis exemplaribus: Et glorificabis me. Vulgo: Et honorificabis me. Sed magis ad rationem uerbi Augustinus. Nam Græce est, καὶ δοξάσεις με. & sic in Hebraica ueritate Hieronymus interpretatur: tametsi inter hæc nihil interfit. e Itẽ apud aliũ prophetam.] Micheæ vi. ex interpretatione Lxx. In Hebraico habetur, ut Hieronymus uertit: Et solicitũ ambulare cũ deo tuo. Theodotio significantius expressit: καὶ ἑτοιμασθῆναι μετὰ τοῦ πορεύεσθαι μετὰ θεοῦ, id est: Caue diligenter, ut ambules cum deo tuo, ita ut secta uideaẽ, & æmulatio dei. f In epistola quæ scribitur.] Significat incertũ esse autorẽ. g Talibus enim sacrificijs placaẽ deus.] In antiquis: Placetur deo, utrũq; melius, q̃ quo modo uulgo habemus, Promeretur deus. Græce est: τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ θεός. quod etiam posset uerti, propitiatur deus, uel litatur deo. h Tota lex pendet.] Ad hunc finem omnia referuntur. Hic est scopus, in quem dicta omnia conijciuntur.

De uero perfectoq; sacrificio. Cap. VI

PROINDE uerum sacrificium est omne opus, quod agitur, ut sancta societate inhæreamus deo, relatum scilicet ad illum finẽ boni, quo ueraciter beati esse possimus. Vnde et ipsa misericordia, qua homini subuenitur, si propter deum non fit, nõ est sacrificiũ. Etsi enim ab homine fit uel offertur, tamen sacrificiũ res diuina est: ita ut hoc quoq; uocabulo id Latini ueteres appellauerint. Vnde ipse homo dei nomini cõsecratus, & deo deuotus, inquantũ mundo moritur ut deo uiuat, sacrificiũ est. Nam & hoc ad misericordiam pertinet, quã quisq; in seipsum facit. Propterea scriptũ est: Miserere animæ tuę placẽs deo. Corpus etiam nostrũ, cum per temperantiam castigamus, si hoc quemadmodum debemus propter deũ facimus, ut nõ exhibeamus mẽbra nostra arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiæ deo, sacrificiũ est. Ad quod exhortans Apostolus ait: Obsecro itaq; uos fratres per misericordiã dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiã uiuam, sanctam, deo placentem, rationabile obsequiũ uestrũ. Si ergo corpus, quo inferiore tanquã famulo, uel tanquã instrumento utitur anima, cũ eius bonus & rectus usus ad deum refertur, sacrificium est: quanto magis anima ipsa cum se refert ad deũ, ut igne amoris eius accensa, formã concupiscẽtiæ secularis amittat, eiq; tanquam incõmutabili formæ subdita, reformetur: hinc ei placẽs, quod ex eius pulchritudine acceperit, fit sacrificium. Quod idẽ Apostolus consequenter adiũgens: Et nolite, inquit, conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate mentis uestræ, ad probãdum quę sit uoluntas dei, quod bonum, & beneplacitũ, & perfectum. Cum igitur uera sacrificia opera sint misericordiæ, siue in nosipsos, siue in proximos, quæ referuntur ad deum: opera uero misericordiæ nõ ob aliud fiãt, nisi ut à miseria liberemur, ac per hoc, ut beati simus: quod nõ fit, nisi à bono illo, de quo dictum est, Mihi autem [a] adhærere deo bonum est: profecto efficitur, ut tota ipsa redempta ciuitas, hoc est, congregatio societas sanctorum, uniuersale sacrificiũ offeratur deo per [b] sacerdotem magnũ, qui etiam seipsum obtulit in passiõe pro nobis, ut tanti capitis corpus essemus [c] secundum formam serui. Hanc enim obtulit: in hac oblatus est, quia secundum hanc mediator est: in hac sacerdos, in hac sacrificium est. Quum itaq; nos hortatus esset Apostolus, ut exhibeamus corpora nostra hostiam uiuam, sanctam, deo placẽtem, rationabile obsequium nostrum, & non cõformemur huic seculo, sed reformemur in nouitate mentis nostræ: [d] ad probandum quæ sit uolũtas dei, quod bonum & beneplacitum, & perfectum, quod totum sacrificium ipsi nos sumus: Dico enim, inquit, per gratiam dei, quæ data est mihi, omnibus qui sunt in uobis, non plus [e] sapere, quàm oportet sapere, sed sapere [f] ad temperantiam: sicut unicuique deus partitus est fidei mẽsuram. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eosdem actus habent: ita multi unum corpus sumus in Christo: singuli autem, alter alterius mẽbra, habentes dona diuersa secundum gratiam, quæ data est nobis. Hoc est sacrificium Christiano rum. multi unũ corpus sumus in Christo: quod etiam sacramento altaris fidelibus noto frequẽtat ecclesia, ubi ei demõstratur, quod in ea oblatione quam offert, ipsa offeratur.

L. VIVES

a Adhærere deo bonum est.] Summum bonum & absolutum. b Per sacerdotẽ magnum.] Christum, non ex ordine Aaron, sed Melchisedech, qui semel tantum ingressus in sancta, pacem dei unica hostia corpore suo immolato inuenit. c Secundum formam serui.] Humanitas Christi huius ecclesiæ caput est. Diuinitas uero anima & uita. d Ad probandum quæ sit uoluntas dei.] Sic etiam hunc locum legit epistola octogesima sexta, quod Erasmus in annotationibus miratur: nam Græce est, τὸ ἀγαθὸν, καὶ εὐάρεστον, καὶ τέλειον, hoc est sicut uulgo habemus, bona, & beneplacens, & perfecta, ut de uoluntate intelligatur, τὸ βούλημα. Sed Augustinus, uel ad sacrificium refert, uel certe simpliciter: ut intelligatis, quæ sit uoluntas dei, quid etiam bonum

bonum ipſum,& beneplacens, & perfectum, cum quo Ambroſius conſentit. e Sapere.] Cogitare,ſentire, de ſe alijſq́,& fratribus,& rebus. f Ad temperantiam.] *εἰς τὸ σωφρονεῖν* in quo eſt mediocritas quædam totius uitæ, ſicut etiam in temperantia, qucmadmodū Cicero docet primo officiorum, ex Platone. libro Tuſculanarum quæſtionum tertio, temperatum à Græcis *σώφρονα* uocari ſcribit. & quam illi *σωφρονύνλν*, tum temperantiam ſe dicit uertere, tum moderationem, nōnunquam etiam modeſtiam. Et ambigit, an ea uirtus frugalitas dici poſsit.

Quod ſanctorum angelorum ea ſit in nos dilectio, ut nos nō ſuos, ſed unius ueri dei uelint eſſe cultores. Cap. VII

ERITO illi in cœleſtibus ſedibus conſtituti, immortales & beati, qui
M creatoris ſui participatione congaudent, cuius æternitate firmi, cuius ueritate certi, cuius munere ſancti ſūt: quoniā nos mortales & miſeros, ut immortales beatiq́ ſimus, miſericorditer diligūt, nolūt nos ſibi ſacrificare, ſed ei, cuius & ipſi nobiſcum ſacrificium ſe eſſe nouerunt. Cum ipſis enim ſumus una ciuitas dei, cui dicitur in Pſalmo: Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas dei: cuius pars in nobis peregrinatur, pars in illis opitulatur. De illa quippe ſuperna ciuitate, ubi dei uoluntas intelligibilis atq́ incōmutabilis lex eſt, [a]de illa ſuper-
c na quodammodo curia (geritur nanq́ ibi cura de nobis) ad nos miniſtrata per angelos ſancta illa ſcriptura deſcendit, ubi legitur: Sacrificans dijs eradicabitur, niſi domino ſoli. Huic ſcripturæ, huic legi, talibus præceptis tanta ſunt atteſtata miracula, ut ſatis appareat, cui nos ſacrificare uelint immortales ac beati, qui hoc nobis uolūt eſſe quod ſibi.

L. VIVES

a De illa ſuper nos quodāmodo.] Alibi ſic eſt: De illa ſupera quodammodo curia. Gerit nanq́ ibi curas de nobis ad nos miniſtrata per angelos.

De miraculis, quæ deus ad corroborandam fidem piorum, etiam per angelorum miniſterium promiſsis ſuis adhibere dignatus eſt. Cap. VIII.

AM nimis uetera ſi commemorem,
N longius quàm ſat eſt, reuoluere uidebor: quæ miracula facta ſint atteſtantia promiſsis dei, quibus ante annorum milia prædixit Abrahę, quod in ſemine eius omnes gentes benedictionem fuerant habiturę. Quis enim non miretur eidē Abrahæ filiū peperiſſe cōiugem ſterilem, eo tēpore ſenectutis, quo nec parere, nec eſſe fœcūda iam poſſet: atq́ in eiuſdē Abrahæ ſacrificio flammā cœlitus factam, inter diuiſas uictimas cucurriſſe: eidēq́ Abrahæ prædictū ab angelis cœleſte incendiū Sodomorū, quos angelos hominib. ſimiles hoſpitio ſuſceperat, & per eos de prole uentura, dei promiſſa tenuerat: ipſoq́ imminēte iam incēdio, mirā de Sodomis per eoſdē angelos liberationē Loth filij fratris eius: cuius uxor in uia retro reſpiciēs, atq́ in ſalē repēte cōuerſa, magno admonuit ſacramento,
B neminē in uia liberatiōis ſuæ pręterita deſiderare debere. Illa uero quę & quāta ſunt, quæ iam per Moyſen populo dei de iugo ſeruitutis eruēdo in Aegypto mirabiliter geſta ſunt, ubi magi Pharaōis, hoc eſt regis Aegypti, qui populū illū dominatiōe deprimebat, ad hoc facere quædam mira permiſsi ſunt, ut mirabilius uinceretur. Illi enim faciebāt ueneficijs & incātationib. magicis, quibus ſunt mali angeli, hoc eſt, dęmones dediti: Moyſes autē tanto potētius, quāto iuſtius in nomine dñi, qui fecit cœlū & terrā: ſeruientib. angelis, eos facile ſuperauit. Deniq́ in tertia plaga deficiētibus magis, decē plagæ per
c Moyſen magna myſteriorū diſpoſitione cōpletæ ſunt: quibus ad dei populū dimittendū, Pharaōis & Aegyptiorū dura corda ceſſerūt. Mox que pœnituit, & cū abſcedētes Hebræos conſequi conarētur, illis diuiſo mari per ſiccū tranſeūtibus, unda hinc atq́ hinc in ſeſe redeunte cooperti & oppreſsi ſunt. Quid de illis miraculis dicam, quę cū in deſerto idem populus duceretur ſtupēda diuinitate crebruerūt: aquas quæ bibi nō poterāt, miſſo in eas ſicut deus præceperat ligno, amaritudine caruiſſe, ſitiētesq́ ſatiaſſe: māna eſuriētib. ueniſſe de cœlo: & cū eſſet colligēti bus cōſtituta mēſura, quicquid amplius quiſq́
D collegerat, exortis uermib. putruiſſe: ante diem uero ſabbati duplū collectū, quia ſabbato colligere nō licebat, nulla putredine uiolatū: deſiderantibus carne ueſci, quæ tanto populo nulla ſufficere poſſe uidebatur, uolatilibus caſtra cōpleta, & cupiditatis ardorem faſtidio ſatietatis extinctum. Obuios hoſtes tranſitumq́ prohibentes atq́ prćliantes, orante Moyſe, manibusq́ eius in figuram crucis extenſis, nullo Hebræorū cadēte proſtratos: ſeditioſos in populo dei, ac ſeſe ab ordinata diuinitus ſocietate diuidētes, ad exēplū uiſibile inuiſibilis pœnę uiuos terra

terra dehiſcente ſubmerſos: uirga percuſſam A petram tantæ multitudini abundantia fluentia fudiſſe: ſerpētum morſus mortiferos immiſſos, ad pœnam iuſtiſsimam peccatorum, in ligno exaltato atq́ proſpecto æneo ſerpēte ſanatos, ut et populo ſubueniretur afflicto, & mors morte deſtructa, uelut crucifixę mortis ſimilitudine ſignaretur: Quem ſanè ſerpentem propter facti memoriam reſeruatū, cum poſtea populus errans tanquam idolum colere cœpiſſet, Ezechias rex religioſa poteſtate deo ſeruiens, cū magna pietatis laude contriuit.

L. VIVES

a Atq́ in eiuſdem Abrahæ ſacrificio flammam cœlitus factam.] Auguſtinus hunc locum recantat libro Retract. ij. Sic enim ait, de his loquēs libris: in quorum decimo libro non debuit pro miraculo poni in Abrahæ ſacrificio, flammam cœlitus factam inter diuiſas uictimas incurriſſe: quoniam hoc illi in uiſione mōſtratum eſt. Hæc ille, Idcirco enim miraculum non fuit, quod ipſi Abrahæ miranda res non erat: quippe non noua, ut quam ſciebat futuram.

De illicitis artibus erga dæmonū cultum, in quibus Porphyrius Platonicus quædam probando, quædā quaſi improbando uerſatur. Cap. IX

AEC et alia multa huiuſcemodi, quę
H omnia cōmemorare nimis longum eſt, fiebant ad commendandum unius dei ueri cultum: & multorum, falſorūq́ prohibendū. Fiebant aūt ſimplici fide atq́ fiducia pietatis, non incantationibus & carminibus nefariæ curioſitatis arte compoſitis, quam uel magiam, uel deteſtabilio re nomine [a]goetiā, uel honorabiliore [b]theurgiā uocant: qui quaſi conantur iſta diſcernere, & illicitis artibus deditos alios damnabiles, [c]quos et maleficos uulgus appellat, hos enim ad goetiā pertinere dicunt: alios autem laudabiles uideri
D uolunt, quibus theurgiam deputant, cum ſint utriq́ ritibus fallacibus dæmonū obſtricti ſub nominibus angelorū. Nā & Porphyrius quandam quaſi purgationē animæ per theurgiam, [d]cunctanter tamen & pudibunda quodammodo diſputatione promittit: reuerſionē uero ad deum hanc artem præſtare cuiquam negat, ut uideas eum inter uitium ſacrilegę curioſitatis, & philoſophiæ profeſsionem ſentētijs alternantibus fluctuare. Nunc enim hanc artē tanquā fallacem & in ipſa actione periculoſam, & legibus prohibitam, cauendam monet: nunc autem ue-
B lut eius laudatoribus cedens, utilē dicit eſſe mūdandæ parti animæ, non quidem intellectuali, qua rerū intelligibilium percipitur ueritas, nullas habentiū ſimilitudines corporum: [e]ſed ſpirituali, qua corporalium rerum capiūtur imagines. Hanc enim dicit per quaſdam conſecrationes theurgicas, [f]quas teletas uocant, idoneam fieri, atq́ aptam ſuſceptioni ſpirituum, & angelorū, ad uidendos deos. Ex quibus tamen theurgicis teletis fatetur intellectuali animæ nihil purgationis accedere, quod eam faciat idoneam ad uidendum deum ſuum, & perſpicienda ea, quæ uera ſunt. Ex quo intelligi poteſt, qualium deorum, uel qualem uiſionem fieri dicat theurgicis conſecrationibus, in qua non ea uidentur, quæ uera ſunt. Deniq́ animā rationalem, ſiue, quod magis amat dicere, intellectualē, in ſuperna dicit poſſe euadere: etiam ſi quod eius ſpiritale eſt, nulla theurgica fuerit arte purgatum. Porrò autem à theurgo ſpiritalem purgari hactenus, ut non ex hoc ad immortalitatem, æternitatemq́ perueniat. Quanquam itaq́ diſcernat à dæmonibus angelos, aerea eſſe loca dæmonum, [g]ęthrea uel empyrea diſſerens angelorum, & admoneat utendum alicuius dæmonis amicitia, quo
c ſubuectante, uel paululum poſsit eleuari à terra quiſque poſt mortem, aliam uero uiam eſſe perhibeat ad angelorum ſuperna conſortia, cauendam tamen dæmonū ſocietatem, expreſſa quodāmodo confeſsione teſtatur: ubi dicit animam poſt mortē luendo pœnas, cultū dæmonum à quibus circumueniebatur horreſcere. Ipſamq́ theurgiā, quā uelut cōciliatricē angelorū deorūq́ cōmendat, apud tales agere poteſtates negare nō potuit: quæ uel ipſæ inuideāt purgationi animæ, uel artibus ſeruiāt inuidorum, querelā de hac re Chaldæi neſcio cuius exprōmēs: Cōqueritur, inquit, uir in Chaldęa bonꝰ, purgādæ animæ magno molimine fruſtratos ſibi eſſe ſucceſſus, quū uir ad eadē potēs tactus inuidia, adiuratas ſacris precibus potentias alligaſſet, ne poſtulata cōcederent. Ergo & ligauit ille, inquit, & iſte nō ſoluit. Quo indicio dixit apparere theurgiā eſſe, tam boni cōficiendi, quàm mali, et apud deos, & apud homines diſciplinā: pati etiam deos & ad illas perturbationes paſſionesq́ deduci, quas communiter dęmonibus & hominibus Apuleius attribuit: deos tamen ab eis ætherea ſedis altitudine ſeparans, & Platonis aſſerens in illa diſcretione ſententiam,

L. VIVES

Goetia a GOetiā.] Est incãtatio, & ueneficij species. Suidas γοητεία, μαγεία, φαρμακεία, διαφέρουσι ἀπὸ ἐφεύρου μῆδοι καὶ πέρσαι. μαγεία μὲν ἐστὶν ἐπίκλησις δαιμόνων ἀγαθοποιῶν διὰ ἴον πρὸς ἀγαθοῦ τινὸς σύστασιν ὥσπερ τὰ τοῦ Ἀπολλωνίου τοῦ τυανέως θεσπίσματα. γοητεία δὲ ἐπὶ τὸ ἀνάγειν νεκρὸν διὰ ἐπικλήσεως, ὅθεν εἴρηται ἀπὸ τῶν γόων καὶ τῶν θρήνων τῶν περὶ τοὺς τάφους γινομένων. φαρμακεία δὲ ὅταν διά τινος σκευασίας θανατηφόρου πρὸς φίλτρον δοθῇ τινὶ διὰ στόματος. μαγεία δὲ καὶ ἀστρολογία ἀπὸ μαγουσσίων ἤρξαντο· οἱ γάρ τοι πέρσαι μάγοι ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ὀνομάζονται, καὶ μαγουσσαῖοι οἱ αὐτοί. Goetia, Magia, Pharmacia, differunt quæ sunt Persarum inuẽta. Magia quidem est inuocatio dæmonum scilicet beneficorũ ad aliquid conficiendum bonum, cuiusmodi erant Apollonij Tyanei prædictiones. Goetia uero fit per coactionem mortuorũ etiam inuocatione, hinc enim dicta est à planctu qui fit circa sepulchrum. Pharmacia uero fit, cum aliquid alicui porrigitur sumendum ore quod mortem sit allaturum certis incantamentis præparatum. Magia & Astrologia à Magusis originem duxerũt. Persæ uero Magi ab indigenis quibusdam nominantur, ijdem & Magusii.

Theurgia b Theurgiam.] Hæc est operatio diuina, quæ erat superiorum deorum, in qua cum erratur, ut inquit Iamblicus, non tunc bona numina quæ optantur, occurrunt, sed deteriora, & plane mala prætextu bonorũ. Idcirco oportet cum primis in ea, ne à ritu uetere sacerdotum latum unguem discedatur. c Quos & maleficos uulgus appellat.] Plerique ueterum existimarunt incantationes naturaliter non obesse, sed unumquenque cogitatione & imaginatione sua semetipsum incãtare. Plato lib. xi. De legibus, corporibus lædi corpora, hoc ex natura ipsa esse dicit: sed ueneficijs quibusdã magicis, & incantamentis, uinculis quoque, ut uocãt, & his qui nocere tentãt persuasum est id se posse, & alijs lædi se quoque posse goetia. Natura uero quemadmodum ista se habeant, non facile est cognoscere, nec persuaderi uulgo, etiã si quis norit animis hominum opinione illa imbutis inesse uim imaginibus occultã. Quo circa hãc legem fert: Ὃς ἂν φαρμακεύσῃ τινὰ ἐπὶ βλάβῃ, μὴ θανάσιμον, μήτε αὐτῶν, μήτε ἀνθρώπων τῶν ἐκείνου, βοσκημάτων δὲ ἢ σμηνῶν, ἥτε ἄλλην βλάβην, ἥτε οὖν θανάσιμον, ἐὰν μὲν ἰατρὸς ὢν τυγχάνῃ, καὶ ὄφλῃ δίκην φαρμάκων, θανάτῳ ζημιούσθω· ἐὰν δὲ ἰδιώτης, ὅ,τι χρὴ παθεῖν, ἢ ἀποτίσαι τιμάτω περὶ αὐτοῦ τὸ δικαστήριον· ἐὰν δὲ καταδέσεσιν, ἢ ἐπαγωγαῖς, ἢ τισιν ἐπῳδαῖς, ἢ τῶν τοιούτων φαρμακειῶν ὧν τινων ἐν δόξῃ ὅμοιος εἶναι βλάπτοντι· ἐὰν μὲν μάντις ὢν, ἢ τερατοσκόπος τεθνάτω· ἐὰν δὲ ἄνευ μαντικῆς ὢν τῆς φαρμακείας ὄφλῃ, ταὐτὸν καὶ τοῦτο γιγνέσθω· περὶ γὰρ αὖ καὶ τούτου τιμάτω τὸ δικαστήριον, ὅ,τι ἂν αὐτοῖς δεῖν αὐτὸν πάσχειν, ἢ ἀποτίνειν, hoc est: Quisquis aliquẽ uenenis læserit, si non lætaliter, neque eũ ipsum, nec quenquam de eius familia, sed uel pecus, uel aluearia, seu neci dederit, seu aliter affecerit quàm morte, si medicus sit, & ueneficij fuerit conuictus, extremo supplicio pœnã luito: sin inscius sit, iudices quod ipsum aut pati ergo aut soluere par sit, æstimãto. Si quis uero uinculis, aut illectamentis, uel incantationibus, aut eiusmodi quibuscunque ueneficijs nocẽti similis iudicatus fuerit: si uates sit, aut prodigiorum consultus, morte plectitor: sin earum artium expers ueneficium fecisse pronunciatum sit, & de hoc quoque cõsilium iudicum, qua pœna uel mulcta afficiendus sit censeto. Porphyrius libro De animaliũ abstinentia secundo, sic inquit: Per contrarios uero dæmones uniuersum efficitur ueneficium. Hos nanque maxime horumque ducem honorare solent, qui mala ueneficijs inferunt. Hi sanè dæmones omniformibus figuris, imaginibusque abundant, prodigiorumque machina strenue fallunt. Horum opera infelices φίλτρα amatoriaque maleficia machinantur. Omnis enim intemperantia, spesque diuitiarum, atque gloriæ per hos inualescit, præcipue uero deceptio. Mendacium enim proprium est eiusmodi dæmonum. d Cunctanter tamen & pudibũde.] Nam uidit non deesse his sacris suas fallacias dæmonum, qui

A se nobis ostentant, uenditantque, fraudãtque uotis, qui rite sunt eis operati. Sed Iamblichus homo initiatus, & ut ipse putat religiosior, non oportere artem totam damnari, inquit, tot seculis usu & magno labore comprobatã, quod interdum imponat utentibus. Quo circa sacerdotes distinguere spiritus decere regulis ordinis, & meminisse iactantiam in bonis spiritibus nullam esse. e Sed spiritali.] In qua sunt imagines ab externis sensibus ad interiores profectæ, in quibus est primus sensus cõmunis, deinde phantasia, tum æstimatio, & memoria, quæ nobis cum brutis communia sunt: receptacula prima eorum, quæ per ianuas sensuũ sunt admissa, quibus accedit mens, & exactum illud rationis iudiciũ, quæ scrutatur, perpenditque singula: ubi sunt duo intellectus, recipiens, qui dicitur possibilis, & agens: uoluntas deinceps sequitur. f Quas teletas uocant.] Dixi alibi teletas esse perfecta sacrificia, & τέλεια, quibus nihil deest.

B g Aetherea uel empyrea.] Plato in Epinomide, ut à principe gẽtis illius philosophorum exordiar, primum genus diuorum facit illud inuisibile: secundum, quod cœlo toto sparsum est, oculisque usurpatur. Tertium est dæmonum, neque id simplex. nam alios dæmonas æthereos, qui sunt ex puriore quadã substantia ponit. Alios aereos ex crassiore, nec illos nec hos esse in totum aspectabiles. Esse quoque aqueos, quos semideos uocari placet: hi aliàs cernuntur, aliàs aciem nostri obtutus fraudant: nam & quum spectantur, exiliter cogniti admirationem pectoribus intuentium incutiũt. Psellus ex Marco homine in dæmonũ cultu peritissimo scribit, sex esse dæmonum genera. Primum lingua barbara nominari batleliũreon, id est igneum: quod circa sublimiorem aerem peruagari dicit. Omne nanque dæmonium ex lunaribus regionibus, uelut ex templo prophanum aliquid exterminari. Secundum uero genus, quod in aere propinquo nobis oberrat, quod & à multis proprie aereũ

C nominatur. Tertium terrenum, quod plurimum circa terram uersatur, terrenisque aduersatur multis rationibus atque machinis. Quartum aquatile & marinũ, quod humorib. se immergit, ac libenter circa lacus & fluuios habitat, multosque perdit aquis, & in mari fluctus excitat ac tempestates, nauigiaque uiris onusta funditus submergit, multosque undis obruit. Quintum subterraneũ, quod habitat sub terra, inuaditque qui puteos effodiunt, & metalla efficit, hiatus terræ & fundamẽta cõcutit, flãmiuomos uẽtos suscitat. Sextum & ultimũ est lucifugũ, imperscrutabile, ac penitus tenebrosum, passionibusque frigidis uiolenter res perdẽs. Esse uero dicebat hæc omnia dæmonũ genera sic affecta, ut & deos oderint, & hominibus aduersentur, sed aliud alio peius. Hæc Psellus, qui quemadmodum dæmones hominũ generi, & imponant, & noceant, pluribus explicat. Nobis destinatam egredi beuitatem, nõ est animus. Porphyrius in libris responsorum ex Apollinis oraculis, alios deos cœlestes

D ponit, alios æthereos, quosdã aereos, nõnullos aqueos. Terrestres quoque & infernos: docetque, quibus quisque sit hostijs placandus. Terrestres furuis quadrupedibus sir per aras: inferni furuis quoque, sed in cauernis terræ: marini uolatilibus furuis in mare proiectis: aerei uolatilibus itidem, sed cæsis & candidis. Cœlestes & ætherei, candidis uictimis, quæ non sunt absumendæ, & alia in fana eodem spectantia. Neque hæc sunt recentiorum, sed iam inde ab Orpheo quoque, & etiam Mercurio deriuata. Iamblichus enim scribit Mercuriũ de empyreis dijs libros centum reliquisse, de æthereis totidem, de cœlestibus uero mille. Proclus dæmones diuidit in quinque non diuersas species, sed uelut præfecturas: nam ex muneribus, quæ gerunt distinguit: & de his quidem rebus satis, ut puto. Aug. itaque ex Porphyrio diuos empyreos, igneos uocat, quos nec ipse Porphy. nec Plato à cœlesti bus uidetur separare, qui igneæ sunt naturæ.

De theurgia quæ falsam purgationẽ animis dæmonum inuocatione promittit. Caput X

ECCE nunc alius Platonicus, quem doctiorem ferunt, Porphyrius, nescio per quam theurgicam disciplinam etiã ipsos deos obstrictos passionibus & perturbationibus dicit. Quoniam sacris precibus adiuuari, terrerique potuerunt, ne præstarent animæ purgationem, & ita terreri ab eo qui imperabat malum, ut ab alio qui poscebat bonum, per eandem artem theurgiam solui illo timore non possent, & ad dandum beneficium liberari. Quis non uideat hæc omnia fallacium dæmonum esse commenta, nisi eorum miserrimus seruus, & à gratia ueri liberatoris alienus? Nam si hęc apud deos agerentur bonos, plus ibi utique ualeret beneficus purgator animæ, quàm maleuolus impeditor. Aut si dijs iustis, homo pro quo agebatur, purgatione uidebatur indignus, non utique ab inuido territi, nec, sicut ipse dicit, per metum ualẽtioris numinis impediti, sed iudicio libero id negare debuerũt. Mirum est autem, quod benignus ille Chaldæus, qui theurgicis sacris animã purgare cupiebat, non inuenit aliquem superiorem deum, qui uel plus terreret, atque ad benefaciendum cogeret territos deos, uel ab eis terrentem cõpesceret, ut libere benefacerẽt: sic tamẽ theurgo bono sacra defuerunt, quibus ipsos deos quos inuocabat, animæ purgatores prius ab illa timoris peste purgaret. Quid enim causę est, cur deus potentior adhiberi possit, à quo terreantur, nec possit à quo purgẽtur? An inuenitur deus, qui exaudiat inuidum, & timorem dijs incutiat, ne benefaciãt: nec inuenitur deus, qui exaudiat beneuolum, & timorem dijs auferat, ut benefaciãt? O theurgia præclara, ó animæ prædicanda purgatio, ubi plus imperat immunda inuidentia, quàm impetrat pura beneficẽtia: immo uero malignorum spirituum cauenda & detestanda fallacia, & salutaris audiẽda doctrina. Quod enim, qui has sordidas purgatiões sacrilegis ritibus operãtur, quasdam mirabiliter pulchras, sicut iste cõmemorat, uel angelorum imagines, uel deorum, tanquam purgato spiritu uident: si tamen uel tale aliquid uident, illud est, quod Apostolus dicit:[a] Quoniã Satanas trãsfigurat se uelut angelum lucis. Eius enim sunt illa phantasmata, qui miseras animas multorũ, falsorumque deorum, fallacibus sacris cupiens irretire, & à uero ueri dei cultu, quo solo mũdantur & sanantur auertere,[b] sicut de Protheo dictum est, formas se uertit in omnes, hostiliter insequens, fallaciter subueniens, utrobique nocens.

L. VIVES

a QVoniam Satanas.] Hoc idem nec Porphyrius, nec Iamblichus potuerunt dissimulare. Porphyrius in ij. lib. De sacrificijs: Mendaciũ enim proprium est eiusmodi dæmonũ: dij enim uideri uolunt, ac potestas ipsa eis præsidens deus maximus uult haberi. Et ante: Assumunt, inquit, sibi aliorum deorũ facies. Et Iamblichus: Mali enim spiritus in similitudinẽ bonorũ se sæpe transformant, iactabundique ueniunt, & supra quàm sunt, sibi arrogãt. b Sicut de Proteo dictũ est.] Quarto Georgicorum Verg. Proteum Hesiodus filium facit Oceani & Thetydis, maximum uatem: &, sicut de illo Verg. inquit, nouit omnia quæ sunt, quæ fuerant, quæ mox uentura trahantur. Ab Homero coactus fingitur, ut uentura Agamemnoni caneret, sicut à Vergilio Aristeo. Valerius Probus Aegyptium fuisse scribit, & propter crudelitatem Busirim dictum, etsi Vergilius Pallenium facit, quæ est urbs in Macedonia. Seruius hic natum esse, cæterum in insula Carpatho regnasse putat ex Verg. sententia. Herodotus in Euterpe Memphitẽ scribit, quo rege Alexander & Helena in Aegyptum uenerũt, eosque ille quod adulteri essent, supra tres dies in regno suo esse uetuit. Diodorus lib. ij. quẽ Græci Protea, Aegyptios Cætea dixisse tradit, regnasseque in Aegypto tempore belli Troiani, peritum syderum, & multarum artium. Fingitur solitus mutare se in omnes animantium, stirpiumque formas, quòd earum naturas facile tum astrorũ scientia, tum etiam usu & consuetudine sacerdotum didicerit. His etiam accedit, quod cum Aegyptij reges in capite pro insignibus priorem uel leonis, uel tauri, uel draconis partem gestarent, interdum arborẽ, aut ignẽ, locum dedit Græcis hominibus commento. Suspicor illum hæc subinde insignia mutasse.

De epistola Porphyrij ad Anebuntẽ Aegyptiũ, in qua petit de diuersitate dęmonũ se doceri. Cap. XI

MELIVS sapuit iste Porphyrius[a] cũ ad Anebuntẽ scripsit Ægyptiũ, ubi consulenti similis & quærẽti, & prodit artes sacrilegas, & euertit. Et ibi quidem omnes dęmones reprobat quos dicit ob imprudentiam trahere[b] humidũ uaporem, & ideo non in æthere, sed in aere esse sub luna atque ipso lunæ globo. Verũtamen nõ audet omnes fallacias, & malitias, & ineptias, quibus merito mouetur, omnibus dæmonibus dare. Quosdam nanque benignos dæmones more appellat aliorum, cum omnes generaliter imprudentes esse fateatur. Miratur aũt quod non solum dij alliciãtur uictimis, sed etiam compellantur, atque cogantur facere quod homines uolunt: & si corpore et incorporalitate dij à dęmo

A nibus

nibus distinguuntur, quomodo deos esse existi
mandum sit solem & lunam, & uisibilia cætera
in cœlo, quæ corpora esse non dubitat. Et si dij
sunt, quomodo alij benefici, alij malefici esse di-
cantur, & quomodo incorporalibus cũ sint cor-
porei coniungantur. Quærit etiam ueluti dubi-
tans, utrũ in diuinantibus, & quædam mira faci
entibus animæ sint potentiores: an aliqui spiri-
tus extrinsecus ueniant, per quos hæc ualeãt. Et
potius uenire extrinsecus conijcit, [c] eo quod lapi
dibus, & herbis adhibitis, et alligent quosdam,
& aperiãt clausa hostia, uel aliquid eiusmodi mi
rabiliter operẽtur. [d] Vnde dicit alios opinari esse
quoddam genus, cui exaudire sit proprium, na
tura fallax, omniforme, multimodum, simulãs
deos & dæmones, & animas defunctorum, &
hoc esse quod efficiat hæc omnia quæ uidentur
bona esse uel praua: cæterum circa ea quæ bona
sunt nihil opitulari, imò uero ista nec nosse, sed
& male conciliare, & insimulare atque impedi-
re nonnunquam uirtutis sedulos sectatores, &
plenum esse temeritatis, & fastus, gaudere ni-
doribus, adulationib. capi, & cætera quę de hoc
genere fallacium malignorumq; spirituum, qui
extrinsecus in animam ueniũt, humanosq; sen-
sus sopitos uigilantésue deludunt, non tanquã
sibi persuasa confirmat, sed tam tenuiter suspica
tur, aut dubitat, ut hæc alios afferat opinari. Dif
ficile quippe fuit tanto philosopho cunctã dia-
bolicam societatem uel nosse, uel fidenter argue
re, quam quælibet anicula Christiana nec nosse
cũctatur, & liberrime detestatur. Nisi forte iste,
& ipsum ad quem scribit Anebuntem, tanquã
talium sacrorum præclarissimũ antistitem, & a-
lios talium operum tanquam diuinorum & ad
deos colendos pertinentium [e] admiratores uere
cundatur offendere. Sequitur tamen & ea uelut
inquirendo commemorat, quæ sobrie cõsidera
ta tribui non possunt nisi malignis & fallacibus
potestatibus. [f] Quærit enim cur tãquam melio
ribus inuocatis, quasi peioribus imperetur, ut in
iusta hominis præcepta exequantur: cur attre-
ctatum re uenerea non exaudiant imprecantẽ,
cum tamen ipsi ad incestos quosq; concubitus
quoslibet ducere non morentur: cur ab animã-
tibus suos antistites oportere abstinere denun-
cient, ne uaporibus profecto corporeis polluan
tur, ipsi uero, & alijs uaporibus illiciantur, & ni-
doribus hostiarum: cumq; à cadaueris cõtactu
[g] prohibeatur inspector, plerunq; illa cadaueri-

A bus celebrentur: quid sit, quod nõ dæmonĩ uel
alicui animæ defuncti, [h] sed ipsi soli & lunæ aut
cuicunq; cœlestium, homo cuilibet uitio obno-
xius intendit minas, eosq; territat falso ut eis ex
torqueat ueritatem. Nam & cœlum se collidere
comminatur, & cætera similia homini impossi-
bilia, ut illi dij tanquam insipiẽtissimi pueri, fal-
sis & ridiculis comminatiõibus territi, quod im-
peratur efficiant. Dicit etiam scripsisse Chære-
monem quendam talium sacrorum uel potius
sacrilegiorum peritum ea quę apud Aegyptios
sunt celebrata rumoribus, [i] uel de Iside, uel de
B Osiride marito eius, maximam uim habere co-
gendi deos ut faciant imperata, quando ille qui
carminibus cogit, ea se prodere uel euertere cõ-
minatur: ubi se etiam Osiridis membra dissipa
turũ terribiliter dicit si facere iussa neglexerint.
Hæc atq; huiusmodi uana & insana dijs homi
nem minari, nec quibuslibet, sed ipsis cœlestib.
& syderea luce fulgentibus, nec sine effectu sed
uiolenta potestate cogẽtem, atq; his terroribus
ad facienda quæ uoluerit perducentem, merito
Porphyrius admiratur: immo uero sub specie
admirantis & causas rerum talium requirentis,
dat intelligi, illos hæc agere spiritus, quorum ge
C nus superius sub aliorum opinatione descripsit,
non ut ipse posuit natura, sed uitio fallaces, qui
simulant deos & animas defunctorum, dæmo-
nes autem non, ut ait ipse, se simulant, sed plane
sunt. Et quod ei uidetur herbis & lapidibus &
animantibus & sonis certis quibusdam, ac uoci-
bus ac figurationibus, atq; figmentis, [k] quibus-
dam etiam obseruatis in cœli conuersione moti
bus syderũ, fabricari in terra ab hominibus po
testates idoneas uarijs effectibus exequendis,
totum hoc ad eosdem ipsos dæmones pertinet
ludificatores animarum sibimet subditarum, &
uoluptaria sibi ludibria de hominũ erroribus
D exhibentes. Aut ergo reuera dubitans & inqui-
rens ista Porphyrius, ea tamẽ cõmemorat, qui-
bus conuincantur & redarguantur, nec ad eas
potestates, quæ nobis ad beatam uitam capes-
sendam fauẽt, sed ad deceptores dęmones per-
tinere monstrentur: aut ut meliora de philoso-
pho suspicemur, eo modo uoluit hominem Ae
gyptium talibus erroribus deditum, & aliqua
magna se scire opinantem, non superba quasi
autoritate doctoris offendere, nec aperte aduer
santis altercatione turbare, sed quasi quærentis
& discere cupientis humilitate ad ea cogitanda
conuer

conuertere, & quàm sint contẽnenda uel etiam A
deuitanda monstrare. Deniq; prope ad episto
læ finem petit se ab eo doceri, quæ sit ad beati-
tudinem uia ex Aegyptia sapientia. Cæterum
illos quibus conuersatio cum dijs ad hoc esset,
ut ob inueniendum fugitiuum, uel prædium
comparandum, uel propter nuptias, uel merca-
turam, uel quid huiusmodi, mẽtem diuinam in
quietarent, frustra eos uideri dici coluisse sapien
tiam. Illa etiam ipsa numina cum quibus cõuer-
sarentur, & si de cæteris rebus uera prædicerẽt,
tamen quoniã de beatitudine nihil cautũ nec sa
tis idoneũ monerẽt, nec deos illos esse, nec beni B
gnos dęmones, sed aut illum, qui dicitur fallax,
aut humanum omne commẽtum. Verum quia
tanta et talia geruntur his artibus ut uniuersum
modum humanæ facultatis excedant, quid re-
stat, nisi ut ea quæ mirifice tanquam diuinitus
prædici uel fieri uidentur, nec tamẽ ad unius dei
cultum referuntur, cui simpliciter inhærere fatẽ-
tibus quoq; Platonicis, & per multa testãtibus
solum beatificum bonum est, malignorum dæ
monum ludibria & seductoria impedimenta,
quæ uera pietate cauenda sunt, prudenter in-
telligantur.

L. VIVES

CVm ad Anebuntẽ.] Aliter, ad Anebonẽ. b Hu
midum uaporem.] Delectari quoq; dicit libami
ne nidoreq; carnium, quibus spiritale corpus so-
let pinguescere. uiuit nanq; uaporibus, & fumigationi-
bus, uarieq; admodũ, ut par est, per uaria nidoreq; san
guinis & carnium uires assumit. Iamblichus uerior dæ
monum cultor, cum hæc omnia uideret ad declarãdam
dæmonum naturam tendere, omnia negauit. Nam Por
phyrius aperte erat testatus, hos qui uictimis cæsis de-
lectanẽ malos esse dæmones, & mendaces: quo circa &
in libris responsorum illos omnes diuos, tum cœlestes,
tum æthereos, aereos, marinos, terrestres, inferos, qui-
bus sacra fieri Apollo ex animãtibus iusserat, bonos es-
se deos negat, sed nepharios dæmones, qui sanguine &
cadaueribus teneantur. Ita ut manifesto appareat, iacta
ri eum inter ueritatem & receptam cõsensu hæresis opi-
nationem, ut nec bonos affirmare possit, nec malos om
nes audeat, ueritus condiscipulos, & autoritatem disci-
plinæ, ipsumq; nigrum Plutonem. c Eo quod lapidi
bus & herbis.] Miratur Porphyrius deos usq; adeo in-
seruire hominibus, ut uates etiam per farinam uatici-
nentur. Cui admirationi, quæstioniq; respondet, ut cæ-
teris facit, Iamblichus magnificorum uerborum conte
xtu: quæ facile est unicuiq; colligere, sed quid dicat in-
telligere, uel qua ratiõe dicat, probabiliter suadere, nõ
facile, nec ipsi quidem Iamblicho, nec omnibus Aegy-
ptijs impostoribus. Excessu, inquit, potestatis, & boni
tatis, & causa cõtinente in se omnia, misera potestas deo
rum, si farina ducitur: inepta bonitas, si aliam rationem
benignitatis non inuenit: abiecta & obnoxia natura, si
ita rerum causis comparatum est, ut farinam nequeat
contemnere: quod si possunt, cur non malunt bonam
mentem, quàm bonam farinam? aut cur non potius in-

A dicant se farina non moueri, & ea posita non uenire, re-
mota uenire. d Vnde dicit alios opinari.] Ipse idem
Porphyrius lib. ij. de abstinen. animali. à prauis dæmo-
nibus non modo uulgus esse deceptum scribit, sed phi-
losophos quoq; eruditos & disertos, qui eloquentia sua
multos alios in similem errorem pertraxerunt. Violen
ti enim sunt dæmones, & fallaces, simulatores, dissimu
latoresq;, cultumq; deorum ad seipsos transferre stu-
dent. Nam nullum est malorum genus, quo non dele-
ctentur: & deorum induti personam in errorem ac stul-
titiam impulisse nos gaudent. Tales sunt & animæ mor
tuorum, quæ uitijs oppletæ è corpore migrarunt. Affli-
ctantur enim adhuc iræ & concupiscentiæ perturbatio-
nibus, & in naturam conuersæ dæmonum similes illo-
rum redduntur, noxiæ & turbulentæ. In uarias quoq;
sese uertunt formas, ac modo conspicuas se oculis præ-
bent, modo recondunt. Ita eludunt aciem, tum intuen-
tium, tum etiam cogitantium. Vtriq; dæmones plebem
B ducunt cupidine opum, potentiæ, uoluptatum, & ina-
nis gloriæ. Hinc seditiones nascũtur, hinc rixæ, hinc bel
la. Et quod omnium scelestiss. est, hisce rebus optimos
quoq; deos oblectari persuadere uulgo connitunẽ. Qui
bus assensa poesis dulcedine sermõis multos mortales
cepit. Hæc & alia ibidem complura, non quærens iam,
& subdubitãs, ut in epistola ad sacerdotem, sed tanquã
in opere doctrinæ suæ, quid sentiat, aperiẽs. e Admi
ratores uerecundatẽ offendere.] Philosophos in opinio-
nibus De natura dæmonũ falsos esse ait, alios aliorũ gra
tia, nonnullos multitudinis opinione ductos. f Quæ-
rit enim cur tanquam.] Atqui de his locuturus disertis
uerbis præfatur deos uocari, malos autem esse dæmo-
nas. Sic enim orditur: περὶ τῶν θεῶν μὲν καλουμένων, πονηρῶν δ' ὄν-
των δαιμόνων. g Prohibeatur inspector.] ἐπόπτης. Vocabu
lum est ad initiatos rebus sacris pertinens. h Sed ipsi
soli & lunæ.] Sic illa maga Thessalis apud Lucanum in
vi. iactat se posse quoscunq; uelit in actus inuitos præbe
C re deos. i Vel de Iside, uel de Osiride.] Et hi sol & lu
na sunt. Sacra illa recondita & arcana ueneranda cum
sint turpissima flagitiorum ac scelerũ plena, aut timent
dæmones euulgari, qualia sunt Cereris: nam Isis est Ce
res: aut certe ficto timore belle animis hominum impo
nunt, & miserãdi erroris fructum capiunt. Atq; hæc de
Iside & Osiride ad inferna quoq; sacra spectant. Nã Por
phyrius ipse in libro responsorum maximũ dæmonum
Serapim nominari dicit, qui est Osiris apud Aegypti-
os, & apud Græcos Pluto, cuius symbolum esse dicit tri
cipitem canem, hoc est malum dæmonẽ, qui inuenitur
tribus elementis aere, aqua, & terra. Eius Isis est Proser
pina, & Hecate: unde manifestum est de arcanis Erebi
hæc intelligi, quæ magnam uim in magicis & excanta-
tionibus habent. Has minas & lunæ, & dijs inferis, & sa
cris deæ Eleusinæ intentatas Luc. attingit lib. vi. uerbis
Erichthus,

D Miratur Erichthô
Has fatis licuisse moras, irataq; morti
Verberat immotum uiuo serpente cadauer.
Perq; cauas terræ, quas egit carmine rimas
Manibus illatrat, regniq; silentia rumpit:
Tisiphone, uocisq; meæ secura Megæra
Non agitis sæuis Erebi per inane flagellis
Infelicem animam? iam uos ego nomine uero
Eliciam, stygiasq; canes in luce superna
Destituam, per busta sequar: per funera custos
Expellam tumulis, abigam uos omnibus urnis.
Teq; deis, ad quos alio procedere uultu
Ficta soles Hecate, pallenti tabida forma
Ostendam, faciemq; Erebi mutare uetabo,
Eloquar immenso terræ sub pondere, quæ te
Contineant Ennæa dapes, quo fœdere mœstum
Regem noctis ames, quæ te contagia passam

Noluerit reuocare Ceres: tibi pessime mundi
Arbiter immittam ruptis Titana cauernis
Et subito feriere die.

Porphyrius idem in respõsis Hecaten inducit coactam respondentem mago

Τίνδε δὴ χατίζων
Θεσσαλίμης ἐκάλω μι θέλω ἐπέδησας ἀνάγκαις,

Dic tibi quid nobis opus est, cur uincla necessi
Theodame iecisti. & Apollo in eandem sententiam uinctum se necessitate confitetur, & dicturum inuitum.

κλῦθί μοι οὐκ ἐθέλοντος ἐπεί μι ἐπέδησας ἀνάγκη.

Et post paulum solui clamat,

Λύετε λοιπὸν ἄνακτα.

Iamblichus in mysterijs scribit narrare Porphyrium sacerdotes consueuisse uiolentis quibusdam minis aduersum superos uti, ueluti nisi uos ita feceritis, uel contra, si feceritis aliquid, cœlos confringam, uel occulta Isidis patefaciam, uel arcanum in abysso recõditum diuulgabo: aut sistam barim, id est nauem quandam apud Ae- B gyptios sacrã, aut membra Osiris Typhoni dispergam. Ipse uero Iamblichus negat in deos cœlestes eiusmodi minas dirigi, sed esse in mundo genus quoddam potestatum ualde diuisum, & indiscretum, & inconsideratũ, quod accipit quidem ab alio rationem siue sermonem, exauditq́, sed propria intelligentia nequaquã, neq; uerum à falso, neq; possibile discernit ab impossibili. Hoc itaq; genus minitationibus lacessitum protinus irritatur, & efficit quod iubetur. Forsitan hoc istud est, quod per imprudentiam Porphyrius aliquid uelle ait. Iamblichus persequit̃, quid illæ minæ sibi uelint: ex eo petat, qui desiderat. k Quibusdam etiam obseruatis in cœli cõuersione.] Nam ipse Porphyrius etiam ex Chæremone res astronomiæ incomprehẽsibiles esse dicit humanis mentibus. Traduntur ergo à malis dæmonibus, ut reliqua omnia uaticinia, sicut Porphyrius inquit, in quo aduersus est ei Iamblichus, ut in hac ferè tota de ratione dæmonum disputatione. Conatur enim pro Anebone Porphyrio respondere homo prodigiosæ superstitionis, & disciplinæ.

De miraculis quæ per sanctorum angelorum ministerium deus uerus operatur. Caput XII

PORRO autem quęcunq; miracula, siue per angelos, siue quocunq; modo ita diuinitus fiunt, ut dei unius, in quo solo beata uita est, cultum religionemq́; commendent, ea uere ab eis, uel per eos qui nos secundum ueritatem D pietatemq́; diligunt, fieri ipso deo in illis operãte credendum est. Neque enim audiendi sunt, qui deum inuisibilem uisibilia miracula operari negant, cum ipse etiam secundum ipsos fecerit mundum, quem certe uisibilem negare nõ possunt. Quicquid igitur mirabile fit in hoc mũdo, profecto minus est, q̃ totus hic mundus, id est cœlũ, & terra, & omnia quæ in eis sunt, quę certe deus fecit. Sicut autẽ ipse qui fecit, ita modus quo fecit, occultus est, et incõprehensibilis homini. Quãuis itaq; miracula uisibilium naturarũ uidendi assiduitate uiluerint, tamen cũ ea sapiẽ- A ter intuemur, inusitatissimis, rarissimisq́; maiora sunt. Nam et omni miraculo quod fit per hominem, [a]maius miraculum est homo. Quapropter deus qui fecit uisibilia cœlum & terrã, non dedignatur facere uisibilia miracula in cœlo, uel in terra, quibus ad se inuisibilem colendum excitet animam adhuc uisibilibus deditam: ubi uero & quando faciat, incommutabile consiliũ penes ipsum est, [b]in cuius dispositione iam tempora facta sunt, quæcunq; futura sunt. Nam tẽpora mouens, temporaliter non mouetur, nec aliter nouit facienda, q̃ facta, nec aliter inuocantes exaudit, q̃ inuocaturos uidet. Nam & cum exaudiũt angeli eius, ipse in eis exaudit, tanquã in uero, nõ manufacto templo suo, sicut in omnibus sanctis eius quæ temporaliter fiunt iussa, æterna eius lege conspecta.

L. VIVES

a MAius miraculũ est homo.] Apud Mercurium uerbum est frequenter repetitum, magnũ miraculum hominem esse. b In cuius dispositione.] De scientia dei inquit Paulus, omnia esse oculis eius aperta & nuda. Tempora enim omnia sunt præsentia deo, nihil uenturum, nihil transactum. De rebus ergo uniuersis ita statuit, ac de præsentibus, sic agit, sic cognoscit: neq; ille ut nos ab hesterno die transit in hodiernum, ab isto in crastinum ueniet. Non recipit has angustias uel illa potentia, uel illa essentia. Præsens illi est to- C ta sua æternitas, quãto magis hæc nostra per exigua tẽpora: & tamen qui mẽtes creauit nostras, tempus etiam condidit nostris captibus aptum, & qui quemadmodũ nos uidemus uidet, non tamen sicut nos uidet, aut nouit. Præstabit hic in tanta materia philosophari non deficiente argumẽto, an cum Paulo in admirationẽ exclamare: O altitudo diuitiarum sapientia & scientia dei?

De inuisibili deo qui se uisibilem sæpe præstitit, non secundum quod est, sed secũdum quod poterant ferre cernentes. Caput XIII

NEC mouere debet, quod cum sit inuisibilis, [a]sępe uisibiliter patribus apparuisse memoratur. Sicut enim sonus quo auditur sentẽtia in silentio intelligentię constituta, non est hoc quod ipsa: ita et species, qua uisus est deus in natura inuisibili cõstitutus, non erat quod ipse. Veruntamen ipse in eadem specie corporali uidebatur: sicut illa sententia in ipso sono uocis audi- tur: nec illi ignorabant inuisibilem deum in specie corporali [b]nequaquam se posse uidere. Nam & loquebatur cum loquente Moyses, & ei tamen dicebat: Si inueni gratiam ante te, ostende mihi [d]temetipsum, sciẽter ut uideã te. Cũ igitur

tur oporteret dei legem in edictis angelorũ terribiliter dari, non uni homini paucisue sapientibus, sed uniuersæ genti & populo ingẽti, coram eodem populo magna facta sunt in monte, ubi lex per unum dabatur, conspiciente multitudine metuenda ac tremenda, quæ fiebant. Non enim populus Israel sic Moysi credidit, quemadmodum [c]suo Lycurgo Lacedæmonij, quod à Ioue seu Apolline leges quas condidit, accepisset. Cũ enim lex dabatur populo, qua coli unus iubebatur deus, in cõspectu ipsius populi, quantum sufficere diuina prouidẽtia iudicabat, mirabilibus rerũ signis & motib. apparebat, ad eandem legem dandam creatori seruire creaturã.

L. VIVES

Deus an uisus à patribus

a SAepe uisibiliter patribus.] Ioannes in Euangelio deum à nemine unquam uisum scribit. Idem Apostolus Paulus confirmat. sed Iacob se uidisse dominum facie ad faciem asseuerat. & de Mose scriptum est Exod. xxxiij. quod loquebatur cum domino facie ad faciem, sicut amicus cum amico suo solet loqui: quod & multa alia sacrorum librorum loca uidentur testari. Verum naturam dei esse homini uiuẽti inuisibilem ita constat, ut fuerint plerìq;, qui ne angelos quidem & archangelos, eam cernere existimarint, & prodiderint, ut docent Chrysostomus, & Gregorius. Viderunt igitur sancti patres angelos tanta maiestate formæ, ut facile diuinam esse intuentibus persuaderetur: nam angelos patribus locutos, & per illos datam esse legem, Paulus est au- C tor ad Hebræos. Si enim sermo qui per angelos dictus est factus est firmus &c. Et Actuum septimo, ait Stephanus Iudæos legem accepisse per dispositionem angelorum, Et species illa dei non erat, qui speciem nullam habet, quod Chrysostomus intelligi uult, quum dominus Iudæis negat eos uel speciẽ dei uidisse, uel audiuisse uocem, qui speciem se putabãt uidisse dei, ut Exo. xix. scribitur: sed uisibilis illa erat, & sub sensus cadebat species iussu dei ab angelo confecta, tam superans solitas à nobis spectari, ut diuina crederetur, & erat ad diuinitatem cernendam gradus. b Nequaquam se.] Alibi, in specie corporali quod ipse non erat se uidere. c Si inueni gratiam ante te.] Gregor. xvij. libro. moral. in Iob: Sed patenter, inquit, datur intelligi, quod q; diu hic mortaliter uiuitur, uideri per quasdam imagines potest deus, sed per ipsam naturæ suæ speciem non potest: ut anima gratia spiritus afflata per figuras quasdam deũ uideat, sed ad ipsam uim eius essentiæ non pertingat. Hinc est D enim quod Iacob, qui deum se uidisse testatur, non nisi angelum uidit. Hinc est quod Moses, qui cum deo facie ad faciem loquitur, dicit: ostende mihi temetipsum manifeste, ut uideam te. Ex qua eius petitione colligitur, quod eum sitiebat per incircunscriptæ naturæ suæ claritatem cernere, quem iam cœperat per quasdam imagines uidere: tantũ ille. Angelus uero domini legatus uerbis eius à quo mittebatur, Mosi talia multum oranti respondet: Non poteris uidere faciem meam: non uidebit me homo & uiuet. Ac paulum post: uidebis posteriora mea, faciem autem meam uidere nõ poteris. Itaq; uestigia à deo relicta in creaturis licet uidere, & ex eis inuisibilia dei cognoscere: ut ille sit eo amicior deo, cui maiora & præstantiora intueri detur. Facies autem ipsa domini amplior, & celsior est, quàm uel in angustias nostras possit intrare, uel in tantam humilitatem se demit- A tere. Multo est aliud de colloquio dei: nec puto esse impium aut absurdum existimare & olim cum patribus, & post Christum natum cum multis sanctorum locutũ esse deum ipsum dominum & autorem cœli ac terræ: nihil enim in hoc affirmatur incongruum immensæ maiestati, & est congruũ infinitæ bonitati. Facies uero ita potuit uideri ut Augustinus exponit. d Temetipsum scienter.] Ex lxx. γνωστῶς ἴδωσι. e Suo Lycurgo Lacedæmonij.] Lycurgus Eunomi Spartiatarum regis & Dionassæ filius, Polybitæ, seu ut est apud Plutarchum, Polydectæ regis frater fuit, quo mortuo regnauit, quo ad compertum est fratris coniugem uterum ferre. Tunc enim regno cessit infanti nondum nato, si mas foret, quo in lucem ædito prodicum eius, hoc est tutorem egit. Legesq́; Lacedæmonijs tulit, sanè quàm seueras, & duras: eamq́; ob causam Delphicum Apollinem autorẽ earum finxit. De Ioue sunt etiam qui putent: propterea quod Lycurgus suspitiones omnes & iurgia deuitans è patria B discessisset in Cretam, ubi aliquandiu egit uitam, consuluisseq́; putatur de legibus Iouem, in ea natum insula: ubi & interijsse Lycurgum scribit Iustinus, tametsi nec de origine, nec de peregrinatione, nec de ratione legum ferẽdarum, nec de morte satis inter rerum scriptores conueniat, ut Plutarchus inquit. de tempore quoq; ambigitur, & fuerit ne unicus Lycurgus. Timæus enim duos ponit, & quidẽ apud Lacedæmonios, nã de Thrace constat: ac utriusq; res gestas in alterum congeri, antiquioremq́; uel uixisse cum Homero, uel nõ longe fuisse post eius tempora. De legibus atq; institutis Lycurgi nihil dicam, quoniam & hoc loco uidetur alienum, & apud Xenophontem & Plutarchum sunt quàm plurima, qui libri sunt ferè in manibus. *Lycurgus*

De uno deo colendo, nõ solum propter æterna, sed etiam propter temporalia beneficia, quæ uniuersa in ipsius prouidentiæ potestate consistunt. Caput XIIII

SICVT autem unius hominis, ita humani generis, quod ad dei populũ pertinet, recta eruditio, per quosdã articulos temporum tanquam ætatum profecit accessibus, ut à temporalibus ad æterna capienda, & à uisibilibus ad inuisibilia surgeretur: ita sanè ut etiam illo tempore quo uisibilia promittebãtur diuinitus pręmia, unus tantũ colendus commendaretur deus, ne mens humana uel pro ipsis terrenis uitæ transitoriæ beneficijs, cuiquam nisi uero animæ creatori ac domino subderetur. Omnia quippe quæ præstare hominibus, uel angeli, uel homines possunt, in unius esse omnipotẽtis potestate, quisquis diffitetur, insanit. [a]De prouidẽtia certe Plotinus Platonicus disputat, eamq́; à summo deo, cuius est intelligibilis atque ineffabilis pulchritudo, [b]usq; ad hæc terrena & ima pertingere [c]flosculorum atq; foliorum pulchritudine comprobat, quæ omnia quasi abiecta & uelocissime pereuntia decẽtissimos formarum sua-

rum numeros habere non posse confirmat, nisi A inde formentur ubi forma intelligibilis, & incō mutabilis simul habēs omnia perseuerat. Hoc dominus Iesus ibi ostendit ubi ait: Considerate lilia agri quomodo crescunt, non laborant neq; nent, Dico autem, [d]quia nec Salomon in omni gloria sua sic amictus est, sicut unum ex his. Quod si fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, sic deus uestit, quanto magis uos, modicæ fidei? Optime igitur anima humana adhuc terrenis desiderijs infirma, ea ipsa quę temporaliter exoptat bona infima atq; terrena uitæ huic transitoriæ necessaria, & præ illius uitæ sempiternis beneficijs contemnenda, non tamen nisi ab uno deo expectare consueuit, ut ab illius cultu etiam in istorum desiderio non recedat, ad quem contemptu eorum, & ab eis auersione perueniat.

L. VIVES

a DE prouidētia certe Plotinus.] Libri sunt de prouidentia Plotini quatuor in quis ostendit maxima & minima à deo principe naturæ administrari, tum etiam ab illo mūdo intelligibili, qui est apud deum: hunc sensibilem esse procreatum, sed ab origine sua degenerantem magis, quo inferius descendit, esseq; ab uno generatum nō uere unum, à simplici multiplicem, & dispersum. b Vsq; ad hæc terrena.] Nam non defuerunt, qui è cœlis non descendere dei prouidentiam existimarent, quam opinionem uideo à quibusdā Aristoteli attribui: de qua re quid sentiam aliàs aperiā. Alij si quid in terris curant dij, nō nisi maxima putēt. Quē admodū maximi reges nō ad quæuis se demittunt. Vnde sunt illi uersus apud Lucanum Cæsaris ad milites tumultuantes:

Nunquam se cura deorum
Sic premit, ut uestræ uitæ uestræq; saluti
Fata uacent, procerum motus hæc cuncta sequuntur.
Humanum paucis uiuit genus.

c Flosculorum atq; foliorū.] Quorum unūquodq; tanta est forma, tam decenter aptum & coagmētatum, ita erumpit, ita adolescit, ita uiuit, ut ab alio artifice fieri non posse, q̄ à diuino res ipsa clamet. Proclus. Primum per omnia desuper prouidentiam ad ultimum usq; procedere, ac ne minimum quidem sui expers alicubi prætermittere. Sed quum habeamus sententiam principis disciplinæ Platonis, indigere non uidemur sectatorū dictis. Is ergo in Epinomide illud tenendum esse ante alia dicit, prouidentiā diuinam & maxima quæq; & minima curare, qua de re ipse disputauerat in lib. De legibus x. copiosius. Eius disputationis summa hæc est, cū dij sint, non conuenit eos esse ociosos, curāt ergo res humanas: cumq; omniscij sint, etiam minima uidēt, & norūt: proinde autē ab eis abest & desidia, & inertia, & ignauia, nec imbecilliores sunt in paruis, nec putant indignū sua maiestate illa curare, nam ea ceu gradus sunt ad maxima. Curant igitur uniuersa, & parua, & magna. d Quia nec Solomon.] Hieronymus hoc loco, reuera, inquit, quod fericum, quæ regum purpura, quæ pictura textrici cum, potest floribus comparari? quid ita candet ut lilium? Violæ uero purpuram nullo superari murice oculorum magis, quàm sermonis iudicium est. Sic Hieronymus. Et profecto imitatrix naturæ ars nunquam ilB lius perfectionem consequitur, tametsi æstimationibus nostris precium uincat: quia aliquo usq; æmulādo progressa multum putatur effecisse.

De ministerio sanctorū angelorum, quo prouidētiæ dei seruiūt. Cap. XV

ITAQ; diuinæ prouidētiæ placuit ordinare temporū cursum, ut quemadmodum dixi, & in actibus Apostolorum legitur, [a]lex in edictis angelorum daretur de unius ueri dei cultu: in quibus et persona ipsius dei, non quidē per suam substantiā, quæ semper corruptibilibus oculis inuisibilis permanet: sed certis indicijs per subiectā creatori creaturā, uisibiliter appareret, & syllabatim per transitorias temporū morulas, humanæ linguæ uocibus loqueretur, qui in sua natura, non corporaliter, sed spiritaliter: nō sensibiliter, sed intelligibiliter: non tēporaliter, sed, ut ita dicam, æternaliter: nec incipit loqui, nec desinit: quod apud illum syncerius audiunt, non corporis aure sed mentis, ministri eius, & nuncij, qui eius ueritate incōmutabili perfruuntur immortaliter beati: & quod faciēdum modis ineffabilibus audiunt, & usq; in ista uisibilia atq; sensibilia perducendum incunctāter, atq; difficulter efficiunt. Hæc autem lex cū distributione temporum data est, quæ prius haberet, ut dictū est, promissa terrena, quibus tamen significarentur æterna, quæ uisibilibus sacramētis celebrarent multi, intelligerent pauci. Vnius tamen dei cultus apertissima illic et uocū & rerum omniū contestatione præcipitur, non unius de turba, sed eius, qui fecit cœlum, terrā, & omnem animam, & omnē spiritum, qui non est quod ipsa. Ille enim fecit, hæc facta sunt, atque ut sint & bene se habeant, eius indigent, à quo facta sunt.

L. VIVES

D Ex in edictis angelorum.] Vulgo legimus: In dispositionem: ministri: enim fuerunt sancti angeli illorum mirabilium: de hoc alibi.

An de promerenda beata uita, his angelis sit credendum, qui se coli exigūt honore diuino: an uerò illis, qui non sibi, sed uni deo sancta præcipiunt religione seruiri. Cap. XVI

VIBVS igitur angelis de beata & sempiterna uita credendum esse cēsemus? Vtrū eis, qui se religionis ritibus coli uolūt, sibi sacra & sacrificia flagi-

flagitātes à mortalibus exhiberi: an eis, qui hūc A niacis ritibus fallacissima corū astutia perhibentur. Sed ea dico quæ ui ac potestate eorū fieri satis euidenter apparet, ut est [d]quod effigies deorum Penatū, quos de Troia Aeneas fugiens aduexit, de loco in locū migrasse refertur: [e]quod cotem Tarquinius nouacula secuit: [f]quod Epidaurius serpens Aesculapio nauigāti Romam [g]comes adhæsit: [h]quod nauim qua simulachrū matris Phrygiæ uehebatur, tantis hominum boumq; conatibus immobilem redditam, una muliercula zona alligatā, ad suæ pudicitiæ testimonium mouit & traxit: [i]quod uirgo Vestalis, de cuius corruptiōe quæstio uertebatur, [k]aqua impleto cribro de Tiberi neq; perfluēte, abstulit controuersiam. Hæc ergo atq; alia huiusce modi nequaquā illis quę in populo dei facta legimus, uirtute ac magnitudine cōferenda sunt: quanto minus ea, quæ illorū quoq; populorū, qui tales deos coluerūt legib. iudicata sunt prohibenda atq; plectēda, magica scilicet uel theurgica? [l]Quorū pleraq; specietenus mortaliū sensus imaginaria ludificatione decipiūt, [m]quale est lunam deponere, [n]Donec suppositas, ut ait Lucanus, propior despumet in herbas. Quædam uero etsi nōnullis piorum factis uideantur operę coæquari, finis ipse quo discernuntur, incomparabiliter hæc nostra ostendit excellere. Illis enim multi tanto minus sacrificijs colendi sunt, quanto magis hæc expetūt: his uero unus commendatur deus, qui se nullis talibus indigere, & scripturarū suarū testificatiōe, & eorundē postea sacrificiorū remotione demonstrat. Si qui ergo angeli sibi expetūt sacrificiū, præponendi eis sunt qui nō sibi, sed deo creatori omniū cui seruiunt. Hinc enim ostendunt c̄ syncerò amore nos diligunt, quando per sacrificium non sibi, sed ei nos subdere uolunt, cuius & ipsi contemplatione beati sunt, & ad eū nos peruenire quę- D runt, à quo ipsi non recesserūt. Si autem angeli qui nō uni, sed plurimis sacrificia fieri uolūt, nō sibi sed eis dijs uolunt, quorum deorum angeli sunt, etiam sic eis præponēdi sunt illi, qui unius dei deorum angeli sunt: cui sacrificari sic iubent, ut alicui alteri uetent, cum eorum nullus huic uelit, cui uni isti sacrificari iubent. Porrò si quod magis indicat eorum superba fallacia, nec boni nec bonorum deorum angeli sunt, sed dæmones mali, qui non unum solum ac summū deum sed seipsos sacrificijs coli uolunt, quod maius quàm unius dei contra eos eligendum

est presidium, cui seruiunt angeli boni, qui non sibi, sed illi iubent ut sacrificio seruiamus, cuius nosipsi sacrificium esse debemus.

L. VIVES

a VT sine hac quibuslibet alijs bonis.] Hoc nō uno loco affirmat Plato, sine uirtute, & illius quod uere est cognitione reliqua esse abiectissima, & miseriam meram. b Periurgi.] A perurgendo, an perurgi à perurendo. c Quæ procurari.] Sacrificio, inquit Valerius, solenni ritu ostentorum ac fulgurum denunciationes procurantur. Hanc artē Ethrusci multum exercuerunt, & Romanis Numa rex tradidit. De procuratione fulgurum & ostētorum crebra mentio apud scriptores Latinos, ut apud Ciceronem, Senecam, Procurare Liuium, & alios. Estq; procurare, sacrum facere ei deo, cui oportet in tali re fieri, ut omen secundet. d Quod effigies deorum penatum.] Valerius libro primo: Penates deos Aencam Troia aduectos Lauinij collocasse, indeab Ascanio filio eius, Albam, quam ipse condiderat, translatos pristinum sacrarium repetisse. Et quia id humana manu factu existimari poterat, relatos Albā, uoluntatem suam altero transitu significasse. e Quod cotem Tarquinius.] Quum Centuriarum equitum numerum uellet rex Tarquinius Priscus ampliare, Actius Nauius augur negauit id fieri debere, nisi consultis auibus. Rex ut artē eluderet, diuina, inquit, ex arte, an fieri possit quod cogito. cum ille ex arte respondisset posse, seca, inquit, nouacula cotem, quia acuie. Ille præsente & inspectante populo, regeq;, hoc fecit. Ita deinceps magno in honore fuit Actius quandiu uixit, & statua ei eodem loco quo id cōtigerat, in comitio scilicet, posita: & cos ibi, nouaculaq; locata, monumentum rei. Liuius libro primo, & Cicero primo de diuin. sed cotem à Nauio discissam scribunt, non à rege Tarquinio. f Quod Epidaurius serpens.] Hic est Aesculapius, de quo diximus alibi, qui specie serpētis Romam est à templo suo, quod erat quinq; milibus ab Epidauro passibus, translatus. Dæmonarches, inquit Lactātius, in figura sua fine dissimulatione perductus est. nam diuinæ literæ, serpētem esse dæmonem perhibent, & Pherecydes Syrus serpētinis illos pedibus esse, scribit. g Comes adhæsit.] Immo ipse draco erat Aesculapius, nisi putent Aesculapio inuisibili comitem eius draconem conspici. Nam & Aesculapius cum baculo serpēte inuoluto pingebatur, & in cœlo Ophiuchus creditur, id est anguitenēs, & statutum ut medici anguibus uterentur. Sic scribit Hyginus in historia cœlesti. Plinius anguem putat dicatum Aesculapio, quòd in eo insint multa remedia: Macrobius quia acute cernit. unde est illud apud Horatium,

Cur in amicorum uicium tam cernis acutum,
Quàm aut aquila, aut serpens Epidaurius?

h Quod nauim qua simulachrum.] Cum nauis, qua mater deūm ex Pessimunte Phrygiæ Romam aduehebatur, hæsisset in Tiberi, nec ui uirūm boumq; moueri posset, Q. Claudia Vestalis, quæ aduerso pudicitiæ rumore laborabat, quòd cultus esset studiosior, discincta zona & riui alligata, precata deam, ut si castā se nosset, uolens sequeretur, nauem duxit: cui postea statua est erecta ante ædem magnæ matris, quæ in sua basi semper stetit, quum bis fanū illud conflagrarit. Liuius secundo de bello Punico. Ouidius in Fastis, & Valerius Maximus. i Quod uirgo Vestalis.] Hæc erat Tucia, ut Valerius scribit libro octauo. k Aquā imp. cribro.] Alibi, aqua impletum cribrum neq; perfluente. l Quorū pleraq; specietenus.] Multa sibi homines cogitatione fingūt, quæ sibi uisi sunt uidere, quū nihil uiderint, idq; phātasmate aliquo oblato tam fit facile, ut nihil crebrius contingat. Vnde maxima pars eorū, quæ de spectris & uissone dæmonum narrātur, est orta: tum etiam dæmones oculis nostris illudūt. Nec mirum est hæc fieri posse dæmonibus, & falli ab eis obtutus nostri aciem, cum à circulatoribus nobis sic imponat, ostendaturq;, quæ nisi à tali hominum genere agerentur, pro miraculis qui caperent, non deessent: etiam sic facta admiratione sunt, & uix acumen ingenij rationem illorum consequitur. Suntq; qui credant sine dæmonica ui non perfici: artis tamē sunt exercitatissimæ. quæ celeri motu atq; agitatione defixum in res obtutum præstigijs frustrat. Ita qui edit panem, spuere cernitur farinam siccam: qui bibit uinum, per frontem id, aut etiam per iugulum remittit. Magno spectatorum metu, ac horrore, gladij uoratur, & ingens uis euomitur acuum, zonularum, numorum. Transeo quæ ex magia naturali fiunt, subito apparere cōiuuas omnes truncos, aut asininis capitibus, extendi per triclinium uitem. Quorum rationem pluri mi norunt, nam libri his de rebus sunt conscripti, & facta facilia sunt: quanto magis dæmones, qui nobis, & agilitate præstant, & peritia rerum naturæ. Gentilib. suorum deorum quæ narrabātur miracula, fuisse suspecta, & imaginatione quorundam cōmenta, uulgataq;, satis Valerius indicat lib. i. Nec me præterit, inquit, de motu & uoce deorū immortaliū, humanis oculis, auribusq; percepto, q; ancipiti opinionum æstimatione uersetur, sed quia non noua dicuntur, sed tradita reperiuntur, fidem autores uendicent, nec nostrum sit inclytis literarum monumentis consecrata, perinde ac uana, refugisse. Hæc Valerius. Liuius quoq; non uno loco, uersis in religionem periculosis temporibus animis, multa uisa, creditaq; prodigia, quæ non erant. m Quale est Lunam deponere.] Lucanus libro sexto, de magorum uiloquens:

Illis & sydera primum
Præcipiti deducta polo, Phœbeq; serena
Non aliter diris uerborum obsessa uenenis
Palluit, & nigris terrenisq; ignibus arsit,
Quàm si fraterna prohiberet imagine tellus,
Inserereq; suas flammis cœlestibus umbras.
Et patitur tantos cantu depressa labores,
Donec suppositas propior despumet in herbas.

Maga apud Vergiliū profitetur se posse uertere sydera retro, quarto Aeneidos: & illa Apuleiana potēs erat deos infimare, & sydera extinguere. Ouidius de Medea:

Illa reluctantem cursu deducere lunam
Nititur, & tenebras addere solis equis.

Hoc enim erat persuasum illis magicis incantamentis detrahi cœlo lunam: Sicut ait Verg. in pharmaceutria,

Carmina uel cœlo possunt deducere lunam.

Idcirco nutrix illa apud Senecam in Hippolyto, cū lunam ueneratur, ad hunc loquitur modum:

Sic te lucidi uultus ferant,
Et nube rupta cornibus puris eas.
Sic te gerentem frena nocturni ætheris
Detrahere nunquam Thessali cantus queant.

A diuuari putabant lunam sic laborātem sonitibus per magnis, ne uoces incantantium eò possint peruenire, ut ab ea exaudirentē: idcirco pelues, & tympana, & cymbala pulsabantur. Hoc enim prodesse plurimum existimabant. Propertius:

Cantus & è curru lunam deducere tentant.
Et facerent, si non æra repulsa sonent.

Iuuenalis de fœmina loquacissima Satyra vi.

Vna laboranti poterit succurrere lunæ.

Fiebat enim idē cum luna deficeret, amoto sole interiectu terræ: nam rationē ignorabant. Plinius lib. ij. de his qui causas defectuū solis lunæq; prodiderunt loquens: Viri, inquit, ingētes, supraq; mortaliū naturam tantorū numinū lege deprehensa, & misera hominum mente absoluta in defectibus stellarū scelera aut mortē aliquam

sydera patentes, quo in metu fuisse Stesichori & Pindari uatum sublimia ora palàm est, deliquio solis & in luna ueneficia arguēte mortalitate, & ob id crepitu dissono auxiliante. Nec mirum est creditum olim rudi hominum generi lunam cœlo auferri, cùm nostra memoria sit populus, qui lunam ab asino epotam crediderit, cum is asinus de fluuio biberet, qui lunæ speciem, ut sit reddebat, illaq; obtectu nubis subito se condidisset, asinusq; in carcerem coniectus, & post legitimam quæstionem iectus est, ut lunam mundo redderet. n Donec suppositas.] Hæc spuma Cerberi existimabat, qui est Hecates seu Proserpinæ, id est lunæ, canis qua magæ in ueneficijs suis utebantur.

De arca testaměti miraculisq; signorum quæ ad commēdandam legis ac promissionis autoritatem diuinitus facta sunt. Cap. XVII

ROINDE lex dei, quæ in edictis data est angelorum, in qua unus deus
P deorum religione sacrorū iussus est coli, alij uero quilibet prohibiti, in arca erat posita, quæ arca testimonij nuncupata est. Quo nomine satis significatur, non deum qui per illa omnia colebatur circumdi solere, uel contineri loco, cum respōsa eius, & quædam humanis sensibus darētur signa ex illius arcæ loco, sed uoluntatis eius hinc testimonia perhiberi, quod etiam ipsa lex erat in tabu- c
lis conscripta lapideis, & in arca ut dixi posita: quam tempore peregrinationis in eremo cū tabernaculo, quod similiter appellatū est taberna culū testimonij, cū debita sacerdotes ueneratione portabāt. Signūq; erat, quod per diē nubes apparebat, quę sicut ignis nocte fulgebat. Quę nubes cū moueretur, castra mouebātur, & ubi staret castra ponebātur. Reddita sunt autem illi legi magni miraculi testimonia, præter ista quę dixi, & pręter uoces quæ ex illius arcæ loco ædebātur. Nā cū terrā promissionis intrātibus eadē arca transiret Iordanē, fluuius ex parte supD riore subsistens, & ex inferiore decurrens, et ipsi & populo siccum præbuit transeundi locū. Deinde ciuitatis, quæ prima hostilis occurrit, more gentiū deos plurimos colens, septies eadem arca circumacta, muri repēte ceciderunt, nulla manu oppugnati, nullo ariete percussi. Post hoc etiam cū iam in terra promissionis essent, & eadē arca propter eorum peccata fuisset ab hostibus capta, hi qui eam ceperāt, in templo dei sui, quē præ cæteris colebant, honorifice collocarūt, abeuntesq; clauserunt, apertoq; postero die, simulachrū cui supplicabant, inuenerunt collapsum, deformiterq; confractū. Deinde ipsi prodigijs acti, deformiusq; puniti, arcam diuini testimonij populo unde ceperant reddiderunt. Ipsa autem redditio qualis fuit? Imposuerūt eam plaustro, eiq; iuuencas à quibus uitulos sugentes abstraxerant, subiunxerunt, & eas quò uellent ire siuerunt, etiam hinc uim diuinam explorare cupientes. At illæ sine homine duce atq; rectore, ad Hebræos uiam pertinaciter gradientes, nec reuocatæ mugitibus esurientium filiorum, magnum sacramentū suis cultoribus reportarunt. Hæc atq; huiusce modi deo parua sunt, sed magna terrendis salubriter erudiendisq; mortalibus. Si enim philosophi, præcipueq; Platonici, rectius cæteris sapuisse laudātur, sicut paulo ante commemoraui, quòd diuinam prouidētiam hæc quoq; rerum infima atq; terrena administrare docuerint, numerosarum testimonio pulchritudinum, quę non solum in corporibus animalium, uerum etiam in herbis, fœnoq; gignūtur: quanto euidentius hæc attestantur diuinitati, quæ ad horam prædicationis eius fiunt, ubi ea religio commendatur, quæ omnibus cœlestibus, terrestribus, infernisq; sacrificari uetat, uni deo tantum iubens, qui solus diligens & dilectus, beatos facit, eorumq; sacrificiorum præ- c
niens tempora imperata, eaq; per meliorem sacerdotē in melius mutanda prædicens, non ista se appetere, sed per hæc alia potiora significare testatur, non ut ipse his honoribus sublimetur, sed ut nos ad eum colendum, eiq; cohærēdum igne amoris eius accēsi, quod nobis, non illi, bonum est, excitemur.

Contra eos, qui de miraculis, quibus dei populus eruditus est, negant ecclesiasticis libris esse credēdū. Ca. XVIII

N dicet aliquis, ista falsa esse miracula, nec fuisse facta, sed mēdaciter scripta? Quisquis hoc dicit, si de his rebus negat omnino ullis literis esse credēdum, potest etiam dicere, nec
A deos ullos curare mortalia. Non enim se aliter colendos esse persuaserūt, nisi mirabilibus operum effectibus, quorum & historia gentium testis est, quarum dij se ostentare mirabiles, potius quàm utiles ostendere potuere. Vnde hoc opere nostro, cuius hunc iam decimum librū habemus in manibus, non eos suscepimus refellēdos, qui uel ullam esse uim diuinam negant, uel

humana non curare contendunt, ſed eos qui A noſtro deo cõditori ſanctę & glorioſiſsimę ciuitatis, deos ſuos præferunt, neſciẽtes eum ipſum eſſe etiam mundi huius uiſibilis, & mutabilis uiſibilem & incõmutabilem conditorem, & uitæ beatę non de his, quę condidit, ſed de ſeipſo ueriſſimum largitorem. Eius enim Propheta uaciſsimus ait: Mihi autẽ adhęrere deo bonum eſt. De fine nanq; boni inter philoſophosque ritur, [a]ad quod adipiſcendũ, omnia officia referẽda ſunt. Nec dixit iſte: Mihi autẽ nimis diuitiſs abundare, bonum eſt: aut inſigniri purpura & ſceptro, uel diademate excellere, aut quod nõ B nulli etiam philoſophorum dicere non erubuerunt, mihi uoluptas corporis bonum eſt: aut quod melius uelut meliores dicere uiſi ſunt, Mihi uirtus animi mei bonũ eſt: ſed mihi, inquit, deo adhærere bonum eſt. Hoc eum docuerat, cui uni tantummodo ſacrificandũ ſancti quoq; angeli [b]legalium ſacrificiorum etiam cõteſtatione monuerũt. Vnde etiam ipſe ſacrificium eius factus fuerat, cuius igne intelligibili correptus ardebat, & in eius ineffabilem incorporeũq; complexum ſancto deſiderio ferebatur. Porrò autẽ ſi multorum deorum cultores, qualeſcunq; deos ſuos eſſe arbitrentur, ab eis facta eſſe mira C cula, uel ciuilium rerum hiſtoriæ, uel libris magicis, ſiue, quod honeſtius putãt, theurgicis credunt, quid cauſæ eſt, cur illis literis nolint credere, iſta facta eſſe, quibus tanto maior debetur fides, quanto ſuper omnes eſt magnus, cui uni ſoli ſacrificandum præcipiunt.

L. VIVES

a AD quod adipiſcendum, omnia officia referenda ſunt.] Officiorũ Cicero, Stoicos ſequutus, duo facit genera: alterum abſolutum, quod pertinet ad uirtutes illas abſolutas, id eſt ad ſapientiam, & proinde ad finem bonorum, idq; Græci κατόρθωμα uocãt, Latini rectum, aut recte factum, omnes numeros uirtu D tis continens. Alterum officij genus poſitum eſt in præceptis uitæ communis, cuius probabilis ratio reddi poteſt, cur ſic factum ſit potius, q̃ aliter. Medium & cõmune hoc nominant, quod in utranq; partem, & ſapientiæ, & ſtultitiæ natura ſua uerti poteſt ab utente: qualia ſunt quæ in rep. & uita priuata circa opes, honores, gloriã, & ſimilia facimus. b Legalium ſacrificiorum.] In antiquis exemplaribus legitur: Legalium miraculorum. alibi, angeli eius miraculorum.

Officia

Quæ ratio ſit uiſibilis ſacrificij quod uni uero & inuiſibili deo offerri docet uera religio. Cap. xx

VI autem putant hæc uiſibilia ſacrificia dijs alijs cõgruere, illi uero tanQ quam inuiſibili inuiſibilia, & maiori maiora, melioriq; meliora, qualia ſunt puræ mentis & bonæ uoluntatis officia: profecto neſciũt, hęc ita eſſe ſigna illorũ, ſicut uerba ſonãtia ſigna ſunt rerũ. Quo circa ſicut orantes atq; laudantes ad eũ dirigimus ſignificãtes uoces, cui res ipſas in corde quas ſignificamus offerimus: ita ſacrificantes non alteri uiſibile ſacrificium offerendũ eſſe nouerimus, quàm illi, cuius in cordibus noſtris inuiſibile ſacrificium noſipſi eſſe debemus. Tunc nobis faueẽt, nobiſq; cõgaudent atq; ad hoc ipſum nos pro ſuis uiribus adiuuant angeli quique uirtutesq; ſuperiores, & ipſa bonitate ac pietate potentiores. Si autem illis hæc exhibere uolueri mus, non libenter accipiũt, & cum ad homines ita mittũtur, ut eorum præſentia ſentiatur, apertiſsime uetãt. [b]Sunt de his exempla in literis ſanctis. Putauerunt quidam deferendũ angelis honorem, uel adorãdo, uel ſacrificando qui debetur deo, & eorũ ſunt admonitiõe prohibiti, iuſſiq; ſunt hæc ei deferre, cui uni fas eſſe nouerũt. Imitati ſunt angelos ſanctos etiam ſancti homines dei. [c]Nam Paulus et Barnabas in Lycaonia facto quodam miraculo ſanitatis, putati ſunt dij, eisq; Lycaonij immolare uictimas uoluerũt, quod à ſe humili pietate remouentes, eis in quem crederent annunciauerũt deum. Sed nec ob aliud fallaces illi ſuperbe ſibi hoc exigũt, niſi quia uero deo deberi ſciunt. Non em̃ reuera, ut ait Porphyrius, & nonnulli putant, cadauerinis nidoribus, ſed diuinis honoribus gaudent. Copiam uero nidorum magnam habent undiq;, & ſi amplius uellent, ipſi ſibi poterãt exhibere. Qui ergo diuinitatem ſibi arrogant ſpiritus, nõ cuiuslibet corporis fumo, ſed ſupplicantis animo delectantur, cui decepto ſubiectoq; dominentur, intercludentes iter ad deum uerum, ne ſit homo illius ſacrificium, dum ſacrificatur cuipiam præter illum.

L. VIVES

a NObis'que congaudent.] Gaudere angelos dei, cum homines ſancte uiuunt etiam Chriſtus teſtatur in Euangelio Lucæ xv. b Sunt de his exempla in literis ſanctis.] Ioannes angelum ad ſe miſſum uoluit adorare, & inhibitus eſt ab eo iubente deum potius adorari, cuius ipſe eſſet ſeruus conſeruus Ioannis Apocalypſis xix. c Nam Paulus & Barnabas.] Hi cum in Lycaonia, quæ eſt Aſiæ regio legem domini populum docerent claudo uirtute dei erecto, pro dijs ſunt habiti. Barnabas pro Ioue, Paulus A qui concionabatur pro Mercurio, qui ſermoni præſſe creditus eſt. Ita immolare eis parabant tanquam diis, quod Paulus & Barnabas magna indignatione prohibuerunt, ueriti ne in ſe trãsferretur, quod unius eſt dei. Actuum xiiii.

De ſummo ueroq; ſacrificio, quod ipſe dei & hominum mediator effectus eſt. Caput xx

NDE uerus ille mediator, inquantũ formam ſerui accipiens mediator effV fectus eſt dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, cum in forma dei ſacrificium cum patre ſumat, cũ quo B & unus deus eſt, tamen in forma ſerui ſacrificiũ maluit eſſe q̃ ſumere, ne uel hac occaſione quiſquam exiſtimaret cuilibet ſacrificandũ eſſe creaturæ. Per hoc & ſacerdos eſt, ipſe offerẽs, ipſe & oblatio. Cuius rei ſacramentũ quotidianũ eſſe uoluit Eccleſiæ ſacrificiũ: quæ [a]cum ipſius capitis corpus ſit, ſeipſam per ipſum diſcit offerre. Huius ueri ſacrificij multiplicia uariaq; ſigna erant ſacrificia priſca ſanctorum, cum hoc unum per multa figuraretur, tanquam uerbis multis res una diceretur, [b]ut ſine faſtidio multum cõmendaretur. Huic ſummo ueroq; ſacrificio, cuncta ſacrificia falſa ceſſerunt.

L. VIVES

a CVm ipſius corporis ipſe ſit caput.] In lib. Colonien. & Brugen. ſic legitur: Quæ cum ipſius capitis corpus ſit, ſeipſam per ipſum diſcit offerre, tametſi non diſplicet, quod uulgo legitur. b Vt ſine faſtidio.] Varietas enim adimit faſtidium, quod etiã in loquentibus contingit, qui ſi idem bis eodem repetant modo, faſtidio ſunt ut crambe repetita, ſi centies, ſed uarie, gratiam non amittunt. De quo præcepta ſunt in rhetoricis. Ac ſimile eſt, quod de cõuiuio ſibi exhibito ſuiſ lis carnibus uarie cõditis narrat Q. Flamminius apud Liuium: itaq; diuerſa erant quæ rem eandem in lege uetere ſignificarent, ut ſine faſtidio & intelligentes magis meliuſq; uenturæ ſalutis admonerentur, & rudes inter tot ſigna unum ſaltem aliquod inuenirent, quo quid futurum promitteretur intelligerent. D

De modo poteſtatis dæmonibus datæ ad glorificandos ſanctos, qui pertulerunt iam paſsionẽ, qui aereos ſpiritus nõ placãdo ipſos, ſed in deo permanendo uicerunt. Cap. xxi

ODERATIS autem præfinitisq; temporibus, etiam poteſtas permiſM ſa dæmonibus, ut hominibus quos poſsidẽt excitatis, inimicitias aduerſus dei ciuitatem tyrãnice exerceãt, ſibiq; ſacrificia, non ſolum ab offerentibus ſumant, & à nolentibus expetãt, uerum etiam ab inuitis perſequendo uiolenter extorqueãt, non ſolum pernicioſa non eſt, ſed etiam utilis inueniC tur Eccleſiæ, ut martyrum numerus impleatur, quos ciuitas dei, tanto clariores & honoratiores ciues habet, quanto fortius aduerſus impietatẽ poteſtatum etiã uſq; ad ſanguinẽ certant. Hos multo elegãtius ſi eccleſiaſtica loquẽdi cõſuetudo pateretur, noſtros [a]heroas uocaremus. Hoc enim nomen à Iunone dicitur tractum, quod Græce Iuno Ἥρα appellatur: & ideo [b]neſcio quis filius eius ſecũdum Græcorum fabulas Heros fuerit nuncupatus, hoc uidelicet ueluti myſticũ ſignificante fabula, quod aer Iunoni deputetur, ubi uolunt cum dæmonibus heroas habitare, quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorum. Sed à contrario martyres noſtri heroes nuncuparentur, ſi, ut dixi, uſus eccleſiaſtici ſermonis admitteret: non quod eis eſſet cũ dæmonibus in aere ſocietas, ſed quòd eoſdem dæmones, id eſt aereas uincerent poteſtates: et in eis ipſam quicquid putatur ſignificare Iunonẽ, quæ non uſq; quaque inconuenienter à Poetis inducitur inimica uirtutibus, [c]et cœlum petentibus uiris fortibus inuida. Sed rurſus ei ſuccumbit infeliciter ceditq; Vergilius, ut cum apud eum illa dicat: Vincor ab Aenea, ipſum Aeneam admoneat Helenus quaſi conſilio religioſo & dicat:

Iunoni cane uota libens, [d]dominamq; potentẽ
[e]Supplicibus ſupera donis.

Ex qua opinione Porphyrius, quamuis non ex ſua ſentẽtia, ſed ex aliorum, bonum dicit deum uel genium non uenire in hominem, niſi malus fuerit ante placatus: tãquam fortiora ſint apud eos numina mala quàm bona: quandoquidem mala impediũt adiutoria bonorum, niſi eis placata dent locum, maliſq; nolentibus bona prodeſſe non poſſunt: nocere autem mala poſſunt, non ſibi ualentibus reſiſtere bonis. Nõ eſt iſta ueræ ueraciterq; ſanctæ religionis uia: nõ ſic Iunonem, hoc eſt, aereas pnteſtates, piorum uirtutibus inuidentes noſtri martyres uincunt. Non omnino, ſi dici uſitate poſſet, heroes noſtri ſupplicibus donis, ſed uirtutibus diuinis Heram ſuperant. [f]Commodius quippe Scipio Aphricanus eſt cognominatus, quod uirtute Aphricam uicerit, quàm ſi hoſtes donis placaſſet, ut parcerent.

L. VIVES

Heroes & semidei

a HEroas uocaremus.] Plato in Epinomide inter ordines deorum, quosdam statuit dæmonibus aereis minores, hominib. maiores: quos ἡμιθέους uocat, eosq; heroes esse nõ dubitãt: nam semideos illos nominãt, generatosq; altero parente deo, altero mortali, ut ait idem Plato in Cratylo, quales sunt Hercules, Dionysius, Aeneas, Tyndaridæ, Aesculapius, Romulus: quo fit ut quũ altero parente sint deo, multi nolint eos homines dici, sed plus quàm homines, & minus ꝙ dæmonas. cuius sententiæ est Iamblichus Pythagoricus. Hierocles Stoicus, carmina quæ Pythagoræ nomine circunferuntur, alij Philolai Pythagorici esse tradunt, illa igitur carmina enarrans ex Platonis, ut ait, sententia, genere dæmonum & angelos & heroes comprehendit: ut quantum ad cœlestes spectat, dicantur angeli: quantum ad terrestres, heroes: quantum ad medios, dæmones. Alios dicit indifferenter omnes illos angelos, dæmones & heroes nuncupare. Sed ex sententia Pythagoræ, inquit, heroes dæmones dici deorum filios. Et profecto ita sunt heroes dæmones, ut genus illud aureum, dæmones terrestres uocauit Hesiodus in ἔργοις. Nam quartum genus hominum peius quidem illo aureo, sed tertio tamen præstantius heroes nominauit. homines autẽ tam hos ꝙ illos, & semideos nominat, dicens:

Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται
Ἡμίθεοι.

Diuinum genus heroum, cognomine dicti
Semidei.

Heros Vt appareat eosdem esse, de quibus Plato loquitur. Hi enim sunt ueteres illi uenerabiliores & excellentiores hominibus, qui fatidica naue cum Iasone nauigarunt, & qui militarunt ad Troiam. Nam Hesiodus ipse bellaces fuisse dicit: idcirco iracundi & uiolenti sunt crediti, sicut Menander inquit, quod si quis transiret templum horum alicui sacrum, quod ἡρῷον dicebant, silentio ac ueneratione id fieri oportebat, ne in ira accenderetur heros, tumultumq; aliquem moueret. Erant enim heroa per Græciam frequentia, id est eximia uirtute uiris ædes erectæ. Cuiusmodi permultarũ Pausanias meminit, ut Vlyssi, & Tantalo, & Acrisio. Latini quoq;, ut Plinius lib. xix. de heroo Sestico. Nomen herois Plato in Cratylo ab ἔρωτος deductum existimat, id est ab amore: quod ex amore immortalis dei aduersus mortalem fœminam, aut immortalis fœminæ aduersus mortalem uirum genitus uideatur. Aut ab εἴρειν, quod est dicere, ꝙ oratores diserti fuerint, rexerintq; populos. Hierocles ab amore quidem, cæterum non quod amore sic geniti, sed ꝙ amore pleni sint, & electi amatores dei, nosq; ad similem amorem erigunt. Nam præfecti sunt hominibus, ut Iamblichus ait itidem Pythagoricus, eorũq; munus est uiuificare, ratiocinari, custodire animas, & eas è corporib. soluere. Sed has esse uires animi nostri, ideo illum esse suum unicuiq; dæmonem ostendimus. Alij ab ἔρας, quæ est terra, heroas dictos existimãt, quasi terrestres dæmones. Sic enim animas optimorum uirorum corporib. functas nominauit Hesiodus. Et Pythagoras, quũ iubet τούς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας, Terrenos uenerare dæmonas. Interpres Homeri ab ἔρας mauult nominari· ἡ δ' ἔρα γῆ κατὰ διάλεκτον· ἐκ δὲ τῆς γῆς ἐπλάσθη τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων. Est inquit, Era terra secundum quandam linguam. Porrò è terra humanum genus est fictum. Capella lib. Nuptiarum ij. hoc totum quicquid inter nos & lunam interpatet locum esse ait deorũ manium, & regnũ ditis. Sed superiorem partem esse heroum, inferiorẽ manium: heroesq; qui ἡμίθεοι dicuntur, animas gerere, & sacras mentes, indutas humana forma, magnisq; mundi commodis procreari, ut Herculem, Dionysium, Triptolemum. Hinc ab ἥρα, id est, Iunone possunt uideri nominati, quod eius regnum est aer, quo animas felicium ire

A Pythagoricos credere Hierocles testatur, illis uersiculis Pythagoræ siue Philolai:

ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

Hoc est:

Corpore deposito liberam si scandis in æthram,
Tunc deus æternus fies, mortalia linquens.

Verum à Platone marini diui nominantur, credo quòd quum crassiores illos putaret dæmonibus, hosq; uere dixisset aereos, par esse existimauit, eorum naturam rei crassiori, ꝙ sit aer attribuere, cõmodiorem aqua nullã inuenit. Est quoq; ἥρα regina, & regnorũ dea, dominãq; sæpe Latini interpretanť, ut Verg. in iij. ita heroes, si ab hera sunt nuncupati, quasi principales & regij possunt intelligi. b Nescio qs filius eius.] Videor mihi de hoc in Græcorum cõmentarijs legisse, nec satis tamen apud quem, memini. Fortunæ plerũq; hæc sunt, potius ꝙ uel eruditionis, uel diligentiæ, ut in præfatione dixi. c Et B cœlum petentibus uiris fortibus.] Vt Dionysio, Herculi, Aeneæ. d Dominamq; potentẽ.] Vertit id, quod modo dicebam de hera. Nam illa etiam inferna Proserpina, quæ à Charonte apud Vergilium lib. vi. domina nuncupať, Iuno est inferna. Iuno enim superna est, quæ dicitur magna: & inferna, ut tradit Seruius. nam & ipse Dis pater Iuppiter infernus nominatur. Sic in nuptijs Orci & Proserpinæ turba illa umbrarum silentum canit apud Claudianũ libro secundo raptus Proserpinæ:

Nostra parens Iuno, tuq; ò germane tonantis
Et gener, unanimis consortia ducite somni
Mutuaq; alternis innectite colla lacertis.

Et apud Lucianum Protesilaus Diti ὦ ἡμέτερε Ζεῦ, ò noster Iuppiter. e Supplicibus supera donis.] Ostendit Poeta, inquit Donatus, maioris potẽtiæ inimicos obsequẽdo potius ꝙ resistendo posse superari. f Commodius quippe Scipio.] Primus imperator, qui ex prouincia à se deuicta cognomen reportauit, fuit P. Cornelius Sci- C pio P. filius, qui Hãnibale uicto, & Aphrica subacta, Aphricanus est cognominatus. Mox eius frater Lucius Antiocho superato Asiaticus est dictus. Et loquor de imperatoribus: nam Gn. Martius à Coriolis expugnatis appellatus est Coriolanus, & de prouincijs, quoniã Sergius qui Fidenates uicit, dictus est Fidenas. *Scipio Aphricanus*

Vnde sit sanctis aduersum dæmones potestas, & unde cordis uera purgatio. Caput XXII

V ERA pietate homines dei aereã potestatem inimicam contrariãq; pietati [a]exorcizando eijciunt, non placando: omnes tentationes aduersitatesq; eius uincunt orando nõ ipsam, sed suum deum aduersus ipsam. Non enim aliquem uincit, aut subiugat, nisi societate D peccati. In eius ergo nomine uincitur, qui hominem assumpsit egitq; sine peccato: ut in ipso sacerdote ac sacrificio fieret remissio peccatorum: id est, per mediatorem dei & hominum hominem Christum Iesum: per quem facta peccatorum purgatione reconciliamur deo. Non enim nisi peccatis homines separãtur à deo, quorum in hac uita non fit nostra uirtute, sed diuina miseratione purgatio: per indulgentiam illius, non per

per nostram potentiam: quia & ipsa quantulacunq; uirtus, quæ dicitur nostra, illius est nobis bonitate concessa. Multum autem nobis in hac carne tribueremus, nisi usq; ad eius depositionem [b]sub uenia uiueremus. Propterea ergo nobis per mediatorem præstita est gratia: ut polluti carne peccati, carnis peccati similitudine mundaremur. Hac dei gratia, qua in nos ostẽdit magnam misericordiam suam, & in hac uita per fidem regimur, & post hanc uitam per ipsam speciem incõmutabilis ueritatis ad perfectionem plenissimam perducemur.

L. VIVES

Exorcizare a EXorcizando eijciunt.] ἐξορκίζω, adiuro. Sic Augustinus ἐξορκισμὸν, adiurationem uertit, & exorcistã adiuratorem, qui immundũ spiritum adiurationibus pellit à cathecumeno, ante ꝙ sacræ aquæ admoueatur: ut ipse docet in simbolo. Et est inter initiationes tertia, quæ dicitur exorcistarum. Ordo est enim ex septem. De hoc & exorcismo ante baptismum tractat Petrus Lombardus lib. iiij. sententiarum Theologicarum sectio. viij. & xxiiij. b Sub uenia uiueremus.] Quia semper sub lege peccati, & obnoxij infirmitatibus, uitijsq;, ne quis se efferat. Nam quicquid bene agitur, aliunde est, nempe ex deo, cuius uenia peccatũ exuimus, & beneficio recte uiuimus.

De principijs, in quibus Platonici purgationem animæ esse profitẽtur. Caput XXIII

D ICIT etiam Porphyrius diuinis oraculis fuisse respõsum, nõ nos purgari lunæ teletis atque solis: ut hinc D ostenderetur nullorum deorum teletis hominẽ posse purgari. Cuius enim teletę purgãt, si lunæ solisq; non purgãt, quos inter cœlestes deos pręcipuos habẽt? Deniq; eodem dicit oraculo expressum, principia posse purgare, ne forte cum dictum esset non purgare teletas solis & lunę, alicuius alterius dei de turba ualere ad purgandum teletæ crederẽtur. Quæ autem dicat esse principia tanquã Platonicus, nouimus. [a]Dicit enim deum patrem [b]& deum filium: quem Græce appellat paternum intellectum, uel paternam mentẽ: de spiritu autem sancto, aut nihil, aut non aperte aliquid dicit: quamuis quem alium dicat horũ medium, non intelligo. Si enim tertiã, [c]sicut Plotinus ubi de tribus principalibus substantijs disputat, animæ naturam etiam iste uellet intelligi: non utiq; diceret horum medium, id est patris & filij medium. Postponit quippe Plotinus animę naturam paterno intellectui: iste autem cum dicit

A medium, non postponit, sed interponit. Et nimirum hoc dicit ut potuit, siue ut uoluit: quod nos spiritum sanctum nec patris tantum, nec filij tantum, sed utriusq; spiritum dicimus. Liberis enim uerbis loquuntur philosophi, nec in rebus ad intelligẽdum difficillimis offensionem religiosarum aurium pertimescunt. Nobis autẽ [d]ad certam regulam loqui fas est, ne uerborum licentia etiam de rebus quæ his significãtur, impiam gignat opinionem. Nos itaq; ita non dicimus duo uel tria principia, cum de deo loquimur: sicut nec duos deos, uel tres nobis licitum B est dicere: quamuis de unoquoq; loquẽtes, uel de patre, uel de filio, uel de spiritu sancto, etiam singulum quenq; deum esse fateamur. [c]Nec dicimus tamen quod hæretici Sabelliani eundem esse patrem, qui est & filius: & eundem esse spiritum sanctum, qui est & pater & filius: sed patrẽ esse filij patrem, & filium patris filium, & patris & filij spiritum sanctum nec patrem esse nec filium. Verum itaq; dictum est, non purgari hominem nisi principio, quamuis pluraliter apud eos sint dicta principia.

L. VIVES

Trinitatem an norint philosophi

a DIcit enim deum patrem.] Torquent se anxie per C multi disputatione illa, nouerintne philosophi rationem aliquam diuinæ trinitatis. Principio ne nobis quidem, quibus est mysterium regni apertũ, illuxit nisi radius quidam perexiguus illius immẽsæ lucis. Philosophi uero prisci si quid dixerunt quod ad hanc rem faceret, tam obscurum id fuit, ut locutos potius eos, quàm intellexisse existimare par sit. Arcana enim illa nihil eis retegi attinebat. Satis uidetur fuisse ad unitatem dei, & cunctipotentiam nõscendam peruenisse, si quid de trinitate sunt locuti in testimonium uenturæ pietatis dixisse ad sectatores suos magistrorum sententia premendos. Aristoteles scribit i. lib. De cœlo & mundo, Pythagoricos in tribus posuisse perfectionẽ rerum, uelut principio, medio, & fine: & in deorum sacris hunc numerũ solitum usurpari. unde putantur esse illa uerba magæ apud Theocritum ἐς τρὶς ἀποσπένδω, καὶ τρὶς τάδε πότνια φωνῶ· sed Vergilius expressius.

D Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore
Licia circundo, terq; hæc altaria circum
Effigiem duco, numero deus impare gaudet.

Et princeps disciplinæ suæ Zeno λόγον dicit fatum, & necessitatem, & deum, & animum Iouis. Sed Plato apertius uidetur locutus. Nam in sexto de repub. Socrates quum satis sibi de ipsius boni natura uideretur disputasse, putaretq; maiorem esse rem, quàm ut posset dicendo explicare, inquit: ἀλλ' ὦ μακάριοι αὐτὸ μὲν τί ποτ' ἐστὶ τἀγαθὸν, ἐάσωμεν τὸ νῦν εἶναι· πλέον γάρ μοι φαίνεται ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν ὁρμὴν ἐφικέσθαι τοῦ γε δοκοῦντος ἐμοὶ τὰ νῦν· ὃς δὲ ἔκγονός τε τοῦ ἀγαθοῦ φαίνεται, καὶ ὁμοιότατος ἐκείνῳ, λέγειν ἐθέλω, εἰ καὶ ὑμῖν φίλον, εἰ δὲ μὴ, ἐᾶν. Verum quid ipsum bonum sit beati uiri in aliud tempus differamus. Maius enim mihi uidetur, quàm ut hac intentione animi consequi possimus. Quod uero hoc tempore malim explicare, illud est, quid sit boni ipsius filius, simillimus illius. Si modo id quoq; uobis libet. nam alioqui relinquamus. Hoc loco Glauco uelle se decla-

rat: nam dicendi de patre aliud futurum dicit commodius tempus. Tum Socrates de partu & filio boni disputaturum se præfatur, & post paucas interrogationes ait bonum esse solem quendã, filium eius esse, uelut uim uidendi, quam à sole habemus, & in epistola ad Hermiã: ἐπομνύντας σπουδῇ τε ἅμα μὴ ἀμούσῳ καὶ τῇ τῆς σπουδῆς ἀδελφῇ παιδείᾳ, καὶ τὸν τῶν πάντων θεὸν ἡγεμόνα τῶν τε ὄντων καὶ τῶν μελλόντων, τοῦ τε ἡγεμόνος καὶ αἰτίου πατέρα κύριον ἐπομνύντας. Iurãtes, inquit, studio musis apto & sorore studij eruditiõe, per deum ducem omnium, quæ sunt, quæq; futura sunt. Itidem per ducis & causæ omnium patrem dominum. Et in Epinomide λόγου τοῦ πάντων θειοτάτου meminit, id est sermonis omnium diuinissimi, à quo dicit mundum esse constitutum. De quo sunt ea, quæ sequuntur. Hunc sermonẽ uir sapiens cum est admiratus, accenditur amore, ut intelligat, quo modo futurus est beatus, & uiuens, & post uitam. Nam illud ὃν non ad mundum referunt multi, sed ad λόγον. Et sic nos uertimus lib. viij. De beatitudine secundum Platonem differentes. Plato igitur patrẽ apertis posuit uerbis, filium quoq;, at tertium illud nulla ratiõe uocis putauit posse enunciari. Et si in ordine gradibusq; diuinitatis mundi animam, quæ est tertia & postrema, à principio & filio principij mente profectam existimat. Animam uero mundi si quis impẽsius Platoni faueret, posset facile defendere illum esse spiritum, qui ferebatur super aquas: quem uidentur illi facere fusum per molem uniuersitatis omnibus uitam essentiamq; impartiẽtem. Et hæc sunt in diuinitate terna, de quis ad Dionysium αἰνιγματικῶς, ut præfatur, scribit. Circa omnium regẽ cuncta sunt, & illius causa sunt omnia: eaq; causa est bonorũ omnium, secunda uero circa secunda, tertia circa tertia. Præterea quæ sunt apud Mercurium, & ex hoc collecta apud Iamblichum: nam res nobis tota est cum Platonicis. Non possum tamen respõsum Sarapidis præterire, qui cõsulenti Thuli, qui in Aegypto regnauit bello Troiano, quis nam esset se beatior, fertur dixisse:

Πρῶτα θεός, μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς.
Σύμφυτα δὲ τρία, πάντα καὶ εἰς ἓν ἰόντα.

Principio deus est, tum sermo, & spiritus istis
Additur, æquæua hæc sunt, & tendentia in unum.

b Et deum filium.] Porphyrius sententiam Platonis explicans, ut Cyrillus contra Iulianum refert, tres substantias in essentia diuinitatis statuit, deum omniũ maximum atq; optimum, deinde creatorem, tertium animam mũdi: nec ulterius deitatem progredi. creatorem Plato & Porphyrius πατρικὸν νοῦν uocant: quod quamuis in tenebris, uidentur tamen Poetæ attigisse, cum Mineruam suam Διὸς νοῦν faciũt, sine matre, de illius uertice ac capite productam sapientiam ipsam. c Sicut Plotinus.] Hic scripsit librũ de tribus personis siue substantijs, in quo primum statuit æternum illud atq; perfectũ, quod secundum generauit, & mentem æternam itidem & perfectam. Alio in loco patrem mentem nominat, ut interdum Plato fecit, sed ab eo manasse uerbum: à quibus uniuersa sunt condita. Ita enim ait in principio libri De prouidentia: ὅτι δὲ ἐκ τοῦ νοῦ καὶ ἀπ' αὐτοῦ λόγου ἀνέστη τόδε τὸ πᾶν, καὶ δῆλον. Itaq; à mente ipsa & ab eius sermone natum hoc uniuersum & digestum est. d Ad certam regulam loqui fas est.] Quasi ex religione, ex pietate est certo genere uti uerborum. e Nec dicimus tamen quod hæretici Sabelliani.] Hi dicebant eandem esse patris & filij personam, fulti dicto illo Christi: Pater & ego unum sumus.

De uno ueroq; principio, quod solam naturam humanam purgat atque renouat. Caput XXIIII

A SED subditus Porphyrius inuidis potestatibus, de quibus & erubescebat, & eas libere redarguere formidabat, noluit intelligere dominum Iesum Christum esse principiũ, cuius incarnatiõe purgamur. Eum quippe in ipsa carne contempsit, quam propter sacrificium nostræ purgationis assumpsit, magnum scilicet sacramentũ ea superbia non intelligens, quã sua ille humilitate deiecit, uerus benignusq; mediator: in ea se ostendens mortalitate mortalibus, quam maligni fallacesq; mediatores nõ habendo se B superbius extulerunt, miserisq; hominib. adiutorium deceptoriũ uelut immortales mortalibus promiserunt. Bonus itaq; uerusq; mediator ostendit peccatum esse malum, non carnis substantiam uel naturam: quæ cũ anima hominis & suscipi sine peccato potuit, & haberi, & morte deponi, & in melius resurrectione mutari: nec ipsam mortem, quamuis esset pœna peccati, quam tamẽ pro nobis sine peccato ipse persoluit, peccando esse uitandam, sed potius si facultas datur pro iustitia perferẽdam. Ideo enim soluere potuit moriendo peccata: quia & mortuus est & non pro suo peccato. Hunc ille Pla- C tonicus non cognouit esse principium, nam agnosceret purgatoriũ. Neq; enim caro principium est, aut anima humana, sed uerbum per quod facta sunt omnia. Nõ ergo caro per seipsam mũdat, sed per uerbũ à quo suscepta est, cũ uerbũ caro factũ est, & habitauit in nobis. Nã de carne sua manducanda mystice loquẽs, cum hi qui nõ intellexerũt offensi recederent, dicentes: Durus est hic sermo, quis eũ potest audire? Respondit manentibus cæteris: Spiritus est qui uiuificat, caro nõ prodest quicquã. Principiũ ergo suscepta anima & carne, & animã credentiũ D mundat & carnẽ. Ideo quærẽtibus Iudæis quis esset, [a]respondit se esse principium. Quod utiq; carnales infirmi peccatis obnoxij, & ignorãtiæ tenebris obuoluti, nequaquã percipere possemus, nisi ab eo mundaremur atq; sanaremur, per hoc quod eramus, & non eramus. Eramus enim homines, sed iusti nõ eramus. In illius autem incarnatiõe natura humana erat, sed iusta, non peccatrix erat. Hæc est mediatio, qua manus lapsis iacentibusq; porrecta est: hoc est semen dispositum per angelos, in quorũ edictis & lex dabatur, qua et unus deus coli iubebatur, & hic mediator uenturus promittebatur.

L. VIVES

Principium

Respondit se esse principium.] Græce est: τὴν ἀρχήν. Augustinus principium uult esse filium, sed non aliud principium q; patrem, ut nec alium deum: idq; putat significari per τὴν ἀρχήν. De qua re Laurentius & Erasmus ex ratione uocis disputant, non posse τὴν ἀρχὴν esse nomen, sed aduerbium: ut sit primum, uel principio. Et profecto, ut quod ipse sentio, paucis dicam: tametsi obscura est hæc loquendi formula, ac nescio an ex Hebraismo petita, ut alia in nouo instrumento complura, tamen nõ uidetur Christus significare se principium esse. Sed quum rogatus quis esset, nulla se nominis ratione posset ad captum duntaxat illorum explicare, cõsiderandum uniuscuiusq; animo reliquit, qualem existimaret esse, non quem uideret, sed cuius uerba audiret: qualem illum, qui corpore, quem cerneret, contectus, talia proferret. Erat enim deus humana facie latẽs, qui loquebatur, à quo magna illa proficiscebantur, & admirabilia. Itaq; ait, Principio ego sum ille, qui mortali corpore uelut instrumento utens loquor uobis: nõ iam per angelum iubens, sed per meipsum. Itaq; hæc responsio nõ est illius olim exhibitæ Mosi absimilis, ἐγώ εἰμι ὤν. Ego sum ens, nisi quod illa erat maiestatis dei, & essentiæ eius simplicis: hæc recẽtior, dei qui humanam sibi formam adiunxerat.

Omnes sanctos & sub legis tẽpore, & sub prioribus seculis in sacramento & fide Christi iustificatos fuisse. XXV

HVIVS sacramenti fide etiã iusti antiqui mundari pie uiuẽdo potuerũt: non solum ante quàm lex populo Hebræo daretur, neq; enim eis prædicator deus uel angeli defuerũt, sed ipsius quoq; legis temporibus, quãuis in figuris rerũ spiritalium habere uiderẽtur promissa carnalia, propter quod uetus dicitur testamentũ. Nam & prophetæ tunc erant, per quos sicut & per angelos eadẽ promissio prædicata est, & ex illorum numero erat, cuius tam magnã diuinamq; sententiam de boni humani fine paulo ante commemoraui: Mihi autem adhærere deo bonum est. [a]In quo plane Psalmo duorũ testamentorũ, quæ dicũtur uetus & nouum, satis est declarata distinctio. Propter carnales enim terrenasq; promissiones, cum eas impijs abundare conspiceret, dicit [b]pedes suos penè fuisse commotos, & effusos in lapsum propemodũ gressus suos, tãquam frustra deo ipse seruisset, cum ea felicitate quam de[e] illo expectabat, cõtempto res eius florere perspiceret: seq; in rei huius inquisitiõe laborasse, uolentem cur ita esset apprehendere, donec intraret in sanctuarium dei, & intelligeret in nouissima eorum, qui felices uidebantur erranti. [c]Tunc eos intellexit in eo quod se extulerunt, sicut dicit, fuisse deiectos, & defecisse ac perisse propter iniquitates suas: totumq;

A illud culmẽ temporalis felicitatis ita eis factum, tanquam somnium euigilantis, qui se repẽte inuenit suis quæ somniabat fallacibus gaudijs destitutũ. Et quoniam in hac terra uel ciuitate terrena, magni sibi uidebãtur: Domine, inquit, in ciuitate tua imaginem illorum ad nihilum rediges. Quid huic tamen utile fuerit, etiam ipsa terrena non nisi ab uno uero deo quærere, in cuius potestate sunt omnia, satis ostendit, ubi ait: Velut pecus factus sum apud te, & ego semper tecum. Velut pecus dixit, utiq; non intelligẽs. Ea quippe à te desiderare debui, quæ mihi cum im- B pijs non possunt esse communia: quibus eos cũ abũdare cernerem, putaui me incassum tibi seruisse, quando & illi hæc haberent, qui tibi seruire noluissent. Tamen ego semper tecum, qui etiam in talium rerũ desiderio deos alios nõ quæsiui. Ac per hoc sequitur: Tenuisti manum dexteræ meæ, & in uoluntate tua deduxisti me, & cum gloria assumpsisti me: tanquam ad sinistrã cuncta illa pertineant, quæ abundare apud impios cũ uidisset, penè collapsus est. Quid enim mihi est, inquit, in cœlo, & à te quid uolui super terram? Reprehẽdit seipsum, iusteq; sibi displicuit: quia cum tam magnum bonũ haberet in C cœlo, quod post intellexit, rem transitoriam, fragilem, & quodammodo luteam felicitatẽ à suo deo quæsiuit in terra. [d]Defecit, inquit, cor meũ, & caro mea deus cordis mei: defectu utiq; bono ab inferiorib. ad superna. Vnde in alio Psalmo dicitur: Desiderat & deficit anima mea in atria domini. Item in alio: Defecit in salutare tuũ anima mea. Tamen cum de utroq; dixisset, id est de corde et carne deficiente, nõ subiecit: Deus cordis mei et carnis meæ, sed deus cordis mei. Per cor quippe caro mundatur. Vnde dicit dominus: Mundate quæ intus sunt, et quæ foris sunt munda erunt. Partem deinde suam di- D cit ipsum deum non aliquid ab eo, sed ipsum. Deus, inquit, cordis mei, et pars mea deus in secula. Quod inter multa quæ ab hominibus eliguntur, ipse illi placuerit eligendus. [e]Quia ecce, inquit, qui se longe faciunt, à te peribunt: [f]perdidisti omnẽ qui fornicatur abs te: hoc est, qui multorum deorum uult esse prostibulum. Vnde sequitur illud propter quod et cætera de eodem Psalmo dicẽda uisa sunt: Mihi autem adhærere deo bonum est: non longe ire, non per plurima fornicari. Adhærere autem deo tunc perfectum erit, cum totum quod liberandũ est,

fuerit liberatum. Nunc uero fit illud, quod se- A quitur: Ponere in deo spem meam. Spes enim quæ uidetur, nō est spes. Quod enī uidet quis, quid sperat? ait Apostolus. Si autem quod non uidemus speramus, per patiētiam expectamus. In hac autem spe nūc constituti agamus quod sequitur: & simus nos quoque pro modulo nostro angeli dei, id est nunciꝰ eius, annunciantes eius uoluntatem: & gloriam gratiamq; laudantes. Vnde cum dixisset: Ponere in deo spem meam: addidit, ut annūciem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion. Hæc est gloriosissima ciuitas dei, hæc unum deum nouit & colit: hanc angeli sancti annunciauerunt, qui nos ad eius societatem inuitauerunt, ciuesq; suos in illa esse uoluerunt: quibus non placet ut eos colamus tanquā nostros electos deos, sed cum eis & illorū & nostrum deum: nec eis sacrificemus, sed cum ipsis sacrificiū deo simus. Nullo itaq; dubitante, qui hæc deposita maligna obstinatione considerat, omnes immortales beati, qui nobis nō inuidēt: neq; enim si inuiderent, essent beati, sed potius nos diligunt, ut & nos cum ipsis beati simus: plus nobis fauent, plus adiuuāt, quando unum deum cum illis colimus, patrem & filium & spiritum sanctum, quàm si eosipsos per sacrificia C coleremus.

L. VIVES

a IN quo plane Psalmo.] Hic est Psalmus lxxij. sublimis diuinusq; solutione ueteris philosophorū quæsiti, cur præsidente uniuersitati mundi deo sapiētissimo & optimo, malis bona, & contra bonis mala cōtingūt? Vnde est illud dilemma Epicureorum: si deus est, unde mala? si non est, unde bona? Augusſt. aliquot eius uersus enarrat: nos seruata instituta breuitate nonnulla interdum adijciemus. b Pedes suos penè fuisse commotos.] Vel concussos indignitate rei, & cōmotione animi, uel ad transeundū in alterā uiam, quum suspicaret parum se hac profecisse. c Tunc eos intellexit.] Omnia in futurum seruantur operta, inquit Sapiens. Tunc bonis proderit bene uixisse, malis oberit uixisse male: tunc bonis cuenire bona, malis mala liquebit. nam ea demum uera sunt, & bona & mala. d Defecit, inquit, cor meum.] Hoc est optimi & sanctissimi uiri, ut deficientibus in eo corpore, uiribus, robore, consilio, supersit tamen semper religio, & sit pars eius deus in æternum: abeuntibusq; cæteris rebus, solus deus in eo remaneat. Hoc quantum nobis uidetur Augusſt. loquitur de defectu animæ, & uelut exanimatione, quæ ex desiderio rerum cœlestium nascitur. Languet enim animus amans, & subinde linquitur uirtute sua: quum de re quam amat, impense cogitat. aliter quoq; sic, ut uires & consilium circa res seculi destituant bonum uirū, hæreat tamen semper illius menti deus, & spretis cōtemptisq; omnibus, tum corporis dotibus, tū fortuitis, uti ca hæreditas, & solæ illius opes sint deus. e Quia ecce, inquit, qui se longe faciunt.] Bonum est ergo hærere illi, à quo si quis abscesserit, perijt. f Perdidisti omnē qui fornicat abs te.] Debet esse anima nostra uni deo dicata, & illius sponsa: quod si adulteretur, ut se ad curas cupiditatesq; rerum mundi abiectet, deo neglecto, tanquam impudica mulier à uiro reijcitur, & repudiatur. hic est interitus animæ, quum à uita sua discedit.

De inconstantia Porphyrij inter confessionem ueri dei & cultum dæmonum fluctuantis Cap. xxvi

ESCIO quomodo, quantum mihi uidetur, pro amicis suis theurgis eru
N bescebat Porphyrius. Nam ista ut cunq; sapiebat, sed cōtra multorum deorum cultum deum uerum nō libere defendebat. Et angelos quippe alios esse B dixit, qui deorsum descendētes hominib. theurgicis diuina pronuncient: alios autē qui in terris ea quæ patris sunt, & altitudinē eius profunditatēq; declarent. Num igitur hos angelos, quorum ministeriū est declarare uoluntatē patris, credendum est uelle nos subdi, nisi ei, cuius nobis annunciant uoluntatem? Vnde optime admonet etiam ipse Platonicus imitandos eos potius, quàm inuocādos. Non itaq; debemus metuere, ne immortales & beatos uni deo subditos, nō eis sacrificādo offendamus. Quod enim non nisi uni uero deo deberi sciūt, cui & ipsi adhærēdo beati sunt: procul dubio neq; per ullam significantem figurā, neq; per ipsam rem, quæ sacramētis significatur, sibi exhiberi uolūt. Dæmonum est hæc arrogātia superborū atq; miserorum, à quibus longe diuersa est pietas subditorū deo, nec aliunde cū illi adhærendo beatorum. Ad quod bonum percipiendū, etiam nobis syncera benignitate oportet ut faueāt: neq; sibi arrogēt, quo eis subijciamur: sed eum annūcient, sub quo eis in pace sociemur. Quid adhuc trepidas ò philosophe aduersus potestates & ueris uirtutib. & ueri dei muneribus inuidas habere liberam uocem? a Iam dixisti angelos, qui D patris annunciant uoluntatē, ab eis angelis esse diuersos, qui ad theurgicos homines, nescio qua deducti arte descendunt. Quid adhuc eos honoras, ut dicas pronunciare diuina? Quæ tandem diuina pronunciant, qui non uoluntatem patris nunciant? b Nempe illi sunt, quos sacris precibus inuidus alligauit, ne præstarent animæ purgationem: nec à bono, ut dicis, purgare cupientes ab illis uinculis solui, & suæ potestati reddi potuerūt. Adhuc dubitas hæc maligna esse dæmonia: uel te fingis fortasse nescire dum non uis theurgos offendere, à quibus curiositate

te deceptus, ista pernicioſa & insana pro ma- A gno beneficio didicisti. Audes istam inuidam, non potentiam, sed pestilentiam, nō dicam dominam, sed quod tu fateris ancillam potius inuidorum, isto aere transcenso leuare in cœlum, & inter deos uestros etiam sydereos colloca re, uel ipsa quoque sydera his opprobrijs infamare?

L. VIVES

a IAm dixisti angelos.] In antiquis codicibus sic habet: Iā distinxisti angelos, qui patris annunciāt uoluntatem, ab eis angelis, qui ad theurgicos & idem utrobiq; significatur. b Nempe illi sunt, quos sacris precibus.] Nam antea dictum est impediri bonum dæmonem à malo: nec uenturum hunc, nisi prius ille propitiatus discedat. Et de Chaldæo narrauit, cuius purgationem inuidus quidam impediuit.

De impietate Porphyrij, qua etiam Apuleij transcendit errorem. Caput xxvii

VANTO humanius & tolerabilius consectaneus tuus Platonicus Apu
Q leius erauit, qui tantummodo dæmones à luna & infra ordinatos agitari morbis passionum mentisq; turbelis, ho norans quidem eos, sed uolens nolensq; cōfessus est: deos tamen cœli superiores ad ætherea spatia pertinentes: siue uisibiles, quos cōspicuos lucere cernebat, solem ac lunam & cætera ibidē lumina: siue inuisibiles, quos putabat ab omni labe istarum perturbationum alienos, quanta potuit disputatione discreuit. Tu autem didicisti hoc nō à Platone, sed à Chaldæis magistris tuis, ut in æthereas uel empyreas mundi sublimitates, & firmamenta cœlestia extolleres uitia humana, ut possent dij uestri theurgis pronūciare diuina: quibus diuinis te tamen per intellectualem uitam facis altiorem, ut tibi uideli- D cet tanquam philosopho theurgicæ artis purgationes nequaquam necessariæ uideantur, sed alijs: eas tamen importas, ut hanc ueluti mercedem reddas magistris tuis, quod eos qui philosophari non possunt, ad istas seducis, quæ tibi tanquam superiorum capaci esse inutilia confiteris: ut uidelicet quicunq; à philosophiæ uirtute remoti sunt, quæ ardua nimis, atq; paucorū est, te autore theurgicos homines, à quibus nō quidem in anima intellectuali, uerum saltem in anima spiritali purgentur, inquirant. Et quoniā istorum quos philosophari piget, incompara- A biliter maior est multitudo; plures ad secretos & illicitos magistros tuos, cū ad scholas Platoni cas uenire cogantur. Hoc enim tibi immundissimi dæmones, deos ethereos se esse fingentes, quorū prædicator & angelus factus es, promiserunt: quod in anima spiritali theurgica arte purgati, ad patrem quidem non redeunt, sed super aereas plagas inter deos æthereos habitabunt. Non audit ista hominum multitudo, propter quos à dæmonum dominatu liberandos Christus aduenit. In illo enim habēt misericordissimā purgationē, & mētis, & spiritus, & corporis sui. Propterea quippe totū hominē sine peccato ille susceperit, ut totū quo cōstat homo, à peccatorum peste sanaret. Quem tu quoq; utinam cognouisses, eiq; te potius, quàm uel tuæ uirtuti, quæ humana, fragilis & infirma est, uel perniciosissimæ curiositati sanandū tutius commisisses. Non enim te decepisset, "quem uestra, ut tu ipse scribis, oracula sanctū immortalemq; confessa sunt. De quo etiā Poeta nobilissimus, poetice quidē, quia in alterius adumbrata persona: ueraciter tamen, si ad ipsum referas, dixit.

[b]Te duce, si qua manent sceleris uestigia nostri,
Irrita perpetua soluent formidine terras.

C Ea quippe dixit, quæ etiam multum proficientium in uirtute iustitiæ possunt, propter huius uitæ infirmitatem, & si non scelera, scelerum tamen manere uestigia, quæ non nisi ab illo saluatore sanantur, de quo iste uersus expressus est. [c]Nam hoc uticq; nō à seipso dixisse Verg. in Ecloge ipsius quarto fermè uersu indicat, ubi ait: Vltima Cumæi uenit iam carminis ætas. Vnde hoc à Cumæa Sibylla dictū esse incunctanter apparet. Theurgi uero illi, uel potius dæmones, deorum species figurasq; fingentes, inquinant potius, q̄ purgāt humanum spiritum falsitate phantasmatum, & deceptoria uanarum ludificatione formarum. Quomodo enim purgent hominis spiritum, qui immundum habēt proprium? Alioquin nullo modo carminibus inuidi hominis ligarētur: ipsumq; inane beneficium quod præstaturi uidebātur, aut metu prementur, aut simili inuidentia denegarent. Sufficit, quod purgatiōe theurgica, neq; intellectualem animam, hoc est mentem nostrā, dicis posse purgari, & ipsam spiritalem, id est nostrę animæ partem, mente inferiorem, quā tali arte purgari posse asseris, immortalem tamen, eternāq; non posse hac arte fieri confiteris. Christus au-

tem uitam promittit æternam: unde ad eũ mundus, uobis quidem stomachantibus, mirãtibus tamen, stupentibusq́, cõcurrit. [d] Quid prodest quod negare nõ potuisti errare homines theurgica disciplina, & quamplurimos fallere per cæcam, insipientemq́ sententiam, atq́ esse certissimum errorem, agendo, & supplicando ad principes, angelosq́ decurrere. Et rursum quasi ne operam perdidisse uidearis ista dicendo, mittis homines ad theurgos, ut per eos animæ spiritales purgentur illorum qui non secundum intellectualem animum uiuunt.

L. VIVES

a QVem uestra, ut tu ipse scribis, oracula.] De hoc libro xx. b Te duce, si qua manent.] De Asinio Pollione consule ad bella ciuilia refert Servius, ut futurus sit illo consule finis eorum, soluanturq́ terræ perpetua eorum formidine. sed diuturna fuerunt post eũ qui fuit consul cum Gn. Domitio Aenobar. iiij. anno triumuiratus. c Nam hoc utiq́.] Tota illa Ecloga sumpta est de carminibus Sibyllinis, quæ cũ essent de Christo dicta, tempusq́ esset ænigmatis quibusdam subsignificatũ, eaq́ intelligeret Verg. & uideret aduentare, de aliquo ex principibus Ro. existimabat esse dicta, & huius Pollionis filio Salonino attribuit. d Quid enim prodest.] Alibi sic: quod quia negare non potuisti errare homines etiam. sed sic melius. Quod quia negare non potuisti intantum à te ipso dissentis ut primum doceas.

Quibus persuasionibus Porphyrius obcæcatus nõ potuerit ueram sapientiam, quæ est Christus, agnoscere. Caput XXVIII

ITTIS ergo homines in errorem certissimum. [a] Neq́ hoc tantũ malum te pudet, cum uirtutis & sapientiæ te profitearis amatorẽ. Quam si uere ac fideliter amasses, Christum dei uirtutem & dei sapiẽtiam cognouisses: [b] nec ab eius saluberrima humilitate tumore inflatus uanæ scientię resiluisses. Confiteris tamẽ etiam spiritalem animã sine theurgicis artibus & sine teletis, quibus frustra discendis elaborasti, [c] posse continentiæ uirtute purgari. Aliquãdo etiam dicis, quod teletæ non post mortem eleuãt animam ut iam: nec eidem ipsi quam spiritalem uocas aliquid post huius uitæ finem prodesse uideantur. [d] & tamen uersas hæc multis modis, & repetis, ad nihil aliud, quãtum existimo, nisi ut talium quoq́ rerum quasi peritus appareas, & placeas illicitarum artium curiosis, uel ad eas facias ipse curiosos. Sed bene est quod metuendã dicis hanc artem [e] uel legum periculis, [f] uel ipsius actionis. Atque utinam hoc saltem abs te misericordiam audiant, & inde ne illic absorbeantur abscedant, aut eo penitus nõ accedant. Ignorantiam certe & propter eam multa uitia per nullas teletas purgari dicis, sed per solum πατρικὸν νοῦν, id est paternam mentem siue intellectum, qui paternæ est uoluntatis cõscius. Hinc autẽ Christum esse non credis, contemnis enim eum propter corpus ex fœmina acceptũ, & propter crucis opprobrium, excelsam uidelicet sapientiam, spretis atq́ abiectis infimis, idoneus de superioribus carpere. At ille implet, quod Prophetæ sancti de illo ueraciter prædixerunt: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Non enim suam in eis perdit & reprobat, quam ipse donauit, sed quam sibi arrogant, qui non habent ipsius. Vnde commorato isto prophetico testimonio, sequitur & dicit Apostolus: Vbi sapiens? ubi scriba? [g] ubi conquisitor huius seculi? Nónne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Nam quoniam in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam deum, placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Quoniãquidem Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærũt. Nos autem prædicamus, inquit, Christum crucifixum: Iudæis quidem scandalũ, gentibus autem stultitiam. [h] Ipsis uero uocatis Iudæis & Græcis, Christum dei uirtutem & dei sapientiam: [i] quoniam quod stultum est dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Hoc quasi stultũ & infirmum tanquã sua uirtute sapientes fortesq́ contemnunt. Sed hæc est gratia, quæ sanat infirmos, non superbe iactantes falsam beatitudinem suam, sed humiliter potius ueram miseriam confitentes.

L. VIVES

a NEq́ hoc tantũ malum te pudet.] Vetus loquendi mos, sed quem etiam recentiores usurparũt. b Nec ab eius saluberrima humilitate.] Fuit enim prius imbutus pietate nostra, à qua postea desciuit, magnaq́ rabie in eam inuectus est. c Posse continentiæ uirtute purgari.] In libris de abstinentia animalium scribit, continentia & frugalitate uitæ mentem humanam efferri, ac deo coniungi. Sed hæc elegantius Plato & doctius in Charmide: quo loco docet, curationem animæ temperantia fieri, eamq́ unicam esse animi affecti medelam, nec alijs incantationibus sordes animi elui. d Et tamẽ uersas hæc multis modis & repetis.] Ea est Porphyrij παιτολογία plenissima fastidij & nauseæ, quam licet uel ex quinq́ eius uocibus intelligere, quæ sunt in omnium manibus. e Vel legum periculis.] Nam & Plato de ea cauit. Et leges ciuiles pœnas illi constituerunt

f Vel ipsius actionis.] Nam periculosa res est, nisi rite exerceatur. Irritantur enim dæmones, & magna inferunt mala imperite excantanti: quod multis horrendis exemplis ostenderunt, quippe amant perfectam impietatem, à qua difficilis sit ad pietatem recursus. ideo terroribus ad eam homines impellũt. g Vbi eõquisitor huius seculi.] De philosophis intellige, qui maximo studio res naturæ conquisierunt. Græce est, συζητητὴς, quod etiam disputatorem sonat, ut ad molestas illas & immodicas philosophorum disputationes referatur. h Ipsis uero uocatis.] Vocatis ad pietatem, & destinatis ciuibus regni. i Quoniam quod stultũ est dei.] Vulgarius crucem appellat insipientem, utpote quæ insipiens sit uisa, hæc tamen est hominibus sapientior. Siquidem philosophos constat frigidis & inutilibus rebus uacasse, crucem uero mundo peperisse salutem. Et quod dei est, eo uidet infirmius: quia impotentia quadam uisus sit cruci affixus, sed id longe est hominibus fortius. Nec ob id solum, quia quo magis annitẽtibus multis huius nomen extinguere, eo plurimũ polleat & floret, sed quia per hunc, qui uisus infirmior, fortis dæmon ille uinctus est & coercitus.

De incarnatione domini nostri Iesu Christi, quam confiteri Platonicorũ erubescit impietas. Cap. XXIX

RAEDICAS patrem & eius filium, quem uocas paternum intellectũ, P seu mentem: & horum medium, quem putamus te dicere spiritũ sanctum, & more uestro appellas tres deos. Vbi, & si uerbis indisciplinatis utimini, uidetis tamen qualitercunque, & quasi per quædam tenuis imaginationis umbracula, quo nitendum sit: sed incarnationem incommutabilis filij dei, qua saluamur, ut ad illa quæ credimus, uel ex quantulacunque parte intelligimus, peruenire possimus, non uultis agnoscere. Itaque uidetis utcunque, etsi de loginquo, etsi acie caligante, patriam, in qua manendum est, sed uiam qua eundum est, non tenetis. Confiteris tamen gratiam, quãdoquidem ad deum per uirtutem intelligentiæ peruenire, paucis dicis esse concessum. Non enim dicis, paucis placuit, uel pauci uoluerunt, sed cum dicis esse concessum, procul dubio dei gratiam, non hominis sufficientiam confiteris. Veteris etiam hoc uerbo apertius, [a] ubi Platonis sententiam sequens, nec ipse dubitas, in hac uita hominem nullo modo ad perfectionem sapientiæ peruenire, secundum intellectum tamen uiuentibus omne quod deest, prouidentia dei, & gratia post hanc uitam posse compleri. O si cognouisses dei gratiam per Iesum Christum dominum nostrum, ipsamq́ eius incarnationem, qua hominis animam corpusque suscepit, summum esse exemplum gratiæ uidere potuisses. Sed quid faciam? Scio me frustra loqui mortuo: sed quantum ad te attinet. Quantum autem ad eos, qui te magnipendunt, & te uel qualicunque amore sapientiæ, uel curiositate artium, quas non debuisti discere, diligunt: quos potius in tua compellatione alloquor, fortasse non frustra. Gratia dei non potuit gratius commendari, quàm ut ipse unicus dei filius in se incommutabiliter manens, indueretur hominem, & spem dilectionis suæ daret hominibus, homine medio: qua ad illum ab hominibus ueniretur, qui tam longe erat immortalis à mortalibus, incommutabilis à commutabilibus: iustus ab impijs: beatus à miseris, & quia naturaliter indidit nobis, ut beati immortalésque esse cupiamus, manens beatus suscipiénsque mortalem, ut nobis tribueret quod amamus, perpetiendo docuit cõtemnere quod timemus. Sed huic ueritati, ut possetis acquiescere, humilitate opus erat, quæ ceruici uestræ difficillime persuaderi potest. Quid enim incredibile dicitur, præsertim uobis qui talia sapitis, quibus ad hoc credendum uos ipsos admonere debebatis? quid inquam uobis incredibile dicitur, cum deus dicitur assumpsisse humanam animam, & corpus? Vos certe tantum tribuitis animæ intellectuali, quę anima utique humana est, ut eam consubstantialem paternæ illi mentí, quem dei filium confitemini, fieri posse dicatis? Quid ergo incredibile est, si aliqua una intellectualis anima modo quodam ineffabili & singulari, pro multorum salute suscepta est? Corpus uero animæ cohærere, ut homo totus & plenus sit, natura nostra ipsa teste cognoscimus. Quod nisi usitatissimum esset, hoc profecto esset incredibilius. Facilius quippe in fidem recipiẽdum est: & si humanum diuino, & si mutabile incommutabili, tamen spiritum spiritui, aut ut uerbis utar quæ in usu habetis, incorporeum, incorporeo, quàm corpus incorporeo cohærere. An forte uos offendit inusitatus corporis partus ex uirgine? Neque hoc debet offendere, immo potius ad pietatem suscipiendam debet adducere, quod mirabilis mirabiliter natus est. An uero, quod ipsum corpus morte depositum, & in melius resurrectione mutatum, iam incorruptibile atque immortale in superna subuexit? Hoc fortasse credere

recusatis,intuentes Porphyrium in his ipsis li/
bris,ex quibus multa posui,quos de regressu a/
nimæ scripsit,tã crebro pręcipere,omne corpus
esse fugiẽdum,ut anima posit beata permane/
re cum deo. Sed ipse potius ista sentiens corri/
gendus fuit,præsertim cum de anima mũdi hu
ius uisibilis,& tam ingentis corporeæ molis, cũ
illo tam incredibilia sapiatis.[b]Platõe quippe au/
tore,animal esse dicitis mũdum, & animal bea/
tissimum,quod uultis esse etiam sempiternum.
Quomodo ergo nec unquam soluetur à corpo
re,nec unquam carebit beatitudine,si ut anima
beata sit,corpus est omne fugiendum? Solem B
quoq; istum & cætera sydera, non solum in li/
bris uestris corpora esse fatemini, quod uobis/
cum omnes homines & conspicere non cũctan
tur & dicere:uerum etiam altiore,ut putatis pe/
ritia, hæc esse animalia beatissima perhibetis, &
cum his corporibus sempiterna. Quid ergo est
quod cum uobis fides Christiana suadetur,tũc
obliuiscimini aut ignorare uos fingitis,quid dis/
putare aut docere soleatis? Quid causæ est, cur
propter opiniones uestras,quas uosipsi oppu/
gnatis,Christiani esse nolitis,nisi quia Christus
humiliter uenit,et uos superbi estis? Qualia san
ctorum corpora in resurrectione futura sint,po C
test aliquãto scrupulosius inter Christianarum
scripturarum doctissimos disputari, futura ta/
men sempiterna minime dubitamus:[c]et talia fu
tura,quale resurrectionis suæ Christus demon
strauit exemplo.Sed qualiacũq; sint,cũ incorru
ptibilia prorsus & immortalia nihiloq; animæ
cõtemplationem qua in deum figitur,impediẽ/
tia prędicentur:uosq; etiã dicatis esse in cœlesti
bus immortalia corpora immortaliter beatorũ:
quid est quod ut beati simus om̃e corpus fugiẽ/
dũ esse opinamini, ut fidẽ Christianã quasi ra
tionabiliter fugere uideamini,nisi quia illud est, D
quod iterum dico, Christus est humilis,uos su/
perbi? An forte corrigi pudet? Et hoc uitiũ non
nisi superborum est.Pudet uidelicet doctos ho
mines[d]ex discipulis Platõis fieri discipulos Chri
sti,qui piscatorẽ suo spiritu docuit sapere ac di/
cere:In principio erat uerbum , & uerbum erat
apud deum, & deus erat uerbum. hoc erat in
principio apud deum. Omnia per ipsum facta
sunt,[e]& sine ipso factum est nihil. Quod factũ
est in ipso uita erat,et uita erat lux hominum,&
lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non com/
prehenderunt.[f]Quod initium sancti Euange/
lij, cui nomen est,secundum Ioannem,quidam
Platonicus,[g]sicut à sancto sene Simpliciano,
qui postea Mediolanensi ecclesiæ præsedit Epi
scopus,solebamus audire,aureis literis conscri/
bendum,& per omnes ecclesias in locis eminẽ/
tissimis proponendum esse dicebat. Sed ideo
uiluit superbis deus ille magister: quia uerbum
caro factum est & habitauit in nobis:ut parum
sit miseris quod ægrotant,nisi se in ipsa ægritu/
dine etiam extollant:& de medicina qua sanari
poterant,erubescant. Non enim hoc faciunt, ut
erigantur,sed ut cadendo grauius affligantur.

L. VIVES

a VBi Platonis sententiam.] In Phedone & Epinomide,quam nos lib. viij. exposuimus. b Platone quippe autore.] In Timæo mundum animantem,sydera quoque animantia esse & beata scribit.

c Et talia futura,quale sua resurrectione Christus.] Nullis morbis,nullis uitijs,nulli morti obnoxium, agile,particeps beatitudinis animæ. Sic Apostolus ad Philippenses iij. Seruatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum,qui reformabit corpus humilitatis nostræ,ut configuret corpori claritatis suæ. d Ex discipulis Platonis fieri discipulos Christi.] Quæ est ista tam insolens iactatio sapientiæ? Ceu uero erubuerit Plato magistrum habere Socratẽ,qui nihil se scire profitebatur,& nõ per totam uitam gloriatus sit discipulum se fuisse marmorarij,totamq; suam illam tam late patentem sapientiam præceptoris esse:& non ipse Socrates apud Platonem & Xenophontem principes scholæ illius multa referat in Aspasiam, & Diotimam magistras.

e Et sine ipso factũ est nihil.] Græci sic distinguũt: Et sine ipso factum est nihil, quod factum est. quasi redit in nihilum,nisi conseruetur cura regentis. Quod etiam philosophi senserunt,& sic dispunctum legi in exemplari Colonien. de qua re nihil nunc pronũcio. f Quod initium sancti Euangelij.] Aug. lib. confes. viij. ait, se in libris Platonicorum legisse,& si non eisdem uerbis sententiam Euãgelij diui Ioannis: In principio erat uerbũ. Amelius autẽ Platonicus sic inquit: Atq; hoc erat illud uerbum,per quod ea quæ facta sunt,fiebant. Quum tamen semper essent, quemadmodum & Heraclitus uoluit,& per Iouem barbarus ille censet in ordine dignitateq; principij constitutum apud deum esse, & deũ esse, & per ipsum omnia facta esse,& in ipso quod factum est, uiuum & uitam & ens fuisse. Barbarum uero Ioannem dicit. Porrò nos ex Platone docuimus, uerbo dei omnia esse facta. & ex Plotino filium dei esse creatorem. Numenius quoq; non uult deum primum creatorem esse, sed secundum. g Sicut à sancto sene Simpliciano.] Simplicianus Mediolanensis Episcopus,amicus fuit Augustini,multæq; inter eos missitatæ sunt literæ: isq; presbyter adhuc nondum Episcopus hortatus est Augustinum,ut ingenium exerceret,& expositionibus sacrarũ literarum operam daret. Gennadius in catalogo illustrium uirorum.

Simplicianus

Quanta Platonis dogmata Porphyrius refutauerit,& dissentiendo correxerit. Caput XXX

I post Platonem aliquid emendare A
existimatur indignum,cur ipse Por
phyrius nonnulla et nõ parua emẽ/
dauit?[a]Nam Platonem animas ho
minum post mortem reuolui usq;
ad corpora bestiarum scripsisse certissimũ est.
[b]Hanc sententiam Plato doctor tenuit, et Pla/
tonis discipulo Porphyrio tamẽ iure displicuit.
In hominum sanè,nõ sua quæ dimiserãt,sed in
alia noua corpora redire humanas animas arbi
tratus est. Puduit scilicet,illud credere, ne mater
fortasse filium in mulam reuoluta uectaret:&
non puduit hoc credere, ne reuoluta mater in B
puellam filio forsitan nuberet. Quanto credi/
tur honestius,quod sancti,et ueraces angeli do
cuerunt:quod Prophetæ dei spiritu acti locuti
sunt:quod ipse,quem uenturum saluatorẽ præ
missi nuncij prædixerunt:quod missi Aposto/
li,qui orbem terrarum Euangelio repleuerunt.
Quanto,inquam,honestius creditur,reuerti se/
mel animas ad corpora propria, quàm reuerti
toties ad diuersa. Veruntamen,ut dixi, ex ma/
gna parte,in hac opiniõe correctus est Porphy
rius:ut saltem in solos homines humanas ani
mas præcipitari posse sentiret: beluinos autem
carceres euertere, minime dubitaret. Dicit etiam C
deum,ad hoc animam mundo dedisse,ut mate
riæ corporalis cognoscens mala ad patrẽ recur
reret,nec aliquãdo iam talium polluta contagio
ne teneretur. Vbi etsi aliquid inconuenienter sa
pit,magis enim data est corpori, ut bona face/
ret:non enim mala disceret, si non faceret:in eo
tamen aliorum Platonicorum opinionem, &
non in re parua emendauit, quod mundatam
ab omnibus malis animam,& cum patre con/
stitutam, nunquam iam mala mũdi huius pas/
suram esse confessus est. Qua sententia profe/
cto abstulit, quod esse Platonicum maxime D
perhibetur: ut mortuos ex uiuis, ita uiuos ex
mortuis semper fieri: falsũq; esse ostendit,quod
[c]Platonice uidetur dixisse Vergilius, in campos
Elysios purgatas animas missas, quo nomine
tanquam per fabulam uidentur significari gau
dia beatorum,ad fluuiũ Letheum euocari, hoc
est ad obliuionem pręteritorum:

Scilicet immemores supera ut cõuexa reuisant,
Rursus & incipiant in corpora uelle reuerti.

Merito displicuit hoc Porphyrio: quoniam re/
uera credere stultum est,ex illa uita,quæ beatis/
sima esse non poterit,nisi de sua fuerit æternita/
te certissima,desiderare animas corporum cor/
ruptibilium labem,& inde ad ista remeare,tan/
quam hoc agat summa purgatio,ut inquinatio
requiratur. Si enim quod perfecte mundantur,
hoc efficit,ut omnium obliuiscantur malorum:
malorum autem obliuio facit corporum deside
rium,ubi rursus implicentur malis: profecto e/
rit infelicitatis causa,summa felicitas,& stultitiæ
causa,perfectio sapientiæ:& immunditię causa,
summa munditia. Nec ueritate ibi beata erit a/
nima quãdiucunq; erit,ubi oportet fallatur, ut
beata sit. Non enim beata erit,nisi secura. Vt au
tem secura sit,falsò putabit, semper se beatam
fore:quoniam aliquando erit & misera. Cui er/
go gaudendi causa falsitas erit,quomodo de ue
ritate gaudebit? Vidit hoc Porphyrius, purga/
tamq; animam,ob hoc reuerti dixit ad patrẽ,
ne aliquando iam malorum polluta contagio/
ne teneatur.

L. VIVES

a NAm Platonem animas hominum post mortẽ.] Plato Pythagoræ opinionem secutus, animas post mortem in corpora redire existimauit, sic in Timæo, sic in extremo de rep. sic in Phedro scribit. In hoc enim libro, quem postremum nominaui, legem Adrastiæ illius necessariæ refert, qua iubetur, ut quæcũq; anima deum secuta, aliquid ueri inspexerit, ea sine ulla pœna, ad circum alterum peruadat. Quod si & in illo idem fecerit, uacet quoque pœna, semper beata, si semper sic faciat: quod si uerum non fuerit consecuta, & casu pressa pœnas obtinuerit, in corpus abeat. His gradibus, ut quæ plurima uiderit, philosophum induat: hinc proxima legitimũ regem, aut imperatorem, ac strenuũ uirum. ex tertio ordine fiant magistratus in rep. & patresfamiliâs: ex quarto aliptæ & medici: ex quinto uates & mystæ: de sexto Poetæ: de septimo opifices, & agricolæ: ex octauo sophistæ & aurarij: ex nono tyranni. Sic proficiscuntur animæ in uitam: quam qui recte transegerit, is ad meliorem conditionem remigrabit, qui inique, ad peiorem. In eum enim locum, unde quæq; anima discesserat annis x. milibus non redit, nam alas confractas ante id tempus non recuperat, præter illius animã, qui simpliciter & sine dolo philosophatus est. nam huic si ter ad eum uixerit modum, ter milleni sufficiunt anni. Ex alijs animabus, ubi de eis pronũciatum est, hæ quidem sub terram ad supplicia conijciũtur, illæ in cœlum sublatæ uitam agunt beatam, pro ratione eius, quã in terris egerunt. Post mille autem annos, utræq; ad secundam redeunt uitam, optione unicuiq; proposita, ut quod uelit, eligat. Itaq; aliæ quæ prius fuerant hominũ, in bestias discedunt: aliæ prius bestiarum, in homines, si modo hominũ quoq; aliquando fuerant. nam quæ ueritatem nunquã est intuita, in humanã formã non trãsibit. Hæc est sentẽtia Platonis in Phedro. In ultimo uero de rep. de huiusmodi uitæ optionibus loquens ait, electionem magna ex parte iuxta uitæ prioris mores fieri. Sic Orphei animam cygni corpus elegisse, nec uoluisse in fœminam transire odio illius sexus: Animam Thamiris philomelæ, cygni quoq; animam in hominem demigrasse: Aiacis animam leonem optasse: Agamemnonis aquilam, Thersitis simiam. b Hanc sententiam

Trãsanimatio

Plato

Plato doctor.] Alibi legitur Plotinus doctor. Ipſe Porphyrius ſcribit ſe decimo Galieni imperatoris anno Romam è Græcia uenisse,cũ Plotinus ageret ferè quinquagesimum nonum annum,audiſſeq; illum quinq; annos. Plotinus uero Platonis opinionem de reditu animarum in quæuis corpora ſecutus eſt.itaq; ſic uidetur legendũ, Hanc ſententiam Plato doctor tenuit,& Plotinus,diſcipulo tamen Porphyrio etiam. c Quod Platonice uidetur dixiſſe Vergilius.] Plato lib. De rep. x. animas dicit ad Letheum campũ proficiſci ſtirpibus omnino uacuum,& ex Amelita fluuio pronas bibere: quæ largius hauriũt,obliuiſci penitus omnium. Hoc facto dormire omnes,& media nocte tonitru ingenti excitari, uenireq; ad uitam. Amelita autem eſt ceu rerum omnium obliuio. q. nullius rei cura & cogitatio: Apud Verg. autẽ ſic loquitur Anchiſes de animabus corporibus defunctis:

Has omnes,ubi mille rotam uoluere per annos
Letheũ ad fluuium,deus euocat,agmine magno.
Scilicet immemores &c,
Obliuiſcuntur itaq; præteritorũ,& qualis futura ſit ſequens uita non recogitant,nec tamen uoluntate huc inducuntur,ſed neceſsitate.

Contra argumentum Platonicorum quo animam humanam aſſerunt deo eſſe coæternam, Cap. xxxi

ALSO igitur à quibuſdam Platonicis eſt creditus,[a]quaſi neceſſarius orbis ille ab eiſdem abeundi,& ad eadem reuertendi. Quod etiam ſi uerũ eſſet,quid hoc ſcire prodeſſet,niſi forte inde ſe nobis auderẽt præferre Platonici, quia id nos in hac uita iam neſciremus,quod ipſi in alia meliore uita purgatiſsimi & ſapientiſsimi fuerant naſcituri,& falſum credẽdo beati futuri? Quod ſi abſurdiſsimum & ſtultiſsimũ eſt dicere,Porphyrij profecto eſt præferenda ſententia,his qui animarũ circulos alternante ſemper beatitudine & miſeria ſuſpicati ſunt. Quod ſi ita eſt,ecce Platonicus in melius à Platõe diſſentit:ecce uidit hic,quod ille non uidit,nec poſt talem ac tantum magiſtrum refugit correctionem,ſed homini præpoſuit ueritatẽ. Cur ergo non potius diuinitati credimus de his reb.quas humano ingenio perueſtigare non poſſumus, quæ animam quoq; ipſam non deo coæternã, ſed creatam dicit eſſe,quæ nõ erat? Vt enim hoc Platonici nollent credere,hãc utiq; cauſam idoneam ſibi uidebãtur afferre,quia niſi quod ſemper antea fuiſſet, ſempiternũ deinceps eſſe non poſſet. Quanquã & de mũdo & de his quos in mundo deos à deo factos ſcribit Plato,apertiſsime dicat eos eſſe cœpiſſe,& habere initium,finem tamen non habituros, ſed per conditoris potentiſsimam uoluntatem in æternũ permanſuros eſſe perhibeat. Verum id quomodo intelligant,inuenerunt,non eſſe hoc uidelicet temporis ſed ſubſtitutiõis initium. [c]Sicut enim, inquiunt,ſi pes ex æternitate ſemper fuiſſet in puluere,ſemper ei ſubeſſet ueſtigium:quod tamen ueſtigium à calcante factum nemo dubitaret,nec alterũ altero prius eſſet, quãuis alterũ ab altero factũ eſſet:Sic,inquiũt,& mũdus atq; in illo dij creati,& ſemper fuerũt ſemper exiſtente qui fecit,et tamẽ facti ſũt. Nũquid ergo ſi anima ſemper fuit,etiam miſeria eius ſemper fuiſſe dicẽda eſt? Porrò ſi aliquid in illa,quod ex æterno non fuit eſſe cœpit ex tẽpore,cur non fieri potuit,ut ipſa eſſet ex tẽpore,quæ antea nõ fuiſſet? Deinde beatitudo quoq; eius poſt experimentũ malorum firmior,& ſine fine mãſura,ſicut iſte confitetur proculdubio cœpit ex tempore, & tamẽ ſemper erit,cum antea non fuerit. Illa igitur omnis argumẽtatio diſſoluta eſt,qua putatur nihil eſſe poſſe ſine fine temporis,niſi quod initiũ nõ habet temporis. Inuenta eſt enim animæ beatitudo,quæ cum initium tẽporis habuerit,finem temporis non habebit. Quapropter diuinę auctoritati humana cedat infirmitas,eisq; beatis et immortalibus de uera religione credamus, qui ſibi honorem non expetunt,quem deo ſuo,qui etiam noſter eſt,deberi ſciunt:nec iubent, ut ſacrificium faciamus,niſi ei tantummodo,cuius & nos cum illis,ut ſæpe dixi,& ſæpe dicendũ eſt, ſacrificiũ eſſe debemus,per eum ſacerdotẽ offerendi,qui in homine quem ſuſcepit, ſecundum quem & ſacerdos eſſe uoluit,etiam uſq; ad mortem ſacrificium pro nobis dignatus eſt fieri.

L. VIVES

a Quaſi neceſſarius orbis ille.] Plato uolui à Parcis omnia ſcribit, & uitas noſtras,& tempus quo anima corpore uacat:ita quum cõuerſio uitæ perfecta eit, ſequi mortem, cum purgationis animæ, redire eam animam ad nouum corpus, uitæ incertum eſſe nobis, animæ corpore liberæ mille eſſe annos. Hũc orbem neceſſariũ putabant illi,ne cum certus eſſet animarũ numerus,à deo, cũ mundũ hunc architectaretur,creatus, deeſſent qui terram incolerent homines, mũdo æterno, & hominibus morti ſubditis. Hunc orbem,hanc uertiginem expreſsius Vergilius rotam nominauit, quæ ubi in ſe conuoluta,circulum ſuum confecit, uitam reddit, quam ademerat: ut illa altera uitæ finem facit, quam attulerat,utraq; cum eodem unde diſceſſerat, redit. Hæc à morte in mortem,illa contra,à uita in uitam: ſed hæc per mortem,illa per uitam. b Verũ id quomodo intelligant.] Mundum à deo creatum eſſe,id exiſtimaſſe Platonem conſtat. Cæterum in controuerſia eſt,an in tempore aliquo inceperit eſſe aliquot annos ab hinc,an nullum habeat in tempore principatũ. Nam Plutarchus, Atticus, Seuerus, crediderunt Platoni, mundum aliquando eſſe cœpiſſe,nunquam tamen interiturũ. Crantori

Mũdus creatus Platone

tori uero,Plotino,Porphyrio,Iamblicho,Proculo,Macrobio,Platonicis uiſum eſt,mundum Platonicum æternum fuiſſe,& fore. Iſtis Cẽſorinus aſtipulatur, qui eam de mundo ſententiam Pythagoræ,& Pythagoricorum eſſe tradit: quos Plato in ratione naturæ præ cæteris ſecutus eſt. Eiuſdẽ rei autores ſunt Cicero,Iuſtinus martyr,& Boetius. Apuleius in deo Socratis ſic inqt: Quos deos Plato exiſtimat ueros incorporales,animales, neq; ullo fine,neq; exordio,ſed prorſus retro æuiternos. In dogmate tamen Platonis,Platonem indicat, de origine mundi non ſatis ſibi conſtitiſſe. Ait enim,& hunc quidẽ mundum,nunc fine initio eſſe dicit,aliàs originem habere,natumq; eſſe. c Sicut enim inquiũt,ſi pes.] Noſtri quum de effectu cauſæ cœuo loquuntur, de ſole,& eius ſplendore exemplum adferunt.

De uniuerſali uia animæ liberandæ, quam Porphyrius male quærẽdo,nõ reperit:& quam ſola gratia Chriſtiana reſerauit. Cap. xxxii

AEC eſt religio,quæ uniuerſalem cõtinet uiam animæ liberãdæ,quoniã nulla niſi in hac,liberari poteſt. Hæc eſt enim quodãmodo [d]regalis uia,quæ una ducit ad regnum, non temporali faſtigio nutabundum, ſed æternitatis firmitate ſecurũ. Cum autem dicit Porphyrius in primo iuxta finem de regreſſu animæ libro:nondum receptam unam quandã ſectam, quæ uniuerſalem uiam animæ cõtineat liberandæ: uel à philoſophia ueriſsima aliqua, [b]uel ab Indorum moribus,ac diſciplina, aut inductione Chaldæorũ,aut alia qualibet uia,nõdum q; in ſuam notitiam eandem uiam hiſtoriali cognitione perlatam,proculdubio confitetur eſſe aliquam,ſed nõdum in ſuam ueniſſe notitiam. Ita ei non ſufficiebat quicquid de anima liberãda, ſtudioſiſsime didicerat, ſibiq;, uel potius alijs noſſe,ac tenere uidebatur. Sentiebat enim adhuc ſibi deeſſe aliquam præſtantiſsimã autoritatem, quã de re tanta ſequi oporteret. Cum autem dicit,uel à philoſophia ueriſsima, aliquam nondũ in ſuam notitiã peruenisſe ſectam, quæ uniuerſalem contineat uiam animæ liberãdæ, ſatis,quantũ arbitror, oſtendit,uel eam philoſophiam in qua ipſe philoſophatus eſt,nõ eſſe ueriſsimã,uel ea non cõtineri talem uiam. Et quomodo iam poteſt eſſe ueriſsima, qua non cõtinetur hæc uia? Nam quæ alia uia eſt uniuerſalis animæ liberandę,niſi qua uniuerſæ animę liberãtur,ac per hoc ſine illa nulla anima liberatur? Cum autẽ addit & dicit,uel ab Indorum moribus,& diſciplina,uel ab inductione Chaldæorum,uel alia qualibet uia: manifeſtiſſima uoce teſtatur,neq; illis quæ ab Indis,neque illis quæ à Chaldęis didicerat,hanc uniuerſalem uiã animæ liberandæ cõtineri, & utiq; ſe à Chaldæis oracula diuina ſumpſiſſe,quorum aſsiduã commemorationẽ facit,tacere nõn potuit. Quã ualde ergo intelligi animæ liberãdæ uniuerſalẽ uiam nondum receptã,uel ex aliqua ueriſsima philoſophia,uel ex earũ gentium doctrinis quæ magnæ uelut in diuinis reb. habebãtur:quia plus apud eos curioſitas ualuit quorũq; angelorum cognoſcendorũ & colendorũ,nondum q; in ſuam notitiã hiſtoriali cognitione perlatã? Quæ nam iſta eſt uniuerſalis uia,niſi quæ nõ ſuæ cuique genti propria, [e]ſed uniuerſis gentibus quæ cõmunis eſſet, diuinitus impertita eſt? Quã certe iſte homo nõ mediocri ingenio præditus, eſſe non dubitat. Prouidentiã quippe diuinã ſine iſta uniuerſali uia liberãdæ animę genus humanum relinquere potuiſſe non credit. Neq; enim ait nõ eſſe,ſed hoc tantũ bonum, tantũq; adiutorium nõdum receptũ,nondũ in ſuam notitiã eſſe perlatum. Nec mirũ. [d]Tunc enim Porphyrius erat in rebus humanis:quando iſta liberandæ animę uniuerſalis uia,quę nõ eſt alia quàm religio Chriſtiana, oppugnari permittebatur ab idolorũ dæmonumq; cultoribus regibusq; terrenis,propter aſſerendũ & conſecrandũ martyrũ numerũ, [e]hoc eſt teſtiũ ueritatis, per quos oſtenderetur omnia corporalia mala pro fide pietatis et cõmendatione ueritatis eſſe tolerãda. Videbat ergo iſta Porphyrius,& per huiuſmodi perſecutiones cito iſtam uiam perituram, & propterea nõ eſſe ipſam liberandæ animæ uniuerſalem putabat,non intelligens hoc,quod eũ mouebat,& quod in eius electione perpeti metuebat,ad eius cõfirmationem robuſtioremq; commendationem potius pertinere. Hæc eſt igitur animæ liberandæ uniuerſalis uia, id eſt uniuerſis gentibus diuina miſeratione conceſſa, cuius profecto notitia ad quoſcunque iam uenit, & ad quoſcunque uentura eſt: nec debuit, nec debebit ei dici [f]quare modo, & quare ſero,quoniam mittentis conſilium non eſt humano ingenio penetrabile. Quod ſenſit etiam iſte cum dixit,nondum receptum hoc donum dei,& nondum in ſuam notitiam fuiſſe perlatum. Neq; enim propterea uerum nõ eſſe iudicauit,quia nondum in ſuam fidem receptũ fuerat, uel in notitiam nondum peruenerat. Hæc

eſt

est,inquam,liberandorum credentium uniuer-
salis uia,de qua fidelis Abraham diuinum acce
pit oraculum:In semine tuo benedicentur om-
nes gentes.Qui fuit quidem gente Chaldæus,
sed ut talia promissa perciperet, quod ex illo
propagaretur semen dispositum per angelos
in manu mediatoris,in quo esset ista liberandæ
animæ uniuersalis uia,hoc est omnibus genti-
bus data,iussus est discedere de terra sua & de
cognatione sua,& de domo patris sui. Tũc ipse
primitus à Chaldæorũ superstitionibus libera
tus,unum uerum deum sequẽdo coluit, cui hoc
etiam promittenti fideliter credidit. Hæc est u-
niuersalis uia,de qua in sancta prophetia dictũ
est:Deus misereatur nostri & benedicat nobis,
illuminet uultum suum super nos & misereatur
nostri. Vt cognoscamus in terra uiã tuam:in o-
mnibus gẽtibus salutare tuũ. Vnde tanto post
ex Abrahæ semine carne suscepta, de seipso ait
ipse saluator: Ego sum uia, & ueritas, & uita.
Hæc est uniuersalis uia,de qua tanto ante pro-
phetatum est:Erit in nouissimis diebus manife
stus[g] mons domus domini paratus in cacumi-
ne montium,& extolletur super colles, & ueni-
ent ad eum uniuersę gentes,& ingredientur na
tiones multæ,& dicent: Venite ascendamus in c
montem domini,& in domum dei Iacob,& an
nunciabit nobis uiam suã et ingrediemur in ea.
Ex Sion enim prodiet lex,& uerbũ domini ab
Hierusalem. Via ergo ista nõ est unius gentis,
sed uniuersarũ gentium. Et lex uerbũq; domini
non in Sion & Hierusalem remansit, sed inde
processit,ut se per uniuersa diffunderet. Vnde
ipse mediator post resurrectionem suam disci-
pulis trepidantibus ait: Oportebat impleri quę
scripta sunt in lege & Prophetis & Psalmis de
me. Tunc aperuit illis sensum ut intelligerẽt scri
pturas,& dixit eis:Quia oportebat Christũ pa
ti,& resurgere à mortuis tertio die, & prædicari
in nomine eius pœnitentiam & remissionẽ pec
catorũ per omnes gentes,incipientibus ab Hie
rusalem. Hæc est igitur uniuersalis animæ libe-
randę uia, quam sancti angeli sanctiq; Prophe
tæ prius in paucis hominibus ubi potuerũt dei
gratiam reperientibus & maxime in Hebræa
gente,[h] cuius erat ipsa quodãmodo sacrata res-
publica,in prophetationẽ & prænunciationẽ ci
uitatis dei ex omnib. gẽtibus congregandę,&
tabernaculo,& tẽplo,& sacerdotio,& sacrificijs
significauerũt,& eloquijs quibusdam manife-

A stis plerisq; mysticis prædixerunt. Præsens au-
tem in carne ipse mediator, & beati eius Apo-
stoli,iam testamenti noui gratiam reuelantes,a-
pertius indicarunt,quæ aliquanto occultius su-
perioribus sunt significata temporibus,pro ęta
tũ generis humani distributione:sicut eam deo
sapienti placuit ordinare,mirabilium operũ di-
uinorum,quorũ superius pauca iam posui con-
testantibus signis. Non enim tantummodo ap
paruerunt uisiones angelicæ,& cœlestium mini
strorum sola uerba sonuerunt,uerumetiam ho-
minibus dei uerbo simplicis pietatis agentibus,
spiritus immundi de hominum corporibus, ac
B sensibus pulsi sunt:uitia corporis, languoresq;
sanati:ferę animalia terrarum,& aquarum, uo-
latilia cœli,ligna,elementa,sydera,[i] diuina iussa
fecerunt,inferna cesserunt,mortui reuixerũt:ex-
ceptis ipsius saluatoris propriis singularibusq;
miraculis,maxime natiuitatis & resurrectionis:
in quorum uno[k] maternæ uirginitatis tantum-
modo sacramentum,in altero autem etiam eo-
rum qui in fine resurrecturi sunt, demonstrauit
exemplum. Hæc uia totum hominem mũdat,
& immortalitati mortalẽ ex omnibus quibus
constat partibus, præparat. Vt enim non alia
purgatio ei parti quæreretur,quam uocat intel-
lectualem Porphyrius,alia ei,quam uocat spiri
talem,alia quæ ipsi corpori,propterea totum su
scepit ueracissimus potentissimusq; mũdator,
atq; saluator. Præter hanc uiam quæ[l] partim cũ
hæc futura prænunciantur,[m] partim cum facta
nunciantur, nunquã generi defuit humano,ne
mo liberatus est,nemo liberatur, nemo libera-
bitur. Quod autẽ Porphyrius uniuersalem uiã
animæ liberandæ nõdum in suam notitiam hi
storiali cognitione dicit esse perlatam:quid hac
historia,uel illustrius inueniri potest, quæ uni-
uersum orbem tanto apice autoritatis obtinuit,
D uel fidelius,in qua ita narrantur præterita,ut fu
tura etiã prædicantur,quorum multa uidemus
impleta:ex quibus ea quæ restãt sine dubio spe
remus implenda. Nõ enim potest Porphyrius,
uel quicũq; Platonici,etiã in hac uia quasi terre-
narum rerum,& ad istam uitã mortalem perti-
nentiũ,diuinationẽ prædictionẽq; contemne-
re:quod merito in aliijs uaticinationibus,& quo
rumlibet modorum uel artium diuinationibus
faciunt. Negant enim uel magnorũ fuisse homi
num,uel magni esse pendenda,Et recte. Nam,
uel inferiorum fiunt præsensione causarũ, sicut

arte

arte medicinę quibusdam antecedẽtibus signis
plurima uenturæ ualetudini præuidẽtur:uel im
mundi dęmones sua disposita facta prænunci-
ant,[o] & in quorũuis mentibus, atq; cupiditatib.
iniquorum cõgrua factis dicta, uel dictis facta
cõpensant:ut sibi ius quodammodo uendicent
in materia infirma fragilitatis humanæ. Nõ ta-
lia sancti homines in ista uniuersali animarũ li-
berandarum uia gradientes, tanquam magna
prophetare curarunt:quamuis & ista eos nõ fu
gerint, & ab eis sæpe prædicta sint, ad eorum
fidem faciendam quæ mortalium sensibus non
poterãt intimari,nec ad experimẽtum celeri fa-
cilitate perduci. Sed alia erant uere magna atq;
diuina,quæ quantum dabatur,cognita dei uo-
luntate,futura nunciabant. Christus quippe in
carne uenturus,& quę in illo tam clara perfecta
sunt,atq; in eius nomine impleta,pœnitẽtia ho
minum,& ad deum conuersio uoluntatum, re-
missio peccatorum,gratia iustitiæ, fides piorũ,
& per uniuersum orbem in ueram diuinitatem
multitudo credẽtium,cul turæ simulachrorum,
dæmonũq; subuersio,& à tentationibus exer-
citatio,proficientium purgatio, & liberatio ab
omni malo, iudicij dies, resurrectio mortuorũ,
societatis impiorum ęterna damnatio,regnũq; c
æternæ glorioßissimæ ciuitatis dei conspectu e-
ius immortaliter perfruẽtis:in huius uiæ scriptu
ris prædicta,atq; promissa sunt: quorum tam
multa impleta conspicimus,ut recta pietate fu-
tura esse cætera confidamus. Huius uię rectitu-
dinem usq; ad deum uidendum, eiq; in æter-
num cohærendum,in sanctuario scripturarum
esse locatam,qua prædicatur atq; asseritur ueri-
tate,quicunq; non credunt,& ob hoc nec intel-
ligũt, oppugnare possunt, sed expugnare non
possunt. Quapropter,in decem libris istis, & si
minus,quàm nonnullorum de nobis expecta-
D bat intentio, tamen quorũdam studio, quantũ
uerus deus & dominus adiuuare dignatus est,
satisfecimus,refutando contradictiones impio-

rum,qui cõditori sanctæ ciuitatis,de qua dispu-
tare instituimus,deos suos præferũt. Quorum
decem librorum quinque superiores aduersus
eos cõscripti sunt,qui propter bona uitæ huius
deos colendos putant:quinq; autem posterio-
res aduersus eos, qui cultum deorũ propter ui-
tam ,quæ post mortem futura est, seruandum
existimant. Deinceps itaque,ut in primo libro
polliciti sumus,de duarũ ciuitatum,quas in hoc
seculo perplexas diximus, inuicẽq; permixtas,
exortu & procursu & debitis finibus, quod di-
cendum arbitror, quantum diuinitus adiuua-
B bor expediam.

L. VIVES

a REgalis uia.] Lata, publica: quæ regia, & consula
ris,& prætoria militaris dicitur legibus sacra.
b Vel ab Indorum moribus ac disciplina.] Gymnosophistarum & Brachmanarum, qui multa ad-
mirabiliter & egisse,& docuisse memorantur. c Sed
uniuersis gentibus.] Hæc est pietas nostra, quæ ideo ca
tholica nominatur, quòd non certo alicui populo tradi
ta est, ut Iudaica,sed toti generi humano,nec ullum ex-
cludit,omnibus per hãc saluis esse licet,& sine hac nul-
li:nec religiones in hac sunt suæ cuiq; genti, sicut apud
gentiles. Alij enim dij & alio modo apud Romanos cole
bantur, quàm Græcos, alij apud hos, quàm apud Gal-
los, Hispanos, Scythas, Indos, Persas: Omnes gẽtes quæ
Christum professæ sunt, eũdem colunt deum, & eodem
sacrificij genere. d Tũc enim Porphyrius erat in re-
bus humanis.] Vixit enim Diocletiano principe, qui
Christianos iniquissimo insectatus est odio. e Hoc est
testium ueritatis.] Μάρτυρ enim est testis. f Quare mo-
do & quare sero.] Q. cur nunc mittitur, cur non ante?
g Mons domus domini.] Alibi non adscribitur, do
mus, lxx. sic τὸ ὄρος κυρίου, καὶ ὁ οἶκος τοῦ θεοῦ, mons domini,
& domus dei. h Cuius erat ipsa quodammodo.]
Hoc enim erat initium,& uelut propago & seminarium
ecclesiæ dei. i Diuina iussa fecerunt, mortui reuixe-
runt.] Alibi sic, diuin. iuss. fe. inferna cesserunt, mortui re
uixerunt. k Maternæ uirginitatis tantummodo sa-
cramentum.] Hoc est sacramentum, nihil pollui, nihil
frangi, aut corrumpi, quod ille instaurator omnium at
tigerit. l Partim cum hæc futura prænunciantur.]
In lege Mosaica per prophetas. m Partim cum facta
nũciantur.] In nostra per Apostolos,& reliquos sacros
concionatores. n Venturæ ualetudini.] Alibi euen
turæ:melius euentura ualetudini. o Et in quorũuis
mentibus.] Alibi, quorum ius & in mentibus atq; cupi
ditatibus iniquorũ ad congruentia facta duceridis quo
dammodo sibi uendicant. Possunt enim ad morbũ uel
ad sanitatem corpora humana naturæ uiribus afficere
quas habent quàm nos longe notiores.

Catholicè fides

C

ELENCHVS CAPITVM
IN DIVI AVRELII AVGVSTINI DE
CIVITATE DEI LIBRVM XI

1 De ea parte operis qua duarum ciuitatum, id est cœlestis ac terrenæ initia & fines incipiunt demonstrari.
2 De cognoscẽdo deo, ad cuius notitiam nemo hominum peruenit, nisi per mediatorem dei & hominum, hominem Iesum Christum.
3 De autoritate canonicæ scripturæ, diuino spiritu conditæ.
4 De conditione mundi, quod nec intemporalis sit, nec nouo dei ordinata consilio, quasi postea uoluerit quod antea noluerit.
5 Tam non esse cogitandum de infinitis temporum spatijs ante mundum quàm de infinitis locorum.
6 Creationis mundi & temporum unum esse principium, nec aliud alio præueniri.
7 De qualitate primorum dierum, quia antequam sol fieret uesperam & mane traduntur habuisse.
8 Quæ qualisue intelligenda sit dei requies, qua post opera sex dierum requieuit in septimo.
9 De angelorum conditione quid secundum diuina testimonia sentiendum sit.
10 De simplici & incommutabili trinitate patris & filij & spiritussancti unius dei, cui nõ est aliud qualitas aliud substantia.
11 An eius beatitudinis quam sancti angeli ab initio sui semper habuerũt etiam illos spiritus qui in ueritate non steterunt, participes fuisse credendum sit.
12 De comparatione beatitudinis iustorum, nec dum tenentium promissionis diuinæ præmiũ, & primorum in paradiso hominum ante peccatum.
13 An ita unius felicitatis oẽs angeli sint creati, ut nec; lapsuros se possent nosse qui lapsi sunt, & post ruinam labentium perseuerantiæ suæ præscientiam acceperint qui steterunt.
14 Quo genere locutionis dictum sit de diabolo, quod in ueritate non steterit, quia ueritas non est in eo.
15 Quid sentiendum sit de eo quod scriptum est, ab initio diabolus peccat.
16 De gradibus & differentijs creaturarum, quod aliter pẽdet utilitatis usus, aliter ordo rationis.
17 Vitium malitiæ non naturam esse, sed contra naturam, cui ad peccandum non conditor causa est, sed uoluntas.
18 De pulchritudine uniuersatis, quæ per ordinationem dei etiam ex cõtrariorum fit oppositione luculentior.
19 Quid sentiendum uideatur de eo quod scriptum est: Diuisit deus inter lucem, & tenebras.
20 De eo quod post discretionem lucis, atque tenebrarum dictum est: Et uidit deus lucem, quia bona est.
21 De æterna & incommutabili scientia dei, ac uoluntate: qua semper illi uniuersa quę fecit, sic placuerunt facienda, quemadmodum facta.
22 De his, quibus in uniuersitate rerum à bono creatore bene conditarum, quædam displicẽt, & putant nonnullam esse naturam malam.
23 De errore, in quo Origenis doctrina inculpatur.
24 De trinitate diuina, quæ per omnia opera sua significationis suæ sparsit indicia.
25 De tripertita totius philosophiæ disciplina.
26 De imagine summæ trinitatis, quæ secundum quendam modum in natura est necdum beatificati hominis.
27 De essentia, & scientia, & utriusq; amore.
28 An etiam ipsum amorem, quo & esse, & scire diligimus, diligere debeamus, quo magis diuinæ trinitatis imagini propinquamus.
29 De sanctorum angelorum scientia, qua trinitatem in ipsa deitate nouerunt, qua operum causas prius in operantis arte, quàm in ipsis operibus artificis intuentur.
30 De senarij numeri perfectione, qui primus partium suarum quantitate completur.
31 De die septimo, in quo plenitudo & requies commendatur.
32 De opinione eorum, qui angelorum creationem, anteriorem nolunt esse cẽq; mundi.
33 De duabus angelorum societatibus diuersis, atq; disparibus, quæ non incongrue intelligũtur lucis & tenebrarum nominibus nuncupatæ.
34 De eo, quod quidam putant in conditione firmamenti aquarum discretarum nomine, angelos signatos, & quod quidam aquas existimant non creatas.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
EPISCOPI AD MARCELLINVM
DE CIVITATE DEI LIBER XI

605

De ea parte operis, qua duarum ciuitatum, id est cœlestis, ac terrenæ initia & fines incipiũt demonstrari. Cap. I

CIVITATEM dei dicimus, cuius ea scriptura testis est, quæ nõ fortuitis motibus animorum, c sed planè summæ dispositione prouidentiæ super omnes omniũ gentium literas, omnia sibi genera ingeniorum humanorum diuina excellens autoritate subiecit. Ibi quippe scriptum est: Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas dei. Et in alio Psalmo legimus: Magnus dominus, & laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius, dilatãs exultationes uniuersæ terræ. Et paulo post in eodem Psalmo: Sicut audiuimus, ita & uidimus, in ciuitate domini uirtutum, in ciuitate dei nostri, deus fundauit eam in æternum. D Item in alio: Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei, sanctificauit tabernaculum suum altissimus, deus in medio eius non commouebitur. His atque huiusmodi testimonijs, quæ omnia cõmemorare nimis longum est, didicimus esse quandam ciuitatem dei, cuius ciues esse cõcupiscimus, illo amore, quem nobis illius conditor inspirauit. Huic conditori sanctæ ciuitatis, ciues terrenæ ciuitatis, deos suos præferunt, ignorantes eum esse deum deorum, non deorũ falsorũ, hoc est impiorum, & superborum, qui eius in-

606

commutabili, omnibusq; communi luce priuati, & ob hoc ad quandam egenam potestatem redacti, suas quodammodo priuatas potentias cõsectantur, honoresq; diuinos à deceptis subditis quærunt: sed deorum piorum, atq; sanctorum, qui potius seipsos uni subdere, quàm multos sibi, potiusq; deũ colere, quàm pro deo coli delectantur. Sed huius sanctæ ciuitatis inimicis, decem superioribus libris quantum potuimus domino & rege nostro adiuuante respondimus. Nunc uero quid à me iam expectetur agnoscens, meiq; non immemor debiti, de duarum ciuitatum terrenæ scilicet & cœlestis, quas in hoc interim seculo perplexas quodammodo diximus inuicemq; permixtas, exortu & excursu & debitis finibus quantum ualuero disputare, eius ipsius domini & regis nostri ubique opitulatione fretus aggrediar: primumq; dicam quemadmodum exordia duarum istarum ciuitatum in angelorum diuersitate præcesserint.

De cognoscendo deo, ad cuius notitiam nemo hominũ peruenit, nisi per mediatorem dei & hominum, hominem Iesum Christum. Cap. II

AGNVM est & admodum rarum uniuersam creaturam corpoream & M incorpoream cõsideratam comperta mq; mutabilem, intentione mentis excedere, atque ad incommutabilem dei substantiã peruenire, & illic discere ex

ipſo,quod cunctam naturã quæ non eſt quod ipſe,non fecit niſi ipſe.Sic enim deus cum homine,non per aliquam creaturam loquitur corporalem,corporalibus inſtrepens auribus,ut interſonantẽ & audiẽtem aerea ſpacia uerberentur, necꝙ per eiuſmodi ſpiritalẽ quę corporũ ſimilitudinib.figuratur, ſicut in ſomnis uel quo alio tali modo.Nã & ſic uelut corporeis auribus loquitur,quia uelut per corpus loquitur, & uelut interpoſito corporaliũ locorum interuallo.Multum enim ſimilia ſunt talia uiſa corporalib. Sed loquitur ipſa ueritate,ſi quis ſit idoneus ad audiendũ mente non corpore. Ad illud enim hominis ita loquitur,quod in homine cæteris quibus homo conſtat eſt melius, & quo ipſe deus ſolus eſt melior. Cũ enim homo rectiſsime intelligatur,uel ſi hoc non poteſt,ſaltem credatur factus ad imaginẽ dei:profecto ea ſui parte eſt propinquior ſuperiori deo,qua ſuperat inferiores partes ſuas,quas etiam cũ pecoribꝫ cõmunes habet.[a]Sed quia ipſa mẽs cui ratio & intelligentia naturaliter ineſt,uitiꝭ quibuſdam tenebroſis & ueteribus inualida eſt,non ſolum ad inhærendum fruendo,[b]uerumetiam ad perferẽdum incommutabile lumen,donec de die in diem renouata atcꝙ ſanata fiat tantæ felicitatis capax: fide primum fuerat imbuenda atcꝙ purganda. In qua ut fidẽtius ambularet ad ueritatem, ipſa ueritas deus dei filius homine aſſumpto, nõ tamen deo conſumpto,eandem conſtituit atque fundauit fidem,[c]ut ad deum iter eſſet homini per hominem deum.[d]Per hoc enim mediator per quod & homo,per hoc & uia. Quia ſi inter eũ qui tendit,& illud quo tendit, uia media eſt, ſpes eſt perueniendi.Si autem deſit aut ignoretur quâ eũdum ſit,quid prodeſt noſſe quo eundum ſit? Sola eſt autem aduerſus omnes errores uia munitiſsima,ut idem ipſe ſit deus & homo,quò itur deus,quâ itur homo.

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI IN VNDECIMVM librum De ciuitate dei, Diui Aurelij Auguſtini,commentarij.

SEd quia ipſa mens.] Mentem hominis præſtantiſsimam & puriſsimam in animo partem uocamus, qua intelligimus, qua etiã arguimus, colligimus, ratiocinamur,ita ut per eam tum ſimplices ſolæꝙ res accipiantur,tum conferãtur,ac uelut comparentur, unde artes omnes diſciplinæ ac totus uitæ uſus conſtat, inuentaꝙ ſunt quæcunꝙ in uita ſunt admirabilia. b Verum- etiam ad perfruendũ merendo.] Alibi, ad perferendũ incommu.lumen. c Vt ad deum.] Alibi,ut ad hominis deum iter eſſet homini per hominem deum. hoc eſt figuratius & elegantius. d Chriſtus per id quod eſt media. eſt ho.& uia perue.ad deum.] Totum hoc eſt additicium.

De autoritate canonicæ ſcripturæ, diuino ſpiritu conditæ. Cap. III

IC prius per prophetas,deinde per ſeipſum,poſtea per Apoſtolos quã tum ſatis eſſe iudicauit locutus, etiã ſcripturam condidit, quæ canonica nominatur eminentiſsimæ autoritatis,cui fidẽ habemus de his rebus quas ignorare non expedit,nec per noſipſos noſſe idonei ſumus.Nam ſi ipſa ſciri poſſunt teſtibus nobis, quæ remota non ſunt à ſenſibus noſtris: [a]ſiue interioribus,ſiue etiã exterioribus:unde & præſentia nũcupãtur,[b]quod ita ea dicimus eſſe præſenſibus,ſicut præ oculis quæ præſto ſunt oculis:profecto ea quæ remota ſunt à ſenſibus noſtris,quoniam noſtro teſtimonio ſcire nõ poſſumus,de his alios teſtes requirimus, eisꝙ credimus,à quorum ſenſibus remota eſſe uel fuiſſe non credimus.Sicut ergo de uiſibilibus,quæ non uidimus,eis credimus qui uiderunt, atque ita de cæteris,quæ ad ſuum quencꝙ ſenſum corporis pertinent:ita de his quæ animo ac mente ſentiũtur,quia & ipſe rectiſsime dicitur ſenſus, unde & ſententia uocabulum accepit,[c] hoc eſt de inuiſibilibus,quæ à noſtro ſenſu exteriore remota ſunt,ſijs nos oportet credere,[d]qui hæc in illo incorporeo lumine diſpoſita didicerunt,[e]uel manentia contuentur.

L. VIVES

a SIue interioribus,ſiue etiam exterioribus.] Quicquid in homineaut in animali alio eſt,quo aliquid percipitur ſentiturꝙ, eſt ſenſus. Hinc ſenſus illi exteriores quinꝙ & interiores mens animuſcꝙ, unde eſt ſenſus doloris,ſenſus rei uiſæ,uel auditæ, de exterioribus,tum lætitiæ,laudis,gloriæ,uirtutis, uitij,ſpei,metus:ſenſus de interioribus, ecqd de hoc uino ſentis?qd de cantu,quid de ornatu,ſplendoreꝙ cultus?adde etiã quid de prudentia,de iudicio illius, quid de philoſophia,quid de theologia,quid de reip.adminiſtratione? Quæ paulo pluribus dixi uerbis,quoniam philoſophi noſtrates mentem dici ſenſum non patiuntur,cum Auguſt. diſerte ſenſum eſſe dicat, tametſi quid philoſopho noſtri temporis cum notitia ſermonis, hoc eſt, ut ipſi interpretantur, cum Grammatica? b Quod ita ea dicimus eſſe præſentibus.] Potius legendum eſt præſenſibus. c Hoc eſt de inuiſibilibus.] Videre ad omnes ſenſus pertinet. ut apud Græcos *ἰδεῖν*, ut uidiſti cꝫ in condita eſt hæc oratio,quã inſuaue hoc uinũ. Sic inuiſibile hic Aug. pro eo quod ſub nullũ exteriorẽ cadit ſenſum poſuit. d Qui hæc in illo incor.lu.diſp.] Sãcti uiri præceptore uſi deo ipſo. e Vel manẽtia.] Angeli dei-

Senſus

Videre

De conditione mũdi quod nec intemporalis ſit,nec nouo dei ordinata conſilio,quaſi poſtea uoluerit quod antea noluerit. Caput IIII

ISIBILIVM omniũ maximus eſt mundus,inuiſibilium omnium maximus eſt deus. Sed mundum eſſe conſpicimus, deum eſſe credimus.

Quod autem deus mundum fecerit,nulli tutius credimus quàm ipſi deo. Vbi eũ audiuimus? Nuſquã interim nos melius quàm in ſcripturis ſanctis, ubi dixit Propheta eius: In principio fecit deus cœlum & terram. Nunquid nam ibi fuit iſte Propheta, quando fecit deus cœlum & terram? Non. Sed ibi fuit ſapientia dei per quam facta ſunt omnia, quæ in animas etiam ſanctas ſe transfert,amicos dei et prophetas conſtituit,eisꝙ opera ſua ſine ſtrepitu intus enarrat. Loquũtur eis quoꝙ angeli ſancti dei,qui ſemper uident faciem patris, uoluntatemcꝙ eius quibus oportet annũciant. Ex his unus erat iſte propheta,qui dixit & ſcripſit: In principio fecit deus cœlum & terram. Qui tam idoneus teſtis eſt,per quem deo credendum ſit, ut eodẽ ſpiritu dei quo hæc ſibi reuelata cognouit,etiam ipſam fidem noſtram futuram tanto ante prædixerit. [a]Sed quid placuit deo æterno tunc facere cœlum & terram quæ antea non feciſſet.[b]Qui hoc dicunt,ſi mundum fuiſſe æternum ſine ullo initio,& ideo nec à deo factum uideri uolunt,nimis auerſi ſunt à ueritate, & letali morbo impietatis inſaniũt. Exceptis enim prophetici uocibus,[c]mundus ipſe ordinatiſsima ſua mutabilitate & mobilitate,& uiſibilium omnium pulcherrima ſpecie quodãmodo tacitus, & factum ſe eſſe,& non niſi à deo ineffabiliter atcꝙ inuiſibiliter magno,& ineffabiliter atcꝙ inuiſibiliter pulchro fieri ſe potuiſſe proclamat. Qui autem à deo quidem factum fatentur, nõ tamen eum uolunt tẽporis habere,ſed ſuæ creationis initium, ut modo quodã uix intelligibili ſemper ſit factus,dicũt quidẽ aliquid,unde ſibi deum uidẽtur uelut à fortuita temeritate defendere,ne ſubito illi ueniſſe credatur in mentem, quod nunquam ante ueniſſet,facere mundum, & accidiſſe illi uoluntatem nouam,cum in nullo ſit omnino mutabilis.Sed nõ uideo quomodo eis poſſit in cæteris rebus ratio iſta ſubſiſtere, [d]maximecꝙ in anima,quam ſi deo coæternam eſſe contenderint,unde illi acciderit noua miſeria,quæ nunquam antea per æternũ, nullo modo poterunt explicare.[e]Si enim alternaſſe ſemper eius miſeriam & beatitudinem dixerint,neceſſe eſt dicant etiam ſemper alternaturam, unde illa eos ſequetur abſurditas,ut etiam cũ beata dicitur,in hoc utiqꝙ non ſit beata,ſi futurã ſuam miſeriam & turpitudinem præuidet. Si autem non præuidet,nec ſe turpem ac miſeram fore ſed beatam ſemper exiſtimat, falſa opinione fit beata:quo dici ſtultius nihil poteſt.Si autem ſemper quidem per ſecula retro infinita cũ beatitudine alternaſſe animæ miſeriam putant,ſed nunc iam de cætero cum fuerit liberata ad miſeriam non eſſe redituram, nihilominus conuincuntur nũquam eam fuiſſe uere beatam,ſed deinceps incipere eſſe noua quadã nec fallaci beatitudine:ac per hoc fatebuntur accidere illi aliquid noui,& hoc magnũ atcꝙ præclarũ, quod nunquam retro per æternitatem accidiſſet. Cuius nouitatis cauſam ſi deum negabunt in æterno habuiſſe conſilio,ſimul cum negabũt etiam beatitudinis eius autorem, quod nefandæ impietatis eſt.Si autem dicent ipſum nouo conſilio excogitaſſe,ut de cætero ſit anima in æternũ beata,quomodo eum alienum ab ea, quæ illis quoꝙ diſplicet,mutabilitate mõſtrabunt? Porrò ſi ex tempore creatam,ſed nullo ulterius tempore perituram,[f]tanquam uerum habere initiũ ſed non habere finem fatentur,& ideo ſemel expertam miſerias,ſi ab eis fuerit liberata,nunquã miſerã poſtea futurã, non utiqꝙ dubitabũt hoc fieri, manente incommutabilitate conſilij dei. Sic ergo credant & mundum ex tempore fieri potuiſſe,nec tamẽ ideo deum in eo faciendo æternum conſilium uoluntatemcꝙ mutaſſe.

L. VIVES

a SEd quid placuit deo.] Quæſtio Epicuri,quam Cicero Velleï uerbis primo De natura deorum tractat. b Qui hoc dicunt ſi mundum fuiſſe æternum.] Dubitatio hæc eſt multorũ diſputationibus ſcriptiſcꝙ exagitata uariasqꝙ in partes magnis ingeniorum uiribus conuerſa atcꝙ iactata, quibuſdam mũdum necꝙ genitum unquam neque interiturum affirmantibus,ut Peripateticis, quibus Latini multi ſuffraganẽ, ut Plinius,& Manilius. Cato ſenior opinionem Ægyptiam eſſe hanc dicit,alijs genitum quidem affirmãtibus, ſed negantibus interiturum unquam: cuius ſententiæ ſunt qui uolunt Platonem fuiſſe,ut ſuperiore libro dixi. Sũt qui bus nunquam inceperit mundus, deſinet tamen aliquando. Sunt qui genitum à deo corruptibilemcꝙ aſſerant,ſed nunquam tamen interiturum. Nam diuinæ naturæ ui continetur atque ſeruatur. Ex horum numero ſunt Pythagorici. Alij & initium acceꝑiſſe, & finem habiturũ autumant,ut Epicurei, Anaxagoras, Empedocles,& Stoici,de quis omnibus Plutarchus in placitis

naturalib. Galenus in hiſtoria philoſophi, modo eius ſit is liber, Cenſorinus in natali die, Macrobius ac plerique alij. Alexander Aphrodiſieus Ariſtoteli accedit, quod eius ſententia minus diſputantium ictibus ſit expoſita. Galenus ex ſenſuum teſtimonio de tota lite pronunciari debere aſſeuerat, qui cum eundem & eodem modo procedere ſemper mundum cernant, ingenitum, & æternum fateri par eſt. nam ut Manilius inquit: Non alium uidere patres, aliúmue nepotes Aſpicient. & inter eos qui æternum faciunt mũdum, alij à deo genitum uolunt, alij nullam eius cauſam ponunt, ſed ipſum potius ſui & cæterorum cauſam eſſe, quod Ariſtoteli placuit libro primo De cœlo & mũdo. c Mundus ipſe ordinatiſsima.] Caſu aut fortuito credibile non eſt factam eſſe rem maximi ordinis, & rationis, nec alium quàm ſummũ potuiſſe ſummi operis, aut alium, quàm pulchrum pulcherrimi parentem eſſe. Omnes philoſophorum ſcholæ quæ diuinius quid ſapuerunt, nihil eſſe quod tam arguat & factum eſſe à deo mundum, & eius cura adminiſtrari, conſenſu unico affirmant, quàm aſpectum ipſum mundi totius conſiderationemq́ decoris eius atq́ ordinis, Plato, Stoici, Cicero, Plutarch. & Ariſtotelis hac de re argumentum refertur à Cicerone ſj. De natura deorum. d Maximeq́ in anima.] Plato animas hominum æternas eſſe uoluit derruſas in corpus humanum, hoc eſt in carcerem propter ſcelera ab ipſis commiſſa. e Sienim alternaſſe.] Neque enim aliter dici poteſt, quàm quod fuerint æternum aut beatæ, aut miſeræ, uel certe alternis beatæ miſeræq́. quod ita ſi fiat, ex uarietate quadam & alternatione naturæ animæ proficiſci neceſſe eſt. Quæ enim poſſet iſta eſſe in tot animarum millibus infinita æternitate tam conſtans facinorum admiſsionis, expiationis q́ue uiciſſitudo, unde modo beatæ eſſent, modo miſeræ. f Tanquam uerum habere initium.] In alijs exemplaribus legitur, tanquam numerum habere initium. Numerus enim ab unitate incipit, nec ubi ſiſtat: nam quantocũq́ addito numero, maior adhuc adijci poteſt, nec finis erit, etiam ubi iam finis non poterit inueniri, quod infinitum dicitur.

A ſunt, ſi eum per interminabilem immenſitatem locorum extra mundum circumquaq́ patentium uacare noluerint, nec eoſdem mũdos, quod etiam de iſto ſentiunt, ulla cauſa poſſe diſſoluí? c Cum his enim agimus, qui & deum incorporeum, & omnium naturarum, quæ non ſunt quod ipſe, creatorem nobiſcum ſentiunt. Alios autem nimis indignum eſt ad iſtam diſputationem religionis admittere, d qui multis diis ſacrorum obſequium deferendum putãt. Iſti philoſophi cæteros nobilitate atque autoritate uicerunt, nõ ob aliud, niſi quia longo quidem interuallo, ueruntamen reliquis propinquiores ſunt ueritati. An forte ſubſtantiam dei quam nec includunt, nec determinant, nec diſtendunt loco, ſed de ea ſicut de deo ſentire dignum eſt fatentur, incorporea præſentia ubiq́ totam, à tantis locorum extra mundum ſpatijs abſentem eſſe dicturi ſunt, & uno tantum, atq́ in comparatione illius infinitatis tam exiguo loco in quo mũdus eſt occupatam? Non opinor eos in hæc uaniloquia progreſſuros. Cum igitur unum mundum ingenti quidem mole corporea, finitum tamen & loco ſuo determinatum, & operãte deo factum eſſe dicant: quod reſpondent de infinitis extra mũdum locis, cur in eis ab opere deus ceſſet: hoc ſibi reſpõdeant, de infinitis ante mundum temporibus, cur in eis ab opere deus ceſſauerit? Et ſicut non eſt cõſequens, ut fortuitu potius, quàm ratione diuina deus non alio ſed iſto in quo eſt loco mundum conſtituerit, cum pariter infinitis ubiq́ patentibus nullo excellentiore merito poſſet hic eligi, quamuis eandem diuinam rationem, qua id factum eſt, nulla poſsit humana comprehendere mens: ita non eſt conſequens, ut deo aliquid exiſtimemus accidiſſe fortuitũ, quod illo potius quàm anteriore tempore condidit mundum, cum æqualiter anteriora tempora per infinitum retro ſpatium præteriſſent, nec fuiſſet aliqua differentia unde tempus tempori eligendo præponeretur. Quod ſi dicunt, inanes eſſe hominum cogitationes, quibus infinita imaginantur loca, cum locus nullus ſit præter mundum, reſpondetur eis, iſto modo inaniter homines cogitare præterita tẽpora uocationis dei, cũ nullũ tempus ſit ante mundum.

B C D

Tam non eſſe cogitandum de infinitis temporum ſpatijs ante mundum quàm nec de infinitis locorũ. Cap. v

EINDE uidendum eſt iſtis qui deũ conditorem mundi eſſe conſentiũt, & tamen quærunt de mundi tempore, quid reſpondeamus, quid ipſi reſpondeant de mundi loco. Ita enim quæritur cur potius tunc et nõ antea factus ſit, quemadmodum quæri poteſt, cur hic potius ubi eſt, & non alibi? Nam ſi infinita ſpatia temporis ante mundum cogitant, in quibus eis non uidetur deus ab opere ceſſare potuiſſe: ſimiliter ergo cogitent extra mundum infinita ſpatia locorum, in quibus ſi quiſquam dicat nõ potuiſſe uacare omnipotentem, nónne cõſequens erit, ut innumerabiles mundos [a] cum Epicuro ſomniare cogatur: ea tantum differentia, quod eos ille [b] fortuitis motibus atomorum gigni aſſerit, & reſolui, iſti autem opere dei factos dicturi

L. VIVES

CVm Epicuro.] Hic non multos modo mundos ſed infinitos quoq́ eſſe uoluit, ut alibi oſtẽdi. Metrodorus ſic abſurdũ eſſe ait ſi unicus in infinito mundus ſit genitus, ac ſi unica in latifundio ſpica naſceretur

retur. Hunc errorem & Ariſtoteles & Stoici multis argumentis retuderunt, unicumq́ cum Platone cæteriſq́ ſapientibus poſuere mundum. quod τὸ πᾶν dixere, hoc eſt uniuerſum. b Fortuitis motibus atomorum.] De principijs rerũ naturæ magna & permoleſta eſt inter philoſophos diſceptatio. Democritus corpuſcula dixit eſſe per inane infinitum temere uolitantia, quibus ineſſet forma & magnitudo, eſſentq́ inſecabilia, ideo ἄτομα dicta. Epicurus hunc ſecurus põdus addidit. Ita indiuidua illa ramenta uarijs formis prædita, uarijs magnitudinibus tum etiam ponderibus multum diuerſis, iactatione fortuita per uacuum immenſum agitata, nõ ſimplici caſu inter ſe commiſta & coagmentata, infinitos ſubinde mũdos progignere, infinitos interimere arbitratus eſt, ſine certa cauſa, ſine conſilio ullo natos, auctos, extinctos: & cum de loco extra cœlum loquimur, non ſic locus eſt intelligendus, ut hic noſter, qui corpore definitur, & terminatur: ſed quemadmodum durationem quandam ante mundum genitum animo comprehendimus, in qua res multæ & creari, & uiuere potuerunt: ita extra mundum hunc & ſi nihil eſt, mens tamen ſpatium quoddã intelligit, in quo à deo non modo multi, ſed infiniti quoq́ mundi locari poſſunt. c Cum iſs enim agi.] Cum Platonic. d Maxime q́ apud eos.] Maxima erat Platonic. & Stoic. autoritas apud ueteres etiam uulgo. Cic. uerbis Cato. & Lælij.

A tempore autem factus eſt mũdus, ſi in eius conditione factus eſt mutabilis motus, ſicut uidetur ſe habere etiam ordo ille primorum ſex uel ſeptem dierum, in quibus mane & ueſpera nominantur, donec omnia quæ his diebus deus fecit ſexto perficiantur die, ſeptimóque in magno myſterio dei uacatio cõmendetur. Qui dies cuiuſmodi ſunt, aut perdifficile nobis, aut etiã impoſsibile eſt cogitare, quanto magis dicere.

L. VIVES

a QVod tempus ſine aliqua mobili.] Ariſtoteles menſurã motus dixit eſſe tempus: ita ut ſine motu tempus non percipi ullum exiſtimet. Sunt ex philoſophis qui motum ipſum tempus eſſe diſſiniant, ſicut Stoici. b In æternitate autẽ nulla mutatio eſt.] Sic Auguſtinus multis locis, ſic Bœotius, ſic Gregorius Nazianzenus, ſic alij permulti: & quoniam hi omnes ex Platone hoc ſumpſerunt, afferam Platonis uerba ex Timæo: Vbi uero mobile uiuensq́ æternum hoc deorum ſimulachrum is parens qui fabricatus eſt, conſiderauit, lætitia perfuſus ſimilius adhuc exemplari facere conſtituit. Ita quemadmodum hoc animal eſt ſempiternum, ſic & mundum ille quantum eius natura capere ac ſuſtinere poſſet, ſempiternũ eſt aggreſſus efficere: at illius natura æterna eſt, idcirco facto id operi cõgruere nõ poterat. Imaginem uero cõmentus eſt mobilem æternitatis, & ſimul cœli ſtructuram adornans, in uno eodemq́ manentis æui progredientem ſuis numeris imaginem gignit, ſed æternã. Hanc nominauit tempus, partesq́ huius dies, noctes, menſes & annos, cum ante cœlum nullæ fuiſſent, unà cũ cœlo prodire iubet. Sic Plato: niſi quis eandem ſententiam mauult Apuleij uerbis audire. Is enim ſic inquit, in dogmate Platonis: Tempus uero æui eſſe imaginem, ſiquidem tempus mouetur, & perennitas fixa & immota eſt natura. & irè in eam tempus & in eius magnitudinẽ finiri, ac diſſolui poſſe, ſi quando hoc decreuit fabricator mundi eius.

Tempus

Æternitas

Creationis mundi & temporũ unum eſſe principium, nec aliud alio præueniri. Caput VI

I enim recte diſcernuntur ęternitas & tempus, [a] quod tẽpus ſine aliqua mobili mobilitate non eſt, [b] in æternitate autem nulla mutatio eſt, quis non uideat quod tempora non fuiſſent, niſi creatura fieret, quæ aliquid aliqua motione mutaret: cuius motiõis & mutationis cum aliud atq́ aliud, quæ ſimul eſſe non poſſunt, cedit atq́ ſuccedit, in breuioribus uel productioribus morarum interuallis tempus ſequeretur? Cum igitur deus in cuius æternitate nulla omnino eſt mutatio, creator ſit temporum & ordinator, quomodo dicatur poſt temporũ ſpatia mundum creaſſe, non uideo: niſi dicatur ante mundum iam aliquam fuiſſe creaturam, cuius motibus tempora currerent. Porrò ſi literæ ſacræ, maximeq́ ueraces ita dicunt, in principio feciſſe deum cœlum & terram, ut nihil antea feciſſe intelligatur, quia hoc potius in principio feciſſe diceretur, ſi quid feciſſet ante cætera cuncta quæ fecit: proculdubio non eſt mundus factus in tempore, ſed cum tempore. Quod enim fit in tẽpore, & poſt aliquod fit, & ante aliquod tempus, poſt id quod præteritum eſt, ante id quod futurum eſt. Nullum autem ante mundum poſſet eſſe præteritũ, quia nulla erat creatura cuius mutabilibus motibus ageretur. Cum

B C D

De qualitate primorum dierum, quia antequã ſol fieret ueſperam & mane traduntur habuiſſe. Cap. VII

[a] IDEMV S quippe iſtos dies notos non habere ueſperam, niſi de ſolis occaſu, nec mane, niſi de ſolis exortu. Illorum autem priores tres dies ſine ſole peracti ſunt, qui quarto die factus refertur. Et primitus quidem lux uerbo dei facta, atq́ inter ipſam & tenebras deus ſeparaſſe narratur, & eandem lucem uocaſſe diem, tenebras autem noctem. Sed qualis illa ſit lux, & quo alternante motu, qualemq́ ueſperam & mane fecerit, remotũ eſt à ſenſibus noſtris: nec ita ut eſt, intelligi à nobis poteſt, quod tamen ſine ulla hęſitatione credendum eſt. [b] Aut enim aliqua lux corporea eſt, ſiue in ſuperioribus mundi partibus lõge à cõſpectib. noſtris, ſiue unde ſol poſtmodũ accẽſus eſt. [c] Aut lucis nomine ſi-

gnificata est sancta ciuitas, in sanctis angelis & spiritibus beatis, de qua dicit Apostolus: Quæ sursum est Hierusalem, mater nostra æterna in cœlis. Ait quippe et alio loco: Omnes enim uos filij lucis estis, & filij diei, non sumus noctis neque tenebrarum. [d]Fit tamen & uespera diei huius & mane aliquatenus, [e]quoniam scientia creaturæ in cõparatione scientiæ creatoris quodam modo uesperascit. Itẽq; lucescit, & mane fit, cũ & ipsa refertur ad laudem dilectionemq; creatoris. Nec in noctem uergitur, ubi non creator creaturæ dilectione relinquitur. Denicq; scriptura cum illos dies dinumeraret ex ordine, nusq; B interposuit uocabulum noctis. Nõ enim ait alicubi, facta est nox, sed facta est uespera, et factũ est mane dies unus. Ita secundus, & cæteri. Cognitio quippe creaturæ in seipsa decoloratior est, ut ita dicam, quàm cum in dei sapientia cognoscitur, uelut in arte qua facta est. Ideo uespera congruentius quàm nox dici potest, quæ tamen, ut dixi, cum ad laudandum & amandum refertur creatorem, recurrit in mane. Et cum sit in cognitionem suijpsius, dies unus est. Cum in cognitionem firmamenti, quod inter aquas inferiores & superiores cœlum appellatum est, fit dies secundus. Cum in cognitionẽ terræ ac maris omniumq; gignentium quæ radicibus continuata sunt terræ, dies tertius. Cum in cognitionem luminarium maioris & minoris omniũq; syderum, dies quartus. Cum in cognitionẽ omnium ex aquis animalium natatilium atque uolatilium, dies quintus. Cum in cognitionẽ omnium animalium terrenorum, atque ipsius hominis, dies sextus.

L. VIVES

a VIdemus quippe istos dies notos non habere uesperum.] In Colonien. libro legitur: Noctis nõ habere uesperã. b Aut enim aliqua lux corporea.] Super hac quæstione disputantur à recentioribus theologis complura, libro sententiarum ij. distinctione xiiij. Et hic nõ significat Augustinus lucẽ esse corpus: sed ait uel creatum à deo corpus aliquod illustre, qualis est sol, uel lucem aliquã sine corpore fuisse, quæ extensa diem faceret, contracta noctem, ut Basilius ait, uiaq; solis progrederetur, & cũ accederet matutinũ esset tempus, decedens uesperum relinqueret, ut imaginaẽ Hugo sancti Victoris, lib. De sacramẽtis primo. c Aut lucis nomine significata est sancta ciuitas.] Sic primo super Gen. ad literã idẽ Aug. d Fit tamẽ & uespera.] Alibi sic: si tamẽ & uesperã diei huius & mane aliquatenus cõgruenter intelligere ualeamus, quoniã &c. e Quoniam scientia creaturæ.] De his ipse lib. iiij. de Genesi ad literam, quo loco mane appellat, cum angeli ex creaturarum rerum in eis ipsis cognitarum aspectu, ubi tenebræ sunt & nox altissima, ad charitatem dei se sustollũt: A quod si deum diligentes & spectantes omnia in ipso nõ scant, quæ est certior rerum omniũ scientia quàm si ipsæ penitus perspicerentur, tunc dies est. Vergit autem in serum, cum à deo se cõuertit angelus ad res creatas, inueturq; illas nõ in deo, sed in ipsis: nec tamẽ hic uesper in noctem abit, quoniam nunquam angeli artifici suo præponũt opus ac potius habẽt, quæ esset obscurissima nox. tantum ex Augustino, qui primus scientias matutinas & uespertinas induxit.

Quæ qualisue intelligenda sit dei requies, qua post opera sex dierum requieuit in septimo. Cap. VIII

VM uero in die septimo requieuit deus ab omnibus operibus suis, & C sanctificauit eum, nequaquam est accipiendum pueriliter, tanquã deus laborauerit operando, qui dixit, & facta sunt [a]uerbo intelligibili & sempiterno, non sonabili & temporali. Sed requies dei requiem significat eorum qui requiescunt in deo, sicut lætitia domus, lætitiam significat eorum qui lætantur in domo, etiamsi non eos domus ipsa, sed alia res aliqua lætos faciat. Quanto magis si eadem domus pulchritudine sua faciat lætos habitatores, ut non solum eo loquendi modo læta dicatur, quo significamus, per id quod C continet id quod continetur, sicut theatra plaudunt, prata mugiunt, cũ in illis homines plaudant, in his boues mugiant: sed etiam illo quo significatur per efficientem id quod efficitur, sicut læta epistola dicitur significans eorum lætitiam, quos legentes efficit lætos. Conuenientissime itaq; cũ deum requieuisse prophetica narrat autoritas, significatur requies eorum, qui in illo requiescunt, & quos facit ipse requiescere. Hoc etiam hominibus quibus loquitur, & propter quos uticq; conscripta est, promittente prophetia, quod etiam ipsi post bona opera, quæ in eis & per eos operatur deus, si ad illum prius D in ista uita per fidem quodãmodo accesserint, in illo habebũt requiem sempiternã. Hoc enim & sabbati uacatione ex præcepto legis in uetere dei populo figuratum est, unde suo loco diligentius arbitror differendum.

L. VIVES

a VErbo intelligibili & sempiterno.] Vocem illam, uoluntatis momentum dicit esse Basilius, quo melius nos intelligamus.

De angelorum cõditione quid secundum diuina testimonia sentiendũ sit. Caput IX

VNC quoniam de sanctæ ciuitatis A exortu dicere instituí, & prius quod N ad sanctos angelos attinet dicendũ putaui, quę huius ciuitatis et magna pars est & eo beatior, [a]quod nunquam peregrinata, quæ hinc diuina testimonia suppetant, quantum satis uidebitur deo largiente explicare conabor. Vbi de mundi constitutione sacræ literæ loquuntur, nõ euidenter dicitur utrũ uel quo ordine creati sint angeli: sed si prætermissi non sunt, uel cœli nomine, ubi dictum est: In principio fecit deus cœlum & terram: uel potius lucis huius, de qua loquor, significati sũt. B Non autem prætermissos esse hinc existimo quod scriptum est, requieuisse deum in septimo die ab omnibus operibus suis quæ fecit, cum liber ipse ita sit exorsus: In principio fecit deus cœlum & terram: ut ante cœlum & terrã nihil aliud fecisse uideatur. Cũ ergo à cœlo & terra cœperit, atque ipsa terra quam primitus fecit, sicut scriptura cõsequenter eloquitur, inuisibilis & incomposita nondumq; luce facta, uticq; tenebræ fuerint super abyssum, id est super quandã terrę & aquæ indistinctam confusionẽ: ubi enim lux non est, tenebrę sint necesse est: deinde quũ omnia creando dispositа sint, quæ per sex dies C consummata narrantur, quomodo angeli prætermitterẽtur, tanquam non essent in operibus dei, à quibus die septimo requieuit? Opus autẽ dei esse angelos, hic quidem etsi nõ prætermissum, non tamen euidẽter expressum est: sed alibi hoc sancta scriptura clarissima uoce testatur. Nam & in hymno triũ in camino uirorũ cum prædictũ esset: Benedicite omnia opera domini dominum: in executione eorũdem operum, etiam angeli nominati sunt. Et in Psalmo canitur, Laudate dominũ de cœlis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes uirtutes eius. Laudate eum sol & D luna, laudate eum omnes stellæ & lumen. Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ quę super cœlos sunt, laudent nomen domini. Quoniam ipse dixit, & facta sunt, ipse mãdauit & creata sũt. Etiam hic apertissime à deo factos esse angelos diuinitus dictum est, cum eis inter cætera cœlestia commemoratis, infertur ad omnia: Ipse dixit, & facta sunt. Quis porrò audebit opinari, post omnia ista quę sex diebus enumerata sunt angelos factos? Sed & si quisquã ita desipit, redarguit istam uanitatem illa scriptura paris autoritatis, ubi deus dicit: [b]Quando facta sunt sydera, laudauerunt me uoce magna omnes angeli mei. Iam ergo erant angeli quando facta sunt sydera. Facta sunt autem quarto die. Nunquid nam ergo die tertio factos esse dicemus? Absit. In promptu est enim, quid illo die factũ sit. Ab aquis utique terra discreta est, & distinctas suí generis species duo ista elementa sumserunt: et produxit terra quicquid ei radicitus inhęret. Nunquid nam secundo? Nec hoc quidẽ. Tunc enim firmamentum factum est inter aquas superiores & inferiores, cœlumq; appellatum est: in quo firmamento facta sunt sydera quarto die. [c]Nimirum ergo si ad istorum dierũ opera dei pertinent angeli, ipsi sunt lux illa quæ diei nomen accepit, cuius unitas ut commendaretur nõ est dictum dies primus, sed dies unus. Nec alius est dies secundus, aut tertius, aut cæteri, sed idem ipse unus ad implendum senarium uel septenarium numerũ repetitus est, propter senariam uel septenariam cognitionem: senariam scilicet operum quæ fecit deus, & septenariam quietis dei. Cum enim dixit deus: fiat lux, & facta est lux, si recte in hac luce creatio intelligitur angelorum, profecto facti sunt participes lucis æternæ, quæ est ipsa incommutabilis sapientia dei, per quam facta sunt omnia, quem dicimus unigenitum dei filium, ut ea luce illuminati qua creati fierent lux, & uocarentur dies participatione incommutabilis lucis & diei, quod est uerbũ dei, per quod & ipsi, & omnia facta sunt. Lumen quippe uerum quod illuminat omnem hominem in hunc mundum uenientem, hoc illuminat & omnem angelum mũdum, ut sit lux non in seipso, sed in deo, à quo si auertitur angelus fit immũdus, sicut sunt omnes qui uocãtur immũdi spiritus, nec iam lux in domino, sed in seipsis tenebræ, priuati participatione lucis æternæ. Mali enim nulla natura est, sed amissio boni, mali nomen accepit.

L. VIVES

a QVod nunquam peregrinata.] Semper enim in patria fuit. Angeli enim semper uident faciẽ patris, qui in cœlis est. b Quando facta sunt sydera.] Iob. xxxviij. Ὅτι ἐγενήθησαν ἄστρα, ἤνίκα με φωνῇ μεγάλῃ ᾔνεσάν με ἄγγελοί μου. c Nimirum ergo si ad istorum.] Theologi Græci res spiritales præcessisse corporeas uolunt, eisq; ueluti ministris usum esse mundi genitorem in reliquis procreandis: quam opinionem Plato in opificio mundi secutus est. Diuus Hieronymus, Gregoriũ magistrum suosq; secutus Græcos, spiritalia corporalibus priora fuisse censuit. Basilius uero & Dionysius Græci, &

Græci,& Latini prope omnes,Ambrosius, Beda, Cassiodorus,& hic Augustinus,cũcta simul à deo progenita esse perhibent, quod cum illo congruere uidetur Ecclesiastici decimo octauo: Qui uiuit inæternum, creauit omnia simul.

De simplici & incommutabili trinitate patris,& filij,et spiritus sancti unius dei:cui nõ est aliud qualitas,aliud substantia. Caput x

E S T itaq; bonum solum simplex, & ob hoc solum incõmutabile, quod est deus. Ab hoc bono creata sunt omnia bona,sed nõ simplicia, & ob hoc mutabilia. Creata sanè inquã, id est facta,non genita. Quod enim de simplici bono genitum est,pariter simplex est:et hoc est quod illud de quo genitum est,quæ duo patrẽ & filium dicimus,& utrũq; hoc cum spiritu suo unus est deus:qui spiritus patris & filij, spiritus sanctus propria quadam notione huius nominis in sacris literis nũcupatur. [a]Alius est autẽ cũ pater & filius,quia nec pater est,nec filius:sed alius dixi, non aliud:quia & hoc pariter simplex pariterq; bonum est incommutabile & coæternum. Et hæc trinitas unus est deus:nec ideo nõ simplex,quia trinitas. Necq eñ propter hoc natura istã boni simplicẽ dicimus, quia pater in ea solus,aut solus filius, aut solus spiritussanctus. Nõ enim sola est ista nominis trinitas sine substẽtia personarum, [b]sicut Sabelliani hæretici putauerũt. Sed ideo simplex dicitur, quoniam quod habet,hoc est:excepto quod relatiue quę que persona ad alteram dicitur. Nam uticq; pater habet filium,nec tamen ipse est filius. Et filius habet patrẽ,nec tamen ipse est pater. In quo ergo ad seipsum dicitur,nõ ad alterum,hoc est quod habet:sicut ad seipsum dicitur uiuens,habendo utique uitam,& eadem uita ipse est. Propter hoc itaque natura dicitur simplex,cui non sit aliquid habere,quod uel possit amittere: uel aliud sit habens,aliud quod habet:sicut uas aliquem liquorem,aut corpus colorem,aut aer lucem siue feruorem,aut anima sapientiam: nihil enim horum est id,quod habet. Nam necq uas liquor est,nec corpus color, nec aer lux siue feruor,necq anima sapientia est. Hinc est quod etiam priuari possunt rebus quas habẽt, & in alios habitus uel qualitates uerti atq; mutari, ut & uas euacuetur humore, quo plenũ est, & corpus decoloretur,et aer tenebrescat,siue frigescat, & anima desipiat. [d]Sed si sit corpus incorruptibile,quale sanctis in resurrectione promittitur, habet quidẽ ipsius incorruptiõis inamissibilem qualitatẽ,sed manente substantia corporali, nõ hoc est, quod ipsa incorruptio. Nã illa etiã per singulas partes corporis tota est, nec alibi maior,alibi minor. Necq enim ulla pars est incorruptior,cũq; altera. Corpus uero ipsum maius est in toto cũq; in parte:& cũ alia pars est in eo amplior, alia minor,nõ ea quæ amplior est incorruptior, quàm ea quæ minor. [e]Aliud est itaque corpus, quod nõ ubicq; sui totũ est:alia incorruptio,quę ubicq; eius tota est:quia omnis pars incorruptibilis corporis etiam cæteris inæqualis æqualiter incorrupta est. Necq enim,uerbi gratia,quia digitus minor est quàm tota manus,ideo incorruptibilior manus cũq; digitus. Ita cũ sint inæquales manus & digitus,æqualis est tamen incorruptibilitas manus & digiti. Ac per hoc quamuis à corpore incorruptibili inseparabilis incorruptibilitas sit,aliud est tamen substantia,qua corpus dicitur,aliud qualitas eius,qua incorruptibile nũcupatur. Et ideo etiã sic hoc non est, quod habet anima quocq; ipsa,etiam si semper sit sapiens:sicut erit cũ à præsenti miseria liberabitur in æternũ:quia licet tũc sapiens sit in æternum,participatione tamen incõmutabilis sapiẽtię sapiẽs erit,quæ nõ est quod ipsa. Necq enim si aer infusa luce nunquã deseratur,ideo nõ aliud est ipse, aliud lux qua illuminatur. Neque hoc ita dixerim, [f]quasi aer sit anima:quod putauerũt quidã [g]qui nõ potuerunt incorporeã cogitare naturã. Sed habẽt hæc ad illa etiã in magna disparilitate quandã similitudinẽ,ut non inconuenienter dicatur,sic illuminari animam incorporeã luce incorporea simplicis sapientiæ dei, sicut illuminatur aeris corpus luce corporea, & sicut aer tenebrescit ista luce desertus. Nã nihil sunt aliud [b]quæ dicũtur locorũ quorumcũq; corporalium tenebræ quàm aer carens luce: ita tenebrescere animam sapientiæ luce priuatam. Secundũ hoc ergo dicũtur illa simplicia,quæ principaliter ueręq; diuina sunt,quod non aliud est in eis qualitas,aliud substãtia,nec aliorum participatione, uel diuina,uel sapientia,uel beata sunt. Cæterũ dictus est in scripturis sanctis, spiritus sapientiæ multiplex,eo quod multa in se habeat: sed quæ habet,hęc & est:& ea omnia unus est. Neque enim multę,sed una sapiẽtia est,in qua sunt immensi quidam atq; infiniti [k]thesauri rerum intelli

intelligibiliũ:in quibus sunt omnes inuisibiles atq; incommutabiles rationes rerum,etiam uisibilium & mutabiliũ,quæ per ipsam factę sunt: quoniam deus non aliquid nescions fecit, [l]quod nec de quolibet homine artifice recte dici potest. Porrò si sciẽs fecit omnia,ea uticq; fecit quæ nouerat. Ex quo occurrit animo quiddam mirum,sed tamen uerum, quod iste mundus nobis notus esse non posset,nisi esset: [m]deo autem nisi notus esset,esse non posset.

L. VIVES

Verba religio seruanda

a A Lius est autem quàm pater & filius.] Haud equidem uerba permultum ad rationis pietatẽ facere crediderim,sed illud tamen seruandum est in primis,ne à receptis usu autorum cõsensuq; ecclesiæ,illius præsertim ueteris, formulis recedatur. Nam quum diuinæ res supra humanum omnem sint captum sitæ,ne uerbis quidem propriis possunt à nobis enũciari. Sunt enim uerba omnia & ab hominibus & ad humana explicanda inuenta,quo minus cõfingere sibi quẽq; aut noua inducere,aut abusu trita atq; approbata repudiare ascitis alijs decet. Nam quum propria nulla possint ingenij humani ui excogitari,illa erunt maxime ad rẽ eloquendã accõmodata,quæ ab illis tradita fuerint, quorũ scriptis magna pars pietatis nostræ constat: quæ dixi propter impiam quorundam argutulorum temeritatem, qui contemptis spretisq; ueterum loquendi formulis,ostentãdi sui causa periculoso exemplo, nõ ui uerborum magistri uideri affectant, quum sint cum rerum aliarum omnium, tum uero uerborum sermonisq; uniuersi imperitissimi:& uolunt licere sibi arbitratu suo atq; adeo libidine,ueterũ scriptorum de religiõe loquendi leges, ceu mollem quampiam & ductilem ceram,modo in arctum,modo in extẽsum susumq; diffor mare. b Sicut Sabelliani.] Dixi de hæresi istorum, qui personas in trinitate nullas ponebãt. c Pater qui genuit simp. est,& filius qui genitus est,pari. simp. est: & hoc est illud de quo genitus est.] Hoc totum in codice Brugeñ. deest. d Sed & si sit corpus.] Non modo quod seiungi ab alio probat non illud esse,à quo separatur, sed quod affixum illi est hærẽsq; perpetuo. e Aliud est itaq; corpus.] Fusa est corporis ratio per partes omnes: nec ipsa constat,nisi partes tum adsint, tum cõiunctæ coagmentataeq; sint. Nec manus suũ corpus est, uel ei magnitudine par: at incorruptio quæ est in manu non pars est incorruptionis corporis: neq; enim sparsa hæc est ita per corpus,ut modo corporis liceat eam metiri: sed sic insectili cõsideratione attributa, ut quum in toto sit corpore tota,in quauis etiam corporis parte nõ pars aliqua esse intelligatur,sed ipsa quoq; tota, quæ natura est rerum spiritalium,uelut animæ,angeli,dei, qui non sic locum tenent,ut aliquid prius,aliud posterius: dextrum hoc,illud sinistrũ sit: aut inferius quicquam, cuius superius sit è religione sitũ,sed in singulis quamlibet minutis loci tenuibusq; particulis sint toti: nec tamen loco ipsi toti desint, quæ dictúne an intellectu faciliora sint, dubites. f Quasi aer sit anima.] Hoc dixit Anaximenes Milesius,& eiusdem philosophiæ Diogenes Apolloniates. Anaxagoras ceu aerem quendã esse uult animam. Heraclitus à respiratione animam uiuentium progigni cẽsebat. Vnde dicta sit ψυχὴ ut inquit Plato in Cratylo, ἀπὸ τοῦ ψύχειν quod est refrigero. Veteres aerem illum, qui est in anhelitu, uidẽtur animam putasse: unde est apud Poetam, fœtere uxoris animam. quin & aerem omnem animam dixerunt. Verg. Semina terrarum animæq; marisq; fuissent. g Qui non potuerũt incorpoream cogitare naturam.] Cicero primo Tusc. quæstio. Animos enim per seipsos uiuentes non poterãt mente complecti,formam aliquam figurãq; quærebãt.

Tenebræ

h Quæ dicũtur &c. tenebræ.] Sic ab Aristotele tenebræ finiuntur secũdo libro De anima, absentia lucis ex diaphano corpore, quod est luminis capax, & per quod cernimus. i Non aliud est in eis qualitas,aliud substantia.] Qualitates uocat,quas Græci ποιότητας. Tametsi hæ pro corporibus accipi à Cicerone uidentur in Academicis. Hic uidetur Augustinus qualitates dicere,quicquid substãtiæ adhæret,quod philosophi recentiores accidens nominant:& qualitatis generale nomẽ, quũ Quintilianus alijq; permulti ostendunt,tum quale ipsum declarat,quod ad omne accidẽtis genus accõmodatur. k Thesauri.] Reconditoria, aut ipsæ opes reconditæ. l Quod nec de quolibet.] Quamlibet inscio & abiecto, hoc enim est quodlibet, ut alibi dixi.

m Deo autem nisi notus esset.] Cura dei stat mundus alioqui statim ruiturus. Atqui quod neutiquam deus nosset,curare nõ posset,neq; enim artifex opus uel facit,uel sustinet,quod ignorat.

An eius beatitudinis quam sancti angeli ab initio sui semper habuerunt, etiam illos spiritus qui in ueritate non steterunt,participes fuisse credendum sit. Caput XI

V AE cum ita sint,nullo quidẽ modo secũdum aliquod temporis spatium prius erãt illi spiritus tenebrę, quos angelos dicimus. [q]Sed simul ut facti sunt, lux facti sunt, nõ tamẽ ita tantum creati, ut quoquo modo essent, & quoquo modo uiuerent,sed etiam illuminati ut sapienter beateq; uiuerent. Ab hac illuminatione auersi quidã angeli,non solum non obtinuerunt excellentiã sapientis beatęq; uitę,quę proculdubio non nisi æterna æternitatisq; suæ est certa atq; secura: [b]sed & rationalem uitã licet insipientem sic habent,ut eam non possint amittere,nec si uelint. Quatenus autem antequã peccassent,illius sapientiæ fuerint participes, definire quis potest? In eius tamen participatione æquales fuisse istos illis, qui propterea uere plenéq; beati sunt,quoniam nequaquã de suę beatitudinis æternitate falluntur,quomodo dictum sumus:quandoquidẽ si ęquales in ea fuissent, etiã isti in eius æternitate mãsissent pariter beati,quia pariter certi? Necq enim sicut uita quam diucunq; fuerit,ita æterna uita ueraciter dici poterit,si finem habitura sit. Siquidem uita tantũmodo uiuendo,æterna uero finem non habendo nominata est. Quapropter quãuis non quicquid æternum cõtinuo beatum sit,dicitur enim etiam pœnalis ignis æternus:tamen si uere perfecteq;

fectęq; beata uita non niſi æterna eſt, non erat talis iſtorum uita beata, quia quandoq; deſitura, & propterea non æterna, ſiue id ſcirent, ſiue neſcientes aliud putarẽt: quia ſcientes timor, neſcientes error beatos eſſe uticq; non ſinebat. Si autem hoc ita neſciebãt, ut falſis incertiſue non fiderent, ſed utrum ſempiternum, an quãdoq; finem habiturũ eſſet bonum ſuum, in neutram partem firma aſſenſione ferrẽtur, ipſa de tanta felicitate cunctatio eam beatę uitæ plenitudinẽ, quam in ſanctis angelis eſſe credimus, non habebat. [c] Neq; enim beatæ uitæ uocabulum ita contrahimus ad quaſdam ſignificationis anguſtias, ut ſolum deum dicamus beatũ: qui tamen ita uere beatus eſt, ut maior beatitudo eſſe non poſsit, In cuius comparatione quòd angeli beati ſunt, ſua quadam ſumma beatitudine, quanta eſſe in angelis poteſt, quid aut quantum eſt?

L. VIVES

a Sed ſimul ut facti.] Hic ſtatim ne mutæ uideantur ſcholæ, inſtantibus & tricis horrentes adſunt, magniſq; clamoribus uelut æs ſuũ efflagitant reſponderi ſibi, potuerintne angeli bene de deo mereri in primo illo momẽto, quo ſunt ab opifice rerum omniũ progeniti: an potuerunt, ut ipſi dicunt, demereri. Nam niſi improprie dicatur, non cõſtabit theologica proprietas, quod inſtans fuerit creationis, quod in quo manſerunt, quod in quo ceciderunt alij, alij ſteterunt. Et hic multa ceu in conſilio fuerint naturæ principi, quum mundum hunc conderet, magno ſupercilio definiunt, tanto, tam aſſeueranter, ut iures illos ſerio dicere, & aliquid omnino dicere, nec nugas eſſe meras. Vix humana ipſa plene uti cognoſceremus ingratis mortalibus permiſit deus. Neſcimus quid illud erat, quod habebat ante principem noxam homo ille hominum parens: neſcimus, quando peccarit, ubi, qua ratione totam illam humanæ gentis tragœdiam inuexerit: initium, & ſeminariũ malorum omnium celatum eſt: quia ſcire non meremur: & iam iſti quaſi humanis omnib. exploratis, negocijs ſeſe angelorum ardeliones immiſcent: non quibuslibet, nec quæ uulgari ſapiẽtiæ magiſter iuſsit, ſed quæ ueriſimile eſt, ne angelos quidem ipſos noſſe. Nam origines rerum, & quid in illis ſit factum, autor nouit, non id quod gignitur. Accedit his, quod quum de inſtantibus magna ſit inter homunculos controuerſia, utraq; factione rem totã pertumultuoſe ad ſe ſuoſq; uindicante: iſti per hoc tanquam rem apertam iam & certam de incertiſsimis & altiſsima caligine merſis inquirunt. Quantũ ergo & ex ipſius ſapientiæ ſchola licet colligere, & ex diſcipulis eius ſanctis illis autoribus, qui non contentioſa diſputatiõe ex pertinacia humaniſq; affectibus de ſacroſanctis definire rebus, ſed modeſte ac uerecũde: quæ uel in libro uitæ legerunt, uel à patribus per manus tradita acceperunt, reliquere: uel ipſi certe eodem ſpiritu aliqua ſunt libris auſi mandare, quo innocenter ac pie uiuebant. Hoc enim modo tractari myſteria illa diuina debent, adorata potius ſilenter, quàm raptata & diſcerpta clamoribus ad ratiim contentioſis: nec exiſtimare nihil referre, ſiue de humana philoſophia ſit ſermo, ſiue de rebus non ad diſquiſitionem mortalium à deo ſobrie relatis, ſed ad admirationem uenerationemq;. Ex his igitur ſic, opinor, angeli omnes, & hi qui perpetuo ſunt

Angelorum conditio

A boni beatiq;ue, & hi qui perpetuo mali & miſeri, ſimul ſunt à deo generati, atq; illuſtrati luce quadam, qua facile tum ſe ipſi poſſent cognoſcere, tum res alias: ipſum uerum deum, quantum rei creatæ per deum liceret, gradatim tamen. Non enim omnes paribus ſunt ingenij potentiæq; uiribus prædíti, Tum illis propoſita eſt optio, utrum mallent iuſsis parẽre architecti omniũ & parentis, nec latum unguem ab illis diſcedere, an potius facere ipſos ſibi uiam, qua inſiſterent. Momenta temporum qualia ſint apud angelos humana mens capere nequit, multo minus qualia apud deum, qualia tamen cunq; ſint, quod modeſte pieq; ſemper dictũ uelim, prius ſeipſos ſuumq; inſpexere patrẽ, prius ſuo ingenio arbitratuiq; relicti ſunt, & uelut emancipati, q̃ à partibus dei uel defecerint, uel ſteterint. Fieri quid potuerit, in neutram partem habeo quod credam; iſtud certe factũ ita credo. Simul & illud credo, ubi excellentiſsimã ſuæ naturæ partem omnes cognouerunt, quantaq; ſibi ad inæ
B ſtimabilem beatitudinem aperta eſſet ianua, ſpe ac fiducia tantæ beatitatis præcipientes iam tum gaudia lætos fuiſſe: & quamuis tenuiter, præguſtaſſe tamẽ uenturam felicitatẽ, & quadã tenus beatos fuiſſe. Cæterũ, ut euentus docuit, ſceleſtos nefarioſq; ductos falſo gaudio, bonos autem pioſq; uero. Immodice enim ac inſolenter ſuam mali tulere ſortem: & quaſi parum fuiſſet in partem poſſeſsionis admitti, ex æquo diuidi totam uoluerunt. Quod fuit inſipiẽtiæ caput, neque ſe, neque patrem deũ bene agnoſcere, ac inter ſeſe comparare. Orbati ergo ſapientia, uana ſpe aliquandiu ſunt acti, & ſtulta lætitia fatui inſaniq; perfuſi, quod de regno cum deo contenderent: quoad nulla iam amplius in eis melioris mẽtis ſpe reſidua de patria ſua ingratiſsimi atq; impiẽtiſsimi deturbati ſunt: quæ omnia non aſſeuerãter uelim à me putari dicta, tranſituro facile in ſententiam ueriſimilius di
C centis. [b] Sed & rationalem uitam licet inſipientẽ.] Habent quidem dæmones acuta ingenia & uaſtra, ſapiẽtes tamen non ſunt. Nam neq; ſeipſos, nec parentem ſuum ut oportebat norunt, & mens eorũ inuidia & ſuperbia occæcata præceps in mille ſcelera it: ſipientiſsime fertur. Deniq; ſi ſapientes eſſent, eſſent & boni. Nec ullus eſt malus, in quo ignorantia non dominetur: ſicut Plato, & eum ſecutus Ariſtoteles, docent. [c] Neq; enim beatæ uitæ uocabulum.] Beatitudinem definiere ueteres ſtatum perfectum, & numeris omnibus bonorũ abſolutum, qui in ſolum uideretur deum cadere, cuius participatione & angeli beati ſunt, & homines ſancti.

De comparatione beatitudinis iuſtorum necdum tenentium promiſſionis diuinæ præmium, & primorum in paradiſo hominum ante peccatũ. XII

D [a] Ec ipſos tantum, quod attinet ad rationalem uel intellectualem creaturam, beatos nuncupandos putamus. Quis enim primos illos homines in paradiſo negare audeat beatos fuiſſe ante peccatum: quamuis de ſua beatitudine quàm diuturna uel utrum æterna eſſet incertos: eſſet autem æterna niſi peccaſſent: cũ hodie non imprudẽter beatos uocemus, [b] quos uidemus iuſte ac pie cum ſpe futuræ immortalitatis hanc uitam ducere [c] ſine crimine uaſtam te conſcientiam, facile impetrantes peccatis huius

ius infirmitatis diuinam miſericordiã. Qui licet A de ſuæ perſeuerantiæ præmio certi ſint, de ipſa tamen perſeuerãtia ſua reperiũtur incerti. Quis enim hominum ſe in actione profectuq; iuſtitiæ perſeueraturum uſque in finem ſciat, niſi aliqua reuelatione ab illo fiat certus, qui de hac re iuſto latentiq; iudicio, nõ omnes inſtruit, ſed neminem fallit. Quantum itaq; pertinet ad delectationẽ præſentis boni, beatior erat primus homo in paradiſo, quàm quilibet iuſtus in hac infirmitate mortali: quãtum autem ad ſpem futuri boni, beatior quilibet in quibuslibet crucia-B tibus corporis, cui non opinione, ſed certa ueritate manifeſtum eſt, ſine fine ſe habiturum omni moleſtia carentem ſocietatem angelorum in participatione ſummi dei, q̃ erat ille homo ſui caſus incertus in magna illa felicitate paradiſi.

L. VIVES

a Nec ipſos enim huic tantæ beatitudini.] In alio exẽplari legitur: Nec ipſos tãtum beatos, quod attinet ad rationalem uel intellectualem creaturam, nuncupandos putamus. meljus ſic, aliter nullus conſtare poteſt ſenſus. ſignificat Auguſtinus angelos omnes etiam quum nondum de ruina uel confirmatione ſui certi eſſent, quodammodo fuiſſe beatos, uel eo ſolo quòd tam præſtanti eſſent ſublimiq; natura conditi, quemadmodũ & Adam ipſe tot muneribus animi corporisq; ante crimen à deo cumulatus. b Quos uide C mus iuſte ac pie.] Chriſtus huiuſmodi homines beatos appellat Matthæi viij. c Sine crimine uaſtãte.] Nulla eſt hic maior beatitudo, q̃ mens ſibi conſcia recti. Et ut Horatius, inquit: Nil cõſcire ſibi nulla pallescere culpa. ut contra nulla eſt maior crux, q̃ conſcientia ſceleꝛum. Has Cicero contra Piſonem & pro Roſcio furias dicit à poetis nominatas eſſe.

An ita unius felicitatis omnes angeli ſint creati, ut neq; lapſuros ſe poſſent noſſe, qui lapſi ſunt: & poſt ruinam labentium perſeuerantiæ ſuæ præſcientiam acceperint qui ſteterũt. XIII

D VOCIRCA cuiuis iam non difficulter occurrit utroq; coniuncto effici beatitudinem, quam recto propoſito intellectualis natura deſiderat: hoc eſt, ut & bono incommutabili, quod deus eſt, ſine ulla moleſtia perfruatur, & in eo ſe in æternum eſſe manſurum, nec ulla dubitatione cunctetur, nec ullo errore fallatur. Hanc habere angelos lucis, pia fide credimus: hanc nec ante quàm caderent habuiſſe angelos peccatores, qui ſua prauitate illa luce priuati ſũt, conſequenti ratione colligimus: habuiſſe tamẽ aliquam etſi nõ præſciam beatitudinẽ, [a] ſi uitam egerũt ante peccatum profecto credendi ſunt. Aut ſi durum uidetur, quando facti ſunt angeli, alios credere ita factos, ut non acciperẽt præſcientiam uel perſeuerãtiæ uel caſus ſui: alios autem ita factos ut ueritate certiſsima æternitatem ſuæ beatitudinis noſſent: ſed æqualis felicitatis omnes ab initio creati ſunt: & ita fuerunt donec iſti qui nunc mali ſunt ab illo bonitatis lumine ſua uoluntate cecidiſſent: proculdubio multo eſt durius nunc putare angelos ſanctos æternę ſuę beatitatis incertos, & ipſos de ſemet ipſis ignorare, q̃d nos de illis per ſcripturas ſanctas noſſe potuimus. Quis em̃ catholicus Chriſtianus ignorat, nullum nouum diabolũ ex bonis angelis ulterius futurum: ſicut nec iſtum in ſocietatem bonorum angelorum ulterius redi-
E turum? Veritas quippe in Euangelio ſanctis fidelibus promittit, quod erunt æquales angelis dei: quibus etiam promittitur, quod ibũt in uitã æternam. Porrò aũt ſi nos certi ſumus, nũquam nos ex illa immortali felicitate caſuros: illi uero certi non ſunt, iam potiores, non æquales eis erimus: ſed quia nequaquam ueritas fallit, & æquales eis erimus, profecto etiam ipſi certi ſunt ſuæ felicitatis æternę. Cuius illi alij quia certi nõ fuerunt: non enim erat eorum æterna felicitas, cuius certi eſſent, quæ finẽ fuerat habitura: reſtat ut aut impares fuerint, aut ſi pares fuerunt, poſt iſtorum ruinam illis certa ſcientia ſuæ ſempiternæ felicitatis acceſſerit. Niſi forte quis dicat id, quod dominus ait de diabolo in Euangelio: Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non ſtetit: ſic eſſe capiendum, ut non ſolum homicida fuerit ab initio, id eſt in initio humani generis: ex quo uticq; homo factus eſt, quem decipiẽdo poſſet occidere: uerumetiam ab initio ſuæ conditionis in ueritate non ſteterit: & ideo nunquam beatus cum ſanctis angelis fuerit, ſuo recuſans eſſe ſubditus creatori, [b] & ſua per ſuperbiam uelut priuata poteſtate elatus, ac per hoc falſus & fallax: quia nec unquã poteſtatem omnipotentis euadit. Et qui per piam ſubiectionem noluit tenere quod uere eſt, affectat per ſuperbiæ elationem ſimulare quod non eſt: ut ſic intelligatur etiam quod beatus Ioannes apoſtolus ait: Ab initio diabolus peccat, hoc eſt ex quo creatus eſt iuſtitiam recuſauit: quam niſi pia deoq; ſubdita uoluntas habere non poſsit. Huic ſententiæ quiſquis acquieſcit, [c] non cum illis hæreticis ſapit, id eſt Manichæis: & ſi quæ aliæ peſtes

ita sentiunt,quod suam quandam propriã tan-
quam ex aduerso quodam principio diabolus
habeat naturam mali:qui tanta uanitate desipi-
unt,ut cum uerba ista Euangelica in autoritate
nobiscum habeant,non attendant non dixisse
dominum,à ueritate alienus fuit,sed in ueritate
non stetit:ubi à ueritate lapsum intelligi uoluit,
in qua utiq; si stetisset,eius particeps factus,bea
tus cum sanctis angelis permaneret.

L. VIVES

Suitam egerũt ante peccatũ.] Tam exiguum illud temporis fuit, quod prius quàm à deo deficerent, interfluxit, ut nihil esse uideatur. b Et superbia sua.] In alijs codicibus, & sua per superbiam uelut priuata potestate elatus, ac per hoc falsus & fallax. c Non cũ illis hæreticis sapit, id est Manichæis.] Quũ audirent dæmonẽ ab initio peccasse, existimarunt malum esse dæmonẽ à deo progenitum, idcirco natura potius esse malum, q̃ uoluntate: nam id in unoquoq; naturale est, non uoluntariũ, quod in eo creauit rerũ conditor, quum id in mundum proferret.

Quo genere locutionis dictum sit de diabolo, quod in ueritate non stetet:quia ueritas non est in eo. XIIII

VBIECIT autẽ iudiciũ, quasi quę-
sissemus, unde ostendatur, quod in
s ueritate non steterit, atq; ait: Quia
non est ueritas in eo. Esset autem in
eo, si in illa stetisset. Locutione autẽ
dictũ est minus usitata. Sic enim uidetur sonare: In ueritate nõ stetit, quia nõ est ueritas in eo: tanquam ea sit causa, ut in ueritate non steterit, quod in eo ueritas nõ sit: cũ potius ea sit causa, ut in eo ueritas non sit, q̃ in ueritate nõ stetit. Sed ista locutio est & in Psalmo, ubi ait: Ego clamaui, quoniam exaudisti me deus: cum dicendum fuisse uideatur, Exaudisti me deus, quoniã clamaui. Sed cum dixisset, ego clamaui: tanquã ab eo quæreretur, unde se clamasse monstraret, ab effectu exauditionis dei clamoris sui ostẽdit affectum, tanquam diceret: Hinc ostẽdo clamasse me, quoniam exaudisti me.

Quid sentiendum sit de eo quod scriptum est: Ab initio diabolus peccat.
Caput XV

LLVD etiam quod ait de diabolo
Ioannes: [a] Ab initio diabolus pec-
1 cat: [b] nõ intelligũt si naturale est nullo modo esse peccatum. Sed quid respondetur propheticis testimonijs, siue quod Esaias ait sub figurata persona principis Babyloniæ, diabolum notãs: Quomodo cecidit Lucifer, qui mane oriebatur. Siue quod Ezechiel: In delicijs paradisi dei fuisti omni lapide precioso ornatus? Vbi intelligitur fuisse aliquando sine peccato. Nam expressius ei paulo post dicitur: Ambulasti in diebus tuis sine uitio. Quæ si aliter conuenientius intelligi nequeunt, oportet etiam illud quod dictum est, In ueritate non stetit: sic accipiamus quòd in ueritate fuerit, sed nõ permanserit. Et illud, quòd ab initio diabolus peccat, non ab initio ex quo creatus est peccare putandus est, sed ab initio peccati, quod ab ipsius superbia cœperit esse peccatum. Nec illud quod scriptum est in libro Iob, cum de diabolo sermo esset: Hoc est initiũ figmenti domini, quod fecit ad illudendum ab angelis suis, Cui cõsonare uidetur etiam Psalmus, ubi legitur: Draco hic quem finxisti ad illudendum ei: sic intelligendum est, ut existimemus talem ab initio creatum, cui ab angelis illuderetur, sed in hac pœna post peccatum ordinatum. Initium ergo eius figmentum est domini. Non enim est ulla natura etiam in extremis infimisq; bestiolis, quam non ille constituit: à quo est omnis modus, omnis species, omnis ordo: sine quibus nihil rerũ inueniri uel cogitari potest: quanto magis angelica creatura, quæ omnia cætera quæ deus cõdidit, naturæ dignitate præcedit.

L. VIVES

a AB initio diabolus.] Nõ sunt ad anxias illas morularum inquisitiones sacra hæc Euangelij reuocanda uerba, seu trahenda potius. Vnũ aut alterum momentum non impedit, quo minus ab initio aliquem aliquid fecisse pronunciemus, ut si quis dicat: ab initio mundi fuit fratrum inuidia, pauxillum temporis impedimento non est, quo minus effatum hoc sit uerum. b Qui inde uolunt asserere peccati naturã.] Tales sunt Manichæi. D. Thomas, & qui cum eo negant in momento, quo angelus cõditus est, potuisse peccare, hac ratione utunt, quod id crimen non tam operi impu
D tandũ esset, q̃ autori, qui tale opus produxit. Quod sentire uidet Origenes super Ezechielẽ, dicens: Serpẽs hostis contrarius ueritati nõ à principio, nec statim supra pectus & uentrẽ suum ambulauit. Sicut Adam & Eua non statim peccauerunt, ita & serpens aliquãdo fuit nõ serpẽs, quũ in paradiso deliciarũ moraretur. Deus enim malitiã nõ fecit: nec Augustinus aliud sentit, qui docet, nõ simul ac primũ creati fuerũt peccasse. c Hoc est initium figmenti domini.] Iob xl. uulgo habemus: Ipse est principiũ uiarum domini. Nec legimus quod fecit ad illudendũ angelis suis: sed hæc ex interpretatione Lxx.

De gradibus & differentijs creaturarum, quod aliter pẽdet utilitatis usus, aliter ordo rationis. Cap. XVI

In his

IN his enim quæ quoquo modo sũt, & non sunt quod deus est, à quo facta sunt, præponuntur uiuentia nõ
1 uiuentibus: sicut ea quæ habẽt uim gignendi uel etiam appetendi his, quæ isto motu carent. Et in his quæ uiuũt, præponuntur sentientia non sentientibus: sicut arboribus animalia. Et in his quæ sentiũt, præponuntur intelligentia non intelligentibus, sicut homines pecoribus. Et in his quæ intelligunt, præponuntur immortalia mortalibus: sicut angeli hominibus, sed ista præponuntur naturæ ordine. Est autem alius atque alius pro suo cuiusq; usu æstimationis modus: quo fit, ut quædam sensu carentia, quibusdam sentiẽtibus præponamus, intantum, ut si potestas esset, ea prorsus de natura rerum auferre uellemus: siue quẽ in ea locum habeant ignorantes, siue etiã si sciamus, nostris ea commodis postponẽtes. Quis enim non domi suæ panem habere quàm mures, nummos quàm pulices, malit? Sed quid mirum, cum in ipsorum etiam hominum æstimatione, quorum certe natura tantę est dignitatis, plerũq; cariùs comparetur equus, quàm seruus: gẽma, quàm famula. Ita libertate iudicandi plurimum distat ratio considerantis à necessitate
C indigentis, seu uoluptate cupiẽtis, cum ista quid per seipsum in rerum gradibus pendat, necessitas autem quid propter quid expetat, cogitet: & ista quid uerum luci mentis appareat, uoluptas uero quid iucũdum corporis sensibus blandiatur, exquirat. Sed tantum ualet in naturis rationalibus quoddam ueluti pondus uoluntatis & amoris, ut cum ordine naturæ angeli hominibus, tamen lege iustitiq; boni homines malis angelis præferantur.

Vitium malitiæ non naturam esse, sed contra naturam, cui ad peccandum non conditor causa est, sed uoluntas.
Caput XVII

ROPTER naturam igitur, nõ pro-
pter malitiam diaboli, dictum recte
p intelligimus: hoc est initium figmẽti domini: quia sine dubio ubi esset uitium malitiæ, natura non uitiata præcesserit. [a] Vitium autem cõtra naturam est, ut non posset, nisi nocere naturæ. [b] Non itaq; esset uitium, recedere à deo, nisi naturæ, cuius id uitiũ est, potius competeret esse cum deo. [c] Quapropter, etiam uolũtas mala grande testimonium est naturæ bonæ. Sed deus sicut naturarum bonarum optimus creator est, ita malarum uoluntatum iustissimus ordinator, ut cum male illæ utũtur naturis bonis, ipse bene utatur etiã uolũtatibus malis. Itaq; fecit, ut diabolus institutione illius bonus, uoluntate sua malus, in inferioribus ordinatus illuderetur ab angelis eius, id est ut prosint tentationes eius sanctis, quibus eas obesse desiderat. Et quoniam deus cum eũ conderet, futuræ malignitatis eius non erat utique ignarus, & præuidebat quæ bona de malo eius esset ipse facturus: propterea Psalmus ait, Draco hic, quem finxisti ad illudendum ei: ut in eo ipso, quod eum finxit, licet per suam bonitatem bonum, iam per suam præscientiã præparasse intelligatur, quomodo illo uteretur & malo.

L. VIVES

VItium autem contra naturam.] Virtutem Socrates & Stoici, ex natura dicebãt esse, uitium uero contra naturam. Nunquam enim peccaremus, si naturam sequeremur ducẽ illam puram, rectãq;, nec prauis opinionibus corruptam, & detortam. b Nõ itaque esset uitium.] Nam si utilius id esset naturæ eius, qui uitium committit, nõ uitium esset, nec error, sed potius sapienter electum, & recte executum. c Quapropter etiam uoluntas mala.] Ex uolũtate mala uitia proficiscuntur: quæ quoniam naturæ obsunt, ijs natura cõtranitur, qua fit, ut uoluntatem iuuet male facere, naturam lædat, uoluntas sua spõte sit mala, natura ad malum inuita trahatur, & reluctans, quæ si suo relinquere
D tur arbitratui, optima quæq; semper sequereẽ: nam his demum delectatur: & ea ingrederetur uia, qua ad autorem suum tenderet, & aliquando perueniret.

De pulchritudine uniuersitatis, quæ per ordinationem dei etiam ex contrariorum sit oppositione luculentior.
Caput XVIII

EQVE enim deus ullum, non dico
angelorum, sed uel hominum crea-
N ret, quem maltim futurum esse præsciisset, nisi pariter nosset, quibus eos bonorum usibus cõmodaret, atque ita ordinem seculorum tãquam pulcherrimum carmẽ etiam ex quibusdam quasi antithetis honestaret. [a] Antitheta enim quæ appellantur, in ornamentis elocutionis sunt decentissima, quæ latine appellãtur opposita: uel quod expressius dicitur, contra posita. Non est apud nos huius uocabuli consuetudo, cum tamen eisdem ornamentis locutionis etiam sermo Latinus utatur, imò linguę omnium gentiũ. [b] His antithetis etiam Paulus Apostolus in secunda ad Corin-

thios epiſtola, illum locũ ſuauiter explicat, ubi dicit: Per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, ut ſeductores & ueraces: ut qui ignoramur & cognoſcimur, quaſi morientes & ecce uiuimus: ut coerciti & non mortificati: ut triſtes, ſemper autem gaudentes, ſicut egeni, multos autem ditantes, tanquam nihil habentes, & omnia poſsidentes. Sicut ergo iſta cõtraria contrarijs oppoſita ſermonibus pulchritudinẽ reddunt: ita quadam nõ uerborum, ſed rerum eloquentia contrariorũ oppoſitione ſeculi pulchritudo cõponitur. Apertiſsime hoc poſitũ eſt in libro Eccleſiaſtico, hoc modo: Contra malũ bonum eſt, & contra mortem uita: ſic contra pium peccator. Et ſic intuere in omnia opera altiſsimi, bina & bina, unum contra unum.

L. VIVES

Antitheta a Ntitheta enim quæ appellantur.] Hæc ad uerbum cõtrapoſita dicunt, quæ & in uerbis ſunt, & in ſententia: ut docet autor rhetoricorum ad Herennium lib. iiij. eamq́ figuram contentionem nominat. Sed præſtabit Quintiliani uerba ex lib. ix. adſcribere: Contrapoſitum autem, uel ut quidam uocãt, contentio, ἀντίθετον dicitur, non uno fit modo. nam & fit ſi ſingula ſingulis opponuntur, ut in eo quod modo dixi: Vicit pudorem libido, timorem audacia: & bina binis: nõ noſtri ingenij, ueſtri auxilij eſt: & ſententiæ ſentẽtijs: dominetur in cõcionibus, iaceat in iudicijs. Hæc ibi, & alia eadem de re. quare neſcio cur Auguſtinus dicat nõ eſſe apud nos huius uocabuli conſuetudinem. b His antithetis etiam Paulus.] Auguſtinus aliquid ex arte rhetorica eſſe in Paulo ait. [redacted]

Quid ſentiendũ uideatur de eo quod ſcriptum eſt: Diuiſit deus inter lucem & tenebras. Cap. XIX

QVAMVIS itaq; diuini ſermonis obſcuritas etiam ad hoc ſit utilis, quod plures ſentẽtias ueritatis parit, & in lucem notitiæ producit, dum alius eum ſic, alius ſic intelligit: ita tamen ut quod in obſcuro loco intelligitur, uel atteſtatione rerum manifeſtarum, uel alijs locis minime dubijs aſſeratur: ſiue cum multa tractantur, ad id quoque perueniatur, quod ſenſit ille qui ſcripſit: ſiue id lateat, ſed ex occaſione tractãdæ profundæ obſcuritatis, alia quędam uera dicantur: non mihi uidetur ab operibus dei abſurda ſententia, ſi cum lux illa prima facta eſt, angeli creati intelligantur, & inter ſanctos angelos & immundos fuiſſe diſcretũ, ubi dictũ eſt: Et diui-

A ſit deus inter lucem & tenebras: & uocauit deus lucem diem, & tenebras uocauit noctem. Solus quippe ille iſta diſcernere potuit, qui potuit etiã priuſquam caderent pręſcire caſuros, & lumine priuatos ueritatis in tenebroſa ſuperbia remanſuros. Nam inter iſtum nobis notiſsimum diem & noctem, id eſt inter hanc lucem, & has tenebras, uulgatiſsima ſenſibus noſtris luminaria cœli ut diuiderent imperauit. Fiant, inquit, luminaria in firmamento cœli, ut luceant ſuper terram, & diuidant inter diem & noctem. Et paulopoſt: Et fecit, inquit, deus duo luminaria magna: [a] luminare maius in principia diei, & lu-

B minare minus in principia noctis, & ſtellas: & poſuit illa deus in firmamento cœli, [b] Lucere ſuper terram, & præeſſe diei & nocti, & diuidere inter lucem & tenebras. Inter illam uero lucem, quæ ſancta ſocietas angelorum eſt, illuſtratione ueritatis intelligibiliter fulgens, & ei contrarias tenebras, id eſt malorum angelorum auerſorum à luce iuſtitiæ teterrimas mentes, ipſe diuidere potuit: cui etiam futurum non naturæ, ſed uoluntatis malum occultum, aut incertum eſſe non potuit.

L. VIVES

C a Vminare maius in principia diei.] Lxxij. ſic uerterunt: Καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους· τὸν φωστῆρα τὸν μέγαλον εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, καὶ τὸν φωστῆρα τὸν ἐλάσσω εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτὸς· καὶ τοὺς ἀστέρας· Et fecit deus duo illa luminaria magna: luminare magnum in principatum diei. nam ἀρχὴν & principium uertimus, & principatum: & principium pro initio, & interim uertunt pro principatu, ut in Pſalmo cix. Tecum principium in die uirtutis tuæ. μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου· quaſi, tuus erit principatus in die fortitudinis tuæ. b Lucere ſuper terrã.] Græce eſt infinitiuus Græcus: ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς· ſed per ſubiũctiuum uenit ad Latinos, ut luceant. Ea enim eſt natura τοῦ ὡς· Latinorũ quidam infinito ſunt uſi abſq; ut, quemadmodum Verg.
Peſtis acerba boum pecoriq; aſpergere uirus.

De eo quod poſt diſcretionem lucis, atq; tenebrarum dictum eſt: Et uidit deus lucem, quia bona eſt. Cap. XX

D DENIQVE nec illud prætereũdum eſt ſilẽtio, quod ubi dixit deus: Fiat lux, & facta eſt lux: [a] continuo ſubiunctum eſt, Et uidit deus lucem, quia bona eſt: non poſtea quàm ſeparauit inter lucem, & tenebras, & uocauit lucẽ diem, & tenebras noctẽ, ne ſimul cũ luce, etiã talibus tenebris teſtimoniũ placiti ſui perhibuiſſe uideretur. Nam ubi tenebræ inculpabiles ſunt, inter quas & lucem iſtam his oculis cõſpicuam lumina

A luminaria cœli diuidunt, non ante, ſed poſt infertur: Et uidit deus, quia bonum eſt: & poſuit, inquit, illa in firmamento cœli lucere ſuper terram, & pręeſſe diei & nocti, & ſeparare inter lucem & tenebras. Et uidit deus, quia bonum eſt. Vtrunq; placuit, quia utrunq; ſine peccato eſt. Vbi autem dixit deus: Fiat lux, & facta eſt lux: ſtatim ſequitur, et uidit deus lucẽ, quia bona eſt. Et poſtmodum infertur, Et ſeparauit deus inter lucem & tenebras: uocauitq́; deus lucem diem, & tenebras noctem: non hoc loco additum eſt, Et uidit deus quia bonum eſt: ne utrũq; appellaretur bonum, cum eſſet horum alterum

B malum, uitio proprio, non natura. Et ideo ſola ibi lux placuit conditori: tenebræ autem angelicæ, & ſi fuerant ordinandæ, non tamen fuerant approbandæ.

L. VIVES

Ontinuo ſubiunctum eſt.] Cum de luce illa ſpiritali, hoc eſt angelis, ſcriptura loqueretur, antequàm pars lucis, hoc eſt pars angelorum, in tenebras abiret, lucem approbauit deus, angelos ſcilicet omnes, quos ipſe bonos crearat, ac lucem. Cum uero de luce noſtra corporibus ſubſiſtẽte iiij. die loqueretur, & lucem probari à deo fecit, & tenebras. quippe cum tenebræ, quas deus tales fecit, non malæ ſint, ut ſunt dæmones poſtq̃ in tenebras ſunt uerſi, ideo illas tenebras primi diei nõ comprobauit, ut tenebras quarti.

De æterna & incommutabili ſcientia, dei ac uoluntate, qua ſemper illi uniuerſa quæ fecit, ſic placuerunt faciẽda, quemadmodum facta. Cap. XXI

QVID eſt enim aliud intelligendum in eo quod per omnia dicitur, Vidit deus, quia bonum eſt: niſi operis approbatio ſecũdum artem facti, quæ ſapientia dei eſt? Deus autẽ uſq; adeo non cum factum eſt, tunc diſcit bonũ, ut nihil eorum fieret, ſi ei fuiſſet incognitũ. Dũ ergo uidet, quia bonũ eſt, quod niſi uidiſſet, antequã fieret, non utiq; fieret: docet bonum eſſe, nõ diſcit. [a] Et Plato quidem plus auſus eſt dicere: elatum eſſe ſcilicet deum gaudio, mundi uniuerſitate perfecta. Vbi & ipſe non uſq; adeo deſipiebat, ut putaret deum ſui operis nouitate factũ beatiorẽ: ſed ſic oſtendere uoluit, artifici ſuo placuiſſe iam factum, quod placuerat in arte faciendum: nõ quod ullo modo dei ſcientia uarietur, ut aliud in eo fiant, quæ nondũ ſunt, aliud quæ iam ſunt, aliud quæ fuerunt. Non enim more noſtro ille, uel quod futurum eſt, proſpicit, uel

A quod præſens eſt, aſpicit, uel quod præteritum eſt, reſpicit: ſed alio modo quodam à noſtrarum cogitationum conſuetudine longe lateq́; diuerſo. Ille quippe, nõ ex hoc in illud cogitatione mutata, ſed omnino incõmutabiliter uidet, ita ut illa quidem quæ temporaliter fiunt, & futura nondum ſint, & præſentia iam ſint, & præterita iam non ſint: ipſe uero hæc omnia ſtabili ac ſempiterna præſentia comprehendat: nec aliter oculis, aliter mente: non enim ex animo cõſtat & corpore. Nec aliter nunc, & aliter antea, & aliter poſtea: quoniam non ſicut noſtra, ita & eius quoque ſcientia trium temporum, præſen-

B tis uidelicet & præteriti uel futuri uarietate mutatur: [b] apud quem non eſt immutatio, nec momenti obumbratio. Neque enim eius intentio de cogitatione in cogitationem tranſit, in cuius incorporeo contuitu ſimul adſunt cuncta quæ nouit. Quoniam tempora ita nouit nullis ſuis temporalibus notionibus, quemadmodũ temporalia mouet nullis ſuis temporalibus motibus. Ibi ergo uidit bonum eſſe, quod fecit, ubi bonum eſſe uidit, ut faceret. Nec quia factum uidit, ſcientiam duplicauit, uel ex aliqua parte auxit, tanquam minoris ſcientiæ fuerit priuſ-

C quam faceret, quod uideret: qui tam perfecte non operaretur, niſi tam perfecta ſcientia, cui nihil ex eius operibus adderetur. Quapropter, ſi tantummodo nobis inſinuandum eſſet, quis fecerit lucem, ſufficeret dicere: Fecit deus lucem. Si autem non ſolum quis fecerit, uerum etiam per quid fecerit, ſatis eſſet ita enunciari, Et dixit deus, Fiat lux, & facta eſt lux: ut non tantum deum, ſed etiam per uerbum lucem feciſſe noſſemus. Quia uero tria quædam maxime ſcienda de creatura nobis oportuit intimari, quis eam fecerit, per quid fecerit, quare fecerit: deus dixit, inquit: Fiat lux, & facta eſt lux: &

D uidit deus lucem quia bona eſt. Si ergo quærimus, quis fecerit, deus eſt. Si per quid fecerit, dixit fiat, & facta eſt. Si quare fecerit: quia bona eſt. Nec autor eſt excellentior deo, nec ars efficacior dei uerbo, nec cauſa melior quàm ut bonum crearetur à bono deo. [c] Hanc etiam Plato cauſam condendi mundum iuſtiſsimam dicit, ut à bono deo bona opera fierent: ſiue iſta legerit, ſiue ab his qui legerant forte cognouerit, ſiue acerrimo ingenio inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpexerit: ſiue ab his qui iſta conſpexerant, & ipſe didicerit.

L. VIVES

a Et Plato quidem ausus est dicere.] Platonis in Timæo hæc sunt uerba: ὡς δὲ κινηθέν τε αὐτὸ καὶ ζῶν ἐνόησεν τῶν ἀϊδίων θεῶν γεγονὸς ἄγαλμα ὁ γεννήσας πατήρ, ἠγάσθη τε, καὶ εὐφρανθείς. Quum uero mobile uiuensque æternorum deorum simulachrum animaduertit, is pater qui fecerat approbauit, & lætatus est. b Apud quê non est.] Iacobi primo: παρ᾽ ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ ἢ ῥοπῆς ἀποσκίασμα, hoc est: Nihil ei conuersione aliqua abscōditur, & tenebris operitur, atque ignoratione. παραλλαγὴν Hieronymus contra Iouinianum differentiam uertit. ῥοπὴν uero momētum Augustinus transfert, quod haud scio ad tempus ne referat, an ad rei exiguitatem. Nec enim ullo uel minimo tempore trāsit ad umbram ex splendore deus, nec eius luci aliqua admiscetur umbella. Est etiam momentum conuersio, mutatio, à mouendo: unde & inclinatio, ut in stateris. Intelligi quoque potest, non esse obscurationem quampiam uicissitudinis, & conuersionis à contrario in contrarium, qualis est in nobis. c Hanc enim Plato causam.] Plato in Timæo, Cicerone interprete: Quæramus igitur causam, quæ eum impulerit, qui hæc machinatus sit, ut originem rerum, & molitionem nouā quæreret: probitate uidelicet præstabat. probus autem inuidet nemini. Itaque omnia sibi similia generauit, hæc nimirum gignendi mundi causa iustissima.

De his, quibus in uniuersitate rerum à bono creatore bene conditarū quædam displicent, & putant nonnullam esse naturam malam. Cap. XXII

HANC tamen causam, id est ad bona creanda bonitatem dei, hanc inquam causam tam iustam atque idoneam, quę diligenter considerata & pie cogitata, omnes controuersias quęrentium mundi originē terminat, quidam hæretici non uiderunt: quia egenam carnis huius fragilemque mortalitatem, iam de iusto supplicio uenientem, dum ei non conueniunt plurima, offendunt: sicut ignis, aut frigus, aut fera bestia, aut quid huiusmodi. Nec attendunt, quàm uel in suis locis naturisque uigeant, pulchroque ordine disponantur: quantumque uniuersitati rerū pro suis portionibus decoris tanquam in communem rempublicam conferant, uel nobisipsis si eis congruenter atque scienter utamur, commoditatis attribuant: ita ut uenena ipsa quæ per incōuenientiam perniciosa sunt, conueniēter adhibita in salubria medicamēta uertantur: quāque à contrario etiam hæc quibus delectanrur, sicut cibus et potus & ista lux, immoderato et importuno usu noxia sentiantur. Vnde nos admonet diuina prouidentia, non res insipienter uituperare, sed utilitatem rerum diligenter inquirere: & ubi nostrum ingenium uel infirmitas deficit, ita credere occulta, sicut erant quædam quę uix potuimus inuenire: quia & ipsa utilitatis occul-

A tatio, aut humilitatis exercitatio est, aut elationis attritio, [a]cum omnino natura nulla sit malum, nomenque hoc non sit nisi priuationis boni: sed à terrenis usque ad cœlestia, & à uisibilibus usque ad inuisibilia sunt alijs bonis alia bona meliora, ad hoc inæqualia ut essent omnia. Deus autem ita est artifex magnus in magnis, [b]ut minor non sit in paruis: quæ parua non sua granditate, nam penè nulla est, sed artificis sapientia metienda sunt: sicut in specie uisibilis hominis, si unum radatur supercilium, quàm propemodum nihil corpori & quàm multum detrahitur pul-
B chritudini: quoniam non mole constat, sed paritate ac dimensione membrorū. [c]Nec sanè multum mirādum est, quod hi qui nonnullam malam putant esse naturum suo quodam contrario exortam propagatamque principio, nolunt accipere istam causam creationis rerum, ut bonus deus conderet bona: credentes eam potius ad hæc mundana molimina rebellantis aduersum se mali extrema necessitate perductum, suamque naturam bonam malo coercendo superandoque miscuisse, quam turpissime pollutam & crudelissime captiuatam & oppressam, labore magno uix mundet ac liberet, non totam ta-
C men: sed quod eius non potuerit ab illa inquinatione purgari, tegmen, ac uinculum futurum hostis uicti & inclusi. Sic autem Manichęi non desiperent, uel potius insanirēt, si dei naturam, sicuti est, incommutabilem, atque omnino incorruptibilem crederēt, cui nocere nulla res possit: animam uero quæ uolūtate mutari in deterius & peccato corrumpi potuit, atque ita incommutabilis ueritatis luce priuari, non dei partē, nec eius naturæ quæ dei est, sed ab illo conditam longe imparem conditori, Christiana sanitate sentirent.

D

L. VIVES

a Cum omnino natura nulla sit malū.] Sæpe hoc Augustinus repetit, nullam esse naturā malam, omnia esse bona. In quo & consentiunt cum eo scriptores nostræ religionis omnes, & ipse Platoni, Aristoteli, Ciceroni multisque alijs philosophis suffragatur. Plato in Timæo, cum omnia sint ab optimo deo facta, nefas existimari putat aliquid malum esse. Probus enim inuidet nemini, idcirco omnia sui similia generauit. Et in ij. De repub. deum bonum esse ait, nullius mali, nullius noxiæ rei causam, sed tantum rerum bonarum: idcirco Hesiodum & Homerum uituperat, qui Iouem fecerint malorum causam. Cumque uniuersitatis parētem & causam deum esse fateatur, fit ut nihil in ea malum esse putet. Ego, ut paucis quid sentio aperiam, bonum esse dico, ut Aristoteles in Rhetoricis, quod uel propter seipsum, uel in usum alterius uolumus: malum quod uel propter ipsum, uel propter aliud fugimus, & auersamur. Itaque in mūdo iudicijs humanis alia bona sunt, ut quæ nobis prosunt, alia mala, quæ obsunt: neutra, quæ nec prosunt, nec obsunt. & inter homines alia alijs mala, alijs bona sunt: & eidē homini uarijs tēporibus, locis, rationibus, idem & bonum est, & malum, & neutrū. Hæc omnia ex opinionibus nostris, & imbecillitate iudiciorum, cumque ad nostra commoda cuncta referimus, fiūt. Est autem mēs ac iudicium unum diuinum illud, quod sic res uniuersas statuit, ut omnes sibi, in administratione mundi sint usui. Ille ergo omniscius, qui falli non potest, omnia uidet esse bona, quod suis locis, opportunitatibusque sint utilia. Idque sapiens significat, inquiens, omnia esse à deo, suo quodque tempore bona creata. Hæc est causa, cur omnia sacrarit, cur crescere, augerique iusserit. Nam si aliquid esset parum sibi per occasionem utile, id ne punctum quidem temporis duraret, sed nec esset progenitum. b Vt minor non sit in paruis.] Arist. ait, non minus esse naturam in minutissimis animalculis, uelut formicis, culicibus, apibus, araneolis, quàm in maximis equis, bobus, cetis, elephantis admirabilē. Est & caput apud Plin. lib. xi. De subtilitate naturæ in exiguis bestiolis. c Nec sane multum mirādum est, quod ij qui.] Hunc Manichæorum errorem Augustinus explicat in hæresibus, ad Quoduultdeum, & contra Faustum Manichæum, & de Genesi aduersus Manichæos.

De errore, in quo Origenis doctrina inculpatur, Cap. XXIII

SED multo est mirandum amplius, quod etiam quidam, qui unum nobiscum credūt omnium rerum esse principiū, nullamque naturam, quæ non est quod deus est, nisi ab illo conditore esse non posse: noluerunt tamē istam causam fabricandi mundi, tam bonam, ac simplicē bene ac simpliciter credere, ut deus bonus conderet bona, & essent post deum, quæ non essent, quod est deus: bona tamen quæ non faceret, nisi bonus deus. [a]Sed animas dicunt, non quidem partes dei, sed factas à deo, peccasse à conditore recedendo: & diuersis progressibus pro diuersitate peccatorum, à cœlis usque ad terras, diuersa corpora quasi uincula meruisse. Et hunc esse mundum, eamque causam mundi fuisse faciendi, non ut conderentur bona, sed ut mala cohiberentur. Hinc Origenes iure culpatur. In libris enim quos appellat περὶ ἀρχῶν, id est de principijs, hoc sensit, hoc scripsit. Vbi plus, quàm dici potest, miror hominē in ecclesiasticis literis tam doctum & exercitatum, non attendisse, primum quàm hoc esset contrarium scripturæ huius tantæ autoritatis intentioni, quæ per omnia opera dei subiūgens: Et uidit deus, quia bonum est: completisque omnibus, inferens, Et uidit deus omnia quæ fecit, & ecce bona ualde:
A nullā aliam causam faciendi mundi intelligi uoluit, nisi ut bona fierent à bono deo. Vbi si nemo peccasset, tantummodo [b]naturis bonis esset mundus ornatus, et plenus. Et quia peccatū est, non ideo cuncta sunt impleta peccatis, cum bonorum lōge maior numerus in cœlestibus suæ naturæ ordinem seruet. Nec mala uolūtas, quia naturæ ordinem seruare noluit, ideo iusti dei leges omnia bene ordinantis effugit. Quoniam sicut pictura cum colore nigro, loco suo posito, ita uniuersitas rerū, si quis possit intueri, etiam cum peccatoribus pulchra est, quamuis per seipsos consideratos sua deformitas turpet. Dein-
B de uidere debuit Origenes, & quicunque ita sapiunt, si hæc opinio uera esset, mundum ideo factum ut animæ pro meritis peccatorum suorū tanquam ergastula quibus pœnaliter includerentur, corpora acciperent, superiora & leuiora quæ minus, inferiora uero & grauiora quæ amplius peccauerūt: dæmones, quibus deterius nihil est, terrena corpora, quibus inferius & grauius nihil est, potius quàm homines etiam malos habere debuisse. Nunc uero ut intelligeremus animarum merita non qualitatibus corporum esse pensanda, [c]aereum possidet pessimus
C dæmon: homo autem & nūc licet malus longe minoris mitiorisque malitiæ, & certe ante peccatum tamen luteū corpus accepit. Quid autē stultius dici potest quàm istū solem, ut in uno mundo unus esset, nō decori pulchritudinis, uel etiā saluti rerum corporalium consuluisse artificem deum, sed hoc potius euenisse quia una anima sic peccauerat ut tali corpore mereretur includi? Ac per hoc si contigisset, ut nō una sed duæ, immo non duæ sed decem, uel centum, similiter æqualiterque peccassent, centū soles haberet hic mundus. Quod ut non fieret, non opificis pro-
D uisione mirabili ad rerum corporalium salutem decorēque consultum est, sed contigit potius tanta unius animæ progressione peccantis ut sola corpus tale mereretur. Nō plane animarum, de quibus nesciūt quid loquantur, sed eorum ipsorum qui talia sapiūt, multum longe à ueritate & merito est coercenda progressio. Hęc ergo tria quæ superius commendaui, cum in unaquaque creatura requiruntur, quis eam fecerit, per quid fecerit, quare fecerit, ut respondeatur deus, per uerbum, quia bonus est: utrum altitudine mystica nobis ipsa trinitas intimetur, hoc est pater & filius & spiritussanctus: an aliquid occur-

rat,quod hoc loco ſcripturarum id accipiẽdum eſſe prohibeat,multi ſermonis eſt quæſtio, nec oĩia uno uolumine ut explicemus urgẽdũ eſt.

L. VIVES

SEd animas dicunt non quidem partes dei.] Origenes Adamãtius in primo lib. principiorum, quem περὶ ἀρχῶν inſcripſit,incorporalia primum à deo facta eſſe putat,quæ ſignificãtur per ea nomina,quæ poſt ea corporeis ſunt rebus attributa, cœlum uidelicet, & terram: inter eas ſubſtantias ſpirituales,mẽtes quoq; noſtras eſſe creatas,quæ de ſtatu & dignitate ſua declinantes,utar enim Ruffini interpretatione,effectæ uel nuncupatæ ſunt animæ, quarũ nomen ψυχὴ Græce ſonat à frigeſcendo de ſtatu diuiniore & meliore: dictum & trãslatum inde quod ex calore illo natali & diuino refrixiſſe mens uideatur,& ideo in hoc quoq; nunc & ſtatu & uocabulo ſita eſt, quæ ſi reparata fuerit & correcta,redit in hoc ut ſit mens. Quod ſi ita eſt, deceſſus ipſe mentis ac deuolutio uidetur mihi non æqualis omnium ſentiendus,ſed uel plus uel minus in animam uerti, & aliquas quidem mentes ſeruare aliquid etiam prioris uigoris, aliquas uero aut nihil,aut exiguum aliquid. Hæ animæ propter nimios defectus mentis craſſioribus & ſolidioribus indiguere corporibus,propter quas etiam mundus iſte uiſibilis conſtitutus eſt,tantus ut omnes facile caperet,quas in eo exerceri ſtatutum erat. Cumq; non omnes æque à bono receſsiſſent,ſemina quædam & cauſas uarietatis& diuerſitatis ille omnium conditor cepit, ut pro diuerſitate peccatorum uariũ ac diuerſum mundum efficeret. Hæc ſentẽtia Origenis, quam eandẽ Hieronymus ad Auitum ponit. b Naturis bonis.] Nulli malo,nulli incõmodo nobis futuris deo gratis. c Aëreum poſsidet peſsimus dæmon.] De hoc loquar poſt.

De trinitate diuina,quæ per omnia opera ſua ſignificationis ſuæ ſparſit indicia. Caput XXIIII

[a]REDIMVS & tenemus, & fideliter prædicamus,[b]quod pater genuerit uerbum,hoc eſt ſapientiam, per quam facta ſunt omnia, unigenitum filium,unus unum,ęternus coæternum, ſumme bonus æqualiter bonum, & quod ſpiritus ſanctus ſimul & patris & filij ſit ſpiritus,& ipſe cõſubſtantialis & coæternus ambobus. Atq; hoc totũ & trinitas ſit propter proprietatem perſonarũ,& unus deus propter inſeparabilem diuinitatẽ, ſicut unus omnipotens propter inſeparabilem omnipotentiam: ita tamen ut etiam cum de ſingulis quæritur, unuſquiſq; eorum & deus & omnipotens eſſe reſpõdeatur:cum uero de omnibus ſimul, nõ tres dij uel tres omnipotentes, ſed unus deus omnipotens:tanta ibi eſt in tribus inſeparabilis unitas, quæ ſic ſe uoluit prædicari. Vtrum autem boni patris, & boni filij, ſpiritus ſanctus, quia cõmunis ambobus eſt,recte bonitas dici poſsit amborum,[c]non audeo temerariam pręcipitare ſententiam. ueruntamen amborum eum dicere ſanctitatem facilius auſus fuero,non amborum quaſi qualitatem,ſed ipſum quoq; ſubſtãtiam, & tertiam in trinitate perſonam. Ad hoc enim me probabilius ducit,quod cum ſit & pater ſpiritus,& filius ſpiritus, & pater ſanctus, & filius ſanctus,proprie tamen ipſe uocatur ſpiritus ſanctus,tanquam ſanctitas ſubſtantialis & cõſubſtantialis amborum. Sed ſi nihil aliud eſt bonitas diuina quàm ſanctitas,profecto & illa diligẽtia rationis eſt,non præſumptionis audacia, ut in operibus dei ſecreto quodam loquẽdi modo,quo noſtra exerceatur intẽtio,eadem nobis inſinuata intelligatur trinitas,unãquanq; creaturam quisfecerit,per quid fecerit,propter quid fecerit. Pater quippe intelligitur uerbi,qui dixit ut fiat. Quod autem illo dicente factũ eſt, proculdubio per uerbum factum eſt. In eo uero quod dicitur, uidit deus quia bonum eſt: ſatis ſignificatur deum nulla neceſsitate,nulla ſua cuiuſquam utilitatis indigentia, ſed ſola bonitate feciſſe quod factum eſt, [d]id eſt,quia bonũ eſt. Quod ideo poſtea quàm factum eſt dicitur, ut res quæ facta eſt congruere bonitati, propter quam facta eſt,indicetur. Quæ bonitas ſi ſpiritus ſanctus recte intelligitur, uniuerſa nobis trinitas in ſuis operibus intimatur. Inde eſt ciuitatis ſanctæ,quæ in ſanctis angelis ſurſum eſt, & origo,& informatio,& beatitudo. Nam ſi quęratur unde ſit,deus eam condidit. Si unde ſit ſapiens,à deo illuminatur. Si unde ſit felix, à deo quo fruitur,ſubſiſtens modificatur, contẽplans illuſtratur,inhærens iucũdatur,eſt,uidet, amat, in ęternitate dei uiget,in ueritate dei lucet,in bonitate dei gaudet.

L. VIVES

CRedimus,& tenemus,& fideliter prædicamus.] Credamus ergo & taceamus,tencamus nõ inquiramus,fideliter prædicemus,non cõtentioſe diſputemus. b Quod pater genuerit.] Quid hic ego aliud poſſum facere,quàm adorare: quid dicere conuenientius,q̃ per ſilentium admirabunde dictũ illud Pauli recolere: O altitudo diuitiarum, ſapientia, & ſcientia dei? c Non audeo temerariam præcipitare ſententiam.] Neq; nos audebimus,& ſi bona theologorũ manus patris bonitatem eſſe contendat,ut filium patris ſapientiam. Sed quis auſit de tam arcanis rebus intrepidus aliquid pronunciare? d Id eſt quia æqualiter.] Alibi, quia bonum eſt. Quod ideo &c.

De tripertita totus philoſophiæ diſciplina. Caput XXV

Quan-

VANTVM intelligi datur hinc philoſophi ſapiẽtiæ diſciplinam tripertitam eſſe uoluerũt,imò uero tripertitam eſſe animaduertere potuerũt.

Q

Neq; enim ipſi inſtituerũt ut ita eſſet,ſed ita eſſe potius inuenerunt,cuius una pars appellaretur phyſica,altera logica,tertia ethica. Quarum nomina Latina iam multorum literis frequentata ſunt,ut naturalis, rationalis, moraliſq; uocarẽtur, quas etiam in octauo libro breuiter perſtrinximus. Non quod ſit conſequẽs, ut iſti in his tribus aliquid ſecundum deum de trinitate cogitauerint. Quamuis Plato primus iſtam diſtributionem reperiſſe, & commentaſſe dicatur,cui neque naturarum omnium autor,niſi deus uiſus eſt, neq; intelligentiæ dator, neq; amoris quo bene beateq; uiuatur inſpirator. Sed certe cum de natura rerum,& de ratione indagãdæ ueritatis,& de fine boni ad quem cuncta quæ agimus referre debemus,diuerſi diuerſa ſentiant,in his tamen tribus magnis & generalibus quęſtionibus,omnis eorum uerſatur intentio. Ita ut cum in unaquaque earum quid quiſq; ſectetur,multiplex ſit diſcrepãtia opinionum,eſſe tamen aliquam naturę cauſam,ſciẽtię formã,uitę ſummã,nemo cũctetur. Tria etiam quæ ſunt in unoquoq; homine artifice ſpectãtur ut aliquid efficiat,natura,doctrina,uſus. Natura ingenio, doctrina ſcientia,[a]uſus fructu diiudicandus eſt.[b]Nec ignoro quod proprie fructus fruentis,uſus uero utẽtis ſit.atq; hoc intereſſe uideatur,quod ea re frui dicimur, quæ nos non ad aliud referẽda per ſeipſam delectat:uti uero ea re,quam propter aliud quęrimus.unde temporalibus magis utendum eſt,quam fruendum,ut frui mereamur æternis. Non ſicut peruerſi qui frui uolunt nũmo,uti autem deo, quoniam non nummũ propter deum impendunt, ſed deum propter nummũ colunt. Veruntamẽ eo loquendi modo,quẽ plus obtinuit conſuetudo,& fructib. utimur,& uſibus fruimur. Nam & fructus iam proprie dicuntur agrorũ,quibus utiq; omnes tẽporaliter utimur. Hoc itaq; more uſum dixerim in his tribus quæ in homine ſpectãda cõmonui,quæ ſunt natura, doctrina, uſus. Ex his propter obtinendam beatam uitã, tripertita ut dixi,à philoſophis inuenta eſt diſciplina,naturalis propter naturam,ratiõalis propter doctrinã, moralis propter uſum. Si ergo natura noſtra eſſet à nobis, profecto & noſtrã nos genuiſſemus ſapiẽtiam,nec eam doctrina, id eſt aliunde diſcendo percipere curaremus: & noſter amor à nobis profectus, & ad nos relatus,ad beate uiuendum ſufficeret, nec bono alio,quo frueretur ullo,indigeret. Nũc uero quia natura noſtra, ut eſſet, deum habet autorem, proculdubio ut uera ſapiamus ipſum debemus habere doctorem, ipſum etiam ut beati ſimus, ſuauitatis intimæ largitorem.

L. VIVES

a VSus fructu dijudicandus eſt.] Abuſus uidetur, uſus,uocabulo. Nam cum dicitur tribus rebus conſtare artificium, natura, doctrina,uſu, uſus conſuetudo eſt. Detorſit ergo ad rem ſuam,ut ſit ſenſus, pretium & æſtimationem aſſuefactiõis in quaq; arte ex fructu atq; utilitate illius attendi ac cõſiderari. b Nec ignoro quod proprie fructus fruentis.] Quoniam frui dicimur re,qua propter ipſam delectamur,uti quam in aliud referimus: idcirco Aug. deo ſolo nos debere frui dicit,rebus alijs uti. De hac re multa Aug. idem in lib. De doct. Chriſt. & lxxx. quæſt. & de tri. ubi frui ſempiternæ felicitati attribui uult,uti uero rebus huius uitæ. Ex Aug. Petrus Lomb. in centonibus theologicis uol. primo ſat multa,& quæſtionarij ad ſatietatem, propemodum ad faſtidium dixeram.

De imagine ſummæ trinitatis, quæ ſecundum quendam modũ in natura eſt nec dũ beatificati hominis. XXVI

TNos quidem in nobis tametſi nõ æqualem,imò ualde longeq; diſtãtem,neq; coęternã, & quo breuius totũ dicatur,nõ eiuſdẽ ſubſtãtiæ cuius eſt deus,tamẽ qua deo nihil ſit in rebus ab eo factis natura propius,imaginem dei,hoc eſt ſummę illius trinitatis agnoſcimus,adhuc reformatione perficiendã,ut ſit etiã ſimilitudine proxima. Nã & ſumus,& nos eſſe nouimus, & noſtrũ eſſe ac noſſe diligimus. In his aũt trib. quæ dixi,nulla nos falſitas ueriſimilis turbat. Nõ enim ea ſicut illa quę foris ſunt ullo ſenſu corporis tãgimus,uelut colores uidẽdo,ſonos audiendo,odores olfaciẽdo,ſapores guſtãdo, dura & mollia cõtrectando ſentimus,[a]quorũ ſenſibiliũ etiã imagines eis ſimillimas,nec iã corporeas cogitatiõe uerſamus,memoria tenemus,& per ipſas in iſtorũ deſideria concitamur:[b]ſed ſine ulla phãtaſiarũ uel phãtaſmatũ imaginatione ludificatoria,mihi eſſe me,idq; noſſe et amare certiſsimũ eſt. Nulla in his ueris [c]Academicorũ argumẽta formido,dicentiũ: Quid ſi falleris?[d]Si eñ fallor,ſum. Nã qui nõ eſt,utiq; nec falli poteſt, ac per hoc ſum,ſi fallor. Quia ergo ſum,qui fallor, quomodo eſſe me fallor, quando certum eſt me eſſe ſi fallor? Qui igitur eſſem qui fallerer

rer,etiam si fallar, proculdubio in eo quod me noui esse,non fallor. Consequens est autem, ut etiam in eo quod me noui nosse,non fallar. Sicut enim noui me esse,ita noui etiam hoc ipsum nosse me. Eaq; duo cum amo, eundem quoque amorem quiddam tertium nec imparis æstimationis eis quas noui rebus adiungo. Neq; enim fallor amare me,cum in his quæ amo nō fallar. quanquam etsi illa falsa essent, falsa me amare uerū esset. Nam quo pacto recte reprehēderer, & recte prohiberer ab amore falsorū,si me illa amare falsum esset? Cum uero illa uera atq; certa sint, quis dubitet quin eorum quæ amantur, & ipse amor uerus & certus est? Tam porrò nemo est qui esse se nolit,quàm nemo est qui non beatus esse uelit. Quomodo enim potest beatus esse si nihil sit?

L. VIVES

a Vorum sensibilium etiam imagines.] Nam cuiusmodi uel album sit uel dulce, cogitatione cōprehēdimus etiam clausis oculis,& nihil gustantes. unde & de illis multa per quietem occurrūt uisa: & cum procul dulcia omnia candidaq; absint, de illis iudicamus. sed hæc sunt in ijs partibus animæ quos nostri sensus exteriores uocant,ut quem sensum communem dicūt,& quam imaginatiuam,tum etiam æstimatiuam & memoriam, quæ omnes nobis sunt cum beluis cōmunes,& in quibus multa temere obuersantur, quibus si assentiamur,nos fallunt. Magistris enim sensibus nō aliter omnia cognoscūt: qui cum imbecilli sint & hebetes, facile eis imponit. hi discipulos suos partes illas, quas modo percensui falsa, quæ pro ueris acceperunt, docēt. At in mēte ratio est unius hominis propria, quæ omnia expendit,& quantum cauere potest præstat, ne adhibita in consilium fucata, simulata, falsa pro ueris, germanis, expressis sinat obrepere, sed admoneat nos omniū, & quale quidq; sit scrutetur, atq; iudicet. b Sine ulla phantasiarum.] Dixi alibi quid sit phātasia. c Academicorū arg.] Hi fidē sensuū eleuabant, seu potius tollebant, nihilq; sciri arbitrabant. quòd si te diceres scire hūc lapidē moueri, q; id uideas, uel tāgas, scrupū injicie bant, quid si falleris: an nō unq; uisus tibi es aliquid uidere moueri, quod staret, ut cū uehiculo aut naui ueherere, & tactui assensus putasti aliquid concitari, quod quiesceret? ut ergo alias es falsus, ita & nunc falli potes. Cohibe assensum, nam nihil est minus hominis sapiētis, q; assentiri, ubi certū aliquid & perfecte exploratum nō habes. d Si enim fallor, sum.] Idcirco certissimū esse hoc pronunciatū philosophi nostri aiunt in posteriora Aristotelica, & euidens euidētia, sicuti uocāt, summa.

De essentia & scientia, & utriusque amore. Caput XXVII

1 [d]Ta uero ui quadā naturali ipsum esse iucundū est, ut non ob aliud & hi qui miseri sunt nolint interire, & cum se miseros esse sentiant, non seipsos de rebus sed miseriā suam potius auferri uelint. Illis etiam qui & sibi miserrimi apparent, & planè sunt, & non solum à sapientibus [b]quoniā stulti, uerumetiā ab his qui se beatos putant miseri iudicantur, quia pauperes atq; mēdici sunt, si quis immortalitatem daret, qua nec ipsa miseria moreretur, proposito sibi q; si in eadē miseria semper esse nollent, nulli & nusquā essent futuri, sed omni modo perituri, profecto exultarēt lætitia, & sic semper eligerēt esse q; omnino non esse. Huius rei testis est notissimus sensus eorum. Vnde enim mori metuunt, & malunt in illa erūna uiuere, q; eam mortē finire, nisi quia satis apparet q; refugiat natura non esse? Atq; ideo cū se nouerint esse morituros, pro magno beneficio sibi hanc impendi misericordiā desiderāt, ut aliquāto productius in eadē miseria uiuāt, tardiusq; moriātur. Proculdubio ergo indicāt immortalitatē, saltē talē quæ nō habeat finē mendicitatis, quanta gratulatione susciperēt. Quid animalia etiā irrationalia, quibus datum nō est ista cogitare, ab immē sis draconib. usq; ad exiguos uermiculos? Nón ne se esse uelle, atq; ob hoc interitū fugere omnibus quibus possunt motibus indicāt? Quid arbusta omnesq; frutices, quibus nullus est sensus ad uitandā manifesta motione perniciem, c nōne ut in auras [c]tutū culminis germē emittāt, [t]aliud terræ radices affigunt, quo alimētum trahant, atq; ita suū quodāmodo esse cōseruent? Ipsa postremo corpora quibus non solum sensus, sed nec ulla saltē seminalis est uita, ita tamē uel exiliūt in superna, uel in ima descendunt, uel librātur in medijs, ut essentiā suam ubi secundū naturā possunt esse, custodiant. Iam uero nosse quantū ametur, quāq; falli nolit hūana natura, uel hinc intelligi potest, [d]quod lamentari quisq; sana mēte mauult, q; lætari in amētia. Quæ uis magna atq; mirabilis mortalibus, præter homines animantib. nulla est, licet eorū quibusdā ad D istam lucem contuendam, multo q; nobis sit acrior sensus oculorum: sed lucem illam incorpoream contingere nequeunt, qua mens nostra quodammodo irradiatur, ut de his omnibus recte iudicare possimus. [e]Nam inquantum eam capimus, intantum id possumus. Verūtamen inest sensibus irrationaliū animātium, etsi scientia nullo modo, at certe quædam scientiæ similitudo: cætera autem rerum corporalium non quia sentiūt, sed quia sentiuntur, sensibilia nūcupata sunt. Quorū in arbustis hoc simile est sensibus, quòd alūtur & gignūtur. Veruntamē & hęc & omnia

aliàs alitus

omnia corporalia latentes in natura causas habent, sed formas suas uarias quibus mundi huius uisibilis structura formosa est, sentiēdas sensibus præbent, ut pro eo quod nosse non possunt, quasi innotescere uelle uideantur. Sed nos ea sensu corporis ita capimus, ut de his non sensu corporis iudicemus. Habemus enim aliū interioris hominis sensum isto longe præstantiorem, quo iusta et iniusta sentimus, [f]iusta per intelligibilē speciem, iniusta per eius priuationē. Ad huius sensus officium, non acies pupillę, nō foramen auriculæ, non spiramen nariū, non gustus fauciū, non ullus corporeus tactus accedit. Ibi me & esse, & hoc nosse certus sum, & hoc amo, atq; amare me similiter certus sum.

L. VIVES

a Ta uero ui quadam.] Disputatio ex Academicis & Stoicis desumpta, quam Cicer. in primo Off. & iij. De fini. Stoice, & v. De fini. Academice persequit. b Quoniam stulti.] Hæc est summa miseria, ut summum bonum sapere, ut Stoici dicebant. c Tutū culminis.] Alibi totū cacuminis germen emittatur altius terræ. d Quod lamentari quisq; sana mente.] Sic Antisthenes Cynicæ sectæ autor mœrere se malle dicebat, q; uoluptate affici. Propterea quod hoc turpe existimabat, & quod mentem de statu dimoueret suo. Alcibiadi Socrates apud Platonē manifesto declarat possessionē omnium rerum sine prudentia non modo nihil prodesse, sed esse quoq; noxiam. e Nam inquantū eam capimus.] Non ergo uel studijs uel acumine naturæ contingit nobis cognitio maximarum rerum & iudicium illud acre atq; exactum, sed illustratione dei: quam cum boni uiri maiorem habeant, quàm mali, profecto eos sapientiores quoq; esse necesse est, quantumuis mali literati sint, & ad popularem sententiā acuti. Hoc est quod sapiens dicit, in malam animam non intraturam sapientiam. Hoc quod Socrates semper affirmauit, solos bonos uiros esse sapientes. f Iusta per intelligibilem speciem.] Per formam quādam & imaginem in mēte mea, ex iustitia ipsa impressam, quod uidi æquitatem, & congruentiam rerum, qualis debet esse in uirtute illa, quæ si absit, quocunq; modo id fiat iniustitiā intelligo, quoniam temperamentum illud magna pulchritudine concinnum abesse uideo: nec tam ex pulsatiōe hominis, aut ereptione pecuniæ, aut cōuitijs, aut raptatione uicī alia simili & iniuria iustitiam intelligo, quæ certe priuationes non sunt, sed iuste etiam fieri possunt, ut si magistratus iubeat, uel bona mente fiant: quàm quod cerno deesse etiam illam & concinnitatem abesse uirtutis pulcherrimæ. Porrò species hic aliud esse existimare, q; formas, facies, imagines, simulachra rerum in anima, quas notitias uocant, uidetur mihi hominum uel ingenio defectorum, uel scientia. & quoniam ex rebus quæ sunt admirationem sibi parare nequeant, res quæ nusquam sunt, quærere, ut earum nouitate audientes in se conuertant: quod fit passim in scholis hac tempestate.

An etiam ipsum amorem quo & esse & scire diligimus, diligere debeamus, quo magis diuinæ trinitatis imagini propinquemus. Cap. XXVIII

ED de duobus illis, essentia scilicet & notitia, quantum amentur in nobis, & quemadmodum etiam in cæteris rebus quæ infra sunt, eorum reperiatur etsi differens quædam tamen similitudo, quantū susceptī huius operis ratio uisa est postulare, satis diximus. De amore autem quo amantur, utrum & ipse amor amatur, non dictū est. Amatur autē. Et hinc probamus quod in omnibus quæ rectius amantur, ipse magis amatur. Neq; enim uir bonus merito dicitur qui scit quod bonum est, sed qui diligit. Cur ergo & in nobisipsis nō & ipsum amorem nos amare sentimus, quo amamus, quicquid boni amamus? [a]Est enim & amor, quo amatur, quod amandū non est, & istum amorē odit in se, qui illum diligit, quo id amatur, quod amandum est. Possunt enim ambo esse in uno homine, & hoc bonum est homini, ut illo proficiente quo bene uiuimus, iste deficiat quo male uiuimus, donec ad perfectū sanetur, & in bonū cōmutetur omne quod uiuimus. Si enim pecora essemus, carnalē uitā & quod secundū sensum eius est amaremus: idq; esset sufficiens bonum nostrū, & secundū hoc [b]cum esset nobis bene, nihil aliud quæreremus. Itē si arbores essemus, nihil quidē sentiente motu amare possemus, uerū tamen id quasi appetere uideremur, quo feracius essemus uberiusq; fructuosæ. Si essemus lapides, aut fluctus, aut uētus, aut flāma, uel quid eiusmodi, sine ullo quidē sensu atq; uita, non tamen nobis deesset quasi quidā [c]nostrorū locorū atq; ordinis appetitus. Nā uelut amores corporū [d]mōmēta sunt ponderū, siue deorsum grauitate, siue sursum leuitate nitantur. Ita enim corpus pōdere, sicut animus amore fertur quocūq; fertur. Quoniā igitur homines sumus, ad nostri creatoris imaginem creati, cuius est uera æternitas, æterna ueritas, æterna et uera charitas, estq; ipse æterna & uera & chara trinitas, neq; cōfusa, neq; separata: in ijs quidem rebus quæ infra nos sūt, quoniā & ipsa nec aliquo modo essent, nec aliqua specie cōtinerētur, nec aliquē ordinē uel appeterēt, uel tenerēt, nisi ab illo facta essent qui summe est, qui summe sapiens est, qui summe bonus est, tanquā per omnia quæ fecit mirabili stabilitate currentes, [e]quasi quædā eius alibi magis, alibi minus impressa uestigia colligamus: in nobis autē ipsis eius imaginē cōtuentes, [f]tanq; minor ille Euangelicus filius ad nosmet-

ipsos

ipsos reuersi surgamus,& ad illum redeamus, à quo peccãdo recesseramus.Ibi esse nostrũ non habebit mortem,ibi nosse nostrũ non habebit errorem,ibi amare nostrum nõ habebit offensionem.Nunc autem ista tria nostra quamuis certa teneamus,nec alijs ea credamus testibus, sed nosipsi præsentia sentiamus, atq; interiore ueracissimo cernamus aspectu,tamen quandiu futura,uel utrum nunquam defutura, & quòsi bene,quò autẽ si male agantur peruẽtura sint, quoniam per nosipsos nosse non possumus, alios hinc testes uel quærimus,uel habemus, de quorum fide cur nulla debeat esse dubitatio,nõ est iste,sed posterior erit diligentius differendi locus.In hoc autem lib.De ciuit.dei,quæ nõ peregrinatur in huius uitę mortalitate,sed immortalis semper in cœlis est, id est de angelis sanctis deo cohærentibus,qui nec fuerunt unquã, nec futuri sunt desertores,inter quos & illos qui æternam lucem deserentes,tenebræ facti sunt, deum primitus diuisisse iam diximus,illo adiuuãte quod cœpimus,ut possumus explicemus.

L. VIVES

Est enim & amor quo amatur.] Est in nobis ex sarcina & fece corporis uoluntas quædam, quã ratio non tam ducit, ut illam meliorem: quàm trahit & raptat, hæc bona semper auersatur, mala expetit, ut delitias corporis,& uoluptates.quas duas Paulus uocat legem carnis,& legem mentis,interim carnem,& spiritum:illam fœdam,tetram,brutalem boni homines oderunt,& cum expellere nequeant,coercent quantũ possunt:atq; illi superiori sanctioriq; dicto audientem esse, licet reluctantem & reclamantem,cogunt:nam ex ea oritur amor,quo amamus quod minime oportet. b Cũ esse nobis bene.] Aut esset in hac uita,aut nobis,hoc est, corpori. c Nostrorum locorum atq; ordi.] Imitatio Terentiana,in Eunucho,mei loci atq; ordinis.per ordinem intellige res ciuilẽ generis,& naturæ,quarũ conseruationem omnia expetunt,ita ut cum uis fit subueniant,si non impediantur. d Momẽta sunt pond.] Dicebam paulo ante de momentis librarum,quæ uocantur ῥοπαὶ, quibus in alterutram partẽ propendit libra. e Quasi quædã eius alibi magis, alibi minus imp. ue.] Mens & ratio in nobis præstat,ut imago sit potius in nobis dei quàm uestigiũ.Homini enim recto cœlum intueri est datum,& deum nosse,cætera in terram abiecta iacent.Quo circa percurrens diuinus spiritus cuncta,quæ creauit,in nobis erectis sublimioribusq; imaginem sui reliquit, in cæteris rebus quas uelut pedibus contigit,nempe prostratas,uestigia tantum impressit. Sit hoc uelut figura quadam dictum. f Tanquã minor ille Euangelicus filius.] Nota est historia ex Euangel.Luc.xv.

De sanctorum angelorũ scientia,qua trinitatẽ in ipsa eius deitate nouerũt, qua operũ causas prius in operãtis arte cõp in ipsis operibus artificis intuẽtur. xxix.

A LLI quippe angeli sancti non per uerba sonantia deum discunt, sed
1 per ipsam præsentiam immutabilis ueritatis,hoc est uerbum eius unigenitum, & ipsum uerbum & patrem & eorũ spiritum sanctum: eamq; esse inse parabilem trinitatẽ, singulasq; in ea personas esse substantiam:& tamen omnes nõ tres deos esse,sed unum deum ita nouerunt,[a] ut eis magis ista sint nota, cõp nosipsi nobis cogniti simus. [b]Ipsam quoq; creaturam melius ibi, hoc est in sapientia dei tanquam in arte qua facta est, cõp in ea ipsa sciunt:ac per hoc & seipsos,ibi melius quàm in seipsis, ueruntamen & in seipsis sciũt. Facti sunt enim,et aliud sunt cõp ille qui fecit.Ibi ergo tanquã in cognitione diurna,in seipsis autem tanquam in uespertina,sicut supra iam diximus.Multum autẽ differt utrum in ea ratione cognoscatur aliquid secundum quam factũ est,an in seipso. [c]Sicut aliter scitur rectitudo linearum seu ueritas figurarum cũ intellecta conspicitur,aliter[d] cum in puluere scribitur. Et aliter iustitia describitur in ueritate incommutabili, aliter in anima iusti. Sic deinde cætera, sicut firmamentum inter aquas superiores & inferiores, quod cœlum uocatum est:sicut deorsum aquarum congeries terræq; nudatio, & herbarum institutio atq; lignorum:sicut solis & lunæ stellarumq; cõditio:sicut ex aquis animalium, uolucrum scilicet atq; piscium beluarumq; natantium:sicut quorũcunq; in terra gradientium atq; repentiũ,& ipsius hominis qui cunctis in terra rebus excelleret. Omnia hæc aliter in uerbo dei cognoscuntur ab angelis,ubi habẽt causas rationesq; suas,id est secundum quas facta sunt,incõmutabiliter permanẽtes,aliter in seipsis,illic clariore,hic obscuriore cognitione, uelut artis atq; operum:quæ tamẽ opera cum ad ipsius creatoris laudẽ uenerationẽq; referuntur, tanc̃p mane lucescit in mẽtib.contemplantium.

L. VIVES

Vt eis magis ista sint nota.] Et sũt illi acutioribus, quàm nos ingenijs:& lux, qua ad cognoscẽdam sacrosanctam trinitatẽ illuminantur, maior multo est,quàm qua nos,ut nos norimus. b Ipsam quoq; creaturam melius ibi.] Nempe effectũ in causa expressum,melius,cõp in seipso. c Sicut aliter scitur rectitudo.] Certius,meliusq; scitur tota ratio linearum, superficierũq; ex dogmatis mathematicis,cõp ex pictura, quæ nunquã tam exacta est,ut ante oculos rem ipsam, ut se habet,exponat:meliusq; intelligitur rectam esse lineã, quæ à nota in notã est breuissima, ut inquit Euclides: aut lineas omnes à centro ad circum esse pares,ex præceptis geometriæ,quàm ex descriptiõe nõ modo puluris,sed ne Parrhasii quidẽ aut Apellis, Nulla enim perfecte recta linea pingi potest,nullus circulus exacte rotundus,qui nihil habeat recti. d Cum in puluere scribitur.] Olim Mathematici figuras in puluere radio deliniabãt,ut facile quæ uellent,describere,& delere possent.Sic Archimedes,cũ Syracusæ caperentur, in puluere descriptas considerabat formas.Apud Liuiũ in secundo bello Punico.Et Cicero puluerem illum eruditũ uocat.ij.De natura deorum.Et Persius prima satyra: Et secto in puluere metas.

De senarij numeri perfectiõe,qui primus partium suarũ quantitate cõpletur. Caput xxx

[a]AEc autem propter senarij numeri perfectionem,eodem die sexies repetito, sex diebus perfecta narrantur:nõ quia deo necessaria fuerit mora temporum,quasi qui non potuerit creare omnia simul, quæ deinceps congruis motibus peragerent tempora:sed quia per senarium numerum est operũ significata perfectio. [b]Numerus quippe senarius primus completur suis partibus,id est sexta sui parte,& tertia,& dimidia:quæ sunt unũ,& duo,& tria:quæ in summam ducta,sex fiunt.Partes autem in hac consideratione numerorum illæ intelligendæ sunt, [c]quæ quotæ sint, dici potest: sicut dimidia, tertia,quarta:& deinceps ab aliquo numero denominatæ. Neque enim, exempli gratia, quia in nouenario numero quatuor pars aliqua eius est,ideo dici potest,quota eius sit:unũ autem potest,nam nona eius est:& tria potest,nam tertia eius est.Coniunctæ uero istæ duæ partes eius, nona scilicet,atq; tertia,id est unum & tria:longe sunt à tota summa eius,quod est nouẽ.Itẽq; in denario quaternarius est aliqua pars eius:sed quota sit,dici nõ potest.unum autẽ potest:nam decima pars eius est.habet & quintã,quæ sunt duo:habet & dimidiam,quæ sunt quinq;.Sed hę tres partes eius:decima et quinta,et dimidia, id est unum, & duo,& quinq; simul ductę non complent decem:sunt enim octo. Duodenarij uero partes numeri in summã ductę,transeunt eum:habet enim duodecimam, quod est unũ, habet sextam,quę sunt duo:habet & quartam, quæ sunt tria:habet tertiam,quæ sunt quatuor: habet & dimidiam,quæ sunt sex:unum autem, & duo,& tria,& quatuor,& sex: nõ duodecim, sed amplius,id est sedecim fiunt. Hoc breuiter commemorandum putaui ad commẽdandam senarij numeri perfectionẽ:qui primus,ut dixi, partibus suis in summã redactis ipse perficitur: in quo perfecit deus opera sua. Vnde ratio numeri cõtemnenda non est,quę in multis sanctarum scripturarum locis,cõp magni æstimãda sit, elucet diligenter intuentibus. Nec frustra in laudibus dei dictum est: Omnia in mensura,& numero,& pondere disposuisti.

L. VIVES

[a]HAec autẽ propter senarij numeri perfectionẽ.] Omnia numeris constare existimauit Pythagoras Samius,quẽ Plato secutus est. Numerorũq; mysteria tam mysteriose tradiderunt, ut etiam initiatos ipsos uideantur uoluisse celare, nedum profanum uulgus. Scriptores nostræ pietatis, Græci, Latiniq; sacramenta in numeris esse permulta, existimarunt.Hieronymus inter omnes plurimum tribuit religiõi numerorũ, qui etiã nõnullos progenitores esse in stemmate Christi ab Euãgelista prætermissos ait,ut ad numerum omnia cõgruerent. b Numerus quippe senarius p.c.s.p.] Hæc est perfectio numeri, ut suis omnibus partibus cõpleatur.Quales arithmetici paucissimos inuenerunt, talis est senarius intra x.& xxvij.intra centũ. Hic enim constat xiiij.& vij.& iiij.& ij.& unitate. Hieron.in Ezechielem senarium numerum sacramẽtum creaturarum cõtinere scribit. c Quæ quotæ s.d.p.] Medietas,an quarta,an tertia,an quinta,sexta,septima &c. Quatuor enim ex nouẽ,neque medietas est,necp tertia,necp quarta,& sic usq; ad nonã, quo ulterius nonarius numerus non progreditur.Minima enim pars, quæ quota sit,dici potest,est de nomine ipsius numeri dicta, ut duodecima in xij.uicesima in xx.& ea semper est unitas. Hoc genus partis,aliquotam nostri uocãt. Euclides lib.vij.sic distinguit,ut partẽ aliquotam partẽ tantum nominet, non aliquotã uero partes. Duæ enim eius diffinitiones hæ sunt,tertia,& quarta.Pars est numerus numeri minor maioris,quando dimetitur maiorẽ. Partes autem, quando non metiẽ. Sic sunt usi ueteres his nominibus.

Numeri

Senarius

De die septimo, in quo plenitudo & requies commendatur. Cap.xxxi

N septimo autem die,[a]id est eodem
1 die septies repetito,qui numerus etiam ipse alia ratione perfectus est, dei requies commẽdatur,in qua primum sanctificatio sonat. Ita deus noluit istum diem in ullis suis operibus sanctificare,sed in requie sua,quæ nõ habet uesperam. Necp enim ulla creatura est,ut etiam ipsa aliter in dei uerbo,aliter in se cognita,faciat aliam uelut diurnã,aliam uelut uespertinã notitiam.De septenarij porrò numeri perfectione dici quidẽ plura possunt, sed & liber iste iam prolixus est, & uereor ne occasione cõperta, scientiolam nostrã leuiter magis cõp utiliter iactare uelle uideamur. Habẽda est itaq; ratio moderationis atq; grauitatis,ne forte cũ de numero multũ loquimur,[b]mensurã & pondus negligere iudicemur. [c]Hoc itaq; satis sit admonere,[d]quod totus im-

par primus nūerus ternarius eſt,totus par quaternarius,ex quibus duobus ſeptenarius cōſtat. [e]Ideo pro uniuerſo ſæpe ponitur,ſicuti eſt: Septies cadet iuſtus,& reſurget:id eſt quotieſcūq; ceciderit,non peribit. Quod non de iniquitatibus,ſed de tribulationibus ad humilitatē perducentibus intelligi uoluit. Et ſepties in die laudabo te:quod alibi alio modo dictum eſt,Semper laus eius in ore meo. Et multa huiuſmodi in diuinis autoritatibus reperiuntur,in quibus ſeptenarius numerus,ut dixi,pro cuiuſq; rei uniuerſitate poni ſolet. Propter hoc[f] eodē ſępe numero ſignificatur ſpiritus ſanctus,de quo dominus ait: Docebit uos omnē ueritatē. Ibi requies dei,qua requieſcitur in deo. In toto quippe, id eſt in plena perfectione requies,in parte autem labor. Ideo laboramus, quandiu ex parte ſcimus,ſed cum peruenerit, quod perfectum eſt, quod ex parte eſt euacuabitur. Hinc eſt quod etiam ſcripturas iſtas cū labore rimamur. Sancti uero angeli ad quorum ſocietatem & cōgregationem in hac peregrinatione laborioſiſsima ſuſpiramus,ſicut habent permanendi ęternitatem,ita cognoſcēdi facilitatem, & requieſcendi felicitatem. Sine difficultate quippe nos adiuuant,quoniam ſpiritalibus motibus puris & liberis non laborant.

L. VIVES

a ID eſt eodem die ſepties repetito.] Significat omnia ſimul fuiſſe creata. q Menſuram & pondus negligere iudicemur.] Luſit in eo quod prius dictum eſt, deum omnia feciſſe numero, pondere & menſura: quod ſi nimis multa dicat de numero, neglexiſſe uidebitur & pondus ac menſuram ſuam,& pondus ac menſuram de quis ſapiens loquitur. c Hoc itaque ſatis ſit admo.] Numerū ſeptenarium magnæ religionis myſterijq; fuiſſe oſtendunt Iudæi, qui propter diem ſabbati multum eum uenerabanī: ut Hieron. ſcribit in Eſaiam. & Gentiles: cuius potentiam A. Gellius lib. iij. & æmulus Macrobius li. i. in Somniū Scipiōis perſecuti ſunt, quantū in cœlo, quantū in mari, quantū in hominibus ualeat. Pythagorici hunc numerum, ut Chalcidius inquit, laudabant tanquā optimum & naturaliſsimū, & ſufficiētiſsimum: & in Chriſtiana religione magna ſunt myſteria ſeptenario numero concluſa. d Quod totus impar primus nu.] Par numerus, inquit Euclides, eſt qui bifariam diuiditur, impar qui bifariam non diuiditur. Ternarius non modo non bifariam, ſed nec in ullos poteſt numeros diuidi. unitas enim numerus non eſt. quaternarius in geminos diſtinguitur, qui etiam per unitates ſectionem recipiunt: & primus quaternarius duas medietates nactus eſt, ut ait Macrob. qui eadem ratione ſeptenarium commendat, qua Auguſt. ex duabus partibus. e Ideo pro uniuerſo ſæpe ponitur.] Idem in epiſt. ad Galat. f Eodem ſeptenario numero ſignificatur ſpiritus ſanctus.] Idem dicit in ſermone de uerbis domini in monte. Hoc ex donis oſtenditur, quorum Eſaias meminit iiij. cap.

A De opinione eorum qui angelorum creationem anteriorem uolunt eſſe q̄ mundi. Caput XXXII

NE quis autē contendat,& dicat non ſanctos angelos eſſe ſignificatos, in eo quod ſcriptum eſt: Fiat lux,& facta eſt lux,ſed quamlibet[a] lucem tūc primum factam eſſe corporeā, aut opinetur,aut doceat: angelos autem prius eſſe factos,non tantum ante firmamentum, quod inter aquas et aquas factum,appellatum eſt cœlum,ſed ante illud quod dictū eſt, In principio B fecit deus cœlum & terram: atq; illud quod dictum eſt in principio, nō ita dictū tanq̄ primū hoc factū ſit,cum ante fecerit angelos, ſed quia omnia in ſapientia fecit,quod eſt uerbum eius, [b]& ipſum ſcriptura principium nominauit: ſicut ipſe in Euangelio Iudæis quęrētibus quis eſſet, reſpondit ſe eſſe principiū: non econtrario referam cōtentionē,maxime quia hoc me delectat plurimū,quod etiam in ſummo exordio ſancti libri Geñ. trinitas cōmendatur. Cū enim ita dicitur: In principio fecit deus cœlum & terram: ut pater feciſſe intelligatur in filio, ſicut atteſta- C tur Pſal. ubi legitur: Quàm magnificata ſunt opera tua domine, omnia in ſapientia feciſti: conuenientiſsime paulopoſt cōmemoratur etiā ſpiritus ſanctus. Cum enim dictum eſſet, qualem terram deus primitus fecerit, uel quam molem materiámue futuræ conſtructionis mundi cœli & terræ nomine nūcupauerit ſubijciendo & addendo: Terra autē erat inuiſibilis & incōpoſita, & tenebræ ſuper abyſſum: mox ut trinitatis cōmemoratio compleretur,[c]& ſpiritus,inquit,dei ferebatur ſuper aquas. Proinde ut uolet unuſquiſq; accipiat, quod ita profundum eſt ut ad exercitationem legentium à fidei regula nō ab- D errantes plures poſsit generare ſententias: dum tamen angelos ſanctos in ſublimibus cœli ſedibus,non quidem deo coæternos,ſed tamen de ſua ſempiterna & uera felicitate ſecuros & certos eſſe,nemo ambigat. Ad quorum ſocietatem pertinere paruulos ſuos dominus docens, non ſolum illud ait: Erunt æquales angelis dei: uerum ipſi quoq; angeli qua contemplatione fruantur,oſtendit,ubi ait: Videte, ne contemnatis unū ex puſillis iſtis. Dico enim uobis, quia angeli eorum in cœlis ſemper uident faciem patris mei,qui in cœlis eſt.

L. VIVES

Principium

LVcem &c. corpoream.] Quæ corpori adhæreat. b Et ipſum ſcriptura principium nominauit.] Non reprobo ſententiam theologorum dicētium Chriſtum eſſe principium. Nam is eſt, per quem facta ſunt ſecula, & caput omniū, quæ pater progenuit. Sed id ex reſponſione Chriſti ad Iudæos, parum mihi uidetur apte colligi. Satius eſt dicere, ſic eſt, quia uerum eſt, quàm quia Ioannes ſcripſit, cum hoc non ſenſerit. Nam hæc genera argumentorum expoſita ſunt doctis hæreticis ad ſubſannationem, quibus anſam, uel calumniandi noſtri, uel deridendi nō præberi oportet. Quid uero de loco illo, In principio creauit deus cœlum & terrā: Hieronymus ſentiat, homo circunſpecta & libera pietate, adſcribā. Pleriq; exiſtimant, ſicut in altercatione quoq; Iaſonis, & Papiſci ſcriptū eſt, & Tertul. in lib. contra Praxean diſputat, necnon Hilarius in expoſitione cuiuſdā Pſalmi affirmat, in Hebræo haberi: In filio fecit deus cœlum & terrā. quod falſum eſſe, ipſius rei ueritas cōprobat. Nam & ſeptuaginta interpretes, & Symmachus, & Theodotion in principio trāſtulerunt, & in Hebræo ſcriptum eſt breſith, quod Aquila interpretatur, in capitulo. Et non babē, quod interpretatur, in filio. Magis itaq; ſecundum ſenſum, quàm ſecūdum uerbi tranſlationē, de Chriſto accipi poteſt, qui tam in ipſa frōte Geneſeos, quæ caput librorū omniū eſt, q̄ etiam in principio Ioannis Euangeliſtæ, cœli & terræ conditor approbatur. Vnde & in Pſalterio de ſeipſo ait: In capite libri ſcriptū eſt de me: id eſt in principio Geneſeos. & in Euangelio: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Sed & hoc ſciēdum, quod apud Hebræos liber hic Breſith uocatur, hanc habentes cōſuetudinem, ut uoluminibus ex principijs eorū nomina imponantur. Tantum Hieronymus, ad uerbum tranſſcriptum. c Et ſpiritus, inquit, dei ferebatur ſuper aquas.] Huic loco multū congruent Hieronymi uerba, pro eo quod in noſtris, inquit, codicibus ſcriptum eſt, ferebatur, in Hebræo habebat merahefet, quod nos appellare poſſumus incubabat, ſiue confouebat, in ſimilitudinem uolucris oua calore animantis. Ex quo intelligitur non de ſpiritu mundi dici, ut nonnulli arbitrātur, ſed de ſpirituſancto, qui & ipſe uiuificator omniū à principio dicitur. Si autē uiuificator, cōſequenter & conditor: quod ſi conditor, & deus: Emitte enim, ait, ſpiritum tuum & creabuntur.

De duabus angelorū ſocietatibus, diuerſis, atq; diſparibus, quæ nō incongrue intelligūtur lucis & tenebrarum nominibus nūcupatæ. Cap. XXXIII

PECCASSE autem quoſdam angelos, & in huius mūdi ima detruſos, qui eis uelut carcer eſt, uſq; ad futuram in die iudicij ultimam damnationem, Apoſtolus Petrus apertiſsime oſtēdit, dicens, quod deus angelis peccantibus nō pepercerit,[a]ſed carceribus caliginis inferni detrudens tradiderit in iudicio puniēdos reſeruari. Inter hos ergo & illos, deum, uel præſciētia, uel opere diuiſiſſe quis dubitet: illoſq; lucem merito appellari, quis cōtradicat? Quando quidē nos adhuc in fide uiuētes, & eorū æqualitatē adhuc ſperātes, utiq; nondū tenentes, iam A lux dicti ab Apoſtolo ſumus? Fuiſtis enim, inquit, aliquādo tenebræ, nūc aūt lux in domino. Iſtos uero deſertores, tenebras apertiſsime nūcupari, profecto aduertunt, qui peiores eſſe eos hominibus infidelibus, ſiue intelligunt, ſiue credunt. Quapropter & ſi alia lux in iſto huius libri loco intelligēda eſt, ubi legimus: Dixit deus fiat lux, & facta eſt lux, & aliæ tenebrę ſignificatæ ſunt in eo quod ſcriptū eſt: Diuiſit deus inter lucē & tenebras: nos tamē has duas angelicas ſocietates, unā fruentē deo,[b]alterā tumentē typho, unā cui dicitur: Adorate eū omnes angeli eius: aliā cuius princeps dicit, Hæc om̄ia tibi da- B bo, ſi proſtratus adoraueris me: unam dei ſancto amore flagrantē, alterā proprię celſitudinis immūdo amore fumantē: & quoniam, ſicut ſcriptū eſt, Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autē dat gratiā: Illam in cœlis cœlorū habitantē, iſtā inde deiectam in hoc infimo aereo cœlo tumultuantē. Illam luminoſa pietate tranquillā: iſtam tenebroſis cupiditatibus turbulētam. Illam dei nutu clementer ſubuenientem,[c]iuſte ulciſcentē: iſtam ſuo faſtu ſubdendi & nocēdi libidine exęſtuantē, Illā, ut quantū uult cōſulat, dei bonitatis miniſtrā:[d]iſtā, ne quantū uult noceat, dei po- C teſtate frenatā. Illam huic illudentem, ut nolēs proſit perſecutionibus ſuis: hanc illi inuidētem cū peregrinos colligit ſuos. Nos ergo has duas ſocietates angelicas inter ſe diſpares atq; contrarias: unam & natura bonā, & uolūtate rectam: aliam uero natura bonam, ſed uolūtate peruerſam, alijs manifeſtioribus diuinarū ſcripturarū teſtimonijs declaratas, quod in hoc libro, cui nomen eſt Geneſis, lucis tenebrarūq; uocabulis ſignificatas exiſtimauimus, etiā ſi aliud ſenſit hoc loco forte qui ſcripſit, nō eſt inutiliter obſcuritas huius pertractata ſententiæ: quia etſi uoluntatē autoris libri huius indagare nequiuimus, à re- D gula tamē fidei quę per alias eiuſdē autoritatis ſacras literas ſatis fidelibus nota eſt, nō aberrauimus. Etſi enim corporalia hic commemorata ſunt opera dei, habēt proculdubio nonnullam ſimilitudinē ſpiritaliū, ſecūdum quā dicit Apoſtolus: Omnes em̄ uos filij lucis eſtis et filij diei, nō ſumus noctis neq; tenebrarū. Si autem hoc ſenſit etiā ille qui ſcripſit, ad perfectiorē diſputationis finē noſtra peruenit intētio: ut homo dei tam eximiæ diuinæq; ſapiētiæ, imò per eū ſpiritus dei in cōmemorandis operibus dei, quę omnia ſexto die dicit eſſe perfecta, nullo modo an-

gelos præterm̃isse credatur, siue in principio, quia primo fecit: siue quod cõueniẽtius intelligi tur in principio, quia in uerbo unigenito fecit, scriptũ sit, In principio fecit deus cœlũ & terrã: quibus nominibus uniuersalis est significata creatura, uel spiritalis & corporalis, quod est credibilius: uel magnæ duæ mundi partes, quibus omnia quæ creata sunt cõtinentur: ut primitus eam totã proponeret, ac deinde partes eius secũ dum mysticũ dierum numerum exequeretur.

L. VIVES

SEd carceribus caliginis inf.] Græce sic est in epistola Petri ij. εἰ γὰρ ὁ θεὸς ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ σειραῖς ζόφου ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν τηρουμένους. Si cũ deus angelis, qui peccarũt, culpam non remisit, sed uinculis caliginis in tartaros coercitos dedit in iudiciũ asseruatos: uel ut alij legunt asseruandos. τηρουμένους. Simile est, quod Iudas ait in epistola sua: angelos uero qui non seruauerunt primigeniam suam naturã, sed dereliquerunt suũ domiciliũ, in iudiciũ magni diei uinculis æternis sub caligine reseruauit. Aug. hic carceres pro claustris posuit, quibus exire prohibentur, quales erant illi in circo, quibus equi antequam currerent, coercebantur. b Alteram tumentẽ typho.] Τύφῳ superba est. & Typhonem pro dæmone ignito usurpant Græci à τυφόμαι superbio, & τύφομαι comburo, fumo. qualem fuisse Typhonem illum Osiridis fratrem scribit Plutarchus, dæmonem, qui actus inuidentia terras ac maria turbarit, grauesq; luerit pœnas. maluit Græco uerbo Augustinus uti, q̃ Latino superbiæ & arrogantiæ & iactantiæ. sed generalius est Græcũ illud & multum habet uirtũerat etiam uocabulũ illius seculi, quo utitur Philippus presbyter in cõmentarijs lib. Iob. c Iuste ulciscentẽ.] Per angelos enim bonos uelut ministros exequitur deus iustas uindictas, cui in Psal. ciij. dicitur: qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem urentem.

d Istam ne quantum uult noceat.] Non est potestas quæ comparetur diabolicæ super terram, testatur Iob. quod si quantum oderunt, quantumq; possunt nocere, sinerentur, incenderent urbes, uastarent agros, flumina & maria in regiones immitterẽt, uenena cibis poculisq; diffunderent, homines & bestias torquerẽt, ac interimerent. & tametsi homini cognitu difficile est, quanta possint natura sua dæmones liberi ac soluti, quantum non possint: magnas tamẽ inferre humano generi clades posse irreparabilia nostris uiribus damna certũ est. De potentia angelorum disputat. Aug. lib. iij. De trin.

De eo quod quidam putant in condi tione firmamenti aquarum discretarum nomine angelos significatos, & quod quidam aquas existimant non creatas. Caput XXXIIII

a VANQVAM nõnulli putauerint aquarum nomine b significatos quo dãmodo populos angelorũ, & hoc esse quod dictũ est: Fiat firmamentum inter aquã & aquam, ut supra firmamentũ angeli intelligantur, infra uero uel aquæ istæ uisibiles, uel malorũ angelorũ multitudo, uel omniũ hominum gentes. Quod si ita est, nõ illic apparet ubi facti sunt angeli, sed ubi discreti. c Quãuis & aquas, quod peruersissimæ atq; impię uanitatis est, negent quidã factas à deo, quoniã nusquã scriptũ est, dixit deus fiant aquę. Quod possunt simili uanitate etiã de terra dicere. nusq; enim legitur: Dixit deus fiat terra. Sed inquiũt scriptũ est: In principio fecit deus cœlum & terram. Illic ergo & aqua intelligẽda est, uno enim nomine utrũq; cõprehensum est. Nã ipsius est mare, sicut in Psalmo legitur, & ipse fecit illud, & aridã manus eius finxerũt. Sed hi qui in nomine aquarũ quæ super cœlos sunt angelos intelligi uolũt, d põderibus elementorũ mouentur, & ideo non putant aquarũ fluidam grauẽq; naturã in superioribus mundi locis potuisse cõstitui, qui secundũ rationes suas si ipsi hominẽ facere possent, non ei pituitã quod Græce φλέγμα dicitur e & tanquam in elementis corporis nostri aquarũ uicẽ obtinet, in capite ponerent. f Ibi enim sedes est phlegmatis, secundum dei opus uticq; aptissime: secundũ istorum autẽ cõiecturam tam absurde, ut si hoc nescire/mus, & in hoc libro similiter scriptũ esset, quod deus humorẽ fluidum & frigidum, ac per hoc grauem in superiore omnibus cæteris humani corporis parte posuerit, isti trutinatores elementorũ nequaquã crederent. Et si autoritati eiusdẽ scripturæ subditi essent, aliquid aliud ex hoc intelligendum esse censerent. Sed quoniam si diligenter singula scrutemur, atq; tractemus, quæ in illo diuino libro de constitutione mundi scripta sunt, & multa dicenda, & à proposito instituti operis longe digrediendum esset: iamq; de duabus istis diuersis inter se atq; contrarijs societatibus angelorum, in quibus sunt quædam exordia duarũ etiã in rebus humanis ciuitatũ, de quibus deinceps dicere instituí, quantũ satis esse uisum est, disputauimus: hũc quoq; librum aliquando claudamus.

L. VIVES

a QVanquam nonnulli putauerint aquarum nomine.] Hoc putauit Origenes. Epiphanius ad Io. Hierosolymitanũ Episcopum, dicente Origene, de aquis, quæ super firmamentũ sunt, nõ esse aquas, sed fortitudines quasdam angelicæ potestatis: & rursum aquas quæ super terrã sunt, hoc est sub firmamento, esse uirtutes contrarias, id est, dæmones. b Significatos quodammodo populos angelorũ.] Iuxta illud Apoc. Populi sicut aquæ multæ. Et de his aquis existimabant illud esse dictũ: Et aquæ quæ super cœlos sunt laudent nomen domini. nam hoc ad creaturas rationales pertinet. c Quãuis & aquas q. per. a. im. u. c. negent quidã factas à deo.] Inter hæreses numerat Aug. & hanc dicẽtium

tium, aquas esse deo coæternas, sed autores non nominat. Credo ex illo chao Hesiodico, & ex Homeri de aquis omnium rerum parentibus natam. d Ponderibus elementorum mouentur.] Omnia hæc uideo in cõtrouersiam trahi, sint ne aquæ super cœlos, sint ne elementares, sint eadem, qua inter nos ratione. De primo minus dubitatur. nam & si per firmamẽtum aerẽ posse intelligi credant nonnulli, ita ut cum dicitur: separauit aquas, quæ sunt sub firmamẽto, ab ijs quæ super firmamentum sunt: separatũ putent, à nubibus mare. Sanctorum tamen hominum opinio obtinuit, conformior dictis sacrarum literarũ, super firmamentum, in quo sunt sydera, aquas sublatas. Equidem coniectura in re tanta ducor, crassiorem nebulam inter cœlum & terram circunfusum fuisse, aeri commistam, atq; complexam, quæ obscurius redderet medium istud spatium inter superos & nos: partemq; eius quandam densatam ad id marinæ molis, quod nunc cernimus, seiunctam ab ea parte terræ, quam terrestribus animãtibus parens uniuersitatis relinquebat: cæterum partem sublatam, incognita nobis mente, ad extima mundi. Hinc factum, ut cum superius elementum undiq; inferius ambiat, & comple ctatur, cœlum ignem, ignis aerem, hic aquam, hæc non totam capiat terram, & obruat, quoniam non tota est in sublunari mũdo aqua, ut totus aer, totus ignis. Iam cuius sint naturæ, Origenes, ut ab antiquissimis incipiã, resolutas censet in tenuissimas auras: quod D. Thomæ parum probat. nam corpora tam tenuia, nec ignis sphæram, nec cœlestem potuissent penetrare. Nimis est Aristotelicus, & res omnem naturæ uim captumq; excedẽtes cogit naturalibus parêre legibus. Ceu uero opus id fuerit huius naturæ certis limitibus arctæ & cõstitutæ, & non potius illius omnipotentiæ dei, nullis terminis, finibusq; conclusæ: ceu uero quamlibet densæ sua ui & natura, ignem euadissent, cœlos perrupissent. Alijs elementum esse supra cœlos, absurdum uidetur, ideo crystallinum cœlum ponunt, quod sit aquarum, sed diuersæ quàm elementum naturæ, alterius ingenij, & si non nulla similitudine teneantur. perspicuæ sunt aquæ istæ nostræ, & illæ cœlestes: frigidæ utræq;: at graues hæ, nõ illæ. Basilius seruorem cœli frigiditate harum aquarũ temperari putat. Ex nostris, qui deditiores sunt noscendis astris, Saturni sydus frigefieri arbitrantur aquis superioribus. ridiculum, tanquam nõ magis astra omnia quæ sunt in octaua sphæra frigefierent, & gelidioris essent, q̃ Saturnus naturæ. Beda in li. De nat. rer. Aquas super firmamentũ positas cœlis quidẽ spiritalibus humiliores, sed tamen omni creatura corporali superiores quidã ad minitationẽ diluuij seruatas: alij uero rectius ad ignem syderũ temperandũ suppensas affirmant. sic ille. Sed nec est admodũ firma coniectura hæc. Verũ sententia Aug. super Gen. pro clausula addatur, Quomodo & quales ibi aquæ sint incertum, esse tamen non dubitamus, quia maior est huius scripturæ autoritas, q̃ omnis ingenij humani capacitas. e Et tanquam in elementis cor.] Altera quæstio, non minus priore ambigua, & uarie tractata, quemadmodum corpora nostra elementis conflentur, & componantur. Nam alij tenuissimas uniuscuiusq; elementi particulas, & uelut ramenta compingunt, dum corpus constituunt. Quã opinionem secuti sunt ueteres, Anaxagoras, Democritus, Empedocles, Plato, Cicero: & ex recentioribus Peripatetici complures, Arabibus, Auerroi, & Auicennæ assensi: alij non uenire particulas cẽsent in corpus, sed naturas tantum, quod nunc uulgo schola cum principibus suis Ioãne Scoto, & Guillelmo Occamo sentit. Nam Aristotelis opinio incerta, ut ferè est, quamuis esse in mistis elementa dicat. & ex iis, qui crebros illos uelut cuneolos infarciunt, sunt qui cõfundi omnia, & unum ex illis corpus consurgere dicant, solis residuis inhærentibus. alii manere substantias uniuscuiusq; uolunt. utcunq; sit, in corpore humano uires elemẽtorum sentimus, calorem sicco mistum in flaua bili, quod est ex igne: humido in sanguine, quod est ex aere: frigus humido adiunctum, aqueæ uis in pituita: sicco terrenæ in atra bili. & partes ipsæ in corpore ossium, & neruorum soliditas terrea est: cerebrum & medullæ aqueæ: sanguis aereus: tenuissimi spiritus, præcipue illi circa cor, ignei: tametsi hæc quoque, licet ex uno aliquo plus quàm ex aliis, ex omnibus tamen elementis aliquid habent. f Ibi enim sedes est phlegmatis.] Atque hinc omnis per reliquum corpus defluit pituita, quia uexamur. artificiose, ut reliqua, sitcum est ibi cerebrũ, quo calor semper aspiret. Nã si in imis esset locatum partibus, quò nõ peruadit tãtus calor, torperet breui, atque concresceret: nunc uero agitatur semper ui teporis, uegetaturq;, & sic uiuit.

ELENCHVS CAPITVM
IN DIVI AVRELII AVGVSTINI DE CIVITATE DEI LIBRVM XII

1 De una bonorum malorumq; angelorum natura.
2 Nullam essentiam deo esse contrariam, quia ab eo qui summe est, & semper est, hoc totum uidetur diuersum esse quod non est.
3 De inimicis dei, non per naturam sed per contrariam uoluntatem, quæ cum ipsis nocet, bonæ utiq; naturæ nocet, quia uitium si non nocet non est.
4 De natura irrationalium aut uita carentium quæ in suo genere atque ordine ab uniuersitatis decore non discrepat.
5 Quod in omni natura, specie ac modo laudabilis sit creator.
6 Quæ causa sit beatitudinis angelorum bonorũ, & quæ causa sit miseriæ angelorũ malorum.
7 Causam efficientem malæ uoluntatis non esse quærendam.
8 De amore peruerso quo uoluntas ab incommutabili bono ad bonum mutabile deficit.
9 An sancti angeli quem habent creatorem naturæ, eundem habeant bonæ uolũtatis autorem

per ſpiritum ſanctum in eis charitate diffuſa.
10 De falſitate eius hiſtoriæ quæ multa milia annorum præteritis temporibus aſcribit.
11 De his qui hunc quidem mundum non ſempiternum putant,ſed aut innumerabiles,aut eundem unum certa concluſione ſeculorum ſemper naſci & reſolui opinantur.
12 Quid reſpondendum ſit his qui primam conditionem hominis tardam eſſe cauſantur.
13 De reuolutione ſeculorum,quibus certo fine concluſis,uniuerſa ſemper in eundem ordinẽ eandemq; ſpeciem reditura quidam philoſophi crediderunt.
14 De temporali conditione generis humani,quam deus nec nouo conſilio conſtituerit,nec mutabili uoluntate.
15 An ut deus ſemper etiam dominus fuiſſe ſemper intelligatur,credendum ſit creaturam quoq; nunquam defuiſſe cui dominaretur:& quomodo dicatur ſemper creatum quod dici nõ poteſt coæternum.
16 Quomodo intelligendum ſit promiſſa homini à deo uita æterna ante tempora æterna.
17 Quid de incommutabili conſilio aut uoluntate dei fides ſana defendat contra ratiocinationes eorum qui opera dei ex æternitate repetita per eoſdem ſemper uolunt ſeculorum redire circumitus.
18 Contra eos qui dicunt ea quæ infinita ſunt nec dei poſſe ſcientia comprehendi.
19 De ſeculis ſeculorum.
20 De impietate eorum qui aſſerunt animas ſummæ ueræq; beatitudinis participes,iterum atq; iterum per circumitus temporum ad eaſdem miſerias laboresq; redituras.
21 De conditione unius primi hominis atq; in eo generis humani.
22 Quod præſcierit deus hominem,quem primum condidit, peccaturum:ſimulque præuiderit quantum piorum populum ex eius genere in angelicum conſortium ſua eſſet gratia translaturus.
23 De natura humanæ animæ creatæ ad imaginem dei.
24 An ullius uel minimæ creaturæ poſſunt dici angeli creatores.
25 Omnium naturam & omnium ſpeciem uniuerſæ creaturæ non niſi opere dei formari.
26 De Platonicorum opinione,qua putauerunt angelos quidem à deo cõditos,ſed ipſos eſſe humanorum corporum conditores.
27 In primo homine exortam fuiſſe omnem plenitudinẽ generis humani,in qua præuidit deus quæ pars honoranda eſſet præmio,quæ damnanda ſupplicio.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
EPISCOPI AD MARCELLINVM
DE CIVITATE DEI LIBER XII

659

De una bonorum malorumq; angelorum natura. Caput I

NTE quàm de inſtitutione hominis dicam,ubi duarũ ciuitatũ quantum ad rationaliũ mortaliumq; genus attinet, apparebit exortus: ſicut ſuperiore libro apparuiſſe in angelis iam uidetur,prius mihi quædam de ipſis angelis uideA

660

ſſe dicenda:quibus demonſtretur quantum à nobis poteſt,quàm non inconueniens neq; incõgrua dicatur eſſe hominibus angeliſq; ſocietas:ut non quatuor,duæ ſcilicet angelorum totidemq; hominũ,ſed duæ potius ciuitates, hoc eſt ſocietates,merito eſſe dicantur,una in bonis, altera in malis,non ſolum angelis, uerumetiam hominibus conſtitutæ. Angelorum bonorum & malorum inter ſe contrarios appetitus nõ naturis principijſq; diuerſis,cum deus omniũ ſubſtantiarũ bonus autor & conditor utroſq; creauerit

uerit:ſed uolũtatibus & cupiditatibus extitiſſe, A dubitare phas non eſt: dum alij cõſtantes in cõmuni omnibus bono, quod ipſe illis deus eſt, atq; in eius æternitate, ueritate, charitate perſiſtunt. Alij ſua poteſtate potius delectati, uelut bonum ſuum ſibijpſi eſſent,à ſuperiore cõmuni omnium beatifico bono ad propria defluxerunt:& habentes elationis faſtum,pro excelſiſſima æternitate:uanitatis aſtum, pro certiſsima ueritate:ſtudia partium,pro indiuidua charitate:ſuperbi,fallaces,inuidi effecti ſunt. Beatitudinis igitur illorum cauſa eſt,adhærere deo. Quocirca iſtorum miſeriæ cauſa ex contrario eſt intelligenda,quod eſt non adhærere deo. Quamobrem ſi cum quæritur, quare illi beati ſint:recte reſpondetur,quia adhærent deo:& cũ quæritur,cur iſti ſint miſeri:recte reſpondetur, quia non adhærent deo:non eſt creaturæ rationalis uel intellectualis bonũ,quo beata ſit, niſi deus. Itaq; quãuis non omnis beata poſsit eſſe creatura:neq; enim hoc munus adipiſcuntur,aut capiunt feræ,ligna,ſaxa,& ſi quid eiuſmodi eſt:ea tamẽ quę poteſt,nõ ex ſeipſa poteſt, quia ex nihilo creata eſt,ſed ex illo,à quo creata eſt. Hoc enim adepto beata eſt,quo amiſſo miſera eſt. Ille uero qui nõ alio, ſed ſeipſo bono beatus eſt, C ideo miſer nõ poteſt eſſe,quia nõ ſe poteſt amittere. Dicimus itaq; immutabile bonũ non eſſe niſi unum uerum deum beatũ:ea uero quę fecit bona quidẽ eſſe quod ab illo,ueruntamen mutabilia,quod nõ de illo,ſed de nihilo facta ſunt. Quanquam ergo ſumma non ſint, quibus eſt deus maius bonum:magna ſunt tamen ea mutabilia bona, quæ adhærere poſſunt, ut beata ſint,immutabili bono:quod uſq;adeo bonum eſt eorum,ut ſine illo miſera eſſe neceſſe ſit. Nec ideo cætera in hac creaturæ uniuerſitate meliora ſunt:quia miſera eſſe nõ poſſunt. neq; enim cætera mẽbra corporis noſtri,ideo dicendũ eſt D oculis eſſe meliora,quia cæca eſſe nõ poſſunt. Sicut autem melior eſt natura ſentiens,& cum dolet,quàm lapis,qui dolere nullo modo poteſt: ita rationalis natura præſtantior eſt etiam miſera,quàm illa quæ rationis ſenſus eſt expers: & ideo in eam nõ cadit miſeria. Quod cum ita ſit, huic naturæ quæ in tanta excellentia creata eſt, ut licet ipſa ſit mutabilis, inhærendo tamen incommutabili bono,id eſt ſummo deo, beatitudinem conſequatur: nec expleat indigentiam ſuam,niſi uticq; beata ſit:eiq; explendæ nõ ſuf-

ficiat,niſi deus:profecto non illi adhærere, uitium eſt. Omne autem uitium naturæ nocet, ac per hoc contra naturam eſt. Ab illa igitur quæ adhæret deo,non natura differt iſta, ſed uitio, quo tamẽ uitio etiam ualde magna multumq; laudabilis oſtenditur ipſa natura. Cuius enim recte uituperatur uitiũ,proculdubio natura laudatur. Nam recta uitij uituperatio eſt, quod illo dehoneſtatur natura laudabilis. Sicut ergo cum uitium oculorum dicitur cæcitas, id oſtenditur quod ad naturam oculorum pertinet uiſus:& cum uitium aurium dicitur ſurditas,ad ea rum naturam pertinere demonſtratur auditus: B Ita cum uitium creaturæ angelicæ dicitur,quod non adhæret deo: hinc apertiſsime declaratur, eius naturæ ut deo adhæreat, cõuenire. Quàm porrò magna ſit laus adhærere deo, ut ei uiuat, inde ſapiat, illo gaudeat, tantoq; bono ſine morte, ſine errore, ſine moleſtia perfruatur, quis cogitare digne poſsit aut eloquí? Quapropter etiam uitio malorum angelorum,non quo adhærent deo: quoniam omne uitium naturæ nocet: ſatis manifeſtatur deum tam bonam eorum creaſſe naturam, cui noxium ſit,non eſſe cum deo.

Nullam eſſentiam deo eſſe contrariã, quia ab eo qui ſumme eſt, & ſemper eſt, hoc totum uidetur diuerſum eſſe quod non eſt. Cap. II

AE c dicta ſint,ne quiſquam[a] quum de angelis apoſtatis loquimur, exiſtimet eos aliam uelut ex alio principio habere potuiſſe naturam: [b]nec eorum naturę autorem deum. Cuius erroris impietate tanto quiſque carebit expeditius & facilius, quanto perſpicacius intelligere potuerit, quod per angelum dixit deus, H quando Moyſen mittebat ad filios Iſrael:[c]Ego ſum qui ſum. Cum enim deus ſumma eſſentia ſit,hoc eſt ſumme ſit,& ideo immutabilis ſit:rebus quas ex nihilo creauit, eſſe dedit, ſed non ſumme eſſe ſicut ipſe eſt:[d]& aliꝭ dedit eſſe amplius, aliꝭ minus: atque ita naturas eſſentiarum gradib. ordinauit. Sicut enim ab eo quod eſt ſapere uocatur ſapientia, ſic ab eo quod eſt eſſe uocatur eſſentia:[e] nouo quidem nomine, quo uſi ueteres non ſunt Latini ſermonis auctores: ſed iam noſtris temporibus uſitato, ne deeſſet etiam linguę noſtrę,quod Gręci appel-

lant ὐσίαν. hoc enim uerbum è uerbo expreſ-
sum eſt,ut diceretur eſſentia. Ac per hoc ei natu-
ræ,quæ ſumme eſt,qua faciente ſunt quæcunq;
ſunt,contraria natura non eſt,niſi quæ non eſt.
f Ei quippe quod eſt,nõ eſſe contrarium eſt. Et
propterea deo,id eſt ſummæ eſſentiæ, & auto-
ri omnium qualiumcũq; eſſentiarũ eſſentia nul
la contraria eſt.

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI IN DVODECIMUM librum De ciuitate dei, Diui Aureliĳ Auguſtini, commentarĳ.

Q Vum de angelis apoſtatis.] ἀποστάτης, defector, ab ἀφίστημι. Dæmones tales ſunt, qui à deo defecerũt. Theodoritus de diĳs & angelis. Satan Hebraice, ἀποστάτης Græce dicitur. Hieronymus aduerſariũ ſiue trãſgreſſorem uertit. b Nec eorum naturæ.] Nec exiſtimet quis eorum naturæ non eſſe autorem deum. c Ego ſum qui ſum.] De hoc lib. viĳ. d Et alĳs dedit eſſe amplius, alĳs minus.] Sic ueteres. Ariſt. lib. De mũdo, dicã uerbis Apuleĳ. Denicp propiores quoſque de potestate eius amplius trahere corpora cœleſtia. illa quanto finitima ſunt ei, tanto amplius de deo capere, multoq; minus quæ ab illis ſunt ſecunda. Et ad hæc uſq; terrena pro interuallorum modo indulgentiam dei ad nos uſq; beneficiaq; peruenire. Sed cum credamus deum per omnia permeare, & ad nos & ultra poteſtatẽ ſui nominis tendere, quantum abeſt, uel imminet, tantũ exiſtimandum eſt eũ amplius minus ue rebus utilitatis dare. quibus uerbis oſtẽdit philoſophus, quid intelligatur, quũ dicimus, uarie rebus gradatimq; communicatam eſſentiam dei. Nam in libris Cathegoriarum docet, in eſſentiĳs nõ eſſe magis aut minus. Nec minus dicit̃ eſſe lapis, q̃ angelus. Itaq; hoc ad præſtantiam eſſentiæ muneraq; illi addita referendũ eſt, ſecundũ quæ aliud alio magis eſſe uideat̃, aut minus. e Nouo quidẽ nomine.] Nõ ita nouo, quin ante Quintilianũ Flauius Sergius dixerit: ſed receptum nõ eſt uſq; ad poſteros, quum Latinis literis plura ſunt de philoſophia ſcribi cœpta. f Eiqp pe quod eſt non eſſe.] Subſtantiæ, inquit Ariſtoteles, nihil eſt contrarium: ſed contraria putat, quæ ſub eodem genere maxime diſtant, uelut album & nigrum ſub colore. nam priuantia uel contradicentia inter contraria non numerat, ut liquet ex diuiſione oppoſitorũ in quatuor formas.

De inimicis dei, non per naturam, ſed per contrariam uoluntatem, quę cum ipſis nocet bonæ utiq; naturæ nocet: quia uitium ſi non nocet, non eſt. Caput III

D ICVNTVR autem in ſcripturis inimici dei, qui nõ natura, ſed uitĳs aduerſantur eius imperio: nihil ei ualentes nocere, ſed ſibi. Inimici enim ſunt reſiſtẽdi uoluntate, nõ poteſtate lædendi. Deus nanq; immutabilis eſt, & omni modo incorruptibilis. Idcirco uitium quo reſiſtunt deo, quĳ eius appellantur inimici, non eſt deo, ſed ipſis malũ. neq; hoc ob aliud niſi quia corrumpit in eis naturæ bonum. Natura igitur non eſt contraria deo, ſed uitiũ: quia quod malum eſt, contrarium eſt bono. Quis autem neget deum ſumme bonum? Vitium ergo contrarium eſt deo, tanquam malum bono. Porrò autem bonum eſt, & natura quam uitiat: unde & huic bono uticp contrarium eſt: ſed deo tantũmodo tãquam bono malum, naturæ uero quã uitiat, non tantum malũ, ſed etiam noxiũ. Nulla quippe mala deo noxia, ſed mutabilibus corruptibiliusq; naturis, bonis tamen ipſorum quoq; teſtimonio uitiorum. Si enim bonæ non eſſent, eis uitia nocere non poſſent. Nã quid eis nocendo faciunt, niſi adimũt integritatem, pulchritudinem, ſalutem, uirtutem, & quicquid boni naturæ per uitiũ detrahi ſiue minui cõſueuit? Quod ſi omnino deſit, nihil boni adimẽdo nõ nocet, ac per hoc nec uitium eſt. Nam eſſe uitiũ, & non nocere nõ poteſt. unde colligitur quãuis non poſſit uitiũ nocere incõmutabili bono, nõ tamen poſſe nocere niſi bono: quia non ineſt, niſi ubi nocet. Hoc etiam iſto modo dici poteſt, C uitium eſſe, nec in ſummo poſſe bono, nec niſi in aliquo bono. Sola ergo bona alicubi eſſe poſſunt, ſola mala nuſquam: quoniã naturæ etiam illæ quæ ex malæ uoluntatis uitio uitiatæ ſunt, inquantũ uitiatæ ſunt, malæ ſunt: inquantũ autem naturæ ſunt, bonæ ſunt. Et cum in pœnis eſt natura uitioſa, excepto eo quod natura eſt, etiam hoc ibi bonũ eſt, quod impunita nõ eſt. Hoc enim eſt iuſtum, & omne iuſtum procul dubio bonum. [a] Nõ enim quiſquã de uitĳs naturalibus, ſed de uoluntatĳs pœnas luit. Nam etiam quod uitiũ cõſuetudine nimióue progreſſu roborat̃um, [b] uelut naturaliter inolcuit, à uoD luntate ſumpſit exordiũ. De uitĳs quippe nunc loquimur eius naturæ, cui mẽs ineſt capax intelligibilis lucis, qua diſcernitur iuſtũ ab iniuſto.

L. VIVES

a NOn enim quiſquã de uitĳs naturalibus.] Vitiũ eſt in uniuerſum omnis aberratio à rectitudine. Vnde ſunt uitia naturæ, quũ ab illa recta ſui generis ſpecieiq; ratiõe & natura aliquid diuerſum naſcentes traximus, ut plura uel pauciora habere mẽbra, q̃ eſt opus. Tarditatẽ linguæ, cœcitatem, ſurditatem, aliquid abſonũ & à perfectis diſcrepãs: quod non modo in hominibus contingit, ſed in cæteris quoq; animantibus, ſtirpibus, lapidibus, & quicquid in mundũ natura producit *Vitium*

ducit. Eſt uitium morum, eſt & uitium artis, quum ab artis præceptis regulisq; deflectimus. b Velut naturaliter inoleuit.] Adoleuit & cõfirmatum eſt: unde iam propemodum in naturam uerſum uiolentam poſſidet in homine tyrannidem, ac cogere quadãtenus uidetur. Vnde multi non poſſe ſe illi obniti queruntur, ceu excuſationem uitio prætendentes, quum tamen & arbitrio ſumptum & fotum ibi ſit: & poni poſſit, ſi annitaris. Et quanquam non adeo facile, ut quum admittebas, ita eĳcias: pelli tamen impoſſibile non eſt, ac niſi pellas quoniam potes, culpa non uacabis.

De natura irrationaliũ, aut uita carentiũ, quæ in ſuo genere atq; ordine ab uniuerſitatis decore nõ diſcrepat. Cap. IIII

AETERVM uitia pecorum et arboB rum, aliarũq; rerũ mutabilium atq; c mortalium, uel intellectu, uel ſenſu, uel uita omnino carentiũ, quibus eorum diſſolubilis natura corrũpitur, damnabilia putare ridiculũ eſt: cum iſtæ creaturæ eũ modum nutu creatoris acceperint, ut [d] cedendo ac ſuccedendo peragant infimã pulchritudinem temporum in genere ſuo iſtius mundi partibus cõgruentẽ. Neq; enim cœleſtibus fuerant terrena coæquanda: aut ideo uniuerſitati deeſſe iſta debuerunt, quoniã ſunt illa meliora. Cũ ergo in his locis ubi talia eſſe competebat, alĳs alia deficientib. oriũtur, & ſuccũbunt minoC ra maioribus: [b] atq; in qualitates ſuperãtium ſuperata uertuntur, rerũ eſt ordo tranſeuntiũ. Cuius ordinis decus propterea nos non delectat: quoniã parti eius pro cõditione noſtræ mortalitatis intexti, uniuerſum: cui particulæ quę nos offendunt, ſatis apte decẽterq; conueniunt, ſentire non poſſumus. Vnde nobis in quibus eam contẽplari minus idonei ſumus, rectiſsime credenda præcipitur prouidẽtia conditoris, ne tanti artificis opus in aliquo reprehẽdere uanitate humanæ temeritatis audeamus. Quãquam & uitia rerũ terrenarũ non uoluntaria necp pœnaD lia: naturas ipſas, quarũ nulla omnino eſt, cuius non ſit autor & cõditor deus, ſi prudẽter attẽdamus, eadẽ ratiõe cõmendant: quia & in eis hoc nobiſper uitiũ tolli diſplicet, quod in natura placet: niſi quia hominib. etiã ipſæ naturæ plerũq; diſplicẽt, cum eis fiũt noxiæ: nõ eas conſiderantibus, ſed utilitatẽ ſuam: [c] ſicut illa animalia, quorum abundãtia Aegyptiorũ ſuperbia uapulauit. Sed iſto modo poſſunt ipſi & ſolem uituperare: [d] quoniã quidã peccãtes, uel debita nõ reddentes, poni à iudicibus iubentur ad ſolẽ. Non itaq; ex cõmodo uel incõmodo noſtro, ſed per ſeipſam cõſiderata natura dat artifici ſuo gloriam. Sic eſt & natura ignis æterni ſine ulla dubitatione laudabilis, quãuis damnatis impĳs futura pœnalis. Quid enim eſt igne flammante, uigente atq; lucente pulchrius? Quid calefaciẽte, curante, coquẽte utilius: quãuis eo nihil ſit uerete moleſtius? Idem igitur ipſe [e] pœnaliter appoſitus perniciosus eſt, qui cõuenienter adhibitus cõmodiſsimus inuenitur. [f] Nã eius in uniuerſo mũdo commoda uerbis explicare quis ſufficit? [g] Nec audiẽdi ſunt, qui laudãt in igne lucem, ardorẽ autem uituperãt: uidelicet non ex ſui natura, ſed ex ſuo cõmodo uel incõmodo. Videre enim uolunt, ardere nolũt. Sed parum attendũt eam ipſam lucem, quæ certe & illis placet: oculis infirmis per incõuenientiam nocere: & in illo ardore qui eis diſplicet, [h] nõnulla animalia per cõuenientiam ſalubriter uiuere.

L. VIVES

a CEdendo.] Alia alĳs, ut hæ abeant, illæ ſuccedãt. b Atq; in qualitates ſuperantium.] Tangit perpetuas clemẽtorum, & eorũ quæ ex his fiunt pugnas: ubi in eodem genere & ſunt quæ ad contraria tranſeant ipſa uicta, & quæ ad ſe de contrarĳs trahãt uincentia. Aliquid ſemper aqua demit aeri, hic uiciſsim aquæ, & aer igni, & hic aeri, ſed alĳs atq; alĳs locis. c Sicut illa animalia.] Ranæ & cyniphes. d Quoniã quidam peccãtes, uel debita non reddentes, poni à iudicibus iubentur ad ſolem.] Genus hoc eſt pœnæ, quod ad infamiã ſpectat potius q̃ ad cruciatũ ſupplicĳ, etſi nec deeſt ſuus cruciatus. Eo afficiuntur in Hiſpania lenæ numellis affixæ, & peruũctæ melle, quò muſcæ, & apes, & ueſpæ aduolant. e Pœnaliter appoſitus perniciosus eſt.] In ueteribus libris legitur: Alter appoſitus. f Nam eius in uniuerſo mũdo commoda.] Vnde prouerbium de re, quæ in uſus uenit frequentiſsimos: non aqua & igne pluribus locis utimur: quod Cicero ad amicitiã ac commodat in Lælio. Vnde eſt etiam interdicere aqua & igne, duabus rebus in primis neceſſarĳs uitæ, quaſi ex conſortio generis humani eĳcere. Vitruuius lib. ĳ. ex acceſſu ad ignem cœpiſſe homines inter ſe colloqui, & cõmunicare ſcribit, nataq; eſſe commercia, cõuictus, & ciuitates. Lactãtius diuinum animal probat eſſe hominẽ, q̃ ſolus inter omnia animalia igne utatur. g Nec audiendi ſunt qui laudant in igne lucem, ardorem autẽ uituperãt.] Edocti uidelicet à Satyro illo, quẽ Plutarchus ſcribit tantopere delectatũ recens à Prometheo inuento igne, ut complexus ſit, & oſculatus: quumq; cõburerentur, abieciſſe illum protinus & fugiſſe. Simile quiddam Mela tradit de gẽtibus in ima Aphricæ ora ad oceanũ, quibus ignem Eudoxus inuexit. h Nonnulla animalia per cõuenientiam ſalubriter uiuere.] Ariſtoteles libro De hiſtoria animaliũ quinto ſcribit in Cypro inſula in ærariĳs fornacibus, ubi chalcites lapis ingeſtus cõpluribus diebus crematur, beſtiolas naſci pẽnatas, magnis muſcis paulo grandiores, quæ in igne uiciitant. Salamandrã ferunt in igne uiuere, & nõ modo nõ abſumi ab eo, ſed ignem potius ab illa extingui contactum.

Quod in omni naturæ modo ac ſpecie laudabilis ſit creator. Cap. V

ATVRAE igitur omẽs quoniã sunt, & ideo habẽt modũ suũ, speciẽ suã, N & quandã secũ pacẽ suã, profecto bonæ sunt. Et cum ibi sunt, ubi esse per naturę ordinẽ debent, quantũ acceperũt suum esse custodiũt. Et quæ semper esse non acceperunt, pro usu motuq; rerũ quibus creatoris legi subdũtur, in melius deteriúsue mutantur, in eum diuina prouidẽtia tendentes exitũ, quẽ ratio gubernandę uniuersitatis includit: ita ut nec tanta corruptio, quãta usq; ad interitũ naturas mutabiles mortalesq; perducit, sic faciat nõ esse quod erat, ut non inde fiat consequenter, quod esse debebat. Quæ cũ ita sint, deus qui summe B est, atq; ob hoc ab illo facta est omnis essentia, quæ non summe est: quia neq; illi æqualis esse deberet, quæ de nihilo facta esset: neq; ullo modo esse posset, si ab illo facta non esset: nec ullorum uitiorũ offensiõe uituperãdus, & omnium naturarum cõsideratione laudandus est.

L. VIVES

ET quandam secum pacem suam.] Vt secum unaquæq; & inter se omnes non dissideant, & pugnẽt, interitumq; sibi afferant: ideo ueteres multi amore constare mundum dixerunt.

Quę causa sit beatitudinis angelorum bonorum, & quæ causa sit miseriæ angelorum malorum. Cap. VI

C ROINDE causa beatitudinis angelorũ bonorũ ea ueriſsima reperitur, quod ei adhęrẽt, qui summe est. Cũ uero causa miseriæ malorũ angelorũ quęritur, ea merito occurrit, quod ab illo qui summe est auersi, ad seipsos cõuersi sunt, qui nõ summe sunt: & hoc uitiũ [a]quid aliũd, q̃ superbia nũcupatur. Initiũ quippe omnis peccati superbia. Noluerũt ergo ad illum custodire fortitudinẽ suam: [b]& qui magis essent, si ei qui summe est, adhærerẽt: se illi præferẽdo, id quod minus est, prætulerũt. Hic primus defectus, & prima inopia, primũq; uitium eius naturę, quæ ita creata est, ut nec summe esset: & tamen ad beatitudinẽ habẽdam eo qui summe est, frui posset: à quo auersa nõ quidẽ nulla, sed tamen minus esset, atq; ob hoc misera fieret. Huius porrò malæ uolũtatis causa efficiens si quæratur, nihil inuenitur. Quid est enim quod facit uoluntatẽ malam, cũ ipsa faciat opus malũ? Ac per hoc mala uolũtas efficiens est operis mali: malæ aũt uolũtatis efficiens est nihil. Quoniã si res aliqua est, aut habet, aut nõ habet aliquã uoluntatẽ. Si habet, aut bonã profecto habet, aut malam. Si bonam, quis ita desipiat ut dicat, quod bona uolũtas faciat uoluntatẽ malam? Erit enim, si ita est, bona uolũtas causa peccati, quo absurdius putari nihil potest & dici. Si autẽ res ista quæ putatur facere uoluntatẽ malã, ipsa quoq; habet uoluntatẽ malam: etiã eam quæ fecerit res, consequenter interrogo: atq; ut sit aliquis inquirendi modus, causam primæ uolũtatis malæ inquiro. Nõ est enim prima uolũtas mala, quam nulla fecit uolũtas etiã mala: sed illa prima est, quã nulla fecit. Nã si præcesſit à qua fieret, illa prior est, quę alterã fecit. Si respõdeatur, quod eam nulla res fecerit, et ideo semper fuerit, quęro utrum in aliqua natura fuerit. Si enim in nulla fuit, omnino nõ fuit. Si autẽ in aliqua, uitiabat eam & corrũpebat, eratq; illi noxia, ac per hoc bono priuabat. Et ideo in mala natura uolũtas mala esse non poterat, sed in bona mutabili tamen: cui uitium hoc posset nocere. Si enim nõ nocuit, non uticq; uitium fuit: ac per hoc nec mala uoluntas fuisse dicẽda est. Porrò si nocuit, bonum auferẽdo uel minuendo uticq; nocuit. Non igitur esse potuit sempiterna uolũtas mala in ea re, in qua C bonum naturale præcesſerat, quod mala uoluntas nocendo posset adimere. Si ergo non erat sempiterna, quis eam fecerit quæro? Restat ut dicatur, quod ea res fecerit malam uoluntatẽ, in qua nulla uoluntas fuit. Hæc utrũ superior sit, requiro: an inferior, an æqualis. Sed si superior, uticq; melior. Quomodo ergo nullius, ac nõ potius bonæ uoluntatis? Hoc idem profecto, & ęqualis si fuerit, dici potest. Duo quippe quãdiu sunt pariter uoluntatis bonæ, non facit alter in altero uoluntatẽ malã. Relinquitur ut inferior res, cui nulla uoluntas est, fecerit angelicæ naturæ, quę prima peccauit, uoluntatẽ malam. Sed etiam res ipsa quæcũq; est inferior usq; ad infimam terrã, quoniã natura et essentia est, procul dubio bona est, habẽs modũ & speciẽ suam in genere atq; ordine suo. Quomodo ergo res bona efficiens est uolũtatis malæ? Quomodo inquam bonũ est causa mali? Cũ enim se uolũtas relicto superiore ad inferiora conuertit, efficitur mala: nõ quia malũ est, quò se cõuertit, sed quia peruersa est ipsa cõuersio. Idcirco nõ res inferior uoluntatẽ malam fecit, sed rem inferiorẽ praue atq; inordinate ipsa quæ facta est appetiuit. Si emim aliqui duo ęqualiter affecti animo & corpore

re uideant unius corporis pulchritudinem, qua A uisa unus eorum ad illicite fruẽdum moueatur, alter in uoluntate pudica stabilis perseueret, quid putamus esse causæ, ut in illo fiat, in illo nõ fiat uoluntas mala, quæ illam res fecit, in quo facta est? Neque enim pulchritudo illa corporis, nam eam non fecit in ambobus: quandoquidẽ amborum non dispariliter occurrit aspectibus. An caro intuentis in causa est? Cur non & illius? An uero animus? Cur non utriusq;? Ambos enim & animo & corpore æqualiter affectos fuisse prædiximus. An dicendum est, alterum eorum occulta maligni spiritus suggestio- B ne tentatum, quasi non eidem suggestioni & qualicunque suasioni propria uoluntate consenserit? Hãc igitur cõsensionem, hanc malam quã male suadẽti adhibuit uoluntatẽ, quæ in eo res fecerit, quærimus. Nam ut hoc quoq; impedimentum ab ista quæstione tollatur, si eadẽ tentatione ambo tententur, & unus ei cedat, atque cõsentiat: alter idem qui fuerat, perseueret: quid aliud apparet, nisi unũ uoluisse, alterum noluisse à castitate deficere? Vnde nisi propria uolũtate, ubi eadem fuerat in utroq; corporis & animæ affectio, amborum oculis pariter uisa est ea- C dem pulchritudo: ambobus pariter institit oculta tentatio? Propriam igitur in uno eorũ uoluntatẽ malam, quæ res fecerit scire uolentibus, si bene intueantur, nihil occurrit. Si enim diximus quod ipse eam fecerit, quid erat ipse ante uoluntatem malam nisi natura bona, cuius autor deus, qui est incõmutabile bonum? Qui ergo dicit eum qui cõsensit tentanti atq; suadẽti, cui non consensit alius, ad illicite utendum pulchro corpore, quod uidendum ambobus pariter affuit, cum ante illam uisionem ac tentationem similes ambo animo & corpore fuerint: ipsum sibi feciſse uoluntatem malam, qui utique D bonus ante uoluntatem malam fuerit: quærat cur eam fecerit, utrũ quia natura est, an quia ex nihilo facta est: & inueniet uoluntatem malam nõ ex eo esse incipere, quia natura est, sed ex eo, quod de nihilo natura facta est. Nam si natura causa est uolũtatis malæ, quid aliud cogimur dicere, nisi à bono fieri malum, & bonum esse causam mali: siquidem à natura bona fit uoluntas mala? Quod unde fieri potest, ut natura bona, quamuis mutabilis, ante quàm habeat uoluntatem malam faciat aliquid mali, hoc est, ipsam uoluntatem malam?

L. VIVES

a QVid aliud quàm superbia.] Scoto nõ placet peccatum angelorum fuisse superbiam: credo ob id solum quod D. Thomæ placuerat, sequenti ueterum scriptorum sententiam. b Et qui magis essent.] Præstantiores & perfectiores essent.

Causam efficientem malæ uoluntatis non esse quęrendam. Cap. VII

EMO ergo quærat efficientem causam malę uoluntatis. Non enim est N efficiens, sed deficiens: quia nec illa effectio est, sed defectio: deficere nãque ab eo quod summe est, ad id quod minus est, hoc est incipere habere uoluntatem malam. Causas porrò defectionum istarum cum efficientes non sint, ut dixi, sed deficientes uelle inuenire: tale est, ac si quisquã uelit uidere tenebras, uel audire silentiũ: quod tamen utrunq; nobis notum est: [a]neq; illud nisi per oculos, neq; hoc nisi per aures: non sanè in specie, sed in speciei priuatione. Nemo ergo ex me scire quærat, quod me nescire scio, nisi forte ut nescire discat, quod scire non posse sciendũ est. Ea quippe quæ non in specie, sed in eius priuatione sciũtur, si dici aut intelligi potest, quodam modo nesciẽdo sciuntur, ut sciendo nesciantur. Cũ enim acies etiã oculi corporalis currit per species corporales, nusquam tenebras uidet, nisi ubi cœperit non uidere. Ita etiam nõ ad aliquem alium sensum, sed ad solas aures pertinet sentire silentium, quod tamen nullo modo nisi non audiendo sentitur. Sic species intelligibiles mẽs quidem nostra intelligendo conspicit, sed ubi deficiunt, nesciẽdo condiscit. Delicta enim quis intelligit? Hoc scio, naturam dei nũquam, nusquam, nulla ex parte posse deficere: & ea posse deficere, quæ ex nihilo facta sunt. Quæ tamen quanto magis sunt, & bona faciunt: tunc enim D aliquid faciunt, cum causas habent efficientes: inquantum autem deficiunt, & ex hoc mala faciunt, quid enim tunc faciũt nisi uana, causas habent deficientes.

L. VIVES

a NEq; illud nisi per oculos.] Contrariorum idem est sensus & eadem disciplina, ut est in philosophorum schola: neq; aliter priuans cognoscitur quàm semota ponentis cognitione.

De amore peruerso, quo uoluntas ab incommutabili bono ad bonum commutabile deficit. Cap. VIII

TEMQVE scio in quo fit mala uoluntas, id in eo fieri, quod si nollet, non fieret: & ideo non necessarios, sed uoluntarios defectus iusta pœna consequitur. [a]Deficitur enim nõ ad mala, sed male: id est, non ad malas naturas: sed ideo male, quia contra ordinem naturarum ab eo quod summe est, ad id quod minus est. Neq; enim auri uitiũ est auaritia, sed hominis peruerse amantis aurum, iustitia derelicta, quæ incomparabiliter auro debuit anteponi. Nec luxuria est uitium pulchrorum suauiumq; corporum, sed animæ peruerse amãtis corporeas uoluptates: neglecta temperantia, qua rebus spiritaliter pulchrioribus & incorruptibiliter suauioribus coaptamur. Nec iactantia uitium est laudis humanæ, sed animæ peruerse amantis laudari ab hominibus, spreto testimonio conscientiæ. Nec superbia uitium est dantis potestatẽ, uel ipsius etiam potestatis, sed animæ peruerse amantis potestatem suam, potentioris iustitia cõtempta. Ac per hoc qui peruerse amat cuiuslibet naturę bonum, etiam si adipiscatur, ipse fit in bono malus, & miser meliore priuatus.

L. VIVES

[c]Deficit enim nõ ad mala, sed male.] Hoc est quod Plato dicebat, in actionibus nõ esse uitium, sed in earum ratione ac qualitate.

An sancti angeli quem habent creatorem naturæ, eundem habeant bonæ uoluntatis autorem per spiritum sanctum in eis charitate diffusa. Cap. IX

VM ergo malæ uoluntatis efficiens naturalis, [a]uel, si dici potest, essentialis nulla sit causa: ab ipsa quippe incipit spirituum mutabilium malum, quo minuitur atq; deprauatur natura bonum: nec talem uoluntatem facit nisi defectio, qua deseritur deus: cuius defectionis etiã causa utiq; deficit: si dixerimus nullam esse efficientem causam etiam uoluntatis bonæ, cauendum est ne uoluntas bona bonorum angelorũ non facta, sed deo coæterna esse credatur. Cum enim ipsi facti sint, quomodo illa nõ esse facta dicetur? Porrò quia facta est, utrum cum ipsis facta est, an sine illa fuerunt prius? Sed si cũ ipsis, non dubium quod ab illo facta sit, à quo et ipsi: [b]simulq; ut facti sunt, ei à quo facti sunt, amore cum quo facti sunt, adhæserunt. Eoq; sunt isti ab illorum societate discreti, quod hi in eadem uoluntate bona manserunt, illi ab ea deficiẽdo mutati fũt, mala scilicet uolũtate: hoc ipso quod à bono defecerunt, à quo nõ defeciſſent, si utiq; uoluissent. Si autem boni angeli fuerunt prius sine bona uoluntate, eamq; in seipsis deo non operante fecerũt: ergo meliores à seipsis quàm ab illo facti sunt? Absit. Quid enim erant sine bona uolũtate, nisi mali? Aut si propterea non mali, quia nec mala uoluntas eis inerat: neq; enim ab ea, quam nõdum cœperant habere, defecerant: certe nondum tales, nondum tam boni, quàm esse cum uoluntate bona cœperũt. At si non potuerunt seipsos facere meliores, quàm eos ille fecerat, quo nemo melius quicquã facit: profecto & bonam uoluntatem, qua meliores essent, nisi operante adiutorio creatoris, habere non possent. Et cum id egit eorum uoluntas bona, ut non ad seipsos, qui minus erant, sed ad illum qui summe est, conuerterentur, eiq; adhærentes magis essent, eiusq; participatione sapienter, beateq; uiuerent: quid aliud ostenditur, nisi uoluntatem quamlibet bonam inopẽ fuisse in solo desiderio remansuram: nisi ille, qui bonam naturam ex nihilo sui capacem fecerat, [c]ex seipso faceret implendo meliorem, prius faciẽs excitando auidiorem? Nam & hoc discutiendũ est, si boni angeli ipsi in se fecerunt uoluntatem bonam, utrum aliqua eam, an nulla uoluntate fecerũt. Si nulla, uticq; nec fecerunt. Si aliqua, utrum mala, an bona. Si mala, quomodo esse potuit mala uolũtas bonæ uoluntatis effectrix? Si bona, iam ergo habebãt. Et istam quis fecerat, nisi ille, qui eos cum bona uoluntate, id est cum amore casto, quo illi adhærent, creauit, simul in eis & condens naturã, & largiens gratiã? Vnde sine bona uolũtate, hoc est dei amore, nunquã sanctos angelos fuisse credẽdum est. Isti autem qui cum boni creati essent, tamen mali sunt, mala propria uoluntate: quam bona natura nõ fecit, nisi cum à bono sponte defecit, ut mali causa non sit bonum, sed defectus à bono: [d]aut minorem acceperunt amoris diuini gratiam, quàm illi, qui in eadem perstiterunt: aut si utriq; boni æqualiter creati sunt, istis mala uoluntate cadentibus, illi amplius adiuti, ad eã beatitudinis plenitudinem, unde se nũquam casuros certissimi fierent, peruenerunt: sicut iam etiam in libro, quem sequitur iste, tractauimus. Confitendum est igitur cum debita laude creatoris, non ad solos

los sanctos homines pertinere, uerumetiam de sanctis angelis posse dici: quod charitas dei diffusa sit in eis per spiritum sanctũ, qui datus est eis: nec tantum hominum, sed primitus, præcipueq; angelorum bonum esse, quod scriptum est: Mihi autem adhærere deo, bonũ est. Hoc bonum, quibus commune est, habent & cum illo cui adhærent, & inter se societatem sanctam, & sunt una ciuitas dei, eademq; uiuum sacrificium eius, uiuumq; templum eius. Cuius pars quæ cõiungenda immortalibus angelis ex mortalibus hominibus cõgregatur, & nunc mortaliter peregrinatur in terris: uel in eis, qui morte obierunt, [e]secretis animarum receptaculis, sedibusq; requiescit: eodem deo creante, quemadmodum exorta sit, sicut de angelis dictum est, iam uideo esse dicendum. Ex uno quippe homine, quem primum deus condidit, genus humanum sumpsit exordium, secundum sanctæ scripturæ fidem, quæ mirabilem autoritatem non immerito habet in orbe terrarum: atq; in omnibus gentibus, quas sibi esse creditúras inter cætera quæ dixit, uera diuinitate prædixit.

L. VIVES

[a]Vel si dici potest essentialis.] Quasi ens & essentiam habẽs. [b]Simulq; ut facti sunt, ei à quo facti sunt, amore cũ quo facti sunt, adhæserũt.] Aperte fatetur, angelos omnes creatos esse in gratia gratũ faciente, quod idẽ ait libro De correptione & gratia. Antequam caderent, inquit, gratiam habuerunt. Consentit & Hieronymus super Oſee, qui dæmonas scribit in magna pinguedine spiritus sancti creatos esse. Aliter sentire idem Augustinus uidetur de Geneſi ad literam, quum angelicam naturã primo informem creatã dicit. Secuit se familia theologorum in duas, ceu factiones, & alii assensi Petro Lombardo dist. v. libri secundi, & Alexandro Halen. & Bonauenturæ, in gratia creatos angelos negant. D. Thomas cõtrarias partes ducit. Ego nec inter tantos, nec de tanta re, quid pronunciẽ, habeo: Augustinus certe plurib. in locis, uerbisq; disertioribus, in gratia cõditos uidetur affirmare, cui dictũ illud Ezechielis creditur suffragari: Plenus sapientia, ad dæmonẽ loquitur, & perfectus decore in deliciis paradisi dei fuisti.

[c]Ex seipso faceret implendo meliorem.] Ostendit copiosius illis refusam gratiam, quum se deo parituros professi sunt, quod non uideo dubitari. Et fuit tanta illa gratia, ut firmos, certosq; de tanta felicitate redderet.

[d] [illegible]

[e]Secretis animarum receptaculis.] Non dubitat de earũ gloria etiam ante iudiciũ, sed de loco gloriæ. nam ubiq; possunt beatæ esse, quum ubiq; sit deus, cuius fruitione fiunt beatæ.

De falsitate eius historiæ, quæ multa milia annorum præteritis temporibus adscribat. Cap. X

MITTAMVS igitur coniecturas hominum nescientiũ quid loquantur de natura uel institutione generis humani. Alij nanq; sicut de ipso mundo crediderunt, semper fuisse homines opinantur. Vnde & Apuleius, cũ hoc animãtiũ genus describeret: [a]Sigillatim, inquit, mortales, cunctim tamẽ uniuerso genere perpetui. [b]Et cum illis dictum fuerit, si semper humanum genus fuit, quonam modo uerum eorum loquatur historia, narrans qui fuerint, quarũq; rerum inuentores, qui primi liberalium disciplinarum aliarumq; artium institutores, uel à quibus primum illa uel illa regio parsq; terrarum illa atq; illa insula incoli cœperit: Respondent diluuijs & conflagrationibus per certa interualla temporum: non quidem omnia, sed plurima terrarum ita uastari, ut redigantur homines ad exiguam paucitatem: ex quorum progenie rursus multitudo pristina reparetur: ac sic identidẽ reparari & institui quasi prima, quum restituãtur potius quæ fuerãt illis nimijs uastationibus interrupta & extincta, cæterum hominem nisi ex homine existere omnino non posse. Dicunt autem quod putant, non quod sciunt. Fallũt etiam eos quædam mendacissimæ literæ, quas perhibent in historia temporum multa annorum milia continere: cum ex literis sacris ab institutione hominis [c]nondum completa annorũ sex milia computemus. Vnde ne multa disputem quemadmodum illarum literarum, in quibus longe plura annorum milia referuntur, uanitas refellatur: & nulla in illis rei huius idonea reperiatur autoritas, [d]illa epistola Alexãdri Magni ad Olympiadem matrem suam, quam scripsit narrationem cuiusdam Aegyptij sacerdotis insinuãs, quam protulit ex literis quæ sacræ apud illos haberentur: continet etiã regna, quæ Græca quoq; nouit historia. [e]In quibus regnũ Assyriorũ in eadẽ epistola Alexãdri quinq; milia excedit annorũ. In Græca uero historia, mille fermè & trecentos habet ab ipsius Beli principatu: quem regem & ille Aegyptius in eiusdem regni ponit exordio. Persarum autem & Macedonum imperium, usq; ad ipsum Alexãdrum cui loquebatur, plusq; octo milium annorũ ille constituit, cum apud Græcos Macedonũ usq;

ad mortem Alexandri quadringẽti octoginta quinq; reperiantur anni: Persarum uero donec ipsius Alexandri uictoria finiretur, ducenti & trigintatres computentur. Longe itaque hi numeri annorum illis Aegyptijs sunt minores, nec eis etiam si ter tantum cõputarentur, æquarentur. [f] Perhibentur enim Aegyptij quõdam tam breues annos habuisse, ut quaternis mensibus finirentur. Vnde annus plenior & uerior, qualis nunc & nobis & illis est, tres eorum annos cõplectebatur antiquos. Sed ne sic quidẽ, ut dixi, Græca Aegyptiæ numero temporum concordat historia. Et ideo Græcæ potius fides habenda est: quia ueritatem non excedit annorum, qui literis nostris, quæ uere sacræ sunt, continentur. Porrò si hæc epistola Alexandri quæ maxime innotuit, multum abhorret in spatijs temporum à probabili fide rerum: quanto minus credendum est illis literis, quas plenas fabulosis uelut antiquitatibus proferre uoluerũt contra autoritatem notissimorum diuinorumq; librorum, quæ totum orbem sibi crediturũ esse prædixit, & cui totus orbis, sicut ab ea prædictũ est, credidit: quæ uera se narrasse præterita, ex his quæ futura prænunciauit, cum tanta ueritate implentur, ostendit.

L. VIVES

a SIgillatim, inquit, mortales, cuncti tamen uniuerso genere.] Legendum, cunctim. Et sic apud eum libello de Socratis deo: aduerbium est à cunctus, sicut à singuli sigillatim: multitudinem totam simul capit: ut in ij. florid. non singulatim, ac discretum, sed cunctim & concertatim. b Et quum illis dictum fuerit, si semper humanum genus fuit.] Argumentum hoc multis uerbis persequitur Macrobius in somnium Scipionis: quod eo modo, quo Aug. recenset, depellere se putat: atq; huic responsioni originem dedisse uidetur Plato, qui in Timæi initio collocutionem Solonis & Aegyptij sacerdotis referre faciens Critiam, ait, ea quæ multis annis antea fuerunt, ignorari ab hominibus, quòd in nouas regiones transeant, prioribus qui illas incolebant, incendijs, aut illuuionibus partim pulsis, partim absumptis: quas humani generis pernicies, certis euenire temporibus necesse est. Quam responsionem confutare, non est difficile. Nam cum uniuersalis terrarum, uel conflagratio, uel aquarum demersio, contingere non queat, ut Aristoteles in libris Meteororum docet, profecto reliquiæ nominis uetustissimorum hominum unius gentis saltem apud aliam seruatæ essent incolumes: atque in hũc modum ad nos perductæ: quod Aristoteles, ut est in præcipiendo uafer, semper sui memor, sibiq; constans, libro primæ philosophiæ duodecimo, reliquias antiquissimæ illius philosophiæ manere adhuc dicit. Cur igitur nulla est memoria rerũ, tribus ante memoriam tuam annorum milibus? c Nondum cõpleta annorũ sex milia.] Eusebius quẽ in digestione temporum Augustinus sequitur, à condito mundo, ad Romam à Gothis captam, quinquies mille sexcentos undecim annos computat, idq; ex supputatione Septuaginta interpretũ. Nam ex Hebræa Beda usq; ad principatum Honorij & Theodosii iunioris, quo tempore urbem ceperunt Gothi, quater mille trecẽtos septuaginta septem annos ponit. De hac annorum discrepantia loquar in sequentibus libris. d Illa epistola Alexandri magni.] Libro octauo meminimus. e In quibus regnum Assyriorum.] De his regnis libro decimo octauo commodius. in numerandis tamen annis mira apud ueteres libertas, & liberalitas. Plinius libro xi. ex Eudoxo, Zoroastrem tradit sex milibus annorum ante Platonis mortem fuisse: cui Aristoteles est assensus. Hermippus quinq; milibus annorum ante bellum Troianum tradit Zoroastrẽ fuisse. Chaldæos scribit Cicero primo De diuin. cccclxx. M. ann. ut ipsi dicunt, monumentis comprehensa continere. Idem ferè Diodorus libro tertio refert, Chaldæos, ex quo astra obseruant, usq; ad Alexandrum quadringenta tria annorũ milia chronicis numerare. f Perhibentur enim Aegyptij quondam.] Et hi non pauca de annis suis sunt mentiti. Plato ex narratione Aegyptij sacerdotis res gestas Sais Aegyptijs octo milia annorum literis esse mandatas, inquit: Atticas uero, Athenas mille annis ante Aegyptias illas Saias esse conditas. Diogenes Laertius Nili Aegyptij filium Vulcanum fuisse scribit, ab eo ad Alexandrũ Macedonem intercessisse annorum quadraginta octo milia, octingentos sexaginta tres. Quo toto tempore solis defectus contigerunt trecenti & septuaginta tres, Lunæ uero, octingenti triginta duo. Mela modestius est mentitus. Sic enim ait de Aegyptijs: Ipsi uetustissimi, ut prædicant, hominũ, trecentos triginta reges ante Amasim, & supra tredecim milia annorũ ætates, certis annalibus referunt. Sed hoc quod sequitur deerat mẽdacio: man datumq; literis seruant, dum Aegyptij sunt, quater cursus suos uertisse sydera, ac solem bis iam occidisse, unde nũc oritur. Diodorus quoq; libro primo, inter Osirim & Isim Alexãdrumq; Macedonem, qui ibi Alexandriã condidit, ab alijs annorũ decem milia, ab alijs tria & uiginti milia numerari scribit, nonnullosq; fabulari, deos primũ & heroas, in Aegypto paulo minus decẽ & octo milia regnasse annos, deorumq; postremũ Orũ Isidis regno potitum: homines uero paulo minus annorũ quindena milia usq; ad centesimã octuagesimam Olympiadem, quo tempore in Aegypto regnauit primus Ptolemæus. Sed uanitas & iactãtia Aegypti fuit incredibilis. Cumq; studeant se primos mortalium omnium uideri, annos innumeros comminiscũtur. Quæ causa fuit multis, in originibus mundi, & falli, & fallere scriptis suis alios. Nam Cicero innumerabilia secula tribuit Aegypto, sequutus Platonem. Eandem famam sequutus est Arist. vii. De rep. f Perhibẽtur enim Aegyptij quondam.] Plinius libro septimo annum menstruum, Aegyptiis fuisse ait, scribens: Annum alii unum æstate determinabant, & alterum hyeme: alii quadripertitis temporibus, sicut Arcades, quorum anni trimestres fuere: quidam lunæ senio, ut Aegyptii. Itaq; apud eos aliqui & singula milia annorum uixisse produntur. Hæc ille. Censorinus in die natali, in Aegypto quidem, antiquissimum, inquit, ferunt annum bimestrem fuisse. Post deinde à Pisone rege quadrimestrem factũ, nouissimo ad tredecim menses, & dies quinq; produxisse. Diodorus narrat, quum traditum à ueteribus esset, regnasse priscos illos reges, deosq;, mille & ducẽtis annis singulos, fidemq; summa nõ admitteret, pro certo habitum esse à plerisq;, cursus lunares solaribus nondum plene inuentis, annos confecisse. Ita mirabiles non erunt ueteres fabulæ, alios quatuor anni temporibus, quatuor annos definisse, sicut à nonnullis est Græcis factitatum. Idem author, Chaldæos annos mẽstruos olim fuisse perhibet. Sed ut ego coniecturam quoque meam de tanto annorum apud gentes illas numero non celem, existimo hominesA

B

C

D

mines motibus cœlorũ, syderumq; deditissimos uniuscuiusq; erronis astri conuersionem pro anno cõputasse, ita, ut in triginta annis solaribus sit unus Saturni, quinque Iouis, sex Martis, plures triginta Mercurii & Veneris, Lunares ferè quadringenti. Ita sunt plus minus quingentis.

De his qui hunc quidem mundum non sempiternum putant, sed aut innumerabiles, aut eundem unum certa conclusione seculorũ semper nasci & resolui opinantur. Cap. XI

LII uero, qui mundũ istum nõ existimãt sempiternum: [a]siue nõ eum solum, sed innumerabiles opinãtur: [b]siue solum quidem esse, sed certis seculorũ interuallis innumerabiliter oriri & occidere, necesse est fateantur hominum genus prius sine hominibus gignentibus extitisse. [c]Neq; enim ut alluuiõibus incendijsq; terrarum, quas illi non putant toto prorsus orbe contingere: & ideo paucos homines ex quibus reparetur multitudo pristina, semper remanere contendunt: ita & hi possunt putare, quod aliqui hominum pereunte mundo relinquãtur in mundo, sed sicut ipsum mundum ex materia sua renasci existimant, ita in illo ex elementis eius genus humanum, ac deinde à parentibus progeniem pullulare mortalium sicut aliorum animalium.

L. VIVES

a SIue non eum solum.] Dixi hoc esse opinionis Democriti & Epicuri. b Siue solum quidem.] Vt Heraclitus, Hippasus, & Stoici, qui conflagratione periturum arbitrantur mundum: qui quum defla grarit, denuo condetur. c Neq; enim ut alluuionibus.] Plato & Aristoteles negant uniuersale, siue incendium, siue diluuium contingere unquã posse. Stoici uero euenturum putabant, sicut inquit Cicero, ut ad extremum omnis mundus ignesceret, quum humore consumpto neq; terra ali posset, neq; remeare aer: cuius ortus, aqua omnis exhausta esse non posset. Itaq; Plato & Aristoteles aliquos semper homines in perpetuitatem mũdi relinquebant ad semen: alij cuncta absumebãt, ut noua procrearentur.

Quid respondendum sit his qui priorem conditionem hominis tardam esse causantur. Cap. XII

QVOD autem respondimus, cum de mundi origine quæstio uerteretur, eis qui uolunt credere non eũ semper fuisse, sed esse cœpisse: sicut etiã Plato apertissime confitetur: quamuis à nõnullis contra quàm loquitur, sensisse creA

datur: hoc etiã de prima hominis cõditione respondeam, propter eos qui similiter mouẽtur, cur homo per innumerabilia atq; infinita retrotẽpora creatus non sit, tamq; sero sit conditus, ut minus cẽ sex milia sint annorum, ex quo esse cœpisse in sacris literis inuenitur. Si enim breuitas offendit temporis, quod tam pauci eis uidentur anni ex quo institutus homo in nostris autoritatibus legitur: [a]considerent nihil esse diuturnum, in quo est aliquid extremum, & omnia seculorum spatia definita, si æternitati interminæ cõparentur, non exigua existimãda esse, sed nulla. Ac per hoc, si non quinq; uel sex, uerum etiam sexaginta milia, uel sexcenta, aut sexagesies, aut sexcenties milies dicerentur annorum: aut itidem per totidem totiens multiplicaretur hæc summa, ubi iam nullum numeri nomen haberemus, ex quo deus hominem fecit: similiter quæri posset, cur ante non fecerit. Dei quippe ab hominis creatione cessatio retrorsus æterna, sine initio tanta est, ut si ei cõferatur quãlibet magna & ineffabilis numerositas temporum, quæ tamen fine concluſa certis spatijs terminetur: nec saltem tanta uideri debeat, quanta si humoris breuissimam guttam uniuerso mari, etiam quantum Oceanus circumfluit, comparemus: quoniam istorum duorum unum quidem perexiguũ est: alterum incomparabiliter magnum, [b]sed utrunq; finitum. Illud uero temporis spatiũ quod ab initio aliquo progreditur, & aliquo termino coercetur, magnitudine quantacunq; tendatur, cõparatũ illi quod initiũ non habet, nescio utrũ pro minimo, an potius pro nullo deputandũ est. Huic enim si à fine uel breuissima sigillatim momẽta detrahantur, decrescente numero, licet tam ingenti, ut uocabulum non inueniat retrorsum redeundo: tanquam si hominis dies ab illo in quo nunc uiuit usque ad illum in quo natus est detrahas: quandoq; ad initium illa detractio perducetur. Si autẽ detrahantur retrorsus in spatio, quod à nullo cœpit exordio: non dico sigillatim minuta momenta uel horarum, aut dierum, aut mensium, aut annorum etiam quantitates: sed tam magna spatia, quanta illa summa cõprehendit annorum, quæ iam dici à quibuslibet cõputatoribus non potest, quæ tamen momentorum minutatim detractione cõsumitur: & detrahantur hæc tanta spatia, non semel atq; iterũ sæpiusq;, sed semper, quid fit, quid agitur, quando nunquam ad initium

initium,quod omnino nullum eſt, peruenitur? A
Quapropter quod nos modo quærimus poſt quinq; milia, & quod amplius excurrit annorum,poſſent & poſteri etiam poſt annorũ ſexcenties milies eadem curioſitate requirere, ſi in tantum hæc mortalitas hominum exoriendo, & occumbendo, & imperita perſeueraret infirmitas. Potuerunt & qui fuerunt ante nos, ipſis recẽtibus hominis creati temporibus,iſtam mouere quæſtionem. Ipſe denicp primus homo, uel poſtridie,uel eodẽ die poſtea quàm factus eſt, potuit inquirere, cur non ante ſit factus. Et quandocunc; antea factus eſſet, nõ uires tũc B
alias,& alias nũc,uel etiã poſtea,iſta de initio rerum temporalium controuerſia reperiret.

L. VIVES

a Conſiderent nihil eſſe diuturnum.] Dictum Ciceronis in Catone Maiore. Quando enim extremum aduenit,inquit,tum illud quod præteriit effluxit. q Sed utrunc; finitum.] Ideo inter ea eſt aliqua proportio, cũ inter finitũ,& infinitum,nulla ſit.

De reuolutione ſeculorum,quibus certo fine cõcluſis,uniuerſa ſemper in eũdem ordinẽ eandemc; ſpeciem reditura quidam philoſophi crediderunt.

Caput XIII C

ANC autẽ ſe philoſophi mundi huius non aliter putauerunt poſſe uel
H debere diſſoluere,niſi ut[c] circumitus temporum inducerent, quibus eadem ſemper fuiſſe renouata, atc; repetita in rerũ natura: atc; ita deinceps fore ſine ceſſatione aſſeuerarẽt[b] uolumina uenientiũ, prætereuntiũc; ſeculorũ:ſiue in mundo permanente iſti circumitus fierẽt:ſiue certis interuallis oriens & occidens mundus eadẽ ſemper quaſi noua,ea quæ trãſacta & quæ uẽtura ſunt exhiberet. A quo ludibrio prorſus immortalem animam,etiam cum ſapientiã perceperit, liberare D
non poſſunt,euntẽ ſine ceſſatiõe ad falſam beatitudinem,et ad ueram miſeriam ſine ceſſatione redeuntẽ. Quomodo enim uera beatitudo eſt, de cuius nunquã æternitate cõfiditur, dum anima uẽturam miſeriam,aut imperitiſsime in ueritate neſcit,aut infeliciſsime in beatitudine pertimeſcit? At ſi ad miſerias nunquam ulterius reditura,ex his ad beatitudinẽ pergit:fit ergo aliquid noui in tempore,quod finem non habet temporis. Cur non ergo & mundus? Cur non & homo factus in mũdo? ut illi, neſcio qui, falſi circumitus à falſis ſapiẽtibus fallacibusc; comperti,in doctrina ſana tramite recti itineris euitentur.[c] Nã quidã & illud quod legitur in libro Salomonis,qui uocatur Eccleſiaſtes: Quid eſt, quod fuit? Ipſum quod erit. Et quid eſt,quod factũ eſt? Ipſum quod fiet,[d] & nõ eſt omne recẽs ſub ſole,nec quiſquam loquitur,et dicit:ecce hoc nouũ eſt,iam fuit in ſeculis quę fuerũt ante nos. propter hos circumitus in eadẽ redeuntes,& in eadem cuncta reuocantes,dictũ intelligi uolũt, quod ille,aut de his rebus dixit,de quibus ſuperius loquebatur:hoc eſt,de generatiõibus aliis euntibus,aliis ueniẽtibus:de ſolis anfractibus, de torrentium lapſibus:aut certe de omniũ rerum generibus,quæ oriuntur, atc; occidũt. Fuerunt enim homines ante nos, ſunt & nobiſcũ, & erunt poſt nos:ita quoque animantia, uel arbuſta. Monſtra quoc; ipſa, quæ inuſitata naſcuntur, quamuis inter ſe diuerſa ſint, & quædam eorum ſemel facta narrentur, tamen ſecundum id quod generaliter miracula & monſtra ſunt,& utique fuerunt, & erunt: nec recens & nouum eſt, ut monſtrum ſub ſole naſcatur. Quamuis hæc uerba quidam ſic intellexerint, tanquam in prædeſtinatione dei iam facta fuiſſe omnia, ſapiens ille uoluiſſet intelligi, & ideo nihil recens eſſe ſub ſole. Abſit autem à recta fide,ut his Salomonis uerbis illos circumitus ſignificatos eſſe credamus,quibus illi putant, ſic eadem temporum, temporaliumc; rerum uolumina repeti:ut,uerbi gratia,ſicut in iſto ſeculo Plato philoſophus in urbe Athenięſi,in eaſchola quæ Academia dicta eſt, diſcipulos docuit, ita per innumerabilia retro ſecula,multum prolixis quidem interuallis,ſed tamẽ certis,& idem Plato,& eadem ciuitas,eademc; ſchola, ijdẽc; diſcipuli repetiti, & per innumerabilia deinde ſecula repetendi ſint. Abſit,inquam,ut nos iſta credamus. Semel enim Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris:reſurgens autem à mortuis iam non moritur,& mors ei ultra non dominabitur,& nos poſt reſurrectionem ſemper cũ domino erimus,cui modo dicimus,quod ſacer admonet Pſalmus: Tu domine ſeruabis nos, & cuſtodies nos à generatione hac in æternum. Satis autem iſtis exiſtimo conuenire quod ſequitur: In circumitu impĳ ambulant,non quia per circulos quos opinantur eorum uita eſt recurſura,ſed quia modo talis eſt erroris eorum uia,id eſt falſa doctrina.

L. VIVES

Circumitus rerum a

CIrcumitus temporũ inducerẽt.] Platonici hæc, qui redeuntibus eiſdem cauſis,eoſdem quoque redituros effectus arbitrantur: cõfectisc; curſibus omnibus ſyderum cœlorumc;, quum ad idem ex quo diſceſſerant punctũ,fuerint reuerſi,annus ille uertens expletus erit,rurſusc; eadem producẽtur. b Volumina uenientium.] Aptiſsime uolumina dixit,ceu in uoluerent modo ſeſe,modo euoluerẽt ſecula. c Nam quidam & illud, quod legitur.] Origenes lib. ĳ. περὶ ἀρχῶν, utar interpretatione Hieronymi, quem in citandis opinionibus ex eiſdem libris περὶ ἀρχῶν ſequar potius,in epiſtola ad Auitum,quàm Ruffinum interpretem, nec ſine magna cauſa. Nobis autẽ, inquit, placet & ante hũc alium fuiſſe mũdum,& poſt iſtum alium futurum. Vis diſcere quod poſt corruptionem huius mundi, alius ſit futurus? Audi Eſaiam loquentem: Erit cœlum nouũ, & terra noua, quæ ego facio permanere in cõſpectu meo B
Vis noſſe quod ante fabricam huius mundi,aliĳ mundi in præterito fuerint? auſculta Eccleſiaſtẽ: quid eſt, quod fuit? ipſum quod erit. & quid eſt, quod factũ eſt? ipſum quod futurum eſt: & non eſt omne nouũ ſub ſole, quod loquatur,& dicat,ecce hoc nouum eſt. Iam enim fuit in ſeculis priſtinis, quæ fuerunt ante nos. Hæc ille. Dubitat tamen an iſti mundi futuri ſint inter ſe per omnia ſimiles,an aliqua erit inter eos differentia. d Et nõ eſt omne recẽs ſub ſole.] Hieronymus ſuper eo loco: Et non eſt omne recẽs ſub ſole. Eſt ne uerbum de quo dicatur, uide hoc nouum eſt? iam fuit in ſeculis quæ fuerũt ante nos. Aptius hoc Symmachus tranſtulit, putásne quis poſsit dicere, uide hoc nouum eſt? at iam factum eſt in ſeculo, quod fuit ante nos: qui rem ad præſcientiam dei refert,ut omnia iam antea fuerint in mente & notitia rectoris mundi, tametſi paulo antea, ut hic Auguſtinus, de generalitate rerum cẽſet intelligi,& tangit hãc quoq; Hieronymi expoſitionem. C

De temporali conditione generis humani, quam deus nec nouo conſilio conſtituerit, nec mutabili uoluntate.

Caput XIIII

VID autem mirũ eſt ſi in his circumitibus errãtes, nec aditũ, nec exitũ
Q inueniũt, quia genus humanũ atc; iſta noſtra mortalitas, nec quo inítio cœpta ſit ſciũt, nec quo fine claudatur:quandoquidẽ altitudinem dei penetrare non poſſunt:quia cũ ipſe ſit æternus & ſine inítio,ab aliquo tamen initio exorſus eſt tẽpora,& hominẽ quem nunquã ante fecerat,fecit in tempore,non tamen nouo & repentino,ſed immutabili eternoc; conſilio. Quis hanc[a] altitudinem inueſtigabilẽ inueſtigare,& inſcrutabilẽ perſcrutari,ſecundũ quam deus hominem temporalem,ante quem nemo unquam hominum fuit,non mutabili uoluntate in tempore condidit,& genus humanum ex uno multiplicauit? Quandoquidem Pſalmus ipſe cum præmiſiſſet,atc; dixiſſet: Tu domine ſeruabis nos,& cuſtodies nos à generatione hac in æternũ: ac deinde repercuſsiſſet eos in quorũ ſtulta impiac; doctrina nulla liberationis & beatitudinis animæ ſeruatur æternitas,cõtinuo ſubjiciens: In circumitu,inquit,impĳ ambulant. Tanquam ei diceretur: Quid ergo tu credis, ſentis, intelligis? Nunquid nam exiſtimandum eſt ſubito deo placuiſſe hominẽ facere,quem nunquam antea infinita retro æternitate feciſſet,cui nihil noui accidere poteſt,in quo mutabile aliquid nõ eſt? Et ne nos hæc audientes aliqua forte turbaret ambiguitas,cõtinuo reſpondit ad ipſum deum loquens: Secundum altitudinem tuam multiplicaſti filios hominũ. Sentiant, inquit, homines quod putant,& quod eis placet opinẽtur,& diſputent: ſecundũ altitudinẽ tuam quam nullus poteſt noſſe hominum, multiplicaſti filios hominum. Valde quippe altum eſt,& ſemper deum fuiſſe,& hominẽ,quem nunquam ante feceret,ex aliquo tempore primum facere uoluiſſe,nec conſilium uoluntatemc; mutaſſe.

L. VIVES

a Altitudinem inueſtigabilem inueſtigare.] Inueſtigabilem pro contrario poſuit, hoc eſt, minime ueſtigabilem,id eſt non ueſtigabilem dixit. Sicut indolere & inuocare,utrũc; eſt,ſiue dolere & non dolere,uocare, & non uocare.

An ut deus ſemper etiam dominus fuiſſe ſemper intelligatur, credendum ſit creaturam quoc; nunquam defuiſſe cui dominaretur: & quomodo dicatur ſemper creatum quod dici nõ poteſt coæternum. Cap. XV

GO quidem ſicut dominum deum,
[a] aliquando dominum non fuiſſe di
E cere nõ audeo,ita hominem nunc; antea fuiſſe,& ex quodã tẽpore primum hominẽ creatũ eſſe, dubitare
D nõ debeo. Sed cũ cogito,cuius rei dominus ſemper fuerit,ſi ſemper creatura non fuit, affirmare aliquid pertimeſco: quia & meipſum intueor,& ſcriptum eſſe recolo: Quis hominũ poteſt ſcire conſilium dei? aut quis poterit cogitare,quid uelit dominus? Cogitationes enim mortaliũ timidæ,& incertæ adinuentiones noſtræ. Corruptibile enim corpus aggrauat animã, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Ex his igitur,quæ in hac terrena inhabitatione multa cogito,ideo utic; multa, quia unũ quod ex illis uel præter illa,quod forte nõ cogito, uerum eſt,inuenire nõ poſſum. Si dixero, ſemper

fuisse creaturam,cuius dominus esset,qui domi A
nus semper est,nec dominus unquam nõ fuit:
sed nunc illam,nunc aliam per alia atq; alia tem
porum spatia,ne aliquam creatori coæternam
esse dicamus,quod fides,ratioq; sana condem/
nat:cauendum est,ne sit absurdum,& à luce ue/
ritatis alienũ,mortalem quidem per uices tem/
porum semper fuisse creaturam decedentem a/
liam,aliam succedentem:immortalem uero nõ
esse cœpisse,nisi cum ad nostrum seculum uen/
tum est,quãdo & angeli creati sunt,si eos recte
lux illa primum facta significat,aut illud potius
cœlum de quo dictum est:In principio fecit de/ B
us cœlum & terram:cum tamen non fuerint,an
tequam fierent,ne immorrales si semper fuisse
dicantur,deo coæterni esse credantur.Si autem
dixero,nõ in tempore creatos esse angelos, sed
ante omnia tempora & ipsos fuisse,quorũ deus
dominus esset,qui nunquam,nisi dominus fuit:
quæritur à me etiam,si ante omnia tempora fa/
cti sunt:utrum semper potuerint esse, qui facti
sunt? His respondendum forte uideatur, quo/
modo non semper,cũ illud quod est omni tem/
pore non inconuenienter semper esse dicatur.
Vsq; adeo autem isti omni tempore fuerunt,ut
etiam ante omnia tempora facti sint,si tamen à C
cœlo cœpta sunt tempora,& illi iam erant ante
cœlum. Atsi tempus, non à cœlo, uerum ante
cœlum fuit,non quidem in horis, & diebus, &
mensibus,& annis:nam istæ dimensiones tem/
poralium spatiorum quæ usitate ac proprie di/
cuntur tempora,manifestum est quòd à motu
syderum cœperint:unde & deus cum hæc insti
tueret,dixit:Et sint in signa & in tempora, & in
dies,et in annos:sed in aliquo mutabili motu,cu
ius aliud anterius pręterierit,aliud posterius suc
cesserit,eo quod simul esse nòn possunt.Si ergo
ante cœlũ in angelicis motibus tale aliquid fuit,
& ideo tẽpus iam fuit, atq; angeli, ex quo facti D
sunt temporaliter mouebantur, etiam sic omni
tempore fuerunt, quandoquidem cum illis fa/
cta sunt tempora. Quis autem dicat,non sem/
per fuit, quod omni tempore fuit? Sed si hoc
respondero,dicetur mihi:Quomodo ergo non
sunt coæterni creatori,si semper ille, semper illi
fuerunt? Quomodo etiam creati dicendi sunt,
si semper fuisse intelliguntur? Ad hoc quid res/
pondebitur? An dicendum est, & semper illos
fuisse,quoniã omni tempore fuerũt,qui cũ tem/
pore facti sunt, aut cum quibus facta sunt tem

pora,& tamẽ creatos? Neque enim & ipsa tem/
pora creata esse negamus, quamuis omni tem/
pore tempus fuisse nemo ambigat. Nam si non
omni tempore fuit tempus, erat ergo tempus,
quando nullum erat tempus. Quis hoc stultis/
simus dixerit? Possumus enim recte dicere:erat
tempus,quando non erat Roma,erat tempus,
quando nõ erat Hierusalem:erat tempus quan
do nõ erat Abraham:erat tempus,quando nõ
erat homo, & si quid huiusmodi. Postremo si
non cum initio temporis,sed post aliquod tem/
pus factus est mundus, possumus dicere: erat
tempus,quando non erat mundus. At uero e/
rat tempus,quando nullũ erat tempus: tam in/
cõuenienter dicimus,ac si quisquã dicat:erat ho/
mo quãdo nullus erat homo,aut erat iste mun/
dus,quando non erat iste mundus.[b]Si enim de
alio atque alio intelligatur, potest dici aliquo
modo:hoc est, erat alius homo quando non e/
rat iste homo. Sic ergo erat aliud tempus quan
do non erat hoc tempus, recte possumus dice/
re. At uero erat tẽpus quando nullum erat tem
pus,quis uel insipientissimus dixerit? Sicut er/
go dicimus creatum tempus,cum ideo semper
fuisse dicatur,quia omni tempore tempus fuit:
ita non est consequens,ut si semper fuerunt an/
geli,ideo non sint creati, ut propterea semper
fuisse dicantur, quia omni tempore fuerunt: &
propterea omni tempore fuerunt, quia nullo
modo sine his ipsa tempora esse potuerũt. Vbi
enim nulla creatura est[c]cuius mutabilibus moti
bus tẽpora peragãtur,tẽpora omnino esse non
possunt. Ac per hoc & si semper fuerunt, creati
sunt:nec si semper fuerunt,ideo creatori coæter
ni sunt.[d]Ille enim semper fuit æternitate immu/
tabili,isti autẽ facti sunt.Sed ideo semper fuisse
dicuntur, quia omni tempore fuerunt,sine qui/
bus tempora nullo modo esse potuerunt. Tem/
pus autem quoniam mutabilitate transcurrit,
æternitati immutabili non potest esse coæter/
num. Ac per hoc etiam si immortalitas angelo/
rum non transit in tempore, nec præterita est
quasi iam non sit, nec futura quasi nondum sit,
tamen eorum motus quibus tempora peragũ/
tur, ex futuro in præteritum transeunt: & ideo
creatori in cuius motu dicendũ non est uel fuis/
se quod iam non sit,uel futurum esse,quod non
dum sit, coæterni esse non possunt. Quapro/
pter si deus semper dominus fuit,[e]semper ha/
buit creaturam suo dominatui seruientem,uerũ
tamen

tamen non de ipso genitam,sed ab ipso de nihi A
lo factam,nec ei coæternam. Erat quippe ante
illam,quamuis nullo tempore sine illa,nõ eam
spatio transcurrente, sed manente perpetuita/
te præcedens. Sed hoc si respondero eis qui re/
quirũt:quomodo creator semper fuit dominus,
si creatura seruiens non semper fuit:aut quomo
do creatura creata est,& non potius creatori co/
æterna est si semper fuit:uereor ne facilius iudi/
cer affirmare quod nescio, quàm docere quod
scio. Redeo igitur ad id quod creator noster sci/
re nos uoluit: illa uero quæ uel sapientioribus
in hac uita scire permisit, uel omnino perfectis
in alia uita scienda seruauit,ultra uires meas esse B
profiteor. Sed ideo putaui sine affirmatione tra
ctanda,ut qui hæc legũt uideant à quibus quę/
stionum periculis debeant temperare,nec ad o/
mnia se idoneos arbitrentur,potiusq; intelligãt
quàm sit Apostolo obtemperandum præcipi/
enti salubriter,ubi ait: Dico autem per gratiam
quæ data est mihi omnibus qui sunt in uobis,
non plus sapere quàm oportet sapere,sed sape
re ad temperantiam,sicut unicuique deus parti/
tus est[f]mẽsuram fidei.[g]Si enim pro uiribus suis
alatur infans, fiet ut crescendo plus capiat,si au/
tem uires suæ capacitatis excedat, deficiet ante C
quàm crescat.

L. VIVES

a Aliquando dominum non fuisse dicere non au/
deo.] Nam seruos non habuit, quorum relatio
ne dominus dicitur. Est enim ex numero eorũ,
quæ sunt πρός τι,ut Aristoteles inquit,nam filij & spiritus
sancti dominum uocare non conuenit. b Si enim de
alio atq; alio intelligatur.] Si Augustinus legisset par/
ua logicalia,non id diceret,certæ enim sunt suppositio/
nes & distributiones,quas illi doctissimi magistri in ea
lingua finxerunt,cuius erant ignarissimi. Satis ostendit
hic Augustinus sermonem ad captum esse populi attẽ/
perandum. quid ni? quum dominus sit populus sermo
nis. c Cuius mutabilibus motibus.] Quod aliquid
præterijt,aliud sequetur uel in actionibus,uel in essen/
tia. d Ille enim semper fuit æternitate.] Eius dura/ D
tio,in qua semper proprie esse dicitur:sed nos abuten/
tes nominibus,& fuisse & fore dicimus. æternitas illa est
quæ ut infinita capi à finitis nostris cogitationibus ne/
quit. e Semper habuit creaturam.] Cauillatur hic
Augustinus,mea sententia. nam cum semper sic expli/
cetur omni tempore, ipse omni tempore fuisse creatu/
ram ait,quia cũ tempore & illa sit facta. Porrò quæstio
est,an etiam ante conditum mundum fuerit dominus.
At paulo post quanto uerius theologatur,cum mauult
uerecunde dicere,quàm imprudẽter de tantis rebus af
firmare,quæ nos scire rerum parẽs noluit. Atq; utinam
quæ nos ille docuit boni consuleremus, ac eis contenti
non curaremus scrutari maiestatem,ne opprimeremur
à gloria:ea recoleremus subinde,in eis noscẽdis nos ex/
erceremus,adorantes quæ accepimus, non ingerentes
nos arcanis temere ac odiose. f Mensura fidei.] A/ A
libi,mensuram fidei:& sic uulgo legimus ad Rom.xij.
Græce est ὡς ὁ θεὸς ἐμέρισεν μέτρον πίστεως · ut deus distribuit
mensuram fidei. sed accusatiui græci sæpe pro nostris ab
latiuis seu potius pro septimo casu ponuntur: ut fortas/
se Paulus uelit intelligi distributionem illam sapientiæ
uniuscuiusq; factam à deo ex fidei cuiusque mensura.
g Si enim pro uiribus suis alatur infans.] Simili/
tudo apud Quintilianum aptissima libro primo instit.
quæ aptari huic quoque rei potest. Vascula, inquit,
oris angusti superfusam humoris copiã respuũt, sensim
autem influentibus uel etiam instillantibus cõplentur.

Quomodo intelligendum sit promis/sa homini à deo uita æterna ante tem pora æterna. Caput XVI

Qvae secula pręterierint ante quàm B
genus institueretur humanum, me
fateor ignorare,non tamen dubito
nihil omnino creaturæ creatori esse
coæternum. Dicit etiam Apostolus
tempora æterna,nec ea futura,sed quod magis
est mirandum præterita. Sic enim ait: In spem
uitæ æternæ,quam promisit non mendax deus
[a]ante tempora æterna:manifestauit autem tem
poribus suis uerbum suũ. Ecce dicit retro quod
fuerint tempora æterna, quę tamen non fuerũt
deo coæterna Si quidem ille ante tempora ęter
na non solum erat,uerumetiam promisit uitam C
æternam,quam manifestauit temporibus suis,
id est cõgruis,quid aliud quàm uerbum suum?
Hoc est enim uita æterna. Quomodo autẽ pro
misit,cum hominibus utiq; promiserit,qui nõ/
dum erant ante tempora æterna:nisi quia in ip/
sius æternitate,atq; in ipso eius uerbo eidẽ coæ/
terno,iam prædestinatione fixũ erat,quod suo
tempore futurum erat?

L. VIVES

a Ante tẽpora æterna.] Primo cap. epistolæ ad Ti/
tum. quẽ locum sic Hieronymus enarrat: Sed
nec hoc silentio prætereũdum puto,quomodo
non mendax deus ante æterna secula spoponderit uitã.
Ex quo,iuxta historiam Geneseos, factus est mundus, D
& per uices noctiũ ac dierum,mensium pariter & anno/
rum,tempora constituta sunt: in hoc curriculo & rota,
mundi tempora labũtur,& ueniunt,& aut futura sunt,
aut fuerunt. Vnde quidã philosophorũ non putant esse
tempus præsens: sed aut præteritum,aut futurum: quia
omne quod loquimur, agimus, cogitamus, aut dũ fit,
præterit,aut si nõndum factum est, expectamus. Ante
hæc igitur mundi tempora,æternitatem quandam secu
lorum fuisse credendum est,quibus semper cum filio &
spiritusancto fuerit pater:&,ut ita dicam, unũ tempus
dei,est omnis æternitas: immo innumerabilia tempora
sunt,quum infinitus sit ipse,qui ante tẽpora, omne tem
pus excedit. Sex milia nec dum nostri orbis implen/
tur anni, quantas prius æternitates, quanta tempora,
quantas seculorum origines fuisse arbitrandum est? in
quibus angeli, throni, dominationes, cæteræq; uirtu/
tes

tes seruierint deo,& absque temporum uicibus,atque mensuris,deo iubente,substiterint. Ante hæc itaque omnia tempora, quæ nec sermo eloqui nec mens comprehendere, nec cogitatio tacita audet attingere, promisit deus pater sapientiæ suæ uerbum suum,& ipsam sapientiam suam,& uitam eorum qui crediturí erãt mundo esse uenturam. Ita Hieronymus. Huius sententiæ partem contra se adducens Petrus Lombardus lib. ij. sic repellit,ut dicat,Hieronymum id scripsisse,non quod sic sentiat,sed aliorum opinionem recensentẽ. Idem in multis quoq; Augustini dictis respondet: quod facile dictu est,quoties aliquid ex magnis autoribus contra nostra placita adfertur. Augustinus contra Priscillianistas hũc locum citãs dicit,tempora æterna illa uocari, ante quæ nullum fuerit tempus, quasi à constitutione mũdi. Vulgo legimus,ante tẽpora secularia. Græce est πρὸ τ χρόνων αἰωνίων,ante tempora æterna: tametsi αἰὼν interim æuum, sæpe æternitas,& aliàs seculum,uertatur.

Quid de incommutabili consilio aut uoluntate dei fides sana defendat contra ratiocinationes eorũ qui opera dei ex ęternitate repetita per eosdem semper uolunt seculorum redire circumitus. Caput XVII

1 LLVD quoq; nõ dubito, antequã primus homo creatus esset,nunquã quenquam hominem fuisse: nec eũdem ipsum,nescio quibus circumitibus,nescio quoties reuolutũ, nec alium aliquẽ natura similẽ. Necq; ab hac fide me philosophorũ argumenta deterrent,quorũ acutissimũ illud putatur,[a]quod dicunt,nulla infinita ulla scientia posse comprehendi. Ac per hoc deus, inquiunt, rerum, quas fecit, omnium finitarũ,omnes finitas apud se ratiões habet. bonitas autẽ eius nunquã uacua fuisse credẽda est, ne sit temporalis eius operatio, cuius retro fuerit ęterna cessatio,quasi pœnituerit eum prioris sine initio uacationis,ac propterea sit operis agressus initium. Et ideo necesse est,inquiunt,eadem semper repeti,eademq; semper repetenda transcurrere: uel manente mundo mutabiliter, qui licet nunquam non fuerit,& sine initio temporis tamen factus est: uel eius quoq; ortu et occasu,semper illis circumitibus repetito, semperque repetendo,ne uidelicet,si aliquando primũ dei opera cœpta dicantur,priorem suam sine initio uacationem tanquam inertem,ac desidiosam,& ideo sibi displicentẽ damnasse quodam modo,atq; ob hoc mutasse credatur. Si autem semper quidem temporalia, sed alia atque alia perhibetur operatus: ac sic aliquando etiam ad hominem faciendum, quem nunquam antea fecerat,peruenisse,non scientia,qua putant non posse quæcunque infinita comprehendi, sed quasi ad horam, sicut ueniebat in mentem, fortuita quadam inconstantia uideatur fecisse,quę fecit. Porrò si illi circumitus admittantur,inquiunt,quibus uel manente mundo,uel ipso quoque reuolubiles ortus suos & occasus eisdem circumitibus inserẽte,eadem temporalia repetuntur, nec ignauum ocium præsertim tam longæ sine initio diuturnitatis deo tribuitur, nec improuida temeritas operum suorũ. Quoniam si non eadem repetantur,non possunt infinita diuersitate uariata ulla eius scientia uel præscięntia comprehendi. Has argumentationes quibus impĳ nostram simplicem pietatem,ut cum illis in circumitu ambulemus,de uia recta conantur auertere,si ratio refutare nõ posset,fides irridere deberet. Huc accedit quod in adiutorio domini dei nostri hos uolubiles circulos, quos opinio cõfingit,ratio manifesta confringit. Hinc enim maxime isti errant ut in circumitu falso ambulare,quàm uero & recto itinere malint,quod mẽtem diuinam omnino immutabilem cuiuslibet infinitatis capacem,& innumera omnia sine cogitationis alternatione numerantem,de sua humana mutabili angustiaq; metiuntur. Et fit illis quod ait Apostolus: [b] Comparantes enim semetipsos sibimetipsis, semetipsos non intellĭgunt. Nam quia illis quicquid noui faciendum uenit in mentem,nouo consilio faciunt,mutabiles quippe mentes gerunt,profecto non deum, quem cogitare non possunt,sed semetipsos pro illo cogitantes,non illum sed seipsos,nec illi,sed sibi comparant. Nobis autem fas non est credere aliter deum affici,cum uacat,aliter cum operatur: quia nec affici dicendus est,tanquã in eius natura fiat aliquid quod nõ ante fuerit. Patitur quippe qui afficitur, & mutabile est omne, quod aliquid patitur. Non itaque in eius uacatione cogitetur ignauia,desidia,inertia,sicut nec in eius opere labor, conatus, industria. Nouit quiescens agere, & agens quiescere. Potest ad opus nouum, non nouum, sed sempiternum adhibere consilium, nec pœnitendo, quia prius cessauerat, cœpit facere, quod non fecerat. Sed & si prius cessauit, & posterius operatus est, quod nescio quemadmodum ab homine possit intelligi, hoc proculdubio quod dicitur prius & posterius, in rebus prius non existentibus, & posterius existentibus fuit. In illo autem

tem nõ alteram præcedentem altera subsequẽs mutauit aut abstulit uolũtatem,sed una eadẽq; sempiterna & immutabili uoluntate res, quas condidit, & ut prius non essent, egit, quandiu non fuerunt, & ut posterius essent,quando esse cœperunt: hinc eis,qui talia uidere possunt mirabiliter fortasis ostendens,quàm nõ eis indigueríit,sed eas gratuita bonitate condiderit, cũ sine illis ex æternitate initio carente in non minore beatitudine permanſit.

L. VIVES

a QVod dicunt nulla infinita ulla sciẽtia posse comprehendi.] Aristoteles libro primæ philosophiæ secundo, negat mente ac cogitatione capi infinitum posse. & primo posteriorum resolutiuorum cum dixisset,tum demum nos exacte scire cum ad ultimum rei peruenimus: singularia accedere ad infinitatem, uniuersalia ad simplicitatem docet. inde ait quatenus sint aliqua infinita sciri non posse,sed qua sunt finita posse. Plato quoq; cum in diuidendo ad singularia deuentum esset, progredi uetabat ulterius, q; hæc forẽt infinita,& teneri animo ac scientia nequirent. b Comparãtes enim semetipsos sibimetipsis.] Secũdæ ad Corinthios. In hunc sensum hic locus plerunque Augustino citatur, ut Erasmus annotauit.

Contra eos qui dicunt ea quæ infinita sunt nec dei posse scientia comprehendi. Cap. XVIII

1 LLVD autem aliud quod dicunt, nec dei sciẽtia quę infinita sunt posse comprehendi, restat eis ut dicere audeant,atq; huic se uoraginí profundę impietatis immergant,quod non omnes numeros deus nouerit. Eos quippe infinitos esse certissimum est,quoniam in quocunq; numero finem faciendũ putaueris, idem ipse nõ dico uno addito augeri,sed quãlibet sit magnus & quamlibet ingẽtem multitudinem continens,in ipsa ratione atq; scientia numerorum, non solum duplicari,uerumetiam multiplicari potest. Ita uero suis quisq; numerus prodprietatibus terminatur, [a] ut nullus eorũ par esse cuiquam alteri possit. Ergo & dispares inter se, atq; diuersi sunt, & singuli quiq; finiti sunt, & omnes infiniti sunt. [b] Ita ne numeros propter infinitatẽ nescit omnipotẽs deus,& usq; ad quandam summam numerorum scientia dei peruenit,cęteros ignorat? Quis hoc etiã uel demẽtissimus dixerit? Nec audebũt isti contẽnere numeros,& eos dicere ad dei scientiam nõ pertinere: apud quos Plato deũ magna autoritate cõmendat,mũdum numeris fabricantem: & apud nos deo dictum legitur,omnia in mẽsura,& numero,& põdere dispositi. De quo dicit Prophęta: Qui profert numero seculum. Et saluator in Euãgelio: Capilli,inquit,uestri omnes numerati sunt. Absit itaque, ut dubitemus,quod ei notus non sit omnis numerus,cuius intelligentiæ, sicut in Psalmo canitur,non est numerus. Infinitas itaq; numeri, quamuis infinitorũ numerorum nullus sit numerus: non est tamen incõprehensibilis ei,cuius intelligentiæ non est numerus. Quapropter,si quicquid scientia cõprehenditur,scientis comprehensione finitur: profecto & omnis infinitas quodã ineffabili modo deo finita est,quia scientiæ ipsius incomprehensibilis non est. Quare si infinitas numerorum scientiæ dei,qua comprehenditur,esse nõ potest infinita,qui tandem nos sumus homũculi,qui eius scientiæ limitem figere præsumamus: dicentes, quod nisi eisdem circumitibus temporũ,eadem temporalia repetantur,non potest deus cuncta quæ fecit,uel præscire,ut faciat,uel scire cum fecerit: cuius sapientia simpliciter multiplex,& uniformiter multiformis, tam incomprehensibili comprehẽsione omnia incõprehensibilia comprehendit,ut quæcunq; noua & dissimilia consequantur præcedentibus,si semper facere uellet,inordinata & improuisa habere non posset: nec ea præuideret ex proximo tempore, sed æterna præscientia contineret?

L. VIVES

a VTrũ nullus eorum par esse cuiquã alteri possit.] Nam duo homines,& duo equi,& si diuersi,idẽ tamen numerus dicuntur. Nec illud quæro, differat ne numerus ab ijs rebus, quas numeramus: an idem sit cũ illis, quod in scholis magnis utrinq; animis,& clamoribus depugnatur. b Ita nec numeros propter infinitatem.] Legendum sic: Itáne numeros propter infinitatem nescit omnipotens deus, & usque ad quandam &c.

De seculis seculorum. Cap. XIX

VOD utrum ita faciat, & continuata sibi cõnexione copulentur, [a] quæ appellantur secula seculorũ: alia tamen,atq; alia,ordinata dissimilitudine procurrentia,eis duntaxat, qui ex miseria liberantur,in sua beata immortalitate sine fine manẽtibus: an ita dicantur secula seculorum,ut intelligantur secula in sapientia dei incõcussa stabilitate manẽtia,istorum quæ cum tempore transeunt tanquam efficientia seculorum

rum, definire non audeo. Fortasſis enim poſsit A dici ſeculum, quæ ſunt ſecula: ut nihil aliud perhibeatur ſeculum ſeculi, quàm ſecula ſeculorũ: ſicut nihil aliud dicitur, cœlum cœli, quàm cœli cœlorũ. Nam cœlum deus uocauit firmamentum ſuper quod ſunt aquæ: & tamẽ in Pſalmo: Et aquæ, inquit, quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen domini. Quid ergo iſtorum duũm ſit, an præter hæc duo aliquid aliud de ſeculis ſeculorũ poſsit intelligi, profundiſsima quæſtio eſt. Neq; hoc quod nunc agimus impedit, ſi indiſcuſſa interim differatur: ſiue aliquid in ea diffinire ualeamus, ſiue nos faciat cautiores diligẽtior ipſa tractatio, ne in tanta obſcuritate rerũ, affirmare aliquid temere audeamus. Nũc enim contra opinionem diſputamus, qua illi circumitus aſſeruntur, quibus ſemper eadem per interualla temporum neceſſe eſſe repeti exiſtimantur. Quælibet autem illarum ſententiarum de ſeculis ſeculorũ uera ſit, ad hos circumitus nihil pertinet: quoniam ſiue ſecula ſeculorum ſint, non eadem repetita, ſed alterum ex altero connexione ordinatiſsima procurrẽtia, liberatorum beatitudine ſine ullo recurſu miſeriarum certiſsima permanente: ſiue ſecula ſeculorum æterna ſint temporalium tanquam dominantia ſubditorum circumitus illi eadem reuoluentes locum non habent, [b]quos maxime refellit æterna uita ſanctorum.

L. VIVES

Secula ſeculorum

[a] Quæ appellantur ſecula ſeculorũ.] Sæpe in ſacris literis hæc duo nomina leguntur coniuncta ſecula ſeculorum. Quid ea ſignificent Hieronymus in epiſtolam ad Galatas ſic diffinit: Quærẽdum, inquit, quoq; quid ſit inter ſeculum, & ſeculum ſeculi, ſiue ſecula ſeculorum. Et ubi pro breui temporis ſpatio, ubi pro æternitate ponat: quia in Hebræo ſeculũ, id eſt עולם ubi ו literam præpoſitam habuerit, æternitatem ſignificat: ubi uero ſine ו ſcribitur, annum quinquageſimũ, quem illi Iobilcum uocant. Ob hanc cauſam & ille Hebræus, qui propter uxorem & liberos amãs dominum D ſuum aure pertunſa ſeruitio ſubiugatur, ſeruire iubetur in ſeculum, hoc eſt uſq; ad annum quinquageſimum. Et Moabitæ & Amonitæ non ingrediuntur eccleſiam domini uſq; ad quintam & decimam generationem, & uſq; in ſeculum, quia omnis dura conditio Iobilei ſoluebat aduentu. Quidam dicunt eundem eſſe ſenſum in ſeculis ſeculorum, quem in ſanctis ſanctorum, in cœlis cœlorum, in operibus operum, in cãticis canticorũ: & quam habent differentiam cœli ad eos quorum cœli ſunt, & ſancta quæ ſanctorum cõparatione ſunt ſanctiora, & opera quæ operũ prælatione meliora ſunt, & cantica quæ inter cantica uniuerſa præcellunt, eandem habere & ſeculum, quæ ſeculorum collatione ſunt ſecula. Præſens itaq; ſeculum ita ediſſerunt, ut dicant ex eo tempore illud eſſe numerandum, ex quo cœlum & terra ſunt condita, & currere uſq; ad conſummationem mundi, quo Chriſtus iudicaturus eſt omnia. Reuocant quoq; ultra, & in priora promouent gradũ de præteritis & futuris ſeculis diſputantes, bona an mala fuerint ſeu futura ſint, & in tam profundas incidũt quæſtiones, ut libros quoq; & infinita uolumina ſuper hac diſſertione condiderint. Hæc ille. b Quos maxime refellit æterna uita ſanctorum.] Qui ad miſeriam non relabuntur: neq; beatitudo eſſet, ſi certum nõ haberent ſe ibi ſemper futuros, nec æterna uita ſi morte finiretur.

De impietate eorum qui aſſerunt animas ſummæ ueræq; beatitudinis participes, iterum atq; iterum per circumitus temporum ad eaſdem miſerias laboresq; redituras. Cap. xx

[a]VORVM enim aures piorum ferant, poſt emenſam tot tantisq; calamitatibus uitam, ſi tamen uita iſta dicenda eſt, [b]quæ potius mors eſt, [c]ita grauis ut mors quæ ab hac liberat mortis huius amore timeatur, poſt tam magna mala, tãq; multa & horrẽda, tandẽ aliquãdo per uerã religionẽ atq; ſapiẽtiã expiata atq; finita ita peruenire ad conſpectũ dei, atq; ita fieri beatũ contẽplatione incorporeæ lucis per participationẽ incõmutabilis immortalitatis eius, cuius adipiſcẽdæ amore flagramus, ut eam quã doq; neceſſe ſit deſeri, & eos qui deſerũt ab illa æternitate, ueritate, felicitate deiectos, tartareæ mortalitati, turpi ſtultitiæ, miſeriis execrabilib. implicari: ubi deus amittatur: ubi odio ueritas habeatur: ubi per immũdas nequitias beatitudo quæratur: & hoc itidẽ atq; itidem ſine ullo fine priorũ & poſteriorũ certis interuallis & dimenſionibus ſeculorũ factũ & futurũ, & hoc propterea, ut poſsint deo circumitibus definitis, eũtibus ſemper atq; redeũtibus per noſtras falſas beatitudines et ueras miſerias, alternatim quidẽ ſed reuolutiõe inceſſabili ſempiternis, nota eſſe opera ſua: quoniã neq; à faciẽdo quieſcere, neq; ſciẽdo poſsit ea quę infinita ſũt indagare: quis hæc audiat? quis credat? quis ferat? quę ſi uera eſſent, nõ ſolũ tacerẽtur prudentius, uerũetiam (ut quomodo ualeo dicã quod uolo) doctius ne ſcirẽtur. [d]Nã ſi hęc illic in memoria nõ habebimus, & ideo beati erimus, [e]cur hic per eorũ ſciẽtiam grauatur amplius noſtra miſeria? Si autẽ ibi ea neceſſario ſcituri ſumus, hic ſaltem neſciamus, ut hic felicior ſit expectatio, cũ illic adeptio ſummi boni: quãdo hic æterna uita cõſequẽda expectatur, ibi autẽ beata, ſed nõ æterna, quandoq; amittẽda cognoſcitur. Si autem dicũt neminem

minem poſſe ad illam beatitudinem peruenire, A niſi hos circumitus, ubi beatitudo & miſeria uicisſim alternant, in huius uitę eruditione cognouerit: quomodo ergo fatentur, quanto plus quiſq; amauerit deũ, tanto eum facilius ad beatitudinem peruenturum, qui ea docent, quibus amor ipſe torpeſcat? Nam quis non remiſsius & tepidius amet eum, quem ſe cogitat neceſſario deſerturum, & contra eius ueritatem ſapientiamq; ſenſurum, & hoc cum ad eius plenam pro ſua capacitate notitiam, beatitudinis perfectione peruenerit, [f]quando nec hominem amicum poſsit quiſq; amare fideliter, cui ſe futurũ B nouerit inimicum? Sed abſit ut uera ſint, quæ nobis minantur ueram miſeriam nunquam finiendam, ſed interpoſitionibus falſæ beatitudinis ſæpe ac ſine fine rumpendam. Quid enim illa beatitudine falſius atq; fallacius, ubi nos futuros miſeros, aut in tanta ueritatis luce neſciamus, aut in ſumma felicitatis arce timeamus? Si enim futuram ibi calamitatẽ ignoraturi ſumus, peritior eſt hic noſtra miſeria, ubi futuram beatitudinẽ nouimus. Si autem nos illic clades imminens non latebit, [g]beatius tempora tranſigit anima miſera, quibus tranſactis ad beatitudinẽ ſubleuetur, quàm beata quibus trãſactis in miC ſeriam reuoluatur. [h]Atq; ita ſpes noſtræ infelicitatis eſt felix, & felicitatis infelix. Vnde ſit, ut quia hic mala præſentia patimur, ibi metuimus imminentia, uerius ſemper miſeri, quàm beati aliquando eſſe poſsimus. Sed quoniam hæc falſa ſunt clamante pietate, conuincente ueritate: illa enim nobis ueraciter promittitur uera felicitas, cuius erit ſemper retinenda, & nulla infelicitate rumpenda certa ſecuritas: uiam rectam ſequentes, quæ nobis eſt Chriſtus, eo duce ac ſalUatore à uano & inepto impiorũ circumitu iter fidei mentemq; auertamus. Si enim de iſtis circumitibus, & ſine ceſſatione alternantibus itiD nibus & reditionibus animarum, Porphyrius Platonicus ſuorũ opinionem ſequi noluit, ſiue ipſius rei uanitate permotus, ſiue iam tempora Chriſtiana reueritus: & quod in libro decimo commemoraui, dicere maluit, animam propter cognoſcenda mala traditam mundo, ut ab eis liberata atq; purgata, cum ad patrem redierit, nihil ulterius tale patiatur: quanto magis nos iſtã inimicam Chriſtianæ fidei falſitatẽ deteſtari ac deuitare debemus? His autem circumitibus euacuatis atq; fruſtratis, nulla neceſsitas nos cõpellet, ideo putare non habere initium temporis ex quo eſſe cœperit genus humanum, quia neſcio per quos circumitus nihil ſit in rebus noui, quod non & antea certis interuallis temporum fuerit & poſtea ſit futurum. Si enim liberatur anima non reditura ad miſerias, ſicut nunquam antea liberata eſt, ſit in illa aliquid, quod antea nunquam factum eſt, & hoc quidem ualde magnum, id eſt quæ nunquam deſinat æterna felicitas. Si autem in natura immortali ſit tãta nouitas futura, nullo repetita, nullo repetẽda circumitu, cur in rebus mortalibus fieri nõ poſſe contenditur? Si dicunt nõ fieri in anima beatitudinis nouitatẽ, quoniam ad eam reuertitur, in qua ſemper fuit, ipſa certe liberatio noua fit, cum de miſeria liberatur, in qua nunquam fuit, & ipſa miſeriæ nouitas in ea facta eſt, quæ nunquam fuit. Hæc autem nouitas ſi non in rerum, quæ diuina prouidentia gubernãtur, ordine uenit, ſed caſu potius euenit, ubi ſunt illi determinati dimẽſiq; circumitus, in quibus nulla noua fiunt, ſed repetũtur eadem quæ fuerũt? Si autẽ & hæc nouitas ab ordinatiõe diuinæ prouidentiæ non excluditur, [i]ſiue data ſit anima, ſiue ipſa ſit, poſſunt fieri noua, quæ neq; antea facta ſint, nec tamen à rerum ordine aliena ſint. Et ſi potuit anima facere per imprudentiam ſibi nouam miſeriam, quę non eſſet improuiſa diuinæ prouidentiæ, ut hanc quoq; in rerum ordinem includeret, & ab hac eam non improuide liberaret: qua tandem temeritate humanæ uanitatis audemus negare diuinitatẽ facere poſſe res non ſibi ſed mundo nouas, quas neque antea fecerit, nec unquam habuerit improuiſas? Si autem dicunt liberatas quidem animas ad miſeriam non reuerſuras, ſed cum hoc fit in rebus nihil noui fieri, quoniam ſemper aliæ atque aliæ liberatæ ſunt, & liberãtur, & liberabuntur: hoc certe concedunt, ſi ita eſt nouas animas fieri, quibus fit & noua miſeria, & noua liberatio. Nam ſi antiquas eas dicunt eſſe, & retrorſum ſempiternas, ex quibus quotidie noui fiant homines, de quorum corporibus ſi ſapienter uixerint ita liberentur, ut nunquam ad miſerias reuoluantur, conſequenter dicturi ſunt infinitas. Quantuslibet nanque finitus numerus fuiſſet animarum, infinitis retro ſeculis ſufficere nõ ualeret, ut ex illo ſemper fierẽt homines quorum eſſent animæ ab iſta ſemper mortalitate liberãdæ, nunquã ad eam deinceps redituræ. Nec ullo modo

lo modo explicabũt [k] quomodo in rebus quas deo notas esse, eo quod sint infinitæ, nõ uolũt, infinitus sit numerus animarum. Quapropter quoniã circũitus illi iam explosi sunt, quibus ad easdem miserias necessario putabatur anima reditura, quid restat conuenientius pietati, quàm credere non esse impossibile deo, & ea quę nunquam fecerit, noua facere, & ineffabili pręscientia uoluntatem mutabilem non habere? Porrò autem utrum animarum liberatarum nec ulterius ad miserias redituratum numerus possit semper augeri, ipsi uiderint qui de rerum infinitate cohibenda tam subtiliter disputant, nos uero ratiocinationẽ nostram ex utroq; latere terminamus. Si enim potest, quid causę est, ut negetur creari potuisse, quod nũquam antea creatum esset: si liberatarum animarum numerus qui nunquam antea fuit, non solum factus est semel, sed nunquã fieri desinet? Si autẽ oportet ut certus sit liberatarũ aliquis numerus animarum, quę ad miseriam nunc̃q redeant, nec̃q iste numerus ulterius augeatur: etiam ipse sine dubio quicunque erit, ante utic̃q nunquã fuit. Qui profecto crescere, & ad suę quantitatis terminum peruenire, sine aliquo non posset initio. Quod initium quoniam antea nunquam fuit, hoc ergo ut esset, creatus est homo, ante quem nullus fuit.

L. VIVES

a Vorum autem aures piorum ferant post.] Non parua est inter Platonicos dissensio an anima ita aliquando ad suum astrum, unde sumpta est redeat, ut ibi æternum sit beata, an infinitis reuolutiõibus & ad corpus descẽdat, & è corpore aliò migret. Plato enim in Phedro & rep. sempiternam felicitatẽ animis tribuit. Idcirco Porphyrius & Iamblichus expurgatũ omnino animum nolũt corpori reddi. Plotinus & Proclus quamliber defecatum & purũ finita periodo huc reducunt: cumq; Plato sempiternum nominat, intelligũt nõ æternitatem temporũ, sed magni anni spatiũ. b Quæ potius mors est.] Cicero in sexto De repub. ex sentẽtia Platonis uitam nostram potius mortem esse appellandam dicit, in qua iugi malorũ fonte circumsepti singulis prope momentis necamur. c Ita grauis ut mors, quæ ab hac liberat.] Inter omia mala, quæ uita hæc corporalis secum adfert, illud est de primis, quod absumpto ferè rationis omnis & consilij uigore, sui dulcedinẽ charitatemq; immodicam ingerit affectibus. Contrarij uero horrorem ac odium, cum è diuerso si mẽte & iudicio ualeremus, nec̃q hæc duo obruta essent corporis mole, liberari à morte hac, quam nos uitam uocamus, deberemus uelle, & cum illo apud Apostolum ingemiscere: me miserũ, quis me liberabit de corpore mortis huius? d Nam si hæc illic in memoria non habet.] Bibemus enim de fluuio Lethæo, ut dicunt. e Cur hic per eorum scięntiam.] Timor enim malorum permagna est miseria, fatiusq; est multo mori securũ, quàm uiuere metuentem. f Quando nec hominem amicũ possit quisquam amare fideliter.] Cicero in Lælio. negabat Scipio ullam uocem inimiciorem amicitiæ potuisse reperiri, q̃ eius, qui dixisset ità amare oportere, ut aliquãdo esset osurus: nec uero se adduci posse, ut hoc, quemadmodũ putaretur, à Bianté esse dictum crederet, qui habitus esset sapiẽs & unus ex septem, sed impuri potius cuiusquam & ambitiosi, aut omnia ad suam potentiam reuocantis esse sententiam. Quonam enim modo quisquam amicus esse poterit eius, cui se putabit inimicum esse posse? Quare hoc quidem præceptum cuiuscunq; est, ad tollendam amicitiam ualet: illud potius præcipiendum fuit, ut eam diligẽtiam adhiberemus in amicitijs comparandis, ut ne eum amare inciperemus, quem aliquando odisse possemus. g Beatius tempora transigit.] Quanto melior est felicitas post miseriam, q̃ miseria post felicitatem. Sensus enim miseriæ, quam felicitas manet, spe fit minor, ut magna pars felicitati admittur miseriæ secuturæ metu. Puerulo mihi Blancha mater matronarum omnium, nisi me pietas fallit, pudicissima, narrare solebat, Sirenes per tempestatem cantare suauiter consuesse, contrà lamentari sereno cœlo, quieto mari, quod nunc immutationem in peius metuerent, tunc uero tranquillitatem sperarẽt. h Spes nostræ felicitatis est felix.] Nõ spes de infelicitate, sed quæ est infelicitate præsenti de felicitate uentura. i Siue elata sit ani.] Legendum: Siue data sit anima, siue lapsa sit, & sic est in ueteribus libris. Attingit duas opiniones Platonicorum, quorum alij animas corporibus à deo datas uolunt, & missas, alii suapte culpa & inde ponderę per culpam contracto delapsas esse de cœlis in corpora, ad luendas pœnas. k Quomodo in rebus quas deo notas esse eo quod sint infi.] In aliis libris aliis uerbis sed idem ualẽte sententia: quomodo in rebus, quas ut deo notæ esse possint finitas uolunt, infinitus sit numerus animarum.

Blãcha mater

De conditione unius primi hominis atq; in eo generis humani. Cap. XXI

A C igitur quęstiõe difficillima, propter æternitatem dei noua creantis sine nouitate aliqua uolũtatis, quantum potuimus explicata, non est arduũ uidere multo fuisse melius q̃ factum est, ut ex uno homine quem primũ condidit, multiplicaret genus humanũ, quàm si id inchoasset à pluribus. Nam cũ animantes alias solitarias, & quodãmodo soliuagas, id est, quæ solitudinem magis appetant, sicuti sunt aquilæ, milui, leones, lupi, & quæcũq; alia ita sunt: alias congreges instituerit, quæ cõgregatæ atque in gregibus malint uiuere, ut sunt columbi, sturni, ceruí, damulæ, & cætera huiusmodi: utrunque tamen genus non ex singulis propagauit, sed plura simul iussit existere. Hominem uero, cuius naturam quodammodo mediam inter angelos bestiasq; condebat, ut si creatori suo tanquam uero domino subditus præceptum eius pia obedientia custodiret, in consortiũ transiret angelicũ sine morte media, beatam immortalitatem sine ullo termino consecuturus: si autem dominum

dominum deum suum libera uolũtate superbe atq; inobediẽter usus offenderet, morti addictus bestialiter uiueret, libidinis seruus, æternóque post mortẽ supplicio destinatus: unũ ac singulum creauit, nõ utic̃q solum sine humana societate deserendũ, sed ut eo modo uehementius ei commendaretur ipsius societatis unitas uinculumq; cõcordiæ, si non tantum inter se naturæ similitudine, uerumetiã cognationis affectu homines necterentur: quãdo nec ipsam quidẽ fœminam copulandam uiro sicut ipsum creare illi placuit, sed ex ipso, ut omne ex homine uno diffunderetur genus humanum.

L. VIVES

a Amulæ.] Sic diminutiue dixit, quia meticulosum est animal, cum nec ferum sit nec mansuetum.

Quod præscierit deus hominem, quẽ primum cõdidit, peccaturum: simulq; præuiderit quantum piorum populum ex eius genere in angelicum consortium sua esset gratia translaturus. Caput XXII

E C ignorabat deus hominẽ peccaturum, & morti iam obnoxiũ moritu ros propagaturũ, eoq; progressu ros peccandi immanitate mortales, ut tutius atq; capacius inter se rationalis uoluntatis expertes bestię sui generis uiuerent, quarum ex aquis & terris plurium pullulauit exordiũ: q̃ homines, quorũ genus ex uno est ad cõmendandam concordiã propagatum. Nec̃q enim unquam inter se leones, aut inter se dracones, qualia homines bella inter se gesserunt. Sed præuidebat etiam deus gratia sua populum piorũ in adoptionẽ uocandũ, remissisq; peccatis iustificatũ spiritu sancto sanctis angelis in æterna pace sociandũ, nouissima inimica morte destructa: cui populo esset huius rei cõsideratio profutura, quod ex uno homine deus ad cõmendandũ hominibus q̃ ei grata sit etiã in pluribus unitas, genus instituisset humanũ.

L. VIVES

a Vt tutius atque capacius int.] Alibi, pacatius. Hoc facilius bestias eiusdem generis capiat aliquis locus sine dissidio & pugna, q̃ homines. Lupus enim est homini homo sicut Græco, puerbio dicunt. Plinius lib. vij. denic̃q cætera animantia in suo genere probe degũt. Congregari uidemus, & stare contra dissimilia. Leonum feritas inter se non dimicat. serpentum morsus non petit serpentes, ne maris quidẽ beluæ ac pisces nisi in diuersa genera sæuiunt. At hercle hominí plurima ex homine sunt mala. Est Dicæarchi liber, in quit Cicero, de interitu hominũ, Peripatetici magni & copiosi, qui collectis exteris causis eluuionis, pestilentiæ, uastitatis, belluarũ etiam repentinæ multitudinis, quarum impetu docet quædam hominũ genera esse cõsumpta: deinde cõparat quanto plures deleti sunt homines hominum impetu, id est bellis, seditiõibus, q̃ omni reliqua calamitate. Hoc bellũ inter homines uolebat auferre Christus, & ardorem alium serere nõ discordiæ sed concordiæ & mutuæ charitatis. Hoc prædicandum, hoc cõsulendum esset, homines Christo initiatos pugnare inter se non debere, sed amare inuicem, ferre inuicem: nec irritandi & accendendi sunt humani animi, satis ex se procliues in cædes & facinora.

De natura humanæ animę creatæ ad imaginem dei. Cap. XXIII

E C I T ergo deus hominẽ ad imaginẽ & similitudinem suam. Talem quippe illi animã creauit, qua per rationẽ atq; intelligentiã omnibus esset præstantior animalibus terrestribus & natatilib. & uolatilibus, quæ mentẽ huiusmodi non haberẽt. Et cũ uirum terreno formasset ex puluere, eiq; animã qualẽ dixi, b siue quam iam fecerat sufflando indidisset: siue potius sufflando fecisset, eumq; flatũ quẽ sufflando fecit, nam quid est aliud sufflare q̃ flatũ facere, animam hominis esse uoluisset, c etiã coniugẽ illi in adiutoriũ generãdi ex eius latere osse detracto fecit, ut deus. Nec̃q enim hæc carnali cõsuetudine cogitãda sunt, ut uidere solemus opifices ex materia quacũq; terrena corporalibus membris, quod artis industria potuerunt fabricantes: manus dei potẽtia dei est, qui etiã uisibilia inuisibiliter operatur. Sed hæc fabulosa potius q̃ uera esse arbitrãtur, qui uirtutẽ ac sapientiã dei, quæ nouit & potest etiã sine seminibus ipsa certe facere semina, ex his usitatis & quotidianis metiũtur operib. ea uero quę primitus instituta sunt, quoniã nõ nouerũt, infideliter cogitant: quasi non hęc ipsa quæ nouerũt de humanis cõceptibus atq; partubus, si etiã inexpertis narrarẽtur, incredibiliora uiderentur: quãuis & ea ipsa pleric̃q magis naturæ corporalibus causis, quàm operibus diuinæ mentis assignent.

L. VIVES

a Fecit ergo deus hominem ad imaginem & similitudinem suam.] Imaginem Christi putat Origenes esse hominem: ideo dictum est ad imaginem dei. nam imago dei filius est. Alij per similitudinem spiritũ sanctum putant intelligi: sed profecto ad imaginẽ & similitudinẽ nihil aliud sunt, q̃ ut sit homo & similitudo dei. Vir, inquit Paulus ad Corinthios, imago est dei: idq; ad naturã potest referri: similitudo, uero ad ea, quibus est dotata natura: immortalitatẽ, uirtutes, sapientiam, quibus homo similis est dei. b Siue quam iam fecerat,]

Dubium est fecerit ne antea, & indiderit postea, an crea rit cum corpore. nam Aug. in Genesi ad literam lib. septimo progenitam hominis animam cum cæteris spiritalibus rebus ait, deinde corpori infusam. Atq; hoc esse quod scribitur insufflauit in faciem eius spiraculū uitæ. Quod alij ad diuersum trahūt sensum, nēpe tum ibi esse factam, ut hic quoq; Augustinus docet. c Etiā coniugem illi in adiutoriū.] De creatione fœminæ cur post uirū, cur de costa dormientis, quomodo de costa, disputat Magister lib. ij. dist. xviij.

An ullius uel minimæ creaturæ possunt dici angeli creatores. XXIIII

[a]ED cum his nullū nobis est in his libris negociū, qui diuinā mentē facere uel curare ista non credunt. [b]Illi autem qui Platoni suo credunt, non ab illo summo deo qui fabricatus est mundū, sed ab alijs minoribus quos quidē ipse creauerit, permissu siue iussu eius animātia facta esse cūcta mortalia, in quibus homo præcipuum dijsq; ipsis cognatum teneret locum: si superstitione careāt, qua quærūt unde iuste uideantur sacra & sacrificia facere, quasi conditoribus suis, facile carebunt etiam huius opinationis errore. Neq; enim fas est ullius naturę quālibet minimę mortalisq;, creatorem nisi deū credere ac dicere, etiam antequam possit intelligi. Angeli autē quos illi deos libentius appellant, [c]etiamsi adhibēt uel iussi uel permissi operationem suam rebus quæ gignuntur in mūdo, tam nō eos dicimus creatores animalium, quàm nec agricolas frugum atq; arborum.

L. VIVES

SEd cum his nullum nobis est.] Vt cum Epicureis, qui omnia fortuito & temerario fieri casu putāt, aut qui naturam solā sine deo præficiunt huic inferiori mūdo & sublunari, quam opinionem Aristotelis fuisse multi prodiderūt: uel qui res corporales à dæmonibus factas esse putant, ut quidam hæretici. b Illi autem qui Platoni suo credūt.] Plato in Timæo inducit deum maximū minorum deorū patrē ijs ut animalia minora facerent, nam & ipsi quoq; sunt animalia præcipiētem: ita ipsos accepisse ex astris immortale principium mortalis animantis uidelicet animā, imitatos genitorem & effectorē sui, particulas & terræ & aquæ & aeris à mūdo quas rursum redderēt, mutuatos, easinter se copulasse: haud ijsdem uinculis, quibus ipsi erāt colligati: sed talibus, quæ cerni nō possent propter tenuitatē hærētibus crebris quasi cuneolis iniectis, inde unum corpus effecisse. Menāder quidam Simonis magi discipulus mundum ab angelis factū asseuerabat: Saturninus uero ab angelis septē præter conscientiā patris. c Etiamsi adhibēt uel iussi uel permissi.] Præfecti sunt angeli ipsius dei & administri, sicut inquit Paulus. Itaque iussu illius multas res in hoc mūdo gerūt. nam ut Augustinus inquit, unaquæq; res huius mundi uisibilis habet angelicam potestatem sibi præpositā. & Gregorius, in hoc mūdo uisibili nihil nisi per creaturā uisibilē disponi potest. Excipiam miracula, si quis pergat cōtentiose molestus esse. Verum Plato ut in Genesim mūdi Genesim Mosis est secutus, sic hunc locū de animaliū creatione ex loco sacrarum literarum traxit. nam cum legisset dixisse architectum illum nouæ molitionis deum, faciamus hominē ad imaginē & ad similitudinem nostrā: ad angelos putauit eum loqui, quibus administris creatum censuit hominem, at indignum uidebatur ministerio angelorū usum illū in nobilissimo animante gignendo, & alios per se uelut suis manibus fabricatū: ideo de reliquis etiā idē quod de hominibus censuit. Cuius uerba si quis ut citatui expendat: usus enim sum Ciceronis interpretatione, inueniet nec animam conditam nisi à deo, nempe ex astris desumptam. Quod & Cicero ex Platonicis confirmat in primo de legibus, inquiens animum ingeneratum esse à deo, nec corpus quod ex elementis captum, quæ deus fecit: minoresq; deos aliud nihil egisse, quàm subseruire creatori in copulandis coagmentandisq; iam creatis in formam & rationem animalis. Seneca paulo apertius Platonis sententiam posuit. Hic cum prima fundamenta molis pulcherrimæ iaceret, & hoc ordiretur, quo neq; maius nouit natura, nec melius, ut omnia sub ducibus suis irent, statuit, & quamuis ipse per totum se corpus intenderat, tamen ministros regni sui deos genuit.

Omnium naturam & omnium speciem uniuersæ creaturæ non nisi opere dei formari. Cap. XXV

VM enim alia sit species quæ adhibetur extrinsecus cuicunque materiæ corporali, sicut operantur homines figuli & fabri, atq; id genus opifices, qui etiā pingunt & effingunt formas similes corporibus animaliū: alia uero quæ intrinsecus efficientes causas habēt de secreto & occulto naturæ uiuētis atq; intelligētis arbitrio, quæ non solū naturales corporū species, uerūetiam ipsas animantium animas dum nō sint, facit: supradicta illa species artificibus quibusq; tribuatur. Hęc aūt altera nō nisi uni artifici creatori & cōditori deo, qui mundū ipsum & angelos sine ullo mundo, & sine ullis angelis fecit. [a]Ab illa enim ui diuina quæ omniū rerū diuisiua, & ut ita dicam effectiua est, quæ fieri nescit, sed facere: à qua accepit speciem cū mundus fieret & rotunditas cœli, & rotunditas solis: eadem ui diuina et effectiua quę fieri nescit sed facere, accepit speciē rotūditas oculi, & rotūditas pomi, & cæteræ figuræ naturales, quas uidemus in rebus quibusq; nascētibus, non extrinsecus adhiberi, sed intima creatoris potētia, qui dixit: Cœlū & terram ego impleo: & cuius sapiētia est quæ attingit à fine usq; ad finē fortiter, & disponit omia suauiter. Proinde facti primitus angeli cuiusmodi ministeriū præbuerint creatori cætera faciēti, nescio, nec tribuere illis audeo, qd' forte nō possunt, nec debeo derogare, quod possunt. Creationem

tionē tamē conditionēq; omniū naturarū, qua fit ut omnino naturę sint, eis quoq; fauētibus illi deo tribuo, cui se etiā ipsi debere, quod sūt, cū gratiarūactione nouerūt. Nō solū igitur agricolas nō dicimus fructuū quorūq; creatores, cū legamus: Neq; qui plātat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementū dat deus: sed ne ipsam quidem terrā, quanuis mater omniū fœcūda uideatur, quæ germinibus erūpentia promouet, & fixa radicibus cōtinet, cū itidē legamus: Deus illi dat corpus, quomodo uoluerit, & unicuique seminū propriū corpus. ita nec fœminā sui puerperij creatricē appellare debemus, sed potius illum qui cuidā suo famulo dixit: Prius q̄ te formarē in utero, noui te. Et quāuis anima sic uel sic affecta pręgnātis ualeat aliquibus uelut induere qualitatibus fœtū, [b]sicut de uirgis uariatis fecit Iacob, ut pecora colore uaria gignerentur, naturam tamē illam, quæ gignitur, tam ipsa nō fecit, cū nec ipsa se fecit. Quælibet igitur corporales uel seminales causæ gignēdis rebus adhibeātur, siue operationib. angelorū aut hominū, aut quorūcunq; animaliū, [c]siue mariū fœminarūq; mixtionibus: [d]quælibet etiam desideria motūsue animæ matris ualeāt aliquid linea mentorum aut colorū aspergere, teneris molli busq; cōceptibus, ipsas omnino naturas, quæ sic uel sic in suo genere efficiantur, non facit nisi summus deus. Cuius occulta potētia cuncta penetrans incōtaminabili pręsentia facit esse quicquid aliquo modo est, in quantūcunq; est: [e]quia nisi faciente illo, ut tale uel tale esset, prorsus esse nō posset. Quapropter si in illa specie quā forte in secus corporalibus opifices rebus imponūt, urbem Romā, & [f]urbē Alexandriā nō fabros & architectos, sed reges quorū uolūtate, cōsilio & imperio fabricatæ sunt: illā Romulū, illam Alexandrū habuisse dicimus cōditores: quanto potius nō nisi deū debemus conditorē dicere naturarū: qui neq; ex ea materia facit aliquid quam ipse nō fecerit: nec operarios habet, nisi quos ipse creauerit: & si potentiā suā, [g]ut ita dicā, fabricatoriā rebus subtrahat, ita nō erūt, sicut anteq; fierēt, nō fuerūt. Sed ante dico, æternitate, non tēpore. Quis enim alius creator est temporum, nisi qui fecit ea, quorū motibus curreret tēpora?

L. VIVES

a AB illa enim ui,] Alibi, Qua enim ui diuina, & ut ita dicā, effectiua, quæ fieri nescit, sed facere, accepit speciē etiam. nā illa, quæ omniū rerum diuisiua, suppositiuiū uideri possit. b Sicut de uirgis uariatis fecit Iacob.] Plinius libro octauo scribit in arietibus spectari ora maxime: quia cuius coloris sub lingua habuere uenas, eius & lanitiū est in fœtu, uariūq; si plures fuere: & mutatio aquarū potusq; uariat. Possunt igitur arte lanitia qualia uelimus in pecore effici: quod Iacob nō ignarus est expertus. Nam quum uersicolor pecus elegisset, coitusq; tempore candidas uiridesq; uirgas illis in flumine quo potabantur, obiecit, ut cū eo uisu cōcipientes similiū colorum ædderent fœtus: quod ita secutum est. Genes. xxx. c Siue mariū fœminarumq; mistionib.] Plinius idem libro septimo similitudinū quidem in mente reputatio est: in qua credantur multa fortuita pollere, uisus, auditus, memoriaq;. Hausturæ imagines sub ipso conceptu, cogitatio etiam utrius libet animo subito transuolans effingere similitudinem aut miscere existimatur. Ideoq; plures in homine, quàm in cæteris animantibus differentiæ: quoniam uelocitas cogitationū, animiq; celeritas, & ingenij uarietas multiformes notas imprimit: quū cæteris animantibus immobiles sint animi, & similes omnibus singulisq; iri suo cuiusq; genere. Hæc ille. Pleni sunt philosophorū libri uisa per conceptū magnā in partu uim habere. Vnde coniugibus præcipitur, ut elegantes habeāt circa lectū genialem imagines. Vrbs est in Brabātia Buscūducis, in qua ut in alijs ciusdē terræ stato anni die, quo ferunt maximum urbis templū dedicatū, publice supplicat, ludiq; uarijs diuis exhibentur. Sūt qui tunc personas diuorū induant: sunt qui dæmonum. Ex his unum quum uisa puella exarsisset, domum salutādo se recepisse, & corre ptam ut erat personatus uxorem suam in lectum conie cit, se ex ea dæmonium uelle gignere dicens, cōcubuit; cōcepit mulier, & infans quem peperit, simul primum æditus est, saltitare cœpit, forma quali dæmones pinguntur. Hæc Margarita Augusta, Maximiliani filia, hu ius Caroli amita narrauit Ioāni Lamuzæ, homini prudentia incredibili, qui tum erat hic legatus à Ferdinando rege: nunc est huius Cæsaris præfectus in Aragonia, uir, qui non modo præfecti nomen & personam, sed regis quoq; posset sustinere. d Quælibet etiam desideria.] Mulieres prægnātes multarum rerum desideriis terrentur: sæpe carbones appetunt, & cineres. Vidi, quæ morsum cerucis iuuenis cuiusdā, & correpta magnis doloribus abortum feciisset, ni momordisset exanimato penè iuuene, tam auide infixis dentibus. De his tam absurdis appetentijs ciborum medici quidē plurima, sed & apud philosophos nonnulla: uelut Aristoteles in lib. De animalibus, idq; fieri dicunt ex humore in stomacho uitioso: qui si uiris quoq; contingat, non dissimilia expetent. e Quia nisi faciēte illo, ut tale uel tale esset.] In antiquis libris sic legitur: Quia nisi faciente illo non tale uel tale esset, sed prorsus esse non posset. f Vrbem Alexādriam.] Alexādriæ multæ sunt: & in Asia, & ad Sogdianos, & in Troade, & in Cilicia, & in India, & in Aegypto, omnes à Macedone Alexandro nomina tæ. Hic de Alexādria Aegyptia loquitur, quæ est omnium celeberrima ad littus nostri maris iuxta Canopicū Nili ostium sita, in Aphricā uergens. g Vt ita dicam fabricatoriam.] Quæ adiungendas materias, ad secandum addendumq; aliquid pertinet, quæ ex rebus abipso creatis fiunt. Neq; hæc sunt creationis opera, quæ & ab angelis & hominibus cæterisq; tum animatis fiunt, tum etiam animæ expertibus.

Alexandriæ

De Platonicorū opinione, qua putauerūt angelos quidē à deo cōditos, sed ipsos esse humanorū corporum conditores. XXVI

TA sanè Plato minores & à summo deo factos deos effectores esse uoluit animaliū cæterorū, ut immortalē par-

tem ab ipso sumerent, ipsi uero mortalē attexerent. Proinde animarū nostrarū eos creatores esse noluit, sed corporū. Vnde quoniā Porphyrius propter animæ purgationē dicit omne corpus fugiendū, simulcp cū suo Platōe alijscp Platonicis sentit eos, qui immoderate ac inhoneste uixerint, propter luendas pœnas ad corpora redire mortalia: Plato quidē etiam bestiarū, Porphyrius tantūmodo ad hominū: sequitur eos ut dicant deos istos quos à nobis uolunt quasi parentes & conditores nostros coli, nihil esse aliud, quàm fabros cōpedum carcerūue nostrorū: nec institutores, sed inclusores alligatorescp nostros ergastulis erūnosis, & grauissimis uinculis. Aut ergo desināt Platonici pœnas animarum ex istis corporibus cōminari: aut eos nobis deos colēdos nō prædicent, quorū in nobis operationem, ut quantū possumus, fugiamus & euadamus, hortātur, cum tamen sit utrūcp falsissimū. Nam necp ita luunt pœnas animæ, cū ad istam uitam pœnalem denuo reuoluuntur: & omniū uiuentiū siue in cœlo siue in terra, nullus est cōditor nisi à quo facta sunt cœlū & terra. Nam si ulla causa est uiuēdi in hoc corpore, nisi propter pendenda supplicia: [a]quomodo dicit idem Plato aliter mundū fieri non potuisse pulcherrimum atcp optimū, nisi omniū animaliū, id est immortaliū & mortaliū generibus impleretur? Si aūt nostra institutio, qua uel mortales conditi sumus, diuinum munus est: quomodo pœna est ad ista corpora, id est ad diuina beneficia remeare? [b]Et si deus, quod assidue Plato cōmemorat, sicut uniuersi mundi, ita cunctorum animalium species æterna intelligentia cōtinebat, quomodo non ipse cuncta cōdebat? An aliquorū esse artifex nollet, quorū efficiēdorum artem ineffabilis eius, & ineffabiliter laudabilis mens haberet? Merito igitur uera est religio, quæ mundi uniuersi eum, animaliū quocp uniuersorū, hoc est, & animarū & corporū conditorē agnoscit & prædicat. In quibus terrenis præcipuus ab illo ad eius imaginē homo propter eā causam, quā dixi, & si qua forte alia maior latet, factus est unus, sed non relictus est solus. Nihil enim est cp hoc genus tam discordiosum uitio, tam sociale natura. Necp cōmodius cōtra uitiū discordiæ uel cauendū cum nōdum existeret, uel sanandū cū extitisset, natura loqueretur humana: cp recordationem illius parētis, quem propterea deus creare uoluit unū, de quo multitudo propagaretur, ut hac admonitione etiā in multis concors unitas seruaretur. Quod uero fœmina illi ex eius latere facta est, etiam hinc satis significatū est, cp chara mariti & uxoris debeat esse cōiunctio. Hæc opera dei propterea sunt utilcp inusitata, quia prima. Qui autem ista nō credunt, nulla facta prodigia debēt credere. Necp enim & ipsa si usitato naturæ curriculo gignerētur, prodigia dicerētur. Quid autem sub tanta gubernatiōe diuinæ prouidētiæ, quamuis eius causa lateat, frustra gignitur? Ait quidā Psalmus facer: Venite & uidete opera domini, quæ posuit prodigia super terrā. Cur ergo ex latere uiri fœmina facta sit, et hoc primū quodammodo prodigiū quid præfigurauerit, alio loco quantum me deus adiuuerit, dicam.

L. VIVES

Quomodo dicit idem Plato.] Verba Platonis hæc sunt, si quis forte requirit: Νῦν οὖν ὃ λέγω πρὸς ὑμᾶς ἐν ἀρχῇ μὲν τοῦ μύθου μάθετε· θνητὰ ἐστι γένη λοιπὰ βία γοῦν τὰ τοιαῦτα· τόπων δὲ μὴ γενομένων, ἐξαυτὸς ἀτελῆ ἔσται· τὰ γὰρ ἅπαντα ἐν αὐτῷ γένη ξύμπαν ἐκ τοῦ ἑαυτοῦ δεῖ ἔχειν, εἰ μέλλει τέλεον ἕκαστον ἔσεσθαι. Loquitur maximus deus minoribus dijs: Quid sentiā igitē cognoscite, tria nobis genera reliqua sunt, caqp mortalia: quibus prætermissis cœli absolutio perfecta nō erit. Omnia enim genera animaliū cōplexus nō tenebit: teneat aūt oportet, si quantum sat est, perfectus est futurus. b Et si deus, quod assidue Plato cōmemorat.] In eodem Timæo ait, penes deū esse æternarū & mortaliū omniū rerum exēplaria, quæ inspexit artifex mundi. æterna quum res nūquam interituras: tēporalia quum res fine casuras esset æditurus. Nō disputo, sit ne deus ipse suæ ideæ, an aliquid sint aliud hæ, q̄ deus: quod inter Platonicos nō satis cōstat.

c Quā chara mariti & uxoris.] Quoniā fœmina nō de aliena parte sumpta est, sed de ipso uiro ceu filia, ut uir in uxorem affectu sit paterno, hæc in illum filiæ pietate, & de latere sumpta ceu socia: nō de capite ut domina, nec de pedibus ut ancilla.

In primo homine exortam fuisse omnem plenitudinem generis humani, in qua præuidit deus, quæ pars honoranda esset præmio, quæ damnanda supplicio. Cap. XXVII

VNC quoniā liber iste claudendus est, in hoc primo homine, qui primitus factus est: nondū quidem secundum euidentiam, iam tamen secundum dei præscientiā exortas fuisse existimemus in genere humano societates tanquā ciuitates duas. Ex illo enim futuri erant homines: alij malis angelis in supplicio, alij bonis in prēmio sociādi: quamuis occulto dei iudicio, sed tamē iusto. Cū enim scriptum sit: Vniuersæ uiæ domini, misericordia & ueritas: nec iniusta eius gratia, nec crudelis potest esse iustitia.

ELENCHVS CAPITVM
IN DIVI AVRELII AVGVSTINI DE CIVITATE DEI LIBRVM XIII

1 De lapsu primi hominis, per quem est contracta mortalitas.
2 De ea morte, quæ animæ semper utcūcp uicturę accidere potest, & ea cui corpus obnoxiū est.
3 Vtrum mors, quæ per peccatum primorum hominum in omnes homines pertransiit, etiam sanctis pœna peccati sit.
4 Cur ab his, qui per gratiam regenerationis sunt absoluti à peccato, non auferatur mors, id est pœna peccati.
5 Quod sicut iniqui male utūtur lege quæ bona est, ita & iusti bene utūtur morte quæ mala est.
6 De generalis mortis malo, quo animæ & corporis societas separatur.
7 De morte quam non regenerati pro Christi confessione suscipiunt.
8 Quod in sanctis primæ mortis pro ueritate susceptio, secundæ sit mortis absolutio.
9 Vtrū tempus mortis, quo uitæ sensus aufertur, in morientibus, an in mortuis esse dicendū sit.
10 An uita mortalium, mors potius quàm uita dicenda sit.
11 An quisquam simul & uiuens possit esse & mortuus.
12 Quam mortem primis hominibus deus, si mandatum eius transgrederentur, fuerit comminatus.
13 Præuaricatio primorum hominum, quam primam senserit pœnam.
14 Qualis homo sit factus à deo, & in quam sortem deciderit suæ uoluntatis arbitrio.
15 Quod Adam peccans prius reliquerit deum, quàm relinqueretur à deo: & primam fuisse animæ mortem à deo recessisse.
16 De philosophis, qui animæ separationem à corpore non putant esse pœnalem, cum Plato inducat summum deum minoribus dijs promittentem, quod nunquam sint corporibus exuendi.
17 Contra eos qui asserunt terrena corpora incorruptibilia fieri & æterna posse.
18 De terrenis corporibus, quæ philosophi affirmant in cœlestibus esse nō posse: quia quod terrenum est, naturali pondere uocetur ad terram.
19 Contra eorum dogmata, qui primos homines, si non peccassent, immortales futuros fuisse non credunt.
20 Quod caro sanctorum, quæ nunc requiescit in spe, in meliorem reparanda sit qualitatē, quàm fuit primorum hominum ante peccatum.
21 De paradiso in quo primi homines fuerant, quod recte possit significatione eius spiritale aliquid intelligi, salua ueritate narrationis historicæ de corporali loco.
22 De corporibus sanctorum post resurrectionem, quæ sic spiritalia erunt ut non in spiritum caro uertatur.
23 Quid intelligendum sit de corpore animali, & de corpore spiritali: ut qui moriūtur, in Adam: qui uero uiuificantur, in Christo.
24 Qualiter accipienda sit uel illa insufflatio, in qua primus homo factus est in animam uiuentē: uel illa, quam dominus fecit, dicens: Accipite spiritum sanctum.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
EPISCOPI AD MARCELLINVM
DE CIVITATE DEI LIBER XIII

De lapsu primi hominis, per quem est contracta mortalitas. Cap. I

EXPEDITIS de nostri seculi exortu,& de initio generis humani difficilimis quæstionibus:nũc iam de lapsu primi hominis,imò primorũ hominum:& de origine ac propagine mortis humanę disputationem à nobis institutam rerum ordo deposcit. Nõ enim eo modo quo angelos cõdiderat deus,ita condidit & homines: ut etiã si peccassent, mori omnino non possent:sed ita, ut [a]perfunctos obedientiæ munere,sine interuentu mortis angelica immortalitas & beata æternitas sequeretur:inobedientes autẽ mors plecteret damnatiõe iustissima: quod etiã in libro superiore iam diximus.

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI IN XIII librum De ciuitate dei, Diui Aurelij Augustini, commentarij.

P Erfunctos obedientiæ munere.] Statutum unicuicq; uiuẽdi super terram fuisset tẽpus, quo absoluto gustatoq; ligno uitæ cõfirmata fuisset natura, trãslatosq; in cœlum immortalitas consecuta. Hic multa quærunt, & ab Augustino primum, & autore sententiarum lib. ij. de his, quæ homini si non deliquisset, euenissent: sed modeste ab istis,& ut pudorẽ intelligas, quo inquirunt magis, quàm ut comperisse se profiteantur. Recẽtiores qui commentarios in sententias scripserunt, modo arbitrarijs coniecturis, modo rationibus ex hac natura rerum petitis, quicquid eis in mentem uenit confidentissime diffiniunt. Audio illorum rationes, sed plane uideo in tenebris eos ingredi: nec pedetentim aut palpantes uelle procedere, sed cursu se quò intendunt proripere, nulla ueritos præcipitia. Equidem quid factũ sit, magno nostro malo nemo ignorat: quid fuisset, nescio an uel ipsi Adam ostensum fuit, quãto minus nobis miselli. Nam quid prodest uti cõiecturis, in re quæ cõiecturas omnes superat humanas,& miraculũ est audiẽtib. ceu uero necesse sit eius rei progressus leges huius creatæ naturæ sequi, cuius initia hãc ipsam si tũc fuisset naturã stupefecisse sent. Ego igit quantũ hic Augustinus det, accipiã: & si possum, enarrabo, qđ est officij mei: cætera nõ inquirã.

De ea morte, quæ animæ semper utcũq; uicturæ accidere potest, & ea cui corpus obnoxium est. Cap. II

SED de ipso genere mortis uideo mihi paulo diligentius differendum.

S Quamuis enim humana anima ueraciter immortalis perhibeatur, habet tamen quandam etiam ipsa mortem suam. [a]Nam ideo dicitur immortalis, quia modo quo B dam quantulocũcq; nõ desinit uiuere, atq; sentire. Corpus autẽ ideo est mortale, quoniã à uita quã habet deseri potest, nec per seipsum aliqua tenus uiuit. Mors igitur animæ fit, cum eam deserit deus: sicut corporis, cũ id deserit anima. Ergo utriusq; rei, id est totius hominis mors est, cũ anima à deo deserta deserit corpus. Ita enim nec ex deo uiuit ipsa, nec corpus ex ipsa. Huiusmodi autem totius hominis mortem illa sequitur, [b]quam secundam mortem diuinorum eloquiorũ appellat autoritas. Hanc saluator significauit, ubi ait: Eũ timete, qui habet potestatem & corpus & animã perdere in gehennã. Quod C cum nõ antea fiat, quàm cum anima corpori sic fuerit copulata, ut nulla diremptione separẽtur: mirum uideri potest quomodo corpus ea morte dicatur occidi, qua nõ ab anima deseritur, sed animatum sentiẽsq; cruciatur. Nam illa pœna ultima ac sempiterna, de qua suo loco diligẽtius differendum est, recte mors animę dicitur: quia non uiuit ex deo: mors autẽ corporis, quo nam modo, cum uiuat ex anima? Nõ enim aliter potest ipsa corporalia, quæ post resurrectionẽ futura sunt, sentire tormenta. An quia uita qualiscũcq; aliquod bonum est, dolor autem malum: ideo nec uiuere corpus dicẽdum est, in quo anima non uiuendi causa est, sed dolendi? Viuit itaq; anima ex deo, cum uiuit bene: nõ enim potest bene uiuere, nisi deo operãte in se, quod bonum est. Viuit autem corpus ex anima, cum anima uiuit in corpore: seu uiuat ipsa, seu non uiuat ex deo. Impiorum nanq; in corporibus uita, non animarum, sed corporum uita est: quam possunt eis animæ etiam mortuæ, hoc est à deo desertæ: quantulacunq; propria uita, ex qua etiam immortales sunt, non desistente conferre. Verũ in damnatione nouissima quãuis homo sentire nõ desinat, tamẽ quia sensus ipse nec uolupta

tate suauis, nec quiete salubris, sed dolore A pœnalis est, non immerito mors est potius appellata quàm uita. Ideo autem secũda, quia post illam primã est, qua fit cohærentium diremptio naturarum, siue dei & animæ, siue animæ & corporis. De prima igitur corporis morte dici potest, quod bonis bona sit, malis mala. Secunda uero sine dubio sicut nullorum bonorum est, ita nulli bona.

L. VIVES

a NAm ideo dicitẽ immortalis.] In codice Brugensi ad hunc legitur modum: Nam ideo dicitur immortalis, quia modo quodam quantulumcũcq; non definet uiuere. Corpus autem ideo mortale, quoB niam deseri omni uita potest. b Quam secundã mortem.] In Apoc. Ioan. ij. cap. & xxi.

Vtrum mors quæ per peccatũ primorum hominum in omnes homines pertransiit, etiam sanctis pœna peccati sit. Caput III

NON autem dissimulanda nascitur quæstio, utrum reuera mors, qua seperantur anima & corpus, bonis sit bona. Quia si ita est, quomodo poterit obtineri quod etiã ipsa sit pœna peccati? Hanc enim primi homines nisi peC cauissent, perpessi utiq; nõ fuissent. Quo igitur pacto bona esse posset bonis, quę accidere non posset nisi malis? Sed rursus si nõ nisi malis posset accidere, nõ deberet bonis bona esse, sed nulla. Cur enim esset ulla pœna, in quibus non essent ulla punienda? Quapropter fatendum est, primos quidem homines ita fuisse institutos: ut si non peccauissent, nullum mortis experirẽtur genus: sed eosdem primos peccatores ita fuisse morte mulctatos, ut etiam quicquid eorum stirpe esset exortum, eadem pœna teneretur obnoxiũ. Non enim aliud ex eis, quàm quod ipsi fuD rant, nasceretur: pro magnitudine quippe culpæ illius naturam damnatio mutauit in peius: ut quod pœnaliter præcesserit in peccãtibus hominibus primis, etiam naturaliter sequeretur in nascẽtibus cæteris. Necq; enim homo ita ex homine, sicut homo ex puluere. Puluis nanq; homini faciendo materies fuit, homo autem homini gignendo parens. Proinde quod est terra, nõ hoc est caro: quamuis ex terra facta sit caro. Quod est autẽ parens homo, hoc est & proles homo. In primo igitur homine per fœminã in progeniẽ transiturũ uniuersum genus humanũ fuit, quãdo illa cõiugum copula diuinã sententiam suæ damnationis excepit. Et quod homo factus est, non cum crearetur, sed cũ peccaret & puniretur, hoc genuit, quantũ quidẽ attinet ad peccati & mortis originẽ. [a]Non enim ad infantilem hebetudinẽ & infirmitatẽ animi & corporis, quã uidemus in paruulis, peccato uel pœna ille redactus est: quæ deus uoluit esse tanquam primordia catulorũ, quorũ parẽtes in bestialem uitã mortalem cẽq; deiecerat: sicut scriptũ est, Homo cũ in honore esset, non intellexit: cõparatus est pecoribus nõ intelligẽtibus, & similis factus est illis. Nisi quod infantes infirmiores etiã cerni mus in usu motuq; membrorũ et sensu appetẽdi atq; uitã di, cẽ sunt aliorũ tenerrimi fœtus animaliũ: tancẽ se tanto attollat excellẽtius supra cætera animantia uis humana, quãto magis impetũ suũ, uelut sagitta cũ arcus extẽditur, retrorsum reducta distulerit. Nõ ergo ad ista infantilia rudimẽta præsumptiõe illicita, & damnatiõe iusta prolapsus uel impulsus est primus homo: sed hactenus in eo natura humana uitiata atq; mutata est, ut repugnãtem pateretur in mẽbris inobedientiã concupiscẽdi: & ob id obstringeretur necessitate moriẽdi, atq; ita id quod uitio pœnaq; factus est, id est obnoxiꝰ peccato mortiq; generaret. A quo peccati uinculo, si per mediatoris Christi gratiã soluuntur infantes, hãc solam mortẽ perpeti possunt, quæ animã seiungit à corpore: in secundã uero illã sine fine pœnalẽ liberati à peccati obligatione nõ transeũt.

L. VIVES

a NOn enim ad infantilẽ hebetudinẽ.] Et hic quærunt, quales hominibus si nihil cõmissent nati fuissent liberi. Augustinus hoc dubium iniecit de baptismo paruulorum. Alij putant nascituros fuisse paruos, sed statim ad perfectam staturam peruenturos. Alij paruulos editum iri in lucem, uerum nõ hac totius corporis imbecillitate, sed robustos statim futuros. Et sicut agnos & pullos gallinaceos uidemus, cõfestim ingressuros secuturosq; matrem. Priores illi sensu & mente præditos infantes gignũt. Hi accessura hæc dicunt cũ corpore, ut nunc uidemus. Augustinus dubium, ut inuenit, illic reliquit. Hic primordia nascentium non alia uidetur ponere, quàm quæ habemus.

Cur ab his qui per gratiam regenerationis sunt absoluti à peccato: nõ auferatur mors, id est pœna peccati. IIII

QUem uero mouet, cur uel ipsam patiãtur, si & ipsa pœna peccati est,

S quorum per gratiã reatus aboletur, iã ista quæstio in alio nostro opere

quod inscripsimus De baptismo paruulorũ, tra A
ctata ac soluta est: ubi dictum est, ad hoc relin/
qui animæ experimentũ seperatiõis à corpore,
quamuis ablato iam crimínis nexu: quoniam
si regenerationis sacramentum continuo seque/
retur immortalitas corporis, ipsa fides enerua/
retur, quæ tunc est fides, quando expectatur
in spe, quod in re nõdum uidetur. Fidei autem
robore atq; certamine, in maioribus duntaxat
ætatibus, etiam mortis fuerat superãdus timor,
quod in sanctis martyribus maxime eminuit:
cuius profecto certaminis esset nulla uictoria,
nulla gloria: quia nec ipsum omnino posset esse
certamen, si post lauacrum regenerationis iam B
sancti non possent mortem perpeti corporalẽ.
Cum paruulis autem baptizandis quis non ad
Christi gratiam propterea potius curreret, ne à
corpore solueretur? Atq; ita non inuisibili præ/
mio probaretur fides: sed iam nec fides esset, cõ/
festim sui operis quærendo & sumendo merce/
dem. Nũc uero maiore & mirabiliore gratia sal
uatoris in usus iustitiæ, peccati pœna conuersa
est. Tunc enim dictum est homini: Morieris, si
peccaueris. Nunc dicitur martyri: Morere, ne
pecces. Tunc dictum est: Si mandatum trans/
gressi fueritis, morte moriemini. Nunc dicitur: C
Si mortem recusaueritis, mandatum transgre/
diemini. Quod tunc timendum fuerat, ut non
peccaretur: nunc suscipiendum est, ne peccetur.
Sic per ineffabilem dei misericordiã, & ipsa pœ
na uitiorũ transit in arma uirtutis, & fit iusti me
ritum etiam supplicium peccatoris. Tunc enim
mors est acquisita peccando, nunc impletur iu/
stitia moriendo. Verum hoc in sanctis martyri/
bus, quibus alterutrum à persecutore proponi/
tur, ut aut deserant fidem, aut sufferant mortẽ.
Iusti autem malunt credẽdo perpeti, quod sunt
primi iniqui non credendo perpessi. Nisi enim
peccassent illi, non morerentur: peccabũt autem
iusti, nisi moriantur. Mortui sunt ergo illi, quia
peccauerunt: non peccant isti, quia moriuntur.
Factum est per illorum culpam, ut ueniretur in
pœnam: fit per istorum pœnam, ne ueniatur in
culpam: non quia mors bonum aliquod facta
est, quæ antea malum fuit: sed tãtam deus fidei
præstitit gratiam, ut mors, quã uitæ constat esse
contrariam, instrumentũ fieret, per quod transi
retur in uitam.

Quod sicut iniqui male utuntur lege, quę bona est, ita & iusti bene utuntur morte quæ mala est. Cap. V

POSTOLVS enim cũ uellet osten
dere quãtum peccatum, gratia non
A subueniente, ad nocendum ualeret,
etiam ipsam legem qua prohibetur
peccatum non dubitauit dicere uir/
tutẽ esse peccati. Aculeus, inquit, mortis est pec/
catum, uirtus autem peccati lex. Verissime om/
nino. [a]Auget enim prohibitio desiderium ope/
ris illiciti, quando iustitia nõ sic diligitur, ut pec/
candi cupiditas eius dilectione uincatur. Vt au/
tem diligatur & delectet uera iustitia, nõ nisi di/
uina subuenit gratia. Sed ne propterea lex pu/
taretur malum, quoniam uirtus est dicta pecca
ti: ideo ipse alio loco uersans huiusmodi quæ/
stionem, ita inquit: Lex quidem sancta, & man
datum sanctum & iustum & bonum. Quod er
go bonum est, inquit, mihi factum est mors?
Absit. Sed peccatum, ut appareat peccatũ, per
bonum mihi operatum est mortem, [b]ut fiat su/
pra modum peccans peccatum per mãdatum.
Supra modum dixit: quia etiã prævaricatio ad/
ditur, cum peccandi aucta libidine etiam lex ip
sa contemnitur. Cur hoc commemorandũ pu/
tauerimus? Quia scilicet sicut lex nõ est malum,
quando auget peccantium cõcupiscentiam: ita
nec mors bonum est, quãdo auget patientium
gloriam: cum uel illa pro iniquitate deseritur,
& efficit prævaricatores: uel ista pro ueritate su/
scipitur, & efficit martyres. Ac per hoc lex qui/
dem bona est, quia prohibitio est peccati: mors
autem mala, quia stipendium est peccati. Sed
quemadmodũ iniusti male utuntur, nõ tantum
malis, uerumetiam bonis: ita iusti bene nõ tan/
tum bonis, sed etiam malis. Hinc fit ut & mali
male lege utantur, quamuis sit lex bonũ: & bo/
ni bene moriantur, quãuis sit mors malum. D

L. VIVES

a AVget enim prohibitio desiderium operis illici/
ti.] Natura comparatum est in animis, qui affe
ctibus huc atq; illuc impelluntur, ut tum de/
mum aliquid ardentissime cupiant, quum cupere ue/
tantur. Argumento sunt fœminæ, quæ turbationibus
plusquã uiri agitantur, quæ id solum unice optãt, quod
prohibẽtur. Itaq; cũ antea nescissent homines, quid es/
set ad fornicem ire, nec curabãt ire: accessit lex, quæ ne
iretur, uetuit. ea omnes docuit, quid illud esset: & pra/
ua ingenia impulit ad id experiẽdum, quod uetaretur.
Nesciebam, inquit Paulus, concupiscentiã, nisi quia lex
dixit: Ne cõcupiscito. Solonem refert Cicero, Roscium
Amerinum defendens, nihil suis legibus de his qui pa/
rentes occidissent, statuisse. nam quum antea nõ esset fa
ctum, uerebar ne non tam id pœna prohiberet, q̃ admo
neret

neret lege. b Vt fiat supra modum peccãs peccatum A
per mandatum.] In ueteribus libris sic legitur: ut fiat
supra modum peccator, at peccatum per mandatum.
Eundem locum citans ad Simplicianum lib. i. eod ẽ mo
do dicit: Supra modũ peccator at peccatum, haud du/
bio utrobiq; mendo. Dicendum enim. Vt fiat supra mo
dum peccator peccatum per mandatum. Maluit pecca
tor dicere, quod nomen est, q̃ peccans participiũ, ἁμαρ/
τωλὸν ἡ ἁμαρτία· sic est Græce, itaq; peccator ad peccatũ re
fertur, tametsi masculini sexus. sed nihil prohibet duo
substãtiua sic coniungi. Nisi quis etiã malit peccans nõ
participium, sed uerbale nomẽ, quod solet genitiuis ad
di: ut alieni appetẽs, apud Salustium, & litium fugitãs
apud Terentium. c Quum peccãdi aucta libidine.]
Qui sibi usum scelerum fecere in naturam scelere cõuer
so, minas omnes & terrores legis contemnunt.

De generalis mortis malo, quo ani/mæ & corporis societas separatur. VI B

VAPROPTER quod attinet ad
corporis mortem, id est separatio/
nem animæ à corpore, cũ eam pati/
Q untur qui morientes appellãtur, nul
li bona est. Habet enim [a]asperũ sen
sum & cõtra naturã uis ipsa qua utrunq; diuelli
tur, quod fuerat in uiuẽte coniũctum atq; cõser
tum, quãdiu moriatur: donec omnis adimatur
sensus, qui ex ipso inerat animæ carnisq; cõple/
xu. Quam totam molestiam nõnunquã unus
ictus corporis uel animæ raptus intercipit: nec
eã sentiri præueniẽte celeritate permittit. Quic/
quid tamen illud est in moriẽtibus, quod [b]cum
graui sensu adimit sensum, pie fideliterq; tole/
rando auget meritũ patientiæ, non aufert uoca
bulũ pœnæ: ita cũ ex hominis primi perpetua/
ta propagine proculdubio sit mors pœna nascẽ
tis: tamẽ si pro pietate iustitiaq; pẽdatur, fit glo
ria renascentis: & cũ sit mors peccati retributio,
aliquãdo impetrat, ut nihil retribuatur peccato.

L. VIVES

a ASperum sensum.] De sensione dicitur passiõe.
b Cum graui sensu adimit sensum.] Prius
passiue, posterius actiue: cum graui sensione a/ D
dimit uim sentiendi.

De morte quam non regenerati pro Christi confessione suscipiunt. VII

AM quicunq; etiam non percepto
regenerationis lauacro pro Christi
N cõfessione moriuntur: tantũ eis ua/
let ad dimittenda peccata, quãtum
si abluerẽtur sacro fonte baptismã/
tis. Qui enim dixit: Nisi quis renatus fuerit ex
aqua & spiritu sancto, nõ intrabit in regnũ cœ/
lorum: alia sentẽtia istos fecit exceptos, ubi non C
minus generaliter dixit: Qui me cõfessus fuerit
corã hominibus, cõfitebor & ego eũ corã patre
meo, qui in cœlis est. Et alio loco: Qui perdide/
rit animã suam propter me, inueniet eam. Hinc
est quod scriptũ est: Preciosa in conspectu do/
mini mors sanctorum eius. Quid enim precio/
sius quàm mors, per quam fit ut etiam delicta
omnia dimittantur, & merita cumulatius auge/
antur? Necq; enim tanti sunt meriti, qui cũ mor
tem differre non possent, baptizati sunt, dele/
tisq; omnibus peccatis ex hac uita emigrarunt?
quanti sunt hi, qui mortem differre cũ possent,
ideo non distulerunt: quia maluerũt Christum
confitendo finire hanc uitam, q̃ eum negando
ad eius baptismum peruenire. [a]Quod utique si
fecissent, etiam hoc eis in illo lauacro dimitte/
retur, quod timore mortis negauerãt Christum:
in quo lauacro etiam [b]illis facinus tam immane
dimissum est, qui occiderant Christũ. [c]Sed quã
do sine abũdantia gratiæ spiritus illius, qui ubi
uult spirat, tantum Christum amare possent, ut
eũ in tanto uitæ discrimine sub tanta spe ueniæ
negare non possent? Mors igitur preciosa san/
ctorum, quibus cum tanta gratia est præmissa
& prærogata mors Christi, ut ad eum acquirẽ/
C dum, suam nõ cunctarentur impẽdere animã,
in eos usus redactum esse monstrauit, quod ad
pœnam peccantis antea fuerat constitutum, ut
inde iustitiæ fructus uberior nasceretur. Mors
ergo non ideo bonum uideri debet, quia in tan
tam utilitatem, non ui sua, sed diuina opitulatio
ne conuersa est: ut quæ tunc metuenda proposi
ta est, ne peccatum committeretur, nunc suscipi
enda proponatur, ut peccatum nõ committa/
tur, commissumq; deleatur, magnæq; uictoriæ
debita iustitiæ palma reddatur.

L. VIVES

a QVod utiq; si fecissent etiam hoc eis in illo l. d.]
Significat nullũ esse tantum & tam capitale sce/
lus, quod nõ mystica illa abluatur aqua. b Il/
lis facinus t. im. di. est, qui occiderant Christum.] Vide
tur de illis ipsis intelligendum, qui Hierosolymis Chri
stum occiderunt, quorum forte aliqui ad meliorem pie
tatem sunt conuersi. c Sed quando in abũdantia gra
tiæ.] Legendum: Sed quando sine abundantia gratiæ,
per interrogationem, qua quid sentiat Augustinus, de
clarat: fieri scilicet nõ posse, ut sine magna gratiæ abun/
dantia Christum tam constanter amarent, quã qui ha/
bent in eã baptizati sunt, nec aquis indigent.

Quod in sanctis primę mortis pro ue ritate susceptio, secundæ sit mortis ab solutio. Caput VIII

Si

quod inſcripſimus De baptiſmo paruulorũ, tra A
ctata ac ſoluta eſt: ubi dictum eſt, ad hoc relin/
qui animæ experimentũ ſeparatiõis à corpore,
quamuis ablato iam criminis nexu: quoniam
ſi regenerationis ſacramentum continuo ſeque/
retur immortalitas corporis, ipſa fides enerua/
retur, quæ tunc eſt fides, quando expectatur
in ſpe, quod in re nõdum uidetur. Fidei autem
robore atq; certamine, in maioribus duntaxat
ætatibus, etiam mortis fuerat ſuperãdus timor,
quod in ſanctis martyribus maxime eminuit:
cuius profecto certaminis eſſet nulla uictoria,
nulla gloria: quia nec ipſum omnino poſſet eſſe B
certamen, ſi poſt lauacrum regenerationis iam
ſancti non poſſent mortem perpeti corporalẽ.
Cum paruulis autem baptizandis quis non ad
Chriſti gratiam propterea potius curreret, ne à
corpore ſolueretur? Atq; ita non inuiſibili præ/
mio probaretur fides: ſed iam nec fides eſſet, cõ/
feſtim ſui operis quærendo & ſumendo merce/
dem. Nũc uero maiore & mirabiliore gratia ſal
uatoris in uſus iuſtitiæ, peccati pœna conuerſa
eſt. Tunc enim dictum eſt homini: Morieris, ſi
peccaueris. Nunc dicitur martyri: Morere, ne
pecces. Tunc dictum eſt: Si mandatum tranſ/
greſsi fueritis, morte moriemini. Nunc dicitur: C
Si mortem recuſaueritis, mandatum tranſgre/
diemini. Quod tunc timendum fuerat, ut non
peccaretur: nunc ſuſcipiendum eſt, ne peccetur.
Sic per ineffabilem dei miſericordiã, & ipſa pœ
na uitiorũ tranſit in arma uirtutis, & fit iuſti me
ritum etiam ſupplicium peccatoris. Tunc enim
mors eſt acquiſita peccando, nunc impletur iu/
ſtitia moriendo. Verum hoc in ſanctis martyri/
bus, quibus alterutrum à perſecutore proponi/
tur, ut aut deſerant fidem, aut ſufferant mortẽ.
Iuſti autem malunt credẽdo perpeti, quod ſunt
primi iniqui non credendo perpeſsi. Niſi enim
peccaſſent illi, non morerentur: peccabũt autem
iuſti, niſi moriantur. Mortui ſunt ergo illi, quia
peccauerunt: non peccant iſti, quia moriuntur.
Factum eſt per illorum culpam, ut ueniretur in
pœnam: fit per iſtorum pœnam, ne ueniatur in
culpam: non quia mors bonum aliquod facta
eſt, quæ antea malum fuit: ſed tãtam deus fidei
præſtitit gratiam, ut mors, quã uitæ conſtat eſſe
contrariam, inſtrumentũ fieret, per quod tranſi
retur in uitam.

Quod ſicut iniqui male utuntur lege, quę bona eſt, ita & iuſti bene utuntur morte quæ mala eſt. Cap. v

POSTOLVS enim cũ uellet oſten
dere quãtum peccatum, gratia non
A ſubueniente, ad nocendum ualeret,
etiam ipſam legem qua prohibetur
peccatum non dubitauit dicere uir/
tutẽ eſſe peccati. Aculeus, inquit, mortis eſt pec/
catum, uirtus autem peccati lex. Veriſsime om/
nino. [a]Auget enim prohibitio deſiderium ope/
ris illiciti, quando iuſtitia nõ ſic diligitur, ut pec/
candi cupiditas eius dilectione uincatur. Vt au/
tem diligatur & delectet uera iuſtitia, nõ niſi di/
uina ſubuenit gratia. Sed ne propterea lex pu/
taretur malum, quoniam uirtus eſt dicta pecca
ti: ideo ipſe alio loco uerſans huiuſmodi quæ/
ſtionem, ita inquit: Lex quidem ſancta, & man
datum ſanctum & iuſtum & bonum. Quod er
go bonum eſt, inquit, mihi factum eſt mors?
Abſit. Sed peccatum, ut appareat peccatũ, per
bonum mihi operatum eſt mortem, [b]ut fiat ſu/
pra modum peccans peccatum per mãdatum.
Supra modum dixit: quia etiã prævaricatio ad/
ditur, cum peccandi aucta libidine etiam lex ip
ſa contemnitur. Cur hoc commemorandũ pu/
tauerimus? Quia ſcilicet ſicut lex nõ eſt malum,
quando auget peccantium cõcupiſcentiam: ita
nec mors bonum eſt, quãdo auget patientium
gloriam: cum uel illa pro iniquitate deſeritur,
& efficit prævaricatores: uel iſta pro ueritate ſu/
ſcipitur, & efficit martyres. Ac per hoc lex qui/
dem bona eſt, quia prohibitio eſt peccati: mors
autem mala, quia ſtipendium eſt peccati. Sed
quemadmodũ iniuſti male utuntur, nõ tantum
malis, uerumetiam bonis: ita iuſti bene nõ tan/
tum bonis, ſed etiam malis. Hinc fit ut & mali
male lege utantur, quamuis ſit lex bonũ: & bo/
ni bene moriantur, quãuis ſit mors malum. D

L. VIVES

a AVget enim prohibitio deſiderium operis illici/ti.] Natura comparatum eſt in animis, qui affe
ctibus huc atq; illuc impelluntur, ut tum de/
mum aliquid ardentiſsime cupiant, quum cupere ue/
tantur. Argumento ſunt fœminæ, quæ turbationibus
pluſquã uiri agitantur, quæ id ſolum unice optãt, quod
prohibẽtur. Itaq; cũ antea neſciſſent homines, quid eſ/
ſet ad fornicem ire, nec curabãt ire: acceſsit lex, quæ ne
iretur, uetuit. ea omnes docuit, quid illud eſſet: & pra/
ua ingenia impulit ad id experiẽdum, quod uetaretur.
Neſciebam, inquit Paulus, concupiſcentiã, niſi quia lex
dixit: Ne cõcupiſcito. Solonem refert Cicero, Roſcium
Amerinum defendens, nihil ſuis legibus de his qui pa/
rentes occidiſſent, ſtatuiſſe. nam quum antea nõ eſſet fa
ctum, uerebãr ne non tam id pœna prohiberet, q̃ admo
neret

neret lege. b Vt fiat ſupra modum peccãs peccatum A
per mandatum.] In ueteribus libris ſic legitur: ut fiat
ſupra modum peccator, at peccatum per mandatum.
Eundem locum citans ad Simplicianum lib. i. eod ẽ mo
do dicit: Supra modũ peccator at peccatum, haud du/
bio utrobiq; mendo. Dicendum enim. Vt fiat ſupra mo
dum peccator peccatum per mandatum. Maluit pecca
tor dicere, quod nomen eſt, q̃ peccans participiũ, ὑπερ/
πλὲον ἡ ἁμαρτία· ſic eſt Græce, itaq; peccator ad peccatũ re
fertur, tametſi maſculini ſexus. ſed nihil prohibet duo
ſubſtãtiua ſic coniungi. Niſi quis etiã malit peccans nõ
participium, ſed uerbale nomẽ, quod ſolet genitiuis ad
di: ut alieni appetẽs, apud Saluſtium, & litium fugitãs
apud Terentium. c Quum peccãdi aucta libidine.]
Qui ſibi uſum ſcelerum fecere in naturam ſcelere cõuer
ſo, minas omnes & terrores legis contemnunt.

De generalis mortis malo, quo ani/ B mæ & corporis ſocietas ſeparatur. VI

VAPROPTER quod attinet ad
corporis mortem, id eſt ſeparatio/
Q nem animæ à corpore, cũ eam pati/
untur qui morientes appellãtur, nul
li bona eſt. Habet enim [a]aſperũ ſen
ſum & cõtra naturã uis ipſa qua utrunq; diuelli
tur, quod fuerat in uiuẽte conĵũctum atq; cõſer
tum, quãdiu moriatur: donec omnis adimatur
ſenſus, qui ex ipſo inerat animæ carniſq; cõple/
xu. Quam totam moleſtiam nõnunquã unus
ictus corporis uel animæ raptus intercipit: nec
eã ſentiri præueniẽte celeritate permittit. Quic/
quid tamen illud eſt in moriẽtibus, quod [b]cum
graui ſenſu adimit ſenſum, pie fideliterq; tole/
rando auget meritũ patientiæ, non aufert uoca
bulũ pœnæ: ita cũ ex hominis primi perpetua/
ta propagine proculdubio ſit mors pœna naſcẽ
tis: tamẽ ſi pro pietate iuſtitiaq; pẽdatur, fit glo
ria renaſcentis: & cũ ſit mors peccati retributio,
aliquãdo impetrat, ut nihil retribuatur peccato.

L. VIVES

a ASperum ſenſum.] De ſenſione dicitur paſsiõe.
b Cum graui ſenſu adimit ſenſum.] Prius
paſsiue, poſterius actiue: cum graui ſenſione a/ D
dimit uim ſentiendi.

De morte quam non regenerati pro Chriſti confeſsione ſuſcipiunt. VII

AM quicunq; etiam non percepto
regenerationis lauacro pro Chriſti
N cõfeſsione moriuntur: tantũ eis ua/
let ad dimittenda peccata, quãtum
ſi abluerẽtur ſacro fonte baptiſma/
tis. Qui enim dixit: Niſi quis renatus fuerit ex
aqua & ſpiritu ſancto, nõ intrabit in regnũ cœ/
lorum: alia ſentẽtia iſtos fecit exceptos, ubi non minus generaliter dixit: Qui me cõfeſſus fuerit C
corã hominibus, cõfitebor & ego eũ corã patre
meo, qui in cœlis eſt. Et alio loco: Qui perdide/
rit animã ſuam propter me, inueniet eam. Hinc
eſt quod ſcriptũ eſt: Preciosa in conſpectu do/
mini mors ſanctorum eius. Quid enim precio/
ſius quàm mors, per quam fit ut etiam delicta
omnia dimittantur, & merita cumulatius auge/
antur? Neq; enim tanti ſunt meriti, qui cũ mor
tem differre non poſſent, baptizati ſunt, dele/
tiſq; omnibus peccatis ex hac uita emigrarunt?
quanti ſunt hi, qui mortem differre cũ poſſent,
ideo non diſtulerunt: quia maluerũt Chriſtum
confitendo finire hanc uitam, q̃ eum negando
ad eius baptiſmum peruenire. [a]Quod utique ſi
feciſſent, etiam hoc eis in illo lauacro dimittere/
tur, quod timore mortis negauerãt Chriſtum:
in quo lauacro etiam [b]illis facinus tam immane
dimiſſum eſt, qui occiderant Chriſtũ. [c]Sed quã
do ſine abũdantia gratiæ ſpiritus illius, qui ubi
uult ſpirat, tantum Chriſtum amare poſſent, ut
eũ in tanto uitæ diſcrimine ſub tanta ſpe ueniæ
negare non poſſent? Mors igitur preciosa ſan/
ctorum, quibus cum tanta gratia eſt præmiſſa
& prærogata mors Chriſti, ut ad eum acquirẽ/
C dum, ſuam nõ cunctarentur impẽdere animã,
in eos uſus redactum eſſe monſtrauit, quod ad
pœnam peccantis antea fuerat conſtitutum, ut
inde iuſtitiæ fructus uberior naſceretur. Mors
ergo non ideo bonum uideri debet, quia in tan
tam utilitatem, non ui ſua, ſed diuina opitulatio
ne conuerſa eſt: ut quæ tunc metuenda propoſi
ta eſt, ne peccatum committeretur, nunc ſuſcipi
enda proponatur, ut peccatum nõn committa/
tur, commiſſumq; deleatur, magnæq; uictoriæ
debita iuſtitiæ palma reddatur.

L. VIVES

a QVod utiq; ſi feciſſent etiam hoc eis in illo l. d.]
Significat ſtultũ eſſe tantum & tam capitale ſce/
lus, quod nõ myſtica illa abluatur aqua. b Il/
lis facinus t. im. di. eſt, qui occiderant Chriſtum.] Vide
tur de illis ipſis intelligendum, qui Hieroſolymis Chri
ſtum occiderunt, quorum forte aliqui ad meliorem pie
tatem ſunt conuerſi. c Sed quando in abũdantia gra
tiæ.] Legendum: Sed quando ſine abundantia gratiæ,
per interrogationem, qua quid ſentiat Auguſtinus, de
clarat: fieri ſcilicet nõ poſſe, ut ſine magna gratiæ abun/
dantia Chriſtum tam conſtanter amarent, quã qui ha/
bent in eã baptizati ſunt, nec aquis indigent.

Quod in ſanctis primę mortis pro ue ritate ſuſceptio, ſecundæ ſit mortis ab ſolutio. Caput VIII

Si

ı enim diligentius conſideremus, etiam cum quiſq; pro ueritate fideliter et laudabiliter moritur, mors cauetur. Ideo quippe aliquid eius ſuſcipitur, ne tota cõtingat, & ſecũda inſuper, quæ nunquã finiatur, accedat. Suſcipitur enim animæ à corpore ſeparatio, ne deo ab anima ſeparato, etiã ipſa ſeparetur à corpore, ac ſic totius hominis prima morte cõpleta, ſecũda excipiat ſempiterna. Quocirca mors quidẽ, ut dixi, [a]cum eam morientes patiũtur, cũq; in eis, ut moriantur, facit, nemini bona eſt, ſed laudabiliter toleratur pro tenẽdo uel adipiſcẽdo bono. Cũ uero in ea ſunt, qui iam mortui nuncupantur, non abſurde dicitur, & malis mala, et bonis bona. In requie enim ſunt animę piorũ à corpore ſeparatæ: impiorũ autẽ pœnas luunt, donec iſtarũ ad æternã uitam: illarũ uero ad æternam mortẽ, quæ ſecũda dicitur, corpora reuiuiſcant.

L. VIVES

a Cvm eam morientes patiuntur.] Nam & quorũ animus è corpore migrat, & quorũ iam migrauit, in morte eſſe dicũtur: ut mors ſit, & cum diſcedit illa, & cum diſceſsit, ita ut in morientibus ſit paſſio, in morte priuatio. Vtraq; eſt in uſu autorũ, de priore Verg. Priamus quãquam media iam morte tenetur. de poſteriore idem, Morte Neoptolemi regnorum reddita ceſsit Pars Heleno.

Tempus mortis, quo uitæ ſenſus auferatur in morientibus, an in mortuis eſſe dicendum ſit. Cap. XI

b-d id tempus, quo animæ à corporæ ſeparatæ, aut in bonis ſunt, aut in malis: utrũ poſt mortẽ potius, an in morte dicendũ eſt? Si enim poſt mortẽ eſt, iam nõ ipſa mors, quę tranſacta atq; præterita eſt, ſed poſtea uita præſens animæ, ſiue bona, ſeu mala eſt. Mors autem tũc eis mala erat, quãdo erat, hoc eſt quãdo eam patiebantur, cũ morerentur: quoniã grauis & moleſtus eis inerat ſenſus: quo malo bene utuntur boni. Peracta autẽ mors, quo nam modo, uel bona, uel mala eſt, quæ iam nõ eſt? Porrò ſi adhuc diligentius attendamus: nec illa mors eſſe apparebit, cuius grauẽ ac moleſtũ in morientibus dixi mus ſenſum. [a]Quandiu enim ſentiũt, adhuc uiuũt, cũq; uiuũt, & ſi adhuc uiuũt, ante mortem cũq; in morte potius eſſe dicẽdi ſunt: quia illa cum uenerit, aufert omnẽ corporis ſenſum, qui ea propinquante moleſtus eſt. Ac per hoc quomodo morientes dicamus eos qui nondum mortui ſunt, ſed imminẽte morte iam extrema & mortifera afflictione iactãtur, explicare difficile eſt, etiam ſi recte iſti appellantur moriẽtes: quia cũ mors quæ iam imminet, aduenerit, nõ morientes, ſed mortui nũcupantur. Nulluseſt ergo moriens, niſi uiuens, quoniam cum in tanta eſt extremitate uitæ, in quanta ſunt [b]quos agere animam dicimus, profecto qui nondũ anima caruit, adhuc uiuit. Idem ipſe igitur ſimul & moriens eſt & uiuens: ſed morti accedens, uita decedens, adhuc tamen in uita: quia ineſt anima corpori: nondũ autem in morte, quia nõdum abſceſsit à corpore. Sed ſi cũ abſceſſerit, nec tunc in morte, ſed poſt mortẽ potius erit, quando ſit in morte quis dixerit? Nam neq; ullus moriẽs erit, ſi moriẽs & uiuens ſimul eſſe nullus poteſt. Quandiu quippe anima in corpore eſt, nõ poſſumus negare uiuentem. [c]Aut ſi moriẽs potius dicẽdus eſt, in cuius iam corpore agitur, ut moriatur: nec ſimul quiſquã poteſt eſſe uiuens & moriens: quando ſit uiuens, neſcio.

L. VIVES

Qvandiu enim ſentiũt, adhuc utiq; uiuunt.] Sed mors diffinitur ſeparatio animæ à corpore, quæ in tempore fit: & quum deſerere incipit frigida membra, iam incipit mori homo, & abſceſſus animæ eſt acceſſus mortis, quũ illa penitus reliquit corpus, hæc penitus inuaſit. b Quos agere animã dicimus.] Sic Martialis: Si deſit quod agas, Attale agas animã. quod ex antiqua perſuaſione ortum habet, animã ſpiritũ eſſe & aurã tenuiſsimã. Hinc agere animã, quaſi eam exuſflare & expellere. Vnde ſequitur mors. c Aut ſi moriens potius dicendus eſt.] Si is dicitur mori, in cuius corpore agitur, unde incipiat anima abire, profecto uita noſtra tota dicenda eſt mors. Ex quo eñ nati ſumus, qualitates corporis pugna ſua uitam expellere conantur, & certe ſenſim detrudũt. Quæ cauſa ueteribus pleriſq; philoſophis fuit dicendi, incipere nos in ortu mori, finemq; mortis eſſe, quẽ nos dicimus uitæ: ſiue quia tunc uere incipimus uiuere, ſiue ut alij dicebant, quia tunc perfecta eſt mors, & abijt.

An uita mortaliũ mors potius quàm uita dicenda ſit. Cap. X.

x quo enim quiſque in iſto corpore morituro eſſe cœperit, [a]nũquam in eo nõ agitur, ut morsueniat. Hoc enim agit eius mutabilitas toto tempore uitæ huius: ſi tamẽ uita dicẽda eſt, ut ueniatur in mortẽ. Nemo quippe eſt qui non ei poſt annum ſit, quàm ante annũ fuit, & cras quàm hodie, & hodie quàm heri, & paulo poſt quàm nunc, & nunc quàm paulo ante propinquior: [b]quoniam quicquid temporis uiuitur, de ſpatio uiuendi demitur: & quotidie fit

ſit minus minuſq; quod reſtat: ut omnino nihil ſit aliud tempus uitę huius, cẽq; curſus ad mortẽ. In quo nemo uel paululũ ſtare, uel aliquãto tardius ire permittitur: ſed omnes urgentur pari motu: nec diuerſo impelluntur acceſſu. Neque enim cui uita breuior fuit, celerius diem duxit, cẽq; ille cui longior: ſed cũ æqualiter æqualia momenta raperentur ambobus, alter habuit propius, alter remotius, quòd non impari uelocitate ambo currebant. Aliud eſt autem amplius uiæ peregiſſe, aliud tardius ambulaſſe. Qui ergo uſque ad mortem productiora ſpatia temporis agit, non lentius pergit, ſed plus itineris conficit. Porrò ſi ex illo quiſq; incipit mori, hoc eſt, eſſe in morte, ex quo in illo agi cœperit ipſa mors, id eſt uitæ detractio: quia cum detrahendo finita fuerit, poſt mortem iam erit, non in morte: profecto ex quo eſſe incipit in hoc corpore, in morte eſt. Quid enim aliud diebus, horis, momentisq; ſingulis agitur, donec ea conſummata mors quæ agebatur, impleatur: & incipiat iã tempus eſſe poſt mortem: quod cum uita detraheretur, erat in morte. Nunquam igitur in uita homo eſt, ex quo eſt in corpore iſto moriente potius quàm uiuente: ſi & in uita & in morte ſimul non poteſt eſſe. An potius & in uita & in morte ſimul eſt: in uita ſcilicet in qua uiuit, donec tota detrahatur: in morte autem, quia iam moritur, cui uita detrahitur? Si enim non eſt in uita, quid eſt quod detrahitur, donec eius fiat perfecta conſumptio? Si autem non eſt in morte, quid eſt uitæ ipſa detractio? Non enim fruſtra cum uita fuerit corpori tota detracta, poſt mortem iam dicitur, niſi quia mors erat cum detraheretur. Nam ſi ea detracta nõ eſt homo in morte, ſed poſt mortem, quando niſi cum detrahitur, erit in morte?

L. VIVES

a Nvnquam in eo non agitur, ut mors nõ ueniat.] Delenda hæc poſtrema negatio, dicendum ſic: Nunquam in eo nõ agitẽ, ut mors ueniat. quaſi, ſemper id agitur. b Quoniam quicquid temporis uiuitur.] Quintilianus in Mathematico: Omnis nos hora per tacitos fallentesq; curſus applicat fato, & in hac miſera perpetuitatis cogitatione diſtricti per exigua feſtinãtis æui momenta præmorimur. Tempus aſsidue aliquid nobis deterere uulgatiſsimũ eſt: pleriq; ſunt non philoſophorum modo, ſed poetarum quoq; libri, & magna pars eorum quæ hic Auguſt. dicit, ſumpta eſt ex Seneca uarijs locis.

An quiſquam ſimul, & uiuens poſsit eſſe, & mortuus. Cap. XI

ı autem abſurdum eſt, ut hominem antequã ad mortem perueniat, iam eſſe dicamus in morte: cui enim propinquat peragẽdo uitæ ſuæ tempora, ſi iam in illa eſt, maxime [a]quia nimis eſt inſolens, ut ſimul & uiuens eſſe dicatur, & moriens, cum uigilans & dormiens ſimul eſſe non poſsit: quærendum eſt quãdo erit moriens. Etenim antequam mors ueniat, non eſt moriens, ſed uiuens: cũ uero mors uenerit, mortuus erit nõ moriens. Illud ergo eſt adhuc ante mortem, hoc iam poſt mortem. [b]Quãdo ergo in morte? Tunc enim eſt moriens, ut quemadmodum tria ſunt cum dicimus, ante mortem, in morte, poſt mortem: ita tria ſingulis ſingula: uiuens, moriens, mortuusq; reddantur. Quando itaq; ſit moriens, id eſt in morte, ubi neq; ſit uiuens, quod eſt ante mortẽ, neq; mortuus, quod eſt poſt mortẽ, ſed moriens, id eſt, in morte, difficillime diffinitur. Quandiu quippe eſt anima in corpore, maxime ſi etiã ſenſus adſit, procul dubio uiuit homo, quia conſtat ex anima & corpore: ac per hoc adhuc ante mortẽ, non in morte eſſe dicendus eſt. Cum uero anima abſceſſerit, omnemq; abſtulerit corporis ſenſum, iam poſt mortem, mortuusq; perhibetur. Perit igitur inter utrunq;, quo moriens, uel in morte ſit: quoniam ſi adhuc uiuit, ante mortẽ eſt: ſi uiuere deſiſtit, iam poſt mortem eſt. Nunquam ergo moriens, id eſt in morte eſſe comprehenditur. Ita etiã in tranſcurſu temporũ quæritur præſens, nec inuenitur: quia ſine ullo ſpatio eſt, per quod tranſitur ex præterito in futurum. Nónne ergo uidendum eſt, ne iſta ratione mors corporis nulla eſſe dicatur? Si enim eſt, quãdo eſt, quæ in ullo, & in qua ullus, eſſe non poteſt? quandoquidem ſi uiuitur, adhuc non eſt, quia hoc ante mortem non in morte: ſi autem uiuere iam ceſſatum eſt, iam non eſt: quia & hoc poſt mortem eſt, nõ in morte? Sed rurſus ſi nulla mors eſt ante uel poſt, quid eſt, quod dicitur ante mortem, uel poſt mortẽ? Nam & hoc inaniter dicitur, ſi mors nulla eſt. Atq; utinã in paradiſo bene uiuendo egiſſemus, ut reuera nulla eſſet mors. Nũc autem non ſolum eſt, uerumetiam tam moleſta eſt, ut nec ulla explicari locutiõe poſsit, nec ulla ratione uitari. Loquamur ergo ſecundum conſuetudinem: non enim aliter debemus: & dicamus ante mortem, priuſquam mors accidat: ſicut ſcriptum eſt, [d]Ante mor-

tem

tem ne laudes hominem quenquam. Dicamus etiam cum acciderit: post mortem illius uel illius factum est illud, uel illud. Dicamus & de præsenti tempore ut possumus, uelut cum ita loquimur: moriens ille testatus est, & illis, atque illis, illud atq; illud moriẽs dereliquit, quamuis hoc quisquam nisi uiuens, omnino facere non possit: & potius hoc ante mortẽ fecerit, non in morte. Loquamur etiam sicut loquitur scriptura diuina: quæ mortuos quoq; non post mortẽ, sed in morte esse non dubitat dicere. Hinc enim est illud: Quoniam non est in morte, qui memor sit tui. Donec enim reuiuiscant, recte dicuntur esse in morte: sicut in somno esse quisq;, donec euigilet, dicitur: Quamuis in somno positos dicamus dormientes, non tamen eo modo possumus dicere eos qui iam sunt mortui, moriẽtes. Non enim adhuc moriũtur, qui quantũ attinet ad corporis mortẽ, de qua nunc disserimus, iam sunt à corporibus separati. Sed hoc est, quod dixi explicari aliqua locutione non posse, quo nam modo uel morientes dicantur uiuere, uel iam mortui etiam post mortem, adhuc esse dicãtur in morte. Quomodo enim post mortem si adhuc in morte, præsertim cum eos nec morientes dicamus, sicuti eos qui in somno sunt dicimus dormiẽtes: & qui in languore, languentes: & qui in dolore, uticq; dolentes: & qui in uita, uiuentes? At uero mortui priusquã resurgãt, esse dicuntur in morte: nec tamen possunt appellari moriẽtes. Vnde nõ importune, necq; incongrue arbitror accidisse, etsi nõ humana industria, iudicio fortasse diuino, ut hoc uerbũ quod est, moritur, in Latina lingua [f] nec grammatici declinare potuerint, ea regula qua cætera talia declinãtur. [g] Namq; ab eo quod est oritur fit uerbum præteriti tẽporis, ortus est: & si qua similia sunt, quæ per temporis præteriti participia declinantur. Ab eo uero quod est moritur, si quæramus præteriti temporis uerbũ, responderi solet, mortuus est, u, litera geminata. Sic enim dicitur mortuus, quomodo fatuus, arduus, conspicuus, & si qua similia, quæ non sunt præteriti temporis: sed quoniam nomina sunt, sine tempore declinantur. Illud autem quasi declinaretur, quod declinari nõ potest, pro participio præteriti temporis ponitur nomen. Cõuenienter itaq; factũ est, ut quemadmodum id quod significat non potest agendo, ita ipsum uerbum [h] declinari loquẽdo nõ possit. Agi tamẽ potest in adiutorio gratiæ redemptoris nostri, ut saltem secundam mortẽ declinare possimus. Illa enim est grauior & omniũ malorũ pessima, quæ non fit separatione animæ & corporis, sed in æternam pœnam potius utriusq; complexu. Ibi econtrario non erũt homines ante mortem atq; post mortem, sed semper in morte: ac per hoc nunquam uiuẽtes, nunquam mortui, sed sine fine morientes. Nunquam enim erit homini peius in morte, quàm ubi erit mors ipsa sine morte.

L. VIVES

a Via nimis est insolens.] Nimis insolitum, uocabulum est antiquum, quo utitur Salustius, usurpator ueterum uocabulorum, & Gellius eius æmulus. b Quando ergo in morte.]

c Loquamur ergo secundum consuetudinem.] Optimam loquendi magistram, & à qua in loquendo artes discedere non debent. d Ante mortem ne laudes hominem.] Simile hoc sententiæ Solonis: Neminẽ ante mortem posse beatum dici: quoniã incertum est, quid etiã adhuc continget. f Nec grammatici declinare potuerint.] Nimis es hoc capite ineptus Augustine: nam altera ineptia fuit iubere, ut quæ loquimur ad uulgarẽ consuetudinem accõmodemus: hæc tertia, quod grammaticos omnino in opere theologico nominasti: quanto magis, quod ex eorũ præceptis aliquod adduxisti, ad id quod agis, argumentũ: quod si Theologulus aliquis fecisset nostri seculi, exibilandum & eiściendum in schola omnes censuissent. tu uero artes omnes ac disciplinas connexas inter se maxima coniunctione arbitraris, consensum ueteris sapiẽtiæ secutus: ita ut nulla sit alteri decori, contrà potius una quæque alteri adiumento.

g Namq; ab eo quod est oritur.] Analogia ualere an debeat in arte grammatica, magna quæstio est, & à clarissimis in utranq; uersata partem. Aristarchus analogiam tutatus est nobilis grammaticus. Crates uero oppugnauit fretus libro, quẽ Chrysippus reliquit περὶ ἀνωμαλίας. Rationes utrinq; à M. Varrone explicantur in libris, qui supersunt ipsius de analogia. Disputat & de analogia Quintilianus. Scripsit & Caius Cæsar de analogia ad Ciceronem. Haud dubie ualere in omnibus analogiam non oportet: ualere in multis necesse est. Aliter nec pars constabit, & uix sermo ipse. h Declinari loquendo.] Lusit ambiguitate uerbi illius declinari: agendo, inquit, non potest declinari, hoc est uitari: nec loquendo per casus inflecti.

Quam mortem primis hominibus deus, si mãdatum eius transgrederentur, fuerit comminatus. Cap. XII

Cum

VM ergo requiritur, quam mortem deus primis hominibus fuerit comminatus, si ab eo mãdatum trãsgrederẽtur acceptum, nec obediẽtiam custodirent: utrũ animæ, an corporis, an totius hominis, an illam quæ secunda dicitur: respondendum est, omnes. Prima enim constat ex duabus: secunda ex omnibus tota. Sicut enim uniuersa terra ex multis terris, & uniuersa ecclesia ex multis constat ecclesiis, sic uniuersa mors ex omnibus: quoniam prima constat ex duabus: una animæ, altera corporis: ut sit prima totius hominis mors, cum anima sine deo, & sine corpore ad tẽpus pœnas luit: secunda uero, ubi anima sine deo cum corpore pœnas æternas luit. Quando ergo dixit deus primo illi homini quem in paradiso constituerat, de cibo uetito: Quacũq; die ederitis ex eo, morte moriemini: non tantum primæ mortis partem priorem ubi anima priuatur deo: nec tantum posteriorem, ubi corpus priuatur anima: nec solum ipsam totam primam, ubi anima & à deo & à corpore separata punitur: sed quicquid mortis est usq; ad nouissimam, quæ secũda dicitur, & quã est nulla posterior, comminatio illa complexa est.

Præuaricatio primorum hominum, quam primum senserit pœnã. XIII

AM postea quàm præcepti facta transgressio est, cõfestim gratia deserẽte diuina, de corporum suorum nuditate confusi sunt: unde etiam foliis ficulneis, quæ forte à perturbatis prima comperta sunt, pudenda texerũt, quæ prius eadem membra erant, sed pudenda non erant. Senserunt enim nouum motũ inobedientis carnis suæ, [b] tanquã reciprocam pœnam inobedientiæ suæ. Iam quippe anima libertate in peruersum propria delectata, & deo dedignata seruire, pristino corporis seruitio destituebatur. Et quia superiorem dominum suo arbitrio deseruerat, inferiorem famulum ad suum arbitrium non tenebat: nec omnino habebat subditam carnẽ, sicut semper habere potuisset, si deo subdita ipsa mansisset. Tũc ergo caro cœpit concupiscere aduersus spiritũ, [c] cũ qua controuersia nati sumus, [d] trahentes originẽ mortis, & in mẽbris nostris uitiatam naturã, cõtentionem eius, siue uictoriã, de prima præuaricatione gestãtes.

L. VIVES

a Sed pudenda non erant.] Turpia non erant, idcirco nec pudorem afferebant. Nullus eis fuisset offensus, si non peccassent, & usus eorum fuisset, qualis manuum & pedum. Sed ubi culpam admiserũt, illis partibus obscœna uoluptas addita, pudendas & è conspectu remouendas fecit. b Tanquã reciprocam pœnam inobedientiæ suæ.] Quod inobedientia in eos reflectebatur, ut quemadmodum deo ipsi nõ paruerant, cui naturæ iure subditi erant, sic subditum sentirẽt sibi rebellantẽ, membra scilicet dominæ rationi. c Et spiritus aduersus carnem.] Hoc nihil facit ad sensum: nec in alijs libris adscribitur. d Trahentes originẽ mortis.] In codice Brugensi sic habetur: trahẽtes originem mortis, & in membris nostris uitiatam naturam, cõtentionem eius, siue uictoriã, de prima præuaricatione gestantes. Vtrocunq; legatur modo, sensus est: Ex illa primigenia noxa, hanc pugnam inter affectus & mentẽ ortam esse, quæ nos perpetuo comitatur, in qua interim mens est uictrix, interim uicta. Quod si legatur sine uictoria, sensus erit, non ita subigi & domari posse corporis affectus, ut amplius bellum rationi non faciant, & negocium exhibeant permolestum: ita ea lectio non displicet, & uidetur subtilior.

Qualis homo sit factus à deo, & in quam sortem deciderit suę uoluntatis arbitrio. Cap. XIIII

EVS enim creauit hominem rectũ, naturarum autor, non utique uitiorum, sed spõte deprauatus, iusteq; damnatus, deprauatos dãnatosq; generauit. Omnes enim fuimus in illo uno, [a] quando omnes ille unus corrupit, qui per fœminam lapsus est in peccatũ, quæ de illo facta est ante peccatũ. Nondum erat nobis singillatim creata & distributa forma, in qua singuli uiueremus, sed iam natura erat seminalis, ex qua propagaremur: qua scilicet propter peccatum uiciata, & uinculo mortis obstricta, iusteq; damnata, non alterius cõditionis homo ex homine nasceretur: ac per hoc [b] à libero arbitrij malo usu series huius calamitatis exorta est, quę humanum genus origine deprauata, uelut radice corrupta, usque ad secundæ mortis exitium, quæ non habet finem: solis eis exceptis, qui per gratiam dei liberantur, miseriarum connexione perducit.

L. VIVES

a Quando omnes ille unus corrupit.] In antiquis exemplaribus sic habetur: Quando omnes fuimus ille unus. nec est, omnes ille unus corrupit. Intelligi uult Augustinus, quando omnes in eo eramus seminali uirtute, ipseq; totus est deprauatus & corruptus, idcirco nos omnes ex fonte infecto manantes, uenenum traximus nobiscum. b A libero arbitrij malo usu.] Male enim usi sunt parentes illi prima libertate uoluntatis, qua & facere semper imperata dei, & recusare poterant.

Quod Adam peccans prius reliquerit deum, quàm relinqueretur à deo, & primam fuisse animæ mortẽ, à deo recessisse. Cap. XV

QVAMOBREM etiam in eo quod dictum est: Morte moriemini: quoniam non est dictum, mortibus, si eã solam intelligamus, quę fit cũ anima deseritur sua uita, quod illi deus est: non enim deserta est, ut desereret, sed ut desereretur, deseruit, Ad malũ quippe eius prior est uoluntas eius: ad bonum uero eius prior est uoluntas creatoris eius: siue ut eam faceret, quæ B nulla erat: siue ut reficiat, quæ lapsa perierat. etiã si ergo hanc intelligamus, deũ denunciasse mortẽ, in eo quod ait: Qua die ederitis ex illo, morte moriemini: tanquã diceret, qua die me deserueritis per inobedientiam, deseram uos per iustitiam: profecto in ea morte etiam cæteræ denunciatæ sunt, quæ proculdubio fuerant secuturæ. Nam in eo quod inobediẽs motus in carne ex motu animæ inobedientis exortus est, propter quem pudenda texerunt, sensa est mors una in qua deseruit animam deus. Ea significata est uerbis eius, quando timore dementi sese abscondenti homini dixit, Adam ubi es? non C utiq; ignorando quærens, sed increpando admonens, ut attenderet ubi esset, in quo nõ esset deus. Cũ uero iam corpus anima ipsa deseruit ætate corruptũ & senectute cõfectũ, uenit in experimentũ mors altera, de qua deus peccatũ adhuc puniens homini dixerat, [a]Terra es, & in terram ibis: ut ex his duabus mors illa prima quæ totius hominis est compleretur, quam secunda in ultimo sequitur, nisi homo per gratiam dei liberetur. Neq; enim corpus, quod de terra est, rediret in terrã, nisi sua morte, quæ illi accidit cũ deseritur sua uita, id est anima. [b]Vnde cõstat in- D ter Christianos ueraciter catholicam tenentes fidem, etiam ipsam nobis corporis mortem, nõ lege naturæ, qua nullam mortem homini deus fecit, [c]sed merito inflictam esse peccati, quoniam peccatum uindicans deus, dixit homini, in quo tunc omnes eramus: Terra es, & in terram ibis.

L. VIVES

a TErra es, & in terram ibis.] Sic LXX. γῆ εἶ καὶ εἰς τὴν γῆν ἀπελεύσῃ. Vbi secundo loco dicit cum articulo τὴν γῆν per quod ipsum elementum terræ significatur, in quod cadunt omnia uiuẽtia, cum moriuntur.

Homo si non peccasset an esset mortuus

b Vnde constat inter Christianos,] Sæpe Augustinus disertis uerbis ostendit sententiam suam hanc esse, A hominem si non peccasset, non fuisse moriturũ: nec morti, nec morbis corpus habiturum obnoxium, lignumq; illud uitæ immortalitatem collaturum. Optimus scholasticorum theologus B. Thomas Aquinas in eandem sententiam iuit. Scotus tamen siue studio partium, seu quia sic est ipsi uisum, hæc omnia negat. Vult enim corpus hominis fuisse etiam in illo statu rerũ subditũ morbis, & perpessurum eos, nec moriturũ tamẽ quia prius ad cœlos ueheretur, q̃ caderet: sed si relinquereẽ diutius in terra, haud dubie tabe cõfectum iri, nec lignum uitæ uirtutẽ habere perpetuandi uitam, tantum proferendi. c Sed merito inflictam esse peccati.] Merito nomen est: q. eo quod peccatum est, meritum est.

De philosophis qui animæ separationem à corpore non putant esse pœnalem, cum Plato inducat summũ deum dijs minoribus promittentem, quod nunquam sint corporibus exuendi. Caput XVI

SED philosophi, contra quorum calumnias defendimus ciuitatem dei, hoc est eius ecclesiam, sapienter sibi uidentur irridere, quod dicimus animæ à corpore separationẽ inter pœnas eius esse deputandã: [a]quia uidelicet eius perfectam beatitudinem tunc illi fieri existimant, cum omni prorsus corpore exuta ad deum sim- C plex, & sola & quodãmodo nuda redierit. Vbi si nihil quo ista refelleretur opinio in eorum literis inuenirem, operosius mihi disputandũ esset, quo demonstrarem non corpus esse animę, sed corruptibile corpus, onerosum. Vnde illud est quod de scripturis nostris in superiori libro cõmemorauimus: Corpus enim corruptibile aggrauat animam. Addendo utiq; corruptibile, non qualicunq; corpore, sed quale factum est ex peccato consequente uindicta, animam perhibuit aggrauari. Quod etiamsi nõ addidisset, nihil aliud intelligere debemus. Sed cum aper- D tissime Plato deos à summo deo factos habere immortalia corpora prædicet, eisq; ipsum deũ à quo facti sunt, inducat pro magno beneficio pollicentem, quod in æternũ cum suis corporibus permanebunt, nec ab eis ulla morte soluentur: quid est quod isti ad exagitandã Christianam fidem [b]fingunt se nescire, quod sciunt: aut etiam sibi repugnantes aduersum seipsos dicere malunt, dum nobis nõ desinant cõtradicere? Nempe Platonis hæc uerba sunt, [c]sicut ea Cicero in Latinum uertit, quibus inducit summum deũ, deos quos fecit alloquentẽ et dicentẽ: [d]Vos qui deorũ satu orti estis, attendite, quorũ operũ ego

ego parens effectorq; sum. [e]Hęc sunt indissolu- A bilia nutu meo, quanquam omne colligatũ solui potest. [f]Sed haud quaquam bonum est, [g]ratione iunctum dissoluere uelle. Sed quoniam estis orti, immortales uos quidem esse, & indissolubiles non potestis. Nec unquam tamen dissoluemini: neq; uos ulla mortis fata periment, nec erunt ualentiora quàm consilium meum, quod maius est uinculum ad perpetuitatem uestram quàm illa quibus estis, tunc cum gignebamini, colligati. Ecce deos Plato dicit & corporis animæq; colligatione mortales, & tamen immortales dei à quo facti sunt, uoluntate atq; consi- B lio Si ergo animæ pœna est in qualicunq; corpore colligari, quid est quod eos alloquẽs deus tanquam solicitos, ne forte moriantur, id est dissoluantur à corpore, de sua facit immortalitate securos: non propter eorum naturam, quæ sit compacta, non simplex, sed propter suam inuictissimam uoluntatem, qua potẽs est facere, ut nec orta occidant, nec cõnexa soluantur, sed incorruptibiliter perseuerẽt? Et hoc quidem utrũ Plato uerũ de syderibus dicat, alia quæstio est. [h]Neq; enim ei continuo concedendum est, globos istos luminum siue orbiculos luce corporea super terras, seu die, seu nocte fulgentes, suis qui- C busdã proprijs animis uiuere, eisq; intellectualibus & beatis, quod etiã de ipso uniuerso mundo tanquam uno animali maximo quo cuncta cætera continerentur animalia, constanter affirmat. Sed hæc, ut dixi, alia quæstio est, quã nunc discutiendam non suscepimus. Hoc tantũ contra istos commemorandum putaui, qui se Platonicos uocari uel esse gloriãtur, cuius superbia nominis erubescunt esse Christiani, ne commune illis cum uulgo [i]uocabulum uilem faciat palliatorum, tanto magis inflatam, quanto magis exiguam paucitatem: & quærentes quid in do- D ctrina Christiana reprehendant, exagitãt æternitatem corporũ, tanquam hæc sint inter se contraria, ut & beatitudinem quæramus animæ, & eam semper esse uelimus in corpore uelut ærumnoso uinculo colligatam: cum eorũ autor & magister Plato donum à deo summo dijs factis ab illo dicat esse cõcessum, ne aliquando moriãtur, id est à corporibus, quibus eos connexuit, separentur.

L. VIVES

a QVia uidelicet eius perfectam beatitudinẽ.] Philolaus Pythagoricus deposito corpore hominẽ deum immortalem fieri ait. Et Plato trahi nos à A corpore, inquit, ad ima, & à cogitatione superarum rerum subinde reuocari: ideo relinquendum corpus, & hic quantum possumus, & in altera uita prorsum, ut liberi & expediti uerum ipsi uideamus, & optimum amemus. Hinc Porphyrius negat aliter fieri beatum quenquã posse, nisi relinquat corpus, & affigaẽ deo. b Fingunt se nescire quod sciunt.] Terentiana imitatio, tu si sapis, quod scis nescias. c Sicut ea Cicero in Latinũ uertit.] Libellus Ciceronis, qui de uniuersitate inscribitur, pars est Timæi Platonis. Græca Platonis uerba subijciam, ut ex eis emendemus Ciceronis locum, qui passim, ut ipse totus libellus, mendose legitur: Θεοὶ θεῶν ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων, ἃ δι' ἐμοῦ γενόμενα ἄλυτα ἐμοῦ γε θέλοντος· τὸ μὲν οὖν δὴ δεθὲν πᾶν λυτόν· τὸ γε μὴν καλῶς ἁρμοσθὲν καὶ ἔχον εὖ, λύειν ἐθέλειν, κακοῦ· δι' ἃ καὶ ἐπείπερ γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ, οὐδ' ἄλυτοι τὸ πάμπαν, οὔτι μὲν δὴ λυθήσεσθέ γε, οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας, τῆς ἐμῆς βουλήσεως μείζονος ἔτι δεσμοῦ, καὶ κυριωτέρου λαχόντες ἐκείνων, οἷς ὅτ' ἐγίγνεσθε συνεδεῖσθε. Hæc ad uerbum interpretabor. Dij deorũ, B quorum operum ego effector & pater sum, quæ per me facta sunt me uolente insolubilia, solubile tamen est colligatum omne: uerum pulchre coaptatum, & benè se habẽs, mali est uelle dissoluere. Quocirca cum geniti sitis, immortales quidem non estis, nec omnino indissolubiles, nec dissoluemini tamen, nec mortis fato conficiemini, sortiti uolũtatem meam, quæ maius est, & uerius uinculum, quàm illa, quibus estis cum gigneremini colligati. Mutuatus est ferè Plato sententiam hanc ex Pythagoricis, & in primis ex libello Timæi Locri propter quẽ suum Timæum nominauit: apud Timæũ hæc sunt uerba: Ἀπλεόμενος ὢν ἄριστον γέννημα ποιεῖν, τοῦτον ἐποίει θεὸν γεννατὸν, οὔποκα φθαρησούμενον ὑπ' ἄλλω αἰτίω ἔξω τῶ αὐτὸν συντεταγμένω θεῶ, εἴποκα δεήθη αὐτὸν διαλύειν· ἀλλ' οὐ γὰρ τἀγαθῶ ἐστιν ὁρμᾶν ἐπὶ φθορὰν γεννάματος καλλίστω. Verba sunt Doricæ dialecti, loquens de deo & mundo. Cum uellet, inquit, opus optimum facere, hunc deum edidit, genitum quidem, sed nunquam interiturum aliena causa, præter quàm ipso deo, à quo C compositus est, si quando ei uenerit in mentẽ ipsum dissoluere. Sed non est bonum impetum capere perdendi pulcherrimum opus. d Vos qui sub mortalitatis fato.] Legendum: uos qui deorum satu orti estis, & sic est apud Ciceronẽ. e Hæc sunt indissolubilia nutu meo.] Melius sic, quàm quomodo uulgo apud Ciceronẽ, quæ per me facta nõ sunt dissoluta me inuito. Vbi nullus est sensus. nisi legaẽ, me nõ inuito, ἐμοῦ θέλοντος. f Sed haud quaquam bonum est.] Apud Ciceronem melius, haud quaquam boni est κακοῦ. g Ratione iunctũ uelle dissoluere.] Hæc quæ sequunẽ, sic sunt scribẽda, ratiõe uinctum uelle dissoluere. Sed quoniam orti estis, immortales uos quidẽ esse & indissolubiles nõ potestis, nec unq̃ tamẽ dissoluemini, neq; uos ulla mortis fata perimẽt &c. h Neq; enim cõtinuo concedendũ est globos istos.] Hanc quæstionem soluere nunquam est Augustinus ausus: nam uidebat Origenẽ cum Platone suo sensisse traxisseq; in sententiã ingeniosos plerosq;. i Vocabulũ D uilem faciat palliatorũ.] Toga Romanorum erat, pallium Græcorum: qui Græcanici uolebant eruditione uideri, palliati incedebant, ijq; & cultu & moribus & eruditione Græca insignes ac suspiciẽdi erant. Nam ut nũc artes omnes Latine traduneẽ, discũturq;, ita tũc Græce. Raritas ipsa horum admirabiliores eos reddebat.

Contra eos qui asserunt terrena corpora incorruptibilia fieri & ęterna nõ posse. Caput XVII

CONTENDVNT etiam isti terrestria corpora sempiterna esse nõ posse, cum ipsam uniuersam terram dei sui, non

quidem ſummi,ſed tamen magni, id eſt totius huius mundi membrum in medio poſitum & ſempiternum eſſe nõ dubitent. Cum ergo deus ille ſummus fecerit eis alterum quem putant deum,id eſt iſtum mundum,cæteris dijs qui infra eum ſunt præferendum,eundemq; exiſtimant eſſe animantem,anima ſcilicet ſicut aſſerunt rationali uel intellectuali,in tam magna mole corporis eius incluſa: ipſiuſq; corporis tanquam membra locis ſuis poſita atq; digeſta, quatuor conſtituerit elementa, quorum iuncturam, ne unquam deus eorum tam magnus moriatur, indiſſolubilem ac ſempiternam uelint:quid cauſæ eſt,ut in corpore maioris animãtis tanquam medium membrum æterna ſit terra,& aliorum animantium terreſtrium corpora ſi deus ſicut illud uelit,æterna eſſe non poſſint? [a] Sed terræ inquiunt,terra reddenda eſt, unde animalium terreſtrium ſumpta ſunt corpora,ex quo fit,inquiunt ut ea ſit neceſſe diſſolui & emori: & eo modo terræ ſtabili ac ſempiternæ,unde fuerãt ſumpta,reſtitui. Si quis hoc etiam de igne ſimiliter affirmet,& dicat reddẽda eſſe uniuerſo igni corpora,quæ inde ſumpta ſunt ut cœleſtia fierent animalia, nõne immortalitas quam talibus dijs uelut deo ſummo loquente promiſit Plato,tanquam uiolentia diſputatiõis huius intercidet? An ibi propterea non fit quia deus nõ uult,cuius uoluntatem,ut ait Plato,nulla uis uincit? Quid ergo prohibet,ut hoc etiã de terreſtribus corporibus deus poſsit efficere,quãdoquidem ut nec ea quæ orta ſunt, occidant, nec ea quæ ſunt iuncta,ſoluantur,nec ea quæ ſunt ex elementis ſumpta,reddantur,atq; ut animæ in corporibus conſtitutæ,nec unquam ea deſerãt, & cum eis immortalitate ac ſempiterna beatitudine perfruantur,poſſe deum facere confitetur Plato? Cur ergo nõ poſsit,ut nec terreſtria moriantur? An deus nõ eſt potens quouſq; Chriſtiani credunt, ſed quouſque Platonici uolunt? Nimirum quippe conſilium dei & poteſtatem potuerunt philoſophi,non potuerũt noſſe prophetę,cum potius econtrario dei prophetas ad enunciandam eius,quantum dignatus eſt uoluntatẽ,ſpiritus eius docuerit, philoſophos autem in ea cognoſcenda,coniectura humana deceperit? Verum non uſque adeo decipi debuerunt,non ſolum ignorantia,uerumetiam perui cacia,ut & ſibi apertiſsime refragentur magnis diſputationum uiribus, aſſerentes, animæ, ut beata eſſe poſsit,non terrenum tantum,ſed omne corpus eſſe fugiẽdum: [b] & deos rurſus dicentes habere beatiſsimas animas & tamen æternis corporibus illigatas, cœleſtibus quidem & igneis. Iouis autem ipſius animam,quem mundum iſtum uolunt, omnibus omnino corporeis elementis,quibus hæc tanta moles à terra in cœlum ſurgit, incluſam. Hanc enim animam Plato ab intimo terræ medio, [c] quod geometræ centrum uocant,per omnes partes eius uſque ad cœli ſumma & extrema diffundi & [d] extendi per numeros muſicos opinatur, ut ſit iſte B mundus animal maximum, beatiſsimum,ſempiternum,cuius anima & perfectam ſapientiæ felicitatem teneret,& corpus proprium non relinqueret,cuiuſq; corpus & in æternum ex illa uiueret, & eam quamuis non ſimplex, ſed tot corporibus tantisq; compactum,hebetare atque tardare non poſſet. Cum igitur ſuſpitionibus ſuis iſta permittant,cur nolunt credere, diuina uoluntate atque potentia immortalia corpora fieri poſſe terrena,in quibus animæ nulla ab eis morte ſeparatæ, nullis eorum oneribus aggrauatæ,ſempiterne ac feliciter uiuant, quod deos ſuos poſſe aſſerunt in corporibus igneis, C Iouemq; ipſum eorum regem in omnibus corporeis elemẽtis? Nam ſi animæ,ut beata ſit,corpus eſt omne fugiendum,fugiant dij eorum de globis ſyderum, fugiat Iuppiter de cœlo & terra,aut ſi nõ poſſunt,miſeri iudicentur. Sed neutrum iſti uolunt, qui neque à corporibus ſeparationem audent dare dijs ſuis, ne illos mortales colere uideantur: nec beatitudinis priuationem,ne infelices eos eſſe fateantur. Non ergo ad beatitudinem conſequendam omnia fugienda ſunt corpora, ſed corruptibilia,moleſta,grauia, moribunda, non qualia fecit primis hominibus bonitas dei: ſed qualia eſſe compulit pec D cati pœna.

L. VIVES

a SEd terræ inquiunt terra reddenda eſt.] Terrã eſſe corpus & in terrã abire ex ſacris literis eſt,& inde ad Græcos ſcriptores per Homerũ manauit. Hinc enim Hectoris cadauer terram nominat. Et Phocylides antiquiſsimus ſcriptor:

Σῶμα γάρ ἐκ γαίης ἐσομεθ᾽, καὶ πάντες ὀλούμεθα
Ἀνδρῶν κόνις ὀστέα θ᾽ μεθ᾽.

Ex terra corpus nobis eſt, rurſus in illam
Soluimur & puluis ſumus.

Et Euripides, quos uerſus in primo Tuſculanarũ quæſtionum uertit Cicero, in quibus ſunt eadẽ uerba, quæ huc Auguſtinus inducit.

Mors eſt finitas omnibus, quæ generi humano angorẽ

Ne-

Nequicquam afferunt, reddenda eſt terræ terra.

b Et terreſtres deos rurſus dicentes.] In exemplari Brugen. ſic eſt: Sed omne corpus eſſe fugiẽdum,& deos rurſus dicentes habere beatiſsimas animas, & tamẽ æternis corporibus illigatas cœleſtibus quidẽ & igneis, quæ lectio uerior uidetur. nam Auguſtinus nihil hic locutus eſt de dijs terrenis. c Quod Geometræ centrũ uocant.] Centrum eſt punctum in medio ſiue orbe ſiue globo,à quo ad extimam partem omnes rectæ lineæ ductæ ſunt æquæ. ac ideo punctum imaginantur eſſe centrum,& inſectile: nam ſi ſecari poſſet,ac partes haberet, nec totum eſſet in medio,nec omnes ab eo radij ad circumflexum æquales eſſent,nempe qui non ab eadẽ parte traherentur. Plato in Timæo, mundi animam in medio tullio locatam à ſummo deo dicit, inde ſe in circuitũ per uniuerſum porrexiſſe,& inducta conuerſione animam uitamq; per mundi corpus fuſam eſſe diuinã, ſempiternam,& ſapientem. d Extendi per numeros muſicos.] De his Macrobius, Chalcidius & Marſilius Ficinus in compendio, quod præpoſuit Timæo Platonis, quem uel ipſe uertit, uel ab alio uerſum incude ſua recuſum ædidit. Hi numeri obſcuritate ſua in prouerbium uenerunt.

Centrum

De terrenis corporibus, quæ philoſophi affirmant in cœleſtibus eſſe non poſſe, quia quod terrenum eſt, natura li pondere uocetur ad terram. XVIII

ED neceſſe eſt, inquiunt, ut terrena corpora naturale pondus uel in terra teneat, uel cogat ad terrã, & ideo in cœlo eſſe non poſſunt. Primi quidem illi homines in terra erant nemoroſa atq; fructuoſa, quæ paradiſi nomẽ obtinuit. Sed quia & ad hoc reſpondendum eſt, uel propter Chriſti corpus, cum quo aſcẽdit in cœlum, uel propter ſanctorum, qualia in reſurrectione futura ſunt, intucantur paulo attẽtius pondera ipſa terrena. Si enim ars humana efficit, ut ex metallis, quæ in aquis poſita, continuo ſubmerguntur, quibuſdam modis uaſa fabricata etiam natare poſsint, quanto credibilius & efficacius occultus aliquis modus operationis dei, cuius omnipotentiſsima uoluntate Plato dicit, nec orta interire, nec colligata poſſe diſſolui, cum multo mirabilius incorporea corporeis, quàm quæcunque corpora quibuſcunque corporibus copulentur, poteſt molibus præſtare terrenis, ut nullo in ima pondere deprimantur: ipſiſq; animis perfectiſsime beatis, ut quamuis terrena, tamen incorruptibilia iam corpora ubi uolunt ponãt, & quò uolunt, agãt, ſitu motuq; facillimo? [b] An uero ſi hoc angeli faciant, ut quæ libet animalia terreſtria rapiant unde libet, conſtituantq; ubi libet, aut eos ſine labore nõ poſſe, aut onera ſentire credendum eſt? Cur ergo A ſanctorum perfectos atq; beatos diuino munere ſpiritus ſine ulla difficultate poſſe ferre, quò uoluerint, & ſiſtere ubi uoluerint ſua corpora non credamus? Nam cum terrenorum corporum ſicut onera in geſtando ſentire conſueuimus, [c] quanto maior eſt quantitas, tanto maior fit & grauitas, ita ut plura pondo quàm pauciora plus premant, membra tamen ſuę carnis leuius portat anima cum in ſanitate robuſta ſunt, quàm in langore cum macra ſunt. Et cum alijs geſtãtibus oneroſior ſit ſanus & ualidus, quàm exilis & morbidus, ipſe tamen ad ſuum corpus mouendum atque portandum agilior eſt, cum in bona ualetudine plus habet molis, quàm cũ in peſte uel in fame minimũ roboris. Tantum ualet in habendis etiam terrenis corporibus, quamuis adhuc corruptibilibus atque mortalibus non quantitatis pondus, ſed temperationis modus. Et quis uerbis explicet quantum diſtat inter præſentem, quam dicimus ſanitatẽ, & immortalitatem futuram? Non itaque noſtram fidem redarguant philoſophi de ponderibus corporum. Nolo enim quærere cur nõ credant terrenum poſſe eſſe corpus in cœlo, [d] cum terra uniuerſa libretur in nihilo. Fortaſsis enim de ipſo medio mundi loco, eo quod in eum coeant quæque grauiora, etiam argumentatio ueriſimilior habeatur. Illud dico, ſi dij minores quibus inter animalia terreſtria cætera etiam hominẽ faciendum commiſit Plato, [e] potuerunt ſicut dicit ab igne remouere urendi qualitatem, lucẽdi relinquere quæ per oculos emicaret: ità ne deo ſummo concedere dubitabimus, cuius ille uoluntati poteſtatiq; ne moriantur conceſsit, quæ orta ſint, & tã diuerſa, tam diſſimilia, id eſt corporea & incorporea ſibimet cõnexa, nulla poſſint diſſolutione ſeiũgi, ut de carne hominis cui donat immortalitatem, corruptionem auferat, naturam rẽlinquat, congruentiam figurę membrorumq; detineat, detrahat ponderis tarditatem? Sed de fide reſurrectionis mortuorum, & de corporibus eorum immortalibus diligentius, ſi deus uoluerit, in fine huius operis diſſerendum eſt.

L. VIVES

a POteſt molibus præſtare terrenis.] Hæc à deo fiũt omnipotẽtia ſua & hominibus admirãda, in eisq; credendis eſt meritum fidei quam deo habemus. Miror in ſcholis de his & ſimilibus inquiri diffiniriq; ex rationibus huius naturæ. b An uero ſi hoc angeli faciant.] Quanta ſit uniuſcuiuſq; angeli uis, ut naturæ ra-

tiones ac ſcholas præteream, ex illo uno dicto faciamus cõiecturam, quòd angelus domini percuſsit una nocte centum octoginta milia uirorum de exercitu Aſſyriorum iiij. Reg. xix. eat nunc humanum genus & iactet ſuperbam ſuam infirmitatem. c Quanto maior eſt quantitas.] Non eſt hic de quantitate ſecundi prædicamenti argutandum, nec an res ſit alia, quàm ipſum quod facit quantum, an eadem. Quantitatem hic pro mole capit, ut capi ſolet. d Cum terra uniuerſa libretur in nihilo.] Non in nihilo, ſed in aere, cæterũ qui terræ ponderi cederet, ni illa mediũ mundi nacta ui ſua ibi ſe ſiſteret immobilem: ita ut mirati ſint plerique philoſophorum, eam non cadere, cum in aere pendeat. Ideo fulciri columnis ſunt arbitrati: uerum caſus, quem putant, deſcenſus non eſſet, ſed aſcenſus: quoquo uerſus enim à medio ad cœlum moueatur, aſcẽdet. Et quemadmodum mirandum non eſt, eam ex noſtra parte non ſe in cœlum extollere, ita nec ex alia quauis non ſe ad ambitũ cœleſtem agere: nam idem eſſet ubique motus, qui hinc in cœlum, quippe in globo medium eſt undique infimum, extimum, ſupremum. Sed haud dubie ſuſpẽdiſſe in leui & cedẽti aere molem tam immanem immotam admirandum, & adorandum eſt.

Terra pilæ ſimilis nullo fulcimine nixa
Aere ſuſpenſo tam graue pendet onus, inquit Ouid.

e Potuerunt ſicut dicit ab igne remouere urendi.] Plato in Timæo de fabrica humani corporis loquens, oculos, inquit, participes factos illius ignis, qui non urit, ſed gratam lucem diemq; mundo affert: ſolarem denotat. Nam intimum corporis noſtri ignem huius cœleſtis germanum per hanc partem, ſed præcipue per pupillam emanare diĳ iuſſerunt, non tamen craſsiorem illum, & turbulentum, ſed defecatiorẽ & puriorem. id circo cum diei lumen ſe huic noſtro coniũgit in cõplexu & coherentia duarum rerum tam cognatarum eiuſdẽq; naturæ, ſit uiſio. Colores quoq; eodẽ opere ne per aliud fiat uiſus, quàm per ignem, ſulgores eſſe diffiniuit è corporibus manantes. Illa quæſtio nõ eſt hoc loco tractanda, fiat ne uiſio emiſſo in res ab oculo radio, an à rebus ad oculum recepto. Plato exire uult radium ab oculo, cuius ſententiam Ariſtoteles in libello de ſenſorĳs refellit, in problematis uidetur probare. Stoici ad res ire radios dicunt, quos Auguſtinus in opere De trinitate ſecutus eſt, & multi Peripateticorũ. Alexander Aphrodiſieus prodire ab oculis ſpiritus cenſet, aliĳ ad oculos potius tendere, ut Plinius. Hali Arabs egredi & regredi ab oculo ad oculum ſpecies incredibili celeritate arbitratur. Recentiores Peripatetici ſecuti Guillelmũ Ochamum, & Durãdum Portianum, nullas ſpecies hinc uel inde relinqui, ſed hæc aliàs. Plato uero & emittere aliqd oculum, & recipere uult.

Contra eorum dogmata, qui primos homines ſi non peccaſſent immortales futuros fuiſſe non credunt. XIX

NVNC de corporibus primorũ hominum quod inſtituimus explicemus, quoniam nec mors iſta, quæ bona perhibetur bonis, nec tantum paucis intelligentibus ſiue credentibus, ſed omnibus nota eſt, qua fit animæ à corpore ſeparatio, qua certe corpus animãtis, quod euidẽter uiuebat, euidẽter emoritur, eis potuiſſet accidere, niſi peccati meritũ ſequeretur. Licet enim iuſtorum ac piorum animæ defunctorũ, quod in requie uiuant, dubitare fas non ſit, uſq; adeo tamẽ eis melius eſſet a cum ſuis corporibus bene ualentibus uiuere, ut etiam illi qui omni modo eſſe ſine corpore beatiſsimũ exiſtimant, hanc opinionem ſua ſententia repugnante conuincant. Nec enim quiſquã audebit illorum ſapientes homines, ſiue morituros, ſiue iam mortuos, id eſt aut carẽtes corporibus, aut corpora relicturos, diĳs immortalibus anteponere, quibus deus ſummus apud Platonem munus ingens indiſſolubilem ſcilicet uitã, id eſt, æternum cum ſuis corporibus conſortium pollicetur. Optime aũt cum hominibus agi arbitratur idem Plato, ſi tamẽ hanc uitã pie iuſteq; peregerint, ut à ſuis corporibus ſeparati, in ipſorum deorũ qui ſua corpora nunq; deſerũt, recipiãtur ſinũ. Scilicet immemores ſupera ut cõuexa reuiſant, Rurſus & incipiant in corpora uelle reuerti.

Quod Vergilius ex Platonico dogmate dixiſſe laudatur. Ita quippe animas mortalium, nec in ſuis corporibus ſemper eſſe poſſe exiſtimat, ſed mortis neceſsitate diſſolui, nec ſine corporibus durare perpetuo, ſed alternantibus uicibus indeſinenter uiuos ex mortuis, & ex uiuis mortuos fieri putat: b ut à cæteris hominibus hoc uideantur differre ſapientes, quod poſt mortem feruntur ad ſydera, ut aliquãto diutius in aſtro ſibi congruo quiſq; requieſcat, atq; inde rurſus miſeriæ priſtinæ oblitus, & cupiditate habendi corporis uictus, redeat ad labores erumnaſq; mortaliũ. Illi uero qui ſtultam duxerunt uitam, ad corpora ſuis meritis debita, ſiue hominũ, ſiue beſtiarũ de proximo reuoluãtur. In hac itaq; duriſsima cõditione cõſtituit etiã bonas atq; ſapientes animas, quibus nõ talia corpora diſtributa ſunt, cũ quibus ſemper atq; immortaliter uiuerẽt, ut neq; in corporibus permanere, neq; ſine his poſſint in ęterna puritate durare. De quo Platonico dogmate iã in libris ſuperiorib. diximus, Chriſtiano tẽpore erubuiſſe Porphyriũ, & nõ ſolũ ab humanis animis remouiſſe corpora beſtiarũ, uerumetiã ſapientiũ animas ita uoluiſſe de corporeis nexibus liberari, ut corpus omne fugiẽtes beatæ apud patrẽ ſine fine teneãtur. Itaq; ne à Chriſto uinci uideretur uitã ſanctis pollicẽte perpetuã, etiam ipſe purgatas animas ſine ullo ad miſerias priſtinas reditu, in ętterna felicitate conſtituit. Et ut Chriſto aduerſarentur, reſurrectionẽ incorruptibiliũ corporũ negans

gans, nõ ſolũ ſine terrenis, ſed ſine ullis omnino corporibus eas aſſeruit in ſempiternũ eſſe uicturas. Nec tamen iſta qualicunq; opinione præcepit ſaltem ne diĳs corporatis religiõis obſequio ſubderentur. Quid ita, niſi quia eas quãuis nulli corpori ſociatas, non credidit illis eſſe meliores? Quapropter, ſi non audebunt iſti, ſicut eos auſuros eſſe nõ arbitror, diĳs beatiſsimis, & tamen in æternis corporibus conſtitutis humanas animas anteponere: cur eis uidetur abſurdũ, quod fides Chriſtiana prædicat, & primos homines ita fuiſſe conditos, ut ſi nõ peccaſſent, nulla morte à ſuis corporibus ſoluerentur: ſed pro meritis obedientiæ cuſtoditæ immortalitate donati, cũ eis uiuerent in æternum: & talia ſanctos in reſurrectione habituros ea ipſa, in quibus hic laborauerũt corpora, ut nec eorum carni aliquid corruptionis uel difficultatis, nec eorum beatitudini aliquid doloris & infelicitatis poſsit accidere?

L. VIVES

a Cum ſuis corporibus bene ualentibus.] Si eis illa neceſſe eſſet accidere, quæ Platoni eſt uiſum, quod ſtatim explicat. b Vtà cæteris hominibus hoc uideantur differre ſapientes.] Plato in Phædro ex animabus alias dicit optime deum ſecutas, & ſimiles illius redditas, easq; cum conuexo cœli uerti, quouſq; in inferiorem partem uergat, tum eas decidere. Alias modo ſe erigere, alias ſubmerſas prorſum ferri: illas eſſe ſapientiſsimas, has ſtultiſsimas: medias eſſe etiam in uita mediæ eiuſdem ſortis, inter ſtultitiam & ſapientiam. Itaq; anima ſapiens elato in ſupercœleſtẽ plagam capite fertur, quouſq; neceſsitate uertiginis in deuexum it præceps, & deſinit uerum uidere: aliæ ſuapte ſponte fractis alis ruunt, nec dum uoluatur orbis expectant, ſed prius fiũt miſeræ. Deinde ait philoſophorum animas, poſt tria annorũ milia, ad aſtrum unde diſceſſerant, remigrare: aliorum uero animas non ante decem annorum milia.

Quod caro ſanctorum, quæ nunc requieſcit in ſpe, in meliorem reparãda ſit qualitatem, quàm fuit primorum hominum ante peccatum. Cap. XX

ROINDE nunc ſanctorum animæ defunctorum, ideo non habẽt gra-
p uem mortẽ qua ſeparatæ ſunt à corporibus ſuis, quia caro eorũ requieſcit in ſpe, quãlibet ſine ullo iam ſenſu contumelias accepiſſe uideatur. Nõ enim ſicut Platoni uiſum eſt corporũ obliuionem deſiderãt: ſed potius, quia meminerũt, quid ſibi ab eo ſit promiſſum, qui neminẽ fallit: d qui eis etiã de capillorũ ſuorũ integritate ſecuritatẽ dedit, reſurrectionẽ corporum, in quibus multa dura perpeſsi ſunt, nihil in eis ulterius tale ſenſuri deſiderabiliter & patiẽter expectant. e Si enim carnem ſuam non oderant, quando eam ſuæ mẽti infirmitate reſiſtentẽ, ſpirituali iure coercebant, quãto magis eam diligunt etiam ipſam ſpiritalem futurã? f Sicut enim ſpiritus carni ſeruiẽs nõ incõgrue carnalis, ita caro ſpiritui ſeruiens recte appellatur ſpiritalis, g non quia in ſpiritũ conuertetur, ſicut nonnulli putant, eo quod ſcriptũ eſt: Seminatur corpus animale, reſurgit corpus ſpiritale: ſed quia ſpiritui ſumma & mirabili obtẽperandi facilitate ſubdetur, uſq; ad implendam immortalitatis indiſſolubilis ſecuriſsimã uoluntatem, omni moleſtiæ ſenſu, omni corruptibilitate & tarditate detracta. Nõ ſolum enim non erit tale quale nunc eſt in quauis optima ualetudine, ſed nec tale quidẽ, quale fuit in primis hominibus ante peccatũ. Qui licet morituri nõ eſſent niſi peccaſſent, alimentis tamẽ ut homines utebãtur, nõdum ſpiritalia, ſed adhuc animalia corpora terrena geſtãtes. Quæ licet ſenio nõ uteraſcerẽt, ut neceſsitate perducerentur ad mortem, qui ſtatus eis de ligno uitæ, quod in medio paradiſi, cũ arbore uetita ſimul erat, mirabili dei gratia præſtabatur: tamen & alios ſumebant cibos præter unam arborẽ, quæ fuerat interdicta, non quia ipſa erat malum, ſed propter commendandum puræ & ſimplicis obediẽtiæ bonũ, quæ magna uirtus eſt rationalis creaturæ ſub creatore domino cõſtitutæ. Nã ubi nullum malũ tangebatur, profecto ſi prohibitum tãgeretur, ſola inobediẽtia peccabatur. Alebantur ergo aliĳs quæ ſumebãt, ne animalia corpora moleſtiæ aliquid eſuriẽdo ac ſitiẽdo ſentirẽt. De ligno autem uitæ propterea guſtabatur, ne mors eis undecũq; ſubreperet, uel ſenectute cõfecti decurſis temporũ ſpatĳs interirẽt, tanquã cætera eſſent alimẽto, illud ſacramẽto: ut ſic fuiſſe accipiatur lignum uitæ in paradiſo corporali, ſicut in ſpiritali, hoc eſt intelligibili paradiſo ſapiẽtia dei: de qua ſcriptum eſt, Lignum uitæ eſt omnibus amplectentibus eam.

L. VIVES

a Vi eis etiam de capillorum ſuorum integritate.] Capillus è capite ueſtro non peribit: Luc. xxi. b Si enim carnẽ ſuam nõ oderũt.] Carnẽ ſuã nemo odio habuit: ad Eph. v. c Nõ quia in ſpiritum cõuertetur, ſicut nõnulli putãt.] Origenes in libris περὶ ἀρχῶν, ait fore, ut omnis corporea creatura in ſpiritalia corpora mutet, & cuncta ſubſtantia in unũ corpus mũdiſsimum & omni ſplendore purius conuertatur, ac tale quale nunc humana mens cogitare non poteſt: &

post, inquit, erit deus omnia in omnibus, ut uniuersa natura corporea redigatur in eam substantiam, quæ omnibus melior est, in diuinā scilicet, qua nulla est melior.

De paradiso in quo primi homines fuerant, quod recte possit significatione eius spiritale aliquid intelligi, salua ueritate narrationis historicæ de corporali loco. Cap. XXI

V[a]NDE nonnulli totum illum paradisum, ubi primi homines parētes generis humani sanctæ scripturæ ueritate fuisse narrātur, ad intelligibilia referunt, arboresq; illas & ligna fructifera in uirtutes uitæ moresq; conuertūt:[b] tanquam uisibilia & corporalia illa non fuerint, sed intelligibilium significandorū causa eo modo dicta uel scripta sint. Quasi propterea nō potuerit esse paradisus corporalis, quia potest etiā spiritalis intelligi: tanquam ideo non fuerint duæ mulieres, Agar & Sara, & ex illis duo filij Abrahæ, unus de ancilla, alius de libera, quia duo Testamēta in eis figurata dicit Apostolus: aut ideo de nulla petra Moyse percutiente aqua defluxerit, quia potest illic figurata significatione etiā Christus intelligi, eodem Apostolo dicente, petra autem erat Christus. Nemo itaq; prohibet intelligi paradisum, uitam beatorum: [c] quatuor eius flumina, quatuor uirtutes, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, atq; iustitiam: & ligna eius, omnes utiles disciplinas: & lignorum fructus, mores piorum: & lignum uitæ, ipsam bonorum omniū matrem sapiētiam: & lignum scientiæ boni & mali, transgressi mandati experimentum. Pœnam enim peccatoribus bene utiq;, quoniam iuste, constituit deus, sed nō bono suo experitur homo. Possunt hæc etiam in ecclesia intelligi, ut ea melius accipiamus tanquā prophetica indicia præcedentia futurorum. Paradisum scilicet ipsam ecclesiam, [d] sicut de illa legitur in Cantico canticorum: quatuor autem paradisi flumina, quatuor Euangelia: ligna fructifera, sanctos: fructus autem eorum, opera eorū: lignum uitæ, sanctum sanctorum, utiq; Christum: lignum scientiæ boni & mali, proprium uoluntatis arbitriū. Nec seipso quippe homo diuina uoluntate cōtempta, nisi perniciose uti potest: atq; ita discit, quid intersit, utrum inhæreat cōmuni omnibus bono, an proprio delectetur. Se quippe amans donatur sibi: ut inde timori- A bus, mœroribusq; cōpletus cantet in Psalmo, si tamē mala sua sentit, Ad meipsum anima mea turbata est: correctusq; iam dicat, Fortitudinē meam ad te custodiam. Hæc & si qua alia commodius dici possunt de intelligendo spiritaliter paradiso, nemine prohibente dicantur, dum tamen & illius historiæ ueritas fidelissima rerum gestarum narratione commendata credatur.

L. VIVES

a VNde nonnulli totum illum paradisum.] De paradiso tres fuisse opiniones refert idem Augustinus lib. de Gen. viij. (*Paradisus*) Alij paradisum spiritalem tantum, alij corporalem tantum, alij utrunq; simul ponebant, quod sibi potissimum probari Aug. fatetur. B Verum ubi fuerit paradisus non parum inter nostros scriptores ambigitur. Iosephus ad Orientem plagam statuit. Idem Beda confirmat, additq; circumfusam oceano regionem à reliquo mūdo separatam, nec adiri posse, tantaq; esse altitudine, ut lunam ipsam pertingat. Plato amœnissimū illum in Phedone locum supra imbres omnes, flatus, fulminaq; constituit, quod alijs uerisimile non est uisum. Albertus Grotus Auicennā, sed & uetustiores Polybium, & Eratostenem secutus sub æquinoctiali temperatissimam omniū statuit regionem, contra ueterum ferè placita, qui nihil habitari sub uia solis uoluerunt: æquinoctialis uero mediū interlecat cingulum torridum, duobus punctis in ariete & libra signiferum attingens. Ibi ergo maximam temperiem censent duodecim horis toto anno lucis, totidem tenebrarum, hoc loco paradisum statuit. Scotus cum eo sensit, nec contraria est opinio ponētium paradisum in Oriente. Nam & suus est Oriens suusq; Occidens ipsi æquinoctiali cir- C co, suntq; qui per gladium igneum, adustū cœli terrarumq; cingulum intelligant, in quo sunt fulminū iactus & fulgetrarum accēsiones, sicut Arrianus scribit. Ex sacris literis ubi sit paradisus nō liquere Hieronymus putat, & si uulgo in Edem ab Oriente uerterunt Lxx. ἐν ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς. Sed Oriens late patet. Hieronymus sic inquit, pro paradiso ortum habet, id est Gan. Porrò Eden delitiæ interpretatur, pro quo Symmachus trāstulit paradisum florentem. Necnon quod sequitur contra Orientem, in Hebræo mikkedem scribitur, quod Aquila posuit ἀπὸ ἀρχῆς, & nos ab exordio possumus dicere. Symmachus uero ἐν πρώτης, & Theodotio ἐν πρώτοις, quod & ipsum non Orientem, sed principium significat. Ex quo manifestissime comprobatur, quod priusquam cœlum & terram deus faceret, paradisum ante condiderat, sicut & legitur in Hebræo: Plantauerat autem deus paradisum Eden à principio. Hæc apud Hieronymum. b Tanquam uisibilia & corporalia non D fuerint.] Nemo negat paradisum ἀλληγορικῶς, posse ad res spiritales transferri, ut Ambrosius fecit libro De paradiso. Sed reuera paradisum locum non fuisse arboribus consitum, & amœnissimum, sicut Damascenus scribit, & similem illis Elysiis poetarum campis, sacri scriptores magno consensu reclamant. Hieronymus in Danielem: Vnde eorum deliramenta conticescant, qui umbras & imagines in ueritate quærētes, ipsam conantur euertere ueritatem, ut flumina, & arbores, & paradisum putent allegoriæ legibus se debere subruere. Huius opinionis fuit Origenes, qui totam illam de paradiso narrationem, sic ad spiritalem sensum uertit, ut Augustinus docet, paradisúmque in tertio statuit cœlo: sic dici Apostolum Paulum usque in tertium cœlum, & paradisum esse sublatum. c Quatuor eius flumina.] Nilus Aegypti, Euphrates & Tigris Syriæ, Ganges Indiæ. quorum idcirco ueri fontes ignorantur,

& subter Oceanum alueo in nostrum marę penetrāt, qua de causa Aegyptij sacerdotes, Nilum Oceanum nuncupabant, ut Herodotus scribit. d Sicut de illa legitur in cantico.] Canticorum iiij. Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuæ paradisus malorum Punicorum.

De corporibus sanctorum post resurrectionem, quę sic spiritalia erūt, ut nō in spiritum caro uertatur. Cap. XXII

CORPORA ergo iustorū quæ in resurrectione futura sunt, neq; ullo ligno indigebunt, quo fiat, ut nullo morbo uel senectute inueterata moriantur: neq; ullis alijs corporalibus B alimētis, quibus esuriendi, aut sitiēdi qualiscūq; molestia deuitetur: quoniā certo & omnimodo inuiolabili munere immortalitatis induētur, ut non nisi uelint, possibilitate, non necessitate uescantur. Quod angeli quoq; uisibiliter & tractabiliter apparētes, nō quia indigebant, sed quia uolebant & poterant, ut hominibus congruerent sui ministerij quadam humanitate fecerūt. [a] Neq; enim in phātasmate angelos edisse credendum est, [b] quando eos homines hospitio susceperūt: quamuis utrū angeli essent, ignorantibus, consimili nobis indigētia uesci uiderentur. C Vnde est quod ait angelus in libro Thobię: Videbatis me manducare, sed uisu uestro uidebatis: id est necessitate reficiēdi corporis, sicut uos facitis, me cibum sumere putabatis. Sed si forte de angelis aliud credibilius disputari potest: [c] certe fides Christiana de ipso saluatore non dubitat: quod etiam post resurrectionem iam quidē in spiritali carne, sed tamen uera, cibum ac potum cum discipulis sumpsit. Non enim potestas, sed egestas edendi, ac bibendi, talibus corporibus auferetur. Vnde et spiritalia erunt: non quia corpora esse desistent, sed quia spiritu uiuificante subsistent.

L. VIVES

a NEq; enim phantasmate angelos edisse credendū est.] Non ita edebant angeli, ut nos quorum cibus per guttur in uentriculum demissus conficitur, & succus per uenas in singula distribuitur membra, aliturq; corpus: sed nec sic tamen edebant, ut oculis humanis illuderent uelut præstigijs, quod mouere uiderentur, quod pro maxillis haberent, non mouerēt tamen, comminuere suis illis dentibus panem, aut carnes, quæ remanerent integræ. Vere enim mandebant, sed non alebantur. b Quādo eos homines hospitio susceperūt.] Abrahā & Loth in Genesi, Thobias in lib. Thobiæ. c Certe fides Christiana de ipso saluatore.] Luc. xxiiij. quo loco Beda sic dicit: Aliter aquā absorbet terra sitiens, aliter solis radius calens. Illa indigētia, iste A potentia. Itaque cibus ille à domino non est, ut à nostris corporibus solet, sumptus: sed gloria illa consumptus, non uersus in corporis substantiam.

Quid intelligendum sit de corpore animali, & de corpore spiritali: ut qui moriuntur, in Adam: qui uero uiuificantur, in Christo. Cap. XXIII

NAM sicut ista quæ habent animam uiuentē, nondū spiritum uiuificantem, animalia dicuntur corpora: nec tamen animæ sunt, sed corpora: ita illa spiritalia uocātur corpora. Absit tamen ut spiritus ea credamus futura, sed corpora carnis habitura subsistentiā, sed nullam tarditatem, corruptionemq; carnalem spiritu uiuificante passura. Tunc iam non terrenus, sed cœlestis homo erit, nō quia corpus quod de terra factum est, non ipsum erit, sed quia dono cœlesti iam tale erit, ut etiā cœlo incolendo, non amissa natura, sed mutata qualitate conueniat. Primus autem homo de terra terrenus, [a] in animam uiuentem factus est, nō in [b] spiritum uiuificātem, quod ei per obedientię meritū seruabatur. Ideo corpus eius quod cibo ac potu egebat, ne fame C afficeretur ac siti, & nō immortalitate illa absoluta atq; indissolubili, sed ligno uitę à mortis necessitate prohibebatur, atq; in iuuentutis flore retinebatur, nō spiritale sed animale fuisse non dubium est, nequaquam tamen moriturū, nisi in dei prædicētis minantisq; sententiam delinquendo corruisset. Et alimentis quidē etiam extra paradisum non negatis, à ligno tamen uitæ prohibitus [c] tardius esset tempore uetustateq; finiendus, in ea duntaxat uita, quā in corpore licet animali donec spiritale obediētiæ merito fieret, posset in paradiso nisi peccasset habere per- D petuam. Quapropter etiamsi mortē istam manifestam, qua fit animæ à corpore separatio, intelligamus simul significatam, in eo quod deus dixerat: [d] Qua die ederitis ex illo, morte moriemini: non ideo debet absurdum uideri, quia nō eo prorsus die à corpore sunt soluti, quo cibum interdictum mortiferúmque sumpserunt. Eo quippe die mutata in deterius uitiatáque natura, atque à ligno uitæ separatione iustissima, mortis in eis etiam corporalis necessitas facta est, cum qua nos necessitate nati sumus. Propter quod Apostolus non ait, corpus quidem moriturū est propter peccatum: sed ait, corpus

quidem

quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autē uita est propter iusticiam. Deinde subiungit: Si autem spiritus eius qui suscitauit Christum à mortuis habitat in uobis, qui suscitauit Christum à mortuis uiuificabit & mortalia corpora uestra, per inhabitantem spiritum eius in uobis. Tunc ergo erit corpus in spiritū uiuificantem, quod nunc est in animam uiuentem, & tamen mortuum dicit Apostolus, quia iam moriendi necessitate constrictum est. Tunc autem ita erat in animam uiuentem, quamuis non in spiritum uiuificantem, ut tamen mortuum dici recte non posset, quia nisi perpetratione peccati necessitatem moriendi habere nō posset. Cum uero deus & dicendo: Adam ubi es? mortē significauerit animæ, quę facta est illo deserente: & dicendo, Terra es, & in terram ibis, mortem significauerit corporis, quæ illi fit anima decedente: propterea de morte secunda nihil dixisse credendum est, quia occultam esse uoluit propter dispensationem testamenti noui, ubi secunda mors apertissime declaratur, ut prius ista mors prima quæ communis est omnibus, proderetur ex illo uenisse peccato, quod in uno cōmune factum est omnibus: mors uero secunda non utique communis est omnibus propter eos, qui secundum propositum uocati sunt sancti, quos ante præsciuit, & prædestinauit, sicut ait Apostolus, cōformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratrib. quos à secūda morte per mediatorem dei gratia liberauit. In corpore ergo animali primum homi-
nem factum, sicut Apostolus loquitur. Volens enim ab spiritali quod in resurrectiōe futurum est, hoc quod nūc est, animale discernere. Seminatur, inquit, in corruptione, surget in incorruptione: seminatur in cōtumelia, surget in gloria: seminatur in infirmitate, surget in uirtute: seminatur corpus animale, surget corpus spiritalē. Deinde ut hoc probaret, si est, inquit, corpus animale, est & spiritale. Et ut quid esset corpus animale, ostenderet, sic inquit, scriptum est: Factus est primus homo in animam uiuentē. Isto igitur modo uoluit ostēdere, quid sit corpus animale, quāuis scriptura nō dixerit de primo homine, qui est appellatus Adam, quando illa anima flatu dei creata est, & factus est homo in corpore animali, sed factus est homo in animā uiuētem. In eo ergo quod scriptum est: Factus est primus homo in animam uiuentem, uoluit

A Apostolus intelligi corpus hominis animale. Spiritale autem quemadmodum intelligēdum esset, ostendit, addendo, Nouissimus autem Adam in spiritum uiuificātem: proculdubio Christum significans, qui iam ex mortuis ita resurrexit, ut mori omnino deinceps non possit. Deinde sequitur, & dicit: Sed non primum quod spiritale est, sed quod animale, postea spiritale. ubi multo apertius declarauit, se animale corpus insinuasse in eo quod scriptum est: Factum esse primum hominem in animam uiuentem: spiritale autem in eo quod ait, Nouissimus Adam in spiritum uiuificantem. Prius est enim animale corpus: quale habuit primus Adam, quamuis non moriturum, nisi peccasset: quale nunc habemus & nos, hactenus eius mutata, uicia-
tacq; natura, quatenus in illo, postea quàm peccauit, effectum est, unde haberet iam moriendi
B necessitatem: quale pro nobis etiam Christus primitus habere dignatus est: non quidem necessitate, sed potestate: postea uero spiritale, quale iam præcessit in Christo tanquam in capite nostro, sequuturum est autem in membris eius ultima resurrectione mortuorum. Adiungit deinde Apostolus, duorum istorum hominum
C euidentissimam differentiam, dicens: Primus homo de terra terrenus: secundus homo de cœlo, cœlestis. Qualis terrenus, tales & terreni: qualis cœlestis, tales et cœlestes. Et quomodo induimus imaginem terreni, induamus et imaginem eius, qui de cœlo est. Hoc Apostolus ita posuit, ut nunc quidem in nobis secundum sacramentum regenerationis fiat: sicut alibi dicit, Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis: re autem ipsa tunc perficietur, quum & in nobis quod est animale nascēdo, spiritale factum fuerit resurgendo. Vt enim eiusdem uerbis utar: Spe salui facti sumus. Induimus autem imaginem terreni hominis propagatione
D prævaricationis & mortis, quam nobis intulit generatio: sed induimus imaginem cœlestis hominis gratia indulgentiæ, uitæque perpetuæ: quod nobis præstat regeneratio, non nisi per mediatorem dei & hominum, hominē Iesum Christum: quem cœlestem hominem uult intelligi, quia de cœlo uenit, ut terrenæ mortalitatis corpore uestiretur, quod cœlesti immortalitate uestiret. Cœlestes uero ideo appellat & alios: quia fiūt per gratiam membra eius: ut cum illis sit unus Christus, uelut caput & corpus.

Hoc

Hoc in eadem epistola euidētius ita ponit: Per hominē mors, & per hominē resurrectio mortuorū. Sicut enim in Adam oēs moriūtur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Iā utiq; in corpore spiritali quod erit in spiritum uiuificantem: non quia omnes qui in Adam moriuntur, membra erunt Christi. Ex illis enim multo plures secunda in æternum morte plectentur. Sed ideo dictū est, omnes atq; omnes: quia sicut nemo corpore animali nisi in Adam moritur, ita nemo corpore spiritali nisi in Christo uiuificatur. Proinde nequaquam putandum est, nos in resurrectione tale corpus habituros, quale habuit homo primus ante peccatum: neque illud
B quod dictum est, Qualis terrenus, tales & terreni: secundum illud intelligendum est, quod factum est admissione peccati. Non enim existimandum est, eum prius quàm peccasset spiritale corpus habuisse, & peccati merito in animale mutatum. Vt enim hoc putetur, parum attenduntur tanti uerba doctoris, qui ait, Si est corpus animale, est & spiritale: sicut scriptum est, Primus homo Adam factus est in animam uiuentem. Nunquid hoc post peccatū factū est, quū sit ista hominis prima conditio: de qua beatissimus Apostolus ad corpus animale mon-
C strandum, hoc testimoniū legis assumpserat?

L. VIVES

a In animam uiuentem factus.] Vel anima uiuēs, uel cum anima uiuente. Sed prius illud crebrius in sacris literis. b Spiritum uiuificantem.] Is est beatus, est iunctus iam deo: ut ea communione quæ illi est cum deo, possit & ipse quoq; integritatē atque immortalitatem corpori præbere. c Tardius esset tempore.] Ex uarijs lectionibus sic colligo legendum, à ligno tamen uitæ prohibitus traditus esset tempori uetustatiq; finiendus. Itaq; anima uiuens est quæ ipsa uiuit: spiritus uiuificans est, qui ipse dat uitam. d Qua die ederitis ex illo, morte moriemini.] Hieronymus in Genesim: Melius, inquit, interpretatus est Symmachus, mortalis eris. sed nos ex quo nascimur mori incipimus, ut Manilius ait:

Nascentes morimur, finisq; ab origine pendet.

D

Qualiter accipienda sit uel illa insuffla
tio in qua primus homo factus est in
animam uiuentem, uel illa quam do-
minus fecit, dicens, accipite spiritum
sanctum. Cap. XXIIII

NDE & illud parū considerate quibusdam uisum est, in eo quod legitur: Inspirauit deus in faciem eius spiritum uitæ, & factus est homo in animam uiuentem: d non tunc animam primo

A homini datam, sed eam quæ iam inerat spiritui sancto uiuificatam. Mouet enim eos, quod dominus Iesus posteaquā resurrexit à mortuis, insufflauit, dicēs discipulis suis: Accipite spiritum sanctum. Vnde tale aliquid existimāt factum, quale tunc factū est, quasi & hic secutus Euangelista dixerit: Et facti sunt in animam uiuentē. Quod quidem si dictum esset, hoc intelligeremus, quod animarum quædam uita sit spiritus dei, sine quo animæ rationales mortuæ deputandæ sunt, quamuis earum præsentia uiuere corpora uideantur. Sed non ita factum, quando est conditus homo, satis ipsa libri uerba testantur, quæ ita se habent: b Et formauit deus hominem puluerem de terra. Quod quidam planius interpretandum putātes dixerunt, c Et finxit deus hominem de limo terræ: quoniam superius dictum fuerat, Fons autem ascendebat de terra & irrigabat omnem faciem terræ: ut ex hoc limus intelligendus uideretur, humore scilicet terráque concretus. Vbi enim hoc dictum est, continuo sequitur, Et formauit deus hominem puluerem de terra: sicut Græci codices habent, d unde in Latinam linguam scriptura ipsa conuersa est. Siue autem formauit, siue
C finxit, quis dicere uoluerit, quod Græce dicitur, ἔπλασεν, ad rē nihil interest, e magis tamen proprie dicitur finxit. Sed ambiguitas uisa est deuitāda eis, qui formauit dicere maluerūt, eo quod in Latina lingua illud magis obtinuit cōsuetudo, ut hi dicantur fingere qui aliquid mēdacio simulante componunt. Hunc igitur formatum hominem de terrę puluere, siue limo, erat enim puluis humectus: hunc inquam, ut expressius dicam sicut scriptura locuta est, puluerem de terra, animale corpus factum esse docet Apostolus, cum animam accepit. Et factus est iste homo in animam uiuentem: id est, formatus iste puluis factus est in animam uiuentem. Iam, inquiunt, habebat animam, alioquin non appellaretur homo: quoniam homo non est corpus solum, uel anima sola, sed qui ex anima constat & corpore. Hoc quidem uerum est, quod non totus homo, sed pars melior hominis anima est: nec totus homo corpus, sed inferior hominis pars est. Sed cū est utrunq; coniunctum simul, habet hominis nomē, quod tamen singula non amittunt, etiam cū de singulis loquimur. Quis eñ dicere prohibetur quotidiani quadā lege sermōis, homo ille defūctus est, et nūc in re-

quie

quie eſt uel in pœnis,cum de anima ſola poſsit hoc dici: & illo aut illo loco homo ille ſepultus eſt,cum hoc niſi de ſolo corpore non poſsit intelligi? An dicturi ſunt, ſic loqui ſcripturam nõ ſolere diuinam? Immo uero illa ita nobis in hoc atteſtatur,ut etiam cum duo iſta cõiuncta ſunt, & uiuit homo,tamẽ etiam ſingula hominis uocabulo appellet,animam ſcilicet interiorem hominem,corpus uero exteriorem hominem uocans,tanquam duo ſint homines,cum ſimul utrunq; ſit homo unus. Sed intelligendum eſt, ſecundũ quid dicatur homo ad imaginem dei, & homo de terra atque iturus in terram. Illud enim ſecũdum animam rationalem dicitur,qualem deus inſufflãdo,uel ſi commodius dicitur, inſpirando indidit homini,id eſt hominis corpori:hoc autem ſecundum corpus, qualem hominẽ deus finxit ex puluere,cui data eſt anima ut fieret corpus animale,id eſt homo in animã uiuentem. Quapropter in eo quod dominus fecit,quando inſufflauit dicens, Accipite ſpiritum ſanctum:nimirum hoc intelligi uoluit,quod ſpiritus ſanctus non tantum ſit patris, uerumetiam unigeniti ipſius ſpiritus. Idem ipſe quippe ſpiritus eſt patris & filij,cum quo eſt trinitas pater & filius & ſpiritus ſanctus,non creatura ſed creator. Neq; enim flatus ille corporeus de carnis ore procedens ſubſtantia erat ſpiritus ſancti atque natura,ſed potius ſignificatio, qua intelligeremus,ut dixi,ſpiritum ſanctum patri eſſe filioq; communem:quia non ſunt eis ſinguli ſinguli,ſed unus amborũ eſt. Semper autem iſte ſpiritus in ſcripturis ſanctis Græco uocabulo πνεῦμα dicitur,ſicut eum & hoc loco dominus appellauit,quando eum corporalis ſui oris flatu ſignificans,diſcipulis ſuis dedit: & locis omnibus diuinorum eloquiorum non mihi aliter unquam nuucupatus occurrit. Hic uero, ubi legitur:Et finxit deus hominem puluerem de terra,& inſufflauit ſiue inſpirauit in faciem eius ſpiritum uitæ:[g] non ait Græcus πνεῦμα,quo ſolet dici ſpiritus ſanctus,ſed πνοὴν: quod nomẽ in creatura quàm in creatore frequẽtius legitur: unde nonnulli etiam Latini propter differentiam,hoc uocabulum non ſpiritum,ſed flatũ appellare maluerunt. Hoc enim eſt in Græco, etiã illo loco apud Eſaiam,ubi deus dicit, [h] Omnem flatum ego feci,omnẽ animam ſine dubitatione ſignificans. Quod itaque Græce πνοὴ dicitur, noſtri aliquando flatum, aliquando ſpiritum,aliquãdo inſpirationem uel aſpirationem, [i] aliquando etiam animam interpretati ſunt, πνεῦμα uero nunquam niſi ſpiritum:ſiue hominis,de quo ait Apoſtolus: Quis enim ſcit hominum quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt? Siue pecoris,ſicut in Salomonis libro ſcriptum eſt: Quis ſcit ſi ſpiritus hominis aſcendat ſurſum in cœlum, & ſpiritus pecoris deſcendat deorſum in terram? Siue iſtum corporeum,qui etiam uentus dicitur: nam eius hoc nomen eſt,ubi in Pſalmo canitur: Ignis,grãdo, nix,glacies,ſpiritus tempeſtatis. Siue iam non creatum,ſed creatorem:ſicut eſt de quo dicit dominus in Euangelio, Accipite ſpiritum ſanctũ: eum corporeo ſui oris ſignificãs flatu: & ubi ait, Ite baptizate omnes gentes, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti:ubi ipſa trinitas excellẽtiſsime & euidentiſsime commendata eſt. Et ubi legitur: Deus ſpiritus eſt. Et alijs plurimis ſacrarum literarum locis. In his quippe omnibus teſtimonijs ſcripturarum,quantum ad Græcos attinet,non πνοὴν uidemus ſcriptum eſſe, ſed πνεῦμα: quantum autem ad Latinos non flatum,ſed ſpiritum. Quapropter in eo quod ſcriptum eſt, Inſpirauit:uel ſi magis proprie dicendum eſt, Inſufflauit in faciem eius ſpiritum uitæ: ſi Græcus non πνοὴν, ſicut ibi legitur, ſed πνεῦμα poſuiſſet,nec ſic eſſet cõſequens,ut creatorem ſpiritum,qui proprie dicitur in trinitate ſpirituſſanctus,intelligere cogeremur:quandoquidem πνεῦμα, ut dictum eſt, non ſolum de creatore,ſed etiam de creatura dici ſolere manifeſtum eſt. Sed cum dixiſſet,inquiunt,ſpiritum, non adderet uitæ,niſi illum ſpiritum ſanctũ uellet intelligi. Et cum dixiſſet, Factus eſt homo in animam:non adderet,uiuentem,niſi animæ uitam ſignificaret,quę illi diuinitus impertitur do no ſpiritus dei. Cum enim uiuat anima, inquiunt,proprio ſuæ uitæ modo,quid opus erat addere,uiuentem,niſi ut ea uita intelligeretur,quæ illi per ſpiritum ſanctum datur? Hoc quid eſt aliud,niſi diligenter pro humana ſuſpitione contendere,& ſcripturas ſanctas negligenter attendere? Quid enim magnum erat nõ ire longius, ſed in eodem libro ipſo paulo ſuperius legere, Producat terra animam uiuentem:quando animantia terreſtria cuncta creata ſunt? Deinde aliquantis interpoſitis,in eodem tamen ipſo libro,quid magnum erat aduertere quod ſcriptũ eſt, Et omnia quæ habent ſpiritum uitæ,& omnis

nis qui erat ſuper aridam mortuus eſt: cum inſi- A tiſsime loquenti reſiſtamus Apoſtolo, ubi ab
nuaret omnia quæ uiuebant in terra periſſe diluuio? Si ergo et animam uiuentem,& ſpiritum uitæ etiam in pecoribus inuenimus: ſicut loqui diuina ſcriptura conſueuit: & cum hoc quoque loco ubi legitur,omnia quæ habent ſpiritum uitæ:non Græcus πνεῦμα, ſed πνοὴν dixerit:cur non dicimus,quid opus erat ut adderet, uiuentem,cum anima niſi uiuat eſſe non poſsit? Aut quid opus erat ut adderet,uitæ,cum dixiſſet ſpiritum? Sed intelligimus ſpiritum uitæ,et animã uiuentem ſcripturam ſuo more dixiſſe,cum animalia,id eſt corpora animata uellet intelligi,quibus ineſſet per animam perſpicuus iſte etiã corporis ſenſus. In hominis autem conditione obliuiſcimur,quemadmodum loqui ſcriptura conſueuerit,cũ ſuo prorſus more locuta ſit: quo inſinuaret hominem etiam ratiõali anima accepta, quam [k] non ſicut aliarum carnium aquis & terra producẽtibus,ſed deo flante creatam uoluit intelligi: ſic tamen factum,ut in corpore animali quod ſit anima in eo uiuẽte,ſicut illa animalia uiueret,de quibus dixit: Producat terra animã uiuentem: & quæ itidem dixiſſet habuiſſe in ſe ſpiritũ uitæ: ubi etiam in Græco non dixit πνεῦμα, ſed πνοὴν: non utique ſpiritum ſanctum, C ſed eorum animam tali exprimens nomine. Si enim dei flatus,inquiunt, dei ore exiſſe intelligitur,quem ſi animam crediderimus,conſequens erit, ut eiuſdem fateamur eſſe ſubſtantiæ, paremq; illius ſapientiæ,quæ dicit: Ego ex ore altiſsimi prodiui. Non quidem dixit ſapiẽtia ore dei efflatam ſe fuiſſe, ſed ex eius ore prodiſſe. Sicut autem nos poſſumus,non de noſtra natura qua homines ſumus,ſed de iſto aere circũfuſo,quem ſpirando ac reſpirando ducimus ac reddimus,flatum facere eum ſufflamus: ita omnipotens deus non de ſua natura,neque de ſubiacenti creatura,ſed etiã de nihilo potuit facere D manentium,ita ſpiritalibus corporibus induen
flatum,quem corpori hominis inſerendo inſpiraſſe uel inſufflaſſe cõuenientiſsime dictus eſt, incorporeus incorporeum,ſed immutabilis mutabilem:quia non creatus creatum. Verũtamen ut ſciant iſti,qui de ſcripturis loqui uolũt,& ſcripturarum locutiones non aduertunt: non hoc ſolum dici exire ex ore dei, quod eſt æqualis eiuſdemq; naturæ,audiãt, uel legant,quod deo dicente ſcriptum eſt: Quoniam tepidus es, & neque calidus neque frigidus, incipiam te euomere ex ore meo. Nulla itaq; cauſa eſt,cur aper

tur,ut neque peccent amplius, neque moriantur:ea tamen immortalitate ueſtiti,quæ ſicut angelorũ nec peccato poſsit auferri:natura quidẽ manente carnis, ſed nulla omnino carnali corruptibilitate uel tarditate remanente. Sequitur autem quæſtio neceſſario pertractanda, & domino deo ueritatis adiuuante ſoluenda. Si libido membrorum inobedientium ex peccato inobedientiæ in illis primis hominibus cum illos diuina gratia deſeruiſſet,exorta eſt: unde in ſuam nuditatem oculos aperuerunt, id eſt eam

curiosius aduerterunt: & quia impudens motus A uoluntatis arbitrio resistebat, pudenda texerũt: quomodo essent filios propagaturi, si ut creati fuerãt, sine preuaricatiõe mãsissent. Sed quia & liber iste claudendus est, nec tanta quæstio in sermonis angustias coartãda, in eum qui sequitur commodiore disputatione differatur.

L. VIVES

a NOn tunc animam primo homini datam.] Hæc fuit Manichæorum opinio, ut ipse Augustinus disputat, libro secundo de Genesi contra Manichæos, capite octauo. b Et formauit deus hominem puluerem de terra.] Septuaginta sic uerterunt: Καὶ ἔπλασεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς. Et finxit deus hominem puluere de terra sumpto. Suspicor hoc Augustini loco deesse unum uerbum, ut sit: Finxit deus hominem puluerẽ capiẽs de terra. Aut in ablatiuo, puluere capto de terra. Nã Laurini codex puluere habet. Tametsi in Targo Chaldæo legiẽ: Creauit deus hominẽ puluerẽ de terra, ut est in bibliis, quæ linguis quatuor edi curauit Cardinalis Ximenus, qui Croium meum præesit, ad iutus cum ab aliis doctis nõnullis, tum præcipue, quan Ioannes Vergara tum ad Græcitatem attinet, ab Ioanne Vergara uiro eruditiõe tam rara, quàm uulgo incognita: & quod eam ad rem permagni referebat, iudicio saniss imo, ac supra quàm dici possit exacto. Horum pentateuchum accom Lodouicus modauit mihi eximius sui ordinis uir Lodouicus Coronellus Theologus, passusq́ est se libro in primis sibi Coronellus necessario tãdiu carere, dum publicæ utilitati, cui hoc quicquid est operis, à nobis elaboratur, seruiret. c Et finxit deus hominem de limo terræ.] Sic Hieronymus.

d Vnde in Latinã linguã scriptura.] Ostendit olim C usas ecclesias Latinas interpretatiõe Latina ex Septuaginta uersa, nõ hac Hieronymi, ut mirer esse qui tantum nefas existiment translationes attingi, modo sobrie ac prudenter fiat. e Magis tamen proprie dicitur, finFingere xit.] Sic enim dicit, πλάττειν apud Græcos, ut nos de his loquimur, qui luto aliquid efficiunt, quod fingi uocatur. Eoq́ uocabulo etiam in condendis hominibus magni autores utũtur, ut Salustius: Pecora natura prona, atque uentri obediẽtia finxit. Et apud Ciceronem pro Murena de Catone minore: Finxit enim te ipsa natura ad honestatem, grauitatem, temperantiam, magnitudinem animi, iustitiam, ad omnes denique uirtutes magnum hominem & excelsum. & formare certe nescio an in alia inueniatur mente, quàm formam dare. f Vt hi dicantur fingere.] Si quis hoc tempore de uerbis in opere theologico sic disseruisset, pro grammatico rejiceretur. Augustinum uetustas sua tuetur, qui si reuiD uisceret cum Paulo certe ille contemptui esset rhetorculus aut grammaticulus. Paulus uero uel insanire, uel hæreticus uideretur. g Non ait Græcus πνεῦμα, & cπνοὴν.] Chaldæũ habet, Et inspirauit in faciem eius animam uitæ, & factus est homo in spiritum loquentẽ. Augustinus satis ex hoc loco declarat, quanti sit momenti ad omnes artes disciplinasq́ intelligendas uera & germana uocabulorum cognitio. h Omnem flatũ ego feci.] Vulgo legimus, spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam: Esaiæ lvij. Lxx. uero πνεῦμα γὰρ ἐμοῦ ἐξελεύσεται, καὶ πνοὴν πᾶσαν ἐγὼ ποιήσω. Animam & animum pro aere & flatu multi Latinorum posuerũt. Pro aere Verg. Semina terrarumq́ animæq́ marisq́ fuissent.

Pro flatu & anhelitu Cicero in Acad. Si unus & simplex, utrum sit ignis, an anima, an sanguis? Et Terẽtius: Compressi animam. Et Plautus: Fœtet anima uxoris tuæ. Et Plinius: Anima leonis uirus graue, ursi pestilẽs. Anima

i Aliquando etiam animam.] Hic locus lõge aliter B scribitur in codice Brugeñ. nempe sic: quando uero dei dicitur, interpretati sunt πνεῦμα· πνοὴ uero nunquam nisi spiritum etiam: sed mihi magis placet uulgatior lectio, nec potest aliter congruere. nam in Ecclesiaste, & locis, quæ ex sacris literis adducit, πνεῦμα est Græce, non πνοή.

k Non sicut aliarum carnium aquis & terra produ centibus.] Si dicamus sensisse Augustinũ hominis animam non in corpore generari, sed foris à deo immitti: quod uidetur Aristoteles in libris De generatione animalium uoluisse, quum eam ait foris uenire, & foras abire: ea sententia multi recentiores damnantur, & in primis S. Thomas. Sin intelligamus non eodem modo generari hanc, qua mortales, quod illæ ui materiæ ita habitæ trahãtur, rationalis diuinitus ibi creetur, nulla materia potente illam in se uirtute sua ingignere: tunc commune hoc erit cum omnibus, atq́ in hũc modũ dictum illud Aristotelis acciperẽt: quod profecto cõuenire nec dicto eius uidetur, quum foris dicit uenire: nec dogmatis, qui immortale esse ingenitũ contendit: si modo explorata est Aristotelis de anima nostra sententia, de quo uideo inter ueteres interpretes magnopere dubitari.

l Vt eiusdem fateamur esse substantiæ.] Humanam animam de substantia esse dei non solum gentiliũ pleriq́ philosophorũ existimarũt, sicut aliàs est per nos ostensum, sed ex Christianis nonnulli: nec solum hæretici, ut Priscillianistæ, & alij nonnulli, sed homo Christiano pectore Lactantius, nõ quod in hoc uel à me uel à quoquã rectius sapiẽte comprobetur, sed quod magno in Christum ardore uidebatur flagrare. Neq́ enim ob unũ aut alterum erratum auersatur tendentem ad se Christus: præsertim ubi mens intenta semper est in scopum illum ueræ pietatis. Verba Lactantij hæc sunt libro secũdo Institutionum diuinarum: Ficto enim corpore spirauit ei animam de uitali fonte spiritus sui, qui est perennis. Quibus uelle uidetur animam de spiritu dei in hominem demanasse.

ELENCHVS CAPITVM
IN DIVI AVRELII AVGVSTINI DE
CIVITATE DEI LIBRVM XIIII

1 Per inobedientiam primi hominis, in secundæ mortis perpetuitatem ruituros fuisse omnes, nisi multos dei gratia liberaret.
2 De uita carnali, quæ non ex corporis tantum, sed etiam ex animi sit intelligenda uitijs.
3 Peccati causam ex anima, nõ ex carne prodisse, & corruptionem ex peccato contractam, non peccatum esse, sed pœnam.
4 Quid sit secundum hominem, quidue secundum deum uiuere.
5 Quod de corporis animæq́ natura tolerabilior quidem Platonicorũ quàm Manichæorum opinio: sed & ipsi reprobantur: quoniam uitiorum causas naturæ carnis ascribunt.
6 De qualitate uoluntatis humanæ, sub cuius iudicio affectiones animi aut prauæ habentur aut rectæ.
7 Amorem & delectationem indifferenter & in bono & in malo apud sacras literas inueniri.
8 De tribus perturbationibus, quas in animo sapientis Stoici esse uoluerũt, exclusis dolore siue tristitia quam uirtus animi sentire non debeat.
9 De perturbationibus animi, quarum affectus rectos habet uita iustorum.
10 An primos homines in paradiso constitutos nullis perturbationibus priusquam deliquerint affectos fuisse credendum sit.
11 De lapsu primi hominis, in quo bene condita natura est, nec potest nisi à suo autore reparari.
12 De qualitate primi peccati per hominem admissi.
13 Quod in præuaricatione Adæ ad opus malum mala præcesserit uoluntas.
14 De superbia transgressionis, quæ ipsa fuit transgressione deterior.
15 De iustitia retributionis, quam primi homines pro sua inobedientia receperunt.
16 De libidinis malo, cuius nomen cum multis uitijs cõgruat, proprie tamen motibus obscœnis corporis ascribitur.
17 De nuditate primorum hominum, quam post peccatum turpem pudendamq́ uiderunt.
18 De pudore concubitus, non solum uulgari, sed etiam coniugali.
19 Quod partes iræ atq́ libidinis tam uitiose mouentur, ut eas necesse sit frenis sapientiæ cohiberi, quæ in illa ante peccatum naturæ sanitate non fuerunt.
20 De uanissima turpitudine Cynicorum.
21 De benedictione multiplicandæ fœcunditatis humanæ ante peccatum, quam præuaricatio non adimeret, & cui libidinis morbus accesserit.
22 De copula coniugali à deo primitus instituta atq́ benedicta.
23 An etiam in paradiso generandum fuisset, si nemo peccasset: uel utrum cõtra actum libidinis pugnatura illic fuisset traditio castitatis.
24 Quod insontes homines & merito obedientiæ in paradiso permanẽtes ita genitalibus membris fuissent usuri ad generationem prolis, sicut cæteris ad arbitrium uoluntatis.
25 De uera beatitudine, quam temporalis uita non obtinet.
26 Quod felicitas in paradiso uiuentium, sine erubescendo appetitu generandi officium credenda sit implere potuisse.
27 De peccatoribus, & angelis, & hominibus, quorũ peruersitas non perturbat prouidentiã dei.
28 De qualitate duarum ciuitatum terrenæ atq́ cœlestis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
EPISCOPI AD MARCELLINVM
DE CIVITATE DEI LIBER XIIII

751

Per inobedientiam primi hominis in ſecundæ mortis perpetuitatem ruitu/ros omnes fuiſſe, niſi multos dei gra/tia liberaret. Caput I

IXIMVS iam in ſupe/rioribus libris, ad huma
num genus non ſolũ na
turæ ſimilitudine ſocian
dum, uerumetiam qua/
dam cognationis neceſ/
ſitudine in unitatem cõ/
cordẽ pacis uinculo col/
ligandum, ex homine uno deum uoluiſſe ho/
mines inſtituere: neque hoc genus fuiſſe in ſin/
gulis quibuſq; moriturum, niſi duo primi, quo/
rum creatus eſt unus ex nullo, alter ex illo, id in
obedientia meruiſſent: à quibus admiſſum eſt
tam grande peccatum, ut in deterius eo natura
mutaretur humana, etiam in poſteros obliga/
tione peccati & mortis neceſsitate tranſmiſſa. c
Mortis autem regnum in homines uſq; adeo
dominatum eſt, ut omnes in ſecundam quoq;
mortem, cuius nullus eſt finis, pœna debita pre
cipites ageret, niſi inde quoſdam [a] indebita dei
gratia liberaret: ac per hoc factum eſt, ut cũ tot
tantæq; gentes per terrarum orbem diuerſis ri/
tibus moribusq; uiuentes, multiplici linguarũ,
armorum, ueſtium ſint uarietate diſtinctę: non
tamen amplius quàm duo quædam genera hu
manæ ſocietatis exiſterent, quas ciuitates duas
ſecundum ſcripturas noſtras merito appellare
poſſumus. Vna quippe eſt hominum ſecũdum
carnem, altera ſecundum ſpiritum uiuere in ſui D
cuiuſq; generis pace uolentium: & cum id quod
expetunt aſſequuntur, in ſui cuiuſque generis
pace uiuentium.

752

ret, nõ faceret, ſed referret gratiã. Et ad Titum idẽ Apo/ſtolus: Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit.

De uita carnali, quæ non ex corporis tantum, ſed etiam ex animi ſit intelli/genda uitijs. Cap. II

RIVS ergo uidendum eſt, quid ſit ſecundum carnem, quid ſecundum
P ſpiritum uiuere. Quiſquis enim hoc
quod diximus prima frõte inſpicit,
uel nõ recolens, uel minus aduertẽs
quemadmodũ ſcripturæ ſanctæ loquantur, po
teſt putare philoſophos quidẽ Epicureos ſecũ/
dum carnem uiuere: quia ſummum bonum ho
minis in corporis uoluptate poſuerunt: & ſi qui
alij ſunt, qui quoquo modo corporis bonũ ſum
mũ bonum eſſe hominis opinati ſunt: & omne
eorũ uulgus qui nõ aliquo dogmate, uel eo mo
do philoſophãtur, ſed procliues ad libidinem,
niſi ex uoluptatibus, quas corporeis ſenſibus ca
piunt, gaudere neſciunt, Stoicos autem qui ſum
mum bonum hominis in animo ponunt, ſecun
dum ſpiritum uiuere: quia & hominis animus
quid eſt niſi ſpiritus? Sed ſicut loquitur ſcriptu/
ra diuina, ſecũdum carnẽ uiuere utriq; mõſtran
tur. Carnem quippe appellat, non ſolum cor/
pus terreni atq; mortalis animantis: ueluti cum
dicit, Nõ omnis caro eadẽ caro, ſed alia quidem
hominis, alia autẽ caro pecoris, alia uolucrũ, alia
piſcium: ſed alijs multis modis ſignificatiõe hu/
ius nominis utitur, inter quos uarios locutionis
modos, ſæpe etiam ipſum hominem, id eſt na/
turam hominis carnem nuncupat, modo locu/
tionis à parte totum ſignificans, quale eſt: Ex o/
perib. legis nõ iuſtificabitur omnis caro. Quid
emi hic uoluit intelligi, niſi omnis homo? Quod
apertius paulo poſt ait: In lege nemo iuſtificabi
tur. Et ad Galatas: Sciẽtes quia non iuſtificabi/
tur omnis homo ex operibus legis. Secundum
hoc intelligitur, Et uerbũ caro factum eſt: id eſt
homo. Quod nõ recte accipientes quidã, [a] pu/
tauerunt Chriſto humanam animam defuiſſe.
Sicut enim à toto pars accipitur, ubi Marię Ma
gdalenæ uerba in Euãgelio legũtur dicẽtis, Tu/

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI IN XIIII librum De ciuitate dei, Diui Aurelij Auguſtini, commentarij.

Gratia I

Ndebita dei gratia.] Nemini enim debet deus, ideoq; gratia in uno ſenſu dicit, quòd gratis detur: in altero, quòd gratum faciat eũ, cui adhæſerit. Paulus ad Rom. xi. Quis dedit illi prior, & retribuet ei? Nam ſi debe

lerunt dominum meum, & neſcio ubi poſuerũt A
eum: cũ de ſola Chriſti carne loqueretur, quam
ſepultã de monumento putabat ablatam: ita &
à parte totũ carne nominata intelligitur homo:
ſicut ea ſunt, quę ſupra cõmemorauimus. Cum
igitur multis modis, quos perſcrutari & collige
re longum eſt, diuina ſcriptura nũcupet carnẽ:
quid ſit ſecundũ carnem uiuere: quod profecto
malum eſt, cũ ipſa carnis natura nõ ſit malum,
ut indagare poſsimus, inſpiciamus diligenter il
lum locũ epiſtolæ Pauli apoſtoli, quam ſcripſit
ad Galatas, ubi ait: Manifeſta autem ſunt ope/
ra carnis, quæ ſunt adulteria, fornicationes, im/
mũditiæ, luxuriæ, idolorum ſeruitus, ueneficia,
inimicitiæ, contentiones, æmulationes, [b] animo/
ſitates, diſſenſiones, hæreſes, inuidię, ebrietates,
comeſſationes, & his ſimilia, quę prędico uobis
ſicut & prędixi: quoniam qui talia agunt, regnũ
dei non poſsidebunt. Iſte totus epiſtolæ Apo/
ſtolicæ locus, quantum ad rem præſentem ſatis
eſſe uidebitur, conſideratus poterit hãc diſſolue
re quæſtionem, quid ſit ſecũdum carnem uiue/
re. In operibus nãq; carnis, quæ manifeſta eſſe
dixit, eaq; cõmemorata damnauit, non illa tan
tum inuenimus, quæ ad uoluptatem pertinent
carnis: ſicuti ſunt fornicationes, immunditiæ, lu
xurię, ebrietates, comeſſationes: uerũ etiam illa, c
quibus animi uitia demonſtrantur à uoluptate
carnis aliena. Quis enim ſeruitutem, quæ idolis
exhibetur, ueneficia, inimicitias, cõtentiones, æ/
mulationes, animoſitates, diſſenſiones, hęreſes,
inuidias, nõ potius intelligat animi uitia eſſe q̃
carnis? Quãdoquidem fieri poteſt, ut propter
idololatriam uel hæreſis alicuius errorẽ à uolu/
ptatibus carnis temperetur: & tamen etiã tunc
homo quamuis carnis libidines continere atq;
cohibere uideatur, ſecundum carnẽ uiuere hac
Apoſtolica autoritate cõuincitur: & in eo quod
abſtinet à uoluptatibus carnis, damnabilia ope D
ra carnis agere demonſtratur. Quis inimicitias
nõ in animo habeat: aut quis ita loquitur, ut ini/
mico ſuo, uel quẽ putat inimicũ, dicat: malã car/
nẽ, ac nõ potius, malũ animũ habes aduerſum
me? Poſtremo ſicut carnalitates, ut ita dicam, ſi
quis audiſſet, nõ dubitaret carni tribuere: ita ne/
mo dubitat animoſitates ad animũ pertinere.
Cur ergo hæc omnia & his ſimilia, doctor gẽ/
tiũ in fide & ueritate opera carnis appellat, niſi
quia eo locutionis modo quo totũ ſignificatur à
parte, ipſum hominẽ uult noſce carnis intelligi?

L. VIVES

a PVtauerunt Chriſto humanã animã defuiſſe.] Hic fuit error Apollinariſtarũ, ut ipſe docet in Euãge lium Ioannis, & ſermone contra Arrium, & libro lxxxiij. quæſtionũ. Idẽ putarunt Cerdoniani, & Appel litæ, de erroribus ad Quoduultdeum. b Animoſita tes.] Θυμοὶ animi, iræ, ſic Hieronymus legit: ſed Latine quoq; animi pro ira ponũtur, ut apud Saluſtiũ: Lucul/lus ſuperiore anno quãtis animis ierit in L. Quintium, uidiſtis. Hinc animoſus & animoſitas. Animoſos Euros dixit Vergilius, quaſi iracundos. Animoſitate pro ira utitur Macrob. ij. de ſomnio Scipio. Porrò hæc ira quæ eſt θυμὸς eſt ὀξὺς, καὶ ἀναχαίτιστος, quod Cicero ſic finit: Excã deſcentia eſt ira naſcens, & modo deſiſtens, quæ θύμωσις Græce dicitur. Poſtea in dicto Pauli ſequiẽ, rixæ, quod Auguſtinus non addidit ἐριθεῖαι.

B **Peccati cauſam ex anima, nõ ex carne prodiſſe, & corruptionem ex peccato contractam, non peccatum eſſe, ſed pœnam. Cap. III**

VOD ſi quiſquam dicit, carnem cau/ſam eſſe in malis moribus quorum/cunq; uitiorum, eo quod anima car
ne affecta ſic uiuit: profecto nõ uni/
uerſam hominis naturã diligenter
aduertit. Nam corpus quidem corruptibile ag/grauat animam. Vnde etiam idem Apoſtolus agens de hoc corruptibili corpore, de quo pau/c lo ante dixerat, Et ſi exterior homo noſter cor/rumpitur: Scimus, inquit, quia ſi terrena noſtra domus habitationis diſſoluatur, ędificationem habemus ex deo domum non manifeſtã æter/nam in cœlis. Etenim in hoc ingemiſcimus ha/bitaculum noſtrum quod de cœlo eſt ſuperin/dui cupiẽtes: ſi tamen induti, non nudi inuenia/mur. Etenim qui ſumus in hac habitatione, in/gemiſcimus grauati: eo quod nolumus ſpolia/ri, ſed ſuperueſtiri, ut abſorbeatur mortale à ui/ta. Et aggrauamur igitur corruptibili corpore, & ipſius aggrauationis cauſam, non naturam, ſubſtantiamq; corporis, ſed eius corruptionem D ſcientes, nolumus corpore expoliari, ſed eius im/mortalitate ſuperueſtiri. Et tũc ergo erit corpus, ſed quia corruptibile non erit, non aggrauabit. Aggrauat ergo nunc animã corruptibile, & de/primit terrena inhabitatio ſenſum multa cogi/tantẽ. Veruntamen qui omnia animæ mala ex corpore putant accidiſſe, in errore ſunt. [a] Quam uis enim Vergilius Platonicã uideatur luculen/tis uerſibus explicare ſententiam, dicens:

Igneus eſt ollis uigor & cœleſtis origo
Seminibus, quantũ non noxia corpora tardãt,
Terreniq; hebetãt artus, moribũdaq; mẽbra:

omneſq; illas notiſsimas quatuor animi perturbationes,[b] cupiditatem, timorẽ, lætitiã, triſtitiã, quaſi origines omniũ peccatorũ atq; uitiorũ uolẽs ĩtelligi ex corpore accidere, ſubiũgat et dicat:

Hinc metuũt, cupiũtq;, dolẽt, gaudẽtq;: nec auras
Suſpiciũt, clauſæ tenebris & carcere cæco:

tamen aliter ſe habet fides noſtra. Nam corruptio corporis quæ aggrauat animã non peccati primi eſt cauſa, ſed pœna: nec caro corruptibilis animam peccatricem, ſed anima peccatrix fecit eſſe corruptibilem carnem. Ex qua corruptione carnis licet exiſtant quædam incitamenta uitiorum, & ipſa deſideria uitioſa: non tamẽ omnia uitæ iniquæ uitia tribuẽda ſunt carni, ne ab his omnibus purgemus diabolum, qui non habet carnem.[c] Et ſi enim diabolus fornicator uel ebrioſus, uel ſi quid aliud huiuſmodi mali eſt, quod ad carnis pertinet uoluptates, non poteſt dici, cum ſit etiã talium peccatorũ ſuaſor & inſtigator occultus: eſt tamen maxime ſuperbus atq; inuidus. Quæ illũ uitioſitas ſic obtinuit, ut propter hãc eſſet in carceribus caliginoſi huius aeris æterno ſupplicio deſtinatus. Hæc autẽ uitia, quæ tenẽt in diabolo principatum, carni tribuit Apoſtolus, quam certũ eſt diabolum non habere. Dicit enim inimicitias, contentiones, æmulatiões, animoſitates, inuidias, opera eſſe carnis: quorũ omniũ malorum caput atq; origo ſuperbia eſt, quæ ſine carne regnat in diabolo. Quis autẽ illo eſt inimicior ſanctis? Quis aduerſus eos cõtentioſior, animoſior, & magis æmulus atq; inuidus inuenitur? Et hęc omnia cũ habeat ſine carne, quomodo ſunt iſta opa carnis: niſi quia opera ſunt hominis, quẽ ſicut dixi, nomine carnis appellat? Non eñ habendo carnẽ, quam non habet diabolus, ſed uiuendo ſecundum ſeipſum, hoc eſt ſecundum hominem: factus eſt homo ſimilis diabolo: quia & ille ſecundum ſeipſum uiuere uoluit, quando in ueritate nõ ſtetit: ut nõ de dei, ſed de ſuo mendacium loqueretur, qui nõ ſolũ mendax, uerumetiã mendacij pater eſt. Primus eſt quippe mentitus, & à quo peccatum, ab illo cœpit eſſe mendacium.

L. VIVES

a Qvamuis enim Vergilius Platonicam.] Non magis Platonicam, ꝙ Pythagoricam: & ſi in multis eidẽ omnino ſunt. Ratio huius totius rei lib. viij. eſt mihi ſat multis expoſita. b Cupiditatẽ, timorẽ.] *Affectus quatuor* Quatuor ponuntur principes animi affectus: ut Cicero in Tuſc. quæſt. docet, duo iucundi, totidem triſtes: ex iucũdis unus ad præſentes res ſpectat, Lætitia, quæ eſt opinio boni præſentis: alter ad futuras, Libido, opinio boni futuri, quã per cupiditatẽ hic intelligi uult. Ex triſtibus triſtitia opinio mali præſentis: Timor opinio uẽturi mali. Ex his quẽadmodũ affectus cæteri proficiſcanẽ, nempe inuidentia, æmulatio, obtrectatio, miſericordia, angor, luctus, mœror, ærumna, dolor, lamentatio, ſolicitudo, moleſtia, afflictatio, deſperatio ex triſtitia: Tũ pigritia, pudor, error, pauor, exanimatio, cõturbatio, formido ex timore: Iam maleuolentia lætans malo alieno, delectatio, iactatio ex lætitia: Hinc ira, excãdeſcentia, odium, inimicitia, diſcordia, indigentia, deſiderium ex cupiditate: idem Cicer. iiij. Tuſc. declarat. c Et ſi enim diabolus fornicator.] De hoc poſtea.

Quid ſit ſecũdum hominem, quidue ſecundum deum uiuere. Cap. IIII

Cvm ergo uiuit homo ſecũdum hominẽ, non ſecundũ deum, ſimilis eſt diabolo: quia nec angelo ſecũdum angelũ, ſed ſecundũ deum uiuendũ fuit, ut ſtaret in ueritate, & ueritatẽ de illius, nõ de ſuo mendaciũ loqueretur. Nam & de homine alio loco idẽ Apoſtolus ait: Si autem ueritas dei in meo mẽdacio abũdauit. Meũ dixit mendaciũ, ueritatem dei. Cũ itaq; uiuit homo ſecundũ ueritatẽ, nõ uiuit ſecundũ ſeipſum, ſed ſecũdum deũ. Deus eſt enim qui dixit: Ego ſum ueritas. Quũ uero uiuit ſecũdum ſeipſum, hoc eſt ſecundũ hominẽ, non ſecũdum deum, profecto ſecundũ mendacium uiuit: nõ quia homo ipſe mendaciũ eſt, quũ ſit eius autor & creator deus, qui nõ eſt utiq; autor creatorq; mẽdacij: ſed quia homo factus eſt rectus, ut nõ ſecundum ſeipſum, ſed ſecundũ eũ, à quo factus eſt, uiueret: id eſt illius potius ꝙ ſuã faceret uoluntatem: nõ aũt ita uiuere, quemadmodũ eſt factus ut uiueret, hoc eſt mendacium.[a] Beatus quippe uult eſſe, etiã nõ ſic uiuẽdo ut poſsit eſſe.[b] Quid eſt hac uolũtate mendacius? Vnde non fruſtra dici poteſt, omne peccatũ eſſe mendaciũ. Non enim fit peccatũ, niſi ea uolũtate, qua uolumus, ut bene ſit nobis, uel nolumus, ut male ſit nobis. Ergo mendaciũ eſt quod quum fiat, ut bene ſit nobis, hinc potius male eſt nobis: uel cũ fiat ut melius ſit nobis, hinc potius peius eſt nobis. Vnde hoc, niſi quia de deo poteſt bene eſſe homini, quem delinquẽdo deſerit: nõ de ſeipſo, ſecundum quẽ uiuendo delinquit? Quod itaq; diximus, hinc extitiſſe ciuitates duas diuerſas inter ſe, atq; cõtrarias: quòd alij ſecundũ carnẽ, alij ſecundũ ſpiritũ uiuerent: poteſt etiam iſto modo dici, quod alij ſecundũ hominẽ, alij ſecundum deum uiuãt. Apertiſsime quippe Paulus ad Co-

rinthios

rinthios dicit: Cũ enim inter uos ſint æmulatio & cõtentio, nónne carnales eſtis, & ſecundũ hominẽ ambulatis? Quod ergo eſt ambulare ſecũdũ hominẽ, hoc eſt eſſe carnalẽ: quod à carne, id eſt à parte hominis minore, intelligitur homo. Eoſdẽ ipſos quippe dixit ſuperius animales, quos poſtea carnales: ita loquẽs:[c] Quis enim ſcit, inquit, hominũ quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt? Sic & quæ dei ſunt, nemo ſcit, niſi ſpiritus dei. Nos autẽ, inquit, nõ ſpiritũ huius mũdi accepimus, ſed ſpiritũ qui ex deo eſt, ut ſciamus quæ à deo donata ſunt nobis, quæ & loquimur: non in ſapiẽtiæ humanæ doctis uerbis,[d] ſed docti ſpiritu, ſpiritalib. ſpiritalia cõparantes. Animalis autẽ homo nõ percipit, quę ſunt ſpiritus dei:[e] ſtultitia eſt enim illi. Talibus igitur, id eſt animalibus paulo poſt dicit: Et ego fratres nõ potui loqui uobis quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalib. Et illud ex hoc eodem loquẽdi modo intelligitur, id eſt à parte totum. Et ab anima nãq;, & à carne, quę ſunt partes hominis, poteſt totũ ſignificari, quod eſt homo: atq; ita non eſt aliud animalis homo, aliud carnalis: ſed idẽ eſt utrũq;, id eſt ſecundũ hominem uiuẽs homo. Sicut et nõ aliud, ꝙ homines ſignificãtur, ſiue ubi legitur, Ex operibus legis[f] nõ iuſtificabitur omnis caro: ſiue quod ſcriptũ eſt:[g] Septuagitaquinq; animę deſcẽderũt cũ Iacob in Aegyptũ. Et ibi eñ per omnẽ carnẽ, omnis homo: et ibi per ſeptuagintaquinq; animas, ſeptuagintaquinq; homines intelliguntur. Et quod dictũ eſt, Nõ in ſapiẽtiæ humanę doctis uerbis: potuit dici, Nõ in ſapientię carnalis: ſicut quod dictũ eſt, Secundũ hominem ambulatis: potuit dici, Secũdum carnem. Magis autẽ hoc apparuit, in his quę ſubiunxit. Cũ enim quis dicat, ego ſum Pauli: alius autẽ, ego Apollo: nónne homines eſtis? Quod dicebat, Animales eſtis: &, Carnales eſtis: expreſsius dixit, Homines eſtis, quod eſt ſecundũ hominẽ uiuitis, non ſecundũ deũ: ſecundũ quẽ ſi uiueretis, dij eſſetis.

L. VIVES

a Beatus quippe uult eſſe, etiam non ſic uiuendo.] Nemo eſt, qui quantũuis male & ſcelerate uiuat, nolit tamẽ ad beatitudinem peruenire: licet agat ea, quæ quàm lõgiſsime inde ad certiſsimam miſeriam abducant. b Quid eſt hac uoluntate mendacius?] Fallacius hac uoluntate nihil eſt. Mire enim decipit, in quo eſt. c Quis enim, inquit, ſcit hominum quæ ſunt hominis?] Libro primo locum hunc citans ſic dixit: Quis enim, inquit, ſcit hominum, quæ agantur in homine: expreſsius. d Sed docti ſpiritu.] Græce eſt: Sed doctis ſpiritus: ἐν διδακτοῖς πνεύματος ἁγίου. Auguſtinus cõmodius uertit. Alibi habetur, in doctrina ſpiritus. e Stultitia eſt enim illi.] Spiritalia dei, ſtultitia ſunt hominibus ex affectu uiuentibus: ut etiam inter gentiles ſapientia & uirtutes ſtultitia craſsis erant diuitibus, qui umbras putabant eſſe uera corpora, hæc autem inſanias meras. Vnde eſt ſpecus ille apud Platonem in libro De republica ſeptimo, in quo homines umbris aſſueti nulla credebant eſſe alia corpora. Obiter annotabo dicendum fuiſſe, ſtultitia illi ſunt. Græce eſt quidem ſingulariter, μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστί. Sed figura eſt Attica, cũ nomen neutrius generis uerbo ſingulari additur, quod eſt apud nos frequentiſsimum. f Non iuſtificatur.] Græce eſt, iuſtificabitur, δικαιωθήσεται. g Septuagintaquinq; animæ.] Animam pro homine dici Hebraiſmus eſt, ut puto, pro uita uero Græcorum eſt, & Latinorum quoq; ut uita pro anima. Nonius Marcellus pro corporibus ait animas poni, quum Vergilius dicit lib. xi.

Interea ſocios inhumataq; corpora terræ
Mandemus, qui ſolus honos Acheronte ſub imo eſt.
Ite ait egregias animas, quæ ſanguine nobis
Hanc patriam peperere ſuo.

Quod an ita ſit, ipſe uiderit. eſt tamen apud Græcos interdũ inuenire quum ψυχὴ ponitur pro rebus animatis.

Quod de corporis animæq; natura tolerabilior quidem Platonicorum quàm Manichæorum ſit opinio: ſed & ipſi reprobãtur: quoniam uitiorum cauſas naturæ carnis aſcribũt. Cap. V

Non igitur opus eſt in peccatis uitijſque noſtris ad creatoris iniuriã carnis accuſare naturam: quę in genere atq; ordine ſuo bona eſt, ſed deſerto creatore bono, uiuere ſecundum creatum bonum, non eſt bonum: ſiue quiſque ſecundũ carnẽ, ſiue ſecundũ animam, ſiue ſecundum totum hominẽ, qui cõſtat ex anima & carne, unde & nomine ſolius animæ, & nomine ſolius carnis ſignificari poteſt, eligat uiuere. Nam qui uelut ſummum bonum laudat animæ naturam, & tanquã malum naturam carnis accuſat: profecto & animam carnaliter appetit, & carnẽ carnaliter fugit: quoniã id uanitate ſentit humana, nõ ueritate diuina.[a] Non quidem Platonici ſicut Manichæi deſipiũt, ut tanquã mali naturã terrena corpora deteſtẽtur, cũ omnia elementa quibus iſte mũdus uiſibilis cõtrectabiliſq; compactus eſt, qualitateſq; eorũ deo artifici tribuant. Veruntamẽ ex terrenis artubus moribundiſq; mẽbris ſic affici animas opinãtur: ut hinc eis ſint morbi cupiditatũ & timorum & lætitiæ ſiue triſtitię: quibus quatuor perturbationibus, ut Cicero appellat, uel paſsionibus, ut pleriq; uerbum è uerbo Græco exprimunt, omnis humanorum morum uitioſitas continetur. Quod ſi ita eſt, quid eſt quod Aeneas apud Vergi-

lium,cum audiſſet à patre apud inferos,animas rurſus ad corpora redituras, hanc opinionem miratur, exclamans:

Opater,an ne aliquas ad cœlũ hic ire putãdũ eſt
Sublimes animas,iterumq; ad tarda reuerti
Corpora? quæ lucis miſeris tam dira cupido?

Nunquid nam hęc tam dira cupido ex terrenis artubus moribũdiſq; membris adhuc ineſt animarum illi prædicatiſſimæ puritati? Nónne ab huiuſmodi corporeis,ut dicit, peſtibus omnibus eas aſſerit eſſe purgatas, cum rurſus incipiunt in corpora uelle reuerti? Vnde colligitur etiam ſi ita ſe haberet,quod eſt omnino uaniſſimum,uiciſsim alternans inceſſabiliter euntium atq; redeuntium animarum mundatio et inquinatio,non potuiſſe ueraciter dici, omnes culpabiles atq; uitioſos motus animarum eis ex terrenis corporibus inoleſcere. Siquidem ſecundũ ipſos illa,[b]ut locutor nobilis ait,dira cupido, uſqueadeo non eſt ex corpore,[c]ut ab omni corporea peſte purgatam,& extra omne corpus animam conſtitutam,ipſam compellat eſſe in corpore. Vnde etiam illis fatentibus, non ex carne tantum afficitur anima,ut cupiat,metuat,[d]lætetur,& triſtetur:uerum etiam ex ſeipſa his poteſt motibus agitari.

L. VIVES

a NOn quidem Platonici ſicut Manichæi.] Hi omnem carnem, non dei, ſed malæ mentis perhibent eſſe opificium: ideo ſuos auditores monẽt, ne animantes occidant,ne offendant principes tenebrarum in cœleſtibus colligatos,à quibus dicunt omnem carnem originem ducere. Et ſi utantur coniugibus,conceptum tamen generationemq; deuitent,ne diuina ſubſtantia, quæ in eos per alimẽta ingreditur,uinculis carneis ligetur in prole. Auguſtinus, ad Quoduultdeum. His aſſenſi ſunt Priſcillianiſtæ. b Vt loquutor nobilis.] Sic alibi Ciceronem nominauit,hic Vergiliũ: quãquam alibi ſic legitur, ut poeta præfatus eloquitur lucis tam dira etiã. c Vt ab omni corporea peſte purgatam.] In aliſs libris ſcribitur: Vt ab omni corporea parte purgatã. d Lætetur & triſtet.] Alibi eſt: Lætetur & ægreſcat, quod nõ ſecus ſignificat.nam triſtitiam, ægritudinem uocat Cicero,tertio Tuſculanorum.

De qualitate uoluntatis humanę,ſub cuius iudicio affectiões animi,aut praua habentur,aut rectæ. Cap. VI

INTEREST autem,qualis ſit uoluntas hominis,quia ſi peruerſa eſt,peruerſos habebit hos motus: ſi autem recta eſt,nõ ſolum inculpabiles,uerumetiam laudabiles erunt.[a]Voluntas eſt quippe in omnibus: immo omnes nihil aliud quàm uoluntates ſunt. Nam quid eſt cupiditas,& lętitia,niſi uoluntas[b]in eorũ cõſenſione,quæ uolumus? Et quid eſt metus atq; triſtitia,niſi uoluntas in diſſenſionem ab his, quæ nolumus? Sed cum conſentimus appetendo ea quæ uolumus,cupiditas:cum autẽ conſentimus fruendo his quæ uolumus,lętitia uocatur. Itẽq; cũ diſſentimus ab eo, quod accidere nolumus, talis uolũtas metus eſt:cum autem diſſentimus ab eo,quod nolentibus accidit, talis uolũtas triſtitia eſt. Et omnino pro uarietate rerũ quę appetuntur,atq; fugiuntur,ſicut allicitur,uel offenditur uoluntas hominis,ita in hos,uel illos affectus mutatur & uertitur. Quapropter homo, qui ſecundum deum, non ſecũdum hominem uiuit,oportet ut ſit amator boni:unde ſit conſequens,ut malum oderit. Et quoniam nemo natura,ſed quiſquis malus eſt, uitio malus eſt:[c]perfectum odium debet malis,qui ſecũdum deum uiuit:ut nec propter uitiũ oderit hominem,nec amet uitiũ propter hominem: ſed oderit uitiũ, amet hominẽ. Sanato enim uitio, totũ quod amare,nihil aũt quod debeat odiſſe,remanebit.

L. VIVES

a VOluntas eſt quippe in omnibus.] Stoici βουλήσεις, quod Cicero uoluntates uertit,nolunt eſſe,niſi cum quid prudenter, conſtanterq; appetitur: idcirco uoluntas finitur, quæ quid cum ratione deſiderat, quæ eſt in ſolo ſapiente. Quæ autem aduerſus rationem incitata eſt uehementius,ea libido dicitur,uel cupiditas effrenata,quæ in omnibus ſtultis reperitur. Peripatetici utraſq; uoluntates dicunt,has malas, illas bonas. De nominibus eſt controuerſia, ut aliàs dixi. Nam & cupiditates Stoici uoluntates quoque nominant: nec refert,utrum ſit cum conſilio uoluntas, an natura ipſa impulſa,nã uoluntas eſt ſemper,niſi quod illa proprie, uereq; dicitur uoluntas,in qua eſt libertas,& in hac demum uitium eſt,aut uirtus. b In eorum conſenſionem,quæ uolumus.] Non eſt hæc uel conſenſio,uel diſſenſio,qua credimus aliquid eſſe,aut nõ eſſe, in qua eſt ſciẽtia,fides,opinio,de quibus multus in Analyticis poſterioribus ſermo: ſed uelle,aut nolle,quæ ad uoluntatem ſpectant,quũ illa ad mentẽ pertineant,& tanquam approbare & decernere ut uel fiat qd,uel ne fiat. c Perfectum odium.] Declarat quod eſt in Pſalmo cxxxviij. Perfecto odio oderam illos.

Amorem & dilectionem, indifferenter,& in bono,& in malo apud ſacras literas inueniri. Cap. VII

IAM cuius propoſitũ eſt amare deũ, & non ſecundum hominem,ſed ſecũdum deum amare proximũ, ſicut etiã ſeipſum: proculdubio propter hunc amorẽ dicitur uolũtatis bonę, quę uſitatius in ſcripturis ſacris charitas appellatur

tur:ſed amor quoq; ſecundũ eaſdẽ ſacras literas dicitur. Nam & amatorem boni dicit Apoſtolus eſſe debere,quem regendo populo pręcipit eligendum. Et ipſe dominus Petrum Apoſtolum interrogans,cum dixiſſet:[a]Diligis me plus his. Ille reſpõdit:[b] Domine, tu ſcis quia amo te. Et iterum dominus quæſiuit,non utrum amaret,ſed utrum diligeret eum Petrus. At ille reſpondit ei iterum: Domine, tu ſcis quia amo te. Tertia uero interrogatione & ipſe Ieſus nõ ait, diligis me,ſed amas me. ubi ſecutus ait Euangeliſta: Cõtriſtatus eſt Petrus,quia dixit ei tertio, amas me:cum dominus nõ tertio,ſed ſemel dixerit,amas me: bis autẽ dixerit, diligis me. Vnde intelligimus,quòd etiam cum dicebat dominus,diligis me: nihil aliud dicebat, quàm amas me. Petrus autem non mutauit huius unius rei uerbum,ſed etiam tertio: Domine,inquit,tu omnia ſcis. tu ſcis quia amo te. Hoc propterea cõmemorandũ putaui,[c]quia nonnulli arbitrantur aliud eſſe dilectionẽ ſiue charitatem,aliud amorem.[d]Dicunt enim dilectionem accipiendã eſſe in bono,amorem in malo. Sic autem nec ipſos autores ſecularium literarum locutos eſſe certiſſimum eſt. Sed uiderint philoſophi utrum uel qua ratione iſta diſcernant. Amorem tamẽ eos in bonis rebus,& erga ipſum deum magnipendere,libri eorũ ſatis loquũtur.[e]Sed ſcripturas religionis noſtræ,quarũ autoritatem cæteris quibuſq; literis anteponimus: nõ aliud dicere amorem,aliud dilectionem uel charitatem,inſinuãdum fuit. nam & amorem in bono dici iam oſtendimus. Sed ne quis exiſtimet amorẽ quidẽ & in bono & in malo,dilectionem autem non niſi in bono eſſe dicendam,illud attẽdat quod in Pſalmo ſcriptum eſt: Qui autẽ diligit iniquitatem,odit animã ſuam. Et illud Apoſtoli Ioãnis: Si quis dilexerit mundum,non eſt dilectio patris in eo,Ecce uno loco dilectio, & in bono & in malo. Amorem autem in malo: quia in bono iam oſtendimus,ne quiſquam flagitet,legat quod ſcriptum eſt: Erũt enim homines ſeipſos amantes,amatores pecuniæ. Recta itaq; uoluntas eſt bonus amor, & uolũtas peruerſa malus amor. Amor ergo inhians habere quod amatur, cupiditas eſt: id autẽ habens eoq; fruens, lętitia. Fugiẽs quod ei aduerſatur, timor eſt: idq; ſi acciderit ſentiẽs, triſtitia eſt. Proinde mala ſũt iſta, ſi malus eſt amor: bona, ſi bonus. quod dicimus, de ſcripturis probemus. Cõcupiſcit Apoſtolus diſſolui,& eſſe cũ Chriſto. Et, Cõcupiuit anima mea deſiderare iudicia tua in omni tẽpore. Vel ſi accõmodatius dicitur: Deſiderauit anima mea cõcupiſcere iudicia tua. Et, Concupiſcẽtia ſapientiæ perducit ad regnum. Hoc tamen loquendi obtinuit cõſuetudo,ut ſi cupiditas uel concupiſcentia dicatur, nec addatur cuiũs rei ſit, non niſi in malo poſsit intelligi. Lætitia apud Pſalmiſtam in bono eſt: Lætamini in domino & exultate iuſti. Et, Dediſti lætitiam in cor meum. Et, Adimplebis me lætitia cum uultu tuo. Timor in bono eſt apud Apoſtolum, ubi ait: Cum timore & tremore ueſtram ipſorum ſalutem operamini. Et, Noli altum ſapere,ſed time. Et, Timeo autem ne ſicut ſerpẽs Euam ſeduxit aſtutia ſua,ſic & ueſtræ mentes corrumpantur à caſtitate,quæ eſt in Chriſto. De triſtitia,uero,[g]quam Cicero magis ægritudinẽ appellat: dolorem autem Vergilius,ubi ait,

Dolent gaudentq;:

[h]ſed ideo malui triſtitiam dicere, quia ægritudo uel dolor uſitatius in corporibus dicitur, ſcrupuloſior quæſtio eſt,utrũ inueniri poſsit in bono.

L. VIVES

a DIligis me plus his.] An plus q̃ hos, an plus q̃ his? Certe plus quàm hi. & ad tollendam amphibologiam ſic fuit uertẽdum. b Domine tu ſcis quia amo te.] Græce ſic eſt: Λέγει τῷ σίμωνι πέτρῳ ὁ ἰησοῦς· Σίμων ἰωαννᾶ ἀγαπᾷς με πλέον τούτων; Λέγει αὐτῷ· Ναὶ κύριε, σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. Λέγει αὐτῷ· Βόσκε τὰ ἀρνία μου. Λέγει αὐτῷ πάλιν δεύτερον· Σίμων ἰωαννᾶ ἀγαπᾷς με; Λέγει αὐτῷ· Ναὶ κύριε, σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. Λέγει αὐτῷ· ποίμαινε τὰ πρόβατά μου. Λέγει αὐτῷ τὸ τρίτον· Σίμων ἰωαννᾶ φιλεῖς με; Ἐλυπήθη ὁ πέτρος, ὅτι εἶπεν αὐτῷ τὸ τρίτον φιλεῖς με. Itaq; ἀγαπᾶν uertũt diligo. φιλεῖν, amo. c Quia nõnulli arbitranẽ aliud eſſe dilectionem.] Origenes homilia prima in Cantica: Videtur mihi quod diuina ſcriptura uolens cauere, ne ipſus aliquis legentibus ſub amoris nomine naſceretur, pro infirmioribus quibuſq; eum qui apud ſapientes ſeculi cupido ſeu amor dicitur, honeſtiore uocabulo charitatem uel dilectionem nominaſſe. d Dicunt enim dilectionem accipiendam eſſe in bono.] Aliam Latini ſcriptores longe diuerſam faciunt in iſtis uocabulis differentiam, ut diligere ſit remiſsius, amare ardentius, ut apud Ciceronem: Dolabellam antea diligebam, nunc amo. Et ad Brutum apertius: Clodius Trib. pleb. deſ. ualde me diligit, ſeu ut ὑφαττικώτερον dicam, ualde me amat. Et ſi non negarim amorem ambiguum quidem, & medium nomen, in obſcœnum tamen & flagitioſum plerunque uſurpari, dilectionem raro. & quam differentiam Latini ponunt inter diligere & amare, eandem Græcorũ quidam inter ἀγαπᾶν καὶ φιλεῖν. e Sed ſcripturas religiõis noſtræ.] Hi loci, quos ex ſacris literis affert ad probandũ quod conaẽ, nihil efficiũt, niſi dicat φιλεῖν, & ἀγαπᾶν ad utrunq; bonũ, & malum ualere. quod ex dictis illis, in quibus Apoſtoli his uocabulis uſi ſunt, declaratur. Latina enim interpretatio linguam & ſignificata uocũ interpretis arguit, non eius qui ſcripſit. Sed forte illud oſtendere uolebat, quod cum homine Græco diſputaret, nempe Origene. f Vel ſi accommodatius dicitur

Diligere Amare

dicitur, desiderauit anima mea.] Sic enim uerterunt Septuaginta: ἐπεπόθησεν ἡ ψυχή μου τοῦ ἐπιθυμῆσαι τὰ κρίματά σου. Et incipit ostẽdere, nullum ex quatuor illis affectibus, malum natura sua esse. g Quam Cicero magis ægritudinem.] Dixi hoc esse apud Ciceronem tertio & quarto Tusc. quæstio. h Sed ideo malui tristitiã dicere,] Cicero ij. Tusc. quæst. cum de dolore loquitur, cruciatum in corpore significat, & ægritudinem cruciãtem finit libro quarto. ægritudinem in animo esse dicit, sicut ægrotationem in corpore: ægritudinem quoq; nõ seiunctum à dolore habere nomen, libro tertio.

De tribus perturbationibus, quas in animo sapientis Stoici esse uoluerũt, exclusis dolore siue tristitia, quam uirtus animi sentire non debeat. VIII

[a]QVAS enim Græci appellant εὐπαθείας, Latine autem Cicero cõstantias nominauit, Stoici tres esse uoluerũt, pro tribus perturbationibus in animo sapientis: pro cupiditate, uoluntatẽ: [b]pro lætitia, gaudium: pro metu, cautionẽ: pro ægritudine uero, uel dolore, quẽ nos uitandæ ambiguitatis gratia, tristitiã maluimus dicere, negauerũt esse posse aliquid in animo sapientis. Voluntas quippe, inquiunt, appetit bonum, quod facit sapiẽs. Gaudium de bono adepto est, quod ubiq; adipiscitur sapiens. Cautio deuitat malum, quod debet sapiens deuitare. Tristitia porrò, quia de malo est, quod iam accidit: nullum autem malum existimant posse accidere sapienti: nihil in eius animo pro illa esse posse, dixerunt. Sic ergo illi loquuntur, ut uelle, gaudere, cauere, negent nisi sapientem: stultum autem non nisi cupere, lætari, metuere, cõtristari. Et illas tres esse constantias: has autem quatuor, perturbationes secundum Ciceronem: secundum plurimos autem, passiones. Græce autem illæ tres, sicut dixi, appellantur εὐπάθειαι: istæ autem quatuor πάθη. Hæc [c]locutio utrum scripturis sanctis cõgruat, quum quærerẽ quantum potui diligenter, illud inueni, quod ait Propheta: [d]Non est gaudere impijs, dicit dominus. tanquam impij lætari possint potius, quàm gaudere de malis, quia gaudium proprie bonorum & piorum est. Item illud in Euangelio: Quæcunq; uultis ut faciant uobis homines, hæc uos facite illis: ita dictum uidetur, tanquã nemo possit aliquid male uel turpiter uelle, sed cupere. Deniq; propter consuetudinem locutionis, nonnulli interpretes addiderunt, bona: & ita interpretati sunt: Quæcunq; uultis ut faciãt uobis homines bona. Cauendũ enim putauerũt, ne quisquã inhonesta uelit sibi fieri ab hominibus, ut de turpioribus taceam, certe luxuriosa conuiuia, in quibus se, si & ipse illis faciat similia, hoc præceptũ existimet impleturũ. [e]Sed in Græco Euangelio, unde in Latinum translatum est, nõ legitur, bona: sed, Quæcunq; uultis ut faciãt uobis homines, hæc & uos facite illis: credo propterea, quia in eo quod dixit uultis, iam uoluit intelligi bona. nõ enim ait, cupitis. Non tamen semper his proprietatibus locutio nostra frenanda est, sed interdũ his utendũ est. Et cũ legimus eos, quorum autoritati resultare fas nõ est, ibi sunt intelligendæ, ubi rectus sensus alium exitũ non potest inuenire: sicut ista sunt, quæ exempli gratia partim ex Propheta, partim ex Euãgelio cõmemorauimus. Quis enim nescit impios exultare lætitia? Et tamen nõ est gaudere impijs, dicit dominus. Vnde, nisi quia gaudere aliud est, quando proprie signateq; hoc uerbũ ponitur? Item quis negauerit nõ recte præcipi hominibus, ut quæcunq; sibi ab alijs fieri cupiũt, hæc eis & ipsi faciant: ne seinuicẽ turpitudine illicitæ uoluptatis oblectent? & tamen saluberrimum, uerissimumq; præceptũ est: Quæcũq; uultis ut faciãt uobis homines, eadem & uos facite illis. Et hoc unde, nisi quia hoc loco modo quodã proprio uoluntas posita est, quæ in malo accipi non potest? Locutione uero usitatiore quam frequẽtat maxime cõsuetudo sermonis, non utiq; diceretur: Noli uelle mẽtiri omne mendaciũ: nisi esset & uolũtas mala, à cuius prauitate illa distinguitur, quã prædicauerũt angeli dicẽtes: [f]Pax in terra hominib. bonæ uolũtatis. Nam ex abũdanti additum est, bonæ, si esse non potest nisi bona. Quid autẽ magnũ in charitatis laudibus dixisset Apostolus, quod nõ gaudeat super iniquitate, nisi quia ita malignitas gaudet? Nã & apud autores seculariũ literarũ, talis istorũ uerborum indifferentia reperitur. Ait enim Cicero orator amplissimus: [g]Cupio patres conscripti me esse clementem. Quia hoc uerbum in bono posuit, quis tam peruerse doctus existat, qui non cum cupio, sed uolo potius dicere debuisse cõtendat? Porrò apud Terentium flagitiosus adolescens insana flagrans cupidine: [h]Nihil uolo aliud, inquit, nisi Philomenam. Quã uoluntatẽ fuisse libidinem, respõsio quæ ibi [i]serui eius senioris inducitur satis indicat. Ait nanque domino suo: Quãto satius est, te id dare operã, quo istũ amorem

rem ex animo amoueas tuo, quàm id loqui quo magis libido frustra accendatur tua. Gaudium uero eos et in malo posuisse ille ipse Vergilianus testis est uersus, ubi has quatuor perturbationes summa breuitate complexus est:

Hinc metuunt, cupiuntq;, dolent, gaudentq;.

Dixit etiam idem autor:

Mala mentis Gaudia.

Proinde uolunt, cauent, gaudent & boni & mali. Atque ut eadem alijs uerbis enunciemus, cupiunt, timent, lætantur & boni & mali. Sed illi bene, isti male, sicut hominibus seu recta seu peruersa uoluntas est. Ipsa quoque tristitia, pro qua Stoici nihil in animo sapientis inueniri posse putauerunt, reperitur in bono, & maxime apud nostros. Nam laudat Apostolus Corinthios, quod contristati fuerint secundum deũ. Sed fortasse quis dixerit, illis Apostolum fuisse congratulatum, quod contristati fuerint pœnitendo: qualis tristitia, nisi eorum qui peccauerunt, esse non potest. Ita enim dicit: Video quod epistola illa, etsi ad horã, cõtristauit uos: nunc uero gaudeo, nõ quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiã. Cõtristati enim estis secũdum deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim secundum deum est tristitia, [k]pœnitẽtiam in salutẽ impœnitendam operatur: mundi autem tristitia mortem operatur. Ecce enim idipsum secundũ deũ contristari, quantã perfecit in nobis industriã. Ac per hoc possunt Stoici pro suis partibus respondere, ad hoc uideri utilem esse tristitiam, ut peccasse pœniteat, in animo autẽ sapientis ideo esse non posse, quia nec peccatum in eum cadit cuius pœnitentia cõtristetur, nec ullũ aliud malum, quod perpetiendo & sentiendo sit tristis. [l]Nam & Alcibiadem ferũt, si me de nomine hominis memoria non fallit, cum sibi beatus uideretur [m]Socrate disputante, & ei quàm miser esset, quoniam stultus esset demonstrante, fleuisse. Huic ergo stultitia fuit causa etiam huius utilis optandæq; tristitiæ, qua homo esse se dolet, quod esse non debet. Stoici autem nõ stultum, sed sapientem aiunt tristem esse non posse.

L. VIVES

a QVas enim Græci appellant εὐπαθείας, Cicero constantias.] Hæc omnia apud Ciceronem lib. iiij. Tusc. quæst. Porrò εὐπάθεια q. bonus affectus dicitur: quod bifariam potest intelligi: & περὶ τὰ ψυχῆς, hoc est de uoluptate, cuius cõtrarius est mœror & dolor: & περὶ τὰ βουλήσεως, hoc est de illa honesta & sancta uoluntate, quam Stoici ponebant. Nam dixi antea uoluntates ab Stoicis tantum dici bonas, quod planius Cicero. b Pro lætitia gaudium.] Gaudere enim decet, lætari non decet. Porro declinatio à malo cũ ratione est cautio, sine ratione uero & cum exanimatione humili atq; fracta metus. c Locutio utrum scripturis sanctis.] Equidem non uideo, quo spectat tam longa disputatio de ratione nominum ex interprete dũtaxat petita: nam si in eadẽ lingua dicta adduceret, qua sunt à sanctis scripta, esset aliqua ratio cur fieret. d Nõ est gaudere impijs dicit dominus.] Esa. lviij. Vulgo legimus, Non est pax impijs dicit dominus. Lxx. uerterunt nõ est gaudiũ impijs. e Sed in Græco Euangelio.] πάντα οὖν ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς. Ociosum nimis esset, ut puto, multis uerbis persuadere uelle, cũ de sensu aut integritate uerborum Euangelij Latini dubitatur, ad fontem ipsum recurrẽdum, ad Græca exemplaria, qua lingua Apostoli scripsere. Hoc Hieronymus clamat, hoc Augustinus hic admonet, & præcipit exemplo suo. Isti reclamant, & certius esse contendunt, transfusum in Latinum sermonem Euãgelium, quàm in ipsa origine sua. Sed istos non magnopere referre putẽ confutari: nam pauci sunt, & indocti, qui uel suapte sponte tacebunt, quum se intelligent nil proficere, uel eruditorum omnium cõsensu cum absonis suis clamoribus reijcientur. f Pax in terra hominibus bonæ uolũtatis.] Græce est καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἀνθρώποις εὐδοκία. In terra pax, hominibus bona uoluntas. Sed ad id quod agit, nihil interest, siue bona uoluntas dicatur, siue bonæ uolũtatis. g Cupio patres conscripti me esse clementem.] Prima in Catilinam inuectiua. Sed sic legitur: Cupio patres C. me esse clementem, cupio in tantis reip. periculis, me non dissolutum uideri. Et in hoc sensu, cupio, est sexcenties apud Ciceronem: atq; hoc argumentum Augustini ex scriptoribus linguæ Latinæ in ea re de qua tractat, paulo est aptius, quàm alia omnia sacrorum librorũ: idq; non tam contra Græcos Stoicos, quàm contra Latinum Ciceronem. h Nihil uolo aliud, inquit, nisi Philomenam.] Verba sunt Carini in Andria Terentij. Puto dici Philumenã q. charam, & amatam. φιλουμένη filia fingitur Chremetis. Interpres noster multis antea libris tacitus, hoc demum capite soluit silentium, & Philumenam, nomen esse cuiusdam meretricis ait. Hoc nõ est boni uiri, ex pudica uirgine, impudicum scortum facere: sed nimirũ putat, quod & alijs plerisq; nostro tempore persuasum est, apud poetas nullos uiros loqui, nisi lenones, aut latrones: nec ullas fœminas, nisi meretrices, aut lenas. Ideo lupanarium Latinum uocant, quod quũ Philumena in lupanari inueniatur, quid aliud simplici illi & colũbino prædicatoris oculo uideri debuit, quàm meretrix? i Serui eius senioris.] An sanioris? Ideo melius poterat iudicare: nam Carinus in amore non sat erat sanus. seruus hic erat Byrrhia. k Pœnitentiam in salutem stabilem operatur.] Sic uulgo etiam legimus in epistola Pauli ad Corinthios secundo. In antiquis Augustini exemplaribus, In Brugensi habetur, pœnitentiam in salutem impœnitentibus: mẽdose quidem, sed aliquo tamen uestigio ueræ lectionis, quæ est in Coloniensi, ubi legitur: In salutem impœnitendam: sic enim Græce μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον, pœnitentiam in salutẽ, cuius nunquã pœniteat. l Nam & Alcibiadẽ ferunt.] Hic propinquus erat Periclis principis Atheñ. cui & pupillus est relictus, omnium mortalium formosissimus, idem ingeniosissimus, & maximæ in re militari industriæ. Imperator fuit Athenieñ. bellumq; gessit cum Siculis & Lacedæmonijs. Nullius unquam unius hominis ad res diuersissimas maxima uitia, & maximas uirtutes, flexibilius ingenium fuit. Eius uitam & gesta scribunt Plutarchus, & Aemilius Probus, & Iustinus, uulgares satis autores. m Socrate disputãte.] Alcibiades

Socra

Socrates hunc edocuit, quem & se amare simulauit, ut ab amoribus aliorum, qui impudici erāt, auerteret. Frequens eius mentio in dialogis Platonis. Socrates hunc interim blandis & suauibus, cum haberet obsequētem, ducebat uerbis, sæpe asperis & acribus, cum ferocientem uideret, sibiq; placentem impendio coercebat: ut apud Platonem in Alcibiade de hominis natura. Cicero quarto Tuscul. Cum Socrates Alcibiadi persuasisset, ut accepimus, eū nihil hominis esse, nec quicquam inter Alcibiadem summo loco natum, & quemuis baiulum interesse, quum se Alcibiades afflictaret, lachrymansq; Socrati supplex esset, ut sibi uirtutem traderet, turpitudinemq; depelleret.

De perturbationibus animi, quarum affectus rectos habet uita iustorum. Caput IX

VERVM his philosophis, quod ad istam quæstionem, de animi pertur-
V bationibus attinet, iam respōdimus in nono huius operis libro: ostēdentes, eos non tam de rebus, quàm de uerbis cupidiores esse contentionis, quàm ueritatis. Apud nos autem iuxta scripturas sacras, sacramq; doctrinam, ciues sanctæ ciuitatis dei in huius uitæ peregrinatione secundū deum uiuentes, metuūt, cupiūtq;, dolent, gaudentq;. Et quia rectus est amor eorū, istas omnes affectiones rectas habēt. Metuunt pœnam æternam, cupiunt uitam æternam. Dolent in re, quia ipsi in semetipsis adhuc ingemiscunt adoptionem, expectantes redemptionem corporis sui. Gaudent in spe, quia fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in uictoriam. Item metuūt peccare, cupiūt perseuerare: dolent in peccatis, gaudent in operibus bonis. Vt enim metuant peccare, audiunt: Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorū, Vt cupiāt perseuerare, audiunt quod scriptum est: Qui perseuauerit usq; in finem, hic saluus erit. Vt doleant in peccatis, audiunt: Si dixerimus, quia peccatum nō habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in
D nobis non est. Vt gaudeant in operibus bonis, audiunt: Hilarem datorem diligit deus. Item ſi cuti se infirmitas eorū firmitasq; habuerit, metuunt tentari, cupiunt tentari: dolent in tentationibus, gaudent in tentationibus. Vt enim metuant tentari audiunt: Si quis præoccupatus fuerit in aliquo delicto, uos qui spiritales estis instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, intendens teipsum ne & tu tenteris. Vt autem cupiant tentari, audiunt quendam uirum fortem ciuitatis dei dicentem: Proba me domine, & tenA ta me, ure renes meos & cor meum. Vt doleant in tentatiōibus, uident Petrum flentem. Vt gaudeant in tentationibus, audiunt Iacobū dicentem: Omne gaudiū existimate fratres mei, cum in tentationes uarias incideritis. Non solum autem propter semetipsos his mouentur affectibus, uerūetiam propter eos quos liberari cupiunt, & ne pereāt metuunt, & dolent si pereunt, & gaudent si liberātur. Illum quippe optimum & fortissimū uirum qui in suis infirmitatib. gloriatur, ut eum potissimū cōmemoraremus, qui [a] in ecclesia Christi ex gentibus uenimus, docto
B rem gentiū in fide & ueritate, qui & plus omnibus suis coapostolis laborauit, & pluribus epistolis populos dei, non eos tantum, qui præsentes ab illo uidebantur, uerumetiam illos, qui futuri præuidebantur, instruxit: illum inquam uerum athletam Christi, [b] doctum ab illo, [c] unctum de illo, [d] crucifixum cum illo, [e] glorioſum in illo, [f] in theatro huius mundi, cui spectaculum factus est, & angelis & hominibus, [g] legitime [h] magno agone certantem, [i] & palmam [k] supernæ uocationis in anteriora sectantem, oculis fidei libētissime spectamus, gaudere cū gaudentibus, flere cum flentibus, foris habentem pu-
C gnas, intus timores, cupientē dissolui & esse cū Christo: desiderātē uidere Romanos, ut aliquē fructū habeat in illis, sicut & in cæteris gētibus: æmulantē Corinthios, & ipsa æmulatione meruentē ne seducātur eorū mētes à castitate, quæ in Christo est: magnam tristitiam & cōtinuum dolorem cordis de Israelitis habentem, quod ignorantes dei iustitiam & suam uolentes constituere, iustitiæ dei non essent subiecti: nec solum dolorem, uerumetiā luctum suum denunciantem de quibusdam qui ante peccauerūt, & non egerūt pœnitentiā super immūditia & fornicationibus suis. Hi motus, hi affectus de amo
D re boni & de sancta charitate uenientes, si uitia uocāda sunt, sinamus, ut ea quæ uera uitia sunt uirtutes uocētur. Sed cum rectam rationem sequantur istæ affectiones, quando ubi oportet adhibentur, quis eas tūc morbidas seu uitiosas passiones audeat dicere? Quamobrem etiā ipse dominus in forma serui agere uitam dignatus humanā, sed nullum habens omnino peccatū, adhibuit eas, ubi adhibendas esse iudicauit. Neque enim in quo uerum erat hominis corpus, et uerus hominis animus, falsus erat humanus affectus. Cū ergo eius in Euangelio ista referuntur

tur, quod super duritia cordis Iudæorum cū ira
A contristatus sit, quod dixerit, gaudeo propter uos, ut credatis: quod Lazarū suscitaturus etiā lachrymas fuderit: quod concupiuerit cum discipulis suis māducare pascha: quod propinquante passione tristis fuerit anima eius usq; ad mortem, non falso utiq; referuntur. Verum ille hos motus certæ dispensationis gratia, ita cū uoluit, suscepit animo humano, ut cū uoluit factus est homo. Proinde quod fatendum est, etiam cum rectas, & secundū deum habemus has affectiones, huius uitæ sunt, non illius, quam futuram speramus, & sæpe illis etiam inuiti cedimus. Ita
B que aliquando quāuis non culpabili cupiditate, sed laudabili charitate moueamur, [m] etiā dum nolumus, flemus. Habemus ergo eas ex humanæ conditionis infirmitate, nō autem ita dominus Iesus, [n] cuius & infirmitas fuit ex potestate. Sed dum uitæ huius infirmitatē gerimus, si eas omnino nullas habeamus, tunc potius non recte uiuimus. Vituperabat enim & detestabatur Apostolus quosdam, [o] quos etiā esse dixit sine affectione. Illos etiam culpauit sacer Psalmus, de quibus ait, Sustinui qui simul cōtristaretur, & non fuit. Nam omnino nō dolere, dū sumus
C in hoc loco miseriæ, profecto [p] sicut quidā etiam apud seculi huius literatos sensit, & dixit, non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore. [q] Quocirca illa quæ ἀπάθεια Græce dicitur, quæ si Latine posset, impassibilitas diceretur: si ita intelligenda est (in animo quippe, non in corpore accipitur) ut sine his affectionibus uiuatur quæ contra rationem accidunt mentemq; perturbant, bona plane & maxime optanda est: sed nec ipsa huius est uitæ. Non enim qualiūcunq; hominum uox est, sed maxime piorū, multumq; iustorū, atq; sanctorū: Si dixerimus, quoniā peccatum nō habe
D mus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis nō est. Tunc itaq; ἀπάθεια ista erit, quādo peccatum in homine nullum erit. [r] Nūc uero satis bene uiuitur, si sine crimine: sine peccato autē qui se uiuere existimat, nō id agit, ut peccatum non habeat, sed ut ueniam nō accipiat. Porrò si ἀπάθεια illa dicenda est, cum animū contingere omnino non potest ullus affectus, quis hunc statum non omnibus uitijs iudicet esse peiorē? Potest ergo nō absurde dici perfectam beatitudinem sine stimulo timoris, & sine ulla tristitia futuram. Non ibi autem futurū amorem, gauA diūq; quis dixerit, nisi omnino à ueritate seclusus: Si autē ἀπάθεια illa est, ubi nec metus ullus exterret, nec angit dolor, auersanda est in hac uita, si recte, hoc est secundū deū, uiuere uolumus. In illa uero beata, quæ sempiterna promittitur, [s] timor planè separādus est. Timor nanque ille de quo dicit Apostolus Ioannes, Timor nō est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem: quia timor pœnam habet: qui autē timet, non est perfectus in charitate: non est eius generis timor, cuius ille, quo timebat Apostolus Paulus, ne Corinthij serpentina seducerentur astutia: hunc enim timorem habet charitas, imò non habet nisi charitas: sed illius est generis timor, qui nō est in charitate: de quo & ipse
B Apostolus Paulus ait: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timorem. Timor uero ille castus permanens in seculum seculi, si erit & in futuro seculo: nam quo alio modo potest intelligi permanere in seculū seculi? non est timor exterrens à malo, quod accidere potest, sed tenens in bono, quod amitti nō potest. Vbi enim boni adepti amor immutabilis est, profecto si dici potest, mali cauēdi timor securus est. Timoris quippe casti nomine ea uoluntas significata est, qua nos necesse erit nolle peccare: & non solicitudine infirmitatis, ne forte peccemus, sed
C tranquillitate charitatis cauere peccatum. Aut si nullius omnino generis timor esse poterit in illa certissima securitate perpetuorum, felicitūq; gaudiorum: sic dictū est, Timor domini castus perfectus permanens in seculū seculi: quemadmodum dictum est: Patientia pauperum non peribit in æternum. Neq; enim æterna erit ipsa patientia, quæ necessaria non est, nisi ubi toleranda sunt mala: sed æternum erit, quò per patientiam peruenitur. Ita fortasse timor castus in seculum seculi dictus est permanere, quia id per-
D manebit, quò timor ipse perducit. Quæ quum ita sint, quoniam recta uita dicēda est, qua perueniendum sit ad beatā, omnes affectus istos uita recta rectos habet, peruersa peruersos. Beata uero, eadēq; æterna amorē habebit, & gaudiū, non solum rectum, uerumetiā iam certum: timorē autem & dolorē nullum. Vnde iam apparet utcūq;, quales esse debeant in hac peregrinatione ciues ciuitatis dei, uiuētes secundū spiritum, non secundū carnem, hoc est secundū deū, non secundū hominē: & quales in illa quo tendunt immortalitate futuri sint. Ciuitas porrò,

hoc eſt ſocietas impiorum, non ſecundũ deum, ſed ſecundum hominem uiuentium, & in ipſo cultu falſę, cõtemptuq́ uerę diuinitatis, [b]doctrinas hominum, dæmoníumue ſectãtium, his affectibus prauis tanquam morbis & perturbatiõibus quatitur. Et ſi quos ciues habet, qui moderari talibus motibus, & eos quaſi temperare uideantur: [u] ſic impietate ſuperbi & elati ſunt, ut hoc ipſo in eis ſint maiores tumores, quo minores dolores. Et ſi nonnulli tanto immaniore, quanto rariore uanitate hoc in ſeipſis adamauerint, ut nullo prorſus erigantur & excitẽtur, nullo flectantur atq́ inclinentur affectu: humanitatem totam potius amittunt, quàm ueram aſſequantur tranquillitatem. Non enim quia durũ aliquid, ideo rectum, [x] aut quia ſtupidum eſt, ideo ſanum.

L. VIVES

a QVem in eccleſia Chriſti ex gẽtibus inuenimus.] Paulus non uenit ex gentibus ad eccleſiam, ſed ex Iudaico pópulo tribu Beniamin: ideo melius in ueteribus libris, qui in Eccleſiam Chriſti ex gẽtibus uenimus, ut loquatur Auguſtinus de ſe & aliis, qui ad Chriſtum ex gentilium genere conuerſi ſunt. b Doctum ab illo.] Nam erant magiſtri palæſtræ, à quo docebantur athletæ. c Vnctum de illo.] In aliis exemplaribus legitur: uinctum de illo, quod ipſe interdũ dicit, Ego uinctus Chriſti Ieſu, quod puto eſſe congruentius, quamuis athletæ ungebantur ab alipta, & perſequitur ferè illam athletarum rationem, exercitationem, & mores. d Crucifixum cum illo.] Nam certi fines erant, quos non licebat egredi ſiue ſaltando, ſiue currẽdo, ſiue luctando. e Glorioſum in illo.] Ad uictoriã hoc ſpectat. f In theatro.] Ad ſpectatores non coram paucis, aut ignobilibus. g Legitime.] Nam certis legibus rogabantur, neque enim cuilibet licebat certare.

h Magno agone.] Nam erant minora certamina, & maiora, ut eorum qui dolichum currebant, & qui pancratiaſtæ dicebantur. i Palmam.] Hoc brabium. k In anteriora ſectantem.] In dies maioribus uictorijs meritiſq́ inſtructum, & ornatum, ut tandem ſit quinquertio & in omni certaminum genere periodum uincat. Fratres ego nondum arbitror me comprehẽdiſſe: unum uero, quæ retro ſunt oblitus, tendens uero in anteriora deſtinatum perſequor, ad præmium ſcilicet ſupernæ uocationis dei: per Chriſtum Ieſum. ad Philip. iij. l Foris habentem pugnas.] Percenſet omnes ferè in Paulo affectus, & eos bonos. m Etiam dum nolumus.] Elabuntur uel imprudentibus, uel inuitis lachrymæ affectu intrinſecus moto, ut triſtitia, aut lætitia. n Cuius & infirmitas fuit ex poteſtate.] Nã in manu eius ſui erant affectus, nempe & dei & hominis beatiſs. laxabatq́, aut contrahebat, tum illos, tum omnia corporis atq́ animi ſui pro arbitrio: noſtri uero affectus indomiti ſunt, à quibus etiã nos rapimur, ita ex infirmitate ſunt & impotẽtia, idcirco impotentiã animi in affectibus immodicis nominamus. o Quos etiã eſſe dixit ſine affectiõe.] ἀπαθεῖς, qui nullo ſunt affectu in ſuos, qui nec fortunis, nec infortuniis eorum uel gaudio uel triſtitia tanguntur, ſimiles ferè ſunt, quos Græci ἀπαθεῖς dicunt, de quibus Plinius lib. vij. Ferunt Socratem clarum ſapiẽtia eodem ſemper uiſum uultu, nec aut hilari magis, aut turbato. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam toruitatemq́ naturæ duram & inflexibilẽ, affectuſq́ humanos adimit, quales ἀπαθεῖς Græci uocant. p Sicut quidam etiam apud ſeculi huius.] Crantoris Academici eſt hæc ſententia apud Cicer. iij. Tuſcu. quæſt. de indolentia. q Quocirca illa quæ ἀπάθειαν.] Seneca lib. i. Epiſt. In ambiguitatẽ incidẽdum eſt, ſi exprimere ἀπάθειαν uno uerbo cito uoluerimus, & impatientiam dicere: poterit enim contrarium ei, quod ſignificare uolumus, intelligi. Nos enim cum uolumus dicere, qui reſpuat omnis mali ſenſum, accipiet is, qui nullum poſsit ferre malũ. Vide ergo num ſatius ſit aut inuulnerabilem animum dicere, aut animum extra omnem patientiam poſitum. Hoc inter nos & Epicureos intereſt, Noſter ſapiens uincit quidem incommodũ omne, ſed ſentit: illorum nec ſentit quidẽ. Sic ille. r Nũc uero ſatis bene uiuitur ſine crimine.] Quid peccatũ & crimen differant docet tractatu xli. ſuper Ioannẽ. Nam crimen eſt, inquit, peccatũ graue accuſatione & damnatione digniſsimũ: ideo Apoſtolus Paulus, quando elegit ordinãdos, uel presbyteros, uel diaconos, & quicũq; ordinãdus eſt ad præpoſituram eccleſiæ, non ait ſi quis ſine peccato eſt: hoc enim ſi diceret, omnis homo reprobaretur, nullus ordinaretur: ſed ait, ſi quis ſine crimine eſt. Sicut homicidium, adulterium, aliqua inuidentia, fornicationes, furtum, fraudes, ſacrilegium, & huiuſmodi. ad explicandum Auguſtini dictũ ſatis. s Timor planè ſeparandus eſt.] Alibi legitur in illa uero beatitudine, quæ ſempiterna promittitur planè ſperanda eſt, apathia ſcilicet. t Doctrinas hominum dæmonũq́ ſectantium.] Sunt diſciplinæ, quas dæmones hominibus tradiderunt, ut magia, aſtronomia, & omne diuinationis genus præter propheticum. Plato in Phedro dæmonem cui erat nomẽ Theuth, inuenisſe ſcribit literas, Arithmeticam, Geometriam, Aſtronomiam, aleam, & ad Thamum Aegypti regem detuliſſe: dialecticã quoq́ hanc contentioſam & pertinacem, non dubium ab ingenio diabolico eſſe profectã, quod in uerũ contra niti ſemper, & melius dicenti nũquam cedere, & falſo uerũ gaudet uincere. u Sic impietate ſuperbi ac ela.] Superbia fuit cõmune ferè philoſophorum omniũ uitiũ. x Aut quia ſtupidum ideo ſanum.] Medici quibuſdam membris affectis, cum ſanitatem afferre nequeunt, ſtuporem inducunt, ut omni doloris ſenſu uacuefaciant, non quo ſana ſint, ſed ne nihil ſentiant.

An primos homines in paradiſo conſtitutos nullis perturbationibus prius quàm deliquerint affectos fuiſſe credendum ſit. Cap. x

ED utrum primus homo uel primi homines, duorum erat quippe coniugiũ, habebãt iſtos affectus in corpore animali ante peccatum, quales in corpore ſpirituali non habebimus omni purgato finitoq́ peccato, non immerito quæritur. Si enim habebãt, quomodo erãt beati in illo memorabili beatitudinis loco, id eſt in paradiſo? Quis tandẽ abſolute dici beatus poteſt, qui timore afficitur, uel dolore? Quid autẽ timere uel dolere poterant illi homines in tanto rum tanta affluentia bonorũ, ubi nec mors metuebatur, nec ulla corporis mala ualetudo: nec

aberat quicquam, quod bona uolũtas adipiſceretur, nec inerat quod carnem, animúmue hominis feliciter uiuentis offenderet? Amor erat imperturbatus in deum, atq́ inter ſe coniugum fida & ſyncera ſocietate uiuentium, & ex hoc amore grande gaudium, non deſiſtente quod amabatur ad fruendum. Erat deuitatio tranquilla peccati, qua manente, nullum omnino aliunde malum, quod contriſtaret, irruebat. An forte cupiebant prohibitum lignum ad ueſcendum contingere, ſed mori metuebant: ac per hoc, & cupiditas, & metus iam tũc illos homines etiam in illo perturbabat loco? Abſit ut hoc exiſtimemus fuiſſe, ubi nullum erat omnino peccatum. [a] Neq́ enim nullum peccatũ eſt, ea quæ lex dei prohibet concupiſcere, atque ab his abſtinere timore pœnæ, non amore iuſtitiæ. Abſit, inquã, ut ante omne peccatũ, iam ibi fuerit tale peccatum, ut hoc de ligno admitterent, quod de muliere dominus ait: Si quis uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Quàm igitur felices erãt primi homines, & nullis agitabantur perturbationibus animorum, nullis corporum lædebãtur incommodis: tam felix uniuerſa ſocietas eſſet humana, ſi nec illi malum, quod etiã in poſteros traiſ/ cerent, nec quiſquam ex eorum ſtirpe iniquitatem committeret, quę damnationem reciperet. atq́ iſta permanente felicitate, donec perillam benedictionem, qua dictũ eſt, Creſcite & multiplicamini: prędeſtinatorũ ſanctorum numerus cõpleretur, alia maior daretur, quæ beatiſsimis angelis data eſt: ubi iam eſſet certa ſecuritas peccaturum neminẽ, moriturumq́ neminem: & talis eſſet uita ſanctorum, poſt nullum laboris, doloris, mortis experimẽtum, qualis erit poſt hæc omnia in incorruptione corporum reddita reſurrectione mortuorum.

L. VIVES

a NEq́ enim nullum peccatum eſt.] Non modo actus ipſe, ſed cupiditas actus mali peccatum eſt Nec ſolum in lege diuina, uerumetiam in humanis illis exactioribus, ut Cicero Philippica ſecũda diſputat: ſed in libris philoſophicis accuratius & copioſius. Et ſi huiuſmodi legibus pœna non eſt huic peccati generi cõſtituta: neq́ enim ſic unquã leges cauẽt, ſi quis tantum agri, aut pecoris habere uoluerit, ea mulcta eſto: quemadmodũ Cato ſenior inquit pro Rhodienſibus.

De lapſu primi hominis, in quo bene cõdita natura eſt, nec poteſt niſi à ſuo autore reparari. Cap. xi

ED quia deus cuncta preſciuit, & ideo hominẽ quoq́ peccaturũ ignorare non potuit: ſecundum id quod præſciuit, atq́ diſpoſuit, ciuitatẽ ſanctam debemus aſſerere: non ſecundum illud quod in noſtram cognitionem peruenire non potuit, quia in dei diſpoſitione non fuit. Nec enim homo peccato ſuo diuinum potuit perturbare conſilium, quaſi deum quod ſtatuerat, mutare compulerit: cum deus præſcius utrunq́ præuenerit, id eſt & homo, quẽ bonum ipſe creauit, quàm malus eſſet futurus: & quid boni, etiam ſic de illo eſſet ipſe facturus. Deus enim etſi dicitur ſtatuta mutare: [a] unde tropica loquutione in ſcripturis ſanctis etiam pœnituiſſe legitur deum: iuxta id dicitur, quod homo ſperauerat, uel naturalium cauſarum ordo geſtabat: non iuxta id, quod ſe omnipotens facturũ eſſe præſciuerat. Fecit itaq́ deus, ſicut ſcriptum eſt, hominem rectum: ac per hoc uolũtatis bonæ. Non enim rectus eſſet, bonam nõ habens uoluntatẽ. Bona igitur uoluntas opus eſt dei, quũ ea quippe ab illo factus eſt homo. Mala uero uoluntas prima, quoniam omnia mala opera præceſsit in homine, defectus potius fuit quidam ab opere dei, ad ſua opera, quàm opus ullum. Et ideo mala opera, quia ſecundũ ſe, non ſecundũ deum: ut eorum operum tanquam fructuum malorum uolũtas ipſa eſſet uelut arbor mala: aut ipſe homo, inquantum malæ uoluntatis. Porrò mala uoluntas, quamuis non ſit ſecũdum naturam, ſed contra naturam, quia uitium eſt: tamẽ eius naturæ eſt, cuius eſt uitium, quod niſi in natura non poteſt eſſe: ſed in ea quã creauit ex nihilo, non quam genuit creator de ſemetipſo, ſicut genuit uerbum, per quod facta ſunt omnia. Quia etſi de terræ puluere deus finxit hominem, eadem terra omniſq́ terrena materies omnino de nihilo eſt: animamq́ de nihilo factam dedit corpori, cum factus eſt homo. Vſqueadeo autem mala uincuntur à bonis, ut quamuis ſinantur eſſe, ad demonſtrandum, quàm poſsit & ipſis bene uti iuſtitia prouidentiſsima creatoris: bona tamen ſine malis eſſe poſsint, ſicut deus ipſe uerus & ſummus, ſicut omnis ſuper iſtum caliginoſum aerem cœleſtis inuiſibilis uiſibiliſq́ creatura: mala uero ſine bonis eſſe non poſsint, quia naturæ in quibus ſunt, inquantũ naturæ ſunt, uticq́ bonæ ſunt. Detrahitur porrò malum, non aliqua

natura,quę acceſſerat, uel ulla eius parte ſubla/ A
ta,ſed ea quæ uitiata ac deprauata fuerat,ſanata
atq; correcta. [b]Arbitrium igitur uoluntatis tũc
eſt uere liberum,cum uitijs peccatisq; non ſer/
uit. Tale datũ eſt à deo,quod amiſſum proprio
uitio,niſi à quo dari potuit reddi nõ poteſt. Vn
de ueritas dicit:Si uos filius liberauerit,tunc ue/
re liberi eritis. Idipſum eſt autem,ac ſi diceret:Si
uos filius ſaluos fecerit,tunc uere ſalui eritis. [c]In/
de quippe liberator, unde Saluator. Viuebat
itaq; homo ſecũdum deum[d] in paradiſo, & cor
porali & ſpiritali. Neq; enim erat paradiſus cor
poralis propter corporis bona,& propter men
tis nõ erat ſpiritalis. Aut uero erat ſpiritalis,quo
per interiores,& nõ erat corporalis,quo per ex/
teriores ſenſus homo frueretur? Erat planè u/
trunq; propter utrunq;.Poſtea uero quàm [e]ſu/
perbus ille angelus,ac per hoc inuidus,per ean/
dem ſuperbiam à deo ad ſemetipſum cõuerſus,
& quodam quaſi tyrannico faſtu gaudere ſub/
ditis,quàm eſſe ſubditus eligens,de ſpirituali pa
radiſo cecidit:de cuius lapſu ſociorũq; eius, qui
ex angelis dei angeli eius effecti ſunt,in libris
undecimo & duodecimo huius operis ſatis quã
tum potui diſputaui. [f]maleſuada uerſutia in ho
minis ſenſum ſerpere affectans, cui uticq ſtan C
ti,quoniam ipſe ceciderat, inuidebat, colubrum
in paradiſo corporali,ubi cum duobus illis ho/
minibus maſculo & fœmina,animalia etiã ter/
reſtria cætera ſubdita & innoxia uerſabantur,
animal ſcilicet lubricũ & tortuoſis anfractibus
mobile,[g]operi ſuo congruum per quem loque/
retur elegit:[h]eoq; per angelicam præſentiã præ
ſtantioremq; naturã,ſpiritali nequitia ſibi ſub/
iecto,& tanquam inſtrumento abutens fallaci/
am ſermocinatus eſt fœminę:à parte ſcilicet in/
feriore illius humanæ copulæ incipiens,ut gra/
datim peueniret ad totum:non exiſtimans ui/
rum facile credulum,nec errando poſſe decipi, b
ſed dum alieno cedit errori. Sicut enim Aaron
erranti populo ad idolum fabricandũ non con
ſenſit inductus,ſed ceſsit obſtrictus: nec Salo/
monẽ credibile eſt errore putaſſe idolis eſſe ſer/
uiendum,ſed blanditijs fœmineis ad illa ſacrile
gia fuiſſe compulſum: ita credendum eſt illum
uirum ſuę fœminę uni unum,hominem homi
ni, coniugem coniugi,ad dei legem trãſgredien
dam,non tanquam uerum loquenti credidiſſe
ſeductũ,ſed [i]ſociali neceſsitudine paruiſſe. Non
enim fruſtra dixit Apoſtolus: Adam nõ eſt ſe/

ductus,mulier autem ſeducta eſt: niſi quia illa
quod ei ſerpẽs locutus eſt tanquam uerum eſſet
accepit;ille autẽ ab unico noluit cõſortio dirimi,
nec in cõmunione peccati,nec ideo minus reus,
ſi ſciens prudẽsq; peccauit. Vnde & Apoſtolus
non ait,non peccauit:ſed,nõ eſt ſeductus. Nam
uticq ipſum peccaſſe oſtendit ubi dicit: Per unũ
hominem intrauit peccatum in mũdum: & pau
lopoſt apertius, In ſimilitudinem, inquit, præua
ricationis Adæ. Hos autem ſeductos intelligi
uoluit, qui id quod faciunt,non putant eſſe pec/
catum,ille autem ſciuit. Alioquin quomodo ue/
rum erit: Adam non eſt ſeductus? Sed inexper
tus diuinæ ſeueritatis in eo falli potuit,ut uenia B
le crederet eſſe cõmiſſum. Ac per hoc in eo qui/
dẽ,quo mulier ſeducta eſt,nõ eſt ille ſeductus,
[k]ſed eum fefellit,quomodo fuerat iudicandum
quod erat dicturus: Mulier quam dediſti mihi
ſociam,ipſa mihi dedit,& manducaui. Quid er
go opus eſt pluribus? Et ſi credendo non ſunt
ambo decepti,peccãdo tamẽ ambo capti ſunt,
& diaboli laqueis implicati.

L. VIVES

[a]VNde tropica locutione.] Figurata. Tropus eſt, Tropus
inquit Quintilianus, uerbi uel ſermonis à pro/
pria ſignificatione in aliam cum uirtute muta/
tio. deum pœnituiſſe, metaphora eſt, quam cũ alijs tro/
pis, ſi quis ignorat, ſcire tamen auet ad ſacras literas in/
telligendas, non ex Cicerone petat uel Quintiliano, ſed
ab iſtis magnis declamatoribus, qui quid Grammati/
cen Rhetoricenq; intereſt adhuc neſciunt, uno uerbulo
grammaticen omnia nominant. b Arbitrium igitur
uoluntatis tunc eſt uere liberũ.] Non quod aliàs liberũ
non ſit, nam neq; peccaſſet: ſed quod tunc nullo crimi/
num onere preſſum, nulli ſubditum prauæ conſuetudi/
ni aut prauitati, tyrannis uiolentis uere ſolutum agit &
expeditum, non ſubinde à uitio tractum, atq; uexatum.
c Inde quippe liberator unde Saluator.] Ex deo li/
berare nos, ex deo ſaluos facere potuit, nec aliunde.
d In paradiſo & corporali & ſpiritali.] Paradiſus uo Paradiſus
luptas eſt & oblectatio. In paradiſo in quo locatus erat
homo, non tantũ corporis erat ingens, ſed animi multo
maxima uoluptas, ſine qua corporalis illa nõ modo nul
la, ſed contra potius amariſsima fuiſſet. Ex animo enim
fons eſt omnis oblectationis, qui ſi mœret, quid in ho/
mine lætum erit? e Superbus ille angelus ac per hoc
inuidus.] In ſuperbo natura uitij ipſius ſuccreſcit ſtatim
inuidentia. Sic enim ſe ſuperbus diligit, ut neminem nõ
priorẽ modo, ſed ne parẽ quidem patiatur: quod cum
difficile factu ſit, ibi continuo inuidia naſcitur, ita ſit ut
etiã in maximis faſtigijs, & ſupra quæ nihil ſit, inuiden/
tia reperiatur, cum fauor populi aliqua de cauſa in aliũ
inclinat, & non totus omni tẽpore, & per omnia in prin/
cipem fertur. Declarat Suetonius quemadmodum Ca
ligula Cæſar omni generi hominum etiam infimo inui/
derit, alijs propter acclamationes populi, alijs propter
admirationẽ generis uel formæ. Inuidit ergo dæmõ ho/
mini ſibi in dignitate illa ſuffecto, & per hanc inuidiam
mors introiuit in orbem terrarum. f Maleſuaſa uer/
ſutia.] Legendum: maleſuada uerſutia, ut apud Vergi/
lium

lium maleſuada fames q. mala ſuadens. g Operi ſuo A
congruum per quem loqueretur.] Idem de Geñ. ad li/
teram, inquit, per hoc ſolum animal permiſſum eſſe ten
tare, ut ſatis declararetur fœminæ uenenoſum animal
non niſi uenenum efflaturum. Pherecides Syrius ſcri/
bit dæmonas è cœlo eſſe à Ioue deturbatos: quorũ prin
ceps Ophioneus ſit dictus, hoc eſt ſerpentinus. h Eoq;
per angelicã præſentiã.] Nam dæmon ſerpentẽ induit,
ideo callidiſsimũ omniũ animalium uidebat ut ipſe di/
cit ſuper Geñ. i Sociali neceſsitudine.] Nõ neceſsitate
ſed beneuolentia & cõiunctione. Hæc enim omnia eſt ne/
ceſsitudo, & crebrius poſteriora hæc. k Sed eum fe/
fellit quomodo fuerat iudicandum.] Hoc Adam dece/
pit, quòd exiſtimauit iuſtam ſe excuſationem, & quam
deus facile acciperet, increpanti & caſtiganti deo al/
laturum, ſi ſe id feciſſe diceret, ut gratificaretur ſociæ,
atque ei ſociæ, non quam ſumpſiſſet ipſe, ſed quam de/
diſſet dominus.

De qualitate primi peccati per homi/
nem admiſſi. Cap. XII

i quem uero mouet, cur alijs pecca/
tis ſic natura nõ mutetur humana,
s quemadmodum illa duorũ primo/
rum hominum præuaricatione mu
tata eſt: ut tantæ corruptioni, quan/
tam uidemus atq; ſentimus, & per hanc ſubia/
ceret morti, ac tot & tantis tamq; inter ſe contra
rijs perturbaretur & fluctuaret affectibus, qua
lis in paradiſo ante peccatũ licet in corpore eſ/
ſet animali, uticq non fuit: Si quis hoc mouetur,
ut dixi, nõ ideo debet exiſtimare leue ac paruũ
fuiſſe illud cõmiſſum, quia in eſca factũ eſt, non
quidem mala [a]nec noxia, niſi quia prohibita.
Neq; enim quicquã mali deus in illo tantæ feli
citatis paradiſo crearet atq; plantaret. Sed obe/
dientia commendata eſt in præcepto, [b]quæ uir/
tus in creatura rationali mater quodammodo
eſt omniũ cuſtosq; uirtutum: quandoquidẽ ſic
facta eſt, ut ei ſubditã eſſe ſit utile, pernicioſum
autẽ ſuam, non eius à quo creata eſt, facere uo/
luntatem. Hoc itaq; de uno cibi genere non e/
dendo, ubi aliorum tanta copia ſubiacebat, tam D
leue præceptum ad obſeruandum, tam breue
ad memoria retinendum, ubi præſertim non
dum uoluũtati cupiditas reſiſtebat, quod de pœ/
na tranſgreſsionis poſtea ſubſecutum eſt, tanto
maiore iniuſtitia uiolatum eſt, quanto faciliore
poſſet obſeruantia cuſtodiri.

L. VIVES

[a]NEc noxia.] Ex ſeipſa. b Quæ uirtus in creatu
ra rationali.] Neq; enim aliquid præcipit deus
uel homini uel angelo, quod eius opere quopiã
beatiſsimus ille & nullius rei indigus egeat, ſed obſe/
quentem ſibi & audientem dicto uult eum eſſe. unde eſt
illud præſtare ſacrificio obedientiam. Hieronymus in
Hieremiam cap. xi. ſuper illo dicto: Maledictus uir, qui
non audierit uerba pacti huius. nõ propter generis, in/
quit, priuilegia, non propter circũciſionis iniuriam, &
ocium ſabbati, ſed propter obedientiam & deus effici/
tur populi Iſrael, & Iſrael populus eius. Similia in Eſaiã
cap. xliiij. inter Auguſtini opera liber eſt De obedien/
tia, & humilitate. Hanc de obedientia ſententiam, quod
omnium ſit uirtutũ mater atque origo, repetit multis in
locis libro primo Contra aduerſarios leguni & prophẽ
tarum, & in De bono coniugali.

Quod in præuaricatione Adæ ad ó/
pus malum mala præceſsit uoluntas.
Caput XIII

N occulto autem mali eſſe cœperũt,
ut in apertam inobedientiam labe/
I rentur. Non enim ad malum opus
peruenireturniſi præceſsiſſet mala
uoluntas. Porrò malę uoluntatis ini
tium quod potuit eſſe, niſi ſuperbia? Initiũ enim
omnis peccati ſuperbia eſt. Quid eſt autẽ ſuper
bia, niſi peruerſæ celſitudinis appetitus? Peruer
ſa eñ celſitudo eſt, deſerto eo cui debet animus
inhærere principio, ſibi quodãmodo fieri atq;
eſſe principiũ. Hoc fit cũ ſibi nimis placet. Sibi
uero ita placet, cum ab illo bono immutabili de
ficit, quod ei magis placere debuit quàm ipſe
ſibi. Spontaneus eſt autem iſte defectus: quo/
niam ſi uoluntas in amore ſuperioris immutabi C
lis boni, à quo illuſtrabatur ut uideret, & accen/
debatur ut amaret, ſtabilis permaneret, non in/
de ad ſibi placendũ auerteretur, [a]& ex hoc tene
breſceret, & [b]frigeſceret, [c]ut uel illa uerum crede
ret dixiſſe ſerpentem, [d]uel ille dei mandato uxo
ris præponeret uoluntatẽ, [e]putaretq; ſe ueniali/
ter tranſgreſſorẽ eſſe præcepti, ſi uitæ ſuæ ſociã
non deſereret etiã in ſocietate peccati. Nõ ergo
malum opus factũ eſt, id eſt illa tranſgreſsio, ut
cibo prohibito ueſcerentur, niſi ab eis qui mali
iam erant. Neq; enim fieret ille fructus malus
niſi ab arbore mala. Vt autẽ eſſet arbor mala cõ
tra naturam factũ eſt: quia niſi uitio uoluntatis
quod cõtra naturam eſt, non uticq fieret: ſed ui/
tio deprauari, niſi ex nihilo facta, natura nõ poſ
ſet. Ac per hoc ut natura ſit, ex eo habet, quod
à deo facta eſt: ut autẽ ab eo à quo facta eſt de/
ficiat, ex hoc quod de nihilo facta eſt. Nec ſic
defecit homo, ut omnino nihil eſſet, ſed ut in/
clinatus ad ſeipſum minus eſſet, cẽ erat cum ei
qui ſumme eſt inhærebat. Relicto itaque deo,
eſſe in ſemetipſo, hoc eſt ſibi placere, nõ iam ni
hil eſſe eſt, ſed nihilo propinquare. Vnde ſuper
bi ſecundũ ſcripturas ſanctas [f]alio nomine ap/

pellantur,ſibi placentes. Bonũ eſt enim ſurſum habere cor,non tamen ad ſeipſum, quod eſt ſuperbiæ,ſed ad dominum,quod eſt obedientię, quæ niſi humilium nõ poteſt eſſe. Eſt igitur aliquid humilitatis miro modo quod ſurſum faciat cor,& eſt aliquid elationis quod deorſum faciat cor. Hoc quidẽ quaſi contrariũ uidetur, ut elatio ſit deorſum,& humilitas ſurſum. Sed pia humilitas facit ſubditum ſuperiori,nihil eſt autem ſuperius deo,& ideo exaltat humilitas,quę facit ſubditum deo. Elatio autem quæ in uitio eſt,eo ipſo quo reſpuit ſubiectionem,cadit ab illo,quo non eſt quicquã ſuperius,& ex hoc erit inferius,& fit quod ſcriptum eſt: Deieciſti eos, dum extollerẽtur. Non enim ait,cum elati fuiſſent,ut prius extollerentur,& poſtea deijcerentur:ſed cum extollerentur,tunc deiecti ſunt. Ipſum quippe extolli,iam deijci eſt. Quapropter quod nunc in ciuitate dei,& ciuitati dei in hoc ſeculo peregrinanti maxime commendatur humilitas,[5]& in eius rege,qui eſt Chriſtus,maxime prædicatur:contrariumq; huic uirtuti elatiõi uitiũ,in eius aduerſario qui eſt diabolus maxime dominari ſacris literis edocetur: profecto iſta eſt magna differentia,qua ciuitas, unde loquimur,utraq; diſcernitur: una ſcilicet ſocietas piorum hominũ,altera impiorũ,ſingula quæq; cum angelis ad ſe pertinentibus,in quibus præceſsit hac amor dei,hac amor ſui. Manifeſto ergo apertoq; peccato,ubi factum eſt quod deus fieri prohibuerat,diabolus hominẽ nõ cepiſſet, niſi iam ille ſibijpſi placere cœpiſſet. Hinc enim & delectauit,quod dictum eſt,[b] Eritis ſicut dij: quod melius eſſe poſſent ſummo ueroq; principio cohærendo per obedientiam,non ſuũ ſibi exiſtendo principium per ſuperbiam. Dij enim creati nõ ſua uirtute,ſed dei ueri participatione ſunt dij:plus autẽ homo appetendo,minus eſt: qui dum ſibi ſufficere delegit,ab illo qui ei uere ſufficit,defecit. Illud itaq; malũ,quo cũ ſibi homo placet,tanquã & ipſe ſit lumen,auertitur ab eo lumine,quod ei ſi placet,& ipſe fit lumen: Illud inquã malũ præceſſerat in abdito,ut ſequeretur hoc malũ,quod perpetratũ eſt in aperto. Verũ eſt enim quod ſcriptũ eſt: Ante ruinã exaltatur cor,& ante gloriã humiliatur. Illa prorſus ruina quæ fit in occulto, præcedit ruinam quæ fit in manifeſto,dum illa ruina eſſe non putatur. Quis enim exaltationẽ ruinã putat, cum iam ſit ibi defectus, quo eſt relictus excelſus? Quis autẽ ruinã eſſe nõ uideat,quando fit mandati euidens atq; indubitata tranſgreſsio? Propter hoc deus illud prohibuit,quod cũ eſſet admiſſum,[i] nulla defendi poſſet imaginatione iuſtitię. Et ideo audeo dicere,ſuperbis eſſe utile cadere in aliquod apertũ manifeſtũq; peccatum, unde ſibi diſpliceant,qui iam ſibi placendo ceciderãt. Salubrius eñ Petrus ſibi diſplicuit,quando fleuit,quàm ſibi placuit,quãdo præſumpſit. Hoc dicit & ſacer Pſalmus: Imple facies eorum ignominia,& quærent nomẽ tuum domine. id eſt,ut tu eis placeas quærentibus nomen tuum, qui ſibi placuerant,quærendo ſuum.

L. VIVES

a EXhoc tenebreſceret.] Amiſſo lumine. b Et frigeſceret.] Amiſſo calore. c Vt uel illa uerũ crederet.] Huic deeſt lux,nam cæca eſt,non uidet. d Vel ille dei mandato.] Huic ignis,nam friget, nam dei parentis uoluntatẽ & iuſſum coniugis ſocietati poſthabet. Vtrunq; uero & lux & ignis utrinq; abeſt,amor non eſt in muliere,quæ præſulit deo pomum. Lux deeſt uiro,qui non uidit,quò ſe nosq; omnes præcipitaret. e Putaret ſe uenialiter tranſgreſſorem eſſe.] Nõ diſputo potuerit'ne Adam uenialiter peccare, quod in controuerſia eſt Bonauenturæ & homini eiuſdem ordinis Scoto: grauiter & capitaliter egiſſe uideo,& me miſerum ſentio. f Alio nomine appellantur ſibi placentes.] Vt in epiſtola Petri ſecũda cap. ij. Audaces, ſibi placentes. Græce φιλαυτοι dicuntur,& ſi apud Petrũ ſic non eſt,ſed utor Latina interpretatione. Etiam eſt Sapientiæ vi. Præbete aures uos,qui cõtinetis multitudines,& placetis uobis in turbis nationũ. φιλαυτία igitur id uitiũ dicitur. q. amor ſui,quẽ eſſe maximorũ errorũ malorũq; fontẽ Socrates exiſtimabat. Hoc eſt caput omnis ſuperbiæ,hæc ignorationis omnis cauſa. g Et in eius rege, qui eſt Chriſtus.] Qui factus eſt obediens patri uſq; ad mortẽ,in qua tanquam ouis ad aram eſt ductus,& tanquam agnus,cum tonderetur,obmutuit, nec cædentibus eſt cõminatus,nec maledicentibus remaledixit. O ſalue exemplũ obedientiæ, mãſuetudinis, mitis animi ac modeſti,quod feroci,indomito,ingrato,impio generi humano pater omnipotens ad imitãdum propoſuit. h Eritis ſicut dij.] Exple fœmina ſuperbũ iſtum animum. ſatia cupidinem tui efferẽdi, quid dari maximũ, quid contingere ambitioſiſsimo & ſuperbiſsimo ultimũ poteſt? Fieri deum. ede hoc,& eris. O ſtultiſsima fœminarum, quæ te futuram deam per pomulum ſperaſti. i Nulla defendi poſſet imaginatione iuſtitiæ.] Nulla ſpecie,nulla facie,nulla ratione quamlibet ficta,excogitata,imaginata iuſtitiæ. Neq; enim peccato apud deũ prætendi poteſt color aut uelum iuſtitiæ aliquod, quo excuſetur, quo non eſſe malefactum defendatur,accuſatur potius & maius ſcelus eſſe conuincitur.

De ſuperbia tranſgreſsionis, quæ ipſa fuit tranſgreſsione deterior. Cap. XIIII

ED eſt peior damnabiliorq; ſuperbia,qua etiam in peccatis manifeſtis ſuffugium excuſationis inquiritur: ſicut illi primi homines, quorum & illa dixit,Serpẽs ſeduxit me,& manduca

ducaui:et ille dixit: Mulier quã dediſti mihi,hęc mihi dedit de ligno,& edi. Nuſquã hic ſonat petitio ueniæ,nuſquã imploratio medicinę. Nam licet iſti nõ ſicut Cain,quod cõmiſerunt, negẽt, adhuc tamẽ ſuppbia quærit in aliũ referre, quod perperã fecit:ſuperbia mulieris,in ſerpentẽ, ſuperbia uiri in mulierem. Sed accuſatio potius excuſatio uera eſt,ubi mãdati diuini eſt aperta trãſgreſsio. Neq; enim hoc propterea non fecerũt,quia id mulier ſerpẽte ſuadente,uir muliere impertiẽte cõmiſit,[a] quaſi quicquam deo cui uel crederetur,uel cederetur,anteponendũ fuerit.

L. VIVES

a QVaſi quicquam deo cui uel crederetur.] Nihil tale eſſe debet,cui magis credatur, q̃ deo,uel cui poſtponatur deus. at mulier ſerpenti magis credidit,quàm deo,& uir uxorem præpoſuit deo.

De iuſtitia retributionis,quam primi homines pro ſua inobedientia recepe runt. Caput XV

VIA ergo contemptus eſt deus iubens,qui hominẽ creauerat,qui ad ſuam imaginẽ eum fecerat,qui cæteris animalibus præpoſuerat, qui in paradiſo cõſtituerat,qui rerum omniũ copiam ſalutisq; præſtiterat,qui præceptis nec pluribus nec grandibus,nec difficilibus onerauerat: ſed uno breuiſsimo atq; leuiſsimo ad obediẽtiæ ſalubritatẽ adminiculatus fuerat,quo ſuper eam creaturã,[a] cui libera ſeruitus expediret,ſe eſſe dominum commonebat:iuſta damnatio ſubſecuta eſt,talis quidẽ damnatio ut homo qui cuſtodiendo mandatũ futurus fuerat etiã carne ſpiritalis,fieret etiã mente carnalis:& quia ſua ſuperbia ſibi placuerat,dei iuſtitia ſibi donaretur:[b] nec ſicut affectabat,in ſua eſſet omnimodo poteſtate,ſed à ſeipſo quoq; diſſentiens,ſub illo cui peccando cõſenſit,pro libertate quam cõcupiuerat, duram miſeramq; ageret ſeruitutẽ,mortuus ſpiritu uolens,& corpore moriturus inuitus: deſertor æternæ uitæ,etiam æterna niſi gratia liberaret,morte damnatus. Si quis huiuſmodi dãnationem uel nimiã,uel iniuſtam putat,metiri profecto neſcit,quãta fuerit iniquitas in peccando, [c] ubi tanta erat nõ peccandi facilitas. Sicut enim Abrahæ non immeritò magna obediẽtia prædicatur,quia ut occideret filiũ,res difficillima eſt imperata:ita & in paradiſo tanto maior inobedientia fuit,quanto id quod præceptũ eſt,nullius difficultatis fuit. [d] Et ſicut obedientia ſecundi hominis eo prædicabilior,qua factus eſt obediens uſq; ad mortem: ita inobedientia primi hominis eo deteſtabilior,qua factus eſt inobediens uſq; ad mortem. Vbi enim magna eſt inobedientię pœna propoſita,& res à creatore facilis imperata,quis nam ſatis explicet,quantum malum ſit non obedire in re facili,& tantæ potẽ ſtatis imperio,& tanto terrenti ſupplicio? Denique ut breuiter dicatur, in illius peccati pœnã quid inobediẽtię,niſi inobediẽtia retributa eſt? Nam quæ hominis eſt alia miſeria,niſi aduerſus eum ipſum inobedientia eius ipſius, [e] ut quoniam noluit,quod potuit,quod non poteſt, uelit? In paradiſo enim etiam ſi non omnia poterat ante peccatum,quicquid tamen nõ poterat, non uolebat,& ideo poterat omniã quæ uolebat. Nũc uero ſicut in eius ſtirpe cognoſcimus, & diuina ſcriptura teſtatur,homo uanitati ſimilis factus eſt. Quis enim enumeret,quàm multa quæ non poteſt uelit,dum ſibijpſi,id eſt uoluntati eius, [f] ipſe animus eius eoq; inferior caro eius non obtemperat? Ipſo nanq; inuito, & animus plerũq; turbatur,& caro dolet,et ueteraſcit & moritur,& quicquid aliud patimur,quod nõ pateremur inuiti,ſi uoluntati noſtrę noſtra natura omnimodo atq; ex omnibus partib. obediret. [g] At eñ aliquid caro patitur,quo ſeruire nõ ſinitur. Quid intereſt unde,dũ tamẽ per iuſtitiã dominãtis dei cui ſubditi ſeruire noluimus,caro noſtra,quæ nobis ſubdita fuerat,nõ ſeruiendo moleſta ſit,quãuis nos deo nõ ſeruiendo moleſti nobis potuerimus eſſe nõ illi? Neq; enim ſic ille noſtro,ut nos ſeruitio corporis indigemus: & ideo noſtra eſt, quod percipimus, non illius pœna,quod fecimus. Dolores porrò,qui dicuntur carnis,animæ ſũt in carne,& ex carne. Quid enim caro per ſeipſam ſine anima,uel dolet, uel cõcupiſcit? Sed cũ concupiſcere caro dicitur uel dolere,aut ipſe homo eſt,ſicut diſſeruimus, aut aliquid animæ quod carnis afficit paſſio,uel aſpera,ut faciat dolorẽ,uel lenis,ut uoluptatẽ. Sed dolor carnis tantũmodo offenſio eſt animæ ex carne, [h] & quędã ab eius paſſione diſſenſio: ſicuti animę dolor,quæ triſtitia nuncupatur, diſſenſio eſt ab his rebus,quæ nobis nolentibus acciderunt. Sed triſtitiam plerũq; precedit metus, qui & ipſe in anima eſt nõ in carne. Dolorẽ autem carnis non præcedit ullus quaſi metus carnis,qui ante dolorẽ in carne ſentiatur. Voluptatem uero præcedit appetitus quidã,qui ſentitur

in carne quasi cupiditas eius, sicut fames & sitis, & ea quæ in genitalibus usitatius libido nominatur,[k] cum hoc sit generale uocabulum omnis cupiditatis. Nam & ipsam[l] iram nihil aliud esse quàm ulciscendi libidinem ueteres diffinierũt, quamuis nonnũquam homo ubi uindictæ nullus est sensus, etiam rebus inanimis irascatur, ut male scribentem stilum collidat, uel calamum frangat iratus. Verum & ista licet irrationabilior, tamen quædam ulciscendi libido est, & nescio quæ, ut ita dixerim, quasi umbra retributionis, ut qui mala faciunt, mala patiantur. Est igitur libido ulciscẽdi, quæ ira dicitur: est libido habẽdi pecuniam, quæ auaritia: est libido quomodocunque uincendi, quæ peruicacia: est libido gloriandi, quæ iactãtia nũcupatur. Sunt multę uariæq; libidines, quarum nonnullæ habẽt etiam uocabula propria, quædam uero non habent. Quis enim facile dixerit, quid uocetur libido dominandi, quam tamen plurimum ualere in tyrannorum animis, etiam ciuilia bella testantur?

L. VIVES

a Vt libera seruitus expediret.] Deo enim seruire hoc demum est liberum esse, imò uero regnare. b Nec sicut affectabat.] Alibi, nec sic, ut in sua esset potestate. c Vbi tanta erat non peccandi facilitas.] Admonuit me Nicolaus Valdaura meus legisse se apud scriptorem, nescio quem, fructum illum, quo Adam interdicebatur, noxiũ ex se fuisse corpori, quod dicit magis ad augendum crimen Adæ, quàm quod aliquid ea de re compertum habeat. d Et sicut obedientia secũdi hominis.] Christi, qui à Paulo uocatur secũdus homo de cœlo cœlestis, ut Adam primus de terra terrenus. e Vt quoniàm noluit quod potuit.] Inuertit Terentij dictum ex Andria: quoniam non potest fieri quod uis, id uelis quod possis. f Ipse animus eius.] In anima mens est, quæ ad rationalem partem spectat, & animus qui ad inferiorem animalem seu brutalem, ubi est mare illud fœuis affectuum tempestatibus assiduo agitatum. g At enim aliquid caro patitur.] Nempe defatigationem, & pondus graue, & molestum in opere, quibus ex rebus nec attollere se potest, nec durare in labore seruitutis. h Et quædam ab eius pass.] Alibi, & quædam mali eius per passionem dissensio.

i Voluptatem uero præcedit.] Hinc illud Epicureorum, uoluptas desiderio censetur. & apud Iuuenalem: Voluptates commendat rarior usus. k Cum hoc sit generale uocabulũ.] Docuimus hoc ex Cicerone: nam à libendo dicitur, quod per omnia se fundit, quæ contrarionem expetuntur. l Iram &c. ulciscendi libidinem.] Cic. iiij. Tusc. quæst. Ira est libido puniẽdi eius, qui uideatur læsisse iniuria. Aristoteles ij. Rhetoricorũ iram finit, apparẽtis uindictæ appetitum cum dolore.

De libidinis malo, cuius nomen cum multis uitijs congruat, proprie tamen motibus obscœnis corporis adscribitur. Caput XVI

VM igitur sint multarum libidines rerum, tamẽ cum libido dicitur, nec cuius rei libido sit additur, non ferè assolet animo occurrere nisi illa, qua obscœnæ partes corporis excitantur. Hæc autem sibi non solum totum corpus, nec solum extrinsecus, uerumetiam intrinsecus uendicat, totumq; commouet hominem animi simul affectu cũ carnis appetitu coniuncto atq; permixto, ut ea uoluptas sequatur qua maior in corporis uoluptatibus nulla est: ita[a] ut momẽto ipso temporis, quo ad eius peruenitur extremum, penè omnis acies & quasi uigilia cogitationis obruatur. Quis autem amicus sapiẽtiæ sanctorumq; gaudiorum, cõiugalem agens uitam, & sicut Apostolus monuit, sciens uas suũ possidere in sanctificatione & honore, non in morbo desiderij, sicut & gentes quæ ignorant deum, non mallet, si posset, sine hac libidine filios procreare: ut etiam in hoc serẽdæ prolis officio, sic eius mẽti, ea quę ad hoc opus creata sunt, quemadmodũ cætera, suis quæq; operibus distributa membra seruirent, nutu uolũtatis acta, nõ æstu libidinis incitata? Sed neq; ipsi amatores huius uoluptatis, siue ad concubitus cõiugales, siue ad immunditias flagitiorum cum uoluerint commouentur: sed aliquãdo motus ille importunus est nullo poscente, aliquãdo autẽ destituit inhiantem, & cum in animo concupiscentia ferueat, friget in corpore: atq; ita mirũ in modum non solum generandi uoluntati, uerumetiam lasciuiendi libidini libido nõ seruit: & cum tota plerunq; menti cohibenti aduersetur, non nunquam & aduersus seipsam diuiditur, commotoq; animo in commouendo corpore seipsa non sequitur.

L. VIVES

a Vt momento ipso temporis.] Idcirco Hippocrates coitum finiuit μικρὰν ἐπιληψίαν, id est paruum morbum comitialem. Architas Tarentinus, ut est apud Ciceronem in Catone maiore, quo magis intelligeretur, quanta pestis esset uoluptas, fingi animo aliquem iubebat tanta incitatũ uoluptate corporis, quanta percipi posset maxima: nemini cẽsebat fore dubium, quin tam diu dum ita lætaretur, nihil agitare mente, nihil cogitatione consequi posset. Coitus

De nuditate primorũ hominũ, quã post peccatũ turpẽ pudendãq; uiderũt. XVII

ERITO huius libidinis maxime pudet, merito & ipsa membra quę suo quodam, ut ita dixerim, iure, non omnimodo ad arbitrium nostrum mouet

mouet, aut non mouet, pudenda dicũtur, quod ante peccatum hominis nõ fuerunt. Nam sicut scriptum est, Nudi erant, & non confundebantur: nõ quod eis sua nuditas esset incognita, sed turpis nuditas nondum erat: quia nondum libido membra illa præter arbitrium commouebat: nondum ad hominis inobedientiam redarguẽdam sua inobedientia caro quodammodo testimonium perhibebat. Neque enim cęci creati erant,[a] ut imperitum uulgus opinatur: quãdo quidẽ & ille uidit animalia, quibus nomina imposuit, & de illa legitur: Vidit mulier quia bonũ est lignum in escam, & quia placet oculis ad uidendum. Patebant ergo oculi eorũ, sed adhuc non erant aperti, hoc est non attenti ut cognoscerent quid eis indumento gratiæ præstaretur, quando membra eorum uoluntati repugnare nesciebãt. Qua gratia remota, ut pœna recipro ca inobedientia plecteretur, extitit in motu corporis quædam impudens nouitas, unde esset indecens nuditas: & fecit attentos reddiditq; confusos. Hinc est quod postea quàm mandatum dei aperta transgressione uiolarunt, scriptum est de illis: Et aperti sunt oculi amborum, & cognouerunt quia nudi erant, & consuerunt folia fici, & [b] fecerũt sibi campestria. Aperti sunt inquit, oculi amborum, non ad uidendum: nam & antea uidebant, sed ad discernendum inter bonum quod amiserant, & malum in quod ceciderant. Vnde & ipsum lignum eo quod istam faceret dignoscentiam, si ad uescendum contra uetitum tangeretur, ex ea re nomen accepit, ut appellaretur lignum scientiæ boni & mali. Experta enim morbi molestia, euidentior fit etiam iucunditas sanitatis. Cognouerunt ergo quia nudi erant: nudati scilicet ea gratia, qua fiebat ut nuditas corporis nulla eos lege peccati mentí eorum repugnante confunderet. Hoc itaque cognouerunt, quod felicius ignorarent, si deo credentes & obedientes non cõmitterent, quod eos cogeret experiri, infidelitas & inobedientia quid nocerent. Proinde confusi inobedientia carnis suæ tanquam teste pœna inobedientiæ suæ, consuerunt folia fici, & fecerunt sibi campestria, id est succinctoria genitalium. Nam quidam interpretes succinctoria posuerunt. Porrò autem campestria Latinum quidem uerbũ est, sed ex eo dictum, quod iuuenes qui nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant: unde qui ita succincti sunt, campestratos uulgus appellat. Quod itaque aduersus damnatam culpam inobedientiæ uoluntatem libido inobedienter mouebat, uerecũdia pudenter tegebat. Ex hoc omnes gentes, quoniam ab illa stirpe procreatę sunt, usq; adeo tenent insitum pudenda uelare,[c] ut quidam Barbari illas corporis partes nec in balneis nudas habeant, sed cũ earum tegumentis lauant.[d] Per opacas quoq; Indię solitudines, cum quidam nudi philosophentur, unde gymnosophistæ nominantur: adhibent tamen genitalibus tegumenta, quibus per cætera membrorum carent.

L. VIVES

a Vt imperitũ uulgus opinatur.] Ex eo quod scriptum est Geneseos iij. Comedit, & aperti sunt oculi amborum. b Fecerunt sibi campestria.] Sic uocantur femoralia à doctis scriptoribus, Horatius in epistolis:

Penula solstitio, campestre niualibus, auris,

Vbi Acron inquit, nihil totius corporis præter inguina tegere. Asconius in orationẽ pro M. Scauro: Cato prætor iudiciũ quia æstate agebatur, sine tunica exercuit, campestri sub toga cinctus: in forum quoq; sic descenderat, iusq; dicebat. Nec ignoro pro campestri capistro à nonnullis legi parũ apto sensu. Scriptor historiæ scholasticæ nescio qua ratione neget temporibus Noe femoralia esse adhuc inuenta. c Vt quidam Barbari illas corporis partes.] Herodotus Clio, magno esse probro apud Lydos cæterosq; Barbaros hominem conspici nudum scribit. Romani, ut Cicero i. off. scribit, uetere more nec filij pueres cum parentibus, nec generi cum soceris lauantur. d Per opacas quoq; Indiæ solitudines.] Duo dicit, solitudines & opacas, ad maiorem pudoris commendationem. Solis enim pudore nihil opus esset affici: multo minus in solitudine syluestri & umbrosa, nam hoc est opacum. Sed qui conuenit gymnosophistas in India poni, quum Philostratus in peregrinationi bus Apollonij in Aethiopia statuat ad Nilum amnem, ex cuius sententia Hieronymus Paulino scribẽs, inquit, reuersus Alexandriam perrexit Aethiopiam, ut gymnosophistas & famosissimam solis mensam uideret in sabulo. Sed Plinius, Solinus, Strabo, Apuleius, Porphyrius & alij gymnosophistas in India locãt ad ripas Indi fluminis regione Indoscythica, nec male tamen Philostratus. Nam origo illorum philosophorum Indica est, ubi duo genera sapientum fuisse tradit lib. xvi. Strabo, alios qui in urbibus uersabantur, dicti que sunt ciuiles, Brachmanas uocant. Hi sindonibus & pellibus corpus uelabant: sicut idem testatur Strabo. Philostratus illos narrat denudasse se, ut cum Apollonio lauarẽt, & ex eis unum epistolam sinu prolatam matri dedisse adolescentis, cuius filius dæmonicis intemperijs exagitabat. Erant alij in eadem terra philosophi in syluis degẽtes, nudi, foliis interdum & arborum corticibus intecti, quos Hermanos & gymnosophistas nominant, è quibus illi gymnosophistæ Aethiopici manarũt. Nam accolæ Indi fluuij maxima & ualidissima manu in Aethiopiã narrãtur migrasse, ibiq; iuxta Nilũ sedes habuisse: eãq; regionem etiam Indiam uocatam, & sapientes philosophatos nudos, utrobique dictos Hermanos, & à Græcis γυμνοσοφιστὰς, illudq; de subligaculis promiscuum esse in India Aethiopiaq; sapientum, & ferè uulgi. Diodorus lib. iiij. de moribus Aethiopum loquens, alios perhibet nudos prorsum incedere, alios uulpinis caudis pudenda tegere, alios subligaculis ex capillis cõtextis. Et Strabo

Gymnosophistæ

Strabo ex Nicolao Damasceno octo seruos Indos à legatis illius gētis dono datos Cæsari Augusto scribit, nudos toto corpore præter uirilia, quæ subligaculis uelabant.

De pudore cōcubitus, non solum uulgari, sed etiam coniugali. Cap. XVIII

PVDOR uero ipsum quod libidine tali peragitur, nō solum in quibuscp̄ stupris, ubi latebræ ad subterfugienda humana iudicia requirūtur: uerum etiam in usu scortorum, [a]quam terrena ciuitas licitā turpitudinē fecit: quāuis id agatur, quod eius ciuitatis nulla lex uindicat, deuitat tamen publicum etiā permissa atcp̄ impunita libido conspectum: & uerecūdia naturali habent prouisum lupanaria ipsa secretū, faciliuscp̄ potuit impudicitia non habere uincula prohibitionis, quàm impudentia remouere latibula illius fœditatis. Sed hanc etiam ipsi turpes turpitudinem uocant: cuius licet sint amatores, [b]ostentatores esse non audent. Quid concubitus coniugalis, qui secundum matrimonialium præscripta tabularum procreandorum fit causa liberorum? Nónne & ipse quanquam sit licitus & honestus, remotum ab arbitris cubile conquirit? Nónne omnes famulos atcp̄ ipsos etiam paranymphos & quoscunc̄p̄ ingredi quælibet necessitudo permiserat, ante mittit foras, quàm uel blandiri coniunx coniugi incipiat? [c]Et quoniam sicut ait quidam Romani maximus autor eloquij, omnia recte facta in luce se collocari uolunt, id est appetunt sciri: hoc recte factū sic appetit sciri, ut tamen erubescat uideri. Quis enim nescit, ut filij procreentur, quid inter se coniuges agant? quandoquidē ut id agatur, tanta celebritate ducuntur uxores: & tamen cum agitur unde filij nascātur, nec ipsi filij, si qui inde iam nati sunt, testes fieri permittūtur. Sic enim hoc recte factum ad sui notitiam [d]lucem appetit animorum, ut tamē refugiat oculorum. Vnde hoc, nisi quia sic geritur, quod deceat ex natura, ut etiam quod pudeat, comitetur ex pœna?

L. VIVES

a QVam terrena ciuitas licitam turpitudinē fecit.] Nam concubinæ & pellices non sunt prohibitæ: quemadmodū ex legibus De cōcubinarijs ostēditur libro Digestorum xxv. Satis aperte Augustinus testatur esse iure ciuili uetere Romano multa permissa, quæ sunt contraria legibus diuinis. Hoc isti nolunt, qui dum gentilitatem coniungere & coaptare Christianismo laborāt: corrupto utroc̄p̄ & alterius impatiente nec gentilitatem, nec Christianismū retinent. b Ostentatores esse non audent.] Hoc argumento probat Cicero uoluptates nō esse bonas, quod bonū omne prædicādum est, & gloriari de illo potest, qui habet: at nemo gloriari audeat, se corporis uoluptatibus perfrui. c Et quoniam sicut ait quidam Romani maximus autor eloquij.] Multis libris nihil locutus Passauant, nunc tandem inquit, quis fuerit iste quidam, expositor non dicit, nec ego scio. Iura, alioqui nō credam. Sed quis possit non fidem habere uel iniurato, præsertim ubi se nescire confitetur, quod crediturí fueramus, etiam si idem ipse homo tam apertus & simplex in contrarium deieraret? Quanto satius fuisset Passauant admonitum te à nomine tuo ulterius esse progressum, nec̄p̄ hic sistere. Verum hoc titulo Lucanus Ciceronem ornat lib. vij. & Ciceronis illa sunt uerba in iij. Tusc. quæst. d Lucem appetit animorum.] Vt ipsi animi quid factum sit, uideant, & iudicent: non intueantur oculi.

Quod partes iræ atcp̄ libidinis tam uitiose mouentur, ut eas necesse sit frenis sapientiæ cohiberi, quę in illa ante peccatum naturę sanitate nō fuerunt. Caput XIX

INC est quod & illi philosophi, qui ueritati propius accesserunt, irā atcp̄ libidinem uitiosas animi partes esse confessi sunt: eo quod turbide atcp̄ inordinate mouerētur, ad ea etiam quæ sapiētia perpetrari non uetat: ac per hoc opus habere moderatrice mente atque ratione. [c]Quā partē animi tertiā uelut in arce quadam ad istas regēdas perhibēt collocatā: ut illa imperante istis seruientibus posit in homine iustitia ex omni animi parte cōseruari. Hæ igitur partes quas & in homine sapiēte ac temperante fatentur esse uitiosas, ut eas ab his rebus ad quas iniuste mouentur, mens compescendo & cohibendo refrenet & reuocet: atque ad ea permittat, quæ sapientiæ lege concessa sunt: sicut [b]iram ad exercēdam iustam coertionē: sicut libidinem ad propagandæ prolis officium: hæ, inquā, partes in paradiso ante peccatum uitiosæ nō erant. Non enim contra rectam uoluntatē ad aliquid mouebātur, unde necesse esset eas ratiōe tancp̄ frenis regētibus abstinere. Nam quod nunc ita mouentur, & ab eis qui temperanter & iuste & pie uiuunt, alias facilius, aliàs difficilius, tamē cohibendo & refrenando modificantur: non est uticp̄ sanitas ex natura, sed languor ex culpa. Quod autem itę opera aliarumcp̄ affectionum in quibuscp̄ dictis atcp̄ factis nō sic abscōdit uerecūdia, ut opa libidinis quæ fiūt genitalib. mēbris: quid causę est, nisi quia in cęteris mēbra corporis nō ipsę affectiōes, sed cū eis cōsenserit, uoluntas mouet, quæ in usu eorū omnino dominatur

natur? Nam quisquis uerbum emittit iratus, uel etiam clauam ferūt: nemo tamen eorum audet hoc facere: quod si aliqui ausi essent, ut non dicam ictibus lapidantium, certe conspuentiū saliuis obruerētur. Pudet igitur huius libidinis humanam sine ulla dubitatione naturā, & merito pudet. In eius quippe inobedientia quæ genita lia corporis membra solis suis motibus subdidit, & potestati uoluntatis eripuit, satis ostenditur, quid sit hominis illi primæ inobedientię retributū: quod in ea parte maxime oportuit apparere, qua generatur ipsa natura, quæ illo primo & magno in deterius est mutata peccato: à cuius nexu nullus eruitur, nisi id, quod cum omnes in uno essent, in communem perniciem perpetratum est, & dei iustitia uindicatum, dei grātia in singulis expietur.

L. VIVES

Animæ partes

a QVam partem animi tertiā.] Plato in Timæo suo, ex Timæo Locrensi & cæteris Pythagoricis tres animæ partes facit. Idem in lib. De repub. irascentiam, quam statuit in corde, concupiscentiam sub medio septo in iecore & splene, rationem in cerebro tanquam in arce mandatricem operum, ut inquit Claudianus, prospecturamcp̄ labori. b Iram ad exercēdam iustam coertionem.] Nam cotem fortitudinis appellabant, & aduersus hostem & improbū ciuem motus uehementes concientem, sicut refert Cicero, & Seneca libro de ira.

De uanissima turpitudine Cynicorum. Caput XX

[c]HOC illi canini philosophi, hoc est Cynici nō uiderunt, proferentes cōtra humanam uerecūdiam, quid aliud quàm caninam, hoc est immūdam impudentēcp̄ sententiā: ut licet quoniam iustum est, quod fit in uxore, palam non pudeat id agere: nec in uico, nec in platea qualibet cōiugalem concubitū deuitare. Vicit tamen pudor naturalis opinionē huius erroris. Nam etsi perhibēt hoc aliquādo gloriabundum fecisse Diogenē, ita putantē sectam suam nobiliorē futuram, si in hominū memoriam insignior eius impudētia figeretur: postea tamen à Cynicis fieri cessatū est: plusc̄p̄ ualuit pudor, ut erubescerent homines hominibus, quàm error ut homines canibus esse similes affectarēt. Vnde & illum uel illos qui hoc fecisse referūtur, potius arbitror concumbētium motus dedisse oculis hominū nescientiū quid sub pallio gereretur, quàm humano premente conspectu potuisse illam peragi uoluptatem. Ibi enim Philosophi non erubescebant uideri se uelle concumbere, ubi libido ipsa erubesceret surgere. Et nūc uidemus adhuc esse philosophos Cynicos: [b]hi enim sunt qui non solū amiciuntur pallio, uerū etiam clauam ferūt: nemo tamen eorum audet hoc facere: quod si aliqui ausi essent, ut non dicam ictibus lapidantium, certe conspuentiū saliuis obruerētur. Pudet igitur huius libidinis humanam sine ulla dubitatione naturā, & merito pudet. In eius quippe inobedientia quæ genitalia corporis membra solis suis motibus subdidit, & potestati uoluntatis eripuit, satis ostenditur, quid sit hominis illi primæ inobedientię retributū: quod in ea parte maxime oportuit apparere, qua generatur ipsa natura, quæ illo primo & magno in deterius est mutata peccato: à cuius nexu nullus eruitur, nisi id, quod cum omnes in uno essent, in communem perniciem perpetratum est, & dei iustitia uindicatum, dei grātia in singulis expietur.

L. VIVES

Cynici

a HOc illi canini philosophi, hoc est Cynici.] κυνικοὶ quasi canini, ἀπὸ τοῦ κυνὸς. Antisthenes Socratis discipulus fuit autor huius disciplinæ. Horū erant mores, omnibus cōuitiari & allatrare, reddere in publico obscœna sine pudore, operam liberis dare: denique propalam facere, quæ quiuis nostrum solus uel cogitare erubesceret, uoluptatū alioqui insectatores, & insignes contemptu rerum omnium etiam uitæ. Principes huius instituti fuerunt is, quem modo nominaui, Antisthenes & Diogenes Synopeus, Crates Thebanus, & Menippus Phœnix. Cicero in Officijs eorū impudētes mores ciuili uitæ contrarios esse & fugiendos docet.

b Hi enim sunt qui non solum amiciūtur pallio, uerumetiā clauam ferūt.] Pallium supremum erat indumentum Græcorum, ut Latinorum toga. Cynici pallio utebātur uetere detrito, & pannoso, quod φιλώνιον Græci nominant, & baculo, clauam Aug. uocat. hoc cultu simules se Herculi esse iactabāt, quibus pro leonis exuuio esset centunculus ille, & pro clava baculus, bellumcp̄ gererent contra uoluptates ut ille. Sic Lucianus ὑπὲρ βίων πρᾶσεως, & epistolæ circumferūtur Græcæ Diogeniis homine, in quis Diogenes hæc ornamenta non sibi alio loco ait, cp̄ magno regi sua. nam pallium est pro abolla, & baculus pro sceptro. Tempore uero Augustini Donatiani & qui ad eandem pertinebant hæresim, circumcelliones in Aphrica palliati incedebant, clauiscp̄ utebantur in perniciem uere Christianorum.

De benedictione multiplicandæ fœcunditatis humanæ ante peccatum, quam præuaricatio non adimeret, & cui libidinis morbus accesserit. XXI

BSIT itacp̄ ut credamus illos coniuges in paradiso cōstitutos per hanc libidinem, de qua erubescēdo eadē mēbra texerunt, impleturos fuisse, quod in sua benedictiōe deus dixit: Crescite, et multiplicamini, et implete terrā. Post peccatū quippe orta est hęc libido: post peccatū eam natura nō impudens, amissa potestate cui corpus ex oīni parte seruiebat, sensit, attēdit, erubuit

buit,operuit.Illa uero benedictio nuptiarum, ut coniugati crescerent,& multiplicarẽtur,& implerent terrã,quãuis & in delinquentibus manserit:tamen antequã delinquerẽt,data est:ut cognosceretur procreationẽ filiorum ad gloriam connubij,nõ ad pœnam pertinere peccati. Sed nunc homines profecto illius quæ fuit in paradiso felicitatis ignari,nisi per hoc, quod experti sunt,id est per libidinẽ, de qua uidemus ipsam etiam honestatem erubescere nuptiarũ,non potuisse gigni filios opinantur:[a]alij scripturas diuinas,ubi legitur post peccatum puduisse nuditatis,& pudenda esse contecta prorsus non accipientes,sed infideliter irridentes:[b]alij uero quãuis eas accipiant & honorent,illud tamẽ quod dictum est: Crescite & multiplicamini,nõ secundum carnalem fœcunditatem uolunt intelligi: quia & secundum animam legitur tale aliquid dictum:[c]Multiplicabis in anima mea uirtutem: ut id quod in Genesi sequitur, Et implete terrã & dominamini eius:terram intelligãt carnem, quam præsentia sua implet anima,eiusq; maxime dominatur,cũ in uirtute multiplicatur. Carnales autem fœtus sine libidine,quę post peccatum exorta,inspecta,cõfusa,uelata est:nec tunc nasci potuisse,sicut necq; nunc possunt:nec in paradiso futuros fuisse,sed foris sicut & factũ est. Nam postea cq; inde dimissi sunt ad gignendos filios coierunt,eosq; genuerunt.

L. VIVES

a Alij scripturas diuinas.] Hi sunt Manichæi, qui totum uetus instrumentum reijciebant, ut quo dam alio exposui loco. b Alij uero quãuis eas accipiant.] Isti sunt Adamiani, qui nuptias futuras fuisse non putant, si Adam non peccasset. c Multiplicabis in anima mea uirtutem.] In ueteribus libris legitur: Multiplicabis me in anima mea uirtute tua. Credo sic esse ab Augustino scriptum, qui interpretationem Lxx. sequebatur, illi enim hoc uerterunt modo: πολυνῷ σεις με ἐν ψυχῇ μου δυνάμει σου. Multiplicabis me in anima mea uirtute tua.

De copula coniugali à deo primitus instituta atq; benedicta. Cap. XXII

NOs autem nullo modo dubitamus secundum benedictionem dei, crescere & multiplicari, & implere terram,donum esse nuptiarum, quas deus ante peccatum hominis ab initio constituit,creando masculum & fœminam: qui sexus euidens utiq; in carne est. Huic quippe operi dei etiã benedictio subiuncta est.nam cum scriptura dixisset, Masculum & fœminam fecit eos: cõtinuo subdidit.Et benedixit eis deus,dicens: Crescite & multiplicamini,& implete terram,[a]& dominamini eius:& cætera.[b]Quę omnia quanquam nõ inconuenienter possint etiam ad intellectum spiritalem referri: masculum tamen & fœminam nõ sicut simile aliquid etiam in homine uno intelligi potest:quia uide licet in eo aliud est quod regit,aliud quod regitur:sed sicut euidentissime apparet in diuersi sexus corporibus,masculum & fœminã ita creatos,ut prolem generando crescerent, & multiplicarentur,& implerent terram. Cui sententiæ tam euidenti,magnæ absurditatis est reluctari. Necq; enim de spiritu qui imperat,& carne quæ obtemperat:aut de animo rationali qui regit,& irrationali cupiditate quę regitur:aut de uirtute contemplatiua quæ excellit, & de actiua quæ subditur:aut de intellectu mentis, & sensu corporis:sed aperte de uinculo coniugali,quo inuicem sibi uterque sexus obstringitur, dominus interrogatus,utrum licet quacunq; ex causa dimittere uxorem:quoniam propter duritiã cordis Israelitarum Moyses dari libellum repudij permisit,respondit atq; ait: Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio,masculum & fœminam fecit eos,& dixit:Propter hoc dimittet homo patrem & matrẽ, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una? Itaq; iam non sunt duo,sed una caro. Quod ergo deus coniunxit, homo non separet. Certum est igitur masculũ & fœminam ita primitus institutos,ut nunc homines duos diuersi sexus uidemus,et nouimus. Vnum autem dici,uel propter coniunctionem, uel propter originem fœminæ,quæ de masculi latere creata est. Nam & Apostolus per hoc primum quod deo instituente præcesserit exemplum,singulos quosq; admonet,ut uiri uxores suas diligant.

L. VIVES

a Dominamini eius.] Græca phrasis quam Horatius æmulatus est, Agrestium regnauit populorum. b Quæ omnia quanquam non inconuenienter.] Nihil in sacris literis scriptum, quod morali & spirituali sensu aptari nequeat: illi tamẽ primi & genuini semper sunt seruandi, alioqui magna sequeretur rerum omnium in pietate confusio. Nam hæretici omnia pro libito suo, quò uellent detorquerent. Si deus cũ dixit: Crescite,& multiplicamini,& replete terram: nõ corporale aliquid quale cernimus, sed spiritale tantũ, spectauit: quid superest, nisi ut idem de bestijs intelligamus, quibus est idem præceptum.

An etiam in paradiso generandum fuisset,si nemo peccasset: uel utrũ contra actũ libidinis pugnatura illic fuisset traditio castitatis. Cap. XXIII

QVIS QVIS autẽ dicit non fuisse coituros nec generaturos nisi peccassent,quid dicit nisi propter numerositatem sanctorum necessariũ hominis fuisse peccatum? Si enim nõ peccando soli remanerẽt:quia,sicut putant,nisi peccassent,generare nõ possent:profecto ut nõ soli duo iusti homines possent esse,sed multi,necessariũ peccatũ fuit. Quod si credere absurdũ est, illud potius est credendũ,quod sanctorũ numerus quantus complendæ illi sufficit beatissimæ ciuitati,tãtus existeret,et si nemo peccasset,quãtus nũc per dei gratiã de multitudine colligitur peccatorũ, [a]quousq; filij huius seculi generãt & generãtur.Et ideo illæ nuptiæ dignæ felicitate paradisi,si peccatũ non fuisset, et diligendã prolem gignerẽt, & pudendam libidinẽ non haberent.Sed quomodo id fieri posset, nũc non est quo demonstretur exemplo. Nec ideo tamen incredibile debet uideri, etiam illud unum sine ista libidine uoluntati potuisse seruire, cui tot membra nunc seruiunt. [b]An uero manus & pedes mouemus cum uolumus,ad ea quæ his membris agenda sunt sine ullo renisu tanta facilitate,quanta & in nobis & in alijs uidemus,maxime in artificibus quorũcunq; operum corporaliũ:ubi ad exercendã infirmiorẽ tardioremq; naturã,agilior accessit industria:et nõ credimus ad opus generatiõis filiorũ,si libido non fuisset, quæ peccato inobediẽtię retributa est,obedienter hominib.ad uolũtatis nutũ similiter ut cætera potuisse illa mẽbra seruire? Nõne Cicero in libris de rep.cũ de imperiorũ differentia disputaret,et huius rei similitudinem ex natura hominis assumeret,[c]ut filijs dixit imperari corporis membris propter obediendi facilitatẽ: uitiosas uero animi partes ut seruos asperiore imperio coerceri? Et utiq; ordine naturali animus anteponitur corpori, & tamen ipse animus imperat corpori facilius cq; sibi. Veruntamẽ hæc libido, de qua nũc disserimus,eo magis erubescẽda existit,quod animus in ea,nec sibi efficaciter imperat,ut omnino nõ libeat:nec omnimodo corpori ut pudẽda membra uolũtas potius cq; libido cõmoueat. Quod si ita esset, pudenda omnino nõ essent. Nũcuero pudet animũ resisti sibi à corpore,quod ei natura inferiore subiectũ est. In alijs quippe affectionibus cũ sibi resistit,ideo minus pudet:quia cũ à seipso uincitur, ipse se uincit: et si inordinate atq; uitiose:quia ex his partibus quæ rationi subijci debent, tamen à partibus suis,ac per hoc,ut dictũ est, à seipso uincitur. Nã cũ ordinate se animus uincit, ut irrationales motus eius menti rationiq; subdantur:si tamen & illa deo subdita est,laudis atq; uirtutis est. Minus tamẽ pudet cum sibi animus ex uitiosis suis partibus non obtemperat,cq; cum ei corpus, quod alterũ ab illo,atq; infra illum est, & cuius sine illo ulla natura non uiuit,uolenti iubentiq; non cedit,Sed cum alia membra retinentur uoluntatis imperio,sine quibus illa quæ contra uoluntatẽ libidine concitantur,id quod appetunt, implere non possunt:pudicitia custoditur, non amissa, sed non permissa delectatione peccati. [d]Hunc renisum, hanc repugnantiam,hanc uoluntatis & libidinis rixam,uel certe ad uolũtatis sufficientiam, libidinis indigentiam, proculdubio nisi culpabilis inobedientia pœnali inobedientia plecteretur,in paradiso nuptiæ non haberent,sed uoluntati membra illa ut cætera cuncta seruirent. [e]Ita genitale aruũ uas in hoc opus creatum seminaret, ut nunc terram manus: & quod modo de hac re nobis uolentibus diligẽtius disputare,uerecũdia resistit,& compellit[f] ueniam honore præfato à pudicis auribus poscere,cur id fieret nulla causa esset:sed in omnia quæ de huiusmodi membris sensum cogitãtis attingerẽt,sine ullo timore obscœnitatis liber sermo ferretur: nec ipsa uerba essent, quæ uocarentur obscœna,sed quicquid inde diceretur, tam honestum esset,cq; de alijs cum loquimur corporis partibus. Quisquis ergo ad has literas impudicus accedit,culpam refugiat,nõ naturam: facta denotet suæ turpitudinis, non uerba nostrę necessitatis,in quibus mihi facillime pudicus & religiosus lector uel auditor ignoscet, donec infidelitatem refellam,non de fide rerum inexpertarum,sed de sensu expertarum argumentantem. Leget enim hoc sine offensione,qui nõ exhorret Apostolum horrenda fœminarum flagitia reprehendentem,quæ immutauerunt naturalem usum,in eum usum qui est contra naturam:præcipue quia nos non damnabilem obscœnitatem nunc,sicut ille,cõmemoramus atq; reprehendimus,sed in explicandis quantũ possumus humanæ generationis affectibus,uerba

tamen ſicut ille obſcœna deuitamus.

L. VIVES

a Q Vouſq; filij huius ſeculi generant,& generãtur.] Filij ſunt huius ſeculi, qui generant,& filios huius ſeculi generant, ſed beneficio Chriſti fiũt filij regni. Per peccatũ enim generantur, per gratiam dei regenerant. b An uero manus & pedes mouemus.] Hæc eſt uulgaris ſcholarum opinio, quã Petrus Lomb. ponit lib. ij. ſententiarum theologicarum, ſectione uiceſima. Tametſi Græcorum nonnulli diuinitus putant filios ſine peccato fuiſſe procreãdos ſine coitu aliquo uiri ac fœminæ: quod nõ ſit ueriſimile. Nam quid attinebat ſexus diſtinguere,& genitalia corporib. addere? c Vt filijs dixit imperari.] Facilius enim quo uolumus, corporis mẽbra ducimus, q̃ animi affectus refractarios & obluctatores, qui perpetuum cum ratione bellum gerunt: ita animus facilius regit corpus, q̃ partem inferiorem ſui. d Hunc reniſum, hanc repugnantiã.] Thomas Aquinas non omnem nuptijs illis innoxijs aufert uoluptatem, ſed puram relinquit,& caſtam, diſsimilem longe huic noſtræ effreni, obſcœnæ, fœdæ. e Ita genitale aruũ.] Pro uulua poſuit, ſeu muliebribus locis, tectis & urbanis uerbis, Vergil. imitatus iij. Georgicorũ:

Hoc faciunt, nimio ne luxu obtuſior uſus
Sit genitali aruo.

f Veniam honore præfato.] Præfamur ueniam turpia & obſcœna dicturi, ſicut apud Quintilianum in milite Mariano, ut in medio belli Cymbrici ſtrepitu ante ſigna, tuis honos ſit habitus ſanctiſsimis auribus, iuberet proſtare gladio cinctum. Sic Plinius præfatione, ut plurimarum rerũ aut ruſticis uocabulis & externis, immo barbaris,& cum honoris præfatione ponendis.

Quod inſontes homines & merito obedientiæ in paradiſo permanentes, ita genitalibus membris fuiſſent uſuri ad generationem prolis, ſicut cæteris ad arbitrium uoluntatis. Cap. XXIII

S EMINARET igitur prolem uir, ſuſciperet fœmina genitalibus membris, quando id opus eſſet,& quantum opus eſſet, uoluntate motis, nõ libidine concitatis. Neq; enim ea ſola membra mouemus ad nutum, quæ cõpactis articulata ſunt oſsibus: ſicut pedes & manus & digitos: uerumetiam illa, quæ mollibus remiſſa ſunt neruis, cum uolumus, mouemus agitãdo,& porrigendo producimus,& torquẽdo flectimus & conſtringendo duramus: ſicut ea ſunt, quæ in ore ac facie quantũ poteſt uoluntas mouet. [a]Pulmones deniq; ipſi omniũ niſi medullarum molliſsimi uiſcerũ,& ob hoc antro pectoris communiti, [b]ad ſpiritum ducẽdum ac remittendum uocemq; emittendam ſeu modificandam, ſicut folles fabrorum uel organorum, flantis, reſpirantis, loquentis, clamantis, cantantis, ſeruiũt uolũtati. Omitto quod animalibus quibuſdam naturaliter inſitum eſt, ut tegmen, quo A corpus omne ueſtitur, ſi quid in quocunq; loco eius ſenſerint abigendũ, ibi tantũ moueant, ubi ſentiũt: nec ſolum inſidentes muſcas, uerumetiã hærentes haſtas cutis tremore diſcutiant. Nunquid quia id nõ poteſt homo, ideo creator, quibus uoluit animantibus, donare nõ potuit? Sic ergo & ipſe homo potuit obedientiam etiam inferiorum habere membrorũ, quã ſua inobedientia perdidit. Neq; enim deo difficile fuit ſic illum condere, ut in eius carne etiam illud non niſi eius uoluntate moueretur, quod nunc niſi libidine non mouetur. Nam & hominum quorundam B naturas nouimus multum cæteris diſpares,& ipſa raritate mirabiles, nonnulla ut uolunt de corpore ſuo facientium, quæ alij nullo modo poſſunt, et audita uix credũt. [c]Sunt enim qui & aures moueant uel ſingulas, uel ambas ſimul. Sunt qui totam cæſariem capite immoto quantum capilli occupant, deponunt ad frontem, reuocãtq; cum uolunt. Sunt qui eorũ quæ uorauerunt incredibiliter plurima & uaria, paululum præcordijs contrectatis, tanquã de ſacculo quod placuerit, integerrimũ proferunt. [d]Quidam uoces auium, pecorumq;,& aliorum quorumlibet hominum ſic imitãtur atq; exprimũt, C ut niſi uideantur, diſcerni omnino non poſsint. [e]Nonnulli ab imo ſine pudore ullo ita numeroſos pro arbitrio ſonitus ædunt, ut ex illa etiam parte cantare uideantur. [f]Ipſe ſum expertus, ſudare hominem ſolere cum uellet. [g]Notum eſt quoſdam flere cum uolũt, atq; ubertim lachrymas fundere. Iam illud multo eſt incredibilius, quod pleriq; fratres memoria recentiſsima experti ſunt. [h]Presbyter fuit quidam nomine Reſtitutus [i]in parœcia [k]Calamenſis eccleſiæ, qui quando ei placebat, rogabatur autẽ ut hoc faceret ab eis qui rem mirabilẽ corã ſcire cupiebãt, [l]ad imitatas quaſi lamentantis cuiuslibet hominis D uoces, ita ſe auferebat à ſenſibus,& iacebat ſimillimus mortuo: ut non ſolũ uellicantes atque pungentes minime ſentiret, ſed aliquãdo etiam igne ureretur admoto, ſine ullo doloris ſenſu, niſi poſtmodum ex uulnere: [m]non autẽ obnitendo, ſed non ſentiendo non mouere corpus, eo probabatur, quod tanquã in defuncto nullus inueniebatur anhelitus: hominũ tamen uoces, ſi clarius loquerentur, tanquam de longinquo ſe audiſſe poſtea referebat. Cum itaque corpus etiam nunc quibuſdam, licet in carne corruptibili hanc erumnoſam ducentibus uitam, ita in

pleriſq; motionibus & affectionibus extra uſitatum naturæ modum mirabiliter ſeruiat, quid cauſæ eſt, ut non credamus ante inobedientiæ peccatum, corruptioniſq; ſupplicium, ad propagandam prolem ſine ulla libidine ſeruire uoluntati humanæ, humana membra potuiſſe? Donatus eſt itaq; homo ſibi, quia deſeruit deũ, placendo ſibi: & non obediens deo, nõ potuit obedire, nec ſibi. Hinc euidẽtior miſeria eſt, qua homo non uiuit, ut uult. Nam ſi ut uellet uiueret, beatum ſe putaret: [n]ſed nec ſic tamen eſſet, ſi turpiter uiueret.

L. VIVES

Pulmones a P Vlmones deniq; ipſi.] Sic legendum: pulmones deniq; ipſi omnium, niſi medullarum, molliſsimi uiſcerum,& ſi medullæ non ſoleant dici uiſcera. obſeruatum eſt Ciceronem,& alios pleroſq; doctos, ſemper multitudinis numero pulmones dixiſſe, puto quoniam in geminas fibras eſt fiſſus, nõ quod pulmo etiam non dicatur, ut apud Celſum,& Perſium,& Lactantiũ. b Ad ſpiritum ducendum.] Nam à pulmone ad os fiſtula protenditur, quam Celſus aſperã nominat, gurgulionem Lactantius in Opificio dei, per quem ſpiritus ultro & citro commeat. Idcirco Ariſt. primo De animalium hiſtoria, officium eius nihil aliud eſſe dicit, q̃ accipere ſpiritum,& reddere. c Sunt enim qui & aures mouent.] Ariſt. uni homini aures eſſe immobiles dicit, quod intelligendum ſuapte ſponte non agitari, ut in canibus, equis,& aſinis, uidemus. d Quidam uoces auium.] Plutarchus in Cõuiuijs meminit cuiuſdã Parmenonis maximi uocum animantium imitatoris, unde manauit prouerbium, οὐδὲν πρὸς τὴν Παρμένοντος ὗν, nihil ad ſuem Parmenonis. quod Eraſmus narrat. e Nõnulli ab imo ſine pudore.] In alijs libris legitur, ſine pædore. q. ſine ſordibus & fœtore id fiat. Talis fuit memoria noſtra in hac terra Germanus quidam in comitatu Maximiliani Cæſaris,& Philippi eius filij, nec ullũ erat carmen, quod nõ ille crepitibus podicis redderet. f Ipſe ſum expertus ſudare hominem.] Et ipſe Brugis cũ proxime tertianis tenerer febribus, quoties ſalutiferum dicebat medicus futurum ſudorem, compreſſo pauliſper ſpiritu, ſtragulis opertus ſudabam. Mirabantur qui circunſtabant lectum tam raram corporis mei texturam, ſed Auguſtinianũ ſudatorem magis multo fuiſſent admirati, cui tam facile erat ſudare q̃ mihi ſpuere. g Notum eſt quoſdam flere, cum uolũt.] Præficæ in Italia,& ferè totum genus mulierum. h Presbyter f. quidã.] C.52. Simile Plin. lib. vij. De Hermotimo Clazomenio, cuius anima relicto corpore uagari erat ſolita,& quæ in longiſsimis uiderat regiõibus narrare. i In parochia.] Paroeci Melius parœcia παροικία q. uicinia, circũhabitatio, à παροικεῖν. Sic qui diuerſis hemiſperiis, ſed eodem parallelo habitãt, parœci à coſmographis nominãtur. parochus uero longe alius eſt ſignificationis quàm qua nunc uſurpatur pro curione. k Calamenſis eccleſiæ.] Calamiſus oppidum in Italia. Calamo in Phœnicia, de quo credo Auguſtinum loqui, niſi oppidulum ſit aliquod in Aphrica de nomine illius Phœnicis à colonis dictũ. Ferè enim illa Aphrica à Phœnicibus olim eſt poſſeſſa.

l Ad imitandos quaſi lamẽtantis.] In quodã exemplari Brugenſi, bibliothecæ Carmelitanæ habetur: Admiratus, in aliis, ad imitatas. Hoc ſignificat imitatũ aliquem uoces lamentantis,& ſic eum qui audierat phantaſia illa concepta, ſe à corpore ſeparaſſe. Illud alterum ſignificat ipſum imitari ſolitũ,& ſic exire corporeos ſenſus. m Non autẽ obnitendo.] Id eſt, nitendo in ſe, ut quietus iaceret,& immotus ad ſtimulos & ignem.

n Sed nec ſic tamen eſſet, ſi turpiter uiueret.] Non opinionib. cõſiſtit beata uita, ſed re ipſa uera,& ſolida nõ adumbrata felicitate,& quam ſibi quilibet fingit. Nec beatus ille exiſtimandus eſt haud ignobilis Argis, qui, ut Hora. inquit, ſe credebat miros audire tragœdos,

In uacuo ſolus ſeſſor, plauſorq; theatro.

De uera beatitudine, quam temporalis uita non obtinet. Cap. XXV

Q VANQVAM ſi diligentius attẽdamus, niſi beatus, non uiuit ut uult: & nullus beatus, niſi iuſtus. Sed etiam ipſe iuſtus non uiuit ut uult, niſi eò B peruenerit, ubi mori, falli, offẽdi omino nõ poſſit: eiq; ſit certũ, ita ſemper futurũ. Hoc enim natura expetit: nec plene atq; perfecte beata erit, niſi adepta quod expetit. Nunc uero quis hominum poteſt, ut uult, uiuere, quando ipſum uiuere non eſt in poteſtate? Viuere enim uult, mori cogitur. Quomodo ergo uiuit, ut uult, qui non uiuit, quandiu uult? Quod ſi mori uoluerit, quomodo poteſt, ut uult, uiuere, qui nõ uult uiuere? & ſi ideo mori uelit, non quo nolit uiuere, ſed ut poſt mortem melius poſsit uiuere. Nondum ergo, C ut uult uiuit, ſed quum ad id quod uult, moriendo peruenerit. Verũ ecce uiuat ut uult, [a]quoniam extorſit ſibiq; imperauit, non uelle, quod non poteſt: atq; hoc uelle, quod poteſt: ſicut ait Terentius: [b]Quoniam non poteſt id fieri quod uis, id uelis quod poſſis: non tamen ideo beatus eſt, quia patienter miſer eſt. Beata quippe uita ſi non amatur, nõ habetur. Porrò ſi amatur, et habetur, cæteris omnib. rebus excellentius neceſſe eſt ametur: quoniã propter hanc amãdum eſt, quicquid aliud amatur. Porrò ſi tantũ amatur, quantũ amari digna eſt: non enim beatus eſt, à quo ipſa beata uita nõ amatur, ut digna eſt: fieri D nõ poteſt, ut eam qui ſic amat, non æternam uelit. Tunc igitur beata erit, quãdo erit æterna.

L. VIVES

a Q Voniam ſe extorſit, qui ſibi imperauit.] Legendum ſic: Quoniã ſibi extorſit, ſibiq; imperauit, non uelle quod non poteſt. b Quoniam non poteſt id fieri quod uis, id uelis quod poſsis.] Vetus hoc fuiſſe uerbum Plato ſcribit in libro De republica.

Quod felicitas in paradiſo uiuẽtium, ſine erubeſcendo appetitu generandi officiũ credenda ſit implere potuiſſe. Caput XXVI

IVEBAT itaque homo in paradiſo ſicut uolebat, quandiu uolebat quod deus iuſſerat: uiuebat fruens deo, ex quo bono erat bonus: uiuebat ſine ulla egeſtate, ita ſemper uiuere habens in poteſtate. Cibus aderat, ne eſuriret: potus, ne ſitiret: lignũ uitæ, ne illũ ſenecta diſſolueret: nihil corruptionis in corpore, uel ex corpore ullas moleſtias ullis eius ſenſibus ingerebat. Nullus intrinſecus morbus, nullus ictus metuebatur extrinſecus. Summa in carne ſanitas, in anima tota tranquillitas. Sicut in paradiſo nullus æſtus aut frigus, ſic in eius habitatore nulla ex cupiditate uel timore accedebat bonæ uoluntatis offenſio. Nihil omnino triſte, nihil erat inaniter lætum: gaudium uerum perpetuabatur ex deo, in quẽ flagrabat charitas ex corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta: atque inter ſe coniugum fida ex honeſto amore ſocietas, concors mentis corporisq; uigilia, & mandati ſine labore cuſtodia. Non laſsitudo fatigabat ocioſum, non ſomnus premebat inuitum. In tanta facilitate rerum & felicitate hominum, abſit ut ſuſpicemur non potuiſſe proles ſeri ſine libidinis morbo: ſed eo uoluntatis nutu mouerentur illa membra quo cætera, & ſine ardoris illecebroſo ſtimulo cũ tranquillitate animi & corporis [a]nulla corruptiõe integritatis [b]infunderetur gremio maritus uxoris. Necq; enim quia experientia probari non poteſt, ideo credendum non eſt: quando illas corporis partes non ageret turbidus calor, ſed ſpontanea poteſtas ſicut opus eſſet, adhiberet: ita tunc potuiſſe utero cõiugis ſalua integritate fœminei genitalis uirile ſemen immitti: ſicut nunc poteſt eadem integritate ſalua [c]ex utero uirginis fluxus menſtrui cruoris emitti. Eadem quippe uia poſſet illud inijci, qua hoc poteſt eijci. Vt enim ad pariendum non doloris gemitus, [d]ſed maturitatis impulſus fœminea uiſcera relaxaret: ſic ad fœtãdum & concipiendum non libidinis appetitus, ſed uoluntarius uſus naturam utranq; coniungeret. De rebus loquimur nũc pudẽdis, & ideo quãuis ante cẽ earũ puderet, quales eſſe potuiſſent, cõſciamus, ut poſſumus: tamen neceſſe eſt ut noſtra diſputatio magis frenetur ea, quę nos reuocat uerecundia: quàm eloquentia, quæ nobis parum ſuppetit, adiuuetur. Nam cũ id quod dico, nec ipſi experti fuerint, qui experiri potuerunt: quoniã præoccupante peccato exiliũ de paradiſo ante meruerũt, cẽq; in opere ſerẽdæ propaginis trãquillo arbitrio conuenirent: quomodo nũc cum iſta cõmemorantur ſenſibus occurrit humanis, niſi experientia libidinis turbidæ, nõ cõiectura placidæ uoluntatis? Hinc eſt quod impedit loquentem pudor, & ſi non deficiat ratio cogitantem. Veruntamen omnipotẽti deo ſummo, ac ſumme bono creatori omnium naturarum, uoluntatum autem bonarum adiutori ac remuneratori, malarum autem relictori & damnatori, utrarumq; ordinatori: non defuit utique conſilium, quo certum numerum ciuium ſua ſapientia prædeſtinatum etiam ex damnato genere humano ſuæ ciuitatis impleret: nõ eos iam meritis, quandoquidem uniuerſa maſſa tanquã in uiciata radice damnata eſt, ſed gratia diſcernens, & liberatis non ſolum de ſeipſis, uerumetiam de non liberatis, quid eis largiatur, oſtendens. Non enim debita, ſed gratuita bonitate tunc ſe quiſq; agnoſcit erutum à malis: cũ ab eorum hominũ conſortio fit immunis, cũ quibus illi iuſta eſſet pœna communis. Cur ergo non crearet deus, quos peccaturos eſſe præſciuit: quã doquidem in eis, & ex eis, & quid eorum culpa mereretur, & quid ſua gratia donaretur, poſſet oſtẽdere: nec ſub illo creatore ac diſpoſitore peruerſa inordinatio delinquentiũ, rectum peruerteret ordinem rerum?

L. VIVES

a NVlla corruptione integritatis.] Quid ergo non aperta fuiſſet bulga? dicũt Thomas, & Bonauentura: quã ſolui quoq; in puerperio neceſſe erat, nam nõ ſe corpora penetraſſent. Necq; hæc eſt corruptio integritatis, nõ ſecus, quàm aperiri os. Ex animo enim omnis pendet integritas. alij in partu bulgam patere ſinunt, in concubitu clauſam retinent: non ſecus, cẽq; cum defluit menſtruus cruor, qui haud dubie cum Auguſtino uidentur ſentire. b Infunderetur gremio maritus uxoris.] Vergiliana imitatio lib. octauo Aeneidos, de Vulcano & Venere:

Optatos dedit amplexus, placidumq; petiuit
Coniugis infuſus gremio per membra ſoporem.

c Ex utero uirginis fluxus menſtrui.] Id contingit cum pubeſcere incipiunt, & ubera exurgere. Similisq; eſt is cruor menſtruus animalis recens occiſi, contingitq; mẽſibus ſingulis lunaribus plus minus, alijs enim tardius alijs celerius, ideo mẽſtruus dicitur. De hoc Ariſtoteles lib. vij. hiſtoriæ animalium. d Sed maturitatis impulſus.] Nam nunc etiam maturitas illa pariendi extendit atq; aperit oſſa pectinis, quæ alio tempore uix diſſungeret ſecuris ualide impacta: ſed nunc cum ingenti cruciatu, tunc ſine dolore.

De peccatoribus, & angelis, & hominibus, quorum peruerſitas nõ perturbat prouidentiam dei. Cap. XXVII

Proinde

ROINDE peccatores, & angeli, & homines nihil agũt, quo impediantur magna opera domini exquiſita in omnes uoluntates eius. Quoniam qui prouidenter, atq; omnipotẽter ſua cuiq; diſtribuit: nõ ſolum bonis, uerũetiam malis bene uti nouit. Ac per hoc propter meritum primæ malæ uoluntatis ita damnato atq; obdurato angelo malo, ut iam bonam uoluntatem ulterius non haberet, bene utens deus, cur nõ permitteret, ut ab illo primus homo, qui rectus, hoc eſt bonę uoluntatis creatus fuerat, tentaretur: quandoquidem ſic erat inſtitutus, ut ſi de adiutorio dei fideret, bonus homo malũ angelum uinceret: ſi autem creatorem atq; adiutorem deum ſuperbe ſibi placendo deſereret, uinceretur: meritum bonum habens in adiuta diuinitus uoluntate recta: malum uero in deſerente deum uoluntate peruerſa: quia & ipſum fidere de adiutorio dei, nõ quidem poſſet ſine adiutorio dei: nec tamen ideo ab his diuinæ gratiæ beneficijs ſibi placendo, recedere non habebat in poteſtate. Nã ſicut in hac carne uiuere ſine adiumentis alimentorum, in poteſtate non eſt: non autem in ea uiuere in poteſtate eſt: quod faciũt, qui ſeipſos necãt: ita bene uiuere ſine adiutorio dei, etiam in paradiſo, nõ erat in poteſtate: erat autem in poteſtate male uiuere: ſed beatitudine non permanſura, & pœna iuſtiſsima ſecutura. Cũ igitur huius futuri caſus humani deus non eſſet ignarus, cur eum non ſineret inuidi angeli malignitate tentari? nullo modo quidem, quod uinceretur, incertus: ſed nihilominus præſcius, quòd ab eius ſemine adiuto ſua gratia, idẽ ipſe diabolus fuerat ſanctorũ gloria maiore uincendus. Ita factũ eſt, ut nec deũ aliquid futurorum lateret: nec præſciendo quenquã peccare cõpelleret: & quid intereſſet inter propriam cuiuſque præſumptionem & ſuam tuitionẽ, angelicæ & humanæ rationali creaturæ, conſequenti experientia demonſtraret. Quis enim audeat credere, aut dicere, ut neq; angelus, neq; homo caderet, in dei poteſtate non fuiſſe? Sed hoc eorũ poteſtati maluit non auferre: atq; ita quantũ mali eorum ſuperbia, & quantum boni ſua gratia ualeret, oſtendere.

De qualitate duarum ciuitatum, terrenæ atq; cœleſtis. Cap. XXVIII

ECERVNT itaq; ciuitates duas, amores duo, terrenã ſcilicet amor ſui uſq; ad contemptum dei, cœleſtem uero amor dei uſq; ad cõtemptum ſui. Deniq; illa in ſeipſa, hæc in domino gloriatur. Illa enim quærit ab hominibus gloriam, huic autẽ deus conſcientiæ teſtis maxima eſt gloria. Illa in gloria ſua exaltat caput ſuum, hæc dicit deo ſuo: Gloria mea, & exaltãs caput meũ. Illi in principibus eius, uel in eis quas ſubiugat nationibus dominãdi libido dominatur: in hac ſeruiũt inuicẽ in charitate, [a]& prępoſiti cõſulendo, & ſubditi obtẽperando. Illa in ſuis potentibus diligit uirtutem ſuam, hæc dicit deo ſuo: Diligã te domine uirtus mea. Ideoq; in illa ſapiẽtes eius ſecundũ hominẽ uiuentes, aut corporis aut animi ſui bona aut utriuſq; ſectati ſũt: aut qui potuerũt cognoſcere deũ, non ut deum honorauerũt, uel gratias egerũt, ſed euanuerũt in cogitationibus ſuis, & obſcuratũ eſt inſipiẽs cor eorum. Dicentes enim ſe eſſe ſapiẽtes, id eſt dominante ſibi ſuperbia in ſua ſapientia ſeſe extollentes, ſtulti facti ſunt: & immutauerũt gloriam incorruptibilis dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrũ, & quadrupedum & ſerpentium. Ad huiuſcemodi enim ſimulachra adorãda [b]uel duces populorum, uel ſectatores fuerunt, & coluerunt atque ſeruierũt creaturæ potius quàm creatori, qui eſt benedictus in ſecula. In hac autem [c]nulla eſt hominis ſapiẽtia, niſi pietas qua recte colitur uerus deus, id eſt expectans præmium in ſocietate ſanctorum: non ſolum hominum, uerumetiam angelorum, ut ſit deus omnia in omnibus.

L. VIVES

a ET præpoſiti cõſulendo, & ſubditi obtẽperando.] Quàm ſcite duobus uerbis optimã reip. formã multis uerbis alijs deſcriptã expreſsit, ubi magiſtratus nõ regunt, nõ imperãt, ſed uelut in excelſiore poſiti ſpecula inferioribus conſulunt. Vnde dicti ſunt ueteres illi conſules. & ſubditi non obluctantur, nec detrectatit conſilia, ſed modeſte & ſedulo exequuntur.

b Vel duces populorũ uel ſectatores.] Alij ex Poetis & philoſophis magnorum in populo errorum fuerunt magiſtri: alij populo autore & magiſtro inueteratos errores ſunt ſecuti. c Nulla eſt hominis ſapientia niſi pietas.] Non philoſophia, non eloquentia, nõ reliquæ artes & diſciplinæ mundo præclaræ atq; admirabiles, unica hic eſt ars noſſe & colere deum.

ELENCHVS CAPITVM
IN DIVI AVRELII AVGVSTINI DE
CIVITATE DEI LIBRVM XV

1 De duobus ordinibus generationis humanæ in diuersos fines ab initio procurrentis.
2 De filijs carnis & filijs promissionis.
3 De sterilitate Saræ,quam dei gratia fœcundauit.
4 De terrenę ciuitatis uel concertatione uel pace.
5 De primo terrenæ ciuitatis autore fratricida,cuius impietati Romanę urbis conditor germani cæde responderit.
6 De languoribus quos ex pœna peccati etiã ciues ciuitatis dei in huius uitæ peregrinatione patiuntur,& à quibus deo medente sanantur.
7 De causa & pertinacia sceleris Cain,quem à facinore concepto nec dei sermo reuocauit.
8 Quæ ratio fuerit ut Cain inter principia generis humani conderet ciuitatem.
9 De longa uita hominum,quæ fuit ante diluuium,& de ampliore humanorũ corporũ forma.
10 De differentia qua inter Hebræos & nostros codices uidentur annorum numeri dissonare.
11 De annis Mathusalem,cuius ætas quatuordecim annis uidetur diluuium excedere.
12 De opinione eorum qui primorum temporum homines tam longæuos quàm scribitur fuisse non credunt.
13 An in dinumeratione annorum Hebræorum magis quàm Septuaginta interpretũ sit sequẽda autoritas.
14 De parilitate annorum,qui eisdem quibus nunc spatijs & in prioribus seculis cucurrerunt.
15 An credibile sit,primi seculi uiros usq; ad eam ætatem qua filios generasse referuntur,à concubitu continuisse.
16 De iure coniugiorum,quod dissimiliter à subsequẽtibus matronis habuerint prima cõnubia.
17 De duobus ex uno genitore procreatis,patribus,atq; principibus.
18 Quid significatum sit in Abel,& Seth,& Enos,quod appareat ad Christum,& corpus eius, id est Ecclesiam pertinere.
19 De significatione quæ in Enoch translatione monstratur.
20 De eo,quod Cain successio in octo ab Adam generatiões clauditur:& in posteris ab eodem patre Adam Noe decimus inuenitur.
21 Qua ratione commemorato Enoch,qui fuit filius Cain,totius generationis eius,usq; ad diluuium sit continuata narratio:commemorato autem Enos,qui fuit filius Seth,ad conditionis humanæ principium sit reditum.
22 De lapsu filiorum dei alienigenarũ mulierum amore captorum:unde & omnes exceptis octo hominibus,diluuio perire meruerunt.
23 An credendum sit,angelos substantiæ spiritalis,amore speciosarum mulierum captos,earundem inijsse coniugia,ex quibus gigantes sint creati.
24 Quomodo intelligendũ sit,quod eis qui diluuio perdendi erant dominus dixerit: Erunt dies eorum,centum uiginti anni.
25 De ira dei,quæ incommutabilem tranquillitatem nulla inflammatione perturbat.
26 Quod arca quam Noe iussus est facere,in omnibus Christum Ecclesiamq; significet.
27 De arca,atq; diluuio,nec illis esse consentiendum,qui solam historiam recipiunt sine allegorica significatione,nec illis qui solas figuras defendunt,repudiata historica ueritate.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
EPISCOPI AD MARCELLINVM
DE CIVITATE DEI LIBER XV

De duobus ordinibus generationis humanæ in diuersos fines ab initio procurrentis. Caput I

D E felicitate paradisi, uel de ipso paradiso, & de uita ibi primorũ hominum, eorumq; peccato, atq; supplicio, multi multa senserunt, multa dixerunt, multa literis mãdauerunt. Nos quoque secundum scripturas sanctas, uel quod in eis legimus, uel quod ex eis intelligere potuimus, catũ congruentes autoritati, de his rebus in superioribus libris diximus. Enucleatius autem si ista quærantur, multiplices, atq; multimodas patiunt disputationes, quæ pluribus intexẽdæ sunt uoluminibus, quàm hoc opus, tempusq; deposcit. Quod non ita largum habemus, ut in omnibus quæ possunt requirere ociosi & scrupulosi, paratiores ad interrogandum, quàm capaciores ad intelligendum, nos oporteat immorari. Arbitror tamen, satis nos iam fecisse magnis, & difficillimis quæstionibus de initio, uel mundi, uel animæ, uel ipsius generis humani, quod in duo genera distribuimus: unũ eorum qui secũdum hominem, alterum eorum qui secundum deum uiuunt. Quas etiam mystice appellamus ciuitates duas: hoc est, duas societates hominum: quarum est una, quæ prædestinata est in æternum regnare cum deo: altera æternũ supplicium subire cũ diabolo. Sed iste finis est earum, de quo post loquendum est. Nunc autem, quoniam de exortu earum, siue in angelis, quorũ numerus ignoratur à nobis, siue in duobus primis hominibus satis dictũ est, iam mihi uidetur earum aggrediendus excursus, ex quo illi duo generare cœperunt, donec homines generare cessabunt. Hoc enim uniuersum tẽpus, siue seculũ in quo cedunt morientes, succedũtq; nascẽtes, istarum duarum ciuitatum de quibus disputamus, excursus est. Natus est igitur prior Cain ex illis duobus generis humani parentibus, pertinens ad hominum ciuitatẽ: posterior

Abel ad ciuitatem dei. Sicut enim in uno homine quod dixit Apostolus experimur, quia non primum quod spiritale est, sed quod animale, postea spiritale: unde unusquisq; quoniam ex damnata propagine exoritur, primo sit necesse est ex Adã malus atq; carnalis, quod si in Christo renascendo profecerit, postea erit bonus & spiritalis: Sic in uniuerso genere humano cũ primum duæ istæ cœperunt nascendo atq; moriendo procurrere ciuitates, prior est natus ciuis huius seculi: posterior aũt isto peregrinus in seculo, & pertinens ad ciuitatẽ dei, gratia prædestinatus, gratia electus, gratia peregrinus deorsum, gratia ciuis sursum. Nam quantũ ad ipsum attinet, ex eadem massa oritur, quæ originaliter est tota damnata: sed tanquam figulus deus (hanc enim similitudinẽ prudenter introducit Apostolus) ex eadẽ massa fecit aliud uas in honorem, aliud in cõtumeliam. Prius autem factũ est uas in cõtumeliam, post uero alterũ in honorem: quia & in ipso uno sicut iam dixi homine prius est reprobũ, unde necesse est incipiamus, & ubi nõ est necesse ut remaneamus: posterius uero probũ, quò proficientes ueniamus, & quò peruenientes maneamus. proinde non quidem omnis homo malus erit bonus, nemo tamẽ erit bonus qui non erat malus: sed quanto quisque citius mutatur in melius, hoc in se facit nominari quod apprehendit celerius, & posteriore coo perit uocabulũ prius. Scriptũ est itaq; de Cain quod condidit ciuitatem. Abel autem tanquam peregrinus non condidit. Superna est enim sanctorum ciuitas, quamuis hic pariat ciues, in quibus peregrinatur donec regni eius tempus adueniat, cum congregatura est omnes in suis corporibus resurgentes, quãdo eis promissum dabitur regnum, ubi cum suo principe rege seculorum sine ullo temporis fine regnabunt.

De filijs carnis & filijs promissionis. Cap. II

V MBRA sanè quædam ciuitatis huius, & imago prophetica ei significãdæ potius quàm præsentãdæ seruiuit in terris, quo eam tẽpore demon-

ſtrari oportebat, & dicta eſt etiam ipſa ciuitas ſancta merito ſignificãtis imaginis, non expreſ ſæ ſicut futura eſt, ueritatis. De hac imagine ſeruiente, & de illa quam ſignificat libera ciuitate, ſic Apoſtolus ad Galatas loquitur: Dicite mihi inquit, ſub lege uolentes eſſe [a] legem non auditis? Scriptum eſt enim quôd Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera. Sed ille quidẽ qui de ancilla, ſecũdum carnẽ natus eſt, qui autem de libera, per repromiſſionem: [b] quę ſunt in allegoria. Hęc enim ſunt duo teſtamenta, [c] unum quidem à monte Sina in ſeruitutem generans quę eſt Agar. [d] Sina enim eſt mons in Arabia, qui coniunctus eſt huic, quæ nunc eſt Hieruſalem, ſeruit enim cum filijs ſuis. Quæ autẽ ſurſum eſt Hieruſalẽ libera eſt, quæ eſt mater noſtra. Scriptũ eſt enim: Lætare ſteriliſ, quæ non paris erumpe, & clama quæ nõ parturis, quoniam multi filij deſertæ magis ẽ eius quæ habet uirum. Nos autem fratres ſecũdum Iſaac promiſſionis filij ſumus. Sed ſicut tũc, qui ſecundum carnem natus fuerat, [e] perſequebatur eum qui ſecũdum ſpiritum, ita & nũc. Sed quid dicit ſcriptura? Eĳce ancillam & filiũ eius. Non enim hæres erit [f] filius ancillæ, cum filio liberæ. Nos autem fratres non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ: qua libertate Chriſtus nos liberauit. Hęc forma intelligendi de apoſtolica autoritate deſcendens locum nobis aperit, quemadmodum ſcripturas duorum teſtamentorũ ueteris & noui accipere debeamus. Pars enim quædam terrenæ ciuitatis imago cœleſtis ciuitatis effecta eſt, non ſe ſignificando, ſed alterã, & ideo ſeruiens. Necꝫ enim propter ſeipſam ſed propter aliam ſignificandam eſt inſtituta, & præcedente alia ſignificatione, & ipſa præfigurans præfigurata eſt. Nancꝫ Agar ancilla Saræ, eiuſcꝫ filius, imago quædam huius imaginis fuit. Et quoniam tranſituræ erant umbræ luce ueniente, ideo dixit libera Sara, quæ ſignificabat liberam ciuitatem: cui rurſus alio modo ſignificandæ etiam illa umbra ſeruiebat: Eĳce ancillam & filiũ eius, non enim hęres erit filius ancillæ, cum filio meo Iſaac, quod ait Apoſtolus cum filio liberæ. Inuenimus ergo in terrena ciuitate duas formas, unã ſuam præſentiã demõſtrantem, alterã cœleſti ciuitati ſignificandæ ſua præſentia ſeruientem. Parit autem ciues terrenæ ciuitatis peccato uitiata natura, cœleſtis uero ciuitatis ciues parit à peccato naturam liberans gratia: unde illa uocantur uaſa iræ, iſta uaſa miſericordiæ. Significatum eſt hoc etiam in duobus filijs Abrahæ, quòd unus de ancilla quę dicebatur Agar, ſecũdum carnem natus eſt Iſmael: alter autẽ de Sara libera ſecundum promiſſionem natus Iſaac. Vtercꝫ quidem de ſemine Abrahæ, ſed illum genuit demonſtrans conſuetudo naturã, iſtum uero dedit promiſſio ſignificãs gratiam. Ibi humanus uſus oſtẽditur, hic diuinum beneficium commendatur.

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI IN XV librum De ciuitate dei, Diui Aurelij Auguſtini, commentarij.

L Egem non audiſtis.] Ex Græco melius, quàm ut uulgo habemus, legiſtis. & ſic Hieronymus ad Galatas quarto. ἠκούσατε, alij ἀνέγνωτε auditis. b Quæ ſunt in allegoria.] ἀλληγορούμενα, allegorica. Allegoria, inquit Quintilianus lib. ix. quã inuerſionẽ interpretandi, aliud uerbis, aliud ſenſu oſtendit, aut etiã interim cõtrarium. Hieronymus ait, quã hoc loco allegoricã, alio loco Paulum eundẽ ſpiritalẽ intelligentiam nominaſſe. c Vnũ quidem à monte Sina.] ἀφ' ἑνὸς ὄρους σινᾶ. Sic Hieronymus, & Ambroſius. d Sina enim mons eſt in Arabia.] Hũc puto quem Mela Caſſium Arabiæ nominat. Nam eſt & Caſſius Syrius Plinio. Arabicus ille inſignis eſt templo Iouis Caſſij, ſed magis Põpeij Magni tumulo. Sunt qui putent Arabice Sina dici Agar. e Perſequebat eum, ſecundum ſpiritum.] Geñ. xxi. Iuſus ſolum puerorum ponitur, nec perſecutionem inueniri poſſe ſcribit Hieronymus. Nam cum in ædib. Abrahæ conuiuium ablactationis Iſaac celebraretur, colluderentq́ fratres, Iſmael & Iſaac, non tulit ludum illum Sara, ſed indignata precibus contendit à uiro ut nothus domo pelleretur. Sed hoc non putatur factura, niſi Iſmael natu maior iniuria minorem affeciſſet. Hieronymus Hebræos dicit ludere interpretari idola facere, alios per luſum & iocũ primogenituram ſibi uſurpare. quanquam & ludere pro pugnare ponitur in ſacris literis: ut in libro Regnorum ſecundo: ſurgant pueri, & ludant corã nobis. ſiue de uera & odioſa pugna dicat, ſiue de militaribus exercitamentis, & pugna imaginaria. f Filius ancillæ cum filio liberæ.] Vulgo legimus, cum filio meo Iſaac. nam Lxx. cum Hebræis cõuenit μετὰ τοῦ υἱοῦ μᾶ ισαάκ. Sed hic Pauli dictum citauit potius ex Geñ. μετὰ τοῦ υἱοῦ Ρ υἱοῦ ἐμοῦ.

De ſterilitate Saræ, quam dei gratia fœcundauit. Cap. III

SARA quippe ſterilis erat, & deſperatione prolis ſaltẽ de ancilla ſua cõcupiſcẽs habere, quod de ſe ipſa nõ ſe poſſe cernebat, dedit eam fœtandã uiro, de quo parere uoluerat, nec potuerat. Exegit itaq́ etiã ſic debitum de marito [a] utens iure ſuo in utero alieno. Natus eſt ergo Iſmael ſicut naſcũtur hoies permixtiõe ſexus utriuſq́ uſitata lege naturę. Ideo dictũ eſt ſecũdũ carnem

carnem: nõ quod iſta beneficia dei non ſint, aut non illa operetur deus, cuius opifex ſapientia attingit, ſicut ſcriptum eſt, à fine uſq́ ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter: ſed ubi ſignificandum fuerat dei donũ, quod indebitũ hominibus gratis gratia largiretur, ſic oportuit dari filium, quemadmodum naturæ nõ debebatur excurſibus. Negat enim natura iam filios tali cõmixtioni maris & fœminæ, qualis eſſe poterat Abrahæ & Sarę, in illa iam ætate [b] etiam mulieris accedente ſterilitate, quæ nec tunc parere potuit, quando nõ ætas fœcunditati, ſed ætati fœcunditas defuit. Quod ergo naturæ ſic affectæ fructus poſteritatis non debebatur, ſignificat, quod natura generis humani peccato uitiata, ac per hoc iure damnata, nihil uerę felicitatis in poſterum merebatur. Recte igitur ſignificat Iſaac per repromiſſionẽ natus, filios gratiæ, ciues ciuitatis liberæ, ſocios pacis æternę, ubi ſit nõ amor propriæ ac priuatæ quodammodo uoluntatis, ſed communi eodemq́ immutabili bono gaudens [c] atq́ ex multis unum cor faciẽs, id eſt, perfecte facta concors obedientia charitatis.

L. VIVES

a VTens iure ſuo.] Iure coniugij. b Etiam mulieris accedente ſterilitate.] Nam præter quam quod erat anus, etiã ſterilitatis erat natura damnata. Naſcuntur enim homines quidam, ut Ariſtoteles docet, tum uiri, tũ fœminæ natura infœcundi. c Atq́ ex multis unum cor faciens.] Inde concordia, qualis illa deſcribitur Apoſtolorũ Act. iiij. Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una.

Concordia

De terrenæ ciuitatis uel concertatione uel pace. Cap. IIII

ERRENA porrò ciuitas quæ ſempiterna non erit, necꝫ enim cum extremo ſupplicio dãnata fuerit iam ciuitas erit, hic habet bonum ſuũ cuius ſocietate lætatur, qualis eſſe de talibus rebus lætitia poteſt. Et quoniã non eſt tale bonũ, ut nullas anguſtias faciat amatoribus ſuis, ideo ciuitas iſta aduerſus ſeipſam pleruncꝫ diuiditur litigando, bellando atq́ pugnãdo, & aut mortiferas aut certe mortales uictorias requirendo. Nam ex quacũq́ ſui parte aduerſus alteram ſui partẽ bellando ſurrexerit, quęrit eſſe uictrix gentiũ, cũ ſit captiua uitiorũ. Et ſi quidem cũ uicerit, ſuperbius extollitur, etiã ſic mortifera. Si uero conditionẽ cogitans caſuſq́ communes, magis quę accidere poſſunt aduerſis attendit, cõ eis quę prouenerũt ſecũdis rebus inflatur, tantũmodo mortalis eſt iſta uictoria. Necꝫ enim ſemper dominari poterit permanẽdo eis, quos potuerit ſubiugare uincẽdo. Nõ eñ recte dicũtur ea bona nõ eſſe, quæ cõcupiſcit hæc ciuitas, quando eſt & ipſa in ſuo genere humano melior. Cõcupiſcit enim terrenam quandã pro rebus infimis pacẽ: ad eam nãq́ deſiderat peruenire bellãdo. Quoniã ſi uicerit, & qui reſiſtat, non fuerit, pax erit, quam nõ habebant partes inuicẽ aduerſantes, & pro his rebus quas ſimul habere non poterãt infelici egeſtate certantes. Hanc pacẽ requirũt laborioſa bella, hanc adipiſcitur, quę putatur glorioſa uictoria. Quãdo autem uincũt qui cauſa iuſtiore pugnabãt, quis dubitet gratulandã eſſe uictoriã, & prouenire optabilem pacẽ? Hæc bona ſunt, & ſine dubio dei dona ſunt. Sed ſi neglectis melioribus, quæ ad ſupernam pertinent ciuitatẽ, ubi erit uictoria in æterna & ſumma pace ſecura, bona iſta ſic concupiſcũtur, ut uel ſola eſſe credantur, uel his quę meliora creduntur, amplius diligantur, neceſſe eſt miſeria cõſequatur, & quæ inerat augeatur.

De primo terrenæ ciuitatis autore fratricida, cuius impietati Romanę urbis cõditor germani cęde reſpõderit. V

RIMVS itaq́ fuit terrenæ ciuitatis cõditor fratricida, nam ſuum fratrẽ ciuem ciuitatis æternæ in hac terra peregrinantẽ, inuidentia uictus occidit. Vnde mirandũ nõ eſt, quod tãto poſt in ea ciuitate condenda, quæ fuerat huius terrenæ ciuitatis, de qua loquimur, caput futura, & tã multis gẽtibus regnatura, huic primo exẽplo, & ut Græci appellant [d] ἀρχέτυπῳ quædam ſui generis imago reſpõdit. Nam & illic ſicut ipſum facinus quidã Poeta cõmemorauit illorũ: [b] Fraterno primi maduerũt ſanguine muri. Sic enim cõdita eſt Roma, quando occiſum Remum à fratre Romulo Romana teſtatur hiſtoria, niſi quod iſti terrenæ ciuitatis ambo ciues erãt, & ambo gloriã de Romanæ reip. inſtitutione quærebãt. Sed ambo eam tantã, quantam ſi unus eſſet, habere nõ poterant. Qui enim uolebat dominãdo gloriari, minus uticꝫ dominaretur, ſi eius poteſtas uiuo cõſorte minueretur. Vt ergo totã dominationẽ haberet unus, ablatus eſt ſocius, & ſcelere creuit in peius, quod innocẽtia minus eſſet in melius. Hi aũt fratres Cain & Abel nõ habebãt ambo inter ſe ſimilẽ reſũ terrena,

renarum cupiditatem: nec in hoc alter alteri in A
uidit, quod eius dominatus fieret anguſtior qui
alterũ occidit, ſi ambo dominarẽtur. Abel quip
pe non quærebat dominationẽ [c]in ea ciuitate,
quæ cõdebatur à fratre. Sed inuidentia illa dia
bolica, qua inuident bonis mali, nulla alia cauſa
eſt, niſi quia illi boni ſunt, illi mali. Nullo enim
modo fit minor accedente ſeu permanente con
ſorte poſſeſsio bonitatis: imò poſſeſsio bonita
tis tanto fit latior, quanto concordior eam indi
uidua ſociorum poſsidet charitas. Nõ habebit
denicꝙ iſtam poſſeſsionẽ, qui eam noluerit ha
bere communem: & tanto eam reperiet amplio
rem, quanto amplius ibi potuerit amare conſor B
tem. Illud igitur quod inter Remum & Romu
lum exortum eſt, quemadmodum aduerſus ſei
pſam terrena ciuitas diuidatur, oſtẽdit: quod au
tem inter Cain & Abel, inter duas ipſas ciuita
tes, dei & hominum, inimicitias demonſtrauit.
[d]Pugnant ergo inter ſe mali & mali. Item pu
gnant inter ſe boni & mali. Boni uero & boni,
ſi perfecti ſunt, inter ſe pugnare non poſſunt.
Proficientes autem nõdumꝙ perfecti, ita poſ
ſunt, ut bonus quiſꝙ ex ea parte pugnet cõtra
alterum, qua etiam cõtra ſemetipſum. Et in uno
quippe homine caro concupiſcit aduerſus ſpiri C
tum, & ſpiritus aduerſus carnem. Concupiſcen
tia ergo ſpiritalis contra alterius poteſt pugna
re carnalem, uel concupiſcentia carnalis contra
alterius ſpiritalem, ſicut inter ſe pugnãt boni &
mali: uel certe ipſæ concupiſcentiæ carnales in
ter ſe duorum bonorum nondum utique perfe
ctorum, ſicut inter ſe pugnant mali & mali, do
nec eorum qui curantur ad ultimam uictoriam
ſanitas perducatur.

L. VIVES

Archetypum

a Πρωτότυπα.] Eſt primum illud exemplar, ad quod reliqua effingũtur, unde archetypi libri, Iuue. Et iubet archetypos pluteũ ſeruare Cleãthas. b Fraterno primi.] Verſus Luc. i. Pharſalidos. nota eſt hiſtoria. c In ea ciuitate quæ con. à fra.] An iam tum condebat Cainam urbem? an de ciuitate hac terre na intelligẽdum, quam uitia & ſeparatio à deo cõdunt? Hoc puto. d Pugnant ergo int. ſe.] Hoc eſt quod di citur, uitio nec cum uirtute, nec cum uitio conuenire, ſo losꝙ bonos eſſe amicos, malos nec inter ſe, nec cum bo nis amicitiam ſeruare poſſe. D

De languoribus quos ex pœna pecca ti etiam ciues ciuitatis dei in huius uitę peregrinatione patiuntur, & à quibus deo medente ſanantur. Cap. VI

ANGVOR eſt quippe iſte, id eſt il
la inobediẽtia, de qua in libro quar
L todecimo diſſeruimus, primæ ino
bedientię ſuppliciũ: & ideo nõ natu
ra, ſed uitium eſt: propter quod dici
tur proficientibus bonis, & ex fide in hac pere
grinatione uiuẽtibus: [e]Inuicẽ onera ueſtra por
tate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Item ali
bi dicitur, Corripite inquietos, conſolamini pu
ſillanimes, ſuſcipite infirmos, patiẽtes eſtote ad
omẽs. Videte ne quis malũ pro malo alicui red
dat. Itẽ alio loco: Si præoccupatus fuerit homo
in aliquo delicto, uos qui ſpiritales eſtis, inſtrui
te huiuſmodi in [b]ſpiritu manſuetudinis, inten
dens teipſum, ne & tu tenteris. Et alibi, Sol nõ
occidat ſuper iracundiam ueſtram. Et in Euan
gelio: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum
inter te & ipſum ſolum. Item de peccatis in qui
bus multorum cauetur offenſio, ſic Apoſtolus
dicit: Peccantes coram omnibus argue, ut & ce
teri timorem habeant. Propter hoc & de uenia
inuicem danda multa præcipiuntur. Et magna
cura propter tenendam pacem, ſine qua nemo
poterit uidere deum: ubi ille terror eſt, [f]quando
iubetur ſeruus decem milium talentorum red
dere debita, quæ illi fuerant relaxata, quoniam
debitum denariorum centum conſeruo ſuo nõ
relaxauit. Qua ſimilitudine propoſita, domi
nus Ieſus adiecit atꝙ ait, Sic & uobis faciet pa
ter ueſter cœleſtis, ſi non dimiſeritis unuſquiſꝙ
fratri ſuo de cordibus ueſtris. Hoc modo curã
tur ciues ciuitatis dei in hac terrena peregrinan
tes, et paci ſupernę patrię ſuſpirãtes. Spiritus au
tẽ ſanctus opatur intrinſecus, ut ualeat aliquid
medicina, quę adhibetur extrinſecus. Alioquin
etiãſi deus ipſe utẽs creatura ſibi ſubdita in ali
qua ſpecie humana ſenſus alloquatur hũanos,
ſiue iſtos corporis, ſiue illos, quos iſtis ſimilimos
habemus in ſomnis, [d]nec interiore gratia men
tem regat atꝙ agat, nihil prodeſt homini om
nis prædicatio ueritatis. Facit aũt hoc deus à ua
ſis miſericordiæ irę uaſa diſcernẽs, diſpenſatiõe
qua ipſe nouit multum occulta, ſed tamẽ iuſta.
Ipſo quippe adiuuãte mirabilibus & latẽtibus
modis, cũ peccatũ quod habitat in mẽbris no
ſtris, [e]quod potius iam pœna peccati eſt, ſicut
Apoſtolus præcipit, non regnat in noſtro mor
tali corpore ad obediendum deſideriis eius,
nec ei membra noſtra uelut iniquitatis arma ex
hibemus, conuertitur ad mentẽ nõ ſibi ad mala
deo

deo regente cõſentientem: & eam regentẽ tran A
quillius nunc, habebit poſtea ſanitate perfe
cta atꝙ immortalitate percepta homo ſine ullo
peccato in æterna pace regnantem.

L. VIVES

a Inuicem onera ueſtra portate.] Græce ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε. Latinius uertit quã uulgo, alter alterius onera portate. nam hoc de duobus tantum dicitur, ſicut apud Saluſtium: alter alterius auxilio eget, de a
nimo & corpore. b Spiritu manſuetudinis.] Idcir
co manſuete, & non ferociter propter id quod ſequitur, conſiderãs teipſum, ne & tu tenteris. Decet enim repre henſorem meminiſſe ſe quoꝙ peccare poſſe, ne ſi animo intumuerit, quod melior ſit fratre peccante, præſto ſit Nemeſis ultrix & ad peccandũ ipſe inciteſ. c Quan do iubeẽ ſeruus.] Præcipiens dominus remittenda eſſe B inuicem debita, parabolam de ratione quã à ſeruo rex dominus exegit inſeruit, Matth. xviij. d Nec interio re gratia mentem reg.] Sic Eccleſiaſtes vij. Cõſidera o pera dei, quod nemo poſsit corrigere, quem ille deſpe xerit. Hinc uidemus aliis pauciſsima de moribus præ cepta ſufficere, aliis nulla: ſi intrinſecus ad bonum ani mus non impellitur, uerba tenuiſsimam uim habent.
e Quod ſic peccatum eſt, ut ſit etiam pœna pec.] Ex peccato enim illo primo mulctati omnes ſumus, ut cor pus noſtrum ad peſsima quæꝙ procliue ſit, & mentem ſecum impetu ſuo prouoluat, ni illa magna ui reſiſtat fi xa, & altrinſecus corpus ad ſe trahat. adde etiam quod nullum eſt peccatum, quod non torqueat, angatꝙ eum in quo eſt. Prima hæc eſt ultio, inquit Iuuenalis, quod ſe iudice nemo nocẽs abſoluiẽ. ſed locus eſt ſane perob ſcurus. In exemplari Colonienſi ſic legitur, ipſo quip pe adiuuãte mirabilibus & latentibus modis, cum pec C catum quod habitat in mẽbris noſtris, quæ potius iam pœna peccati eſt, ſicut Apoſtolus præcepit, non regnat in noſtro mortali corpore, ab obediendum deſideriis e ius: nec ei mẽbra noſtra uelut iniquitatis arma exhibe mus, conuertitur ad mentem non ſibi à malo deo regen te cõſentientem, etiam regentem &c. Sed hic legendum eſt: ad malum deo regente conſentientem etiam regen tem, ut ſit ſenſus: Si illa peccandi procliuitas, relicta ex noxia primorum patrum in maſſa, unde omnes deſumi mur, non ſibi regnum totius hominis depoſcat, aut oc cupet, nec regnet in noſtro mortali corpore, ſicut Apo ſtolus monet: ſed potius ſe menti ſubdat, quæ morigerã ſe præbens rectori ſuo deo, non conſentiat illi pronitati ad flagitiũ nutanti, ſed ut potius affectus ipſe in malum pronus à mente in uita hac regatur tranquille, & quaſi à medico tractetur, cui præſit deus: tunc morbidus ille affectus uere perfecteꝙ ſanitatem & immortalitatẽ con ſequitur, ſiteꝙ hac ratione homo æternum beatus. pecca tum enim eſt hic nutus ille ad peccandũ nos deprimẽs, D quem fomitem theologi appellant in ſchola.

De cauſa & pertinacia ſceleris Cain quẽ à facinore concepto nec dei ſermo reuocauit. Caput VII

ED hoc ipſum quod ſicut potuimus
expoſuimus, cum deus locutus eſſet
S ad Cain [a]eo modo quo primis ho
minibus per creaturam ſubiectam
uelut eorũ ſocius forma congrua lo
quebatur, quid ei profuit? Nónne conceptũ ſce
lus in necando fratre etiã poſt uerbum diuinæ
admonitiõis impleuit? Nam cũ ſacrificia diſcre
uiſſet amborum, in illius reſpiciens, huius deſpi
ciens, [b]quod non dubitandum eſt potuiſſe co
gnoſci ſigno aliquo atteſtãte uiſibili: et hoc ideo
feciſſet deus, quia mala erãt opera huius, fratris
uero eius bona, contriſtatus eſt Cain ualde &
concidit facies eius. Sic enim ſcriptum eſt, Et di
xit dominus ad Cain: Quare triſtis factus es, et
quare concidit facies tua? [c]Nónne ſi recte offe
ras, recte autem non diuidas, [d]peccaſti? quieſce,
[e]ad te enim conuerſio eius, & tu dominaberis il
lius. In hac admonitiõe quam deus protulit ad
Cain, illud quidem quod dictum eſt, Nónne ſi
recte offeras, recte autem nõ diuidas, peccaſti,
quia non elucet cur uel unde ſit dictum, multos
ſẽnſus peperit eius obſcuritas, cum diuinarũ ſcri
pturarum quiſꝙ tractator ſecũdum fidei regu
lam id conatur exponere. Recte quippe offer
tur ſacrificium cũ offertur deo uero, cui uni tan
tummodo ſacrificandum eſt. Non autem recte
diuiditur, dum non diſcernuntur recte uel loca,
uel tempora, uel reſ ipſæ quæ offerũtur, uel qui
offert, uel cui offertur, uel hi quibus ad ueſcen
dum diſtribuitur quod oblatum eſt: ut diuiſio
nem intelligamus hic diſcretionem, ſiue cũ of
fertur, ubi non oportet, aut quod non ibi, ſed a
libi oportet: ſiue cum offertur quando nõ opor
tet, aut quod nõ tunc, ſed aliàs oportet: ſiue cum
id offertur quod nuſquam & nũquam penitus
debuit: ſiue cum electiora ſibi eiuſdẽ generis re
rum tenet homo, eꝙ ſunt ea quæ offert deo: ſiue
cũ eius rei quæ oblata eſt, ſit particeps propha
nus, aut quilibet quem fas non eſt fieri. In quo
autem horum deo diſplicuerit Cain, facile non
poteſt inueniri. Sed quoniam Ioannes Apoſto
lus cum de his fratribus loqueretur: Non ſicut
Cain, inquit, qui ex maligno erat, & occidit fra
trem ſuum. Et cuius rei gratia occidit eum? quia
opera illius maligna fuerunt, fratris autem eius
iuſta: datur intelligi propterea deum non reſpe
xiſſe in munera eius: quia hoc ipſo male diuide
bat, [f]dans deo aliquid ſuum, ſibi autem ſeip
ſum. Quod omnes faciunt qui non dei, ſed ſu
am ſectantes uoluntatẽ, id eſt non recto, ſed per
uerſo corde uiuentes offerunt deo munus, quo
putant eum redimi, ut eorum nõ opituletur ſa
nandis prauis cupiditatibus, ſed explendis. Et
hoc eſt proprium terrenæ ciuitatis, deum uel
deos colere, quibus adiuuãtibus regnet in uicto

riis

rijs & pace terrena, non charitate cõsulendi, sed dominãdi cupiditate. Boni quippe ad hoc utuntur mundo, ut fruantur deo: mali autem cõtra, ut fruantur mundo uti uolunt deo, [g]qui tamen eũ uel esse, uel res humanas curare iam credũt. Sunt enim multo deteriores, qui nec hoc quidẽ credunt. Cognito itaq; Cain quod super eius germani sacrificium, non super suum respexerat deus, uticq; fratrem bonum mutatus imitari, non elatus debuit æmulari. Sed quia contristatus est & concidit uultus eius, hoc peccatum maxime arguit deus, tristitiam de alterius bonitate, & hoc fratris. Hoc quippe arguendo interrogauit dicens: Quare cõtristatus es, & quare concidit facies tua? Quia enim fratri inuidebat, deus uidebat, & hoc arguebat. Nam hominibus, quibus absconditum est cor alterius, esse posset ambiguum, & prorsus incertum, utrum illa tristitia malignitatem suam, in quase deo displicuisse didicerat, an fratris doluerit bonitatem, quę deo placuit, cum in sacrificium eius aspexit. Sed rationem deus reddens cur eius oblationẽ accipere noluerit, ut sibi ipse potius merito, cũq; ei immerito frater displiceret, cum esset iniustus non recte diuidendo, hoc est non recte uiuendo, & indignus cuius approbaretur oblatio, cũq; esset iniustior, quod fratrem iustum gratis odisset, ostendit. Non tamen eum dimittens sine mãdato sancto, iusto & bono. Quiesce, inquit, ad te enim conuersio eius, & tu dominaberis illius. Nunquid fratris? Absit. Cuius igitur, nisi peccati? Dixerat enim, Peccasti: tum deinde addidit, Quiesce: ad te enim cõuersio eius, & tu dominaberis illius. Potest quidem ita intelligi ad ipsum hominem conuersionem esse debere peccati, ut nulli alij quàm sibi sciat tribuere debere, quod peccat. Hæc est enim salubris pœnitẽtiæ medicina & ueniæ petitio nõ incongrua, ut ubi ait, ad te enim conuersio eius, non subaudiatur erit, sed sit, præcipientis uidelicet, non prædicentis modo. Tunc enim dominabitur quisq; peccato, si id sibi non defendendo præposuerit, sed pœnitẽdo subiecerit. Alioquin & illi seruiet dominanti, si patrocinium adhibuerit accidenti. Sed ut peccatum intelligatur concupiscentia ipsa carnalis, de qua dicit Apostolus, Caro concupiscit aduersus spiritum: in cuius carnis fructibus & inuidiam cõmemorat, qua uticq; Cain stimulabatur, & accendebatur in fratris exitium: bene subauditur erit. id est, ad te enim conuersio eius erit, & tu dominaberis illius. Cum enim commota fuerit pars ipsa carnalis, quam peccatum appellat Apostolus ubi dicit: Nõ ego operor illud, sed quod habitat in me peccatũ: quam partem animi etiam philosophi dicunt esse uitiosam, non quæ mentem debeat trahere, sed cui mens debeat imperare, eamq; ab illicitis operibus ratione cohibere: cum ergo commota fuerit ad aliquid perperam committendum, si acquiescatur & obtemperetur dicenti Apostolo: Ne exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato: ad mentem domita & uicta conuertitur, ut subditæ ratio dominetur. hoc præcepit deus huic, qui facibus inuidiæ inflammabatur in fratrem, & quem debuerat imitari, cupiebat auferre, Quiesce, inquit, id est manus à scelere contine. Non regnet peccatum in tuo mortali corpore ad obediendum desiderijs eius, nec exhibeas membra tua iniquitatis arma peccato. Ad te enim conuersio eius, dum non adiuuatur relaxando, sed quiescendo frenatur. Et tu dominaberis illius. Vt cum forinsecus non permittitur operari, sub potestate mentis regentis & beneuolentis, assuescat etiam intrinsecus non moueri. Dictum est tale aliquid in eodem diuino libro & de muliere, quando post peccatum deo interrogante atque iudicante damnationis sententias acceperunt, in serpẽte diabolus, & in seipsis illa & maritus. Cũ enim dixisset ei: Multiplicãs multiplicabo tristitias tuas & gemitum tuum, & in tristitijs paries filios: deinde addidit Et ad uirum tuum conuersio tua, & ipse dominabitur tui. Quod dictum est ad Cain de peccato uel de uitiosa carnis cõcupiscentia, hoc isto in loco de peccatrice fœmina: ubi intelligẽdum, est uirum ad regẽdam uxorem, animo carnem regenti similem esse oportere. Propter quod dicit Apostolus: Qui diligit uxorẽ suam, seipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suã odio habuit. Sanãda sunt enim hæc, sicut nostra: nõ sicut aliena damnanda. Sed illud dei præceptũ, Cain sicut præuaricator accepit. Inualescente quippe inuidentiæ uitio, fratrem insidiatus occidit. Talis erat terrenæ conditor ciuitatis. Quomodo autẽ significauerit etiam Cain Iudæos, à quibus Christus occisus est pastor ouium hominum, quem pastor ouium pecorum præfigurabat Abel: quia in allegoria prophetica res est parco nunc dicere, & quædam hinc aduersus Faustum Manichæum dixisse me recolo.

L. VIVES

[a] EO modo quo primis hominib.] Quærit viij. super Geñ. ad literã, quomodo Adæ loquutus sit deus, spiritaliter, an corporaliter. Et respõdet sic esse deum loquutũ homini in paradiso, sicut etiã postea locutus est patribus, sicut Abrahæ, sicut Mosi, id est in aliqua specie corporali. Hinc est enim, quod audierunt eius uocem ambulantis in paradiso. b Quod nõ dubitandum est potuisse cognosci.] Hieron. in Geñ. Vnde scire poterat Cain, quod fratris eius munera suscepisset deus, & sua repudiasset, nisi illa interpretatio uera esset, qua Theodotio posuit: Et inflammauit dominus super Abel & super sacrificiũ eius. Super Cain uero, & super sacrificium eius non inflammauit. Ignem autem ad sacrificium deuorandum solitum uenire de cœlo, & in dedicatione templi sub Solomone legimus, & quando Helias in mõte Carmelo construxit altare. Hiero. hæc.

c Nónne si recte offeras.] Sic lxx. Nos uero uulgo legimus: Nónne si bene egeris, recipies: sin autẽ male, statim in foribus peccatum aderit? Hieron. Et dixit dominus ad Cain: Quare irascere, & quare concidit uultus tuus? nónne si recte offeras, nõ recte autem diuidas, peccasti? quiesce, ad te conuersio eius, & tu dominaberis eius. Necessitate cõpellimur in singulis diutius immorari. Siquidem & nũc multo alius in Hebræo, cũq; in lxx. translatoribus sensus est. Ait enim dominus ad Cain: Quare irasceris, & quare concidit uultus tuus? nónne si bene egeris, dimittetur tibi? & si nõ bene egeris, ante fores peccatũ tuum sedebit, & tali ianitore comitaberis? Verum quia liberi arbitrij es, moneo, ut non tibi peccatum, sed tu peccato domineris. Hæc Hiero. d Peccasti? quiesce.] Ne rapiaris impetu animi. Monet nõ desperandum à peccato, nec omnem de uenia fiduciã abijciẽdam. Est quidẽ peccati origo in homine socia indiuidua: sed quoniam liberi est homo arbitratus, potest illi, uel seruire, uel imperare. e Ad te enim cõuersio eius.] Græce ἡ ἀποστροφὴ αὐτ. ubi antea simile uerbum erat apud lxx. πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου: & ad uirũ tuũ conuersio tua. Aquila societatẽ posuit. Symmachus appetitũ, uel impetũ. Vulgo habemus: Sub uiri potestate eris: ita hic conuersio est uel societas, ut sit peccatum socium, uel appetitus peccati sit in homine, uel impetus, hoc est, in eius manu: quod declarat etiam id, quod addidimus: In potestate. & hoc est proximũ uero, intelligi per illa uerba, peccatum semper in manu & potestate hominis futurũ, quemadmodum uxorẽ uiri. f Dans deo aliquid suum, sibi autem.] Non munera recipit deus, sed animũ dantis. [illegible] [illegible]

g Qui tamen eum uel esse.] Nam nõ omnes mali hoc credunt, sed qui credunt mali, captare se deum muneribus putant, ut ea ipsa, aurum uticq;, aut argentum copiosius rependat, sicut Herculi decima bonorum est oblata à Sylla & Crasso, quò fierent locupletiores.

Quæ ratio fuerit, ut Cain inter principia generis humani conderet ciuitatẽ. Caput VIII

NVNC autẽ defendenda uidetur mihi historia, ne sit scriptura incredibilis, quæ dicit, ædificatam ab uno homine ciuitatem, eo tempore, quo nõ plusq; uiri quatuor, uel potius tres, posteaquã fratrem frater occidit, fuisse uidẽtur in terra: id est, primus homo pater omnium, & ipse Cain & eius filius Enoch: ex cuius nomine ipsa ciuitas nũcupata est. Sed hoc quos mouet, patrũ considerant [c]non omnes homines, qui tũc esse potuerunt, scriptorem sacræ huius historiæ necesse habuisse nominare: sed eos solos quos operis suscepti ratio postulabat. Propositũ quippe scriptoris illius fuit, per quẽ spiritus sanctus id agebat, per successiones certarum generationum ex uno homine propagatarum peruenire ad Abrahã: ac deinde ex eius semine ad populum dei: in quo distincto à cæteris gẽtibus præfigurarentur & prænũciarentur omnia, quæ de ciuitate cuius æternũ erit regnũ, & de rege eius, eodẽq; cõditore Christo in spiritu prænuidebãtur esse uentura: ita ut nec de altera societate hominũ taceretur, quam terrenam dicimus ciuitatem, quantũ ei cõmemorandæ satis esset, ut ciuitas dei etiã suæ aduersariæ comparatione clarescat. Cum igitur scriptura diuina ubi & numerum annorum, quos illi homines uixerunt commemorat, ita concludat, ut dicat de illo de quo loquebatur, & genuit filios & filias, & fuerunt omnes dies illius uel illius quos uixit anni tot, & mortuus est: nunquid quia eosdem filios & filias non nominat, ideo intelligere nõ debemus per tam multos annos, quibus tunc in seculi huius prima ętate uiuebãt, nasci potuisse plurimos homines, quorum cœtibus cõdi possent etiam plurimæ ciuitates? Sed pertinuit ad deum, quo ista inspirante conscripta sunt, has duas societates suis diuersis generatiõibus primitus digerere atq; distinguere: ut seorsum hominũ, hoc est secundum hominem uiuentiũ, seorsum autem filiorũ dei, id est hominũ secundũ deum uiuentium generationes cõtexerentur usq; ad diluuium, ubi ambarũ societatum discretio cõcretioq; narrãtur: discretio quidem quòd ambarũ separatim generationes cõmemorantur unius fratricidæ Cain: alterius aũt qui uocabatur Seth. Natus quippe fuerat & ipse de Adã, [b]pro illo quẽ frater occidit. Cõcretio autẽ, quia bonis in deterius declinãtibus tales uniuersi facti fuerant, ut diluuio delerẽtur, excepto uno iusto cui nomen erat Noe, & eius cõiuge & tribus filijs totidẽq; nuribus, qui homines octo ex illa omniũ uastatione mortalium per arcam euadere meruerũt. Quod igitur scriptum est, Et cognouit Cain uxorem suam, & concipiens peperit Enoch, [c]& erat ædificãs ciuitatẽ in nomine filij sui Enoch: non est quidem cõsequens [d]ut istum primum

filium genuisse credatur. Neq; enim hoc ex eo putandum est, quia dictus est cognouisse uxorem suam, quasi tunc se illi primitus cõcumbendo miscuisset. Nam & de ipso patre omniũ Adam non tunc solum hoc dictum est, quando conceptus est Cain, quem primogenitum uidetur habuisse, uerũetiã posterius eadẽ scriptura, Cognouit, inquit, Adam uxorẽ suã, & cõcepit & peperit filiũ, & nominauit nomẽ illius Seth. Vnde intelligitur ita solere illã scripturã loqui, quamuis non semper, cum in ea legitur, factos hominum fuisse conceptus, non tamen solum cum primum sibi sexus uterq; miscetur. Nec illud necessario argumento ut primogenitum patri existimemus Enoch, quod eius nomine illa ciuitas nũcupata est. Non enim ab re est, ut propter aliquam causam cum & alios haberet, diligeret eum pater cæteris amplius.[e] Neq; enim & Iudas primogenitus fuit, à quo & Iudæa cognominata est, & Iudæi. Sed etiã si conditori ciuitatis illius iste filius primus est natus, non ideo putandum est tunc à patre cõditæ ciuitati nomen eius impositum, quando natus est, quia nec constitui tunc ab uno poterat ciuitas, quæ nihil est aliud quàm hominũ multitudo aliquo societatis uinculo colligata: sed cum illius hominis familia tanta numerositate cresceret, ut haberet iam populi quantitatem, tunc potuit utiq; fieri, ut & constitueret, & nomen primogeniti sui constitutæ imponeret ciuitati. Tam longa quippe uita illorum hominũ fuit, ut illic memoratorum, quorum & anni taciti non sunt, qui minimum uixit ante diluuium,[f] ad septingentos quinquaginta tres perueniret. Nam plures nongentos annos etiam transierunt, quamuis nemo ad mille peruenerit.[g] Quis itaq; dubitauerit per unius hominis ætatem tantum multiplicari potuisse genus humanum, ut esset unde constitueretur, nõ una sed plurimæ ciuitates? Quod ex hoc conijci facillime potest, quia ex uno Abraham non multo amplius quadringentis annis numerositas Hebrææ gentis tanta procreata est, ut in exitu eiusdem populi ex Aegypto sexcẽta milia hominum fuisse referantur bellicæ iuuentutis, ut omittamus gentem Idumæorum non pertinentem ad populum Israel, quam genuit frater eius Esau nepos Abrahæ, & alias gentes natas ex semine ipsius Abrahæ,[h] non per Saram coniugem procreatas.

L. VIVES

a Non omnes homines, qui tunc esse potuerunt.] Noe filium fuisse Ionicum rationis syderum cœlorumq; peritissimum ferunt, cuius Moses non meminit. *Ionicus* b Pro illo quẽ frater occidit.] Ideo dictus est Seth. q. θέσις, ut Hieronymus, inquit, hoc est positio; quia positus est pro Abel. c Et erat ædificans ciuitatem.] Inter prophanos scriptores quis urbem primus posuerit, non conuenit. *Vrbs prima* alij Cecropẽ uolunt, ut Plinius, qui eam extruxit, quæ postea ἀκρόπολις, id est arx dicta est Atheniensibus, prius erat Cecropia. Strabo Argos primus à Phoroneo dicit cõditos, quod Homerus Pelasgicõ nominat. Aegyptij omnium antiquitatum gloriã ementitis annalibus ad se trahũt, & Diospolim, quæ sunt Thebæ, tempore omnes antecedere asseuerant. Verũ Enochia hæc, ut Iosephus uocat, omnium est uetustissima, *Enochia urbs* quam Cain, cum exagitaretur furijs cæsi fratris, nec ullus sibi locus tutus satis uideretur, cõdidit, murisq; cinxit, & terminos agro posuit: per quam ciuitatem mundum, & diaboli ciuitatem significari testatur Hieronymus ad Marcellam. d Vt istum primum filium genuisse credatur.] Iosephus, si modo bene est à Ruffino uersus, seniorem filium Cain dicit Enoch, sed is, quod primum legentibus uideri in sacris literis posset, est secutus. e Neque enim & Iudas primogenitus.] Fuit enim quartus Iacob filius ex Lya. *Iudea* Iudæa olim à filio Cam Cananæo Cananæa dicebatur, sicut Iosephus tradit: deinde à Iuda Iacob filio Iudæa. Idem Iustinus lib. xxxvi. qui solum decem filios Israel ponit: sed sic errat, ut cum narrat ipsum Israelem populum totum de nomine filij Iudæ, qui post diuisionem, sed ante patrẽ de uita discesserat, Iudæos uocasse. Lactan. lib. iiij. Hebræos tradit egressos iam Aegyptum in quadam Syriæ solitudine, cũ consedissent cœptos appellari Iudæos, quòd dux eiusce examinis erat Iudas, & terrã quã incoluere Iudæa. Verum credo cognominationẽ inde ortam: unde & tribus Iudæ regnum meruit, q ea prima post Mosen, cæteris cunctantibus inter undas Erythrij maris est ingressa, quod putãt Hebræi intelligi cum Gen. xlix. dicit Iacob Iudæ: Ex captiuitate fili mi ascendisti. Nam sic legunt ipsi. f Ad septingentos quinquaginta tres.] De Lamech puta patre Noe, quem Hebraica scriptura refert uixisse annos quingentos septuaginta septem, lxx. dicũt ἑπτακόσια πεντήκοντα τρία, id est annos septingentos quinquaginta tres. g Quis itaq; dubitauerit per unius hominis ætatem.] Fuit memoria patrũ uicus penè centum domorum in Hispania, cuius omnes incolæ erant à sene quodam, qui adhuc uiuebat, progeniti, ita ut propinquitatis nomen iam deesset, quo à minimis natu uocaretur. Lingua enim nostra supra abauũ non ascẽdit. h Nõ per Saram.] Ismahelitæ ex filio Agar Ismaele.

De longa uita hominũ, quæ fuit ante diluuium, & de ampliore humanorũ corporum forma. Cap. IX

QVAMOBREM, nullus prudens rerum existimator, dubitauerit, Cain non solum aliquam, uerumetiã magnam potuisse condere ciuitatem, quãdo in tam longum tempus protendebatur uita mortaliũ: nisi forte infidelium quispiã ex ipsa numerositate annorũ nobis ingerat quæstionẽ, qua uixisse tunc homines, scriptũ est in autoribus nostris: et hoc neget esse cre-

dendum. Ita quippe non credunt etiam magnitudines corporum longe ampliores tunc fuisse, quàm nũc sunt.[a] Vnde & nobilissimus eorum poeta Vergilius, de ingẽti lapide, quem in agrorum limite infixum, uir fortissimus illorum temporum pugnans, & rapuit, & cucurrit, & intorsit, & immisit:

Vix illud, inquit, lecti bis sex ceruice subirent:
Qualia nũc hominum producit corpora tellus.

[b]Significans, maiora tũc corpora producere solere tellurem. Quanto magis igitur temporibus recentioribus mũdi, ante illud nobile diffamatumq; diluuium. Sed de corporũ magnitudine plerunq; incredulos nudata per uetustatẽ, siue per uim fluminũ, uariosq; casus sepulchra conuincunt: ubi apparuerunt, uel unde ceciderũt incredibilis magnitudinis ossa mortuorũ. Vidi ipse non solus, sed aliquot mecum in Vticensi litore[c] molarem hominis dentem tam ingẽtem, ut si in nostrorum dentium modulos minutatim cõcideretur, centum nobis uideretur facere potuisse. Sed illum gigantis alicuius fuisse crediderim. Nam præter quod erant omniũ multo maiora, quàm nostra tũc corpora, gigantes longe cæteris anteibant. Sicut alijs deinde nostrisq; temporibus rari quidem, sed nunquã fermè defuerunt, qui modum aliorũ plurimũ excederẽt. [d]Plinius Secundus doctissimus homo, quanto magis magisq; præterit seculi excursus, minora corpora naturam ferre testatur. Quod etiam Homerum cõmemorat sæpe carmine fuisse cõquestum: non hæc uelut poetica figmenta deridens, sed in historicam fidem tanquã miraculorum naturalium scriptor assumens. Verum ut dixi, antiquorum magnitudines corporum inuenta plerũq; ossa, quoniã diuturna sunt, etiam multo posterioribus seculis prodũt. Annorum autem numerositas cuiusq; hominis, quæ temporibus illis fuit, nullis nunc talibus documẽtis uenire in experimentũ potest. Nec tamen ideo fides sacræ huic historiæ deroganda est, cuius tanto impudentius narrata nõ credimus, quanto impleri certius prænunciata cõspicimus.[e] Dicit tamen etiam Plinius, esse adhuc gentem, ubi ducẽtos annos uiuitur. Si ergo humanarum uitarum diuturnitates, quas experti nõ sumus, hodie habere creduntur incognita nobis loca, cur nõ habuisse credantur & tempora? An uero est credibile alicubi esse, quod hic non est: & incredibile est aliquando fuisse, quod nunc nõ est?

L. VIVES

a Vnde & nobiliss. eorũ poeta.] Verg. xij. Aeneid. de Turno, quod ex Homero Iliad. vi. sumpsit, qui in pugna Diomedis & Aeneæ, Diomedem canit saxum quod iacebat in agro ingens & põderosius uiribus quatuordecim iuuenum οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν, quales inquit, nunc sunt homines, raptum intorsisse in Aeneã: quo ictu hic prostratus tectus est à Venere matre, diffusa caligine nigra. Iuuena. Saty. xv. utrũq; & Vergilianũ & Homericum dictum attigit:

Saxa inclinatis per humum quæsita lacertis
Incipiunt torquere domestica seditione
Tela, nec hunc lapidem quali se Turnus & Aiax,
Et quo Tydides percussit pondere coxam
Aeneæ, sed quem ualeant emittere dextræ
Illis dissimiles, & nostro tempore natæ.
Nam genus hoc uiuo iam decrescebat Homero.
Terra malos homines nunc educat, atq; pusillos,
Ergo deus quicunq; aspexit ridet, & odit.

b Significans maiora nunc corpora.] Idem Verg. primo Gerog.

Grandiaq; effossis mirabitur ossa sepulchris.

c Molarem hominis dentem.] Festo diui Christofori, cum salutatum iissemus illum ad maximum urbis nostræ templũ, ostensus est nobis dens molaris pugno maior, quem dicebant esse illius. Aderat mecum Hieronymus Burgarinus iuuenis ingenio castiss. & supra modũ sobrio, studijsq; bonarum artium deditissimo: *Hieronymus Burgarinus* ad quod cum suapte natura factus & appositus esset, tum etiam magnũ illi erant calcar patris sapientiss. monita & exẽplum, qui uir natu grandior, & ampla familia magnisq; opibus & negocijs districtus dabat se nihilo minus literis, ut hoc saltẽ quod uiderent liberi imitarent. d Plinius Secundus doctissimus homo.] Huius habemus historiã naturæ. Nihil necesse est ut uel opus laudetur, uel autoris ingenium, diligentia, eruditio: eius lib. vij. hæc sunt uerba, In plenum autem cũcto mortalium generi minorem indies fieri staturam propemodũ obseruatur, rarosq; patribus proceriores, consumẽte ubertatem seminũ exustione, in cuius uices nunc uergat æuũ. In Creta terræ motu rupto monte inuentum est corpus stans xlvi. cubitorum, quod alij Orionis alij Oti fuisse tradunt. Horestis corpus oraculi iussu refossum septem cubitorum fuisse monumentis traditur. Iam uero ante annos propè mille uates ille Homerus non cessauit minora corpora mortalium, quàm prisca conqueri. Hæc Plinius. Cyprianus in eandem sententiam scribit aduersus Demetrianum, & idem dicit Vriel angelus domini Esdræ. Gel. lib. iij. præter hæc modũ esse dicit summum adolescendi humani corporis septẽ pedes, quod esse magis uerum arbitramur, quàm quod Herodotus homo fabulator in primo historiarũ, inuentum esse sub terra scripsit Horestis corpus cubita longitudinis habens septem, quæ faciunt pedes xij. & quadrantem, nisi ut Homerus opinatus est, uastiora prolixioraq; fuerunt corpora hominũ antiquorũ, & nunc quasi mundo senescẽte rerũ atq; hominũ decrementa sunt. Verum Plato, Aristoteles, & cæteri philosophi hos secuti, quiq; immortalem esse mundũ putant, nec senescere, nec minui, nec debilitari existimant. e Dicit tamen etiam idem Plinius.] Eodẽ lib. vij. cap. xlviij. Hellanicus, inquit, quosdam in Aetolia Epiorum gentis cc. explere annos, cui astipulatur Damastes, memorans Pictoreum ex ijs præcipuum corpore uiribusq; etiam ccc. uixisse.

De differentia qua inter Hebræos & nostros codices uidentur annorum numeri dissonare. Cap. X

vo circa & ſi inter Hebræos & no-
Q ſtros codices de ipſo numero anno-
rum nõnulla uidetur eſſe diſtantia,
quod ignoro qua ratiõe ſit factum:
non tamen tanta eſt, ut illos homines tam lon-
gęuos fuiſſe diſſentiant. Nã ipſe homo primus
Adam antęq̃ gigneret filiũ qui appellatus eſt
Seth, ducentos triginta annos uixiſſe reperitur
[a]in codicibus noſtris, in Hebræis autem cẽtum
triginta perhibetur. Sed poſteaquã eũ genuit
ſeptingẽtos uixiſſe legitur in noſtris, octingen-
tos uero in illis. Atq̃ ita in utriſque uniuerſitatis
ſumma concordat. Ac deinde per conſequẽtes
generationes antequàm gignatur, qui gigni cõ- B
memoratur, minus uixiſſe apud Hebræos pa-
ter eius inuenitur centũ annos: ſed poſteaquam
eſt genitus, idem ipſi centum minus q̃ in He-
bræis inueniuntur in noſtris. Atque ita hinc &
inde numeri uniuerſitas conſonat. In ſexta au-
tem generatione nuſquam utriq̃ codices diſcre-
pant. In ſeptima uero ubi ille qui natus eſt E-
noch nõ mortuus, ſed quod deo placuerit trã-
latus eſſe narratur, eadem diſſonãtia eſt, quæ in
ſuperioribus quinq̃ de centum annis antequã
gigneret eum qui ibi cõmemoratus eſt filium:
atq̃ ita in ſumma ſimilis cõſonãtia. Vixit enim C
annos antequã trãsferretur ſecundum utroſq̃
codices cclxv. Octaua generatio habet quidẽ
nonnullam diuerſitatem: ſed minorem, ac diſſi-
milem cæteris. Mathuſalem quippe cũ genuit
Enoch, antequã gigneret eum, qui in ipſo ordi-
ne ſequitur: ſecundum Hebræos non centũ mi-
nus, ſed uiginti amplius uixit annos: Qui rurſus
in noſtris poſteaquã eũ genuit, reperiũtur addi-
ti, & in utriſque ſibi ſumma uniuerſi numeri oc-
currit. In ſola nona generatione, id eſt in annis
Lamech filij Mathuſalẽ, patris autẽ Noe, ſum-
ma uniuerſitatis diſcrepat, ſed non plurimũ. Vi-
ginti enim & quatuor annos plus uixiſſe in He-
bræis, q̃ in noſtris codicibus, inuenitur. Nam
antequã gigneret filiũ qui uocatus eſt Noe, ſex
minus habet in Hebræis, quàm in noſtris: poſt
ea uero quàm eum genuit, triginta amplius in
eiſdẽ, quàm in noſtris. Vnde ſex illis detractis,
reſtant uiginti quatuor: ut dictum eſt.

L. VIVES

[a] IN codicib. noſtris.] Codices noſtros appellat, qui-
bus eccleſia tunc utebatur Latinis, ex interpretatio
ne Septuaginta, antequã Hieronymi interpretatio,
uel ederẽ, uel reciperetur: codices uero Hebræos, qui
ad Hebraicam ſcripturam erant uerſi. Hieronymus in

A Geñ. Vixit autem Adam ducentos & triginta annos, &
genuit filium ad imaginẽm & ſimilitudinem ſuam, & uo
cauit nomen eius Seth. Sciẽdum, quod uſq̃ ad diluuiũ,
ubi in noſtris codicibus ducẽtorum, & quod excurrit,
annorum, genuiſſe quis dicitur, in Hebræo habet centũ
annos, & reliquos qui ſequuntur. Fuerunt autem dies
Adam, poſtquam genuit Seth, ſeptingenti anni: quia in
ducentis errauerat, conſequenter hic poſuit ſeptingen-
tos, cum in Hebræo hic habeaẽ, octingentos. Tantũ Hie
ronymus, qui nihil excipit ex illa ratiõe cõputandi. Au
guſtinus ſextã generationẽ demit, qua Iared genuit E-
noch. ſed hæc generatio ducentos annos non excedit.

De annis Mathuſalẽ, cuius ætas qua-tuordecim annis uidetur diluuiũ exce dere. Caput XI

ER hanc autem diſcrepantiam He
bræorum codicum atq̃ noſtrorũ,
P [a]exoritur illa famoſiſsima quæſtio:
ubi Mathuſalem quatuordecim an
nos uixiſſe poſt diluuiũ computatur, cũ ſcriptu-
ra ex omnibus, qui in terra tũc fuerãt, ſolos octo
homines in arca exitium cõmemoret euaſiſſe di
luuij, in quibus Mathuſalem non fuit. Secundũ
codices enim noſtros, Mathuſalem priuſquam
gigneret illum, quem uocauit Lamech, uixit an-
nos centũ ſexaginta ſeptẽ: deinde ipſe Lamech
antequam ex illo natus eſſet Noe, uixit annos
centum octoginta octo, qui ſimul fiunt trecenti C
quinquaginta quinque. His adduntur ſexcenti
Noe, quoto eius anno diluuium factum eſt: qui
fiunt nongenti quinquaginta quinque, ex quo
Mathuſalem natus eſt, uſque ad annũ diluuij.
Omnes autem anni uitę Mathuſalem nongen
ti ſexagintanouem computantur: quia cum ui-
xiſſet annos centum ſexaginta ſeptẽ, & genuiſ-
ſet filium, qui eſt apellatus Lamech, poſt eũ ge-
nitum uixit annos octingentos duos: qui om-
nes, ut diximus, nongenti ſexaginta nouem fi-
unt. Vnde detractis nongentis quinquaginta
D quinq̃ ab ortu Mathuſalem uſq̃ ad diluuiũ, D
remanẽt quatuordecim, quibus uixiſſe creditur
poſt diluuium. Propter quod eum nõnulli, etſi
non in terra, ubi omnem carnem quam uiuere
in aquis natura non ſinit, cõſtat fuiſſe deletam,
cum patre ſuo qui translatus fuerat aliquantum
fuiſſe, atq̃ ibi donec diluuium præteriret, uixiſ-
ſe arbitrantur, nolentes derogare fidem codici-
bus, quos in autoritatẽ celebriorem ſuſcepit ec-
cleſia: & credentes, Iudæorũ potius q̃ iſtos non
habere quod uerum eſt. Non enim admittũt,
quod magis hic eſſe potuerit error interpretũ,
quàm in ea lingua eſſe falſum, unde in noſtram
per

per Græcam ſcriptura ipſa translata eſt. Sed in- A
quiunt non eſſe credibile Septuaginta interpre
tes, qui uno ſimul tẽpore, unoq̃ ſenſu interpre-
tati ſunt, errare potuiſſe: aut ubi nihil eorum in-
tererat, uoluiſſe mentiri: Iudæos uero, dum no-
bis inuident, quod lex & Prophetæ ad nos in-
terpretando tranſierũt, mutaſſe quædam in co-
dicibus ſuis, ut in noſtris minueretur autoritas.
Hanc opinionem uel ſuſpicionẽ accipiat quiſq̃
ut putauerit, certum eſt tamen, non uixiſſe Ma-
thuſalem poſt diluuium, ſed eodem anno fuiſ-
ſe defunctum, ſi uerum eſt quod de numero an
norum in Hebræis codicibus inuenitur. De il- B
lis autem Septuaginta interpretibus quid mihi
uideatur, ſuo loco diligentius diſſerendum eſt,
cum ad ipſa tempora quãtum neceſſitas huius
operis poſtulat, commemoranda adiuuante do
mino uenerimus. Præſenti enim ſufficit quę-
ſtio ni ſecũdum utroſq̃ codices tam longas habuiſ-
ſe uitas illius ęui homines, ut poſſet ętate unius,
qui de duobus, quos ſolos terra tunc habuit, pa
rẽtibus primus eſt natus, ad cõſtituendã etiam
ciuitatem multiplicari genus humanum.

L. VIVES

[a] EXoritur illa famoſiſs. quæſtio.] Sic etiam Hiero
nymus celebrem hanc per omnes eccleſias fuiſ-
ſe quæſtionẽ ſcribit. Obiter annotabo famoſum
Famoſus non tam eſſe malæ, q̃ multæ famæ, ſicut apud Græcos
τρηλέλυτος Lucanus, famoſa uetuſtas. Hieronymus erra-
tum eſſe à Lxx. in numero, quemadmodum in pleriſq̃
aliſs affirmat, & ex libris Hebræorum ac Samaritano-
rum colligit eodem anno Mathuſalem obiiſſe quo dilu-
uiũ contigit. q̃ merito Auguſtinus deridet eos, qui plus
omnino uolunt haberi fidei interpretationibus, q̃ lin-
guis illis, unde ad cæteras ſacræ ſcripturæ manarent.

De opinione eorum qui primorum temporum homines tam longæuos quàm ſcribitur fuiſſe, non credũt. XII

EQVE enim ullo modo audiendi D
ſunt qui putãt aliter annos illis tem
N poribus cõputatos, id eſt tãtæ breui
tatis, ut unus annus noſter decẽ illos
habuiſſe credatur. Quapropter, in-
quiũt, cũ audierit quiſq̃ uel legerit nongentos
annos quenquam uixiſſe, debet intelligere no-
naginta. Decẽ quippe illi anni, unus eſt noſter,
& decem noſtri, centum illi fuerunt. Ac per hoc
ut putant, uiginti trium annorum fuit Adam
quando genuit Seth, & ipſe Seth uiginti habe-
bat annos & ſex menſes, quando ex illo natus
eſt Enos, quos appellat ſcriptura ducentos, &

A quinque annos. Quoniam ſicut iſti ſuſpicantur
quorum exponimus opinionem, unũ annum
qualem nunc habemus in decem partes illi diui
debãt, & eaſdem partes, annos uocabãt. [a]Qua-
rum partium habet una quadratum ſenarium,
eo quod deus ſex diebus perfecerit opera ſua, ut
in ſeptimo requieſceret. De qua re in libro unde
cimo ſicut potuit diſputaui. Sexies autem ſeni,
qui numerus quadratum ſenarium facit, trigin
taſex dies fiunt: qui multiplicati decies, ad tre-
centos ſexaginta perueniunt, id eſt duodecim
menſes lunares Propter quinq̃ dies enim reli-
quos quibus ſolaris annus impletur, & diei qua
drantem, [b]propter quem quater ductum eo an
no quem biſextum uocant, unus dies adiũcitur,
addebantur à ueteribus poſtea dies, ut occurre
ret numerus annorũ, quos dies Romani inter-
calares uocabant. Proinde etiam Enos, quem
genuit Seth, decem & nouem agebat annos
quãdo ex illo natus eſt filius Cainan, quos an-
nos dicit ſcriptura centum nonaginta, Et dein-
ceps per omnes generationes in quibus homi-
num anni commemorantur ante diluuium, nul
lus ferè in noſtris codicibus inuenitur, qui cum
eſſet centum annorum uel infra, uel etiam cen-
C tum uiginti aut non multo amplius, genuerit fi- C
lium: ſed qui minima ætate genuerũt, annorum
centum ſexaginta, & quod excurrit, fuiſſe refe-
runtur: quia nemo, inquiunt, decem annorũ ho
mo poteſt gignere filios, qui numerus centum
appellabantur anni ab illis hominibus: ſed in
annis ſedecim eſt matura pubertas, & proli iam
idonea procreandæ, quos centum & ſexaginta
annos illa tempora nuncupabant. Vt autem ali
ter annum tunc fuiſſe computatum nõ ſit incre
dibile, adiiciunt quod apud pleroſq̃ ſcriptores
hiſtoriæ reperitur, Aegyptios habuiſſe annum
quatuor menſium, Acarnanas ſex mẽſium, La-
tinos tredecim menſiũ. Plinius Secũdus cum
commemoraſſet relatum fuiſſe in literas quen-
dam uixiſſe centum quinquaginta duos, alium
decem amplius, alios ducẽtorum annorum ha-
buiſſe uitam, alios trecẽtorum, quoſdã ad quin-
gentos, alios ad ſexcentos, nonnullos ad octin-
gentos etiã perueniſſe, hæc omnia propter in-
ſcitiam temporum accidiſſe arbitratus eſt. Alij
quippe, inquit, ætate unũ determinabãt annũ,
& alterum hyeme, alij quadripertitis tempori-
bus, ſicut Arcades, inquit, quorum anni trime-
ſtres fuere. Adiecit etiam aliquãdo Aegyptios,

quorum paruos annos quaternorum mensium A fuisse supra diximus, lunæq; fine eorũ limitasse annum. Itaq; apud eos, inquit, aliqui & singula milia annorũ uixisse produntur. His uelut probabilibus argumentis quidam non destruentes fidem sacræ huius historiæ, sed astruere nitẽtes, ne sit incredibile quod tam multos annos uixisse referuntur antiqui: persuaserunt sibi, nec se suadere imprudenter existimant, tam exiguũ spatium temporis tunc annũ uocatum; ut illi decem, sint unus noster, & decẽ nostri, cẽtum illorũ. Hoc autẽ falsissimũ esse documento euidẽtissimo ostẽditur. Quod ante cp̃ faciam, non mihi tacẽdum uidetur, quæ credibilior possit esse suB spicio. Poteramus certe hanc asseuerationem ex Hebræis codicibus redarguere atq; cõuincere, ubi Adam non ducentorum triginta, sed centũ triginta annorum fuisse reperitur, quãdo tertiũ genuit filium, qui anni si tredecim nostri sunt, proculdubio primũ genuit quando duodecim uel nõ multo amplius annorũ fuit. Quis potest hac ætate generare, usitata ista nobisq; notissima lege naturę? Sed hũc omittamus, qui fortasse etiã quãdo creatus est, potuit. Nõ em̃ eũ tam parũ, cp̃ infantes nostri sunt, factũ fuisse credibile est. Sed filius eius non ducentorũ quinq;, siC cut nos legimus, sed centum quinq; fuit, quãdo genuit Enos: ac per hoc secũdum istos nõdum habebat undecim annos ætatis. Quid dicam de Cainan eius filio, qui cum apud nos centum septuaginta reperiatur annorũ, apud Hebręos septuaginta legitur fuisse quando genuit Malalehel? Quis generat homo septennis, si tũc anni septuaginta nuncupabantur, qui septẽ fuerũt?

L. VIVES

a QVarum partium habet una quadratũ senariũ.] An potius unaquæq;? Porrò quadratus aliquis numerus est, qui ex multiplicatiõe eiusdem per se nascit: ut ter tria, quater quatuor, sexies sex. Annus uero ccclxv. dies habet & sex horas: has sex horas, cum quinq; diebus, auferebant isti computatores, ita partiti ccclx. in decẽ partes, singulis senos & tricenos dies assignabant. b Propter quem quater ductum.] De hoc Suetonius in Cæsare, Cẽsorinus, Macrobius, Beda. Habebat enim olim annus ante Cæsarẽ ccclv. dies. Quũq; uideret anno iusto decem dies & sex horas deesse, negocium datum est pontificibus, ut alternis annis mensem intercalarẽt in fine Februarij altera intercalatione xxij. annorũ: altera quia quarto quoq; anno excurrebãt quater senæ horæ, id est uigintiquatuor xxiij. dierum, qui mẽsis aliud nõ habebat nomẽ, cp̃ intercalaris. Sic Asconius dixisse scribit Ciceronẽ pro Milone mense intercalari. C. Cæsar dictator hãc confusionẽ intercalãdi sustulit, iussitq; annũ esse ccclxv. dierũ. Et quarto quoq; anno ineunte dies unus vi. calend. Martias intercalarẽt, qui bissextus diceretur: quia bis vi. calẽd. Martias eo anno computamus. Vt uero hæc nobis magis ad numerum & tempus congruerent, annũ unũ fecit xv. mensiũ, inter iectis duobus mensibus inter Nouembrem & Decembrem, cum intercalato, qui forte in eum annum incidebat: quo deinde menses ac dies ad cursum solis conuenirent, & rationes ætatis hyemisq;. annum cõfusionis nominarunt. protensus est enim in ccccxliij. dies. Sueton. Macrob. c Plinius Secundus quum commemorasset.] Lib. vij. cap. xlviij.

Numerus quadratus

Intercalatio

An in dinumeratione annorum Hebræorum magis quàm Septuaginta interpretũ sit sequenda autoritas XIII

ED cum hoc dixero, continuo referetur illud Iudæorũ esse mendaciũ: B de quo superius satis actũ est. Nam septuaginta interpretes laudabiliter [a]celebratos uiros potuisse mentiri difficile est. Vbi si quærã, quid sit credibilius, Iudæorũ gentem tã longe lateq; diffusam, in hoc conscribendum mendaciũ uno consilio cõspirare potuisse: & dum alijs inuideant autoritatẽ, sibi abstuliisse ueritatem: an septuaginta homines, qui etiã ipsi Iudæi erant, in uno loco positos, quoniã rex Aegypti Ptolemæus eos ad hoc opus asciuerat, ipsam ueritatem gentibus alienigenis inuidisse, & communicato istud tunc fecisse consilio: quis nõ C uideat quid procliuius faciliusq; credatur? [b]Sed absit ut prudẽs quispiam, uel Iudæos cuiuslibet peruersitatis atq; malitiæ tantum potuisse credat in codicibus tam multis & tam lõge lateq; dispersis: uel septuaginta illos memorabiles uiros hoc de inuidenda gentibus ueritate unum cõmunicasse consiliũ. Credibilius ergo quis dixerit, cum primum de bibliotheca Ptolemæi describi ista cœperũt, tunc aliquid tale fieri potuisse in codice uno, scilicet primitus inde descripto unde iam latius emanaret, ubi potuit quidẽ accidere etiam scriptoris error. Sed hoc in illa quæD stione de uita Mathusalẽ nõ absurdũ est suspicari: & in illo alio ubi superantibus xxiij. annis summa non cõuenit. In his autẽ in quibus cõtinuatur ipsius mẽdositatis similitudo, ita ut ante genitũ filium qui ordini inseritur alibi superstint centum anni, alibi desint: post genitum autẽ ubi deerant, superstint: ubi supererant, desint, ut summa conueniat: & hoc in prima, secunda, tertia, quarta, quinta, septima generatione inuenitur: uidetur habere quandã, si dici potest, error ipse cõstantiam: nec casum redolet, sed industriam. Itaq; illa diuersitas numerorum aliter se habentium

tium in codicibus Gręcis & Latinis, aliter in He- A bręis, ubi non est ista de centum annis prius additis, & postea detractis per tot generatiões cõtinuata parilitas: nec malitiæ Iudæorum, nec diligentiæ uel prudentiæ septuaginta interpretũ, sed scriptoris tribuatur errori, qui de bibliotheca supradicti regis codicẽ describendũ primus accepit. Nam etiam nunc ubi numeri nõ faciũt intentum ad aliquid quod facile possit intelligi, uel quod appareat utiliter disci, & negligẽter describũtur, & negligentius emendantur. Quis enim existimet sibi esse discẽdum, quot milia hominum tribus Israel singillatim habere potue- B runt: quoniam prodesse aliquid non putatur: & quotus quisq; hominũ est, cui profunditas utilitatis huius appareat? Hic uero ubi per tot contextas generationes centũ anni alibi assunt, alibi desunt: & post natum qui cõmemorandus fuerat filium, desunt ubi affuerũt, assunt ubi defuerunt, ut summa cõcordet: nimirum cum uellet persuadere, qui hoc fecit, ideo numerosissimos annos uixisse antiquos quod eos breuissimos nuncupabant: & hoc de maturitate pubertatis, qua idonea filij gignerentur, conaretur ostendere: atq; ideo in illis centum annis decem nostros insinuandos putaret incredulis, ne homines tam diu uixisse recipere in fidem nollent: addidit centũ ubi gignendis filijs habilem non inuenit ætatem: eosdemq; post genitos filios, ut congrueret summa detraxit. Sic quippe uoluit credibiles facere idonearum generãdę proli cõuenientias ætatũ, ut tamen numero nõ fraudaret uniuersas ætates uiuentium singulorum. Quod autẽ in sexta generatiõe id nõ fecit, hoc ipsum est quod magis mouet, illum ideo fecisse cum res quã dicimus postulauit, quia non fecit ubi non postulauit. Inuenit nanq; in eadem generatione apud Hebræos uixisse Iareth, ante quàm genuisset Enoch centum sexaginta duos annos, qui secundum illam rationem breuium annorum fiunt anni sedecim, & aliquid minus quàm menses duo: quæ iam ætas apta est ad gignendum: & ideo addere centum annos breues ut nostri uigintisex fierent, necesse non fuit: nec post natum Enoch eos detrahere, quos nõ addiderat ante natum. Sic factũ est, ut hinc nulla esset inter codices utrosque uarietas. Sed rursus mouet, [c]cur in octaua generatione ante quàm de Mathusalẽ nasceretur Lamech, cum apud Hebræos legantur centum lxxxij. anni: uiginti minus inueniũtur in codicibus nostris, ubi potius centum solent: & post genitum Lamech complendam restituuntur ad summam, quæ in codicibus utrisque non discrepat. Si enim centum septuaginta annos propter pubertatis maturitatem, decem & septem uolebat intelligi: sicut nihil addere, ita nihil detrahere iam debebat: quia inuenerat ætatem idoneam generationi filiorum, propter quam in alijs centum illos annos ubi eam non inueniebat, addebat. Hoc autem de uiginti annis merito putaremus casu mendositatis accidere potuisse, nisi eos sicut prius detraxerat, restituere postea curaret, ut summæ conueniret integritas. An forte astutius factum existimandum est: ut illa, qua centũ anni prius solent adijci, & postea detrahi, occultaretur industria, cum & illic ubi necesse nõ fuerat, non quidem de centum annis, ueruntamen de quantulocunq; numero prius detracto post reddito, tale quid fieret? Sed quomodolibet istud accipiatur, siue credatur ita esse factum, siue nõ credatur: siue postremo ita siue non ita sit: recte fieri nullo modo dubitauerim: ut cum diuersum aliquid in utrisq; codicibus inuenitur, quãdoquidem ad fidem rerũ gestarũ utrunq; esse C non potest uerũ, [d]ei linguę potius credatur, unde est in aliam per interpretes facta translatio. Nam in quibusdam etiam codicibus Græcis tribus, & uno Latino, & uno etiam Syro inter se consentientibus inuentus est Mathusalem sex annis ante diluuium fuisse defunctus.

L. VIVES

a CElebratos uiros po.men.] Alibi sic, Nam septuaginta interpretes laudabiliter celebratos uiros non posse mentiri. ubi si quæratur &c. b Sed absit ut prudens quispiam.] Hoc idem responderi potest his, qui falsatos corruptosque & ab Hebræis codices ueteris instrumenti & à Græcis noui obijciunt, ne uel ritas sacrorum librorũ ex illis fontibus petat. c Cur in octaua generatione.] Hunc locum non satis intelligo. D Nam & in uersione Hieronymi, & in Lxx. conformiter habetur annos Mathusalẽ priusquã gigneret Lamech, fuisse centũ octoginta septem. Nisi aliter Augustinus legerit. d Ei linguæ potius credat unde est in aliam.] Hoc ipsum Hieronymus clamat, hoc ipsa docet ratio. Et nullus est saniore iudicio, qui repugnet: sed frustra contra sensus bonorũ ingeniorũ hoc cẽset. Nam rigidus stupor uelut moles opponit: non quia isti insciisunt earum linguarũ, nam nec Hebraice sciebat Augustinus, & Græce minus cp̃ mediocriter, sed nõ est in his ea modestia animi, quæ in Augustino. Hic undecũq; paratus erat docere, isti nusq; uolũt doceri, ubiq; docere, quod ignorant.

De parilitate annorũ, qui ijsdem quibus nunc spatijs et in prioribus seculis cucurrerunt. Cap. XIIII

VNC iam uideamus quo nam modo euidenter posit ostendi nō tam
N breues, ut illi decē unus esset noster, sed tantæ prolixitatis annos quātæ nunc habemus, quos uticę circumitus cōficit solis, in illorum hominum uita prolixissima cōputatos. Sexcentesimo nempe anno uitę Noe, scriptum est factum esse diluuiū, Cur ergo ibi legitur: Et aqua diluuij facta est super terrā sexcentesimo anno uitæ Noe, secūdi mensis, septima & uicesima mensis, si annus ille minimus quales decem faciunt unū nostrum triginta sex dies habebat? Tantillus quippe annus si antiquo more hoc nomen accepit, aut non habet menses, aut mensis eius est triduum, ut habeat duodecim mēses. Quomodo igitur hic dictum est, sexcentesimo anno, secundi mensis, septima & uicesima mensis, nisi quia tales quales nunc sunt etiam tunc erant menses? Nam quo pacto aliter uicesimo & septimo die secūdi mensis diceretur cœptum esse diluuiū? Deinde post ea in fine diluuij ita legitur: Et sedit arca in mense septimo, septima & uicesima mēsis super mōtes Ararath. Aqua aūt minuebatur usq; ad undecimū mensem. In undecimo autē mense prima mensis apparuerunt capita montium. Si igi C tur tales menses erant, tales profecto & anni erant, quales nunc habemus. Menses quippe illi triduani uiginti & septem dies habere non poterant. Aut si pars tricesima triduī tunc appellabatur dies, ut omnia proportione minuantur: ergo nec toto quatriduo nostro factū est illud tam grāde diluuium, quod memoratur factum quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Quis hanc absurditatem et uanitatē ferat? Proinde remoueatur hic error, qui coniectura falsa ita uult astruere scripturarū nostrarū fidem, ut alibi destruat. Prorsus tantus etiā tunc dies fuit, D quantus & nunc est: quē uiginti & quatuor horæ diurno curriculo nocturnoq; determinant. Tantus mensis, quantus & nūc est: quem luna cœpta & finita concludit. Tantus annus, quantus & nunc est: quem duodecim mēses lunares [a] additis propter cursum solarem quinq; diebus & quadrante cōsummant. Tantus anni sexcentesimi uitæ Noe secundus erat mensis, eiusq; mensis uicesimus & septimus dies, quando cœpit esse diluuium: in quo dies quadraginta continuatæ ingentes pluuiæ memorantur, qui dies non binas ac paulo amplius horas habebant, A sed uicenas & quaternas die noctuq; trāsactas. Ac per hoc tam magnos annos uixerunt illi antiqui usq; amplius quàm nongentos, quantos postea uixit Abrahā centū septuagintaquinq; & post eum filius eius Isaac centum octoginta, & filius eius Iacob propè centum quinquaginta: & quantos interposita aliquanta ætate Moyses centum uiginti, & quantos etiā nunc uiuunt homines septuaginta uel octoginta, uel nō multo amplius, de quibus etiam dictum est: Et amplius eorum labor & dolor. Illa uero numerotum uarietas, quæ inter codices Hebræos inue-
nitur & nostros, neque de hac antiquorum lon B gæuitate dissentit: & si quid habet ita diuersum, ut uerum esse utrunq; non possit, rerum gestarū fides ab ea lingua repetenda est, ex qua interpretatū est quod habemus. Quæ facultas cum uolentibus ubique gentium præsto sit, [b] non tamen uacat, quod septuaginta interpretes in plurimis quæ diuersa dicere uidentur, ex Hebræis codicibus emēdare ausus est nemo. Non enim est illa diuersitas putata mendositas: nec ego ullo modo putandū existimo. Sed ubi non est scriptoris error, aliquid eos diuino spiritu ubi sensus esset consentaneus ueritati & prædi-
cans ueritatem, non interpretantium more, sed prophetantium libertate aliter dicere uoluisse, credendū est. Vnde merito nō solum Hebręis, uerum etiam ipsis, cum adhibet testimonia de scripturis, uti Apostolica inuenitur autoritas. Sed hinc me opportuniore loco si deus adiuuerit promisi diligentius locuturum, nūc quod instat expediam. Non enim ambigendum est ab homine, qui ex primo homine natus est primus, quando tam diu uiuebant, potuisse consti tui ciuitatem sanè terrenam, non illam quę dicitur ciuitas dei: de qua ut scriberemus laborem tanti huius operis in manus sumpsimus.

L. VIVES

a ADditis propter cursum solarē quinq; diebus & quadrante.] Mensis lunaris dupliciter potest cōsiderari: nam uel dum luna discedit, & redit ad idē punctū, id fit diebus septē & uiginti. Vel dū solem percurso signifero circulo consequit, id fit diebus unde triginta horis duodecim & minutis xliij. Solem enim eodē quo reliquerat loco, nō inuenit: quippe & ipse uiæ suæ nonnihil interea confecit, ad quod emetiendū duo dies cū dimidio lunæ danē. At Iudæi uulgo triginta diebus lunarē mēsem claudūt, quem plenū uocāt. b Nō tamen uacat,] Nō est inane, & sine mysterio & causa.

An credibile sit, primi seculi uiros usq; ad ætatē, qua filios generasse referuntur, à concubitu continuisse. Cap. XV

Dicet

ICET ergo aliquis: Itáne credendū A
D est, hominem filios generaturum, nec habentem propositū continentiæ centum & amplius, uel secūdum Hebræos nō multo minus, id est octoginta, septuaginta, sexaginta annos à concūbendi opere uacauisse: aut si nō uacaret, nihil prolis gignere potuisse? Hæc quæstio duobus modis soluitur. Aut enim tanto [a] serior fuit proportione pubertas, quanto uitæ totius maior annositas: aut quod magis uideo esse credibile, non hic primo geniti filij cōmemorati sunt, sed quos successionis ordo poscebat, ut peruenireturad Noe, à quo rursus ad Abrahā uidemus esse peruentū: B ac deinde usq; ad certum articulum temporis, quantum oportebat signari etiam generationibus commemoratis cursum glorioſissimæ ciuitatis in hoc mundo peregrinantis & supernam patriam requirentis. Quod enim negari nō potest, prior omnium Cain ex coniunctione maris & fœminæ natus est. Neque enim illo nato dixisset Adam, quod dixisse legitur, [b] Acquisiui hominē per deum: nisi illis duobus ipse fuisset homo nascendo additus primus. Hūc secutus Abel, quem maior frater occidit, præfiguratione quadam peregrinantis ciuitatis dei, quod es- C set ab impijs & quodammodo terrigenis, id est terrenam originem diligētibus, & terrenæ ciuitatis terrena felicitate gaudentibus, persecutiones iniquas passura, primus ostendit. Sed quot annorum erat Adam cum eos genuit, nō appa-
ret. Exinde digeruntur generationes aliæ de Cain, alię de illo quē genuit Adā in eius succes-
sione quem frater occidit, & appellauit nomen illius Seth, dicens ut scriptū est, Suscitauit enim mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Cum itaq; istæ duæ series generationū, una de Seth, altera de Cain, has duas de quibus agimus distinctis ordinibus insinuēt ciuita D tes: unā cœlestem in terris peregrinantē, alterā terrenā terrenis tanquā sola sint, gaudijs inhærentem uel inhiantē: nullus de progenie Cain cum dinumerata sit cōnumerato Adam usque ad octauā generationē, quot annorum fuisset expressus est, quādo genuit eū, qui cōmemoratur post eum. Noluit enim spiritus dei in terrenæ ciuitatis generationibus tempora notare ante diluuiū, sed in cœlestis maluit, tanquā essent memoria digniores. Porrò autē Seth quando natus est, non quidē taciti sunt anni patris eius, A sed iam genuerat alios: & utrū solos Cain & Abel, affirmare quis audeat? Non enim quia soli nominati sunt propter ordines generationum, quas cōmemorare oportebat, ideo consequens uideri debet solos fuisse tunc generatos ex Adam. Cū enim silentio coopertis omniū nominibus cæterorū, legatur eū genuisse filios & filias, quota fuerit ista proles eius, quis præsumat asserere, si culpā temeritatis euitat? Potuit quippe Adam diuinitus admonitus dicere posteaq; Seth natus est, Suscitauit enim mihi deus semē aliud pro Abel: quādo talis erat futurus, qui impleret illius sanctitatē: non quod ipse prior post B eum temporis ordine nasceretur. Deinde quod scriptum est, Vixit autem Seth quinq; et ducentos annos: uel secundū Hebræos quinq; & centū annos, & genuit Enos: quis posit nisi inconsideratus asseuerare hūc eius primogenitū fuisse, ut admirātes merito requiramus, quomodo per tot annos immunis fuerit à cōnubio sine ullo proposito continentiæ, uel nō genuerit cōiugatus: quandoquidē etiā de ipso legitur: Et genuit filios & filias, & fuerunt omnes dies Seth duodecim & nongenti anni & mortuus est? At que ita deinceps quorū anni cōmemorātur, nec C filios filiasq; genuisse reticētur. Ac per hoc non apparet omnino, utrū qui nominatur genitus, ipse fuerit primogenitus: immo uero quoniam credibile non est patres illos ætate tā longa aut impuberes fuisse, aut coniugibus caruisse uel fœtibus: nec illos eorū filios primos eis natos fuisse credibile est. Sed cū sacræ scriptor historię ad ortū uitāq; Noe, cuius tēpore diluuium factum est per successiones generationū notatis temporibus intenderet peruenire, eas utiq; cōmemorauit, nō quæ primæ suis parētibus fuerint, sed quæ in propagatiōis ordinem uenerint. Exempli gratia, quo id fiat apertius, aliquid interpo-
nam, unde nullus ambigat fieri potuisse quod dico: Euāgelista Matthæus generationē domi-
nicæ carnis per seriē parētum uolens cōmendare memoriæ, ordiens à patre Abrahā atque ad Dauid primitus ut perueniret intendens, Abraham, inquit, genuit Isaac: cur non dixit Ismahel, quem primitus genuit? Isaac autem, inquit, genuit Iacob: cur nō dixit Esau, qui eius primogenitus fuit? Quia scilicet per illos ad Dauid perue-
nire non posset. Deinde sequitur: Iacob autē genuit Iudam & fratres eius: nunquid Iudas primogenitus fuit? Iudas, inquit, genuit Phares

&

& Zaram: nec istorũ geminorũ aliquis fuit primogenitus Iudæ, sed ante illos iam tres genuerat. Eos itaque tenuit in ordine generationum, per quos ad Dauid, atq; inde quò intenderat, perueniret. Ex quo intelligi potest, ueteres quoque homines ante diluuium nõ primogenitos, sed eos fuisse cõmemoratos, per quos succedentium ordo generationum ad Noe patriarcham duceretur, ne ſeræ pubertatis illorum obscura & non necessaria quæstio nos fatiget.

L. VIVES

a Pubertas. SErior fuit proportiõe pubertas.] Pubertas est tẽpus quo generationi sunt homines idonei, quũ pubes uiris barbæ innascitur, fœminis muliebribus. b Acquisiui hominem per deum.] Siue possedi. ἐκτησάμην uerterunt Lxx. & Hieronymus dicit Cain interpretari κτῆσιν, possessionem.

De iure coniugiorum, quod dissimiliter à subsequentibus matronis habuerint prima connubia. Cap. XVI

VM igitur genus humanum, post primam copulam uiri facti ex pulc uere, & coniugis eius ex uiri latere, marium fœminarumq; coniunctione opus haberet, ut gignendo multiplicaretur: nec essent ulli homines, niſi qui ex illis duobus nati fuissent, uiri sorores suas coniuges acceperũt: quod profecto quanto est antiquius, cõpellente necessitate, tanto postea factũ est damnabilius, religione prohibente. a Habita est enim ratio rectissima charitatis, ut homines quibus esset utilis atq; honesta cõcordia, diuersarum necessitudinũ uinculis necterẽtur: nec unus in una multas haberet, sed singulæ spargerentur in singulos: ac sic ad socialem uitã diligẽtius colligãdam, plurimq; plurimos obtinerent. Pater quippe & socer duarũ sunt necessitudinũ nomina. Vt ergo alium quisq; habeat patrem, alium socerum, numerosius se charitas porrigit. Vtrũq; autẽ unus Adam esse cogebatur, & filiis & filiabus suis, quãdo fratres sororesq; connubio iungebantur. Sic & Eua uxor eius utriq; sexui filiorũ, fuit & socrus & mater. Quæ si duę fœminæ fuissent, mater altera, & socrus altera, copiosius se socialis dilectio colligaret. Ipsa denicq; iam soror quod etiam uxor fiebat, duas tenebat una necessitudines: quibus per singulas distributis, ut altera esset soror, altera uxor, hominum numero socialis propinquitas augeretur. Sed hoc unde fieret tunc non erat, quando niſi fratres & sorores ex illis duobus primis nulli homines erant. Fieri ergo debuit, quando potuit, ut existente copia inde ducerentur uxores, quæ non erant iam sorores: & non solum istud ut fieret nulla necessitas esset, uerumetiam si fieret nefas esset. Nam & si nepotes primorũ hominum, qui iam consobrinas poterant accipere coniuges, sororibus matrimonio iungerentur: non iam duæ, sed tres in homine uno necessitudines fierent, quæ propter charitatem numerosiore propinquitate nectẽdam, disseminari per singulos singulæ debuerũt. Esset enim unus homo filijs suis fratri scilicet sororicq; cõiugibus, & B pater & socer & auunculus: ita & uxor eius, eisdem communibus filijs & mater & amita & socrus. Itidemq; inter se filij eorũ, nõ solum essent fratres atq; coniuges, b uerumetiam consobrini: quia & fratrum filij. Omnes autem istæ necessitudines quæ uni homini tres homines cõnectebant, nouẽ cõnecterent, si essent in singulis singulæ: ut unus homo haberet alteram sororem, alteram uxorem, alteram cõsobrinam, alterũ patrem, alterum auunculum, alterum socerum, alteram matrem, alteram amitam, alteram socrũ: atq; ita se non in paucitate coartatum, sed latius C atq; numerosius propinquitatibus crebris uinculum sociale diffunderet. Quod humano genere crescente & multiplicato, etiã inter impios deorum multorum falsorumq; cultores sic obseruari cernimus: c ut etiam si peruersis legibus permittantur fraterna coniugia, melior tamen consuetudo ipsam malit exhorrere licẽtiam: & cum sorores accipere in matrimonium primis humani generis temporibus omnino licuerit, sic auersetur, quasi nunquam licere potuerit. Ad humanum enim sensum uel alliciendum, uel offendendum, mos ualet plurimum. Qui cum in hac causa immoderationem concupiscentiæ coD erceat, eum designari atq; corrumpi merito esse nefarium iudicatur. Si enim iniquum est auiditate possidendi trãsgredi limitem agrorũ, quanto est iniquius libidine cõcumbendi subuertere limitem morum? Experti autem sumus in cõnubijs consobrinarum etiam nostris temporibus propter gradum propinquitatis fraterno gradui proximum, cũ raro per mores fiebat, quod fieri per leges licebat: quia id nec diuina prohibuit, d & nondum prohibuerat lex humana. Ve runtamen factum etiam licitum, propter uiciconſo

consobrina, pehè cũ sorore fieri uidebatur: quia A & ipsi inter se propter tam propinquam cõsanguinitatem fratres uocantur, & penè germani sunt. Fuit autem antiquis patribus religiosæ curæ, ne ipsa propinquitas se paulatim propaginum ordinibus dirimens longius abiret, & propinquitas esse desisteret, eam nõdum longe posità rursus matrimonij uinculo colligare, & quodammodo reuocare fugientem. Vnde iam plerio hominibus orbe terrarum: non quidem sorores ex patre uel matre, uel ex ambobus suis parentibus natas, sed tamen amabant de suo genere ducere uxores. Veruntamen quis dubitet B honestius hoc tempore etiam consobrinarum prohibita esse coniugia: non solum secundũ ea quæ disputauimus propter multiplicandas affinitates, ne habeat duas necessitudines una persona, cum duæ possint eas habere, & numerus propinquitatis augeri: sed etiã quia nescio quomodo ineſt humanæ uerecundiæ quiddam naturale atq; laudabile, ut cui debet causa propinquitatis uerecundum honorem, ab ea cõtineat, quamuis generatricem, tamẽ libidinem, de qua erubescere uidemus & ipsam pudicitiam coniugalẽ. Copulatio igitur maris & fœminæ, quantum attinet ad genus mortalium, quoddam seminarium est ciuitatis: sed terrena ciuitas generatione tantummodo, cœlestis autem etiam re- C generatione opus habet, ut noxam generationis euadat. Verum autem aliquod fuerit, uel si fuit, quale fuerit corporale atq; uisibile regenerationis signum ante diluuium, sicut Abrahæ circũcisio postea est imperata, sacra historia tacet. Sacrificasse tamẽ deo, etiam illos antiquissimos homines non tacet, quod & in duobus primis fratribus claruit: & Noe post diluuium cum de arca fuisset egressus, hostias deo legitur immolasse. De qua re in præcedentibus libris iam diximus: non ob aliud dæmones arrogantes sibi D diuinitatem deosq; se credi cupientes sibi expetere sacrificium, & gaudere huiusmodi honoribus, niſi quia uerum sacrificium uero deo deberi sciunt.

L. VIVES

a Habita est enim ratio rectissima charitatis.] Vt necessitudinis uinculum in multos diffusis coniugijs, & non intra eosdem parietes manẽtibus plures connecteret, & se inuicem sanguine iuncti diligerent, Sic serpere extendiq; charitatem generis humani docet Cicero quinto De finibus. b Verum etiã con- Patrueles Amitini sobrini.] Filij duorum uirorum fratrũ patrueles sunt: filij duorum fratrum uiri & fœminæ amitini, duarũ sorum cõsobrini. Marcellus lib. Do proprietate sermonis. c Vt etiamsi peruersis legibus permittatur fraterna cõiugia.] Vt olim apud deos. Saturnus enim duxit Opem sororem, Iuppiter Iunonem. Postea apud Aegyptios & Athenienses, Romani tamen eum morẽ nũquam receperunt. d Et nondũ prohibuerat lex humana.] Plutarchus in Problematis olim necessarias dicere prohibitum fuisse scribit, quoad lex est lata licere uel patruum uel auunculum fratris sororis ue filiam dicere, propter uirum quendam bonum & acceptum popularibus, tenui censu, qui fratris sui filiam nubilem & dotatam ipse sibi in matrimonium acceperat, reusq; e- Consobrini ? iusce criminis factus pro cõcione absolutus est, lege ibidem lata & magno consensu approbata. e Ipsi inter se &c. fratres uocantur.] Sic Abraham uocauit Saram. Et Cicero v. De fin. L. Cicero nem patrui sui filium fratrem nominat. non tamen dicũtur germani: ideo addit, ferè germani sunt.

De duobus ex uno genitore procreatis patribus atque principibus. Caput XVII

VM ergo esset Adam utriusque generis pater, id est & cuius series ad c terrenã, & cuius series ad cœlestem pertinet ciuitatem: occiso Abel, atq; in eius interfectione commendato mirabili sacramento, facti sunt duo patres singulorum generũ, Cain & Seth: in quorũ filijs, quos commemorari oportebat, duarũ istarum ciuitatum in genere mortalium euidentius indicia clarere cœperũt. Cain quippe genuit Enoch in cuius nomine condidit ciuitatem terrenam, scilicet non peregrinantem in hoc mundo, sed in eius temporali pace ac felicitate quiescentem. Cain autem interpretatur possessio: unde dictum est quando natus est, siue à patre, siue à matre eius: Acquisiui hominem per deum. Enoch uero interpretatur dedicatio: hic enim dedicatur terrena ciuitas, ubi conditur: quoniam hic habet eum, quem intẽdit, & appetit finem. b Porrò ille Seth resurrectio interpretatur, & Enos filius eius interpretatur homo, nõ sicut Adam: Et ipsum enim nomen interpretatur homo, sed cõmune perhibetur esse in illa lingua, id est Hebræa, masculo & fœminæ. Nam sic de illo scriptum est, Masculum & fœminam fecit eos, & benedixit illos, & cognominauit nomen eorum Adam. Vnde non ambigitur, sic appellatam fuisse fœminam Euam proprio nomine, ut tamen Adam, quod interpretatur homo, nomen esset amborum. c Enos autem sic interpretatur homo, ut hoc non posse fœminam nuncupari periti linguæ illius asseuerent, tanquam filius resurrectionis, ubi non nubent, necq;

neque uxores ducent. Non erit ibi generatio, A cum illuc perduxerit regeneratio. Quare & hoc non incassum notandum arbitror, quod in his generationibus quæ propagãtur ex illo qui est appellatus Seth, cum genuisse filios filiasq; dicatur, nulla ibi genita nominatim fœmina expressa est. In his aũt quæ propagãtur ex Cain, in ipso fine quousq; protenduntur, nouissima fœmina genita nominatur. Sic eñ legitur: Mathusael genuit Lamech, & sumpsit sibi Lamech duas uxores, nomen uni Ada, & nomen secundæ Sella: & peperit Ada Iobel. hic erat pater habitantium in tabernaculis pecorariorum. Et B nomẽ fratris eius Iubal: hic fuit qui ostẽdit psalterium & citharam. Sella autem peperit & ipsa [d]Tobel: & erat ærarius & malleator æramẽti & ferri. Soror autẽ Tobel Noema. Hucusq; porrectæ sunt omnes generatiões Cain, quæ sunt omnes ab Adam octo, annumerato ipso Adã, septem scilicet usq; ad Lamech, qui duarũ maritus uxorũ fuit: & octaua est generatio in filijs eius, in quibus cõmemoratur & fœmina. Vbi eleganter significatũ est, terrenam ciuitatẽ usq; in sui finem carnales habituram generationes: quæ mariũ, fœminarũq; coniunctione proueniunt. Vnde et ipsę, quod præter Euam nusquã C reperitur ante diluuiũ, nominibus propriis exprimuntur uxores illius hominis, qui nominatur hic nouissimus pater. Sicut autem Cain qui interpretatur possessio, terrenæ conditor ciuitatis, & filius eius, in cuius nomine condita est Enoch, qui interpretatur dedicatio, indicat istam ciuitatem, & initium, & finem habere terrenũ: ubi nihil speratur amplius, quàm quod in hoc seculo cerni potest: Ita Seth, interpretatur resurrectio, qui cum sit generationum seorsum commemoratarũ pater, quid de filio eius sacra hęc historia dicat, intuendum est.

L. VIVES

a Mirabili sacramento.] Primum mortis Christi: deinde martyrum, quos mundanus frater persequitur. b Porrò ille Seth resurrectio.] Hieronymus positionem, siue posuit, dixit. Libellus est additus calci Bibliæ, qui inscribitur: De interpretatione nominum Hebraicorum. Is Seth interpretatur positionem, siue posuit, siue resurrectionem. c Enos autem.] Hieronymus. Quomodo Adam interpretatur, ita Enos iuxta Hebrææ linguæ uarietatẽ, homo, uel uir, dicitur. d Tubalcain.] In antiquis codicibus habetur Tobel, Non dubium, quin Augustinus sit secutus Septuaginta, qui uerterunt ἀναὶ ὁ ἀνὴρ καὶ αὐτὸ τὴν ἔσω. Hebræi Tubalcain Sella genitum dicunt, & sic tradit Iosephus.

Quid significatũ sit in Abel, & Seth, & Enos, quod appareat ad Christũ & corpus eius, id est ecclesiam, pertinere. Caput XVIII

T Seth, inquit, natus est filius, & nominauit nomen eius Enos. Hic sperauit inuocare nomen domini dei. E Nempe clamat attestatio ueritatis. In spe igitur uiuit homo filius resurrectionis: in spe uiuit, quandiu peregrinatur hic ciuitas dei, quæ gignitur ex fide resurrectionis Christi. Ex duobus nanq; illis hominib. Abel, qui interpretatur luctus, & eius fratre Seth, qui interpretatur resurrectio, mors Christi & uita eius ex mortuis præfiguratur. Ex qua fide gignitur hic ciuitas dei, [a]id est homo, qui sperauit inuocare nomen domini dei. Spe enim salui facti sumus, ait Apostolus. Spes autẽ quæ uidetur, non est spes. Quod enim uidet quis, quid sperat? Si autẽ quod non uidemus, speramus, per patientiam expectamus. Nam quis uacare hoc existimet ab altitudine sacramenti? Nũquid enim Abel non sperauit inuocare nomen domini dei, cuius sacrificium scriptura tam acceptum deo fuisse commemorat? Nũquid ipse Seth nõ sperauit inuocare nomen domini dei? de quo dictum est: Suscitauit enim mihi deus semen aliud pro Abel. Cur ergo huic proprie tribuitur, quod piorũ omnium intelligitur esse cõmune, nisi quia oportebat in eo qui de patre generãte in meliorẽ partem, hoc est supernæ ciuitatis patriam, primus cõmemòratur exortus, præfigurari hominem, id est hominum societatẽ, quæ non secundũ hominem in re terrena felicitatis, sed secundum deum uiuit in spe felicitatis æternæ? Nec dictum est, hic sperauit in dominum deum: aut, hic inuocauit nomẽ domini dei, sed hic sperauit, inquit, inuocare nomẽ domini dei. D Quid sibi hoc uult, sperauit inuocare, nisi quia prophetia est, exorturum populum, qui secundum electionem gratiæ inuocaret nomen domini dei? Hoc est quod per alium prophetã dictum, Apostolus de hoc populo intelligit ad dei gratiam pertinere. Et erit, omnis quicũq; inuocauerit nomen domini, saluus erit. Hoc enim ipsum quod dicitur: Et nominauit nomen eius Enos: quod interpretatur homo: ac deinde additur: Hic sperauit inuocare nomẽ domini dei: satis ostenditur, quod non in seipso spem ponere debeat homo. Maledictus enim omnis, sicut alibi

alibi legitur, qui spem suam ponit in homine: A ac per hoc, nec in se, ut sit ciuis alterius ciuitatis, quæ non secundum filium Cain dedicatur hoc tempore, hoc est mortalis huius seculi labente transcursu, sed in illa immortalitate beatitudinis sempiternæ.

L. VIVES

a Id est homo qui sperauit.] Sunt qui putent illud: Hic sperauit inuocare nomẽ domini, sic legi: Hic cœptum est inuocari nomen domini, & non de homine, sed de tempore intelligi. Qualis forma loquẽdi non rara est apud scriptores, cum quibus cõsentire uidetur Hieronymus, qui sic ait: Tunc initium fuit inuocãdi nomen domini. In Chaldæo sic habetur: Tunc inceperunt filij hominum orare in nomine domini. Hebræorũ plerique putant tunc primum in nomine domini & in similitudine eius facta esse idola. Autor est Hieronymus. Septuaginta uero uerterunt: οὗτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου τοῦ θεοῦ. id est: Iste, aut, hic sperauit inuocare nomen domini: ut de Enos intelligatur. B

De significatione quæ in Enoch trãslatione monstratur. Cap. XIX

AM & ista propago, cuius est pater Seth in ea generatione habet dedicationis nomen, quæ septima est ex N Adam annumerato Adam: [a]septimus enim ab illo natus est Enoch, qui interpretatur dedicatio, sed ipse est ille trãslatus, qui placuit deo, & insigni numero in ordine generationũ, quo sabbatũ cõsecratũ est, septimo scilicet ab Adam. Ab ipso autem patre istarum generationum, quæ discernuntur à propagine Cain, id est à Seth sextus est: quoto die factus est homo, & cõsummauit deus omnia opera sua. Sed huius Enoch translatio nostrę dedicationis est præfigurata dilatio. Quæ quidem iam facta est in Christo capite nostro, qui sic resurrexit, ut nõ moriatur ulterius, sed etiam ipse trãslatus est. Restat autem altera dedicatio uniuersæ domus, cuius ipse Christus est fundamentum, quæ differtur in finem, quando erit omnium resurrectio, non morturorum amplius. Sive autẽ domus dei dicatur, siue templum dei, siue ciuitas dei, id ipsum est, nec abhorret à Latini eloquij cõsuetudine. [b]Nam & Vergilius imperiosissimam ciuitatem domũ appellat Assaraci, Romanos uolens intelligi qui de Assaraco per Troianos originem ducunt: & domum Aeneæ eosdẽ ipsos, [c]quia eo duce Troiani cum Italiam uenissent, ab eis condita est Roma. Imitatus nanque est poeta ille sacras literas, in quibus dicitur domus Iacob tam ingens populus Hebræorum.

L. VIVES

a Septimus enim ab illo natus est Enoch.] Duo fuerunt Enoch, alter filius Cain, alter filius Iared, ex genere Seth, de quo hic nunc loquitur. b Nam & Vergilius.] Lib. vi. Assaraci filius fuit Capis, huius Anchises, à quo Aeneas, & gens Romana. c Quia eodem duce.] Ex opinione Salustij in bello Catilinario.

De eo quod Cain successio in octo ab Adam generationes clauditur, & in posteris ab eodẽ patre Adam Noe decimus inuenitur. Cap. XX

ICET aliquis: Si hoc intẽdebat scriptor huius historiæ in commemorãdis generationibus ex Adam per D filiũ eius Seth; ut per illas perueniret ad Noe, sub quo factum est diluuium, à quo rursus cõtexeretur ordo nascentiũ, quo peruenirẽt ad Abraham, à quo Matthęus Euãgelista incipit generatiões quibus ad Christum peruenit æternũ regem ciuitatis dei, quid intendebat in generationibus ex Cain, & quò eas perducere uolebat? Respõdetur, usq; ad diluuium, quo totum illud genus terrenę ciuitatis absumptum est, sed reparatum ex filijs Noe. Necq; enim deesse poterit hæc terrena ciuitas societasq; hominum secundum hominem uiuentium usq; ad huius seculi finem. De quo dominus ait: Filij huius seculi generant, & generantur. Ciuitatem uero dei peregrinantem in hoc seculo regeneratio perducit ad alterum seculũ, cuius filij nec generant nec generantur. Hic ergo generari & generare ciuitati utriq; commune est: quãuis dei ciuitas habeat etiam hic multa ciuium milia, quæ ab opere generandi se abstinent, sed habet etiam illa ciues nõnullos istis similes ex imitatione quadam, licet errãtes. Ad eam nanq; pertinent etiam, qui deuiãtes ab huius fide diuersas hæreses cõdiderunt. Secundũ hominem quippe uiuunt, non secundũ deum, D [d]Et Indorum gymnosophistæ, qui nudi perhibentur philosophari in solitudinibus Indiæ; ciues eius sunt, & à generando se cohibent. Non enim est hoc bonum, nisi secũdum fidem summi boni, qui est deus. Hoc tamen nemo fecisse ante diluuium reperitur: quandoquidem etiam ipse Enoch septimus ab Adam, qui translatus refertur esse non mortuus, genuit filios & filias antequã transferretur: in quibus fuit Mathusalem, per quem generationum memorãdarum ordo transcurrit. Cur ergo tanta pauciras successionum commemoratur in generationibus

ex Cain,si eas usq; ad diluuiũ perduci oportebat,nec erat diuturna ætas præueniens pubertatem,quæ centum,uel amplius,annos uacaret à fœtibus? Nam si non intendebat autor libri huius aliquem,ad quem necessario perduceret seriem generationum,sicut in illis quæ ueniunt de semine Seth intendebat peruenire ad Noe, à quo rursus ordo necessarius sequeretur: quid opus erat prætermittere primogenitos filios,ut peruueniretur ad Lamech,in cuius filijs finitur illa cõnexio,octaua generatione scilicet ex Adã, septima ex Cain:quasi esset inde aliquid deinceps connectendum,unde peruẽiretur,uel ad Israeliticum populũ,in quo cœlesti diuinitati etiam terrena Hierusalem figurã propheticam præbuit:uel ad Christum secundum carnẽ,qui est super omnia deus benedictus in secula, supernæ Hierusalem fabricator,atque regnator, cum tota progenies Cain diluuio sit deleta? unde uideri potest, in eodem ordine generationũ primogenitos fuisse commemoratos. Cur ergo tam pauci sunt? Non enim ad diluuium tot esse potuerunt,non uacãtibus usq; ad centenariam pubertatẽ patribus ab officio generandi,si non erat tunc proportione longæuitatis illius etiam sera pubertas. Vt enim per æque triginta annorum fuerint cum filios generare cœperũt,octies triceni, quoniam octo sunt generationes cum Adam,& cum eis,quos genuit Lamech, ducenti & quadraginta sunt anni:nũ itaq; toto deinde tempore usq; ad diluuiũ non generauerũt? Qua tandem causa qui hæc scripsit, generationes commemorare noluit,quæ sequũtur. Nam ex Adam usq; ad diluuium computantur anni secundum codices nostros[b] duo milia ducẽti sexaginta duo:secundum Hebræos autem mille sexcẽti quinquaginta sex. Vt ergo istum numerum minorem credamus esse ueriorẽ,de mille sexcentis quinquaginta sex annis,ducenti quadraginta detrahantur,nũquid credibile est, per mille quadringentos, & quod excurrit,annos, qui restant usq; ad diluuium,progeniem Cain, à generationibus uacare potuisse? Sed qui ex hoc mouetur,meminerit, cum quærerem, quomodo credendum sit, antiquos illos homines per tam multos annos à gignendis filijs cessare potuisse,duobus modis istam solutã esse quæstionem:aut de sera pubertate,proportiõe tam longe uitæ:aut de filijs, qui commemorantur in generationibus,quod non fuerint primogeniti:sed hi per quos ad eum, quem intendebat autor libri,poterat peruenire,sicut ad Noe in progenerationibus Seth. Proinde in generationibus Cain,si non occurrit qui deberet intẽdi, ad quem prætermissis primogenitis, per eos qui cõmemorati sunt,peruenirí oportebat,sera pubertas intelligenda restabit: ut aliquanto post centum annos,puberes, habilesq; ad gignendum facti fuerint,ut ordo generationũ per primogenitos curreret, & usq; ad diluuium ad numerum annorum tantæ quantitatis occurreret. [c]Quãuis fieri possit,ut propter aliquam secretiorem causam,quæ me latet, usq; ad Lamech & eius filios generationũ peruenientẽ cõtextu, [d]commendaretur hæc ciuitas,quã dicimus esse terrenam:ac deinde cessaret scriptor libri cõmorare cæteras,quæ usq; ad diluuium esse potuerunt. Potest & illa esse causa,cur nõ ordo generationum per primogenitos duceretur:ut necesse non sit in illis hominibus tam seram credere pubertatẽ:quod scilicet eadem ciuitas, quam Cain in nomine Enoch filij sui condidit, longe lateq; regnare potuerit,& reges habere non simul plures,sed suis ætatibus singulos,quos genuissent sibi successuros quicunque regnassent. Horum regum primus esse potuit ipse Cain:secundus filius eius Enoch, in cuius nomine, ubi regnaretur,condita est ciuitas: tertius Gaidad, quem genuit Enoch: [e]quartus Manihel, quem genuit Gaidad:[f]quintus Mathusael,quem genuit Manihel:sextus Lamech,quẽ genuit Mathusael, qui septimus est ab Adam per Cain. Non autem erat consequens,ut primogeniti in regnum regnantibus succederent patribus,sed quos regnandi meritũ propter uirtutem terrenę utilem ciuitati, uel sors aliqua reperiret,uel ille potissimum succederet patri hęreditario quodam iure regnandi,quem præ cæteris filijs dilexisset. Potuit autem uiuẽte adhuc Lamech atq; regnante fieri diluuium,ut ipsum cum alijs omnibus hominibus exceptis qui in arca fuerunt, quem perderet, inueniret. Neq; enim mirandũ est,si uaria quantitate numerositatis annorum interpositа,per tam longam ætatem ab Adam usq; ad diluuium non æqualis numeri generationes habuit utraq; progenies, sed per Cain septem,per Seth autem decem:septimus est enim,ut iam dixi, ab Adam Lamech, decimus Noe: & ideo non unus filius Lamech, sicut in cæteris superius,sed plures commemorati sunt:

quia incertum erat quis ei fuisset mortuo successurus,si regnandi tempus inter ipsum & diluuium remansisset. Sed quoquo modo se habeat siue per primogenitos siue per reges, ex Cain generationum ordo decurrẽs,illud mihi nullo pacto prætereundum silentio uidetur,quod cũ Lamech septimus ab Adam fuisset inuẽtus,tot eius annumerati sunt filij,donec undenarius numerus impleretur,quo significatur peccatũ. Ad dũtur enim tres filij,& una filia. Vxores autem aliud possunt significare,nõ hoc quod nũc commendandum uidetur. Nũc enim de generationibus loquimur,illæ uero unde sint genitæ,tacitum est. Quoniã ergo lex denario numero prędicatur, unde est memorabilis ille decalogus: profecto numerus undenarius,quoniã trãsgreditur denarium,transgressionẽ legis,ac per hoc peccatum significat. Hinc est quod in tabernaculo testimonij, quod erat in itinere populi dei uelut templum deambulatoriũ,undecim ucla cilicina fieri præcepta sunt.[g]In cilicio quippe recordatio est peccatorũ,[g]propter hædos ad sinistrã futuros:quia confitentes in cilicio prosternimur tanquã dicentes quod in Psalmo scriptum est: Peccatũ meum ante me est semper. Progenies ergo ex Adam per Cain sceleratum undenario numero finitur, quo peccatũ significatur: & ipse numerus à fœmina clauditur, à quo sexu initiũ factum est peccati, per quod omnes morimur. Commissum est aũt ut & uoluptas carnis, quæ spiritui resisteret, sequeretur.[i]Nã & ipsa filia Lamech Noema, id est uoluptas interpretatur. Per Seth aũt ab Adã usq; ad Noe denarius insinuatur legitimus numerus. Cui Noe tres adij ciũtur filij, unde uno lapso duo benedicuntur à patre, ut remoto reprobo & probatis filijs ad numerũ additis,etiam [k] duodenarius numerus intimetur,qui & in Patriarcharum & Apostolorũ numero insignis est[l]propter septenarij partes,alteram per alteram multiplicatas. Nam ter quaterni, uel quater terni ipsum faciunt. His ita se habentibus uideo considerandum & commemorandum,ista utraque progenies,quæ distinctis generationibus duas insinuat ciuitates, unam terrigenarum, alteram regeneratorum: quomodo postea sic commixta fuerit atque confusa, ut uniuersum genus humanum, exceptis octo hominibus, perire mereretur diluuio.

L. VIVES

ET Indorum gymnosophistæ.] Sic Strabo lib. xv

b Duo milia ducenti sexaginta duo.] Alibi quinquaginta duo. Apud Eusebiũ & Bedam ex lxx. habetur duo mm. cc. xlij. nisi Augustinus post positum x. uiderit, aut illi præpositũ. qui error facile contingit in auertentia descriptoris. c Quanuis fieri possit, ut propter aliquam secretiorẽ causam.] Credo esse enumeratas tantũ generationes Cain, quæ puniri debebant propter fratricidium. Sic enim Iosephus scribit: Cain sacrificium celebranti atq; poscẽti, ne ob hoc iram susciperet, sæuiorem pœnam homicidij relaxauit: male dictumq; esse constituit, & eius sobolem usq; ad septimã generationẽ interminatus est esse puniendã. Tum etiam quod usq; ad id tempus uixit Cain: cuius finẽ uitæ per generationem eius nolebat narrator prætermittere.

d Commendaretur hæc ciuitas.] Melius cõmemoraretur. e Quartus Manichel.] Alibi Menia, Eusebius Maniael, in lxx. μαλελεήλ. f Mathusael.] Euseb. Mathusalem. Lxx. μαθουσάλα. g In cilicio quippe.] Cilicium induere solebant Prophetæ, quum populum ad pœnitentiam adhortari atq; inducere conabantur. Hieronymus super Zachariam: Cilicio etiam operiebantur, qui pœnitentiam agebãt. h Propter hædos ad sinistram futuros.] In fine seculi ait seruator se oues, id est simplices uiros & probos statuturũ ad dextram suã: hædos uero petulcos & lasciuos ad sinistram. Cilicia ex caprinis cõtexebantur pilis: sic dicta quod ea tonsura, ut inquit Varro, ususcq; eiusmodi tegumẽti primum est in Cilicia repertus. i Nam & ipsa filia Lamech Noema.] Alij Noemina ex Hebraico expressius, ut aiunt, & significat tum uoluptatem, tum etiã decus, & fidem, interprete Hieronymo. k Duodenarius numerus.] De quo Hieronymus lib. x. in Ezechielẽ. l Propter septenarij partes.] Qui est numerus mysteriorum plenus, ut alibi diximus.

Cilicium

Qua ratione commemorato Enoch, qui fuit filius Cain; totius generationis eius usq; ad diluuium sit continuata narratio: cõmemorato autẽ Enos, qui fuit filius Seth, ad conditionis humanæ principiũ sit reditũ. Cap. xxi

PRIMO autem intuẽdum est, quemadmodum cũ ex Cain generatiões enumerarentur, cõmemorato ante cæteros posteros eius, illo in cuius nomine condita est ciuitas, Enoch: contexti sunt cęteri usq; ad illum finem, de quo loquutus sum, donec illud genus atque illa uniuersa propago diluuio deleretur: cũ uero filius Seth unus cõmemoratus fuisset Enos, nõdum usq; ad diluuiũ additis cæteris, articulus quidã interponitur, & dicitur: Hic liber natiuitatis hominum, qua die fecit deus Adam, ad imaginẽ dei fecit illum: masculum & fœminã fecit eos, & benedixit illos, & cognominauit nomẽ eorum Adam, qua die fecit illos. Quod mihi uidetur ad hoc interpositũ, ut hinc rursus inciperet ab

ipſo Adam dinumeratio temporũ,quam noluit facere qui hęc ſcripſit in ciuitate terrena,tanquã eam deus ſic cõmemoraret,ut non computaret. Sed quare hinc reditur ad iſtam recapitulationem, poſtea quàm [a]commemoratus eſt filius Seth,homo qui ſperauit inuocare nomẽ domini dei: niſi quia ſic oportebat iſtas duas proponere ciuitates,unam per homicidã uſq; ad homicidã: nam & Lamech duabus uxoribus ſuis ſe perpetraſſe homicidium confitetur: alteram per eum,qui ſperauit inuocare nomen domini dei:Hoc eſt quippe in hoc mundo peregrinantis ciuitatis dei totum atq; ſummum in hac mortalitate negocium,quod per unum hominem, quem ſanè occiſi reſurrectio genuit,commẽdandum fuit. Homo quippe ille unus totius ſupernæ ciuitatis eſt unitas:nondum quidem cõpleta,ſed præmiſſa iſta prophetica prefiguratione complẽda.Filius ergo Cain,hoc eſt, filius poſſeſſionis,cuius niſi terrenæ ciuitatis habeat nomen in ciuitate terrena,quę in eius nomine cõdita eſt:De his eſt enim,de quibus cãtatur in Pſalmo:[b]Inuocabũt nomina eorum in terris ipſorũ: propter quod ſequitur eos quod in alio Pſalmo ſcriptum eſt:Domine in ciuitate tua imaginem eorũ ad nihilum rediges. Filius autẽ Seth, hoc eſt,filius reſurrectionis,ſperet inuocare nomen domini dei.Eam quippe ſocietatẽ hominũ prefigurat,quę dicit:Ego autẽ ſicut oliua fructifera in domo dei,ſperaui in miſericordia dei. Vanas autem glorias famoſi in terra nominis non requirat. Beatus enim uir,cuius eſt nomen domini ſpes eius,& non reſpexit in uanitates, & inſanias falſas. Propoſitis itaq; duabus ciuitatibus, una in re huius ſeculi,altera in ſpe dei,tanquam ex cõmuni,quæ aperta eſt in Adam ianua mortalitatis egreſſis,ut percurrant, & excurrant ad diſcretos proprios & debitos fines,incipit dinumeratio temporum:in qua & alię generationes adijciuntur, facta recapitulatione ex Adam,ex cuius origine damnata,ueluti maſſa una meritę dãnationi tradita,fecit deus alia in cõtumeliam uaſa irę,alia in honorem uaſa miſericordię:[c]illis reddens quod debetur in pœna, iſtis donans quod non debetur in gratia:ut ex ipſa etiã comparatione uaſorum iræ, ſuperna ciuitas diſcat, quæ peregrinatur in terris,[d]non fidere libertate arbitrij ſui,ſed ſperet inuocare nomen domini dei:quoniã uolũtas in natura, quę facta eſt bona à bono deo,ſed mutabilis ab immutabili,ex nihilo ab eo qui eſt,& à bono poteſt declinare, ut faciat malũ,qd fit libero arbitrio:et à malo,ut faciat bonũ,quod non fit ſine diuino adiutorio.

L. VIVES

a COmmemoratus eſt filius Seth homo.] Enos quẽ genuit Seth,qui interpretatur uir. b Inuocabunt nomina eorum in terris.] Vulgo in præterito legimus: Vocauerunt,Pſal. xlviij. & ſic uerterunt Septuaginta, ἐπεκαλέσαντο τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐπὶ τῶν γαιῶν. Ad Hebraicã ueritatẽ apertius,& ad hanc rem accõmodatius: uocauerunt nominibus ſuis terras ſuas. c Illis reddens,quod debetur.] Significat deũ merito punire malos,gratis uero fœlicitatem dare bonis. d Non fidere libertate.] Quod uolebat Pelagius.

De lapſu filiorum dei alienigenarum mulierum amore captorum, unde & omnes exceptis octo hominibus diluuio perire meruerunt. Cap. XXII

HOc itaq; libero uoluntatis arbitrio genere humano progrediente atq; creſcente, facta eſt permixtio & iniquitate participata quædã utriuſq; cõfuſio ciuitatis:quod malũ à ſexu fœmineo cauſam rurſus inuenit,nõ quidẽ illo modo quo ab initio. Nõ enim cuiuſquã etiã tunc fallacia ſeductæ ille fœminæ perſuaſerunt peccatũ uiris, ſed ab initio quę prauis moribus fuerant in terrena ciuitate,id eſt in terrigenarum ſocietate, amatæ ſunt à filijs dei, ciuibus ſcilicet peregrinantis in hoc ſeculo alterius ciuitatis,propter pulchritudinem corporum: [a]quod bonum dei quidem donum eſt,ſed propterea id largitur etiam malis, ne magnum bonum uideatur bonis. Deſerto itaq; magno bono & bonorũ proprio, lapſus eſt factus ad bonũ minimũ, nõ bonis propriũ, ſed bonis malisq; cõmune:ac ſic filij dei, filiarũ hominũ amore ſunt capti,atq; ut eis cõiugibus fruerentur in amorem ſocietatis terrigenę deflu xerunt,deſerta pietate quam in ſancta ſocietate ſeruabãt.Sic enim corporis pulchritudo à deo quidem factum,ſed temporale,carnale,infimũ bonũ,male amatur poſtpoſito deo æterno, interno,ſempiterno bono:quemadmodũ iuſtitia deſerta & aurũ amatur ab auaris, nullo peccato auri,ſed hominis.ita ſe habet omnis creatura. cum enim bona ſit, & bene poteſt amari et male,bene ſcilicet ordine cuſtodito,male autẽ ordine perturbato. [b]Quod in laude quidam creatoris breuiter uerſibus dixit:

Hęc tua ſũt,bona ſũt,quia tu bonus iſta creaſti.
Nil noſtrũ eſt in eis,niſi quod peccam⁹ amãtes

Ordine

Ordine neglecto pro te quod cõditur abs te. Creator autẽ ſi ueraciter ametur, hoc eſt ſi ipſe nõ aliud pro illo quod nõ eſt ipſe ametur, male amari nõ poteſt. Nã et amor ipſe ordinate amãdus eſt,quo bene amatur quod amandum eſt, ut ſit in nobis uirtus,qua uiuitur bene. Vnde mihi uidetur,quod diffinitio breuis & uera uirtutis, [c]ordo eſt amoris, propter quod in ſancto Cantico canticorum cantat ſponſa Chriſti, ciuitas dei: [d]Ordinate in me charitatem. Huius igitur charitatis, hoc eſt dilectionis & amoris ordine perturbato,deũ filij dei neglexerũt, & filias hominũ dilexerũt. Quibus duobus nominib.ſatis ciuitas utraq; diſcernitur. Neq; eñ & illi nõ erãt filij hominũ per naturam, ſed aliud nomẽ habere cœperãt per gratiã. Nam in eadem ſcriptura ubi dicti ſunt dilexiſſe filias hominũ filij dei,ĩdem dicti ſunt etiã angeli dei. Vnde illos multi putant non homines fuiſſe, ſed angelos.

L. VIVES

a QVod bonũ dei quidem donum eſt.] Sic Homerus Iliad. γ. pulchritudinem donum deorum uocat,& minime reſciendum quum contingit. b Quod in laude quidam creatoris.] In alijs libris ſic legitur: Quod in laude quadam cerei breuiter uerſibus dixi. Nihil habeo,quod hic ſequar. c Ordo eſt opus amoris.] Vt ameſ quod opus eſt,quantũ,& ſicut eſt. Sic Plato præfinit gradus amoris, in ratione uirtutis uitaq; optime inſtituta. d Ordinate in me charitatem.] Origenes in Cantica hunc ordinem charitatis facit,quem in Euangelio deſcripſit dominus: Diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo,ex tota anima tua, ex tota mente tua,ex tota uirtute tua. Diliges proximũ non ex toto corde,ſed ſicut teipſum: diliges inimicos nõ ex toto corde dixit, aut ſicut teipſum,ſed tantum diligere putat eſſe ſatis.

An credendum ſit angelos ſubſtãtiæ ſpiritalis amore ſpecioſarum mulierũ captos earundem inijſſe coniugia, ex quibus gigantes ſint creati. XXIII

QVAM quæſtionem nos tranſeũtem cõmemoratam in tertio huius operis libro reliquimus inſolutam. Vtrũ poſſint angeli cũ ſpiritus ſint,corporaliter coire cum fœminis. Scriptũ eſt enim: Qui facit angelos ſuos ſpiritus: [a]id eſt eos qui natura ſpiritus ſunt, facit eſſe angelos ſuos, iniungendo eis officium nunciandi. Qui [b]enim Græce dicitur ἄγγελος,quod nomẽ [c]Latina declinatione angelus perhibetur, Latina lingua nuncius interpretatur.Sed utrum eorũ corpora cõſequenter adiunxerit,dicendo,Et miniſtros ſuos ignẽ ardentẽ:an quod charitate tanquã igne ſpiritali feruere debeãt miniſtri eius, ambiguũ eſt:apparuiſſe tamẽ hominibus angelos in talibus corporibus,ut non ſolum uideri, uerũ etiam tãgi poſſent,eadẽ ueriſſima ſcriptura teſtatur. [d]Et quoniam creberrima fama eſt, multiq; ſe expertos,uel ab eis qui experti eſſent de quorũ fide dubitandum non eſt,audiſſe confirmant,Siluanos & Faunos,[e]quos uulgo incubos uocãt,improbos ſæpe extitiſſe mulieribus, & earũ appetiſſe ac peregiſſe cõcubitũ: & quoſdam dæmones, quos Duſios Galli nuncupãt, hanc aſſidue immunditiam, & tentare: & effice re,plures,talesq; aſſeuerant,ut hoc negare, impudentię uideatur:non hic aliquid audeo temere diffinire: utrum aliqui ſpiritus elemẽto aereo corporati(nam hoc elementum etiam cum agitatur flabello ſenſu corporis tactuq; ſentitur) poſſint etiam hãc pati libidinem,ut quomodo poſſunt,ſentiẽtibus fœminis, miſceantur: [f]Dei tamen angelos ſanctos nullo modo illo tẽpore ſic labi potuiſſe crediderim:nec de his dixiſſe Apoſtolũ Petrũ:Si enim deus angelis peccãtibus nõ pepercit,ſed carceribus caliginis inferi retrudens tradidit,in iudicio puniẽdos reſeruari: ſed potius de illis qui primum apoſtatantes à deo cum diabolo principe ſuo ceciderũt: qui primũ hominem per inuidiã ſerpentina fraude decepit. Angelos autẽ fuiſſe etiã dei homines nuncupatos,eadem ſcriptura ſancta locupletiſſima teſtis eſt. Nam & de Ioãne ſcriptũ eſt:Ecce mitto angelũ meũ ante faciẽ tuam,qui præparabit uiam tuam. Et Malachias propheta, propria quadam,id eſt ſibi proprie impertita gratia,dictus eſt angelus. Verum hoc mouet quoſdam, quod ex illis qui dicti ſunt angeli dei,& ex mulieribus,quas amauerũt,non quaſi homines generis noſtri,ſed gigãtes legimus eſſe natos: quaſi uero corpora hominũ modũ noſtrum longe excedẽtia,quod etiã ſupra cõmemoraui,nõ etiã noſtris temporibus nata ſint. Nónne ante paucos annos cũ Romanæ urbis,quod à Gothis factum eſt appropinquaret excidium, Romę fuit fœmina cũ ſuo patre & ſua matre,quæ corpore quodãmodo giganteo lõge cæteris præmineret? Ad quam uiſendã mirabilis ſiebat uſq; quaque cõcurſus. Et hoc erat maxime admirationi, quod ambo parẽtes eius nec ſaltẽ tam longi homines erãt,cũ longiſſimos uidere cõſueuimus. Potuerunt ergo gigantes naſci, & prius cũ filij dei,qui et angeli dei dicti ſunt,filiabus hominũ,

hoc eſt ſecundũ hominem uiuentiũ miſcerẽtur: A filij ſcilicet Seth, filiabus Cain. Nam & canonica ſcriptura ſic loquitur, in quo libro hæc legimus: cuius uerba iſta ſunt: Et factũ eſt poſtquã cœperũt homines multi fieri ſuper terrã, & filiæ natæ ſunt illis, uidẽtes angeli dei filias hominũ, quia bonæ ſunt, ſumpſerũt ſibi uxores ex omnibus, quas elegerãt. Et dixit dominus deus: Nõ permanebit ſpiritus meus in hominibus his in æternũ, propter quod caro ſunt. Erunt aũt dies eorũ centum uiginti anni. Gigantes autẽ erant ſuper terrã in diebus illis. Et poſt illud cum intrarẽt filij dei ad filias hominũ, & generarent ſibi, illi erant gigantes, à ſeculo homines nominati. Hæc libri uerba diuini ſatis indicant iam illis diebus fuiſſe gigantes ſuper terrã, quando filij dei acceperunt uxores filias hominũ, cum eas amarẽt bonas, id eſt pulchras. [g] Cõſuetudo quippe ſcripturæ huius eſt, etiam ſpecioſos corpore, bonos uocare. Sed & poſtq̃ hoc factũ eſt, nati ſunt gigantes. Sic enim ait: Gigantes autẽ erant ſuper terrã in diebus illis. Et poſt illud, cũ intrarent filij dei ad filias hominũ. Ergo & ante in illis diebus, & poſt illud. Quod autẽ ait, Et generabant ſibi: ſatis oſtẽdit, quod prius ante cœp̃ ſic caderẽt filij dei, deo generabant, non ſibi, id eſt nõ dominante libidine coeũdi, ſed ſeruiente officio propagandi: nõ familiam faſtus ſui, ſed ciues ciuitatis dei: quibus annũciarent tanq̃ angeli dei, ut ponerent in deo ſpem ſuã, ſimiles illius, qui natus eſt de Seth, filius reſurrectionis, et ſperauit inuocare nomen domini dei: in qua ſpe eſſent cum ſuis poſteris cohæredes æternorũ bonorum, & ſub deo patre fratres filiorũ. Non autem illos ita fuiſſe angelos dei ut homines non eſſent, ſicut quidã putant, ſed homines procul dubio fuiſſe ſcriptura ipſa ſine ulla ambiguitate declarat. Cũ enim præmiſſum eſſet, quod uidẽtes angeli dei filias hominum, quia bonæ ſunt, ſumpſerũt ſibi uxores ex omnibus quas elegerant, mox adiunctũ eſt. Et dixit dominus deus, Non permanebit ſpiritus meus in hominibus his in æternũ, propter quod caro ſunt. Spiritu dei quippe fuerãt facti angeli dei, & filij dei, ſed declinando ad inferiora, homines dicuntur nomine naturæ, nõ gratiæ: dicuntur & caro deſertores ſpiritus, & deſerẽdo deſerti. Et ſeptuaginta quidem interpretes, & angelos dei dixerunt iſtos & filios dei, quod quidem non omnes codices habent, nam quidam niſi filios dei nõ habent. [h] Aquila autem quem interpretem Iudæi cęteris anteponũt, nõ angelos dei, nec filios dei, ſed filios deorum interpretatus eſt. Vtrunq̃ autem uerũ eſt. Nam & filij dei erant ſub quo patre ſuorum patrũ etiam fratres erant: & filij deorum, quoniã à diis geniti erant, cum quibus etiam ipſi dij erãt, iuxta illud Pſalmi, Ego dixi dij eſtis: & filij excelſi omnes. Merito enim credunt ſeptuaginta interpretes accepiſſe prophetico ſpiritũ, ut ſi quid eius autoritate mutarent, atq̃ aliter cõp̃ erat, quod interpretabantur dicerent, necq̃ hoc diuinitus eſſe dictũ dubitaretur. B Quamuis hoc in Hebræo eſſe perhibeatur ambiguũ, ut & filij dei, & filij deorum, poſſet interpretari. Omittamus igitur earum ſcripturarum fabulas quæ [i] apocryphæ nũcupantur, eo quod earum occulta origo nõ claruit patribus, à quibus uſq̃ ad nos autoritas ueracium ſcripturarum certiſſima & notiſſima ſucceſſione peruenit. In his autẽ apocryphis, etſi inuenitur aliqua ueritas, tamen propter multa falſa nulla eſt canonica autoritas. Scripſiſſe quidem nõnulla diuina Enoch illum ſeptimum ab Adam, negare non poſſumus, [k] cum hoc in epiſtola canonica Iudas apoſtolus dicat. Sed non fruſtra nõ ſunt C in eo canone ſcripturarum, qui ſeruabatur in templo Hebræi populi ſuccedentium diligentia ſacerdotum. Cur autem hoc, niſi quia ob antiquitatem ſuſpectæ fidei iudicata ſunt, nec utrum hæc eſſent, quæ ille ſcripſiſſet, poterat inueniri, non talibus proferentibus, qui ea per ſeriem ſucceſſionis reperirentur rite ſeruaſſe. Vnde illa quæ ſub eius nomine proferuntur, & cõtinent iſtas de gigantibus fabulas, quod non habuerint homines patres, recte à prudentibus iudicantur non ipſius eſſe credenda, ſicut multa [l] ſub nominibus & aliorum Prophetarum, [m] & D recẽtiora ſub nominibus Apoſtolorum ab hæreticis proferuntur, quæ omnia ſub nomine apocryphorum authoritate canonica diligenti examinatione remota ſunt. Igitur ſecundum ſcripturas canonicas Hebræas atque Chriſtianas, multos gigantes ante diluuium fuiſſe dubium non eſt, & hos fuiſſe ciues terrigenæ ſocietatis hominum, dei autem filios qui ſecũdum carnem de Seth propagati ſunt in hãc ſocietatem deſerta iuſtitia declinaſſe. Nec mirandum eſt quod etiam de ipſis gigantes naſci potuerunt. Neque enim omnes gigantes fuerunt, ſed magis mũlti utique tunc fuerunt, quàm poſt diluuium

uium temporibus cęteris. Quos propterea creare placuit creatori: ut etiam hinc oſtẽderetur nõ ſolum pulchritudines, uerumetiam magnitudines & fortitudines corporum non magnipendendas eſſe ſapienti, qui ſpiritalibus atque immortalibus longe melioribus atq̃ firmioribus & bonorum proprijs, nõ bonorum malorũq̃ communibus beatificatur bonis. Quam rem alius Prophęta commendans ait, Ibi fuerunt gigantes illi nominati, qui ab initio fuerunt ſtaturoſi, ſcientes prælium. Nõ hos elegit dominus, nec uiam ſcientiæ dedit illis, ſed interierũt, quia non habuerunt ſapientiam, perierunt propter inconſiderantiam.

L. VIVES

a ID eſt eos qui natura ſpiritus ſunt.] Auguſtinũ ſenſiſſe angelos & dæmonas corporibus eſſe præditos, legẽtibus opera, iſtud uidelicet, & de natura dæmonum, & de Geñ. ad literam, certius eſt, cũ ut pluribus oſtendi debeat: nec ex aliena ſententia tot locis loquutus eſt, ut Petrus Lõbardus dicit quõſdam putare, ſed ex ſua ipſius, ſequutus nimirũ non pudendos autores, primum Platonicos omnes, deinde Origenem, Lactantiũ, Baſiliũ, & conſenſum ferè ſuo tempore ſcribentium. Michael Pſellus de dæmonibus, interprete Ficino, oportet enim, ut diuinus aſſerit Paulus, ſpiritus miniſtros, qui mittuntur, corpus habere, quo moueantur, gradumq̃ ſiſtant, palamq̃ appareant. Nouerunt enim hæc myſteria, non aliter, cũ corpus aliud perfici poſſe. Quod ſicubi legas in ſcriptura, eos incorporeos appellari, reſpondeo, & noſtros, & alios ſolere corpora quidem craſsiora corpora nominare. Corpora uero tenuia, & quæ aſpectum, tactumq̃ effugiũt, incorporea frequenter cognominare. Auguſtinus angelis corpora tenuiſsima tribuit quæ uſum omnẽ fruſtrenẽ, ad agendũ apta, non ad patiendum. Talia etiã erant dæmonũ corpora, cum adhuc ſtarent: poſtea uero cũp̃ ceciderũt, denſiora effecta, & parilia: quod idẽ Pſellus opinaẽ. b Qui enim Græce dicẽ ἄγγελος.] ἄγγελος nuncius eſt: hinc ἀγγέλλω, nuncio, Idcirco Hieronymus inquit, angelum nõ naturæ nomẽ eſſe, ſed miniſterij. hinc etiam ἀγγέλιον præmium, quod bona nuncianti datur. Apud Homerũ, & Ciceronẽ non ſemel ad Atticum. c Latina declinatione.] Et quia ῥ uertitur in n. & σ in us. d Et quoniam creberrima fama eſt.] Pſellus ex Marco quodam dæmonicarum rerũ maxime gnaro, refert dæmones, ſemẽ iacere, ex quo perpuſilla quædam oriantur animalia, haberęq̃ membra genitalia, ſed non qualia homines, excrementũ ex illis manare, quod tamẽ non omnibus dæmonũ generibus contingat, ſed materiæ proximis aqueis & terrenis, qui & alunẽ attracto in ſpongiæ modũ humore. e Quos uulgo incubos uocãt.] Ab incubando dæmones qui mulieribus cõmiſcentur, à ſuperuẽtu incubi dicunẽ, qui uiris, & patiunẽ muliebria ſuccubi. Extãt hodie nõnullæ gẽtes, quæ originẽ ſuam habere gloriantur à dæmonibus, qui coierint cum fœminis uirili forma, aũt cũ uiris fœminea, quod turpius eſſe mihi uideẽ, cũp̃ referre nobilitatis ſuæ initia in piratas, aut latrões, aut ſicarios inſignes, quod multi faciunt. Verũ Aegyptij dæmonicũ ſpiritum miſceri poſſe fœminæ fatenẽ, uiro negant. Græci tamen multos uiros à diis adamatos tradunt ut Hyacinthum, & Phorbantẽ, & Hippolytũ Sicyoniũ ab Apolline, Cyariſſum à Siluano. f Dei tamen angelos ſanctos.] Lactantius lib. ij. cap. xv. narrat angelos, quos in cuſtodiam generis humani princeps ille delegauerat deus, cum eſſet eis præceptũ, ne terræ cõtagione maculati ſubſtantiæ cœleſtis amitterent dignitatẽ, paulatim conſuetudine fœminarũ pellectos cũ illis inquinatos eſſe, tum in cœlum ob peccata quibus ſe immerſerant, non receptos ceciditſſe in terrã. Sic illos diabolum, ex angelis dei ſuos feciſſe ſatellites, ac miniſtros. Qui autẽ ſunt ex his procreati, quia necq̃ angeli, necq̃ homines fuerũt, ſed medium quandã naturam gerentes, nõ ſunt ad inferos recepti, ſicut nec in cœlum parẽtes eorũ. Ita duo genera dæmonum facta ſunt: unũ cœleſte, alterũ terrenũ. Hi ſunt immũdi ſpiritus malorũ quæ gerunẽ autores, quorum idẽ diabolus eſt princeps. Et Euſeb. lib. v. Quã rẽ magis Plutarchus confirmat dicens, fabuloſas de diſs ratiões, res quaſdam ſignificare à dæmonibus antiquiſsimis geſtas rẽporibus, & ea quæ de gigantibus, & Titanibus decantanẽ, dæmonũ fuiſſe operatiões. B [illegible] C Cõſuetudo quippe ſcripturæ.] Ex Græco καλὸς, quod utrunq̃ eſt, & bonum, & pulchrũ. Sic apud Latinos Terentius in Phormione: Vtrũ uis boni in ipſa ineſſet forma, hæc formã extingueret. & in Eunucho de pulchritudine quũ rogaret Gnato, quid tibi uideẽ hoc mancipium? reſpõdet Parmeno, non malum. h Aquila autẽ.] Hic uertit ſacros libros ex Hebræo ſermone in Græcum, Adriano principe, quẽ curioſum & diligentẽ interpretẽ Hieronymus uocat. Hic primus poſt Septuaginta Græce ſacra uolumina interpretatus eſt, quẽ Euſebius parũ probat, ſed ad id quod agimus, Hieronymus in Geñ. Aquila plurali numero filios deorũ auſus eſt dicere, deos intelligens ſanctos, ſiue angelos. Deus enim ſtetit in ſynagoga deorũ, in medio autem deos diſcernit: Vnde & Symmachus iſtiuſmodi ſenſum ſequẽs, ait. Videntes filij potẽtum filias hominum, & reliqua. i Apocryphæ.] Latine abſconditæ, ſiue ſecretæ, ἀπόκρυφος à κρύπτω, quod eſt condo, ſiue recõdo. Erant ea ſcripta, quibus publice eccleſia nõ utebaẽ, ſed priuatim habebat legebatq̃ qui uellet: qualis erat Apocalypſis Petri Apoſtoli, & liber actorum eius. k Quum hoc in epiſtola canonica.] Hieronymus in primum caput epiſtolæ ad Titum, ſcribit librũ apocryphũ Enoch citatum à Iuda. Verba Iudæ ſunt: Porrò Michael archãgelus dum cum diabolo in cõtentione ſuper corpore Moſis altercaret, nõ eſt auſus eum afficere maledicto, tantum dixit: Caſtiget te dominus. Cuius Enoch ſint iſta uerba, parũ conſtat. Illius eñ ſeptimi ab Adã, qui uiuẽs à domino trãſlatus eſt in meliorẽ uitã, non uideniẽ eſſe. Nam ille multo ante Moſen fuit, niſi ſpiritu uatis, de uẽturis præcinebat. Ideo Hieronymus nihil aliud ſignificat, cũp̃ librum illum inſcriptum fuiſſe Enoch. l Sub nominibus & aliorum Prophetarum.] Vt Hieremiæ apud Nazaræos ſicut Auguſtinus dicit cap. xxvij. in Matthæum. m Et recẽtiora ſub nominibus Apoſtolorum.] Euangelium Thomæ, Apocalypſis Petri, Euãgelium Barnabæ, quod ipſius chirographo ſignatum Alexãdriam delatum eſt, Zenone principe.

Angelus

Incubi

Aquilæ

Quomodo intelligẽdum ſit quod eis qui diluuio perdendi erant dominus dixerit: Erunt dies eorum centum uiginti anni. Cap. XXIIII

VOD autem dixit deus, Erunt dies eorum centum uiginti anni: non sic accipiendum est, quasi prænunciatum sit post hæc [a]homines centum uiginti annos uiuendo non trāsgredi, cum & post diluuium etiam quingentos excessisse inueniamus. Sed intelligendum est hoc deum dixisse, cū circa finem quingentorū annorū esset Noe, id est quadringentos octoginta uitæ annos ageret, quos more suo scriptura quingentos uocat, nomine totius maximā partē plerunq; significans: sexcentesimo quippe anno uitæ Noe secūdo mense factū est diluuium, ac sic centū uiginti anni prædicti sunt futuri uitæ hominū perituroru quibus transactis diluuio delerentur. Nec frustra creditur sic factum esse diluuium, iam non inuentis in terra qui non erāt digni tali morte defungi, qua in impios uindicatum est: non quod hic quicquā bonis quādoq; morituris tale genus mortis faciat aliquid quod eis possit obesse post mortē. Veruntamen nullus eorum diluuio mortuus est, quos de semine Seth propagatos sancta scriptura cōmemorat. Sic aūt diuinitus diluuij causa narratur. [b]Vidēs, inquit, dominus deus, quia multiplicatæ sunt malitiæ hominum super terram, & quod unusquisq; cogitat in corde suo diligenter super maligna oīes dies, & cogitauit deus, quia fecit hominē super terram, & recogitauit & dixit deus, Delebo hominē quem feci à facie terræ ab homine usq; ad pecus, & à repentibus usq; ad uolatilia cœli, quia iratus sum quoniam feci eos.

L. VIVES

a HOmines cxx. annos uiuendo.] Hoc putauit Lactan. lib. ij. inquit enim, Deinde orbe siccato, exceratus iniustitiā prioris seculi deus, ne rursus longitudo uitæ causa esset excogitandorum malorum, paulatim per singulas progenies diminuit hominis ætatem atq; in c. & xx. annis metam collocauit, quā trāsgredi non liceret. Hieronymus uero sic: sed erunt cxx. anni dies eorum: hoc est habebūt cxx. annos ad agendā pœnitentiam. nō igitur humana uita, ut multi errāt in cxx. annos cōtracta est. Siquidem inuenimus quod post diluuium Abrahā uixerit annos clxxv. & cæteri amplius cc. & ccc. annis. Iosephus paulo aliter q̄m Lactantius, sed ferè in eandē sententiā scribit, cœpisse post inundationē spatium humanæ uitæ minui usq; ad Moysen, post quē terminus humanæ uitæ in c. & xx. annis positus est, hos annos statuente deo quot & Moysen uixisse contigit.

b Videns, inquit, dominus.] Ex lxx. ubi nos habemus pœnituit, illi recogitauit ἐνεθυμήθη.

De ira dei quæ incommutabilem trāquillitatem nulla inflammatione perturbat. Caput xxv

[a]IRA dei nō perturbatio animi eius est, sed iudicium quo irrogatur pœna peccato. Cogitatio uero eius & recogitatio, mutandarum rerum est immutabilis ratio. Neq; enim sicut hominem, ita deum cuiusquā facti sui pœnitet, cuius est de omnibus omnino rebus tā fixa sententia, q̄m certa præscientia. Sed si nō utatur scriptura talibus uerbis, nō se quodammodo familiārius insinuabit omni generi hominū, quibus uult esse consultum, ut & perterreat superbientes, & excitet negligentes, & exerceat quærētes, & alat intelligentes. Quod non faceret si non se prius inclinaret, & quodammodo descenderet ad iacentes. Quod autē etiam interitum omniū animalium terrenorum uolatiliumq; denūciat, magnitudinem futuræ cladis effatur, non animantibus rationis expertibus tanquam & ipsa peccauerint minatur exitium.

L. VIVES

a IRa dei nō perturbatio animi.] Scripsit de ira dei librum Lactantius, ad quē cum remittat lectorē Hieronymus, merito & nos quoq; remittemus.

Quod arca quam Noe iussus est facere, in omnibus Christum Ecclesiāq; significet. Caput xxvi

[a]AM uero quod Noe homini iusto, & sicut de illo scriptura ueridica loquitur, in sua generatione perfecto: nō utiq; sicut perficiēdi sunt ciues ciuitatis dei in illa immortalitate, qua æquabuntur angelis dei, sed sicut esse possunt in hac peregrinatione perfecti: imperat deus, ut arcam faciat, in qua cum suis, id est uxore, filijs, & nuribus, & cum animalibus, quę ad illum ex dei præcepto in arcam ingressa sunt, liberaretur à diluuij uastitate: proculdubio figura est peregrinantis in hoc seculo ciuitatis dei, hoc est Ecclesiæ, quæ sit salua per lignum, in quo pepēdit mediator & hominum, homo Christus Iesus. Nam & mensuræ ipsæ longitudinis, altitudinis, latitudinisq; eius, significant corpus humanum, in cuius ueritate ad homines prænunciatus est uenturus, & uenit. [a]Humani quippe corporis longitudo à uertice usque ad uestigia sexies tantum habet, quàm latitudo: quę est ab uno latere ad alterum latus: & decies tantum, quàm altitudo cuius altitudinis mensura est in latere à dorso ad uentrem: uelut si iacentē hominem metiaris supinum, seu pronum, sexies tantum

tantum longus est à capite ad pedes, q̄m latus à dextra in sinistram, uel à sinistra in dextram, & decies, q̄m altus à terra. Vnde facta est arca trecentorum in longitudine cubitorū, & quinquaginta in latitudine, & triginta in altitudine. Et quod ostium in latere accepit, profecto illud est uulnus quando latus crucifixi lancea perforatū est. Hac quippe ad illum uenientes ingrediūtur: quia inde sacramenta manarunt, quibus credentes initiantur. Et quod de lignis quadratis fieri iubetur, undiq; stabilem uitam sanctorū significat. Quacūq; enim uerteris quadratū, stabit. Et cætera quæ in eiusdem arce cōstructione dicuntur, [b]ecclesiasticarum signa sunt rerum. Sed ea nunc persequi longū est: & hoc iam fecimus in opere, quod aduersus Faustū Manichæum scripsimus, negantē in libris Hebræorū aliquid de Christo esse prophetatū. Et fieri quidem potest, ut & nobis quispiam, & alius alio exponat hæc aptius: dum tamen ea quæ dicūtur, ad hāc de qua loquimur, dei ciuitatē in hoc seculo maligno tanquā in diluuio peregrinantē, omnia referantur: si ab eius sensu qui ista conscripsit, non uult longe aberrare qui exponit. Exēpli gratia, Velut si quispiā quod hic scriptū est: Inferiora [c]bicamerata & tricamerata facies: nō quod ego in illo opere dixi, uelit intelligi: quia ex omnibus gentibus Ecclesia cōgregatur, bicameratam dictam, propter duo genera hominum: circuncisionem scilicet, & præputiū: quos Apostolus & alio modo dicit [d]Iudæos, & Græcos. Tricameratam uero, eo quod omnes gentes de tribus filijs Noe post diluuiū reparatæ sunt: sed aliud dicat aliquid, quod à fidei regula non sit alienum. Nam quoniam nō solum in inferioribus mansiones habere arcam uoluit, uerum etiam in superioribus, & hæc dixit bicamerata: & in superioribus superiorum, & hæc appellauit tricamerata: ut ab imo sursum uersus tertia consurgeret habitatio. Possunt hæc intelligi, & illa tria, quæ cōmendat Apostolus: fides, spes, charitas. Possunt etiam multo cōuenientius tres ille uberta tes Euangelicæ tricena, sexagena, centena: ut in infimo habitet pudicitia cōiugalis, supra uidualis, atq; hac superior uirginalis: & si quid melius secundum fidem ciuitatis huius intelligi, & dici potest. Hoc etiam de cæteris quæ hic exponenda sunt, dixerim: quia & si non uno differuntur modo, ad unam tamen catholicæ fidei concordiam reuocanda sunt.

L. VIVES

a HVmani quippe corporis longitudo.] Idem scribit in Faustum Manichæū lib. xij. Quod sexies, inquit, longa ad latitudinem suam, & decies ad altitudinem suam humani corporis instar ostēdit, quia in corpore humano Christus apparuit. Ambr. in lib. de Noe & Arca, magnitudinem arcæ ad corpus humanum refert, sed alia ratione, q̄m hic Aug. b Ecclesiasticarum signa sunt rerū.] Petrus quoq; Apostolus per arcam illam, intelligi uult ecclesiā. prima Petri tertio. Ex quo & Hieronymus contra Iouinianū, & contra Luciferianos, arcā esse ecclesiā ostēdit. Et Cyprianus in sermone de spiritu sancto, si modo eius est id operis. De arcæ quoq; interpretatione allegorica Origenes multa, & alij sacri scriptores. c Bicamerata & tricamerata.] Origenes formam declarat. Duæ erant infimæ regiones arcæ, tres super illas, & continua contignatione iunctæ, ut alia super aliam esset, in imam reddebant excrementa: in secundam seruabantur pabula omnium animātium: & hæ erant duæ cameræ. Sequebantur tres. In prima feræ bestiæ & immites: in secunda mitiores, in tertia homines. Iosephus tamen quatuor in arca dicit fuisse cameras, quū alij quinq; ponāt, ut dixi. Autor historiæ scholasticæ forte dicit prætermissam esse à Iosepho sententiā. d Iudæos & Græcos.] Ex linguis distinxit. Ii ēm omnes, quibus cū Paulus uersabat, aut Hebraice loquebātur, hi erāt Iudæi: aut Græcē, hi erāt Gentiles. Nā Romæ etiā sic loquebant omnes Græce, ut nos nūc Romane.

De arca atq; diluuio, nec illis esse cōsentiendū qui solā historiā recipiūt sine allegorica significatione, nec illis qui solas figuras defendūt, repudiata historica ueritate. xxvii

NON tamē quisquā putare debet, aut frustra hæc esse cōscripta aut tantūmodo rerū gestarū ueritatē, sine ullis allegoricis significatiōib. hic esse quærendā: aut ecōtrario hæc omnino gesta nō esse, sed solas esse uerbotū figuras, aut quicquid illud est, nequaq; ad prophetiā ecclesiæ pertinere. Quis ēm nisi mēte quersus inaniter scriptos esse cōtēdat libros per annorū milia tāta religione, & tā ordinatę successiōis obseruātia custodi tos: aut solas res gestas illic intuēdas, ubi certe ut alia omittā, si nūerositas animaliū cogebat arcæ tantā fieri magnitudinē, immūda bina, et mūda septena intromitti animalia quid cogebat, cum æquali nūero possent utraq; seruari? Aut uero deus qui propter reparandū genus seruāda præcepit, eo modo illa quo instituerat, restituere nō ualebat? Qui uero nō esse gesta, sed solas rerum significandarū figuras esse cōtendunt, primum opinātur tam magnū fieri non posse diluuiū, ut altimos mōtes quindecim cubitis aqua crescendo trāscenderet, [a]propter Olympi uerticē montis, supra quē perhibētur nubes non posse conscēdere, [b]quod tā sublimis q̄m cœlū sit, ut nō ibi sit aer iste crassior, ubi uēti, nebulæ imbresq; gignuntur

gnuntur,nec attendunt omnium elementorum crassissimam terram ibi esse potuisse. An forte negant esse hanc terram uerticem montis? Cur igitur usq; ad illa cœli spatia terris exaltari licuisse, & aquis exaltari non licuisse contendũt, cum isti mensores & pensores elementorum, aquas terris perhibeãt superiores atq; leuiores? Quid itaq; rationis afferunt, quare terra grauior & inferior locũ cœli tranquillioris inuaserit per uolumina tot annorũ, & aqua leuior ac superior permissa nõ sit hoc facere, saltẽ ad tempus exiguũ? [c] Dicũt etiã non potuisse capere arcæ illius quãtitatem animalium genera tam multa in utroq; sexu, bina de immũdis, septena de mũdis, Qui mihi uidentur non computare nisi trecenta cubita longitudinis, & latitudinis quinquaginta, triginta altitudinis, nec cogitare aliud tantũ esse in superioribus, itemq; aliud tantum in superioribus superiorum, ac per hoc ter ducta illa cubita fieri nongenta per longum, centum quinquaginta per latum, nonaginta per altum. Si autem cogitemus quod Origenes non ineleganter astruxit, Moysen scilicet hominem dei eruditũ, sicut scriptum est, omni sapiẽtia Aegyptiorum qui Geometricam dilexerunt, Geometrica cubita significare potuisse, ubi unũ quantum sex nostra ualere asseuerant, quis non uideat, quãtum rerũ capere potuit illa magnitudo? Nam illud quod disputãt, tantæ magnitudinis arcam non potuisse compingi, ineptissime calumniantur, cum sciant immensas urbes fuisse constructas, nec attẽdunt centum annos quibus arca illa est fabricata: nisi forte lapis lapidi adhærere potest sola calce coniunctus, [d] ut murus, per tot milia circumagatur, & lignum ligno [e] per succudines, [f] epiros, clauos & gluten bituminis non potest adhærere, ut fabricetur arca, non curuis sed rectis lineis longe lateq; porrecta, quã nullus in mare mittat conatus hominũ, sed leuet unda cũ uenerit naturali ordine ponderũ, magisq; diuina prouidentia, cẽ humana prudentia natãtem gubernet, ne incurrat ubicũq; naufragiũ. Quod autẽ scrupulosissime quæri solet de minutissimis bestiolis, non solum quales sunt mures & [g] stelliones, uerũetiam quales locustæ, scarabei, muscæ denicq; & pulices, utrum non amplioris numeri in arca illa fuerint, cẽ qui est definitus, cum hoc imperaret deus: prius admonẽdi sunt quos hæc mouent, sic accipiendũ esse quod dictum est, Quę repunt super terram: ut necesse non fuerit conseruari in arca, quæ possunt in aquis uiuere: non solũ mersa, sicut pisces: uerum etiam supernatãtia, [h] sicut multæ alites. Deinde quum dicitur, Masculus & fœmina erunt: profecto intelligitur ad reparandum genus dici: ac per hoc nec illa necesse fuerat ibi esse, quæ possunt sine concubitu, de quibusq; rebus, uel rerũ corruptionibus nasci: uel, si fuerũt, sicut in domibus esse consueuerunt, sine ullo numero definito esse potuisse: aut, si mysterium sacratissimum quod agebatur, & tantæ rei figura etiã in uerita te facti aliter nõ posset impleri, nisi ut omnia ibi certo illo numero essent, quæ uiuere in aquis natura prohibente non possent, non fuit ista cura illius hominis, uel illorum hominũ, sed diuina. Non enim ea Noe capta intromittebat, sed ucnientia & intrãtia permittebat. Ad hoc enim ualet quod dictum est, Intrabunt ad te: non scilicet hominis actu, sed dei nutu: ita sanè, ut non illic fuisse credenda sint, quæ sexu carent. Præscriptum est enim, atq; definitum: masculus & fœmina erunt. Alia sunt quippe quæ de quibusq; rebus sine concubitu ita nascũtur, [i] ut postea concumbant, & generent, sicut muscæ: [k] alia uero in quibus nihil sit maris & fœminæ, sicut apes. Ea porrò quæ sic habent sexum, ut non habeãt fœtum, sicut muli & mulæ, mirum si ibi fuerunt, ac non potius parentes eorum ibi fuisse suffecerit, equinũ uidelicet, atq; asininũ genus: [l] & si aliqua alia sunt, quæ cõmixtione diuersi generis, genus aliquod gignunt. Sed & si hoc ad mysterium pertinebat, ibi erant. Habet enim & hoc genus masculum & fœminã. Solet etiam mouere non nullos, genera escarum quæ illic habere poterãt animalia, quæ non nisi carne uesci putãtur, utrũ præter numerũ ibi fuerint sine transgressione mandati, quæ aliorũ alendorũ necessitas illic coegisset includi: [m] an uero, quod potius est credendum, præter carnes, aliqua alimenta esse potuerũt, quæ omnibus cõuenirent. [n] Nouimus enim cẽ multa animalia, quibus caro cibus est, frugibus pomisq; uescantur, & maxime fico atq; castaneis. Quid ergo mirum, si uir ille sapiẽs, & iustus, etiam diuinitus admonitus, quid cuicq; congrueret, sine carnibus aptã cuicq; generi alimoniam præparauit, & recondidit? Quid est autẽ, quo uesci nõ cogeret fames? aut quid nõ suaue ac salubre facere posset deus, qui etiã, ut sine cibo uiuerẽt, diuina facilitate donaret, nisi ut pascerẽtur etiã hoc implẽdæ figuræ tãti mysterij cõueniret

ueniret? Nõ autem ad præfigurandã ecclesiam pertinere tam multiplicia rerũ signa gestarum, nisi fuerit cõtentiosus, nemo permittitur opinari. Iam enim gẽtes ita ecclesiam repleuerũt, mundicq;, & immũdi, donec certũ peruenìatur ad finem, ita eius unitatis quadam compagine continentur, ut ex hoc uno manifestissimo etiam de cæteris, quæ obscurius aliquanto dicta sunt, & difficilius agnosci queunt, dubitari phas nõ sit. Quæ cum ita sint, si nec inaniter ista conscripta esse putare quisquã, uel durus audebit: nec nihil significare cum gesta sint: nec sola dicta esse significatiua non facta: nec aliena esse ab ecclesia significanda probabiliter dici potest: sed magis credendum est, & sapienter esse memoriæ litericq; mãdata, et gesta esse, & significare aliquid, & ipsum aliquid ad præfigurandã ecclesiã pertinere. Iam usq; ad hũc articulũ perductus liber iste claudendus est: ut ambarum ciuitatum cursus, terrenæ scilicet, secundum hominem uiuentis, & cœlestis secundum deum, post diluuiũ, & deinceps in rebus cõsequentibus requiratur.

L. VIVES

Olympus

PRopter Olympi uerticem.] Olympos montes alii quot referunt geographi. Hic, de quo loquitur, est in Thessalia decem stadiorum altitudine, ut inquit Plutarchus in Aemilio Paulo: cacumen eius locũ in quo nubes & uenti fiunt, superare creditur: argumento est cinerem sacrificiorũ toto anno nec diffiari, nec diui, ut Solinus scribit: quod fabulosum esse dicit Franciscus Philelphus, qui se montem ascẽdisse affirmat, ut rem tantam exploraret. Et profecto difficile hoc uidetur, uel in Olympo, uel Atho Macedoniæ, uel in quouis alio mõte, cum ambitũ terræ, per uerticẽ altissimi montis ductum halitus terræ uaporesq; humorũ excedant, præsertim ubi iuges sunt fontes, & fluuij materia imbrium, uentorũq;. b Quod tam sublimis, cẽ cœlũ sit.] Alibi: Quod tam sublime iam cœlum sit. Significat ob altitudinem cœlum esse à poetis uocatum, autore Homero cum alijs multis locis, tum uero xi. Iliad. ubi domos deorũ, sedesq;, in Olympo describit. c Dicunt etiam non potuisse capere.] Origen. Homil. ij. in Gen. Quam ego puto, quantum ex his, quæ describunt, apparet, quatuor angulis ex uno consurgentibus eisdẽq; paulatim, usq; ad summum in angustũ attractis in spatium unius cubiti fuisse collectam. Sic enim refertur, quod in fundamentis eius trecenti cubiti in longitudine, in latitudine uero quinquaginta sint positi, triginta autem in altitudine ædificati: sed collectam in cacumen angustum, ita ut cubitus sit latitudinis & longitudinis eius. & post: Veruntamen quantũ ad necessitatẽ pluuiarũ & diluuij spectat, nulla potuit tam conueniens & congrua arcæ species dari, cẽ ut è summo, uelut è tecto quodam in angustum culmine ducto, diffunderet imbrium ruinas, & ima in aquas quadrata stabilitate consistens, nec impulsu uentorum, nec impetu fluctuũ, nec inquietudine animaliũ, quæ intrinsecus erãt, aut inclinari posset, aut mergi. Sed his omnibus tanta arte compositis, obijciunt quidam quæstiones, & præcipue Apelles, qui fuit discipulus quidẽ Marcionis, sed alterius hæreseos magis, cẽ eius, quã à magistro suscepit, inuentor. Quomodo, inquit, fieri potuit istud spatium, quod scriptum est, ut quatuor saltem solos elephãtos capere potuerit? Aiebant ergo maiores, quod Moyses, qui, ut de eo scriptura testatur, omni sapientia Aegyptiorũ fuerat eruditus, secundum artem Geometricam, quã præcipue Aegyptij callent, cubitorũ numeros in hoc loco posuit. Apud Geometras enim secũdum eam rationẽ, quæ apud eos uirtus uocatur, & solido, & quadrato, uel in sex cubitos unus deputatur, si generaliter, uel trecentos, si minutatim dicatur. Quæ utiq; ratio, si obseruetur in huius arcæ mensura, inuenientur, & longitudinis, & latitudinis tanta spatia, quæ uere totius mundi reparanda germina, & uniuersorũ animantium capere rediuiua semiaria potuerint. Tantũ Origenes. d Vt murus per tot milia circũagatur.] Vt murus Babylõis Chaldææ, aut Romæ, aut Memphis, aut Nini. Sed in Thracia est urbs, quam Græci μακρὰν τεῖχον uocant, quod illinc inciperet murus supra fidem ingens usq; ad sinum Melicũ, excluderetq; Cheronesum à reliqua Thracia. Milciades dux Athenẽ. fecit. Ille quoq; est huic similis, quem à lacu Lemano ad mõtem Iuram, qui fines Sequanorum ab Heluetijs diuidit, Cæsar duxit milium passuum nouemdecim, altitudinis pedũ xvi. Cæsar primo cõmentbelli Gallici. Seuerus quoq; murum fecit in Britannia quo Barbaros à suis discreuit. e Per sustudines.] Legendum subscudines. tabellæ sunt, quibus maiores tabulæ inter se compinguntur. Vitruuius lib. iiij. cæq; trabes compactiles ponantur, ut tantam habeant crassitudinem, quantam summæ columnæ erit hypotrachelij, & ita sint compactæ subscudibus, & securiclis ut cõpactura duorum digitorum habeat laxationẽ. f Epiros.] Vel mendose sic legitur, uel quærendum quid rei sit. g Stelliones.] Sunt ex genere lacertorum, qui morsu stupefaciunt, & ex genere aranearum. Plin. lib. viij. & ix. & Aristoteles. h Multæ alites.] Anates, cygni, cincli, cataractæ, flori. i Vt postea concumbant, & generent sicut muscæ.] Muscæ sunt de iis, quæ ex non genitis gignũtur. De fece enim creatæ ipsæ coitu maris & fœmellæ uermiculum gignũt, qui in muscam sensim formatur, ut Arist. v. De histo. animaliũ scribit. k Alia uero in quibus nihil sit ma. & foe. sicut apes.] Arist. v. De animalibus nõ constare dicit, quomodo apes generentur, aliis negantibus coire sed aliunde deportare fœturã, nec unde tamen cõuenit: alii ex flore callinthri, alii arundinis, alii oleæ putant. Verg. etiam iiij. Georg. gignere eas non putauit. Sic enim ait:

Illum adeo placuisse apibus mirabere morem,
Quod nec concubitu indulgent, nec corpora segnes
In Venerem soluunt, aut fœtus nixibus ædunt:
Verum ipsæ è foliis natos, & suauibus herbis
Ore legunt.

Sunt qui apes omnes fœminas credãt, fucos mares, ita coire: gigni uero ex bubulis carnibus conuenit. l Et si aliqua alia sunt.] Vt lyciſca, lupi & canis, sed Plin. lib. viij. obseruatum esse dicit à duobus diuersi generis nata, tertij generis fieri, & neutri parẽtum esse similia, eaq; ipsa, quæ ita nata sunt, non gignere in omni animalium genere, idcirco mulas non parere. Sed de partu mularum alia quæstio, nam peperisse memoriæ est traditũ, & gestare uterum frequentius est, tum etiam in Cappadocia uulgare, ut inquit Theophrastus, & in Syria supra Phœnicen, ut Aristoteles: sed hæ diuersi generis, quàm nostræ. m An uero quod potius credendum.] Origenes putat carnes edisse illa animalia. n Nouimus enim quàm multa animalia quibus caro cibus.] Canes, corui, uulpes quum non dantur carnes, frugibus uescuntur, & maxime ficis, & castaneis, quæ non secús & explent, & alunt quàm carnes.

subscudes

ELENCHVS CAPITVM
IN DIVI AVRELII AVGVSTINI DE
CIVITATE DEI LIBRVM XVI

1 An poſt diluuium à Noe uſque ad Abraham aliquæ familiæ ſecundum deum uiuentium reperiantur.
2 Quid in filijs Noe prophetice fuerit præfiguratum.
3 De generationibus trium filiorum Noe.
4 De diuerſitate linguarum principioq; Babylonis.
5 De deſcenſione domini ad confundendam linguam ædificantium turrim.
6 Qualis intelligenda ſit locutio qua deus angelis loquitur.
7 An omne beſtiarum genus etiam remotiſsimæ à terris inſulæ ex eo numero acceperint, qui arca diluuij inundatione ſeruatus eſt,
8 An ex propagine Adam uel filiorum Noe quædam genera hominũ mõſtruoſa prodierint.
9 An inferiorem partem terræ quæ noſtræ habitationi contraria eſt, Antipodas habere credendum ſit.
10 De generatione Sem, in cuius progenie tendens ad Abraham ciuitatis dei ordo dirigitur.
11 Quod ea primitus lingua in uſu hominũ fuerit quæ poſtea Hebræa ab Heber nomine nuncupata eſt, & in cuius familia remanſit cum diuerſitas eſſet facta linguarum.
12 De articulo temporis in Abraham, à quo ſanctæ ſucceſsionis nouus ordo contexitur.
13 Quæ ratio feciſſe uideatur, ut in tranſmigratione Thare qua Chaldæos deſerens in Meſopotamiam tranſiuit, nulla filij eius Nachor facta ſit mentio.
14 De annis Thare qui in Charra uitæ tempus impleuit.
15 De tempore promiſsionis Abrahæ, qua ſecundum præceptum dei exiuit de Charra.
16 De ordine & qualitate promiſsionum dei, quæ ad Abraham factæ ſunt.
17 De tribus excellentioribus gentium regnis, quorum, id eſt Aſſyriorum, iam Abraham ſublimius eminebat.
18 De iterato alloquio dei ad Abraham, quo ei & ſemini eius Chanaam terra promittitur.
19 De Sarę pudicitia in Aegypto per dominum cuſtodita, quam Abraham non uxorem ſuam eſſe dixerat, ſed ſororem.
20 De ſeceſsione Loth & Abrahæ, quæ illis ſalua charitate complacuit.
21 De tertia promiſsione dei qua terrã Chanaan Abrahæ & ſemini eius in perpetuũ pollicetur.
22 De ſuperatis ab Abraham hoſtibus Sodomorum, quando Loth de captiuitate eripuit, & à Melchiſedech ſacerdote benedictus eſt.
23 De uerbo domini ad Abraham, quo ei promittitur ſecũdum multitudinem ſtellarum multiplicanda poſteritas, quod credens iuſtificatus eſt adhuc in præputio conſtitutus.
24 De ſignificatione ſacrificij quo Abraham offerre præceptus eſt, cũ popoſciſſet, ut de his quæ crediderat doceretur.
25 De Agar ancilla Saræ, quam eadem Sara Abrahæ uoluit eſſe concubinam.
26 De teſtificatione ad Abraham, qua eidem ſeni de ſterili Sara filium ſpopondit, patrẽq; eum gentium ſtatuit, & promiſsi fides ſacramento circunciſionis obſignatur.
27 De maſculo qui ſi octauo die non fuerit circunciſus perit anima eius, quia teſtamentum dei diſsipauit.
28 De commutatione nominum Abræ & Sarræ, qui cum ob unius ſterilitatem, ob utriuſq; autem ſenectutem generare non poſſent, munus fœcunditatis adepti ſunt.
29 De tribus uiris uel angelis, in quibus ad quercum mambræ apparuiſſe Abrahæ dominus manifeſtatur.
30 De Loth à Sodomis liberato, atque eiſdem cœleſti igne conſumptis, & de Abimelech cuius concu

concupiſcentia caſtitati Saræ nocere non potuit.
31 De Iſaac ſecundum promiſsionem nato, cuius nomen ex riſu utriuſq; parentis eſt inditum.
32 De obedientia & fide Abrahæ, qua per oblationem immolandi filij probatus eſt, & de morte Saræ.
33 De Rebecca nepte Nachor, quam Iſaac accepit uxorem.
34 Quid intelligendum ſit in eo quod Abraham poſt mortem Saræ accepit uxorẽ Cethuram.
35 De geminis adhuc in utero Rebeccæ matris incluſis, quid indicauerit diuina reſponſio.
36 De oraculo & benedictione quam Iſaac non aliter, quàm pater ipſius merito eiuſdem ac dilectione accepit.
37 De his, quæ in Eſau & Iacob myſtice præfigurantur.
38 De miſsione Iacob in Meſopotamiam ad accipiendam uxorem & de uiſione quam in itinere ſomniauit, & de quatuor ipſius fœminis cum unam petiſſet uxorem.
39 Quæ ratio fuerit ut etiam Iſrael cognominaretur.
40 Quomodo Iacob cum ſeptuaginta quinq; animabus Aegyptum narretur ingreſſus, cũ pleriq; ex eis qui commemorantur tempore poſteriore ſint geniti.
41 De benedictione quam in Iudam filium ſuum promiſit.
42 De filijs Ioſeph quos Iacob prophetica manuum ſuarum tranſmutatione benedixit.
43 De temporibus Moyſi & Ieſu Naue ac Iudicum, atq; exinde regum, quorum quidem Saul primus eſt, ſed Dauid præcipuus & ſacramento habetur & merito.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
EPISCOPI AD MARCELLINVM
DE CIVITATE DEI LIBER XVI

865

An poſt diluuiũ à Noe uſq; ad Abraham aliquæ familiæ ſecundum deum uiuentium reperiantur. Caput 1

POST diluuium procurrentis ſanctæ ueſtigia ciuitatis, utrum continuata ſint, an intercurrentibus impietatis interrupta tẽporibus, ita ut nullus hominum ueri unius dei cultor exiſteret, ad liquidum ſcripturis loquẽtibus inuenire difficile eſt: propterea quia in canonicis libris poſt Noe qui cum coniuge ac tribus filijs, totidemq; nuribus ſuis meruit per arcam à uaſtatione diluuij liberari, nõ inuenimus uſq; ad Abrahã cuiuſq; pietatem euidenti diuino eloquio prædicatam, niſi quod Noe duos filios ſuos Sem & Iaphet prophetica benedictione commendat, intuens & præuidens quod longe fuerat poſt futurum. Vnde factum eſt etiam illud, ut filium ſuũ medium, hoc eſt primogenito minorem, ultimoq; maiorem, qui peccauerat in patrem, nõ in ipſo, ſed in filio eius ſuo nepote malediceret his uerbis: Maledictus Chanaan puer, famulus erit fratribus ſuis. Chanaan porrò natus fuerat ex Cham, qui patris dormiẽtis nec texerat, ſed potius prodiderat nuditatẽ. Vnde [a] & conſecutus adiungit benedictionẽ duorũ maximi & minimi filiorum, dicens: Benedictus dominus deus Sem, & erit Chanaan puer illius: lætificet deus Iaphet, [b] & habitet in domibus Sem: ſicut ipſa eiuſdem Noe & uineæ plantatio, & ex eius fructu inebriatio, & dormiẽtis nuditatio, & quæ ibi cætera facta atque conſcripta ſunt, propheticis ſunt grauidata ſenſibus, & uelata tegminibus.

866

P

D

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI IN XVI librum De ciuitate dei, Diui Aurelij Auguſtini, commentarij.

T cõſecutus.] Alij, quod ſecutus: & alij, etiam quod ſequutus. melius. Illuc enim refertur propheticis ſunt grauidata ſenſibus.

E

b Et habitet in domibus Sem.] De nobis Chriſtianis intelligi uult Hieronymus, qui expulſis Iudæis habitamus in eruditione & ſcientia ſcripturarum.

O

Quid in filijs Noe prophetice fuerit præfiguratum. Cap. II

ED nũc rerum effectu iam in poste-
ris cõsecuto, quæ operta fuerãt, satis
S aperta sunt. Quis enim hæc diligen
ter & intelligenter aduertens, nõ a-
gnoscat in Christo? Sem quippe de
cuius semine in carne natus est Christus, inter-
pretatur nominatus. Quid autem nominatius
Christo, cuius nomen ubiq; iam fragrat, ita ut
in Cantico canticorum, etiam ipsa præcinente
prophetia, unguẽto comparetur effuso: in cuius
domibus, id est Ecclesiis habitat gentium latitu
do? Nam Iaphet latitudo interpretatur. Cham
porrò qui interpretatur calidus, medius Noe fi
lius tanquã se ab utroq; discernens, & inter u-
trunq; remanens, nec in primitijs Israelitarum,
nec in plenitudine gentium, quid significat nisi
hæreticorũ genus calidum, non spiritu sapien-
tiæ, [a] sed spiritu uersipellis astutiæ, quo solent
hæreticorũ feruere præcordia & pacem pertur-
bare sanctorum? Sed hæc in usum cedunt pro-
ficientium iuxta illud Apostoli: Oportet hære-
ses esse, ut probati manifesti fiant in uobis. Vn-
de etiam scriptum est, Filius eruditus sapiens e-
rit: imprudente autem ministro utetur. Multa
quippe ad fidem catholicam pertinentia, dum
hæreticorum calida inquietudine agitantur, ut
aduersus eos defendi possint, & considerantur
diligentius, et intelliguntur clarius, & instantius
prædicantur: & ab aduersario mota quæstio, di
scendi existit occasio. Quãuis non solũ qui sunt
apertissime separati, uerumetiã omes qui Chri-
stiano uocabulo gloriãtur, et perdite uiuunt, nõ
ab surde possunt uideri medio Noe filio figura
ri: passionem quippe Christi, quæ illius homi-
nis nuditate significata est, & annunciant profi
tendo, & male agendo exhonorãt. De talibus
ergo dictum est: Ex fructibus eorum cognosce
D tis eos. Ideo Cham in filio suo maledictus est
tanquam in fructu suo, id est in opere suo. Vn-
de cõuenienter et ipse filius eius Chanaan, inter
pretatur motus eorũ; quod aliud quid est q̃ o-
pus eorũ? Sem uero & Iaphet, tanq̃ circũcisio,
& pręputiũ, uel sicut alio modo eos appellat A-
postolus, Iudęi & Greci, sed uocati & iustificati,
cognita quoquo modo nuditate patris, qua si-
gnificabatur passio redẽptoris, sumentes uesti-
mentũ, posuerunt supra dorsa sua, & intrauerũt
auersi, & operuerũt nuditatem patris sui, nec ui-

A derunt quod reuerendo texerunt. Quodam e-
nim modo in passione Christi, & quod pro no
bis factum est honoramus, & Iudæorũ facinus
auersamur. Vestimentum significat sacramen-
tum, dorsa memoriam præteritorum, quia pas-
sionem Christi eo scilicet iam tempore quo ha-
bitat Iaphet in domibus Sem, & malus frater
in medio eorum, transactam celebrat ecclesia,
non adhuc prospectat futuram. Sed malus fra-
ter in filio suo, hoc est in opere suo, [b] puer, id est
seruus est fratrum bonorum, cum ad exercita-
tionem patientiæ, uel ad profectum sapientiæ
B scienter utuntur malis boni. Sunt enim teste A-
postolo qui Christum annunciant non caste.
Sed siue occasione, inquit, siue ueritate Christus
annũcietur, in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Ipse
quippe plantauit uineam, de qua dicit Prophe-
ta: Vinea domini sabaoth domus Israel est, &
bibit de uino eius. Siue ille calix hic intelligatur,
de quo dicit, Potestis bibere calicem, quem ego
bibiturus sum? &, Pater: si fieri potest, transeat à
me calix iste: quo suã sine dubio significat pas-
sionem. Siue quia uinum fructus est uineæ, hoc
potius illo significatum est, quod ex ipsa uinea,
hoc est ex genere Israelitarũ carnẽ pro nobis &
C sanguinẽ ut pati posset, assumpsit, & inebriatus
est, id est passus est & nudatus. Ibi nanque nu-
data est, id est apparuit, eius infirmitas, de qua
dicit Apostolus: Et si crucifixus est ex infirmita
te. Vnde item dicit, Infirmum dei fortius est ho
minibus, & stultum dei sapientius est homini-
bus. Quod uero cum dictum esset, & nuda-
tus est: addidit scriptura, in domo sua: eleganter
ostendit, quod à suę carnis gente, & domesticis
sanguinis sui, uticq; à Iudæis fuerat crucem mor
temq; passurus. Hanc passionem Christi foris
in sono tantum uocis reprobi annũciant. Non
enim quod annunciant intelligunt. Probi autẽ
D in interiore homine habent tam grande myste
rium, atq; honorant intus in corde infirmũ &
stultũ dei, quia fortius est & sapientius homini
bus. Huius rei figura est, quod Cham exiens
hoc nunciauit foris: Sem uero & Iaphet, ut hoc
uelarent, id est honorarẽt, ingressi sunt, hoc est
interius id egerunt. Hæc scripturæ secreta diui-
nę indagamus ut possumus, alius alio magis mi
nusue congruenter, ueruntamen fideliter: certũ
tenentes non ea sine aliqua præfiguratione fu-
turorũ gesta atq; conscripta, nec; nisi ad Chri-
stum & eius Ecclesiam, quæ ciuitas dei est, esse

referen

referẽda: cuius ab initio generis humani nõ de-
A fuit prædicatio, quam per omnia uidemus im-
pleri. Benedictis igitur duobus filijs Noe, atq;
uno in medio eorum maledicto, deinceps usq;
ad Abraham de iustorum aliquorũ qui pie deũ
colerent cõmemoratione silitum est per annos
amplius q̃ mille. Nec eos defuisse crediderim,
sed si omnes commemorarẽtur, nimis longũ fie
ret: & hæc esset magis historica diligẽtia, q̃ pro
phetica prouidentia. Illa itaq; exequitur literarũ
sacrarum scriptor istarũ: uel potius per eum dei
spiritus, quibus non solum narrẽtur præterita,
uerumetiam prænuncientur futura, quæ tamen
B pertinent ad ciuitatẽ dei: quia et de hominibus,
qui non sunt ciues eius, quicquid hic dicitur, ad
hoc dicitur, ut illa ex comparatione cõtraria uel
proficiat, uel emineat. Non sanè omnia quæ ge
sta narrãtur aliquid etiã significare putãda sũt:
sed propter illa, quæ aliquid significãt, etiam ea
quæ nihil significant, attexuntur. Solo enim uo
mere terra proscinditur: sed ut hoc fieri possit,
[c] etiã cætera aratri mẽbra sunt necessaria. Et soli
nerui in citharis atq; huiusmodi uasis musicis a-
ptantur ad cantũ, sed ut aptari possint, insunt et
cætera in [d] compaginibus organorum, quæ non
percutiuntur à canentibus, sed ea quæ percussa
C resonant, his cõnectuntur. Ita in prophetica hi-
storia dicuntur & aliqua, quæ nihil significant,
sed quibus adhæreant quæ significant, & quo-
dammodo religentur.

L. VIVES

a Sed spiritu uersipellis astutiæ.] Alibi legit, non spi
ritu patientiæ, sed impatientiæ, quo solent hæreti-
corũ feruere primordia. & si præcordia cõgruen-
tius legitur. b Puer, id est seruus est fratrum bono-
rum.] Puer pro seruo Latine ponitur, sicut Græce παῖς,
quod est item ambiguum. quo uocabulo usi sunt Lxx.
ἐπικατάρατος & χαμὲ παῖς οἰκέτης ἔσται τοῖς ἀδελφοῖς αὐτου. Execra-
bilis Chanaã seruus domesticus erit fratribus suis. Nu
gatur Chrysippus quum discrimen facit inter οἰκέτην καὶ
δοῦλον, ὅτι οἰκέτης μέν ἐστι ὁ κατὰ πᾶσαν ὑπηρεσίαν δεδωκὼς ἑαυτόν· ὁ δὲ δοῦλος ἁπλῶς. Ammo-
nius aliter, sed nihil ad hanc rem, certe οἰκέτης seruus est
in re familiari ministrans ὑπηρέτης. c Etiam cætera ara
tri membra.] Dentalia, temo, buris, manipula, stiua.
d Compaginibus organorũ.] Omnia instrumen-
ta musica significat, quorum partes percensere longum
esset & superuacaneum.

De generationibus triũ filiorũ Noe. III

GENERATIONES ergo filiorum
deinceps intuendæ, & quod de his
G dicendum uidetur attexendum est
huic operi, quo ciuitatis utriusq; ter-
renæ scilicet et cœlestis per tempora

procursus ostenditur. Cœptæ sunt autem com
memorari à minimo filio, qui uocatus est Ia-
phet, cuius filij octo nominati sunt: nepotes au-
tem septẽ de duobus filijs eius, tres ex uno, qua
tuor ex altero: fiunt itaq; omnes quindecim. Fi-
lij autem Cham, hoc est, medij filij Noe, quatu
or, & nepotes quinq; ex uno eius filio, pronepo
tes duo ex nepote uno, fit eorum summa unde-
cim. Quibus enumeratis, redítur tanquam ad
caput et dicitur, Chus autem genuit Nemroth:
hic cœpit esse gigas super terrã. Hic erat gigas
uenator contra dominũ deum. Propter hoc di-
cunt: Sicut Nemroth gigas uenator contra do-
B minum. [a] Et factum est initium regni eius Ba-
bylon, [b] Oreg, [c] Archad, & Chalamne in ter-
ra Sennaar. De terra illa exijt Assur, & [d] ædifica
uit Niniuen, [e] & Robooth ciuitatem, & Calach,
& Dasem inter mediũ Niniues & Calach: hæc
ciuitas magna. Iste porrò Chus pater gigantis
Nemroth primus nominatus est in filijs Chã,
cuius quinq; filij iam fuerant cõputati, & nepo-
tes duo. Sed istum gigantem aut post nepo-
tes suos natos genuit: aut, quod est credibilius,
seorsum de illo propter eius eminẽtiam scriptu
ra locuta est, quandoquidẽ & regnũ eius cõme-
C moratum est. Cuius initiũ erat illa nobilissima
Babylon ciuitas: & quæ iuxta commemoratæ
sunt, siue ciuitates, siue regiones. Quod uero di-
ctũ est, de terra illa, id est de terra Sennaar, quę
pertinebat ad regnum Nemroth, exisse Assur
& ædificasse Niniuen, & alias quas contexuit ci
uitates: lõge postea factum est, quod ex hac oc-
casione perstrinxit, propter nobilitatem regni
Assyriorum, quod mirabiliter dilatauit Ninus,
Beli filius, cõditor Niniuæ ciuitatis magnæ: cu-
ius ciuitatis nomen ex illius nomine deriuatum
est, ut à Nino Niniue uocaretur. Assur autem
unde Assyrij, non fuit in filijs Cham medij fi-
D lij Noe, sed in filijs Sem reperitur, qui fuit Noe
maximus filius. Vnde apparet de progenie
Sem exortos fuisse, qui postea regnum gigan-
tis illius obtinerent, & inde procederent, atque
alias conderent ciuitates, quarum prima est à
Nino appellata Niniue. Hinc redítur ad alium
filium Cham, qui uocabatur Mesraim, & com-
memorantur quos genuit: non tanquam singu
li homines, sed nationes septẽ. Et de sexta uelut
de sexto filio gens commemoratur exijsse, quæ
appellatur Philistijm, unde fiunt octo. Inde ite
rum ad Chanaan redítur, in quo filio maledi-

ctus est Cham,& quos genuit undecim nominantur. Deinde usq; ad quos fines peruenerint commemoratis quibusdam ciuitatibus dicitur. Ac per hoc filijs ac nepotibus cõputatis, de progenie Cham triginta unus geniti referũtur. Restat cõmemorare filios Sem maximi filij Noe. Ad eum quippe gradatim generationum istarũ peruenit à minimo exorta narratio. Sed unde incipiunt cõmemorari filij Sem, habet quiddam obscuritatis, quod expositione illustrandũ est: quia & multũ ad rem pertinet quam requirimus. Sic enim legitur: [g]Et Sem natus est etiã ipsi patri omnium filiorũ Heber fratri Iaphet maiori. Ordo uerborum est: Et Sem natus est Heber, etiam ipsi, id est ipsi Sem natus est Heber: qui Sem pater est omnium filiorum. Sem ergo patriarcham intelligi uoluit omnium qui de stirpe eius exorti sunt, quos commemoraturus est, siue sint filij, siue sint nepotes, & pronepotes, & deinceps indidem exorti. Non sanè istum Heber genuit Sem, sed ab illo quintus in progenitorum serie reperitur. Sem quippe inter alios filios genuit Arphaxat, Arphaxat genuit Cainan, Cainan genuit Sala, Sala genuit Heber. Non itaq; frustra ipse primus nominatus est in progenie ueniente de Sem: & prælatus est etiam filijs, cum sit quintus nepos: nisi quia uerũ est quod traditur, ex illo [h]Hebræos esse cognominatos, tanquam Heberæos, cum & alia possit esse opinio, ut ex Abraham tanquam Abrahæi dicti esse uideantur. Sed nimirum hoc uerũ est, quod ex Heber Heberæi appellati sunt: ac deinde una detracta litera, Hebræi: quam linguam solus Israel populus potuit obtinere: in quo dei ciuitas, & in sanctis peregrinata est, & in omnibus sacramento adumbrata. Igitur filij Sem prius sex nominantur, deinde ex uno eorum nati sunt quatuor nepotes eius: Itemq; alter filiorum Sem genuit eius nepotem, atq; ex illo itidem pronepos natus est, atq; inde abnepos, qui est Heber. Genuit autem Heber duos filios, quorum unum appellauit Phalec, quod interpretatur diuidẽs. Deinde scriptura subiungens, rationemq; huius nominis reddens: quia in diebus, inquit, eius diuisa est terra. Hoc autẽ quid sit, postea apparebit. Alius uero qui natus est ex Heber, genuit duodecim filios, ac per hoc fiunt omnes progeniti de Sem uiginti septem. In summa igitur omnes progeniti de tribus filijs Noe, id est quindecim de Iaphet, & triginta unus de Cham, uigintiseptem de Sem, fiũt septuaginta tres. Deinde sequitur scriptura dicẽs: Hi filij Sem in tribubus suis secundum linguas suas: in regionibus suis & in gentibus suis. Itẽq; de omnibus: Hę, inquit, tribus filiorum Noe secundum generationes eorum, & secũdum gentes eorum. Ab his dispersæ sunt insulæ gẽtium super terram post diluuium. Vnde colligitur septuagintatres, uel potius quod postea demonstrabitur, septuagintaduas gentes tũc fuisse, nõ homines. Nam & prius cum fuissent commemorati filij Phalec, ita conclusum est: [i]Ex his segregatæ sunt insulæ gentium in terra sua, unusquisq; secundum linguam suã in tribubus suis & in gẽtibus suis. Iam uero in filijs Cham quodam loco apertius gentes commemoratæ sunt, sicut superius ostendi. Mesraim genuit eos, qui dicuntur Luditim: & eodem modo cęteræ usq; ad septẽ gentes. Et enumeratis omnibus postea concludens: Hi filij Cham, inquit, in tribubus suis, secundum linguas suas in regionibus suis & in gentibus suis. Propterea ergo multorum filij non sunt commemorati: quia gentibus alijs nascendo accesserunt, ipsi autem gentes facere nequiuerunt. Nam qua alia causa cum filij Iaphet octo enumerentur, ex duobus eorum tantum filij nati commemorantur: & cum filij Cham quatuor nominentur, ex tribus tantum qui nati sunt adijciuntur: & cum filij Sem nominentur sex, duorum tantum posteritas attexitur: nunquid cæteri sine filijs remanserunt? Absit hoc credere: sed gẽtes propter quas commemorari digni essent, non utiq; fecerunt: quia sicut nascebantur, alijs gentibus addebantur.

L. VIVES

a Et factum est initium regni eius.] Hæc loca, quænam fuerint apud Græcos, docẽt Iosephus & Eusebius Pamphili: quos Hiero. est secutus. Ex his quantum uidebitur, desumemus: cætera in illis lector inueniet, nam uulgares sunt satis, Iosephus duntaxat & Hiero. Campus Sennaar est in Chaldæa, ubi turris Babylonia extructa est. b Oreg.] Lxx. ὀρέχ. in Hebræo Arach. c Archad.] Sic Lxx. in Hebræo uero est Achad. quã Hebræi dicunt esse in Mesopotamia Nisibim, Antiochiam uocat Plinius. d Aedificauit Niniuen.] Hæc est Niniue Assyria, nam est altera Iudæa Niniue in angulo Arabiæ: quæ postea corrupte Neneuẽ est dicta. Illam Assyriam Plinius Ninum nominat, quondam clarisſ. Tigri amni impositam, ad solis occasum spectantẽ. Idem Ptolemæus. Diodorus Ninam urbem uocat, conditamq; à Nino Beli filio tradit: nec ullam postea urbẽ tanto ambitu tãtaq; magnitudine extructam. Altitudo murorum fuit pedum cẽtum: latitudo, quæ tres currus iunctos caperet: ambitus quadringentorum octoginta stadiorum, facie quadranguli. Turres in muris mille & quin

Niniue

quingentæ, centum altæ pedibus. e Et Robooth.] Nos uulgo sic legimus: de terra illa egressus est Asur & ædificauit Niniuen & plateas ciuitatis, & Chale. Rhesen quoq; inter Niniuẽ & Chale, hæc est ciuitas magna. lxx. uero sic, καὶ ᾠκοδόμησε νινευὶ· καὶ ἀνὰ μέσον χαλὰχ αὐτὴ ἡ πόλις μεγάλη, nisi sit mẽdum in codice, sed ubi nos habemus plateas, Hebraice relictũ est Rhoboot. f Ninus Beli filius.] Belũ Sanchoniato inter filios Saturni numerat ex theologia Phœnicum: ideo & Iuppiter Belus est dictus. Fuit & Belus alter nepos Iouis ex Epapho filio rege Aegyptio, qui hunc Belum ex Iside genuit. Tametsi Eusebius Telegonum facit patrem, cui post Apis mortẽ Isis denupserit, regnante in Attica Cecrope. At Belus hic qui Ninum procreauit, rex fuit Assyriorum modico imperio contentus, inclytus bellaci filio, à quo pro deo & cultus est, & coli iussus, dictusq; Iuppiter Babylonius. Aegyptij Belum hunc suum esse uolunt, illum ex quo Aegyptus est natus, quem Neptuni & Lybiæ filium dicũt, Epaphi, qui Libyam genuit nepotem. hic in Babyloniam colonos deduxit, qui sedem urbi ad Euphratem amnem quum elegisset, sacerdotes Aegyptio instituit more. Plinius Belum hunc qui in Assyria sacratissimus colitur, templumq; eius Babylone etiam sua memoria duraret, syderalis scientiæ inuentorem fuisse perhibet, eiq; Assyrios gemmã dicasse, qui Beli oculus dicitur. g Et Sem natus est etiam.] Ordo uerborũ dilucidior est in Græco propter articulos καὶ τῷ σὴμ ἐγεννήθη καὶ αὐτῷ πατρὶ πάντων τῶν υἱῶν ἀβὲρ ἀδελφῷ ἰαφὲθ τοῦ μείζονος, & ipsi Semo generatio fuit patri omnium filiorum Aberis fratri minori Iapheti. h Hebræos esse cognominatos.] Paulus episcopus Burgeñ. homo Hebraicarum literarũ peritissimus censet Hebræos esse nominatos. q. peregrinos, hoc esse etymon uocabuli lingua illa. de re non esse dubitandum: quis enim nescit gentem illam & in terra Chanaan & in Aegypto esse peregrinatam. i Ex his segregatæ sunt insulæ gẽtium. Lxx. διεσπάρησαν νῆσοι τῶν ἐθνῶν. Dispersæ sunt insulæ gẽtium. Ceu inter se diuisæ sint gentes tanquam insulæ disterminatæ mari, fluminibus, mõtibus, syluis, aggeribus, harenis & solitudinibus.

De diuersitate linguarũ, principioq; Babylonis, Cap. IIII

Cum ergo in suis linguis istæ gentes fuisse referantur, redit tamẽ ad illud tẽpus narrator, quando una lingua omniũ fuit, & inde iã exponit quid acciderit ut linguarum diuersitas nasceretur. Et erat, inquit, omnis terra labiũ unũ, & uox una omnibus. Et factum est cum mouerent ipsi ab Oriente, inuenerunt campũ in terra Sennaar, & habitauerũt ibi. Et dixit homo proximo suo: Venite faciamus lateres, et coquamus illos igni. Et facti sunt illis lateres in lapidem, [a]& bitumen erat illis lutum, & dixerunt: Venite ædificemus nobismetipsis ciuitatẽ, [b]& turrim cuius caput erit usq; ad cœlum, [c]et faciamus nobis nomen anteq; dispergamur in faciẽ omnis terræ. Et descendit dominus uidere ciuitatẽ & turrim, quã ædificauerũt filij hominũ. Et dixit dominus: Ecce genus unũ et labium unũ omniũ: & hoc inchoauerunt facere, & nunc non deficient ex illis omnia, quæ conati fuerint facere: uenite, & descendentes confundamus ibi linguam eorum, ut non audiat unusquisq; uocem proximi sui. Et dispersit eos dominus inde super faciem omnis terræ, [d]& cessauerunt ædificantes ciuitatem & turrim. Propter hoc appellatum est nomen illius confusio: quia ibi confudit dominus labium omnis terrę, & inde dispersit illos dominus deus super faciem omnis terræ. Ista ciuitas quæ appellata est confusio, ipsa est Babylon, cuius mirabilem constructionem gentium etiam commẽdat historia. Babylon quippe interpretatur confusio. Vnde colligitur gigantem illum Nemroth fuisse illius conditorem, quod superius breuiter fuerat intimatum, ubi cum de illo scriptura loqueretur, ait: Initium regni eius fuit Babylon, id est quæ ciuitatum cæterarum gereret principatum, ubi esset tanquam in metropoli habitaculum regni: quamuis perfecta nõ fuerit usq; in tantum modum quantum superba cogitabat impietas. Nam nimia disponebatur altitudo, quę dicta est usq; in cœlum: siue unius turris, eius, quam præcipuam moliebãtur inter alias: siue omnium turriũ, quæ per numerũ singularem ita significatæ sunt, ut dicitur miles, & intelliguntur milia militum: ut rana, & locusta, sic enim appellata est multitudo ranarum & locustarũ in plagis, quibus Aegyptij percussi sunt per Moysen. Quid autẽ factura fuerat humana & uana præsumptio? Cuiuslibet, & quantũlibet in cœlum aduersus deum altitudinem molis extolleret, quãdo montes transcenderet uniuersos: quando spatiũ nebulosi aeris huius euaderet? Quid deniq; noceret deo, quantacunque uel spiritalis, uel corporalis elatio? Tutã uerãq; in cœlum uiã molitur humilitas, sursum leuans cor ad dominum, nõ contra dominum: sicut dictus est gigas iste uenator cõtra dominũ. Quod non intelligentes nonnulli ambiguo Gręco decepti sunt, ut non interpretarentur cõtra dominum, sed ante dominum. [f]ἐναντίον quippe & ante & contra significat. Hoc enim uerbum est etiam in Psalmo: Et ploremus ante dominum qui fecit nos. Et hoc uerbum est etiam in libro Iob, ubi scriptum est: In furorem erupisti cõtra dominũ. [g]Sic ergo intelligendus est gigas ille uenator contra dominũ. Quid autem significatur hoc nomine, quod est uenator, nisi animalium terrigenarum deceptor, oppressor, extinctor? Erigebat ergo cũ suis populis turrem cõtra dominum

minũ,qua eſt impia ſignificata ſuperbia. Meri-
to autẽ malus punitur affectus,etiam cui nõ ſuc-
cedit effectus. Genus uero ipſum pœnæ quale
fuit? [b] Quoniam enim dominatio imperantis in
lingua eſt,ibi damnata eſt ſuperbia,ut nõ intel-
ligeretur iubens homini, qui noluit intelligere
ut obediret deo iubenti. Sic illa cõſpiratio diſſo-
luta eſt,cum quiſq; ab eo,quem nõ intelligebat
abſcederet:nec ſe niſi ei,cũ quo loqui poterat,ag-
gregaret:& per linguas diuiſę ſunt gẽtes,diſper
ſæq; per terras:ſicut deo placuit,qui hoc modis
occultis nobisq; incomprehenſibilibus fecit.

L. VIVES

a ET bitumen erat illis.] Aſphaltus qui in illis locis affatim ſuppetit. b Et turrim cuius caput e-
rit.] Simile quiddã prophani ſcriptores tradũt
de bello gigantæo in deos, quum montes ſuperſtruere
montibus tentarunt, ut aſcenſum in cœlum facilem ſibi
pararent. Ter ſunt conati imponere Pelion oſſæ. Ter pa-
ter extructos diſiecit fulmine montes, ſicut ait Vergil.
Fabula nota. Et fieri poteſt, ut ex hac hiſtoria ſit deflexa
ut aliæ pleræq; ex ſacris apud Gentiles. c Et facia-
mus nobis nomen.] Sit monumentum omnium noſtrũ
d Et ceſſauerunt ædificantes ciuitatem.] Ex proprie
tate Græca: καὶ κατέπαυσαν οἰκοδομοῦντες τὴν πόλιν. Quod ſolet
uerti: Ceſſauerunt ædificare urbem. e Cuius mira-
bilem conſtructionem.] Geographi omnes, Plinius, So
linus, Strabo, Mela, Herodotus, & poetæ frequẽtes. De
hac alibi. f Ἐναντίον.] Sic etiã Latine, cõtra, & aduerſus.
Etiam in Pſalmo xciiij. καὶ κακὸν μέγα ἐναντίον κυρίου τοῦ ποιῆσαι
τῷ ἡμᾶς. g Sic ergo intelligendus eſt gigas ille.] Ioſe-
phus ſcribit Nemroth induxiſſe in genus humanum in
iuriam, & ſuperbiam etiam aduerſus dominum. Nam
quũ manu eſſet fortiſſimus, ſua debat populis, non deo
acceptũ ferre, ſi quid contingeret boni, ſed uiribus ſuis.
ita tyrannidẽ inſtituit, & ne quid in eos poſſet deus, tur-
rim aggreſſi ſunt extruere, qua diluuium, ſi rurſus ira-
ſceretur deus effugerent. Multitudo uero grauius puta
bat eſſe parere deo, quàm mortali: ideo libenter dictis
Nemroth audiens erat, turrim altiſsimam cœpit erige-
re, quam aquæ obruere nequirent. Huius turris memi-
nit Sibylla, dicens: Quum omnes homines unius uocis
eſſent, quidam turrim ædificauerũt excelſam, tanquam
aſcenſuri in cœlum per eam. Dij uero immittentes uen-
tos, euerterunt turrim, & uocem propriam unicuique
partiti ſunt: propterea & uocari contigit Babyloniam ci
uitatem. h Quoniã enim dominatio imperantis in lin
gua eſt.] Multum ualet ad conciliandos ſubditorũ ani-
mos oratio principis, quæ ſi non intelligatur, auertit o-
mnes ab ipſo. Mithridates idcirco etiã fractus & fuſus,
tamẽ amicos animos ſuorum & ad parendum paratos
habuit, quod unicuiq; genti ſua lingua loqueretur.

De deſcenſione domini ad cõfunden dam linguam ædificantium turrim. Caput v

QVOD enim ſcriptum eſt, Et deſcen-
dit dominus uidere ciuitatem & tur
Q rim, quam ædificauerunt filij homi-
num: hoc eſt non filij dei, ſed illa ſo-
cietas ſecundum hominem uiuens,
quam terrenam dicimus ciuitatem: nõ loco mo-
uetur deus, qui ſemper ubique eſt totus: ſed de-
ſcendere dicitur, cum aliquid facit in terra, quod
præter uſitatũ naturæ curſum mirabiliter factũ
præſentiam quodammodo eius oſtendat. Nec
uidẽdo diſcit ad tempus, qui nunquã poteſt ali
quid ignorare, ſed ad tẽpus uidere et cognoſce-
re dicitur, quod uideri & cognoſci facit. Non ſic
ergo uidebatur illa ciuitas, quomodo eam deus
uideri fecit, quãdo ſibi quantũ diſpliceret, oſten
dit. Quãuis poſsit intelligi deus ad illam ciuita-
tem deſcendiſſe: quia deſcenderunt angeli eius,
in quibus habitat, ut quod adiũctum eſt, Et di-
B xit dominus deus: Ecce genus unum & labium
unum omnium, & cætera, ac deinde additũ: Ve
nite et deſcendentes confundamus ibi linguam
eorum: recapitulatio ſit, demonſtrans quemad-
modum factum ſit, quod dictum fuerat: deſcen
dit dominus. Si enim iam deſcẽderat, quid ſibi
uult, Venite & deſcendentes confundamus ibi
linguam eorũ: quod intelligitur angelis dictũ,
niſi quia per angelos deſcendebat, qui in ange-
lis deſcendentibus erat? Et bene non ait, uenite
& deſcendentes confundite: ſed, confundamus
ibi linguam eorum: oſtendens ita ſe operari per
C miniſtros ſuos, ut ſint etiam ipſi cooperato-
res dei: ſicut Apoſtolus dicit, Dei enim ſumus
cooperarij.

Qualis intelligenda ſit locutio, qua deus angelis loquitur. Cap. VI

OTERAT & illud quando factus
eſt homo de angelis intelligi, quod
P dictum eſt, [a] Faciamus hominem:
quia nõ dixit, faciam: ſed quia ſequi-
tur, ad imaginem noſtram, nefas eſt
credere ad imaginẽ angelorũ hominem factũ,
aut eandem eſſe imaginem angelorũ & dei. Et
D ideo recte illic intelligitur pluralitas trinitatis.
Quæ tamen trinitas, quia unus eſt deus, etiam
cũ dixiſſet, faciamus: & fecit, inquit, deus homi-
nem ad imaginem dei: non dixit, fecerunt dij:
aut ad imaginẽ deorũ. Poterat & hic eadem in-
telligi trinitas, tanquã pater dixerit ad filiũ et ſpi
ritum ſanctũ, Venite & deſcendentes confunda
mus ibi linguam eorũ: ſi aliquid eſſet, quod an-
gelos prohiberet intelligi: quibus potius conue
nit uenire ad deum motibus ſanctis, hoc eſt co-
gitationibus prijs, quibus ab eis conſulitur incõ-
mutabilis ueritas tanquam lex æterna in illa eo
rum

rum curia ſuperna. Neq; enim ſibijpſi ſunt ueri A
tas, ſed creatricis participes ueritatis, ad illã mo-
uentur tanquam ad fontem uitæ: ut quod non
habent ex ſeipſis, capiant ex ipſa: & ideo eorum
ſtabilis eſt iſte motus, quo ueniunt, qui non re-
cedũt. Nec ſic loquitur angelis deus, quomodo
nos inuicẽ loquimur nobis, uel deo, uel angelis,
uel ipſi angeli nobis, ſiue per illos deus nobis,
ſed ineffabili ſuo modo: nobis autẽ hoc indica-
tur noſtro modo. Dei quippe ſublimior ante
ſuum factum locutio, ipſius ſui facti eſt immuta
bilis ratio, quæ nõ habet ſonum ſtrepentẽ atq;
tranſeuntem, ſed uim ſempiterne manentem, &
B temporaliter operantem. Hac loquitur deus an
gelis ſanctis, nobis autem aliter longe poſitis.
Quando autem etiam nos aliquid tale locutio-
nis interioribus auribus capimus, angelis pro-
pinquamus. Non itaq; mihi aſsidue reddenda
eſt ratio in hoc opere de locutionibus dei: Aut
enim ueritas incommutabilis per ſeipſam in-
effabiliter loquitur, rationalis creaturæ menti-
bus, aut per mutabilem creaturam loquitur, ſiue
ſpiritalibus imaginibus noſtro ſpiritui, ſiue cor-
poralibus uocibus corporis ſenſui. Illud ſanè
quod dictum eſt, & nunc non deficient ex illis
C omnia, quæ conati fuerint facere: non dictũ eſt
confirmando, ſed tanquam interrogando, ſicut
ſolet à comminãtibus dici, quemadmodum ait
quidam: [b] Non arma expedient, totaq; ex urbe
ſequentur? Sic ergo accipiendum eſt tanquã di-
xerit: Nõne omnia deficient ex illis: quæ conati
fuerint facere? Sed ſi ita dicatur, nõ exprimit cõ-
minantem. Verum propter tardiuſculos adieci-
mus particulam, id eſt ne, ut diceremus, nõnne:
quoniam uoce pronunciantis ſcribere nõ poſ-
ſumus. [c] Ex illis igitur tribus hominibus Noe fi-
lijs ſeptuagintatres, uel potius, ut ratio declara-
ta eſt, ſeptuagintaduæ gẽtes totidemq; linguæ
D per terras eſſe cœperunt, quę creſcẽdo et inſulas
impleuerunt. [d] Auctus eſt autem numerus gen-
tium multo amplius quàm linguarũ. Nam et in
Aphrica Barbaras gentes in una lingua pluri-
mas nouimus, & homines quidem multiplica-
to genere humano, ad inſulas inhabitãdas nauí
gio tranſire potuiſſe, quis ambigat?

L. VIVES

a FAciamus hominẽ.] Hoc dicto Auguſtinus & Hi-
larius ſubſignificari à Moſe uolunt myſterium tri
nitatis. b Non arma expedient.] Aeneid. iiij.
Vergilius uerbis Didonis. c Pronenõ, & pro ni niſi
ſcribere ſolemus.] In alijs libris manu ſcriptis hæc uer-
ba non leguntur. d Auctus eſt autem numerus gen
tium.] Ego uero difficilius eſſe cenſeo definire quæ ſit
una lingua, quàm quæ ſit una gens: ſed hic non diſpu-
to, nec definio, tantum enarro.

An omne beſtiarum genus etiam re motiſsimæ à terris inſulæ ex eo nume ro acceperunt, qui in arca diluuij inun datione ſeruatus ſit. Cap. VII

ED quæſtio de omni genere beſtia
rum eſt, quæ ſub cura hominũ non
S ſunt, nec ſicuti ranæ naſcũtur ex ter-
ra, ſed ſola cõmixtione maris & fœ-
minæ propagantur, ſicut lupi & hu
iuſmodi cætera, quomodo poſt diluuium quo
ea, quæ in arca non erant cuncta deleta ſunt, e-
tiam in inſulis eſſe potuerunt, ſi reparata non
ſunt, niſi ex his, quorum genera in utroq; ſexu
arca ſeruauit, Poſſunt quidem credi ad inſulas
natando trãſiſſe, ſed proximas. Sunt autẽ quę-
dam tam longe poſitæ à continentibus terris,
ut ad eas nulla uideatur natare potuiſſe beſtia-
rum. Quod ſi homines eas captas ſecum addu-
xerunt, & eo modo ubi habitabant earum ge-
nera inſtituerunt, [a] uenandi ſtudio fieri potuiſſe
incredibile eſt: quamuis iuſſu dei ſiue permiſſu
C etiam opere angelorum negandum non ſit po-
tuiſſe trãsferri. Si uero è terra exortæ ſunt ſecun
dum originem primam, quando dixit deus,
Producat terra animã uiuam: multo clarius ap-
paret non tam reparandorum animalium cau-
ſa, quàm figurandarum uariarum gentiũ pro-
pter eccleſiæ ſacramentum in arca fuiſſe omnia
genera, ſi in inſulis quò tranſire nõ poſſent, mul
ta animalia terra produxit.

L. VIVES

a VEnandi ſtudio &c. incredibile non eſt.] In inſu-
lis fortunatis, & in his quæ noſtra ætate ſunt in-
uentæ, multa animalium genera, quæ inter nos
ſunt frequentiſsima, omnino nulla erant: itaq; importã
ta ſunt: quemadmodum in ſtirpium generibus quoti-
die uſu uenit, ut ſemẽ aut ſurculus aliquis ab alijs ad a-
lias gentes tranſferatur.

An ex propagine Adam uel filiorum Noe quædam genera hominũ mon ſtruoſa prodierint. Cap. VIII

VAERITVR etiam, utrum ex filijs
Q Noe, uel potius ex illo uno hoie, un
de etiã ipſi extiterũt, propagata eſſe
credendũ ſit quædã monſtroſa ho
minũ genera, quæ gentiũ narrat hiſtoria: [b] ſicut
perhibẽtur quidã unũ habere oculum in frõte
media

media:quibuſdam plantas uerſas eſſe poſt cru-
ra,quibuſdam utriuſq; ſexus eſſe naturã,& de-
xtram mammã uirilem, ſiniſtram muliebrem,
uicibusq; alternis coeundo & gignere & pare-
re: alijs ora nõ eſſe,eosq; per nares tantummo
do ſuſcepto & emiſſo halitu uiuere:alios ſtatura
eſſe cubitales,[c]quos pygmæos à cubito Græci
uocant:alibi quinquennes concipere fœminas,
& octauum uitæ annum non excedere. Item fe
runt eſſe gentem, ubi ſingula crura in pedibus
habent:nec poplitem flectunt,& ſunt mirabilis
celeritatis:[d]quos Sciopodas uocãt,quod per æ-
ſtum in terra iacẽtes reſupini umbra ſe pedum
protegant:quoſdam ſine ceruice oculos habere
in humeris,& cætera hominum uel quaſi homi
num genera,quæ in maritima platea Cartha-
ginis [e]muſiuo picta ſunt,ex libris deprõpta ue
lut curioſioris hiſtoriæ. Quid dicam [f]de Cyno
cephalis,quorũ canina capita atq; ipſe latratus
magis beſtias q̃ homines confitetur? Sed om
nia genera hominum quæ dicuntur eſſe,eſſe cre
dere nõ eſt neceſſe. Verum quiſquis uſpiam na
ſcitur homo,id eſt animal rationale mortale,
quamlibet noſtris inuſitatã ſenſibus gerat cor-
poris formam ſeu colorem,ſiue motum,ſiue ſo
num,ſiue quamlibet uim,qualibet parte,quali-
bet qualitate naturę,ex illo protoplaſto uno o-
riginẽ ducere nullus fideliũ dubitauerit. Appa-
ret tamẽ,quid in pluribus natura obtinuerit, &
quid ſit ipſa raritate mirabile. Qualis autẽ ratio
redditur de mõſtroſis apud nos hominũ partu
bus,talis de monſtroſis quibuſdã gentibus red
di poteſt. Deus enim creator eſt omnium, qui
ubi,& quãdo creari quid oporteat,uel oportue
rit,ipſe nouit:ſciens uniuerſitatis pulchritudinẽ
quarum partium uel ſimilitudine uel diuerſitate
contexat. Sed qui totum inſpicere non poteſt,
tanquã deformitate partis offenditur: quoniã
cui congruat,et quo referatur,ignorat. Pluribus
quàm quinis digitis in manibus & pedibus na
ſci homines nouimus:& hæc leuior eſt,quàm il
la diſtantia:ſed tamen abſit,ut quis ita deſipiat,
ut exiſtimet in numero humanorum digitorũ
erraſſe creatorem,quãuis neſciens cur hoc fece-
rit. Ita & ſi maior diuerſitas oriatur,ſcit ille quid
egerit,cuius opera iuſte nemo reprehendit. [g]A-
pud Hipponem natus eſt homo quaſi lunatas
habẽs plantas,& in eis binos tantummodo di
gitos,ſimiles et manus. Si aliqua gens talis eſſet,
illi[b] curioſæ atque mirabili adderetur hiſtoriæ.

A Num igitur iſtum propter hoc negabimus ex
uno illo qui primus creatus eſt eſſe propagatũ?
[i]Androgyni,quos etiam hermaphroditos nũ-
cupãt,quamuis admodum rari ſint, difficile eſt
tamen,ut temporibus deſint: in quibus ſic uter-
que ſexus apparet,ut ex quo potius debeant ac
cipere nomen, incertũ ſit: [k]à meliore tamẽ,hoc
eſt à maſculino,ut appellarentur, loquendi con
ſuetudo prævaluit. Nam nemo unquam andro
gynecas aut hermaphroditas nuncupauit. An-
te annos aliquot noſtra certe memoria,[l]in Ori-
ente duplex homo natus eſt ſuperioribus mem
B bris,inferioribus ſimplex. Nam duo erant capi-
ta,duo pectora,quatuor manus, uenter autem
unus,& pedes duo ſicut uni homini: & tam diu
uixit,ut multos ad eum uidendum fama contra
heret. Quis autem omnes commemorare poſ-
ſit humanos fœtus longe diſſimiles his,ex qui-
bus eos natos eſſe certiſſimũ eſt? Sicut ergo hęc
ex illo negari non poſſunt originem ducere, ita
quæcunq; gẽtes in diuerſitatibus corporum ab
uſitato naturæ curſu,quem plures & propè om
nes tenent,[m]uelut exorbitaſſe traduntur,[n]ſi de-
finitione illa includuntur, ut rationalia anima-
lia ſint atq; mortalia,ab eodem ipſo uno primo
C patre omnium ſtirpem trahere confitendũ eſt:
ſi tamen uera ſunt,quæ de illarum nationũ ua-
rietate,& tanta inter ſe atq; nobiſcum diuerſita
te traduntur. Nam & ſimias,[o]& cercopithecos,
[p]& ſphingas,ſi neſciremus non homines eſſe,
ſed beſtias,poſſent illi hiſtorici de ſua curioſita
te gloriantes, uelut gentes aliquas hominũ no
bis impunita uanitate mentiri. Sed ſi homines
ſunt,de quibus illa mira conſcripta ſunt, quid ſi
propterea deus uoluit etiã nonnullas gentes ita
creare,ne in his mõſtris,quæ apud nos patet ex
hominibus naſci:eius ſapientiã,quæ naturã fin
git humanã,uelut artẽ cuiuſpiã minus perfecti
D opificis putaremus erraſſe? Nõ itaq; nobis uide
ri abſurdum debet,ut quemadmodũ in ſingu-
lis quibuſq; gẽtibus quædã mõſtra ſunt homi
num,ita in uniuerſo genere humano quædam
mõſtra ſint gentium. [q]Quapropter ut iſtã quę-
ſtionẽ pedetentim cautęq; concludam: [r]aut illa,
quæ talia de quibuſdam gentibus ſcripta ſunt,
oẽmino nulla ſunt: aut ſi ſunt, homines nõ ſunt:
aut ex Adam ſunt,ſi homines ſunt.

L. VIVES

a 6. [S]It quædã monſtruoſa h. g.] De his Plinius lib. vij. Sicut perhibentur quidam] Pygmæos non credi-
derim uno tantum fuiſſe in loco, nec adeo inter
ſe

ſe diſſidere ſcriptores. Plinius enim lib. iiij. in Thracia A ginem. Diarrhytos dicitur,quod paluſtri agro ſitus à
ponit Pygmæos ad Geraniam, ubi Pygmæorũ, inquit, fluore,Plinius. Huius epiſcopus fuit diuus Auguſtinus
gens fuiſſe proditur,quos Catizos Barbari uocant, cre Eſt alter Hippo regius ulterius à regibus inhabitatus.
duntq; à gruibus fugatos. Cõſtat eĩ plurimas in his lo Silius: Tum Vaga & antiquis dilectus regibus Hippo.
cis eſſe grues, unde Strimoniæ dicunt ab Strimõe Thra utrunq; attigit. h Illi curioſæ.] De qua paulo ante
ciæ fluuio. Et Gerania Græco nomine de gruibus dicit, dixit hoc eodem cap. i Androgyni.] Ex Græco eſt *Androgyni*
γέρανοι. Idem Plinius in v. opinionẽ eorum refert,qui Pyg ad uerbum,mas & fœmina, ἀνὴρ καὶ γυνή. Dicuntur etiã
mæos Eudonis Cariæ fluminis putarunt accolas. In vi. Hermaphroditi,quod primus ille Semimas filius finga
ex aliorũ traditione Pygmæos in Praliorum montanis, tur à fabulatoribus Hermæ,id eſt Mercurij & Aphrodi
quæ ſunt in India,ſtatuit: quam ſententiam Philoſtratus tis, hoc eſt, Veneris. k A meliore tamen.] Nam à ma
ſequitur. In eodem lib. vi. Plinius eſſe qui ante Nili palu ſculo ſexu dicuntur in uoce ipſa androgyna. Sic etiã La
des Pygmæos ponant,tradit. Ex quibus eſt Ariſtoteles, tine ſemimares nominãtur apud Liuium, Lucanum, &
qui in Aethiopia regione troglodytica Pygmæos dicit alios,qui quoties olim naſcebantur,pro portẽtis habe
uiuere, ſubirecq; cauernas,& ob eam cauſam Troglody- bantur. l In Oriente.] In ora Aphricæ orientali,quæ
tas uocari,fabulamq; eſſe negat,quod uulgo de ſtatura ſpectat ad Cyrenẽ,& hinc ad Nilũ. Habet enim Aphri
eorum,decq; pugna cum gruibus fertur, quam Home- ca hunc amnem ad Orientem,quo ſeparatur ab Aſia.
rũs cantauit,qui etiam ad meridiem terræ Pygmæos di m Velut exorbitaſſe.] Quia una eſt uia,& ceu orbi-
xit agere: nempe in Aethiopia,ut etiã Strabo interpre- ta, qua natura ipſa uadit. n Si diffinitione.] Notum
tatur,in qua regione tanta eſt gruum per hyemem no- B eſt,à philoſophis finiri hominem animal rationale,addi
ſtram frequentia, quanta in Thracia per æſtatem, uide- etiam mortale: nam plericq; omnes eorũ dæmonas quoq;
licet eiſdem gruibus pro tempore migrantibus & remi animalia eſſe autumant,& rationalia,ſed immortalia ta
grantibus. Mela in Arabia interiore ſcribit fuiſſe Pyg men. o Et cercopithecos.] Ex Græco caudatas ſi-
mæos,minutum genus,& quod pro ſatis frugibus con mias κίρκους: cauda πίθηκος ſimius. Martialis de ſimio:
tra grues dimicando defecit. ſunt qui eſſe non putent. Callidus admiſſas eludere ſimius haſtas
Ariſtoteles & Plinius putant. c A cubito Græci.] πυ Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.
γὼν, eſt cubitus: & ab hoc nomine interpres Homeri Eu Ariſt. lib. De animalibus ij. κίβους uocat, quos finit cau
ſtathius ait Pygmæos nominatos eſſe: cubitus uero ſeſ datas ſimias. Alij tamen ſunt, quos cepos nominat lib.
quipedẽ capit,hoc eſt digitos uiginti quatuor. Pes enim xvi. facie leonis, corpore reliquo pantheræ, damæ ma
duodecim pollicib. conſtat,id eſt digitis ſedecim, & pal gnitudine dicit eſſe. Sunt & Cepi ad Mæotim populi.
mis quatuor. Et ſi palmus non ſimpliciter dicitur: nam p Et ſphingas.] Sphinx & ſphinga, animal eſt non
palmus minor eſt, quem dixi, quadrans pedis tribus abſimile uulgaribus ſimijs, niſi quod eſt maius, gemi- *Sphinx*
pollicibus conſtans,& maior palmus duodecim digito nis à pectore mammis propendulis, muliebri facie. In
rũ, qui σπιθαμὴ, ſpithama dicitur: & dodrans pedis, nem Aethiopia naſcitur, docile, ut inquit Solinus, ad ferita
pe nouem eius unciæ, qui ſunt pollices nouem. Plinius tis obliuionẽ. Poetæ ei faciem uirginalem tribuunt, feri
lib. vij. ſuper hos extrema in parte mõtium Spithamæi nos pedes,& in dorſo alas. De hac lib. xviij. q Mire
Pygmæi narrantur ternas ſpithamas longitudine, hoc quidem de monſtris omnibus diffinitum.] Hæc uerba
eſt ternos dodrantes non excedentes. Idem Gellius lib. C non ſunt in uetuſtis libris manu ſcriptis. r Aut illa,
ix. Pygmæi qui longiſſimi ſunt, nõ ſuperãt pedes duos aut alia.] In antiquis codicibus ſic: Aut illa, quæ talia
& quadrantem: utriuſq; numeri & iſtius Gellij, & illius de quibuſdam &c.
Plin. xxxvi. digiti eſt ſumma. Iuuenalis poetice dixit, ut
rem faceret magis ridiculam, Pygmæam cohortẽ pede
Sciopodes uno altiorẽ non eſſe. d Quos Sciopodas.] Vmbripe
des ſi quis uerti uelit ad uerbum. eſt enim σκιὰ umbra.
Muſiuum e Muſiuo picta ſunt.] Sic Spartianus in Peſcennino
Nigro, de muſiuo picta uidemus. Hermolaus Barbarus
lib. xxxvi. in Plinij, cui & Aegnatius Baptiſta in Spar
tianum ſuffragatur, muſiuum opus eſſe dicit, quod uul
go muſeacum uocant, teſſellatum lapillis uariorum co
lorum: ex quis arte compoſitis & coagmẽtatis omne ge
nus imaginum redditur. Quale eſt Romæ uidere in pa
rietibus, lacunaribus, & pauimentis frequens, opere ue
tuſto, nam nunc periſſe aiunt id artificij. Nos tamen in
Hiſpania ſegmentatis utimur tabulis, & ſellis, quæ ad
eandem operis rationem poſſunt referri. Perotus anno- D
tauit, non muſaicum eſſe dicendum, ut uulgo corrupte,
ſed muſeacũ à muſeis: adducitq; in id Plinij dictum ex
lib. xxxvi. Eiuſdem ſententiæ uidetur eſſe Hermolaus.
Non uacat nunc diſquirere, q̃ recte uterq; ſenſerit. Po-
pulus muſaicũ dici putat, à muſa, q̃ ſit opus multæ mu
Cynocephali ſæ, ut ipſi loquuntur, hoc eſt, multæ operæ & artis.
f De Cynocephalis.] Alibi dixi poſſe Latine nũcu-
pari Canicipites. Solinus ad ſimiarum genus Cynoce-
phalos refert, quos ſcribit nũquam ſic manſueſcere, ut
Hippones non ſint magis rabidi. Diodorus cenſet fera eſſe anima-
lia. g Apud Hipponem natus eſt.] In margine addi
derant quidam Diaritum & Zaritum. Legendum ſic
eſt: Apud Hipponem Diarrhytum. Duo ſunt Hippo-
nes in Aphrica, Straboni, Melæ, Plinio, Ptolemæo, ab
equitibus Græcis dicti, ut Solinus inquit, ἵππαι enim eſt
Græce. Alter eſt enim in ſinu Hipponenſi citra Cartha-

An inferiorem partem terræ quæ ſtio-
ſtræ habitationi contraria eſt, antipo-
das habere, credendum ſit. Cap. IX

[a]VOD uero & antipodas eſſe fabu-
lantur,id eſt homines à cõtraria par
Q te terræ,ubi ſol oritur, quando occi-
dit nobis,[b]aduerſa pedibus noſtris
calcare ueſtigia, nulla ratiõe creden-
D dum eſt. Nec; hoc ulla hiſtorica cognitione di-
diciſſe ſe affirmant,[c]ſed quaſi ratiocinando con
iectant,eo quod intra cõuexa cœli terra ſuſpen
ſa ſit,[d]eundemq; locum mundus habeat,& infi
mum,& mediũ: & ex hoc opinantur alterã ter-
ræ partẽ, quæ infra eſt, habitatione hominũ ca-
rere non poſſe. Nec attendunt, etiam ſi figura
cõglobata & rotũda mundus eſſe credatur, ſiue
aliqua ratione monſtretur: non tamen eſſe con-
ſequens, ut etiã ex illa parte ab aquarũ congerie
nuda ſit terra. Deinde etiam ſi nuda ſit, neque
hoc ſtatim neceſſe eſt, ut hoies habeat: quando
nullo

nullo modo ſcriptura iſta mentitur, quæ narratis præteritis, facit fidem: eo quod eius prædicta complentur. Nimiſq́ abſurdum eſt, ut dicatur, aliquos homines ex hac in illam partẽ Occani immenſitate traiecta nauigare, ac peruenire potuiſſe: ut etiã illic ex uno illo primo homine genus inſtitueretur humanũ. Quapropter inter illos tunc hominũ populos, qui per ſeptuaginta duas gentes, & totidem linguas colligũtur fuiſſe diuiſi, quæramus, ſi poſſumus inuenire illam in terris peregrinantem ciuitatem dei, quæ uſq́ ad diluuium, arcamq́ perducta eſt: atq́ in filijs Noe per eorũ benedictiones perſeueraſſe monſtratur, maxime in maximo, qui eſt appellatus Sem: quãdoquidem Iaphet ita benedictus eſt, ut in eiuſdem fratris ſui domibus habitaret.

L. VIVES

Antipodes a QVod uero & antipodas.] Coſmographi omnes cœlum, & proinde terram in quinq́ cingula diuiſerunt, quorũ poſtremi duo, quòd cœli uerticibus iubiecti eſſent, procul à cœli motu, à ſolis orbita duobus perennibus fontibus caloris, perpetuis rigoribus infeſtantur: medium uero in quo & concitatiſſima eſt cœli uertigo, & uia ſolis, nimio peruſtum ardore cultum omnem humanum abigit: quæ media ſunt inter frigida & toſtum, temperie ſua ſedem animantibus præbent. Cingulum in quo nos ſumus ad ſeptentrionẽ uergens Borcale temperatum dicitur, contrarium illud auſtrale itidem temperatum, *ἀντίχθονα*, qui terram illam poſident, dicuntur. Tum iubet Cleomedes zonas iſtas duas quatuor in partes æquas rectis angulis ſecari: qui partes, quæ in eadem ſunt zona, incolunt, inter ſe ſunt *περίοικοι*, id eſt circumcolæ: qui in diuerſis, aut æqua diſtantia ab occidentali inæquali à polis habitant, ſunt *ἔντοικοι*, quaſi cõtra ſe poſiti: aut in æquis omnibus, ſunt antipodes. *ἀντίποδες* luce differunt ac tenebris: non uicißitudinibus anni & temporum, *ἔντοικοι* contra his, nõ illis: antipodes utriſq́. Opinio ueterum, cui Cicero, Mela, & maximi quiq́ ſuffragati ſunt, fuit, auſtralem illam plagam penitus nobis incognitam eſſe. Ciceroq́ in vi. De rep. interſuſum maximũ inter nos & illos *ἀντίχθονα* oceanum putauit, quem nemo unquã penetrarit: idq́ fuſiſsime Macrobius perſequitur. Ego ne ibi multũ hæreret lector, uelut præteruolaui, ſpatio uix tacto. Hæc fuit Auguſtino cauſa non leuis, cur antipodes negaret Lactantium ſequutus. Videbat enim homo acutiſs. ſi concederetur aditum nulli eorum, qui hanc incolimus Boream ſaſciam temperatam ad auſtrales illos patere, ut Cicero iam magniq́ autores præiudicarant: ſequi neceſſario illos de genere Adæ non eſſe, maluit illud negare, q̃ argumento premi tam moleſto tantis autoritatibus munito: ſed profecto & antipodes eſſe, tam certũ eſt, ut negari non poſsit, & ad illos eſſe uiam compertiſsimũ eſt, etiam nonnullis antiquorũ, ne dum nauigationibus noſtræ memoriæ. Nam olim per Arabicum ſinum quidã Auguſti Cæſaris potentiam fugientes, perq́ ſimam Aethiopiam mareq́ Atlanticum ad Gades Herculis enauigarunt: cõtra florentibus rebus Carthaginenſiũ aliqui ex eis ab Herculeo freto in Arabicum mare rubrũ: tum etiam Perſicus ſinus, & Indicum eoũq́ mare Alexandri armis eſt exploratũ, inſulaq́ Taprobane & aliæ in illis tractibus nõnullæ, quæ ex poſitu cœlorum & ſyderum deprehenduntur antipodes eſſe nobis. Tantũ enim illis exurgit contrarius ille uertex: tantum ab occidẽtali ſuo abſunt, quantum quædam ex terris in zona noſtra poſitis. b Aduerſa pedibus noſtris.] Imitatio Ciceronis in ſomnio Scipionis, de antipodibus enim loquens ait: Aduerſa nobis urgent ueſtigia. c Sed quaſi ratiocinando coniectant.] Similis enim in aduerſa zona temperies eſt, quapropter terræ incolãtur, huic noſtræ, quæ inter æſtum & frigus extenditur. d Eundemq́ locum mundus.] In rotundo medium eſt infimum, ambitus undiq́ ſublimis, & ſupremus eſt.

De generatione Sem, in cuius progenie tendens ad Abraham ciuitatis dei ordo dirigitur. Cap. x

TENENDA eſt igitur ſeries generationũ ab ipſo Sem, ut ipſa oſtendat poſt diluuiũ ciuitatem dei: ſicut eam ſeries generationũ ab illo, qui eſt appellatus Seth, oſtẽdebat ante diluuiũ. Propter hoc igitur ſcriptura diuina cum terrenã ciuitatẽ in Babylone, hoc eſt in cõfuſione eſſe mõſtraſſet, ad patriarchã Sem recapitulãdo reuertitur, & orditur inde generationes uſq́ ad Abrahã, cõmemorato etiam numero annorum quanto quiſq́ ad hãc ſeriẽ pertinentẽ filium genuiſſet, quantoq́ uixiſſet. Vbi certe agnoſcendum eſt quod ante promiſerã, ut appareat quare ſit dictum de filijs Heber, nomẽ unius Phalec: quia in diebus eius diuiſa eſt terra. Quid enim aliud intelligendũ eſt terrã eſſe diuiſam, niſi diuerſitatem linguarũ? Omiſsis igitur cæteris filijs Sem, ad hanc rem nõ pertinẽtibus, illi connectantur in ordine generationũ, per quos poſsit ad Abraham perueniri: ſicut illi cõnectebantur ante diluuiũ, per quos peruenireturad Noe, generationibus quæ propagatæ ſunt ex illo Adã filio, qui appellatus eſt Seth. Sic ergo incipit generationum iſta cõtexio: Et hæ generatiões Sem. Sem filius Noe centũ erat annorũ cũ genuit [a]Arphaxat ſecũdo anno poſt diluuiũ Et uixit Sem poſt quã genuit Arphaxat quingẽtos annos, & genuit filios & filias, & mortuus eſt. Sic exequitur cęteros, dicens quoto quiſq́ anno uitæ ſuæ filium genuerit ad iſtũ generationũ ordinem pertinentẽ, qui pertendit ad Abraham: & quot annos poſtmodum uixerit, intimans cum filios filiasq́ genuiſſe: ut intelligamus unde potuerint populi accreſcere, ne in paucis qui commemorantur hominibus occupati pueriliter hæſitemus, unde tãta ſpatia terrarum atq́ regnorum repleri potuerint de genere Sem, maxime propter Aſſyriorum regnum, unde Ninus ille orientalium domitor uſquequaque populorum ingenti

ingenti proſperitate regnauit, & latiſsimum ac fundatiſsimum regnũ, quod diuturno tempore duceretur, ſuis poſteris propagauit. Sed nos ne diutius q̃ opus eſt, immoremur: non quot annos quiſq́ in iſta generationum ſerie uixerit, ſed quoto anno uitę ſuæ genuerit filium, hoc ordine memorãdum tantummodo ponimus: ut et numerum annorum à tranſacto diluuio uſq́ ad Abraham colligamus, & præter illa in quibus nos cogit neceſsitas immorari, breuiter alia, curſimq́ tangamus. Secundo igitur anno poſt diluuium, Sem cum eſſet centũ annorum, genuit Arphaxat. Arphaxat autem cũ eſſet centum triginta quinq́ annorũ genuit Cainã, qui cum eſſet centum triginta annorum genuit Sala. Porrò etiam ipſe Sala totidem annorũ erat, quando genuit Heber. Centum uero & triginta & quatuor agebat annos Heber, cum genuit Phalech, in cuius diebus diuiſa eſt terra. Ipſe autem Phalech uixit centum triginta annos, & genuit Ragau. Et Ragau centum triginta duos, & genuit Seruch. Et Seruch cẽtum triginta, & genuit Nachor. Et Nachor ſeptuaginta nouem, & genuit [b]Thara. Thara autem ſeptuaginta, & genuit Abram: quem poſtea deus mutato uocabulo, uocauit Abraham. Fiunt itaq́ anni à diluuio uſq́ ad Abrahã mille ſeptuaginta et duo, ſecundum uulgatam æditioñe, hoc eſt interpretum ſeptuaginta. In Hebræis autem codicibus longe pauciores annos perhibent inueniri: de quibus rationem, aut nullam, aut difficillimam reddũt. Cum ergo quærimus in illis ſeptuaginta duabus gentibus ciuitatẽ dei, non poſſumus affirmare illo tempore quo erat illis labiũ unũ, id eſt loquela una, tunc iam genus humanũ alienatũ fuiſſe à cultu ueri dei: ita ut in ſolis iſtis generationibus pietas uera remaneret, quæ deſcẽdũt de ſemine Sem per Arphaxat, & tendũt ad Abrahã: ſed ab illa ſuperbia ædificandæ turris uſq́ in cœlũ, qua impia ſignificatur elatio, terrena apparuit ciuitas, hoc eſt ſocietas impiorũ. Vtrum iſta ante nõ fuerit, an latuerit, an potius utraq́ permãſerit, pia ſcilicet in duob. filijs Noe, qui benedicti ſunt, eorũq́ poſteris: impia uero in eo qui maledictus eſt, atq́ eius progenie, ubi etiam exortus eſt gigas uenator cõtra dominũ: non eſt dijudicatio facilis. Fortaſsis enim, quod profecto credibilius eſt, & in filijs duorũ illorũ iam tũc ante q̃ Babylonia cœpiſſet inſtitui fuerunt contemptores dei, & in filijs Cham cultores dei: utrunq́ tamen hominum genus terris nunquam defuiſſe credendum eſt. Siquidem & quando dictũ eſt: Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, nõ eſt uſq́ ad unum: in utroq́ Pſalmo, ubi hæc uerba ſunt, & hæc leguntur, Nónne cognoſcẽt omnes, qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meã in cibo panis? Erat ergo etiam tũc populus dei: unde illud quod dictum eſt: Non eſt qui faciat bonum, non eſt uſq́ ad unum: de filijs hominũ dictum eſt, non de filijs dei. Nam præmiſſum eſt: Deus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, ut uideret, ſi eſt intelligẽs, aut requirens deum. Ac deinde illa ſubiuncta, quæ omnes filios hominũ, id eſt ad ciuitatẽ pertinentes, quæ uiuit ſecundum hominem, non ſecundum deum, reprobos eſſe demonſtrant.

L. VIVES

a ARphaxat.] Ab hoc Chaldæos ortos eſſe, Hieronymus tradit. b Thare.] Hunc ſeptuaginta uocant *θάρρα*.

Quod ea primitus lingua in uſu hominũ fuerit, quæ poſtea Hebræa ab Heber nomine nuncupata eſt: & in cuius familia remanſit, cum diuerſitas eſſet facta linguarum. Cap. XI

VAMOBREM ſicut lingua una cũ eſſet omniũ, non ideo filij peſtilẽtiæ defuerunt: nam & ante diluuiũ una erat lingua, & tamen omnes prętęr unam Noe iuſti domum deleri diluuio meruerunt: ita quãdo merito elatioris impietatis gentes linguarum diuerſitate punitæ, atque diuiſæ ſunt, & ciuitas impiorum cõfuſionis nomen accepit, hoc eſt appellata eſt Babylon, [a]non defuit domus Heber, ubi ea quæ antea fuit omnium, lingua remaneret. Vnde ſicut ſupra memoraui, cum cœpiſſent enumerari filij Sem, qui ſinguli gentes ſingulas procrearunt, primus eſt commemoratus Heber, cum ſit abnepos ipſius, hoc eſt ab illo quintus inueniatur exortus. Quia ergo in eius familia remãſit hæc lingua diuiſis per alias linguas cæteris gentibus, quæ lingua prius humano generi nõ immerito creditur fuiſſe communis, ideo deinceps Hebræa eſt nuncupata. Tunc enim opus erat eam diſtingui ab alijs linguis nomine proprio: ſicut aliq́ quoq́ uocatę ſunt nominib. proprijs

prijs. Quãdo autem erat una, nihil aliud quàm humana lingua, uel hũana locutio uocabatur, qua sola uniuersum genus humanum loquebatur. Dixerit aliquis: Si in diebus Phalec filij Heber diuisa est terra per linguas, id est homines, qui tunc erãt in terra, ex eius nomine potius debuit appellari lingua illa, quæ fuit omnibus ante communis. Sed intelligendũ est[b] ipsum Heber propterea tale nomen imposuisse filio suo, ut uocaretur Phalec, quod interpretatur diuisio: quia tũc ei natus est, quãdo per linguas terra diuisa est, id est ipso tẽpore, ut hoc sit quod dictũ est: In diebus eius diuisa est terra. Nam nisi adhuc Heber uiueret, quãdo linguarum facta est multitudo: non ex eius nomine nomen acciperet lingua, quæ apud illum potuit permanere. Et ideo credenda est ipsa fuisse prima illa communis: quoniã de pœna uenit multiplicatio mutatioq; linguarum: & utiq; præter hãc pœnam esse debuit populus dei. Nec frustra linguam istam, hoc est quam tenuit Abrahã, nec in omnes filios suos trãsmittere potuit, sed in eos tantum, qui propagati per Iacob, & insignius atq; eminentius in dei populum coalescentes, dei testamenta & stirpem Christi habere potuerũt. Nec Heber ipse eãdem linguam in uniuersam progeniem suam refudit: sed in eam tantũ, cuius generationes perducũtur ad Abrahã. Quapropter etiam si non euidenter expressum est fuisse aliquod pium genus hominum, quando ab impijs Babylonia condebatur: non ad hoc ualuit hæc obscuritas, ut quærẽtis fraudaretur, sed potius ut exerceretur intentio. Cum enim legitur unam fuisse linguam primitus omniũ, & ante omes filios Sem cõmendatur Heber, quãuis ab illo quintus oriatur: & Hebræa uocatur lingua, quam Patriarcharum & Prophetarum, non solum in sermonibus suis, uerum etiam in literis sacris custodiuit autoritas: profecto cum quæritur in diuisione linguarum, ubi lingua illa remanere potuerit, quæ fuit ante cõmunis: quæ sine ulla dubitatione ubi remansit, non ibi fuit illa pœna, quæ facta est mutatione linguarum: quid aliud occurrit, nisi quod in huius gente remanserit, à cuius nomine nomen accepit: & hoc iustitiæ gentis huius nõ paruum apparuisse uestigium, quod cum aliæ gentes plecterẽtur mutatione linguarum, ad istam non peruenit tale supplicium? Sed adhuc illud mouet, quomodo potuerunt singulas gentes facere Heber, & filius eius Phalec, si una lingua permansit ambobus? Et certe una est Hebræa gẽs ex Heber propagata usq; ad Abraham, & per eum deinceps donec magnus fieret populus Israel. Quomodo igitur omnes filij qui commemorati sunt trium filiorum Noe fecerunt singulas gẽtes, si Heber & Phalec singulas non fecerunt? Nimirum illud est probabilius,[c] quod gigas ille Nemroth fecerit etiam ipse gentem suam: sed propter excellentiam dominationis & corporis seorsum eminẽtius nominatus est, ut maneat numerus septuaginta duarum gẽtium atq; linguarũ. Phalec autem propterea commemoratus est, non quod gentem fecerit: nam eadem ipsa est eius gens Hebræa eadẽq; lingua, sed propter tempus insigne, quod in diebus eius terra diuisa est. Nec mouere nos debet quomodo potuerit gigas Nemroth ad illud ætatis occurrere, quo Babylon condita est, & confusio facta linguarum, atq; ex hac diuisio gentium. Nõ enim quia Heber sextus est à Noe, ille autẽ quartus, ideo non potuerunt ad idem tempus conuenire uiuẽdo. Hoc enim cõtigit cum plus uiuerẽt, ubi pauciores sunt generationes, minus ubi plures: aut serius nati essent ubi pauciores, maturius ubi plures. Sanè intelligendum est, quando terra diuisa est: non solum iam natos fuisse cæteros filios filiorum Noe, qui commemorantur patres gentium, sed etiam eius ætatis fuisse, ut numerosas familias haberent, quæ dignæ fuissent nominibus gentium. Vnde nequaquam putandum, quod eo fuerint ordine geniti, quo commemorati leguntur. Alioquin duodecim filij Iectan, qui erat filius alius Heber, frater Phalec, quomodo potuerunt iam gentes facere, si post Phalec fratrem suum Iectan natus est, sicut post eum commemoratus est: quandoquidem tempore quo natus est Phalec diuisa est terra. Proinde intelligendum est priorem quidem Phalec nominatum, sed lõge post fratrem suum Iectan fuisse natum, cuius Iectan duodecim filij tam grãdes iã familias haberent, ut in linguas proprias diuidi possent. Sic enim potuit prior cõmemorati, qui erat ætate posterior: quemadmodum prius cõmemorati sunt ex tribus filijs Noe procreati filij Iaphet, qui erat minimus eorum: deinde filij Cham, qui erat medius: postremo filij Sem, qui erat primus & maximus. Illarum autem gentium uocabula partim manserunt, ita ut hodiéque appareat unde fuerint deriuata: sicut

sicut ex Assur, Assyrij, ex Heber, Hebræi,[d] partim tẽporis uetustate mutata sunt: ita ut uix homines doctissimi antiquissimas historias perscrutantes, nec omniũ, sed aliquarum ex istis origines gentiũ potuerint reperire.[e] Nam quod ex filio Cham, qui uocabatur Mesraim, Aegyptij perhibentur exorti, nulla hic resonat origo uocabuli:[f] sicut nec Aethiopum, qui dicũtur ad eum filium Cham pertinere, qui Chus appellatus est. Et si omnia considerentur, plura mutata, quàm manentia nomina apparent.

De articulo temporis in Abraham, à quo sanctæ successionis nouus ordo contexitur. Cap. XII

NVNC iam uideamus procursum ciuitatis dei, etiam ab illo articulo temporis, qui factus est in patre Abraham, unde incipit esse notitia eius euidentior, & ubi clariora leguntur promissa diuina, quæ nũc in Christo uidemus impleri. Sic ergo scriptura sancta indicante didicimus: In regione Chaldæorũ natus est Abraham:[a] quę terra ad regnum pertinebat Assyriorum Apud Chaldæos autẽ iam etiã tũc superstitiones impiæ prævalebant, quemadmodum per cæteras gentes. Vna igitur Tharæ domus erat, de qua natus est Abrahã, in qua unius ueri dei cultus, & quantũ credibile est, in qua iam sola etiam Hebræa lingua remanserat: quanuis & ipse, sicut iam manifestior dei populus in Aegypto, ita in Mesopotamia seruisse dijs alienis, Iesu Naue narrante refertur: cæteris ex progenie illius Heber in linguas paulatim alias & in nationes alias defluẽtibus. Proinde, sicut per aquarũ diluuiũ una domus Noe remanserat ad reparandũ genus humanũ: sic in diluuio multarũ superstitionũ per uniuersum mundũ una remãserat domus Tharę, in qua custodita est plãtatio ciuitatis dei. Denicq;, sicut illic enumeratis supra generatiõibus ab Adam usq; ad Noe simul cum annorum numeris, et exposita diluuij causa, prius quàm deus inciperet de arca fabricanda loqui, ad Noe dicitur: Hæ autem generationes Noe: ita & hic enũeratis generationibus ab illo, qui est appellatus Sem, filio Noe, usque ad Abraham, deinde insignis articulus similiter ponitur, ut dicatur: Hæ sunt generationes Tharæ. Thara genuit Abram & Nachor & Aram: & Aram genuit Loth. Et mortuus est Arã[b] coram Thara patre suo in terra in qua natus est in regione Chaldæorum. Et sumpserunt Abram & Nachor sibi uxores. nomẽ mulieris Abram Sara, & nomen mulieris Nachor Melcha, filia Aram. Iste Arã pater Melchæ fuit & pater Iescæ, quæ Iesca creditur ipsa esse etiã Sara uxor Abrahæ.

L. VIVES

a NOn defuit domus Heber.] In hac putant quidam primorum hominum linguam remãsisse, quod in conturbatione illa turris extruẽdæ non consenserit. Psameticon Aegypti regem scribit Herodotus, educari iussisse duos pueros in syluis, ubi nullam audirent uocem humanã, ut quam linguã suapte sponte sine doctore loquerẽtur, eam iudicaret primam fuisse generis humani. Post tres annos ante ipsum productos, bec aliquoties protulisse: cumque lingua Phrygia bec esset panis, eam primorum hominum, & Phrygas primos fuisse homines pronunciatum est. Sed mirum non est ipsos bec dixisse, qui inter capras essent educati, nullasq; alias uoces esse locutos. b Ipsum Heber propterea tale nomen.] Vaticinando id, quod futurũ erat, inquit Hieronymus. c Quod gigas ille Nemroth fecerit etiam ip. g. s.] Quam gentem fecerit, non constat: ubi regnauerit, tradit Gen. x. quæ loca sic explicat Hieron. Regnũ eius Babylõ, regnauit & in Arach, hoc est, in Edessa, & in Achad, quæ nũc dicitur Nisibis: & in Calane, quæ postea uerso nomine à Seleuco rege dicta est Seleucia: uel certe quæ nunc Ctesiphon. Forsitan harũ gentium est autor, non dubium, quin propagator. d Partim temporis uetustate.] Sicut diuus Hieron. dicit, de omnibus filijs Iectan. Quid mirum in tanta uetustate, quum intra annos ducentos mutata sint omnia penè urbium montium fluuiorum nomina Italiæ Hispaniæ Galliæ aduentu Barbararum nationum. e Nam quod ex filio Cham.] Immo ab Cham dictam Aegyptũ, tradit Hieronymus, cuius hæc sunt uerba: Frequenter Septuaginta interpretes non ualentes heth literam, quæ duplicem aspirationem sonat, in Græcum sermonẽ uertere, χ Græcã literam addiderũt: ut nos docerent istius modi uocabula aspirari debere: unde & in præsenti loco Cham trãstulerũt, pro eo quod Ham, à quo & Aegyptus usq; hodie Aegyptiorum lingua Ham dicitur. Tantum Hiero. sed fieri potuit, ut Aegyptus de nomine conditoris Mesrahim sit appellata: nam sic eam nominant Hebræi, eodem Hieronymo autore. De nomine etiã patris Ham. Aegyptus postea dicta est aerea, quasi ἠερέα, quoniam tenebricoso est aere: ut Stephanus inquit, nominata est etiam eidem autori Heptapolis, à septem urbibus. Deinde ab Aegypto rege Beli filio Aegyptus. Homerus Nilum amnem Aegyptum uocat. f Sicut nec Aethiopũ.] Chus ab Hebræis Aethiopia est dicta. Hieron. Hæc etiam Atlantia est appellata, ab Atlante: & Aethiopia post, ut quidam uolunt, ab Aethiope Vulcani filio, sed magis crediderim de colore, & exustione esse dictos. Nam αἴθιοψ etiam in soluta oratione apud Græcos est μέλας, id est niger. Aethiopiam antiquissimus scriptor Homerus dũplicem fecit ἐσχατιὰς α. οἱ μὲν δυσομένου ἠελίοιο· οἱ δ' ἀνιόντος. Hæc solem spectat surgẽtem, ast illa cadentem. Est & Aethiopon regio in Eubœa insula.

Aegyptus

Aethiopia

L. VIVES

a VAE terra ad regnum pertinebat Assyriorum.] Nam in Assyria est Chaldæa Melæ, Plinio, Straboni & alijs: nec solũ pars est illius Assyriæ, quã ueteres nihil aliud esse quàm Syriam late patentem putauerunt, hac Græca uoce, illa barbara, sed illius Assy-

P riæ

riæ anguſtioris. Strabo, Aſſyriam uocant Babyloniam & maximã adiacentis terræ portionem. Xenoph. in primo de pædia Cyri Syrios & Aſſyrios ponit tanquam diuerſos. b Coram Thara patre ſuo.] In Geñ. xi. cap. ex omnibus interpretibus ante patrem ſuũ. Lxx. ἐνώπιον θαρὰ τοῦ πατρὸς. q. eo præſente, & inſpectante. Fortè Auguſtinus coram patre, hoc eſt eo præſente intellexit, antequã ex Chaldæa migraret in Charram, quæ poſtea à Latinis dictæ ſunt Charrhæ. Ciuitas hæc eſt Meſopotamiæ, ad quam exercitus Romanus imperatore M. Craſſo cæſus eſt à Parthis.

Quæ ratio feciſſe uideatur, ut in tranſmigratiõe Tharæ, qua Chaldæos deſerens in Meſopotamiã tranſiuit, nulla filij eius Nachor facta ſit mentio. Caput XIII

EINDE narratur, quemadmodum Thara cum ſuis regionẽ reliquerit
D Chaldęorum, & [a] uenerit in Meſopotamiam, & habitauerit in Charram. Tacetur autem de uno filio eius, qui uocabatur Nachor, tanquam eum non duxerit ſecũ. Nam ita narratur: Et ſumpſit Thara Abraham filium ſuum, & Loth filium Arã, filium filij ſui, & Saram nurum ſuam, uxorem Abrahã filij ſui, & eduxit illos de regiõe Chaldæorum in terram Chanaan, & uenit in Char C ram & habitauit ibi. Nuſquam hic nominatur Nachor, & uxor eius Melcha. Sed inuenimus poſtea cum ſeruũ ſuum mitteret Abraham ad accipiendam uxorem filio ſuo Iſaac, ita ſcriptũ: Et accepit puer decẽ camelos de camelis domini ſui, & de omnibus bonis domini ſui ſecum, & exurgẽs profectus eſt in Meſopotamiam in ciuitatẽ Nachor. Iſto & alijs ſacræ huius hiſtoriæ teſtimonijs, oſtenditur etiam Nachor fratrem Abrahæ exiſſe de regione Chaldæorũ, ſedesq; conſtituiſſe in Meſopotamia, ubi cum patre ſuo habitauerat Abraham. Cur ergo ſcriptura eum non commemorauit, quando ex gẽte Chaldęorum cum ſuis profectus eſt Thara, & habitauit in Meſopotamia, ubi non ſolũ Abraham filius eius, uerũetiam Sara nurus eius & Loth nepos eius commemorantur, quod eos duxerit ſecum? Cur putamus, niſi forte quod à paterna & fraterna pietate deſciuerat, & ſuperſtitioni adhæſerat Chaldæorum, & poſtea inde, ſiue pœnitendo, ſiue perſecutionem paſſus quod ſuſpectus haberetur, et ipſe emigrauit? In libro enim qui inſcribitur Iudith, cum quæreret Holofernes hoſtis Iſraelitarum, quæ nam gens illa eſſet, utrum aduerſus eam bellandũ fuiſſet, ſic ei reſpõdit Achior dux Ammonitarum. Audiat dominus noſter uerbum de ore pueri ſui, & referam tibi ueritatẽ de populo qui habitat iuxta montana hæc, & non exibit mendacium de ore ſerui tui. Hæc enim progenies populi eſt Chaldæorũ, & antea habitauerunt Meſopotamiam, quia noluerunt ſequi deos patrum ſuorum, qui fuerunt in terra Chaldæorum glorioſi, ſed declinauerunt de uia parentum ſuorum, & adorauerunt deum cœli, quem cognouerũt, & proiecerunt eos à facie deorum ſuorum, & fu
B gerunt in Meſopotamiam, & habitauerunt ibi dies multos. Dixitq; illis deus eorum, ut exirẽt de habitatiõe ſua, & irent in terram Chanaan, & habitauerũt ibi, & cætera quę narrat Achior Ammonites. Vnde manifeſtum eſt domum Tharę perſecutionem paſſam fuiſſe à Chaldęis pro uera pietate, qua unus & uerus ab eis colebatur deus.

L. VIVES

a VEnerit in Meſopotamiam.] Meſopotamia dicitur. q. μέσον ποταμῶν, quia inter Tigrim & Euphratem tota.

De annis Tharæ qui in Charra uitæ tempus impleuit. Cap. XIIII

EFVNCTO autem Thara in Meſopotamia ubi uixiſſe perhibetur
D ducentos & quinq; annos, iam incipiunt indicari factæ ad Abraham promiſſiones dei, quod ita ſcriptum eſt: Et fuerunt dies Tharæ in Charra quinq; & ducenti anni, & mortuus eſt in Charra. Nõ ſic autem accipiendũ eſt, quaſi omnes hos dies ibi egerit, ſed quia omnes dies uitæ ſuæ, qui fuerũt anni ducenti & quinq; ibi cõpleuerit, alioquin neſciretur quot annos uixerit Thara, quoniam
D non legitur quoto anno uitæ ſuæ in Charrhan uenerit: & abſurdum eſt exiſtimare in iſta ſerie generationum ubi diligenter commemoratur, quot annos quiſque uixerit, huius ſolius numerum annorum uitæ non commẽdatum eſſe memoriæ. Quod enim quorundam quos eadem ſcriptura commemorat, tacentur anni, non ſunt in hoc ordine, in quo temporum dinumeratio deceſsione gignentiũ, & genitorum ſucceſsione contexitur. Iſte autem ordo qui dirigitur ab Adam uſq; ad Noe, & inde uſq; Abraham, ſine numero annorũ uitæ ſuæ neminem continet.

De tempore promiſsionis Abrahæ, qua ſecundum præceptum dei exiuit de Charra. Cap. XV

VOD uero commemorata morte Tharæ patris Abraham, deinde le-
Q gitur: Et dixit dominus ad Abrahã: Exi de terra tua, & de cognatiõe tua & de domo patris tui, & cætera: nõ quia hoc ſequitur in ſermone libri, hoc etiam in rerum geſtarum tẽpore ſequi exiſtimandũ eſt. [a] Erit quippe ſi ita eſt indiſſolubilis quæſtio. Poſt hæc enim uerba dei, quæ ad Abraham facta ſunt, ſcriptura ſic loquitur: Et exijt Abrahã quemadmodũ locutus eſt illi dominus, & abijt cum illo Loth. Abraham aũt erat quinq; & ſeptuaginta annorũ cum exiuit de Charra. Quomodo poteſt hoc uerum eſſe, ſi poſt mortẽ patris ſui exijt de Charra? Cum enim eſſet Thara ſeptuaginta annorum, ſicut ſupra intimatũ eſt, genuit Abraham. Cui numero additis ſeptuagintaquinq; annis, quos agebat Abrahã, quando egreſſus eſt de Charra, fiunt anni centũ & quadragintaquinq;. Tot igitur annorum erat Thara, quãdo exijt Abraham de illa Meſopotamiæ ciuitate. Agebat enim annum ætatis ſuæ ſeptuageſimumquintum, ac per hoc pater eius C qui ſeptuageſimo uitæ ſuæ anno genuerat, agebat, ut dictum eſt, centeſimum & quadrageſimumquintum annũ. Non ergo inde poſt mortem patris, id eſt poſt ducentos quinq; annos quibus pater eius uixit egreſſus eſt, ſed annus de illo loco profectionis eius, quoniam ipſius ſeptuageſimusquintus erat, proculdubio patris eius, qui ſeptuageſimo uitæ ſuę anno genuerat, centeſimus quadrageſimusquintus fuiſſe colligitur. Ac per hoc intelligẽdum eſt more ſuo ſcripturam rediſſe ad tempus, quod iam narratio illa tranſierat: ſicut ſuperius cum filios filiorum Noe cõmemoraſſet, dixit illos fuiſſe in gentibus & linguis ſuis: & tamen poſtea, quaſi hoc etiam in ordine temporum ſequeretur, Et erat, inquit, omnis terra labium unũ, & uox una omnibus. Quomodo ergo ſecundũ ſuas gentes, & ſecundum ſuas linguas erãt, ſi una erat omnibus: niſi quia ad illud quod iam trãſierat, recapitulando eſt reuerſa narratio? Sic ergo et hic cum dictum eſſet, Et fuerunt dies Thare in Charra quinq; et ducenti anni, et mortuus eſt Thara in Charra: Deinde ſcriptura redeundo ad id quod ideo prætermiſerat, ut prius de Thara id quod in-
A choatũ fuerat cõpleretur: Et dixit, inquit, dominus ad Abrahã: Exi de terra tua: &c. Poſt quæ dei uerba ſubiũgitur, Et exijt Abrahã quemadmodũ locutus eſt illi dominus, et abijt cum eo Loth. Abrahã autẽ erat quinq; et ſeptuaginta annorũ cum exijt ex Charra. Tunc itaq; hoc factum eſt quãdo pater eius centeſimum quadrageſimum et quintũ annum agebat ætatis. Tunc enim fuit huius ſeptuageſimuſquintus. Soluta [b] eſt autem quæſtio iſta et aliter, ut ſeptuaginta quinque anni Abrahæ quando egreſſus eſt de Charra ex illo computarentur, ex quo de igne Chaldæorum liberatus eſt, non ex quo natus
B eſt, tanquã tunc potius natus habendus ſit. Sed beatus Stephanus in Actibus Apoſtolorum cum iſta narraret: Deus, inquit, glorię apparuit Abrahæ patri noſtro, cum eſſet in Meſopotamia, prius q̃ habitaret in Charra. Et ait ad illũ: Exi de terra tua, et de cognatione tua et de domo patris tui, et ueni in terrã, quã tibi demõſtrabo. Secundũ hęc uerba Stephani nõ poſt mortem patris eius loquutus eſt deus Abrahæ, qui utiq; in Charra mortuus eſt, ubi cũ illo & ipſe filius habitauit, ſed prius q̃ habitaret in eadẽ ciuitate, iam tamẽ cũ eſſet in Meſopotamia. Iam ergo exierat à Chaldæis. Quod itaq; adiungit Stephanus: Tunc Abraham egreſſus eſt de terra Chaldæorum & habitauit in Charra, non demonſtrat, quid ſit factum poſteaquã locutus eſt illi deus. Necq; eñ poſt illa dei uerba egreſſus eſt de terra Chaldæorum, cum dicat ei locutum deum eſſe in Meſopotamia, ſed ad totum illud tempus pertinet quod ait Tunc, id eſt ex quo egreſſus eſt à Chaldæis, & habitauit in Charra. Item quod ſequitur: Et inde poſtquam mortuus eſt pater eius collocauit illum in terra hac, in qua uos nunc habitatis & patres ueſtri: nõ ait, poſtquã mortuus eſt pater eius exijt de
D Charra, ſed inde poſtquã mortuus eſt pater eius hic eum collocauit. Intelligendũ eſt igitur locutum deum fuiſſe cum Abraham cum eſſet in Meſopotamia, prius q̃ habitaret in Charra, ſed eum in Charram perueniſſe cũ patre retento apud ſe præcepto dei, & inde exiſſe ſeptuageſimo & quinto ſuo, patris autẽ ſui cẽteſimo quadrageſimo quinto anno. Collocationẽ uero eius in terra Chanaan nõ profectionẽ de Charra poſt mortẽ patris eius factam eſſe dixit, quia iam mortuus erat pater eius, quando emit terrã cuius ibi iam ſuæ rei cœpit eſſe poſſeſſor. Quod

autem iam in Mesopotamia cõstituto, hoc est, iam egresso de terra Chaldæorum, dixit deus: Exi de terra tua,& de cognatione tua,& de domo patris tui,non ut corpus inde eijceret, quod iam fecerat,sed ut animam euelleret,dicitur. Nõ enim exierat inde animo, si spe redeũdi & desiderio tenebatur,quæ spes & desiderium deo iubente ac iuuante & illo obediente fuerat amputanda. Nõ sane incredibiliter existimatur, cum postea secutus esset Nachor patrem suum,tunc Abraham præceptum domini impleuisse,ut cũ Sara coniuge sua & Loth filio fratris sui exiret de Charra.

L. VIVES

a ERit quippe si ita est indissolubilis quæstio.] Sic etiã hanc quæstionẽ uocat Hiero. qui eam diuersius paulo, q̃ Augustinus hic soluit,tametsi cõiecturis tribus utit. b Soluta est autẽ quæstio.] Hæc est una ex solutionibus sancti Hieronymi,ex fabula,quam Hebræi narrant. Sic enim scribit: Pro eo qđ legimus in regione Chaldæorum, in Hebræo habet אור בשדים Vr chasdim,id est in igne Chaldæorum. Tradũt autem Hebræi ex hac occasione istius modi fabulam. Quod Abraham in ignem missus sit,quia ignem adorare noluerit,quem Chaldæi colũt, & dei auxilio liberatus de idololatriæ igne profugerit,quod in sequentibus scribitur egressum esse Tharã cum sobole sua de regione Chaldæorum,pro eo quod in Hebræo habetur de incendio Chaldæorum,& hoc esse quod nũc dicitur mortuus est Aram ante conspectum Thare patris sui in terra natiuitatis suæ in igne Chaldæorum,quod uidelicet ignẽ nolens adorare,igne consumptus sit. loquitur autẽ postea dominus ad Abraham: Ego sum qui eduxi te de igne Chaldæorum. & aliquanto post ubi quæstionem illam sibi proposuisset, quam indissolubilem nominauit, inquit, Vera est igitur illa Hebræorum traditio, quam supra diximus,quod egressus sit Thare cum filijs suis de igne Chaldæorũ, & quod Abrahã Babylonio uallatus incendio,quia illud adorare nolebat,dei auxilio sit liberatus,& ex illo tempore ei dies uitæ,& tempus reputetur ætatis,ex quo confessus est dominum spernens idola Chaldæorum. Hactenus Hieronymi uerba recensuimus,sine quibus parũ intelligi posse Augustini sententia uidebatur. Iosephus scribit Tharam cum odio haberet Chaldæam propter luctum Aran filij migrasse cum tota domo Charras,sepulchrumq; Aran ostendi in Vr Chaldæorum.

De ordine & qualitate promissionũ dei quę ad Abraham factę sunt. XVI

I AM considerandæ sunt promissiones dei factæ ad Abraham. In his enim apertiora domini nostri Iesu Christi,hoc est,dei ueri oracula apparere cœperũt de populo piorum quem prophetica prænunciauit autoritas: harũ prima ita legitur: Et dixit dominus ad Abrahã Exi de terra tua,& de cognatione tua,& de domo patris tui,& uade in terrã,quam tibi demõstrauero,& faciã te in gentẽ magnam,& benedicam te,& magnificabo nomen tuũ, & eris benedictus,& benedicam benedicentes te,& maledicã maledicentes te,& benedicẽtur in te omnes tribus terrę. Aduertendũ est igitur duas res promissas Abrahæ,unam scilicet quod terram Chanaan possessurum fuerat semẽ eius, quod significatur ubi dictum est: uade in terrã,quam tibi demonstrauero,& faciam te in gentem magnam: aliam uero longe pręstantiorem,non de carnali,sed de spiritali semine, per quod pater est nõ unius gentis Israeliticæ,sed omnium gentium quæ fidei eius uestigia consequũtur, quod promitti cœpit his uerbis: Et benedicentur in te omnes tribus terræ. [a]Hãc promissionẽ factam arbitratur Eusebius septuagesimoquinto anno ætatis Abrahæ, tanquam mox ut facta est, de Charra exierit Abraham: quoniam scripturæ contradici non potest,ubi legitur Abraham erat quinq; & septuaginta annorum, cum exijt de Charra. Sed si eo anno facta est ista promissio,iam utiq; in Charra cum patre suo demorabatur Abraham. Neq; enim inde exire posset, nisi prius ibi habitasset. Nũquid nam ergo contradicitur Stephano dicenti: Deus gloriæ apparuit Abrahæ patri nostro cum esset in Mesopotamia,priusquam habitaret in Charra? Sed intelligendum est,quod eodem anno facta sunt omnia,& dei promissio antequam in Charra habitaret Abraham,& in Charra habitatio eius,& inde profectio: non solum quia Eusebius in chronicis ab anno huius promissionis computat & ostendit post quadringentos & triginta annos exitum esse de Aegypto, quando lex data est,uerumetiam [b]quia id cõmemorat Apostolus Paulus.

L. VIVES

a HAnc promissionẽ factam arbitratur Eusebius.] Sic enim apud illum est: Imperãte Assyrijs iiij. Ario & Sicyonijs Thelasione, Abraham cũ septuaginta quinq; esset annorum diuino dignus habetur alloquio,& ea repromisione, quæ ad illum facta est.
b Quia id cõmemorat Apost. Paulus.] Ad Gal. iij. quadringentis & triginta annis post promissiones factas Abrahæ dicit legem esse datam.

De tribus excellentioribus gentium regnis: quorum, id est Assyriorum, iam Abraham sublimius eminebat. Caput XVII

Per

ER idem tẽpus eminẽtia regna erãt gentiũ,in quibus terrigenarum ciuitas,hoc est societas hominum secundum hominem uiuentiũ sub dominatu angelorũ desertorũ insignius excellebat,regna uidelicet tria, [a]Sicyoniorũ, [b]Aegyptiorum, Assyriorum. Sed Assyriorũ multo erat potentius atq; sublimius. Nam rex ille Ninus Beli filius excepta India,uniuersæ Asiæ populos subiugauerat. [c]Asiam uero dico,nõ illam partem quę huius maioris Asiæ una prouincia est,sed eam quæ uniuersa Asia nũcupatur, quã [d]quidam in alteram duarum,plericq; autẽ in tertiam totius orbis partem posuerunt,ut sint omnes, Asia,Europa,& Aphrica, [e]quod nonnulli æquali diuisione fecerũt. Namq; ista quæ Asia nuncupatur à meridie per Orientem usq; in Septentrionem peruenit. [f]Europa uero à Septentrione usq; ad Occidentem, [g]atq; inde Aphrica ab Occidente usq; ad meridiẽ. Vnde uidentur orbem dimidiũ duæ tenere, Europa, & Aphrica,aliud uero dimidium sola Asia. Sed ideo illæ duæ partes factæ sunt, [h]quia inter utrãq; ab Oceano ingreditur,quicquid aquarũ terras interluit, [i]& ab hoc mare magnum nobis facit. Quapropter si in duas partes orbẽ diuidas Orientis & Occidentis, Asia erit in una,in altera uero Europa & Aphrica. Quãobrem unũ trium regnorum quæ tũc præcellebãt, regnum scilicet Sicyoniorũ nõ erat sub Assyrijs,quia in Europa erat. [k]Aegyptiorũ autem quomodo eis non subiacebat,à quibus tota Asia tenebatur,solis Indis ut perhibetur exceptis. In Assyria igitur præualebat dominatus impiæ ciuitatis: huius caput erat illa Babylon,cuius terrigenæ ciuitatis nomẽ aptissimũ est,id est cõfusio. Ibi aũt Ninus regnabat post mortẽ patris sui Beli,qui primus illic regnauerat sexaginta quinque annos. Filius uero eius Ninus, qui defuncto patre successit in regnũ,quinquaginta duos regnauit annos, & habebat in regno quadraginta annos,quando natus est Abraham,qui erat annus circiter millesimus ducentesimus ante conditam Romam,ueluti alteram in occidente Babyloniam.

L. VIVES

a SIcyoniorum.] Sicyon urbs est in Peloponeso ingressis ad læuam antiquissima, in qua primus Aegialeus regnauit,ut Pausanias,& Eusebius narrant. Sicyonia ipsa parua est in Achaia regio, sed reges Sicyonij late per totam Achaiam imperabant,Sicyon erat regia. Achaiáque Aegialia est olim de regis nomine nuncupata Plinio: totam uero Peloponnesum

Sicyon

A sic esse dictam scribit Eusebius, quæ postea Apia uocata est ab Api rege iiij. à Pelope, deinde Peloponesus q. νῆσος πελοπος Pelopis insula. Peninsula enim est. Pausanias non totam Peloponeson Aegialiam esse dictam significat,sed maritimã tantum partem q. αἰγιαλὸς littoralem à Corintho ad Tenarũ,& ab illo rege sic esse nominatam, post Sicyoniã à Sicyone rege. de qua lib. xviij. b Aegyptiorũ.] Hoc tempore imperabãt Aegyptijs Thebæi, quæ regio est sub Delta à Thebis ingenti urbe & maximæ potentiæ nuncupata. c Asiam uero dico.] De hac Asia minore alibi. d Quam quidam in alterã dua.] Salust. in bello Iugurth. ostendit quosdam orbẽ terrarũ in duas tantũ partes diuisisse, Asiã & Europã: Aphricam Europæ partẽ fecisse. Hac de causa Silius de Libya, inquit: Aut ingens Asiæ latus, aut pars tertia rerũ. Qui ab Europa non separant Aphricam, uentos & cœlum sequuntur, ut Lucanus lib. ix. cuius hæc sunt uerba:

Tertia pars rerum Libye, si credere famæ
B Cuncta uelis, at si uentos cœlumq; sequaris,
Pars erit Europæ, nec enim plus littora Nili
Quam Scythicus Tanais primis à Gadibus absunt.

Et alia super eadem ratione quædam. alij terris per mare nostrum disterminatis Aphricam ab Europa seiũxerunt. e Quod nõnulli æquali diuisione fecerũt.] In antiquis est: quod non æquali diuisione fecerunt. Nam Aphrica maior est Europa: at Asia maior ambabus. quã ad Orientem latus patere Aphrica & Europa & mari quod inter illas immissum est, autor est Mela, certe traditionibus illorũ temporũ, nam nunc longus Aphricæ tractus sub Aethiopia ad meridiem est repertus. Nec uidebitur absurdũ si quis malit legere: nõnulli æquali diuisione fecerunt, ut sit diuisum esse orbẽ à nonnullis in duas æquas partes Europam & Asiam. f Europa uero à septentrione.] Europa habet terminos à septẽrione Oceanum glacialem & Britannicum, ab Occidente Atlanticũ mare à meridie fretum Herculeũ, & nostrum mare: ab Oriente Hellespontũ, duos bosphoros, paludem Mæotidem,& Tanaim fluuium. g Atq; inde Aphrica.] Huius limites iuxta ueteres sunt ab Oriẽte Nilus, ab Occidente Atlanticus Oceanus, à septentrione mare nostrum, à meridie Aethiopicus Oceanus ueteribus nõ satis cognitus, nunc crebris nauigationibus Lusitanorum emensus. h Quia inter utranq; ab Oceano.] In lib. Brugeñ. sic legitur: quia inter utranq; pelagus ab Oceano ingreditur. Mare quod mediterraneũ uocatur,à Latinis uero & Græcis nostrũ: nam aliud illæ gentes non habent. Pelagus à Mela nominatur,à colũnis Herculis in sinum Issicum ad Orientẽ, ad Septẽtrionem in paludẽ Mæotidem & Tanain amnem, inter gemi nas terras modo in Europam & Aphricam, modo inter Europam & Asiam. i Et ab hoc mare mag. no-fa.] Pelagus ex aqua, quã ab Oceano recipit latũ mare efficit illi oræ Aphricæ & aduersæ Europæ. sed latissime patet inter sinum Ligusticũ & sinum Hipponensem, ubi erat
D Augustinus. k Aegyptiorum autem quomodo eis non subia.] Aegyptus non tota est in Asia, nisi quãtum à Nilo in Orientẽ uergit, nec tamen Assyrijs parebant Aegyptij, sed regnum possidebãt opulentissimum, qui etiã magnas expeditiones in Assyriam fecerunt, latecq; Asiam domuerunt, si libris ipsorum sit fides.

Aegyptus

De iterato alloquio dei ad Abraham quo ei & semini eius Chanaan terra promittitur. Cap. XVIII

E GRESSVS est ergo Abraham de Charra septuagesimo quinto anno ætatis suæ,cẽtesimo autẽ quadragesimo & quinto patris sui,cũ Loth fi-

P 3 lio

lio fratris sui,& Sara coniuge sua, & perrexit in A
terrã Chanaan,[a]& peruenit usq; ad Sichẽ,ubi
rursus accepit diuinum oraculũ,de quo ita scri-
ptum est:Et apparuit dominus Abrahæ, & di-
xit illi,Semini tuo dabo terram hanc. Nihil de
illo semine ei promissum est,in quo pater factus
est omnium gentium,sed de illo solo,de quo pa
ter est unius Israeliticæ gentis,Ab hoc enim se-
mine terra illa possessa est.

L. VIVES

a ET peruenit usq; ad Sichẽ.] Hæc erat sita in fini-
bus Ephraim,quam deleuit postea Abimelech.
Iudicum ix.Hier.in lib.De locis Hebraicis Sici
mam Latine & Græce dictã perhibet,ostẽdiq; uestigia iu
xta suburbana Neapoleos ad sepulchrũ Ioseph.Fuit &
altera Sichẽ in mõte Ephraim ciuitas fugitiuorum.

De Saræ pudicitia in Ægypto per dominum custodita, quã Abraham nõ uxorem suam esse dixerat,sed sororẽ. Caput XIX

D EINDE ædificato ibi altari,& inuo-
cato deo,Abrahã profectus est in-
de et habitauit in heremo,atq; inde
ire in Aegyptũ famis necessitate cõ-
pulsus est.Vbi uxorẽ suam dixit sororẽ suam, C
[a]nihil mẽtitus.Erat em̃ & hoc,quia propinqua
erat sanguine:sicut etiã Loth eadẽ propinquita
te,cũ fratris eius esset filius,frater eius est dictus.
Itaq; uxorẽ tacuit,non negauit,cõiugis tuendã
pudicitiã cõmittens deo,et humanas insidias ca
uens ut homo:quoniã si periculũ quantũ caue-
re poterat,nõ caueret,[b]magis tẽtaret deũ,q̃ spe
raret in deo.De qua re cõtra calumniantẽ Fau-
stum Manichæũ multa diximus.Denicq; factũ
est,quod de domino præsumpsit Abrahã.Nã
Pharao rex Aegypti,qui eam sibi uxorẽ accepe
rat,grauiter afflictus marito reddidit.[c]Vbi ab-
sit ut credamus alieno concubitu fuisse pollutã, D
quia multo est credibilius hoc Pharaonẽ facere
afflictionibus magnis nõ fuisse permissum.

L. VIVES

NIhil mentitus.] Patrueles enim fratres dicunt,
ut ex Cicerone docui. b Magis tentaret.] Be
ne sperari de se,ac multũ sibi fidi uult deus,ten
tari uero se diserus uerbis uetat.Moses enim in Deutero
nomio inquit,nõ tentabis dominũ deum tuũ. Christus
ipse uerus deus dictũ illud sanctius & augustius usu suo
reddidit.Matth.iiij. c Vbi absit ut creda.] Hieron.
ostẽdit exẽplo de lib.Hester petito mulierẽ ad regem in
troductã solere xij. mẽsibus purgari lustrariq;, ac regio
cõcubitu parari dignã,ita fieri potuisse,ut interea mor-
bo ictus Pharao Sarã marito reddiderit.

De secessione Loth & Abrahæ, quæ illis salua charitate cõplacuit. XX

R EVERSO igitur Abrahã ex Aegy
pto in locũ unde uenerat,tunc Loth
fratris filius ab illo in terrã Sodomo
rum salua charitate discessit.Diuites
quippe facti erant,pastoresq; multos pecorum
habere cœperant,quibus inter se rixãtibus, eo
modo familiarũ suarum pugnacẽ discordiã ui-
tauerunt.Poterat quippe hinc,ut sunt humana,
etiã inter ipsos aliqua rixa consurgere. Proinde
hoc malum pręcauẽtis Abrahæ uerba sunt ad
Loth: Non sit rixa inter me & te,& inter pasto- B
res meos, & pastores tuos, quia homines nos
fratres sumus:[a]Nõne ecce tota terra ante te est?
Discedite à me.Si tu in sinistram,ego in dextrã,
uel si tu in dextram,ego in sinistram.[b]Hinc for
tasis effecta est inter homines pacifica consue-
tudo,ut quando terrenorũ aliquid partiendum
est,maior diuidat,minor eligat.

L. VIVES

a NOnne ecce tota terra.] Verba sunt optionẽ dan
tis,ut qua uellet proficiscereꝰ, ipse in diuersum
abiret. b Hinc fortasis effecta est inter ho-
mines.] Fuisse olim hunc morem partiendi subsignifi-
cant declamatorum leges, quarũ una est, maior frater
diuidat,eligat minor.Sen.lib.vi.decla. C

De tertia promissione dei,qua terram Chanaan Abrahæ & semini eius in perpetuum pollicetur. Cap. XXI

V M ergo digressi essẽt separatim q̃
c habitarent Abraham & Loth ne-
cessitate sustentãdæ familiæ, nõ fœ
ditate discordię,& Abrahã in terra
Chanaan, Loth autẽ esset in Sodomis,oraculo
tertio dominus dixit ad Abrahã:Respiciens o-
culis tuis uide à loco in quo nũc tu es, ad Aqui-
lonem & Aphricũ, & Orientẽ[a]& mare,quia o- D
mnem terrã quam tu uides tibi dabo,& semini
tuo usq; in seculũ, & faciam semẽ tuũ tanquam
arenam terræ.Si potest aliquis dinumerare are
nam terræ,& semen tuum dinumerabitur.Sur-
gens perambula terram in longitudinẽ eius &
in latitudinẽ,quia tibi dabo eam.In hac promis
sione utrum sit etiam illa qua pater factus est o-
mniũ gentiũ,non euidenter apparet.Potest em̃
uideri ad hoc pertinere, Et faciã semen tuũ tan-
quã arenam terræ:quod ea locutione dictũ est,
quã Græci dicũt[b]hyperbolen,quæ utiq; tropi-
ca est nõ propria,[c]Quo tamẽ modo, ut cæteris
tropis

tropis uti solere scripturam nullus qui eam didi- A
cit,ambigit.Iste autẽ tropus,id est modus locu-
tionis fit,quando id quod dicitur,longe est am-
plius,q̃ quod eo dicto significatur.Quis enim
non uideat,q̃ sit incomparabiliter amplior are
næ numerus,quàm potest esse omnium homi-
num ab ipso Adã usq; ad terminũ seculi?Quã
to ergo magis q̃ semen Abrahę,nõ solũ quod
pertinet ad Israeliticã gẽtem, uerũetiã quod est
et futurũ est,secundũ imitationẽ fidei toto orbe
terrarũ in omnibus gentibus Quod semen,[d]in
cõparatione multitudinis impiorũ, profecto in
paucis est:quãuis & ipsi pauci faciãt innumera- B
bilem multitudinẽ suam,quæ significata est se-
cundum hyperbolẽ,per arenã terræ.Sanè ista
multitudo quæ promittitur Abrahæ, non deo
est innumerabilis, sed hominibus:[f]deo au-
tem nec arenæ terrę.Proinde quia non tantum
gens Israelitica,sed uniuersum semen Abrahę,
ubi est expressa promissio,nõ secũdum carnem
sed secundũ spiritũ plurimorũ filiorũ, congruen
tius arenæ multitudini comparatur:potest hinc
intelligi utriusque rei facta promissio.Sed ideo
diximus,quod non euidenter appareat,quia &
illius gẽtis unius multitudo,quæ secundũ carnẽ C
nata est ex Abrahã per eius nepotem Iacob,in
tantũ creuit,ut penè omnes partes orbis imple-
uerit.Et ideo potuit & ipsa secundum hyperbo
len arenæ multitudini cõpărari:quia & hæc sola
innumera est homini multitudo:terrã certe illã
solam significatã,quæ appellata est Chanaan,
nemo ambigit.Sed quod dictum est: Tibi da-
bo eam & semini tuo usq; in seculũ:potest mo-
uere nonnullos,si usq; in seculum intelligant in
æternum.Si autẽ seculum hoc loco sic accipiãt,
quemadmodum fideliter tenemus, initium fu- D
turi seculi,à fine prẽsentis oriri,nihil eos moue
bit:quia etsi expulsi sunt Israelitæ de Hierosoly
mis,manent tamẽ in alijs ciuitatibus terrę Cha
naan,& usq; in finem manebũt:& uniuersa ter
ra illa cum à Christianis inhabitatur, etiam ip-
sum semen est Abrahæ.

L. VIVES

a ET mare.] Syriæ,in qua erat Abraham,mare no-
strum est ad occasum solis,ideo cũ reliquas tres
mundi partes nominasset,pro Occidẽte mare di
xit,quod Plin.Phœnicium nominat. b Hyperbolẽ.]
Hyperbole Fit,cum plus dicitur,q̃ intelligiꝰ,de qua apud Quint.
in ix. c Quo tamẽ modo ut cæteris.] Sicut Hieremiæ
xx.locus multorũ uersuum quẽ per Hyperbolen dictũ
ait Hiero.& Daniel iiij.& Ecclesiastes x. Volucres cœli
auferẽt uocem tuã.Origenes in primo cap. epistolæ ad
Rom.Hyperbolẽ esse ostẽdit illo uerbo,quod fides ue-
stra annunciaꝰ in uniuerso mũdo.tum in Euãgelio & a-
lijs sacræ scripturæ libris est hũc tropũ inuenire, quẽ fie
ri Aug.lib.cõtra Iul.v.docet ad animos audientiũ per-
mouẽdos.miror esse quosdã qui rusticano more ac mo-
do malint diuinas scripturas enarrări q̃ docte. d In cõ
paratione multitudinis.] Hoc est quod Christus ait in
Euangelio,uitæ semitã esse angustã,& paucos eam ingre
di,tum multos uocari paucos eligi. e Quãuis & ipsi
pauci.] Hoc est quod Ioannes in reuelatione inquit, ui-
disse se turbam ingentẽ,& quam nemo quiret dinume-
rare. f Deo autẽ nec arenæ terræ.] Hoc quod sum-
mi est dei dæmon ille, qui Delphis responsa dabat, ut a-
lia diuina permulta,sibi attribuit. Ingressis enim tem-
plum illud Lydis quos Crœsus miserat,Pythia uerbis
Apollinis in hanc sententiam locuta fertur:
Noui ego arenarum numerum,spatiumq; profundi.

De superatis ab Abraham hostibus Sodomorum, quando Loth de captiuitate eripuit,& à Melchisedech sacerdote benedictus est. Cap. XXII

HOc responso promissionis accepto,
migrauit Abraham,& mansit in a-
lio eiusdem terræ loco,id est iuxta
quercũ Mambræ,quæ erat in Che
bron.Deinde ab hostibus,qui Sodomis irrue-
rant,cum quinq; reges aduersus quatuor bellũ
gererent:& uictis Sodomitis etiã Loth captus
esset,liberauit eum Abraham,adductis secũ in
prælium trecentis decẽ & octo uernaculis suis:
et uictoriã fecit de regibus Sodomorũ, nihilq;
spoliorũ auferre uoluit,[a]cũ rex cui uicerat,obtu-
lisset.Sed planè tũc benedictus est à Melchise-
dech,qui erat sacerdos dei excelsi:[b]de quo in epi
stola quæ inscribitur ad Hebræos: quã plures
Apostoli Pauli esse dicunt,quidã uero negant:
multa et magna cõscripta sunt.Ibi quippe pri-
mum apparuit sacrificiũ:quod nũc à Christia-
nis offertur deo toto orbe terrarũ,impleturq; il
lud quod lõge post hoc factũ,per Prophetã di-
citur ad Christũ,qui fuerat uẽturus in carnem:
Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem
Melchisedech. Non scilicet secũdum ordinem
Aaron:qui ordo fuerat auferendus, illuceſcẽti-
bus rebus,quæ illis umbris prænotabantur.

L. VIVES

a CVm rex, cui uicerat.] Basa rex Sodomorum,
quem de regibus alijs uindicauit Abrahã.Gen.
xiiij. b De quo in epistola.] Hierony. Orig.
Auguſt.& alij ueterum,de hoc ambigunt. Ante ætatem
Hieronymi à Latinis ea epistola recepta non erat inter
sacras.De hac re multis & doctis uerbis disputat Eras-
mus noster in fine annotationum eiusce epistolæ. Erat
enim imago ille panis, tum etiam unum corporis &
sanguinis domini, quæ nunc forma panis & uini con-
secrantur.

De uerbo domini ad Abraham: quo ei promittitur secundũ multitudinem stellarum multiplicanda posteritas: quod credens iustificatus est adhuc in præputio constitutus. Cap. XXIII

TIAM tunc factum est uerbũ domini ad Abrahã in uisu. Qui cum ei protectionẽ, mercedẽq; promitteret ualde multam: ille de posteritate solicitus, quendã Eliezer uernaculũ suũ fututũ sibi hęredẽ dixit: continuoq; illi promissus est hæres: non ille uernaculus, sed qui de ipso Abrahã fuerat exiturus: rursusq; semẽ innumerabile: nõ sicut arena terræ, sed sicut stellæ cœli: ubi mihi magis uidetur promissa posteritas cœlesti felicitate sublimis. Nã quantũ ad multitudinẽ pertinet, quid sunt stellæ cœli ad arenã terræ, nisi quis & istam comparationẽ intãtum esse similem dicat, inquantũ etiam stellæ dinumerari non ualent? Quia nec omnes eas uideri posse credendũ est. Nam quãto quisq; acutius intuetur, tanto plures uidet.[a] Vnde & acerrime cernentibus aliquas occultas esse merito existimatur, exceptis eis syderibus [b]quæ in alia parte orbis à nobis remotissima oriri & occidere perhibentur. Postremo quicunq; uniuersum stellarum numerum comprehendisse & conscripsisse iactantur, [c]sicut Aratus[d] uel Eudoxus uel si qui alij sunt, eos libri huius cõtemnit autoritas. Hic sanè illa sententia ponitur, cuius Apostolus meminit propter dei gratiã commẽdandam: Credidit Abraham deo, & deputatũ est illi ad iustitiã, ne circũcisio gloriaretur, gẽtesq; incircũcisas ad fidẽ Christi nollet admitti. Hoc enim quando factum est, ut credenti Abrahę deputaretur fides ad iustitiam, nondum fuerat circuncisus.

L. VIVES

a VNde & acerrime cernentib.] Nam in lactea uia innumeram esse stellarum multitudinẽ Aristo. & alij magni uiri asserunt, quæ internosci nullo humano obtutu queant. b Quæ in alia parte.] Sũt quædam stellæ nobis sicut uocant Proclus & alij Græci ἀφωτίστους, id est nõ cõspicuæ, quales sunt ad axem huic aduersum. quemadmodum hæ nostræ nũquam antipodibus cernunt, nempe geminæ ursæ, & aliæ circũ triones.

Aratus c Sicut Aratus.] Arati duo fuerũt insignes, alter dux, qui Sicyonẽ patriam tyrãnide Nicoclis pressam liberauit, alter poeta Pompeiopolitanus, quæ urbs est in Cilicia, iuxta quã in paruo tumulo monumentũ huius Arati uisit, in quod iacta saxa diss iliũt, incertum qua de causa. uixit sub Antigono Macedoniæ rege. scripsit cũ alia permulta, quæ recensẽt Suidas, tũ uero phænomena de syderibus, quod opus uertit Cicero iuuenis adhuc: fragmentũ interpretatiõis extat: postea Iulius Cæsar, ut tradit Firmicus, sed uulgaris opinio est, & ea uerior mea sentẽtia, Germanicũ Latine ceciniss e Aratæa, nisi & Firmicus Germanicũ Iulium uocet. Postremo Hieronymi ætate Auienus Ruffus paraphrasim fecit Latinã. Mirum est quod Cicer. in primo De oratore dicit cõstare inter doctos hominẽ ignarum astrologiæ Aratum ornatissime atq; optimis uersib. de cœlo stellisq; dixisse, tãta est uis eloquẽtiæ. d Eudoxus.] Ex Gnido Cariæ philosophus mathematicus, & medicus, scripsit uersibus de astrologia, sicut refert Suidas. Plutarchus ait hũc & Architam primos machinas Geometricas inuenisse. Diogenes Laertius curuas lineas ejus inuentũ esse dicit. Strãbo narrat Eudoxũ cũ Platone in Aegyptũ profectũ ibi peritiã astrorum didicisse philosophatũq; in saxo, quod de eius est nomine nuncupatũ. Fastos scripsisse significat Lucanus, qui Cæsarẽ in cõuiuio Cleopatræ gloriantem facit: Nec meus Eudoxi uincetur fastibus annus.

Eudoxus

De significatione sacrificij quod Abrahã offerre præceptus est, cum poposcisset ut de his quæ crederet doceretur. XXIIII

IN eodem uisu cũ loqueretur ei deus etiã hoc ait ad illum: Ego deus qui te eduxi de regione Chaldæorum, ut dem tibi terrã hanc ut hæres eius sis. Vbi cum interrogasset Abrahã secundum quid sciret, quod hæres eius erit, dixit illi deus: Accipe mihi iuuencam trimã, & caprã trimam, & arietẽ trimũ & turturẽ & columbã. Accepit aũt ille hæc omnia, & diuisit illa medio, & posuit ea cõtra faciẽ alterũ alteri. Aues autem nõ diuisit, & descenderunt, sicut scriptũ est, aues, & sederũt super corpora, quę diuisa erant, [a]& consedit illis Abrahã. Circa solis autẽ occasum, pauor irruit super Abrahã, et ecce timor tenebrosus magnus incidit ei, & dictũ est ad Abrahã: Sciendo scias, quia peregrinũ erit semen tuũ in terra nõ propria, & in seruitutẽ redigent eos, & affligẽt eos quadringẽtis annis, gentem autẽ cui seruierint iudicabo ego. Post hæc uero exibunt cum supellectili multa. Tu autẽ ibis ad patres tuos cum pace nutritus in senecta bona, Quarta uero generatione cõuertent se huc. Nõdum enim impleta sunt peccata Amorræorum usq; adhuc. Cũ autem iam sol erat ad occasum, facta est flamma, & ecce fornax fumabunda & lampades ignis, quæ pertransierunt per media diuisa illa. In die illa disposuit dominus deus testamentum ad Abraham dicens: Semini tuo dabo terram hanc, à flumine Aegypti, usq; ad flumen magnũ Eufraten, Ceneos, & Cenezæos, & Cedmonæos & Cethæos, et Pherezæos, & Raphaim, & Amorræos, & Chananæos, et Euæos, et Gergeseos et Hiebuseos. Hæc omnia in uisu facta diuinitus atq; dicta sunt, de quibus singulis

singulis enucleate differere longum est, & intentionem operis huius excedit. Quod ergo satis est, nosse debemus: postea quàm dictũ est, credidisse Abraham deo, & deputatum esse illi ad iustitiam: non eum in fide defecisse ut diceret, Dominator domine secundũ quid sciam, quod hæres eius ero? Terræ quippe illius promissa erat hæreditas. Non enim ait: unde sciam, quasi adhuc non crederet: sed ait, Secundũ quid sciã: ut ei rei quam crediderat, aliqua similitudo adhiberetur, qua eius modus agnosceretur. Sicut non est uirginis Mariæ diffidentia, quod ait: Quomodo fiet istud, quoniam uirũ non cognosco? Quod enim futurũ esse certa erat, modum quo fieret, inquirebat. Et hoc cum quæsisset, audiuit: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Denicq; & hic similitudo data est de tribus animalibus, iuuenca, capra, & ariete, & duabus uolucribus, turture, & columba: ut secundum hęc futurum sciret, quod futurũ esse iam non ambigeret. Siue ergo per iuuencam significata sit plebs posita sub iugo legis: [b]per capram eadem plebs peccatrix futura, [c]per arietem eadem plebs regnatura. Quæ animalia propterea trima dicuntur, quia cũ sint insignes articuli temporum ab Adam usq; ad Noe: & inde usq; ad Abraham: & inde usq; ad Dauid, qui reprobato Saule, primus in regno gentis Israeliticę est domini uolũtate fundatus: in hoc ordine tertio, qui tenditur ex Abraham usq; ad Dauid, tanquã tertiam ætatem gerens ille populus adoleuit: siue aliquid aliud conuenientius ista significent, nullo tamen modo dubitauerim, spiritales in eo præfiguratos additamẽto turturis & columbæ. Et ideo dictum est, Aues autẽ non diuisit: quoniã carnales inter se diuiduntur, spiritales autem nullo modo: siue à negociosis conuersationibus hominũ se remoueant, [d]sicut turtur: siue inter illas degãt, [e]sicut columba. Vtraq; tamen auis est simplex & innoxia: significãs & in illo Israelitico populo, cui terra illa danda erat futuros in diuiduos filios promissionis, & hæredes regni in æterna felicitate mansuros. [f]Aues autẽ descendentes super corpora, quæ diuisa erant: non boni aliquid, sed spiritus indicant aeris huius, pastum quendam suum de carnalium diuisione quærẽtes. Quod autem illis cõsedit Abrahã, significat etiam inter illas carnaliũ diuisiones, ueros usq; in finem seculi perseueraturos fideles. [g]Et circa solis occasum quod pauor irruit in Abraham, & timor tenebrosus magnus, significat circa huius seculi finẽ magnã perturbationẽ ac tribulationẽ futuram fidelium: de qua dominus dixit in Euangelio: Erit enim tunc tribulatio magna, qualis nõ fuit ab initio. Quod uero dictũ est ad Abrahã: Sciẽdo scies, quia peregrinũ erit semen tuũ in terra nõ propria: et in seruitutẽ redigẽt eos, et affligẽt eos quadringẽtis annis: de populo Israel, qui fuerat in Aegypto seruiturus apertissime prophetatum est. Non quod in eadẽ seruitute sub Aegyptijs affligentibus quadringentos annos ille populus fuerat peracturus, sed in ipsis quadringentis annis prænunciatũ est hoc futurũ. Quẽadmodũ enim scriptũ est de Thara patre Abrahæ: Et fuerũt dies Tharæ in Charra quinq; & ducenti anni: non quia ibi omnes acti sunt, sed quia ibi completi sunt: ita & hic, propterea interpositum est, Et in seruitutẽ redigent eos, et affligent eos quadringentis annis: quoniam iste numerus in eadem afflictione completus est, non quia ibi uniuersus peractus est. Quadringenti sanè dicũtur anni propter numeri plenitudinẽ, quãuis aliquanto amplius sint: siue ex hoc tẽpore cõputentur, quo ista promittebantur Abrahæ: siue ex quo natus est Isaac propter semẽ Abrahæ, de quo ista prædicũtur. Cõputantur enim sicut superius iam diximus, ab anno septuagesimo & quinto Abrahæ, quãdo ad eũ facta est prima promissio, usq; ad exitũ Israel ex Aegypto quadringẽti & triginta anni: quorũ Apostolus ita meminit: Hoc autẽ dico, inquit, testamentũ confirmatum à deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non infirmat ad euacuãdam promissionẽ. Iam ergo isti quadringẽti et triginta anni, quadringẽti potuerant nuncupari: quia non sunt multo amplius, quãto magis cũ aliquot iam ex isto numero prętериssent, quãdo illa in uisu demõstrata et dicta sunt Abrahæ: uel quando Isaac natus est centenario patri suo, à prima promissiõe post uigintiquinq; annos, cum iam ex istis quadringentis et triginta quadringenti et quinq; remanerent, quos deus quadringentos uoluit nominare: et cætera quæ sequuntur in uerbis prænunciantis dei, nullus dubitauerit ad Israeliticum populum pertinere. Quod uero adiungitur: Cum autem iam sol erat ad occasum flamma facta est, et ecce fornax fumabunda et lampades ignis, quæ transierunt per media diuisa illa, significat iam

in

in fine ſeculi per ignem iudicãdos eſſe carnales. Sicut enim afflictio ciuitatis dei qualis antea nũquam fuit, quę ſub Antichriſto futura ſperatur, ſignificatur tenebroſo timore Abrahę circa ſolis occaſum, id eſt propinquante iam fine ſeculi: ſic ad ſolis occaſum, id eſt ad ipſum iam finẽ, ſignificatur iſto igne dies iudicij dirimẽs carnales per ignẽ ſaluandos, et in igne damnandos. Deinde teſtamentum factum ad Abraham, terrã Chanaan proprie manifeſtat, & nominat in ea undecim gẽtes à flumine Aegypti uſq; ad flumen magnum Euphratem. Non ergo à flumine magno Aegypti, hoc eſt Nilo, ſed à paruo quod diuidit inter Aegyptum & Palæſtinam, ubi eſt ciuitas [b]Rhinocorura.

L. VIVES

a ET conſedit illis Abrahã.] Vulgo habetur: & abigebat eas Abraham, & ſic eſſe in Hebraico teſtatur Hiero. Lxx. uerterũt ἡ συνωδίαν αὐτοῦ ἀδραάμ.

b Per capram eadem plebs.] Laborat hoc animal perpetua febre. ut Ariſt. tradit ex Alcmæone. c Per arietem eadem plebs.] Hic eſt dux gregis, an potius aries rex, ſicut ille Daniel viij. d Sicut turtur.] Vere turtures occultanẽ, pennasq; amittunt, inquit Plinius. Aelianus ſcribit, nec turtures, nec columbas noſſe adulteria. e Sicut columba.] Quæ cicuris inter nos degit. f Aues autem deſcendentes.] Ioſephus inquit, per hoc etiã uoce diuina ſignificatũ eſſe malignos proli eius uicinos fore in Aegypto. g Quod pauor irruit.] Alibi Geñ. xv. legitur nõ pauor, ſed tum ecſtaſis, ut uer
Rhinocorura terunt Lxx. tum ſopor. h Rhinocorura.] Hoc uocabulum in Hebraicis libris non haberi autor eſt Hieronymus, ſed additum eſſe à Lxx. propter notitiam loci. Plin. Rhinocoluram nominat, & in Idumæa lib. v. Strabo in Phœnicia, ſed haud dubie Aegyptij & Iudæi eã ſibi uendicauerũt, inculta ab iſs, quos uictos Aethiopes naſis mutilarunt. Diodorus lib. ij. Actiſanes, inquit, Aethiopum rex occupata partim ui, partim uoluntate Aegyptiorum Aegypto, latrocinia nouo more cõpeſcuit, ſontes neq; morte plectens, neq; linquẽs impunitos, eorumq; iudicio conſtituto conuictos omnes in unum coactos miti ſupplicio affecit. Amputatis enim naribus in ultima deſerti ire compulit, ibiq; ciuitatem condidit ab exciſis naribus Rhinocoruram appellatam, ea in Aegypti Arabiæq; finibus haud procul mari ſita omnibus uitæ commodis caret. Nam omnis uicina regio ſalſa eſt, & intra mœnia unicus puteus, atq; is inutilis, utpote aqua guſtu amara. Hæc Diodorus.

De Agar ancilla Saræ quam eadem Sara Abrahæ uoluit eſſe concubinã. Caput xxv

I AM hinc tempora cõſequuntur filiorum Abrahæ, unius de Agar ancilla, alterius de Sara libera, de quibus in libro ſuperiore iam diximus. Quod autẽ attinet ad rem geſtam, nullo modo eſt inurendum de hac cõcubina crimen Abrahæ. Vſus eſt ea quippe ad generandam prolem, nõ ad explendam libidinem, nec inſultans, ſed potius obediens coniugi, quę ſuæ ſterilitati credidit eſſe ſolatiũ, ſi fœcundum ancillæ uterum, quoniam natura non poterat, uolũtate faceret ſuũ, & eo iure quo dicit Apoſtolus, Similiter & uir non habet poteſtatem corporis ſui, ſed mulier, uteretur mulier ad pariẽdum ex altera, quod non poterat ex ſeipſa. Nulla eſt hic cupido laſciuiæ, nulla nequitiæ turpitudo. Ab uxore cauſa prolis ancilla marito traditur, à marito cauſa prolis accipitur, ab utroq; non culpæ luxus, ſed naturæ fructus exquiritur. Denique cum ancilla grauida dominæ ſterili ſuperbiret, & hoc Sara ſuſpitione muliebri uiro potius imputaret, etiam ibi demonſtrauit Abraham non ſe amatorem ſeruum, ſed liberum fuiſſe genitorem, & in Agar Saræ coniugi pudicitiam cuſtodiſſe, nec uoluptatem ſuam, ſed uolũtatem illius impleuiſſe: accepiſſe, nec petijſſe, acceſsiſſe, non hæſiſſe, feminaſſe, nõ amaſſe. Ait enim: Ecce ancilla tua in manibus tuis, utere ea, quomodo tibi placuerit. O uirum uiriliter utentem fœminis, coniuge temperanter, ancilla obtemperanter, nulla intemperanter.

De teſtificatione ad Abraham, qua eidem ſeni de ſterili Sara filium ſpopondit, patremq; eum gentium ſtatuit, & promiſsi fides ſacramento circumciſionis obſignatur. Cap. xxvi

POST hęc natus eſt Iſmael ex Agar, in quo putari poſſet impletũ, quod ei promiſſum fuerat, cum ſibi uernaculum ſuum adoptare uoluiſſet dicente deo, Non erit hæres tuus hic, ſed qui exiet de te, ille erit hęres tuus. Hoc ergo promiſſum ne in ancillæ filio putaret impletũ, iam cum eſſet annorum nonaginta & nouem, apparuit ei deus, & dixit illi: Ego ſum deus, place in conſpectu meo, & eſto ſine querela, & ponam teſtamentũ meũ inter me, & inter te, & in plebo te ualde. Et procidit Abraham in faciem ſuam & loquutus eſt illi deus, dicens: Et ecce ego, teſtamentum meum tecum: & eris pater multitudinis gentium: & non appellabitur adhuc nomen tuum Abram, ſed erit nomen tuum Abraham: quia patrem multarum gentium poſui te: & augebo te ualde: & ponam te in gentes, & reges ex te exibunt: & ſtatuam teſtamẽtum meum inter me & te: & inter ſemen tuum

tuum poſt te in generationes eorũ, in teſtamen tum æternũ, ut ſim tibi deus, & ſemini tuo poſt te. Et dabo tibi & ſemini tuo poſt te terram, in qua incola es, omnem terram Chanaan in poſſeſsionem æternam, & ero illi deus. Et dixit deus ad Abraham: Tu autem teſtamentũ meum conſeruabis: & ſemen tuum poſt te in generationes ſuas. Et hoc eſt teſtamentum meũ, quod conſeruabis inter me & uos, & inter ſemẽ tuum poſt te in generationes ſuas. Circũcidetur omne ueſtrum maſculinum: & circũcidemini in carne præputij ueſtri: & erit in ſignum teſtamenti inter me & uos. Et puer octo dierum circuncidetur uobis, ueſtrum omne maſculinum in progenies ueſtras. Vernaculus & emptitius, ab omni filio alienígena, qui non eſt de ſemine tuo, circũciſione circuncidetur: uernaculus domus tuæ, & emptitius. Et erit teſtamentum ęternum. Et qui non fuerit circunciſus, maſculus qui non circuncidetur carne præputij ſui octauo die interibit anima illa de genere eius, quia teſtamentũ meum diſsipauit. Et dixit ad Abrahã: Sarai uxor tua non appellabitur nomẽ eius ultra Sarai, ſed Sara erit nomen eius. Benedicam autem illam, & dabo tibi ex ea filium, & benedicam illum: & erit in nationes, & reges gentium ex eo erũt. Et procidit Abrahã ſuper faciem ſuam, & riſit. Et dixit in animo ſuo dicens: Si mihi centũ annos habenti naſcetur filius, & ſi Sara annorũ nonaginta pariet? Dixit autem Abraham ad deum: Hiſmael hic uiuat in conſpectu tuo. Dixit autẽ deus ad Abrahã: Ita, Ecce Sara uxor tua pariet tibi filiũ, & uocabis nomẽ eius Iſaac. & ſtatuã teſtamentũ meũ ad illũ in teſtamentũ æternũ, [a]& ero illi deus, et ſemini eius poſt illũ. De Hiſmael autem ecce audiui te. Ecce benedixi eum, & amplificabo, & multiplicabo illum ualde. Duodecim gentes generabit: & dabo illum in gentem magnam. Teſtamẽtum autem meum ſtatuam ad Iſaac, quem pariet tibi Sara in tempore hoc ad annũ ſequentẽ. Hic apertiora promiſſa ſunt de uocatione gẽtium in Iſaac, id eſt in filio promiſsionis, quo ſignificatur gratia, non natura: quia de ſene anu ſterili promittitur filius. Quãuis enim & naturalem procreationis excurſum deus operetur, ubi tamen euidens opus dei eſt, uitiata & ceſſante natura, ibi euidentius intelligitur gratia. Et quia hoc non per generationẽ, ſed per regenerationem futurum erat, ideo nũc imperata eſt circumciſio, quando de Sara promiſſus eſt filius: & quod omnes, non ſolum filios, uerũetiam ſeruos uernaculos & emptitios circumcidi iubet, ad omnes iſtam gratiam pertinere teſtatur. Quid enim aliud circumciſio ſignificat, quàm uetuſtate exuta naturam renouatam? Et quid aliud quàm Chriſtum octauus dies, qui hebdomada cõpleta, hoc eſt poſt ſabbatum reſurrexit? [b]Parentum mutantur & nomina: omnia reſonant nouitatẽ, & in teſtamento ueteri obumbratur nouum. Quid eſt enim quod dicitur teſtamentum uetus, niſi occultatio nouiꝰ? Et quid eſt aliud quod dicitur nouũ, niſi ueteris reuelatio? Riſus Abrahæ, exultatio eſt gratulantis, nõ irriſio diffidentis. Verba quoq; eius illa in animo ſuo: Si mihi centum annos habenti, naſcetur filius: & ſi Sara annorum nonaginta, pariet: non ſunt dubitantis, ſed admirantis. Si quem uero mouet quod dictum eſt: Et dabo tibi & ſemini tuo poſt te, terram, in qua tu incola es, omnem terram Chanaan in poſſeſsionem æternam: quomodo accipiatur impletum, ſiue adhuc expectetur implendum: cum poſſeſsio quæcũque terrena æterna cuilibet genti eſſe non poſsit: ſciat æternum à noſtris interpretari quod Græci appellãt αἰώνιον, quod à ſeculo deriuatũ eſt: [c]αἰὼν quippe Græce ſeculum nuncupatur. Sed non ſunt auſi Latini hoc dicere ſecularе, ne longe in aliud mitterent ſenſum. Secularia quippe dicuntur multa quæ in hoc ſeculo ſic aguntur, ut breui etiam tempore tranſeant. αἰώνιον autem quod dicitur, aut non habet finem, aut uſq; in huius ſeculi tenditur finem.

L. VIVES

a ET ſim illi deus.] Alibi, eſſe illi deus. Lxx. ἔσται αὐτῷ θεὸς. proprietas Græca Latinis dura imitatu.

b Parentum mutantur & nomina.] Dies eſt luſtricus, ut etiam apud gentiles octauus, nomenq; indebatur puero, quo à patre diſtingueretur. c Αἰὼν.] Seculum & ætas, æuum, & æternitas. Sic Cicero, & magni autores de Græco uertunt.

De maſculo qui ſi octauo die nõ fuerit circũciſus, perit anima eius: quia teſtamentum dei diſsipauit. xxvii

ITEM poteſt mouere, quomodo intelligi oporteat, quod hic dictũ eſt: Maſculus qui non circuncidetur carne præputij ſui octauo die, interibit anima illa de genere ſuo, quia teſtamẽtum meũ diſsipauit. Cũ hæc nulla culpa ſit paruuli, cuius dixit animã periturã, nec ipſe diſsipauerit teſtamentum

mentum dei,sed maiores,qui eum circuncidere non curarunt:nisi quia etiam paruuli,nō secundum suæ uitæ proprietatem,sed secundū communem generis humani originem,omnes in illo uno testamentum dei dissipauerunt, in quo omnes peccauerūt. [a]Multa quippe appellantur testamenta dei,exceptis illis duobus magnis uetere & nouo,quod licet cuicp legendo cognoscere. Testamentum autem primum quod factum est ad hominem primū,profecto illud est: Qua die ederitis morte moriemini. Vnde scriptum est in libro, qui Ecclesiasticus appellatur: Omnis caro sicut uestis ueterascet. Testamētum est à seculo morte mori eos,qui transgrediūtur præcepta dei. Cum enim lex euidentior postea data sit,& dicat Apostolus: Vbi autem nō est lex, nec præuaricatio, quo pacto ꝗd legitur in Psalmo uerum est:Præuaricatores æstimaui omnes peccatores terræ:[b]nisi quia omnes legis alicuius præuaricatæ sunt rei,qui aliquo peccato tenentur obstricti? Quam ob rem si etiam paruuli, quod uera fides habet, nascūtur nō proprie sed originaliter peccatores, unde illis gratiā remissionis peccatorū necessariā cōfitemur:profecto eo modo quo sunt peccatores,etiā prꝫuaricatores legis illius, quæ in paradiso data est agnoscuntur,ut uerum sit utrunch,quod scriptū est: Prꝫuaricatores æstimaui omnes peccatores terræ,& Vbi lex non est, nec prꝫuaricatio. Ac per hoc quia circūcisio signum regenerationis fuit, non immerito paruulum propter originale peccatum,quo primum dei dissipatū est testamentum,generatio disperdet, nisi regeneratio liberet. Sed intelligēda sunt hæc diuina uerba tanquam dictum sit: Qui non fuerit regeneratus, interibit anima illa de genere eius,quia testamētum meum dissipauit, quando in Adam cum omnibus etiam ipse peccauit. Si enim dixisset, quia hoc testamentum meum dissipauit,nō nisi de ista circumcisione intelligi cogeret. Nūc uero quoniam non expresit cuiusmodi testamentū paruulus dissipauerit,liberum est intelligere de illo testamento dictum cuius dissipatio pertinere posit ad paruulum. Si autem quisquam hoc non nisi de ista circumcisione dictum esse contendit,quod in ea testamentum dei,qui non est circumcisus dissipauerit paruulus,quærat locutionis aliquem modum,quo non absurde posit intelligi,ideo dissipasse testamentum,quia licet non ab illo,tamen in illo est dissipatum. Verum sic quoque animaduertendum est, nulla in se negligentia sua iniuste interire incircumcisi animam paruuli,nisi originalis obligatione peccati.

L. VIVES

a MVlta quippe appellantur testamenta.] Annotauit Hieronymus ubicūcp Græce sit testamentum,Hebraice esse pactū siue fœdus: id est Berith. b Nisi quia omnes legis alicuius prꝫuaricatæ.] Nullus est in tam extrema barbarie natus, cuius pectori non aliquid humanæ legis indiderit natura,ad quam si se accōmodarit, bene uiuat,& bonus sit: sin eam spreuerit,malus.

De commutatione nominum Abræ & Sara,qui cum ob unius sterilitatē, ob utriuscp autem senectutem generare non possent, munus fœcunditatis adepti sunt. Cap. XXVIII

ACTA igitur promissione tam magna,tamcp dilucida ad Abraham, cui euidentissime dictum est: Patrē multarum gētium posui te,& augebo te ualde: & ponā te in gentes,& reges exibunt ex te,et dabo tibi ex Sarai filiū,& benedicam illum,& erit in natiōes,& reges gentium ex eo erunt:quam promissionem nunc in Christo cernimus reddi,ex illo deinceps illi cōiuges non uocāntur in scripturis,sicut antea uocabantur Abram & Sarai:sed sicut nos eos ab initio uocauimus,quoniam sic iam uocantur ab omnibus Abraham & Sara. Cur autem mutatum sit nomen Abrahæ,reddita est ratio: quia patrem,inquit,multarum gētium posui te. Hoc ergo significare intelligendum est Abrahā, Abram uero [d]quod ante uocabatur,interpretatur pater excelsus. [5]De nomine autem mutato Saræ non est reddita ratio:sed,sicut aiunt, qui scripserunt interpretationes nominum Hebræorum,quæ his literis sacris continentur, Sarai interpretatur princeps mea:Sara autē uirtus. Vnde scriptum est in epistola ad Hebræos:Fide & ipsa Sara uirtutem accepit ad emissionem seminis. Ambo autem senes erant,sicut scriptura testatur, [c]sed illa etiam sterilis [d]& cruore mēstruo iam destituta,propter quod iam parere nō posset,etiam si sterilis non fuisset. Porrò si fœmina ita sit prouectioris ætatis,ut ei solita mulierum adhuc fluant,de iuuene parere potest,de seniore non potest:quamuis adhuc posit ille senior, sed de adolescētula gignere. Sicut Abrahā post mortē Saræ de Cethura potuit, quia uiuidam eius inuenit ætatem. Hoc ergo est,quod mirum commendat Apostolus,& ad hoc dicit Abrahæ iam fuisse corpus emortuum: [c]quoniam nō ex omni fœmina,cui esset adhuc aliquod pariēdi tempus extremum,generare ipse in illa ætate adhuc posset Ad aliquid enim emortuum corpus eius intelligere debemus,nō ad omnia. Nā si ad omnia, non iam senectus uiui,sed cadauer est mortui. Quāuis etiā sic solui soleat ista quæstio,quod de Cethura postea genuit Abrahā: quia donum gignendi,quod à domino accepit, etiam post obitū mansit uxoris. Sed propterea mihi uidetur illa quam secuti sumus huius quæstionis solutio præferenda, quia centenarius quidem senex,sed temporis nostri,de nulla potest fœmina gignere:non tunc quidem quādo adhuc tam diu uiuebāt,ut centum anni nōdum facerent hominem decrepitæ senectutis.

L. VIVES

a ABraham uero.] Hebræorum quidam,teste Hieronymo,autores sunt deum unam literā ex suo nomine tetragrammaton Abrahæ & Saræ dedisse scilicet he literam,quæ Græce & Latine sonat a, nō he. b De nomine autē mutato Saræ.] Hieronymus in Gen. & interpretatione nominum Hebraicorum, Sarai interpretatur princeps mea, Sara uero princeps, quod antea princeps esset solius Abrahæ, deinde princeps gentium. Porrò uirtus apud sacros scriptores pro potentia & potentatu & principatu solet usurpari. Augustinus aliò detorquet uocabulum. c Sed illa etiā sterilis.] Qui causas sterilitatis fœminæ quæsierūt, ferè in locis esse uitiū tradunt, quod uel duriores, uel rariores sint, uel carnosiores, uel occalluerint. Plutarchus li. quinto de philosophorū decretis. Prætereo quod quædam sunt interinsecus sterilitatem inferētia, sicut corymbi, hederæ nigræ,& asplenos, siue hemionos apud Plin. Stoici sterilitatē aiunt oriri, si coeuntium qualitates uirtutesq; de fœtu dissideant, qui si alijs iungātur sibi congruentioribus, gignant facile. Quod in Abrahā & Sara non absurdum esset ita existimare. Argumēto est, quod ex Cethura filios sustulerit, nisi quis hæc omnia ad diuiniorem rationem sensumq; referat. Nam Paulus emortuum uocat Abraham, id est νενεκρωμένον, quasi exhaustum & effœtum. d Et liquore menstruo.] Plin. lib. septimo de menstruis loquens: Aliquibus mulieribus nunquam contingunt menstruas: sed tales non gignunt. Quando hæc est generando homini materia, semine è maribus coaguli modo hoc in sese glomerante, quod deinde tempore ipso animatur, corporaturq;. Ergo quum grauidis fluxit, inualidi aut non uitales partus ædunt, ut autor est Nigidius. tantum Plin. Aristoteles libro septimo De historia animalium solere ait, quibus menstrua non profluunt, steriles esse, sed non omnes. Nam potest tantum humoris in locis colligi, quātum superest illis, quæ menstruia purgantur. e Quoniam non ex omni fœmina,sed ex ea cui fuisset.] In alijs libris non habetur,sed ex ea. nam hoc omnibus est uiris commune, ut ex ea generare nequeant, quæ iam per ætatem parere non potest.

De tribus uiris uel angelis, in quibus ad quercū Mambrę apparuisse Abrahæ dominus manifestatur. XXIX

TEM deus apparuit Abrahæ ad quercū Mābræ in tribus uiris,quos dubitandum nō est angelos fuisse, quamuis quidam existiment unum in eis fuisse dominum Christū, asserentes eum etiam ante indumentū carnis fuisse uisibilem. Est quidem diuinæ potestatis & inuisibilis,incorporalis,incōmutabilisq; naturæ,sine ulla sui mutatione etiam mortalibus aspectibus apparere:non per id quod est, sed per aliquid,quod sibi subditum est. Quid autē illi subditum non est? Veruntamen si propterea cōfirmant horū trium aliquē fuisse Christum: quia cum tres uidisset, ad dominum singulariter est locutus: sic enim scriptum est: Et ecce tres uiri stabant super eum,& uidens procurrit obuiā illis ab ostio tabernaculi sui, & adorauit super terram,et dixit: Domine,si inueni gratiam ante te:& cætera. cur non etiam illud aduertunt,duo ex eis uenisse,ut Sodomitæ delerentur,cum adhuc Abraham ad unū loqueretur, dominū appellans,& intercedens,ne simul iustum cum impio in Sodomis perderet? Illos autē duos sic suscepit Loth, ut etiā ipse in colloquio suo cū illis singulariter dominū appellaret. Nam cū eis pluraliter dixisset: Ecce domini declinate in domū pueri uestri:& cætera quæ ibi dicūtur:postea tamen ita legitur: Et tenuerūt angeli manū eius,& manū uxoris eius, & manus duarū filiarū eius, in eo quod dominus parceret illi. Et factum est mox ut eduxerūt illum foras,& dixerūt, Saluā fac animā tuā,ne respexeris retro,nec steteris in tota regione:in monte saluū te fac ne quādo cōprehendaris. Dixit aūt ad illos: Oro dñe, quia inuenit puer tuus misericordiā ante te:& quę sequūtur. Deinde post hæc uerba singulariter illi respondit dominus,cū in duobus angelis esset, dicens: [d]Ecce miseratus sum faciem tuam, & cætera. Vnde multo est credibilius,quod & Abraham in tribus,& Loth in duobus uiris dominū agnoscebant,cui per singularem numerū loquebantur,etiam cū eos homines esse arbitrarētur. Necp enim aliā ob causam sic eos suscepertū,ut tanquā mortalibus & humana refectione indigētibus ministrarent:sed erat profecto aliquid, quo ita excellebant,licet tanquā homines,ut in eis esse dominum,sicut esse assolet in Prophetis,

hi qui hospitalitatē illis exhibebāt, dubitare nō possent: atq; ideo & ipsos[b] aliquando pluraliter, ut dominos, aliquando singulariter, ut in eis dominum appellabant. Angelos autem fuisse scriptura testatur, nec solū in hoc Geneſis libro ubi hæc gesta narrātur, uerumetiam in epistola ad Hebræos, ubi cum hospitalitas laudaretur: [c]per hanc, inquit, etiam quidam nescientes hospitio receperunt angelos. Per illos igitur tres uiros, cūrursus filius de Sara promitteretur Abrahæ, diuinitus datum est etiam tale responsum ut diceretur ad Abraham, Erit in gentem magnam & multam, & benedicentur in eo omnes gētes terræ. Et hic duo illa breuissime pleniſsimeq; promissa sunt, gens Israel secūdum carnem, & omnes gentes secundum fidem.

L. VIVES

a EGce misertus sum in faciem.] Alibi, ego miratus sum. Lxx. ἰδοὺ ἐθαύμασα, ecce miratus sum. melius fuisset uertere approbaui, sicut ἄγαμαι apud Platonem & Euripidem, uel respexi. nam idem interdū ἐκμάξαμι sicut ὁράω. b Aliquando pluraliter ut dominos.] Alibi sic, Atq; ideo & ipsos aliquādo pluraliter, & in eis dominū aliquādo singulariter appellabāt. c Per hāc inquit etiam quidam.] Miror unde surrepserit in uulgatis codicibus placuerunt: nam uerisimile est fuisse uersum ab interprete latuerunt, ἔλαθον. Augustinus Latine & elegāter uertit: διὰ ταύτης γάρ τινες ἔξενίσαντες ἀγγέλους. Est enim proprietas Græca apud illos frequentissima: Latuerunt hospitātes angelos, pro latebat eos, quod angelos hospitio exciperent.

De Loth à Sodomis liberato, atq; eiſdem cœlesti igne cōsumptis: & de Abimelech cuius concupiscentia castitati Saræ nocere nō potuit. Cap. xxx

POST hanc promissionē liberato de Sodomis Loth, [a]& ueniente igneo imbre de cœlo, tota illa regio impiæ ciuitatis in cinerem uersa est, ubi stupra in masculos in tantam consuetudinem conualuerant, quantam leges solent aliorum factorū præbere licentiā. Verum & hoc eorum suppliciū, specimē futuri iudiciī diuini fuit. Nā quò pertinet, quod prohibiti sunt qui librabantur ab angelis retro respicere, nisi quia nō est animo redeundū ad ueterē uitam, qua per gratiam regenerati exuimur, si ultimum iudiciū euadere cogitamus? Denicq; uxor Loth, ubi respexit, remansit: [b]& in salem cōuersa hominibus fidelibus quoddam præstitit condimentū, quo sapiāt aliquid, unde illud caueatur exemplum. Inde rursus Abraham fecit in Geraris apud regem ciuitatis illius Abimelech, quod in Aegypto de coniuge fecerat, eicq; intacta similiter redita est. Vbi sanè Abraham obiurgāti regi cur tacuisset uxorem, sororemq; dixisset, aperiens quid timuerit, etiā hoc addidit: Etenim uere soror mea est de patre, sed non de matre: quia de patre suo soror erat Abrahæ, de quo propinqua eius erat. Tantæ autem pulchritudinis fuit, ut etiam in illa ætate posset adamari.

L. VIVES

ET ueniente igneo imbre.] Exustionis istarum urbium multi prophanorum scriptorum meminere. Strabo li. xvi. urbes igne ibi absumptas esse dicit, idq; accolis referentibus, quarum metropolis Sodoma adhuc lx. stadia in circuitu seruet, tū lacus Asphaltitis pleni sunt illorū libri, ubi nascit bitumen. b Et in salem cōuersa.] Iosephus testatur se eam uidisse.

De Isaac secūdum promissionem nato, cuius nomen ex risu utriusq; parentis est inditum. Cap. xxxi

POST hæc natus est Abrahæ secundum promissionem dei, de Sara filius, eumq; nominauit Isaac, quod interpretatur risus. Riserat enim & pater, quādo ei promissus est, admirans in gaudio: Riserat & mater, quādo per illos tres uiros iterum promissus est, dubitans in gaudio: quanuis exprobrante angelo, quod risus ille etiam si gaudij fuit, tamen plenæ fidei non fuit. Post ab eodem angelo in fide etiam confirmata est. Ex hoc ergo puer nomen accepit: nam quod risus ille nō ad irridendū opprobriū, sed ad celebrandum gaudiū pertinebat, nato Isaac, & eo nomine uocato, Sara monstrauit. Ait quippe: Risum mihi fecit deus: quicunq; enim audierit, cōgaudebit mihi. Sed post aliquantum tempus ancilla de domo eiicitur cum filio suo, & duo secundum Apostolum testamenta significantur, uetus & nouum: ubi Sara illius supernæ Hierusalem, hoc est ciuitatis dei figuram gerit.

De obedientia & fide Abrahæ, qua per oblationem immolandi filij probatus est, & de morte Saræ. xxxii

INTER hęc quę omnia commemorare nimis longum est, tentatur Abraham de immolando dilectissimo filio suo Isaac, ut pia eius obediētia probaretur, seculis in notitiam proferenda, non deo. Necq; enim omnis est culpanda tentatio: quia & gratulanda est, qua fit probatio

probatio. Et plerūq; aliter animus humanus sibijpsi innotescere nō potest, nisi uires suas sibi nō uerbo, sed experimēto tentatiōe quodāmodo interrogante respōdeat: ubi si dei munus agnouerit, tūc pius est, tūc solidatur firmitate gratiæ, non inflatur inanitate iactātiæ. Nunquam sanè crederet Abrahā, quod uictimis deus delectaretur humanis, Quamuis diuino intonante præcepto obediendū sit, non disputandū: ueruntamen Abrahā confestim filium cū fuisset immolatus, resurrecturū credidisse laudandus est. Dixerat nancq; illi deus, cum de ancilla & filio eius foras eiiciendis uoluntatem cōiugis nollet implere: In Isaac uocabitur tibi semen. Et certe ibi sequitur, ac dicitur: Et filium aūt ancillæ huius in magnam gentē faciam: quia semen tuum est. Quomodo ergo dictum est: In Isaac uocabitur tibi semen, cum & Hismaelem deus semen eius uocauerit? Exponens autem Apostolus quid sit: In Isaac uocabitur tibi semen: id est, inquit, non qui filij carnis, hi filij dei, sed filij repromissionis deputātur in semen. Ac per hoc filij promissionis ut sint semē Abrahæ, in Isaac uocantur, hoc est in Christo uocante gratia cōgregantur. Hanc ergo promissionē pater pius fideliter tenens: quia per hunc oportebat imple[c]ri, quem deus iubebat occidi, nō hæsitauit quod sibi reddi poterat immolatus, qui dari poterat non speratus. Sic intellectum est & in epistola ad Hebræos, & sic expositū: [a]Fide, inquit, præcessit Abraham, in Isaac tentatus: et unicum obtulit, qui promissiōes suscepit, ad quē dictū est, In Isaac uocabitur tibi semen: cogitās, quia et ex mortuis excitare potest deus. Proinde addidit: Pro hoc etiā eū & in similitudinē adduxit. Cuius similitudinē, nisi illius de quo dicit idē Apostolus: Qui proprio filio nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illū? Propterea & Isaac, sicut dominus crucē suā, ita sibi ligna ad uictimæ[d] locū, quibus fuerat imponendus ipse portauit. Postremo quia Isaac occidi nō oportebat, posteaquam est pater eum ferire prohibitus: quis erat ille aries, quo immolato impletum est significatiuo sanguine sacrificiū? Nempe quādo eum uidit Abraham[b] cornibus in frutice tenebatur. Quis ergo illo figurabatur, nisi Iesus Christus antequā immolaretur, spinis Iudaicis coronatus? Sed diuina per angelū uerba potius audiamus. Ait quippe scriptura, Et extēdit Abraham manū suam sumere machæram, ut occideret filiū suum. Et uocauit illum angelus domini de cœlo, & dixit: Abraham, Ille autem dixit: Ēce ego. Et dixit: Ne iniicias manum tuam super puerum, neq; facias illi quicquā. Nunc enim scio quia times deum tuum, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Nunc sciui dictum est, id est nunc sciri feci. Necq; enim hoc nondū sciebat deus. Deinde ariete illo immolato pro Isaac filio suo, uocauit, ut legitur, Abrahā nomē loci illius: [c]Dominus uidit, ut dicant hodie, in mōte dominus apparuit. Sicut dictū est, nūc sciui, pro eo quod est, nūc sciri feci: ita hic dominus uidit, pro eo quod est, dominus apparuit, hoc est, uideri se fecit. Et uocauit angelus domini Abrahā secundo de cœlo dicens: Per memetipsum iuraui dicit dominus: propter quod fecisti uerbum hoc, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me, nisi benedicens benedicā te, & multiplicans multiplicabo semē tuum sicut stellas cœli, et tanquam arenam quæ est iuxta labiū maris. Et hæreditate possidebit semen tuum ciuitates aduersariorum: & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, [d]quia obaudisti uocem meā. Hoc modo est illa de uocatione gentium in semine Abrahæ post holocaustū, quo significatus est Christus, etiam iuratiōe dei firmata promissio. Sæpe enim promiserat, sed nūquam iurauerat. Quid autem est dei ueri ueracisq; iuratio, nisi promissi cōfirmatio, & infidelium quædam increpatio? Post hæc Sara mortua est, centesimo & uicesimoseptimo anno uitę suæ, cētesimo autem & tricesimo septimo uiri sui. Decem quippe annis eam præcedebat ætate: sicut ipse quādo sibi ex illa promissus est filius, ait, Si mihi annorum centum nascetur filius, & si Sara annorum nonaginta pariet? Tūc emit agrum Abraham, in quo sepeliuit uxorem. Tunc ergo secundum narrationem Stephani, in terra illa est collocatus: quoniam cœpit ibi esse possessor, post mortē scilicet patris sui, qui colligitur ante bienium fuisse defunctus.

L. VIVES

FIde, inquit, præcessit.] Aliter legit, q̄ nos uulgo ad Hebræos undecimo, & etiā q̄p Græci: in aliis exemplaribus Augustini nō habetur, in Isaac, sed tantū Isaac. b Cornibus in frutice tenebatur.] Hanc interpretationem septuaginta & etiā Theodotionis plus laudat Hieronymus, q̄p Aquilæ & Symmachi. c Dominus uidet.] Hieron. pro eo quod hic habet, uidet, in Hebræo scriptum est, uidebit. hoc autē apud Hebræos exiit in prouerbiū, ut si quando in angustia cōstituti sunt, & domini optant auxilio subleuari, dicant, In mōte dominus uidebit: hoc est, sicut Abrahæ misertus est, misererit

rebitur & noſtri. Vnde & in ſignũ dati arietis ſolent etiã nunc cornu clangere. Tantum Hieronymus. Manet adhuc hodie idem prouerbij in Hiſpania, nõ omnino ut apud Hebræos, nec omnino ſicut hic Auguſtinus interpretatur, ſed media quadam ratiõe, deus uidebit, quaſi exeret & oſtendet uim ſuam. d Obaudiſti.] Sic ueteres, quod poſtea obedire, obaudire.

De Rebecca nepte Nachor, quam Iſaac accepit uxorem. Cap. XXXIII

EINDE Rebeccam neptẽ Nachor patrui ſui, cum annorũ quadraginta eſſet Iſaac, duxit uxorem, centeſimo ſcilicet & quadrageſimo anno uitæ patris ſui, triẽnio poſt mortem matris ſuæ. Vt autem illam duceret, quando ab eius patre in Meſopotamiã ſeruus miſſus eſt: quid aliud demonſtratũ eſt, cum eidẽ ſeruo dixit Abraham: Pone manum tuam ſub femore meo, & adiurabo te per dominum deum cœli, & dominum terræ, ut nõ ſumas filio meo Iſaac uxorem de filiabus Chananæorum, niſi dominum deum cœli & dominũ terræ in carne, quæ ex illo femore trahebatur fuiſſe uenturum? Nũquid hæc parua ſunt prænunciatæ indicia ueritatis, quæ compleri uidemus in Chriſto.

Quid intelligendum ſit in eo quod Abraham poſt mortem Sarę accepit uxorem Cethuram. Cap. XXXIIII

VID autem ſibi uult quod Abrahã poſt mortem Sarę, Cethuram duxit uxorem? Vbi abſit ut incõtinentiam ſuſpicemur, præſertim in illa iam ætate, & in illa fidei ſanctitate. An adhuc procreandi filij quærebantur, cũ iam deo promittente tãta multiplicatio filiorum ex Iſaac per ſtellas cœli & arenam terræ fide probatiſſima teneretur? Sed profecto ſi Agar & Hiſmael doctore Apoſtolo, ſignificauerũt carnales ueteris teſtamenti, cur non etiam Cethura & filij eius ſignificent carnales, qui ſe ad teſtamentum nouum exiſtimant pertinere? Ambæ quippe & uxores Abrahæ & cõcubinæ ſunt appellatæ. Sara uero nunquam dicta eſt concubina, ſed uxor tantum. Nam & quando data eſt Agar Abrahæ, ita ſcriptum eſt: Et apprehẽdit Sara uxor Abrahę Agar Aegyptiam ancillam ſuam poſt decem annos, & habitauerat Abraham in terra Chanaan, & dedit eam Abrahæ uiro ſuo uxorẽ. De Cethura autem, quam poſt obitum Saræ accepit, ſic legitur: Adiiciens autẽ Abraham ſumpſit uxorẽ, cui nomen Cethura. Ecce ambę dicũtur uxores Abrahę, ambæ porrò concubinæ fuiſſe reperiuntur, poſtea dicente ſcriptura: Dedit autẽ Abraham omnẽ cenſum ſuũ Iſaac filio ſuo, & filijs concubinarũ ſuarũ dędit Abraham dona: & dimiſit eos ab Iſaac filio ſuo adhuc ſe uiuo, ad Oriẽtem in terram Orientis. Habent ergo nõnulla munera filij concubinarum, ſed non perueniũt ad regnum promiſſum, nec hæretici, nec Iudæi carnales: quia præter Iſaac nullus eſt hæres: & non qui filij carnis, hi filij dei, ſed filij promiſsionis deputantur in ſemine, de quo dictũ eſt: In Iſaac uocabitur tibi ſemẽ. Neq; enim uideo cur etiã Cethura poſt uxoris mortem ducta, niſi propter hoc myſterium dicta ſit concubina: Sed quiſquis hęc non uult in iſtis ſignificationibus accipere, non calũnietur Abrahæ. Quid ſi enim & hoc prouiſum eſt contra hæreticos futuros ſecũdarum aduerſarios nuptiarum, ut in ipſo patre multarum gentium poſt obitum coniugis, iterum coniugari demõſtraretur non eſſe peccatum? Et mortuus eſt Abraham, cum eſſet annorum centum ſeptuaginta quinque. Annorum ergo ſeptuagintaquinque Iſaac filium dereliquit, quem centenarius genuit.

L. VIVES

a Contra hæreticos futuros.] Secundas nuptias Cataphryges nihil à fornicatione differre cenſebant: ut Auguſtinus ſcribit ad Quoduultdeũ. Hieronymus non modo ſecũdas nuptias abominatur, ſed primas etiam parum probat cõtra Iouinianũ diſputans homo cœlebs & coniugio parum æquus.

De geminis adhuc in utero Rebeccæ matris incluſis, quid indicauerit diuina reſponſio. Cap. XXXV

AM ex hoc quemadmodũ per poſteros Abrahæ ciuitatis dei procurrant tẽpora uideamus. A primo igitur anno uitæ Iſaac uſq; ad ſexageſimum quo ei nati ſunt filij, illud memorabile eſt, quod cũ illi deũ roganti, ut pareret uxor eius, quæ ſterilis erat, cõceſſiſſet dominus quod petebat, atq; haberet illa conceptum: a geſtiebãt gemini adhuc in utero eius incluſi. Qua moleſtia cũ angeretur, dominũ interrogauit, accepitq; reſpõſum: Duæ gẽtes in utero tuo ſunt, & duo populi de uentre tuo ſeparabũtur, & populus populũ ſuperabit, & maior ſeruiet minori

ri. Quod Paulus Apoſtolus magnũ uult intelligi gratiæ documentũ: quia nondũ illis natis, nec aliquid agẽtibus boni ſeu mali, ſine ullis bonis meritis eligitur minor, maiore reprobato: quoniam proculdubio quantũ attinet ad originale peccatũ ambo pares erãt: quantũ autem ad proprium, nullius eorũ ullum erat. Sed nũc de hac re dicere aliquid latius inſtituti operis ratio nõ ſinit, unde & in alijs iam multa diximus. Quod autem dictũ eſt: Maior ſeruiet minori: nemo ferè noſtrorum aliter intellexit, quàm maiorẽ populum Iudæorum, minori populo Chriſtiano ſeruiturum. Et reuera quãuis in gente Idumæorum, quæ nata eſt de maiore, cui duo nomina erant (nã & Eſau uocabatur, & Edom, unde Idumæi) hoc uideri poſſit impletum: quia poſtea ſuperanda fuerat à populo, qui ortus eſt ex minore, id eſt ex Iſraelitico, eiq; fuerat futura ſubiecta: tamen in aliquid maius intentã fuiſſe iſtam prophetiam, qua dictum eſt: Populus populũ ſuperabit, & maior ſeruiet minori: conuenientius creditur. Et quid eſt hoc, niſi quod in Iudæis & Chriſtianis euidenter impletur?

L. VIVES

a Gestiebant gemini.] Hieronymus: Et cõcepit Rebecca uxor eius, & mouebantur filij eius in ea. Pro motione ſeptuaginta poſuerunt ἀλτιζοντων, id eſt ludebant, ſiue calcitrabant. Quod Aquila trãſtulit, confringebãtur filij in utero. Symmachus uero ἀλλομενοι, id eſt in ſimilitudine nauis in ſuperficie ferebanẽ. b In gẽte Idumæorũ, quæ nata eſt de maiore.] Stephanus Idumæos à filio Semiramidis Idumæa, ſicut Iudæos ab eiuſdẽ filio Iuda natos putat, quod eſt commentitium.

De oraculo & benedictione, quam Iſaac non aliter cũ pater ipſius merito eiuſdẽ ac dilectione accepit. XXXVI

CCEPIT etiam Iſaac oraculũ tale, quale aliquoties pater eius acceperat. De quo oraculo ſic ſcriptũ eſt: Facta eſt aũt fames ſuper terrã, præter famem quæ prius facta eſt in tẽpore Abrahæ. Abiit autẽ Iſaac ad Abimelech regem Philiſtinorũ in Gerara. Apparuit autem illi dominus, & dixit: Noli deſcendere in Aegyptum, habita autẽ in terra quam tibi dixero, & incole in terra hac, & ero tecũ, & benedicam te. Tibi enim & ſemini tuo dabo omnem terram hanc: & ſtatuã iuramẽtum meum, quod iurauí Abrahæ patri tuo: & multiplicabo ſemẽ tuum tanquã ſtellas cœli, & dabo ſemini tuo omnem terrã hanc, & benedicẽtur in ſemine tuo omnes gẽtes terræ, pro eo quod obaudiuit Abraham pater tuus uocem meã, & cuſtodiuit præcepta mea, et mandata mea, & iuſtificationes meas, & legitima mea. Iſte Patriarcha nec uxorẽ habuit aliam, nec aliquam concubinam, ſed poſteritate duorũ geminorum ex uno concubitu procreatorum cõtentus fuit. Timuit ſanè etiam ipſe periculum de pulchritudine coniugis cum habitaret inter alienos, fecitq; quod pater, ut eam ſororem diceret, taceret uxorẽ. Erat enim ei propinqua, & paterno & materno ſanguine: ſed etiam ipſa ab alienigenis cognito quod uxor eius eſſet, manſit intacta. Nec ideo tamen iſtum patri eius præferre debemus: quia iſte nullam fœminam præter unam coniugem nouerat. Erant enim proculdubio paternæ fidei & obedientiæ merita potiora, intantum ut propter illum dicat deus, huic ſe facere bona, quæ fecit, Benedicentur, inquit, in ſemine tuo omnes gẽtes terrę: pro eo quod obaudiuit Abrahã pater tuus uocem meam, & cuſtodiuit præcepta mea, & mandata mea, & iuſtificationes meas, & legitima mea. Et alio rurſus oraculo: Ego ſum, inquit, deus Abraham patris tui, noli timere, tecum enim ſum, & benedixi te, & multiplicabo ſemen tuũ propter Abraham patrẽ tuum. Vt intelligamus cũ caſte Abraham fecerit, quod hominibus impudicis, & nequitiæ ſuæ de ſcripturis ſanctis patrocinia requirẽtibus, uidetur feciſſe libidine. Deinde ut etiam hoc nouerimus, non ex bonis ſingulis inter ſe homines comparare, ſed in unoquoq; cõſideremus uniuerſa. Fieri enim poteſt ut habeat aliquid in uita & morib. quiſpiã quo ſuperet alium, idq; ſit lõge præſtabilius, cũ eſt illud, unde ab alio ſuperatur. Ac per hoc ſano ueroq; iudicio, cũ continẽtia cõiugio præferatur, melior eſt tamẽ homo fidelis cõiugatus, cũ cõtinẽs infidelis. a Sed cõtinens infidelis homo, nõ ſolũ minus laudãdus eſt, quia ſe cõtinet, dũ nõ credat: uerũ etiã multo magis uituperãdus, quia nõ credit, cũ ſe cõtineat. Cõſtituamus ergo ambos bonos, etiã ſic, pfecto melior eſt cõiugatus fideliſsimus, & obediẽtiſsimus deo, cũ continens minoris fidei, minorisq; obediẽtię. Si uero paria ſint cętera, cõtinentẽ coniugato pręferre quis ambigat?

L. VIVES

a Sed cõtinens.] In codice Brugenſi. ſic habetur: Sed infidelis homo nõ ſolũ minime laudãdus eſt, uerũ etiam maxime deteſtãdus eſt. Conſtituamus ambos bonos etiã, quæ lectio non admodum mihi arridet. Hinc apparet cũ parum momenti ſit in riuulis externorum operum, niſi ex puro interiore fonte manent.

De his quæ in Esau & Iacob mystice prefigurantur. Cap. XXXVII

VO Igitur Isaac filij, Esau & Iacob pariter crescunt. Primatus maioris trãsfunditur in minorem ex pacto & placito inter illos, eo quod [a] lenticulam quam minor parauerat, maior immoderatius cõcupiuit, eoq; precio primo genita sua fratri iuratione interposita uendidit. Vbi discimus in uescendo [b] non cibi genere, sed auiditate immodesta quenquam culpandum. Senescit Isaac, eiusq; oculis per senectam uisus aufertur. Vult benedicere filium maiorẽ, & pro illo nesciens benedicit minorem, pro fratre maiore, qui erat pilosus se paternis manibus supponentem, hædinis sibi pelliculis coaptatis, uelut aliena peccata portantẽ. [c] Iste dolus Iacob ne putaretur fraudulentus dolus, et non in eo magnę rei mysteriũ quæreretur, superius prædixit scriptura: Erat Esau homo sciens uenari agrestis: Iacob autem homo simplex habitãs domum. Hoc nostri quidam interpretati sunt sine dolo. Siue autem sine dolo, siue simplex, siue potius sine fictiõe dicatur, [d] quod est Greçe ἁπλαστῶ, quis est in ista benedictione percipienda dolus hominis sine dolo? Quis est dolus simplicis, quæ fictio non mentientis, nisi profundum mysterium ueritatis? Ipsa autem benedictio qualis est? Ecce, inquit, odor filij mei tanquã odor agri pleni, quẽ benedixit dominus. Et det tibi deus de rore cœli, & de ubertate terrę, et multitudinẽ frumenti & uini: & seruiãt tibi gentes, & adorẽt te principes, & fias dominus fratris tui, & adorabunt te filij patris tui. Qui maledixerit te, maledictus: & qui benedixerit te, benedictus. Benedictio igitur Iacob prædicatio Christi est in omnibus gẽtibus. Hoc fit, hoc agitur: lex & prophetia est in Isaac: etiam per os Iudæorũ Christus ab illa benedicitur uelut à nescíente, quia ipsa nescitur. Odore nominis Christi, sicut ager mundus impletur, eius est benedictio de rore cœli, hoc est de uerborum pluuia diuinorum: et de ubertate terræ, hoc est de congregatione populorũ: eius est multitudo frumenti & uini, hoc est multitudo quam colligit frumentum et uinũ in sacramento corporis & sanguinis eius. Ei seruiunt gẽtes, ipsum adorãt principes. Ipse est dominus fratris sui, quia populus eius dominatur Iudæis. Ipsum adorant filij patris eius, hoc est, filij Abrahæ secundũ fidẽ: quia & ipse filius est Abrahæ secundũ carnem. Ipsum qui maledixerit maledictus, & qui benedixerit benedictus est. Christus inquam noster etiã ex ore Iudęorum quãuis errantiũ, sed tamen legem prophetasq; cantantiũ benedicitur, id est ueraciter dicitur: & alius benedici putatur, qui ab eis errantibus expectatur. Ecce benedictionẽ promissam repetẽte maiore, expauescit Isaac, & aliũ pro alio se benedixisse cognoscit. Miratur, & quis nã ille sit percunctatur: nec tamen se deceptum esse conqueritur, immo cõfestim reuelato sibi intus in corde magno sacramẽto deuitat indignationẽ, confirmat benedictionẽ. Quis ergo, inquit, uenatus est mihi uenationem, & intulit mihi, & manducaui ab omnibus antequã tu uenires, & benedixi eũ, & sit benedictus? Quis nõ hic maledictionem potius expectaret irati, si hęc nõ superna inspiratiõe, sed terreno more gererẽtur? O res gestas, sed prophetice gestas: in terra, sed cœlitus: per homines, sed diuinitus. Si excutiantur singula tantis fœcũda mysterijs, multa sunt implẽda uolumina, sed huic operi modus moderate imponẽdus, nos in alia festinare cõpellit.

L. VIVES

a Lenticulam.] Est lenticula uas olearium, & parua lens leguminis genus: hoc modo diminutiuũ est à lente: illo uero à lentitate dicitur, quòd lente oleum ex ea stillet: nam ore est angusto. Sed in sacris literis solum decoctio rubea dicitur, qua Esau uendidit primogenituram. Ideo dictus est Edom. q. fuluus. b Nõ cibi genere.] Hoc est uorum ex gentilium illa euangelica lege puniendum. Multa ecclesia hodie dicit, ea non ad licentiam peccandi pertinere populis, sed ad uenialem propensi rationem, quæ in aliud quoddam genus uergere dicit eorum. c Iste dolus.] Nam homo dolus est, & uarius.
d Græce ἁπλαστῶ.] Nam ἁπλοῦν ea lingua, in ἀνυπόκριτον, ἀδολον.

De missione Iacob in Mesopotamiam ad accipiendam uxorem, & de uisione quam in itinere somniauit, & de quatuor ipsius fœminis, cũ unam peteret uxorem. Cap. XXXVIII

ITITVR Iacob à parentibus in Mesopotamiam, ut ibi ducat uxorem. Patris mittẽtis hęc uerba sunt: Nõ accipies uxorẽ ex filiabus Chananæorũ: surgẽs fuge in Mesopotamiam in domum Bathuel patris matris tuæ, & sume tibi inde uxorẽ de filiabus Laban fratris matris tuæ. Deus autem meus benedicat te, & augeat te, & multiplicet te: & eris in cõgregationes gentiũ: & det tibi benedictionem Abrahæ patris

patris tui: tibi, & semini tuo post te, ut hęres fias terræ incolatus tui, quam dedit deus Abrahæ. Hic iam intelligimus segregatum semen Iacob ab alio semine Isaac, quod factum est per Esau. Quando enim dictum est, In Isaac uocabitur tibi semen: pertinens utiq; semen ad ciuitatẽ dei: separatũ est inde aliud semen Abrahæ, quod erat in ancillæ filio: & quod futurum erat in filijs Cethuræ. Sed adhuc erat ambiguũ de duobus geminis filijs Isaac: ad utrũq;, an ad unum eorum illa benedictio pertineret. Et si ad unũ, quis nam esset illorum, quod nunc declaratum est, quũ prophetice à patre benedicitur Iacob, & dicitur ei, Et eris in congregationes gentium: & det tibi benedictionẽ Abrahę patris tui. Per gens itaq; in Mesopotamiam Iacob, in somnis accepit oraculum, de quo scriptũ est: Et exijt Iacob [a] à puteo iuratiõis, & profectus est in Charam: & deuenit in locum, & dormiuit ibi: occiderat enim sol, & sumpsit ex lapidibus loci, & posuit ad caput suũ: & dormiuit in loco illo, & somniauit. Et ecce scala stabilita super terram, cuius caput pertingebat ad cœlum: & angeli dei ascẽdebant, & descendebant per illam: & dominus incumbebat super eam. Et dixit: Ego sum deus Abraham patris tui, & deus Isaac, noli timere: terra in qua tu dormis per eam, tibi dabo illam, & semini tuo: & erit semen tuum sicut arena terræ: & dilatabitur [b] super mare, & in Aphricum, & in Aquilonem, & ad Oriẽtem: & benedicentur in te omnes tribus terrę, & in semine tuo. Et ecce ego sum tecum, custodiens te in omni uia quacunq; ibis: & reducam te in terrã hanc: quia non te derelinquam, donec faciam omnia, quæ tecum locutus sum. Et surrexit Iacob de somno suo, & dixit: Quia dominus est in loco hoc: ego nesciebã. Et timuit, & dixit, Quàm terribilis est locus hic: non est hic nisi domus dei, & hæc porta cœli. Et surrexit Iacob, & sumpsit lapidẽ, quẽ supposuit sibi ad caput: & [c] statuit illum in titulum: & superfudit oleum in cacumen eius: & uocauit nomen loci illius [d] domus dei. Hoc ad prophetiã pertinet: nec more idololatriæ lapidem perfudit oleo Iacob, uelut faciens illum deum: necq; enim adorauit eum lapidem, uel ei sacrificauit: sed quoniam [e] Christi nomen à chrismate est, id est ab unctiõe: profecto figuratum est hinc aliquid, quod ad magnum pertineat sacramentum. Scalam uero istam intelligitur ipse saluator nobis in memoriã reuocare in Euãgelio, ubi cũ dixisset de Nathanaele: Ecce uere Israelita, in quo dolus nõ est: quia Israel uiderat istam uisionem, ipse est enim Iacob: eodem loco ait: Amen amen dico uobis, uidebitis cœlum apertum, & angelos dei ascendentes & descendentes super filium hominis. Perrexit autem Iacob in Mesopotamiam, ut inde acciperet uxorem. Vnde autẽ illi acciderit, quatuor habere fœminas, de quibus duodecim filios et unam filiam procreauit, cum earum nullam concupisceret illicite, diuina scriptura indicat. Ad unam quippe accipiendam uenerat, sed cum illi [f] altera pro altera supposita fuisset, nec ipsam dimisit, qua nescięs usus fuerat in nocte, ne ludibrio eam uideretur habuisse: et ex eo tempore quoniam multiplicandæ posteritatis causa plures uxores lex nulla prohibebat, accepit etiã illam, cui uni iam futuri coniugij fidem fecerat. Quę cum esset sterilis, ancillam suam de qua filios ipsa susciperet, marito dedit. Quod etiã maior soror eius, quãuis peperisset, imitata, quoniã multiplicare prolem cupiebat, effecit. Nullam Iacob legitur petijsse, præter unã: nec usus plurimis, nisi gignendæ prolis officio coniugali iure seruato: ut neque hoc faceret, nisi uxores eius id fieri flagitassent, quæ corporis uiri sui habebant legitimam potestatem.

L. VIVES

a Puteo iurationis.] Sic uerterunt septuaginta, pro eo quod Hebraice est à puteo saturitatis. Consentiunt Symmachus & Aquila. Nam etiã ciuitas uocatur Beersabe, quod sonat, puteum saturitatis. Hiero. Verum puteus saturitatis quem foderunt serui Isaac, nõ idẽ est, qui puteus iuratiõis, quẽ fodit Abraham, & iuris iurandi nominauit, seu fœderis: quod scicit cum Abimelech Genẽ. xxi. datis septẽ agnis: nam sabee est ius iurandum & septem, tametsi in eadem urbe puteum utrunq; esse. b Super mare.] Hic nihil significat de regno maris, quod classibus obtinetur: sed, ut iam dixi, occidẽtem notat plagam, quæ est Syriæ ad mare nostrũ, ut quatuor mundi oras indicet. c Statuit illum in titulum.] Lxx. στῆλω columnam, quod magis congruit quàm titulum. d Domus dei.] Vicus ibi positus, dictus est Bethel, qui prius erat Luz: id est, tunc domus dei, ante nux uocabatur. Erat in parte Beniamin, iuxta Bethau & Gai. e Christi nomen.] Χρῖσμα Græci dicunt, quem Latini unctũ. χρῖσμα est unctio.
f Altera pro Altera.] Lya filia maior pro Rachel filia minore. Genẽ. xxix.

Quæ ratio fuerit, ut etiã Israel cognominaretur. Cap. XXXIX

GENVIT ergo duodecim filios, et unam filiam ex quatuor mulieribus. Deinde ingressus est in Aegyptum per filiũ suũ Ioseph, qui uẽditus ab inuiden

inuidentibus fratribus,eò perductus fuit, atq; ibidem sublimatus. Iacob autē etiā Israel, sicut paulo ante dixi,uocabatur:quod nomē magis populus ex illo procreatus obtinuit. Hoc autē nomen illi ab angelo impositum est, qui cū illo fuerat in itinere de Mesopotamia redeunte lætatus,typū Christi euidentissime gerēs. Nam quod ei prævaluit Iacob,[a]utiq; uolenti, ut mysterium figuraret:significat passionem Christi, ubi uisi sunt ei prævalere Iudæi. Et tamen benedictionem ab eodem angelo quem superauerat impetrauit:ac sic huius nominis impositio,benedictio fuit.[b]Interpretatur autē Israel uidens deum,quod erit in fine præmium omniū sanctorum. Tetigit porrò illi idem angelus ueluti prævalenti latitudinem femoris,eumq; isto modo claudum reddidit. Erat itaq; unus atq; idem Iacob & benedictus et claudus:benedictus in eis, qui in Christum ex eodem populo crediderūt, atq; in infidelibus claudus. Nam femoris latitudo generis est multitudo. Plures quippe sunt in ea stirpe,de quibus prophetice prædictū est:Et claudicauerunt à semitis suis.

L. VIVES

a Vtiq; uolenti.] A nolente enim angelo & pro uirili sua contra nitente non modo uictus fuisset prostratusq;,sed etiam occisus. b Interpretatur autē Israel.] Hieronymus non uidetur probare, quod Israel interpretetur uidēs deū, siue princeps dei, siue ὀρθὸς τοῦ θεοῦ, id est directus dei, seu ad uerbum magis rectissimus dei. Iosephus in antiquitatibus, Israel dictum arbitratur quòd steterit aduersus angelum.

A habere pronepotes de filijs,quos ex eadē uxore susceperit? Cū igitur nec filios haberēt Effrem & Manasses filij Ioseph, sed eos pueros infra quàm nouēnes Iacob Aegyptum ingressus inuenerit,quo pacto eorum non solum filij,sed etiā nepotes,in illis septuagintaquinq; uiris numerantur,qui tūc Aegyptum ingressi sunt cum Iacob? Nam commemoratur ibi Machir filius Manasse nepos Ioseph:& eiusdem Machir filius,id est Galaad nepos Manassæ, pronepos Ioseph:ibi est & quem genuit Effrem alter filius Ioseph,id est Vtalaam nepos Ioseph:ibi est
B & Bareth filius ipsius Vtalaæ:id est, nepos Effrem,pronepos Ioseph:qui nullo modo esse potuerunt quando Iacob in Aegyptum uenit, & filios Ioseph nepotes suos,auos istorum,minores quàm nouem annorū pueros inuenit. Sed nimirum introitus Iacob in Aegyptum, quando eum in septuaginta quinq; hominibus scriptura commemorat:nō unus dies,uel unus annus,sed totum illud est tempus quādiu uixit Ioseph,per quem factum est ut intrarēt. Nam de ipso Ioseph eadem scriptura sic loquitur:Et habitauit Ioseph in Aegypto ipse & fratres eius:
C & omnis cohabitatio patris eius:& uixit annos centum decē,& uidit Ioseph filios Effrem,usq; in tertiam generationem. Ipse est ille pronepos eius ab Effrem tertius. Generationem quippe tertiam dicit, filium,nepotem,pronepotē. Dein de sequitur: Et filij Machir, filij Manasse, nati sunt supra femora Ioseph. Et hic ille ipse est nepos Manasse,pronepos Ioseph. Sed pluraliter appellati sunt sicut scriptura consueuit:quæ unā quoq; filiā Iacob,filias nuncupauit:[a]sicut in Latinæ linguæ consuetudine liberi dicuntur pluraliter filij,etiā si non sint uno amplius. Quū ergo ipsius Ioseph prædicetur felicitas, quia uidere
D potuit pronepotes,nullo modo putādi sunt iā fuisse tricesimo nono anno proaui sui Ioseph: quādo ad eum in Aegyptum Iacob pater eius aduenit. Illud autem est, quod fallit minus ista diligenter intuentes: quoniam scriptū est,Hæc autem nomina filiorum Israel, qui intrauerunt in Aegyptum simul cum Iacob patre suo. Hoc enim dictum est:quia simul cum illo computantur septuaginta quinque: non quia simul iam erant omnes, quando Aegyptum ingressus est ipse: sed ut dixi, totum tempus habetur eius ingressus, quo uixit Ioseph, per quem uidetur ingressus.

Quomodo Iacob cum septuaginta quinq; animabus Aegyptum narretur ingressus,cum plerique ex eis qui commemorātur, tempore posteriori sint geniti. Cap. XL

1 INGRESSI itaq; referuntur in Aegyptum simul cū ipso Iacob septuaginta,quinq; homines, annumerato ipso cum filijs suis. In quo numero duę tantum fœminę cōmemorantur:una filia,neptis altera. Sed res diligenter considerata, non indicat,quod tantus numerus fuerit in progenie Iacob, die uel anno,quo ingressus est Aegyptū. Cōmemorati sunt quippe in eis etiā pronepotes Ioseph,qui nullo modo iam tūc esse potuerūt:quoniā tūc centū triginta annorū erat Iacob:filius uero eius Ioseph, trigintanouem:quē cū accepisse tricesimo anno suo,uel amplius,cōstet uxorem,quomodo potuit per nouē annos

L. VIVES

Liberi a Sicut in Latinæ linguæ consuetudine.] Sic Latine unus filius liberi dicitur,sicut Gellius scribit, asfertq; dictum Sempronij Asellionis,qui de unico Sempronij Gracchi filio liberos dixit. Herennius iuris cōsultus libro digestorū quinquagesimo idē cōfirmat.

De benedictione quam in Iudam filium suum promisit. Cap. XLI

1 GITVR propter populū Christianum,in quo dei ciuitas peregrinatur in terris,si carnem Christi in Abrahæ semine requiramus,remotis cōcubinarum filijs,occurrit Isaac: si in semine Isaac,remoto Esau qui est Edom, occurrit Iacob,qui est & Israel:si in semine Israel ipsius,remotis cęteris occurrit Iudas, quia de tribu Iuda exortus est Christus. Ac per hoc cum in Aegypto moriturus Israel filios suos benediceret:quemadmodū Iudam prophetice benedixerit,audiamus.[a]Iuda,inquit,te laudabunt fratres tui. Manus tuæ super dorsum inimicorum tuorum:te adorabūt filij patris tui. Catulus leonis Iudas,[b]ex germinatione fili mi ascendisti: recūbens dormisti ut leo,& ut catulus leonis,quis
B suscitabit eum? Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de femoribus eius,donec ueniāt quæ reposita sunt ei:& ipse erit expectatio gentium,alligans ad uitem pullum suum,[c]& cilicio pullum asinæ suę. Lauabit in uino stolam suā,& in sanguine uuæ amictū suū. Fului oculi eius à uino, & dentes cādidiores lacte. Exposui hæc aduersus Manichæū Faustū disputans,& satis esse arbitror, quātum ueritas prophetiæ huius elucet. Vbi & mors Christi prædicta est uerbo dormitionis, & non necessitas,sed potestas in morte nomine leonis. Quam potestatē in Euangelio ipse prædicat,dicens:Potestatem habeo ponendi animam meam,& potestatē habeo iterū
D sumendi eam. Nemo eam tollit à me, sed ego eam pono à memetipso,& iterū sumo eam. Sic leo fremuit,sic quod dixit,impleuit. Ad eā nāq; pertinet potestatē, quod de resurrectione eius adiunctum est: Quis suscitabit eum? hoc est, quia nullus hominum nisi seipse suscitauit, qui etiam de corpore suo dixit:Soluite templū hoc, & in triduo resuscitabo illud. Ipsum autē genus mortis,hoc est, sublimitas crucis in uno uerbo intelligitur,quod ait,ascendisti. Quod uero addidit: recumbens dormisti, Euangelista exponit,ubi dicit:Et inclinato capite tradidit spiritū.
A Aut certe sepultura eius agnoscitur,in qua recubuit dormiēs:& unde illum nullus hominum, sicut prophetæ aliquos, uel sicut ipse alios suscitauit,sed sicut à somno ipse surrexit. Stola porrò eius quā lauat in uino,id est,mundat à peccatis in sanguine suo,cuius sanguinis sacramētum baptizati sciunt:unde & adiungit:Et in sanguine uuæ amictum suum,quid est nisi ecclesia? Et fului oculi eius à uino,spiritales eius inebriati poculo eius. De quo canit Psalmus: Et calix tuus inebrians cę præclarus est. Et dentes eius candidiores lacte:quod potāt apud Apostolū paruuli, uerba scilicet nutrientia,nondū idonei solido
B cibo. Ipse igitur est in quo reposita erāt promissa Iudæ,quæ donec uenirent,nunquam principes,hoc est reges Israel ab illa stirpe defuerunt. Et ipse expectatio gentium,quod clarius est uidendo,quàm sit exponendo.

L. VIVES

a Iuda,inquit,te laudabunt.] Iudas etiam laus est sue confessio. b Ex germinatione.] Hebraice,ex captiuitate. De Christo hæc omnia,ut intelligatur eum captiuos populos esse ducturum,& iuxta intelligē tiam sacratiorem ascēdisse in altum,& captiuam duxisse captiuitatem. Hieronymus. c Et cilicio pullū asinæ suæ.] Alij uerterunt: Et funiculo pullum asinæ suæ. Hieronymus ostendit esse Hebraice: Alligans ad uitem pullum suum,& ad electam uitem asinam suam. Et pro
C pullo posse legi ciuitatem illam diuinam, de qua hisce libris loquimur. Porrò Lxx. ἑλικι uerterunt. est uero ἑλιξ pampinus seu capreolus uitis àcōuoluendo apud Theophrastum,& ab eadem mente species hederæ Dioscoridi & Plinio. itaq; nescio unde cilicium hic irrepserit, nisi uersum sit helicium.

De filijs Ioseph,quos Iacob prophetica manuum suarum transmutatione benedixit. Cap. XLII

1 ICVT autem duo Isaac filij,Esau et Iacob figuram præbuerūt duorum populorū in Iudæis & Christianis: quāuis quod ad carnis propaginē pertinet,nec Iudæi uenerūt ex semine Esau,sed Idumæi:nec Christianæ gentes de Iacob,sed potius Iudęi: ad hoc enim tantum figura ualuit,quod dictum est,Maior seruiet minori:ita factū est etiam in duobus filijs Ioseph. Nam maior gesit typum Iudęorum, Christianorum autē minor. Quos cum benediceret Iacob,manum dexteram ponēs super minorem, quem habebat ad sinistram:sinistram uero super maiorem,quem habebat ad dextram: grauе uisum est patri eorum,& admonuit patrem ueluti corrigens eius errorem, & quis nam eorū

esset

esset maior,ostẽdens. At ille mutare manus no A luit, sed dixit:Scio fili,scio. Et hic erit in popu/lum,& hic exaltabitur:sed frater eius iunior ma ior illo erit,& semen eius erit in multitudinem gentium.Etiam hic duo illa promissa demon/strant:nam ille in populum,iste in multitudinẽ gentium. Quid euidentius cũ his duabus pro/missionibus contineri populum Israelitarũ or/bemq; terrarũ in semine Abrahæ:illum secun/dum carnem,istum secundum fidem?

De temporibus Moysi & Iesu Naue, ac iudicum:atq; exinde regum : quo/rum quidem Saul primus est:sed Da/uid præcipuus, & sacramento habe/tur,& merito. Cap. XLIII

EFVNCTO Iacob, defuncto etiã Ioseph,per reliquos cẽtum quadra D ginta quatuor annos, donec exire/tur de terra Aegypti,in modũ increbilem illa gens creuit:etiam tantis attrita persequutionibus,ut quodam tẽpore na ti masculi necarẽtur: cum mirantes Aegyptios nimia populi illius incrementa terrerent. Tunc Moyses subtractus furto trucidatoribus paruu C lorum,ad domum regiam,ingentia per eũ deo præparante,peruenit, nutritusq; & adoptatus à filia Pharaonis,[a]quod nomen in Aegypto o/mnium regum fuit,in tantum peruenit uirum, ut ipse illam gentem mirabiliter multiplicatam, ex durissimo & grauissimo quod ibi ferebat,iu go seruitutis extraheret:imò per eum deus,qui hoc promiserat Abrahæ.Prius quippe exinde ad terram Madiam fugisse refertur:quod cum Israelitam defenderet,Aegyptium occiderat,& territus fugerat:postea diuinitus missus in pote state spiritus dei superauit resistẽtes [b]Pharaõis D magos. Tunc per eũ Aegyptijs illatæ sunt decẽ memorabiles plagæ, cum dimittere populum dei nollent,aqua in sanguinẽ uersa,ranæ & [c]cy/nises,[d]cynomyia,mors pecorũ,ulcera, grando, [e]locusta,tenebræ,mors primogenitorũ.Ad ex/tremum Israelitas,quos plagis tot tantisq; [f]per fracti tandem aliquãdo dimiserant, Aegyptij in mari rubro dum persequũtur, extincti sunt. Illis quippe abeuntibus,diuisum mare uiam fe/cit:hos autem insequentes, in se rediens unda submersit.Deinde per annos quadraginta, du ce Moyse,dei populus per desertum actus est: quando taberñaculum testimonij nũcupatum est:ubi deus sacrificijs futura prænunciantibus colebatur:cũ scilicet iam data lex fuisset in mon/te multum terribiliter. Attestabatur enim eui/dentissima mirabilibus signis uocibusq; diui/nitas. Quod factum est mox ut exitum est de Aegypto,et in deserto populus esse cœpit:quin quagesimo die post celebratũ Pascha per ouis immolationem:quæ usqueadeo typus Christi est,prænuncians eum per uictimam passionis de hoc mũdo transiturum ad patrem: [g]Pascha quippe Hebræa lingua,transitus interpretatur: B ut iam cum reuelaretur testamentum nouum, postea quàm Pascha nostrum immolatus est Christus,quinquagesimo die ueniret de cœlo spiritus sanctus:qui dictus est in Euangelio di/gitus dei: ut recordationem nostram in primi præfigurati facti memoriam reuocaret: quia & legis illæ tabulæ digito dei scriptæ referuntur. Defuncto Moyse,populum rexit Iesus Naue: & in terram promissiõis introduxit:eamq; po/pulo diuisit.Ab his duobus mirabilibus duci/bus,bella etiam prosperrime,ac mirabiliter ge/sta sunt:deo cõtestante non tam propter meri/ta Hebræi populi, cũ propter peccata earũ quę debellabantur gentiũ,illas eis proueniss̃e uicto rias.Post istos autẽ duces, iudices fuere iam in terra promissiõis populo collocato:ut incideret interim reddi Abrahæ prima promissio de gẽ/te una,id est Hebræa,& de terra Chanaã:non dum de omnibus gentibus & toto orbe terra/rum:quod Christi aduentus in carne, & nõ ue/teris legis obseruationes,sed Euãgelij fides fue/rat impletura.Cuius rei præfiguratio facta est, quod non Moyses qui legem populo accepe/rat in monte Sina,[h]sed Iesus, cui etiam nomen deo præcipiente mutatum fuerat,ut Iesus uoca/retur,populũ in terram promissionis introdu/xit.Temporibus autem iudicum,sicut se habe/bant & peccata populi,& misericordia dei,alter nauerũt prospera,& aduersa bellorũ.Inde uen/tum est ad regum tempora. Quorum primus regnauit Saul:quo reprobato, & bellica clade prostrato, eiusq; stirpe reiecta, ne inde reges orirentur, Dauid successit in regnum,cuius ma xime [i]Christus dictus est filius.In quo articu/lus quidam factus est, & exordium quodam/modo iuuentutis populi dei: cuius generis quę/dam uelut adolescentia ducebatur ab Abrahã usq; ad hunc Dauid. Necq; enim frustra Mat/thæus

thæus euangelista sic generationes commemo/ A rauit, ut hoc primum interuallum quatuordecim generationibus commendaret,ab Abrahã scilicet usq; ad Dauid.Ab adolescentia quippe incipit homo posse generare,propter ea generationum series ab Abraham sumpsit exordiũ, qui etiã pater multarum gentiũ constitutus est, quando mutatũ nomen accepit. Ante hunc ergo uelut pueritia fuit huius generis populi dei, à Noe usq; ad ipsum Abraham,[k]et ideo prima lingua inuẽta est,id est Hebræa. A pueritia nãque homo incipit loqui post infantiã,[l]quę hinc appellata est, quia fari nõ potest. Quam profecto ætatem primã demergit obliuio, sicut ætas prima generis humani est deleta diluuio. Quotus enim quisq; est,qui suam recordetur infantiã? Quamobrẽ in isto procursu ciuitatis dei si/cut superior unam eandemq; primam,ita duas ætates secundam & tertiam liber iste contineat, in qua tertia propter uaccam trimam, capram trimam,& arietem trimum,impositum est legis iugum,& apparuit abundantia peccatorum,& regni terreni surrexit exordium,ubi non defue/runt spiritales,quorum in turture & columba fi guratum est sacramentum.

L. VIVES

QVod nomen in Aegypto.] Ne putetur idem fuis/se Pharao, qui tunc regnabat,& qui temporibus Iacob & Ioseph. Nam ut in Ezechielem libro ix. docet Hieronymus,Pharao apud Aegyptios nomen est regiæ dignitatis. Sicut post Alexandrum Ptolemæi: ut apud Romanos Cæsares, & Augusti: apud Philistæos Abimelech: quæ de Antiochis & Arsacidis addit non satisfaciũt. Herodotus unicum Pharonem ponit cæcum. Pharaones uero dicti sunt q. Pharones à Pharo insula è regione Alexandriæ olim Carpathos dicta,ubi regnauit Proteus. Huius Pharaonis filiam Thermuth uocat Iosephus. b Resistentes Pharaonis magos.] Quis fuerit hic Pharao non conuenit. Eusebius scribit Apio nem Polyhistorem tradidisse Amasim regnasse in Aegypto cum illinc Iudæi decesserunt,quod fieri non potest. Nam Amasis fuit multo posterior, temporibus scilicet Pythagoræ,cui à Polycrate Samiorum tyrãno commendatus est. Ideo Iosephus ex Manethõe Techmosim Pharaonem ponit,& sic ostendit Manethonem uarium esse, ut qui alibi ponat Amenophin. Idem Euseb. in chroni/ cis Pharaonem Cenchrem hoc tempore statuit. in Præ/paratione Euang. magorum etiã ponit nomina Iannem & Iambrem ex Numenio. c Cyniphes.] Iosephus in *Cyniphes* tertia plaga,si modo bene est à Ruffino uersus, pedicu/los ponit ex intimis corporis ebullientes,ceu morbum Phthiriasin hoc est pedicularem, nec Cyniphum memi nit,nec Cynomiæ. Autor historiæ scholasticæ & Alber/tus Grotus genus muscarum dicunt esse Cyniphes, ut etiam Origenes putat. Albertus lib. xxvi. De animali/bus corpore tradit esse uermes,capite & alis muscas,cũ aculeo in ore quo pungunt,& sugunt,palustribus nasci locis,& animantium spiritus sed humanos maxime con sectari. Origenes super Exod. sic inquit: Post hoc Sni/pes: sic enim apud eum legitur, producuntur. Hoc ani/mal pennis quidẽ suspẽditur per aera uolitãs: sed ita sub tile est,& minutum,ut oculi uisum nisi acute cernentis effugiat,corpus tamen cum insederit acerbissimo tere/brat stimulo,ita ut quem uolitantẽ uidere quis non ua/ B leat,sentiat stimulantẽ,sic Origenes: qui per hoc anima lis genus dialecticam uult intelligi,quæ minutis & sub/tilibus uerborum stimulis animas terebrat & tanta cal liditate circumuenit,ut deceptus nec uideat,nec intelli gat. Sed necq; Cyniphes neque Snipes qui sint ullus aut Latinorum aut Græcorum dixerit: nec sic est apud lxx. sed σνιπάδι. σνιπί enim ῥύμη δηλ κωνωπώδης, ut inquit Suidas animal culicare. καὶ ξυλοφάγον cp ligna exedit. & in Psal. ciij. σνιπάδι habetur in Græco. Pro quo ad Hebraicã ue ritatem & Targum Chaldæum legitur pediculi sicut a/pud Iosephum. d Cynomyia.] Κυώμυια canina mus- *Cynomyia* ca ad uerbum, uulgo muscam grauissimam legimus, in Exodo. e Locusta.] Res agris damnosa, qua multæ regiones infestantẽ, & in primis Cyrenaica pars Aphri/cæ, quæ Aegypto coniungitur. deorum iræ, inquit Pli/nius, ea pestis creditur. f Perfracti.] Præfracti, duri, inflexibiles: perfracti, multum fracti, & attriti. g Pa- *Pascha* scha quippe.] Phase est transitus, quoniam pertrãsibat angelus domini percussor domos filiorũ Israel, nec pla/ga illas affligebat, hinc deductũ est pascha, ut Hierony/mus docet lib. ij. in Michæam, nõ à πάσχειν quod est pati q. passio. idẽ in Matthæum. h Sed Iesus cui etiam no men.] Ex interpretationibus Hebraicis idem uidetur esse Iesus & Iosue. Vtrũq; enim à salute dicitur. & in Es/dra Iesus filius Iosedech Iosue nuncupatur. i Cuius maxime Christus dictus est filius.] Sic in principio E/uangelij Matthæi,& in contextu Euangelij plerunq; Ie/sus filius Dauid dicitur,cui multũ promissus est Chri/stus,& quem inuenit dominus ex animi sui sententia. Duorũ enim maxime filius dicitur Christus, Abrahæ & Dauid, quoniã istis sæpius,ac disertius cẽ cæteris est promissus. k Et ideo prima ling.] Fari ut posset. l Quæ hinc appellata est.] Infantes enim dicuntur *Infantes* quod fari nequeant, unde etiã homines natu grandes in terdum infantes appellantur, quia loqui nesciunt, cum tamen plerunq; balbutientissime garriant, (sicut ij, qui quum sunt in omni genere ignarissimi & stupidissimi, eo (si magis rerum peritissimis putes, cum eloquentia aliarũq; ma- D gnarum artium partes subeamus, & insana,

ELENCHVS CAPITVM
IN DIVI AVRELII AVGVSTINI DE CIVITATE DEI LIBRVM XVII

1 De temporibus prophetarum.
2 Quo tempore sit impleta promissio dei de terra Chanaan,quam in possessionem Israel carnalis accepit.
3 De tripertitis significationibus prophetarum,quæ nunc ad terrenam,nunc ad cœlestem Hierusalem,nunc autem ad utrancp referuntur.
4 De præfigurata commutatione Israelitici regni & sacerdotij:& de his, quæ antea mater Samuelis personam gerens ecclesię prophetauit.
5 De his,quæ ad Heli sacerdotem homo dei prophetice loquutus est,significans sacerdotium, quod secundum Aaron institutum fuerat auferendum.
6 De Iudaico sacerdotio & regno:quæ cum in æternum dicantur statura,non permanẽt:ut alia intelligantur,quæ spondentur æterna.
7 De diruptione regni Israelitici, qua præfiguratur perpetua diuisio Israelis spiritalis, ab Israele carnali.
8 De promissionibus ad Dauid in filio eius:quæ nullatenus in Salomone,sed plenissime inueniuntur in Christo.
9 Quàm similis in Psalmo octogesimo octauo sit prophetia de Christo,his,quæ in regnorum libris Nathan prophetante promittuntur.
10 Quam diuersa acta sint in regno terrenæ Hierusalem,ab his quæ promiserat deus, ut intelligeretur promissionis diuinitas ad alterius regis & regni gloriam pertinere.
11 De substantia populi dei,quæ per successionẽ carnis in Christo est:qui solus eruendi animam suam ab inferis,habuit potestatem.
12 Ad quorum personam pertinere intelligẽda sit flagitatio promissorum:de quibus in Psalmo dicitur: Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ domine.
13 An promissæ pacis ueritas illis temporibus possit ascribi,quæ sub Salomone fluxerunt.
14 De studio Dauid in positione Psalmorum.
15 An omnia quæ in Psalmis de Christo & ecclesia prophetantur, ad contextum huius operis coaptanda sint.
16 De his,quæ in quadragesimo quarto Psalmo ad Christum & ecclesiam pertinentia,aut aperte dicuntur,aut tropice.
17 De his,quæ ad sacerdotiũ Christi in Psalmo centesimo nono,& de his,quæ in Psalmo uigesimo primo ad passionem ipsius spectant.
18 De Psalmo tertio,& de quadragesimo,& de quintodecimo, & de sexagesimo septimo,in quibus mors & resurrectio domini prophetantur.
19 De Psalmo sexagesimo octauo:in quo Iudæorum pertinax infidelitas declaratur.
20 De regno ac merito Dauid,& de filio ipsius Salomone,eacp prophetia,quæ ad Christũ pertinens inuenitur:uel in eis libris,qui scriptis ipsius copulantur:uel in eis, quos ipsius esse, non dubium est.
21 De regibus post Salomonem:siue in Iudæa,siue in Israel.
22 De Hieroboam,qui impietate idololatriæ subditũ sibi populum prophanauit,in quo tamen non destitit deus,& prophetas inspirare,& multos ab idololatriæ crimine custodire.
23 De uario utriuscp regni Hebræorum statu,donec ambo populi in captiuitatem diuerso tempore ducerentur,reuocato postea Iuda in regnum:quod nouissime in Romanorum translatum est potestatem.
24 De prophetis qui,uel apud Iudæos postremi fuerunt,uel quos circa tempus natiuitatis Christi euangelica prodit historia.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
EPISCOPI AD MARCELLINVM
DE CIVITATE DEI LIBER XVII

937

De temporibus prophetarũ. Cap. I

P ROMISSIONES dei quę factę sunt ad Abraham,cuius semini et gẽtem Israeliticã secũdum carnem, & omnes gentes deberi secundum fidem,deo pollicente didicimus, quemadmodum compleantur,per ordinem temporum procurrens dei ciuitas indicauit. Quoniam ergo superioris libri usq; ad regnum Dauid factus est finis, nunc ab eodem regno quantũ suscepto operi sufficere uidetur,cætera,quæ sequuntur, attingamus. Hoc itacp tempus ex quo sanctus Samuel prophetare cœpit,& deinceps donec populus Israel captiuus in Babyloniã duceretur, atcp inde secundum sancti Hieremiæ prophetiam post septuaginta annos reuersis Israelitis dei domus instauraretur,totũ tempus est prophetarum. Quãuis enim & ipsum Noe patriarcham,in cuius diebus uniuersa terra diluuio deleta est,& alios supra & infra uscp ad hoc tempus,quo reges in dei populo esse cœperũt, propter quædam per eos futura siue quoquo modo significata,siue prædicta,quæ pertinerẽt ad ciuitatem dei regnumcp cœlorum,non immerito [a]possumus appellare prophetas, præsertim quia nonnullos eorũ id expressius legimus nũcupatos,sicut Abraham,sicut Moysen: tamen dies prophetarum præcipue maximecp hi dicti sunt,ex quo cœpit prophetare Samuel,qui & Saulẽ prius,& eo reprobato ipsum Dauid deo præcipiente unxit in regem,de cuius cæteri stirpe succederent,quouscp illos succedere sic oportet. Quæ igitur à prophetis sunt prædicta de Christo cum moriendo decedẽtibus, & nascendo succedẽtibus suis mẽbris ciuitas dei per ista curreret tempora,si omnia uelim cõmemorare in immensum pergitur. Primum quia ipsa scriptura,quę per ordinẽ reges eorumcp facta et euenta digerẽs,uidetur tanquã historica diligentia rebus gestis occupata esse narrandis,si aduante dei spiritu cõsiderata tractetur,uel magis uel certe non minus prænunciandis futuris, cp præteritis enũciandis inuenietur intenta. Et hoc perscrutando indagare ac differendo monstrare,quàm sit operosum atcp prolixum, & quàm multis indigeat uoluminibus,quis ignorat, qui hæc uel mediocriter cogitat? Deinde quia ea ipsa,quæ ad prophetiam non ambigitur pertinere,ita sunt multa de Christo regnocp cœlorũ, quæ ciuitas dei est,ut ad hoc aperiẽdum maior sit disputatio necessaria,quàm huius operis modus flagitat. Proinde ita si potuero stylo moderabor meo,ut huic operi in dei uoluntate peragendo,nec ea quæ superfint,dicam,nec ea quæ satis sint prætermittam.

938

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI IN XVII librum De ciuitate dei, Diui Aurelij Augustini, commentarij.

P OSSUMUS appellare Prophetas.] Prophetas pop̃ulus Hebraicus uidentes nominatit, qui dominum aliquid prænũciantem, aut etiam imagines rerum futurarũ uiderent si non corporis oculo certe illo mẽtis, multo cp hic est acutiore. Hinc prophetia est uisio in sacris literis. In primo libro regum Nathan appellat uidẽs. Interdũ Prophetæ nomine ꝓ præcõibus, uatibus, sacerdotibus Græci utũtur. Primus & homo & prophe ta fuit Adam, qui mysterium Christi & ecclesiæ in sopore uidit, hinc Enoch, Noe, Abraham, Isaac, Iacob, & huius liberi, Moses & alij deinceps permulti, qui tamẽ inter prophetas non numerantur, quia libros de uisionibus suis non reliquerunt præter Mosen, cuius uoluminа etiam ad ritus, sacra, cæremonias, leges cp ciuiles spectabant. Et si hæc omnia figura rerum futurarum erãt, nec cp illa tempora prophetarum sunt dicta, sicut ea quibus est regnatum, quibus prophetæ nunquam defuerunt à Samuele, ante quem sermo domini rarus erat & uisio non manifesta, ut dicitur primo regnorum, ad remigrationẽ è Babylone, scriptic̃ sunt libri quatuor maiorum prophetarum, & duodecim minorum.

Quo tẽpore sit impleta promissio dei de terra Chanaan: quã in possessionẽ etiam Israel carnalis accepit. Cap. II

I N præcedente libro diximus, ab initio ad Abraham promissionũ dei duas res fuisse promissas: unam scilicet, quod terram Chanaan possessu

rum foret ſemen eius:quod ſignificat,ubi dictũ est:Vade in terram,quã tibi demonſtrauero,& faciam te in gentẽ magnã:aliam uero lõge prę/ſtantiorẽ:non de carnali,ſed de ſpiritali ſemine per quod pater eſt: non unius gẽtis Iſraeliticæ, ſed omniũ gentium,quæ fidei eius ueſtigia con ſequuntur. Quod promitti cœpit his uerbis:Et benedicentur in te omnes tribus terræ.Et dein/ceps aliis multis admodũ teſtimonijs hæc duo promiſſa eſſe monſtrauimus.Erat igitur iam in terra promiſsionis ſemen Abrahæ,id eſt popu lus Iſrael ſecundum carnem:atq; ibi non ſolum tenendo ac poſsidendo ciuitates aduerſariorũ, uerũ etiã reges habendo,regnare iam cœperat, impletis de ipſo populo promiſsiõibus dei iam magna ex parte:non ſolũ quæ in illis tribus pa/tribus,Abraham,Iſaac, & Iacob quibuſcunq; dictis uel ſignis,aut figuris temporibus eorum factæ ſunt,uerum etiam quæ per ipſum Moy/ſen,per quem populus idem de ſeruitute Aegy ptia liberatus eſt,& per quẽ cũcta præterita re/uelata ſunt temporibus eius,cum populum per eremum duceret,factæ fuerãt.Neq; autem per inſignem ducem Ieſum Naue,per quem popu lus ille in promiſsionis inductus eſt terram: qui expugnatis gentibus,eam duodecim tribubus, quibus deus iuſſerat,diuiſit,et mortuus eſt:neq; poſt illum toto tempore iudicum impleta fue/rat promiſsio dei de terra Chanaan,quod à flu mine Aegypti uſq; ad flumen magnũ Euphra ten populus ille dominaretur:nec tamen adhuc prophetabatur futurum,ſed expectabatur im plẽdum.[a]Impletũ eſt autem per Dauid & eius filium Salomonẽ:cuius regnũ tanto, quantum promiſſum fuerat, ſpatio dilatatũ eſt. Vniuer/ſos quippe illos ſubdiderũt, tributarioſq; fece/runt.Sic igitur in terra promiſsionis ſecundum carnẽ,hoc eſt in terra Chanaan ſub his regibus ſemen Abrahæ fuerat conſtitutũ,ut nihil dein/de ſupereſſet,quo terrena illa dei promiſsio cõ/pleretur:niſi ut in eadẽ terra,quantũ ad proſpe/ritatẽ attinet tẽporalem,per poſteritatis ſucceſ/ſionẽ incõcuſſo ſtatu uſq; ad mortalis ſeculi hu ius terminũ gens permaneret Hebræa,ſi domi ni dei ſui legibus obediret.Sed quoniã deus no uerat,hoc eam non eſſe facturã, uſus eſt etiam temporalibus pœnis ad exercendos in ea pau/cos fideles ſuos,& admonendos,qui poſtea fu/turi erant in omnibus gẽtibus,quas per eos ad/moneri oportebat, in quibus alteram promiſ/ſionem reuelato nouo teſtamento per incarna/tionem Chriſti fuerat impleturus.

A

B

C

D

L. VIVES

a IMpletum eſt autẽ per Dauid.] Hieronymus Dar/dano ſcribens,oſtendit,non totam terrã Iudæis re/promiſſam,eſſe ab eis poſſeſſam.In libro enim Nu/merorũ iſti ſunt termini, à meridie maris Salinarũ per Sina,& Cadesbarne,uſq; ad torrentem Aegypti,qui iu xta Rhinocorurã mari magno influit, & ab Occidente ipſum mare Palæſtinæ Phœnices, Syriæ Cœles Cili/ciæq; pertẽditur: ab Aquilone Taurũ montẽ, & Zephy rium uſq; ad Hernath, quæ appellatur Epiphania Sy/riæ:ad Orientem uero per Antiochiam,& lacum Cene reth,quæ nũc Tiberias appellatur,& Iordanẽ,qui mari influit Salinarum,quod nunc mortuũ dicitur: trãs Ior danem duorum ſemis tribuum poſſeſsio eſt Ruben,& Gad,& dimidiæ tribus Manaſſæ. Hæc diuus Hieryny/mus. Atqui Dauid hæc omnia non poſſedit, ſed illos ſo los terminos,quibus deinceps totus populus Iudæus coercitus eſt ab amne Rhinocorura ad Euphratem.

De tripertitis ſignificatiõibus prophe tarum:quæ nunc ad terrenam, nũc ad cœleſtem Hieruſalem,nunc autem ad utranq; referuntur. Cap. III

VOCIRCA ſicut oracula illa diui/na ad Abraham, Iſaac, & Iacob, & quæcũque alia ſigna,uel dicta pro/phetica in ſacris literis præcedẽtibus facta ſunt:ita etiã cæteræ ab iſto re/gum tempore prophetiæ,partim pertinent ad gẽtem carnis Abrahæ:partim uero ad illud ſe/men illius,in quo benedicũtur omnes gẽtes co/hæredes Chriſti per teſtamentũ nouũ, ad poſ/ſidendam uitam æternã regnũq; cœlorũ. Par/tim ergo ad ancillam,quæ in ſeruitutẽ generat, id eſt terrenã Hieruſalẽ,quæ feruit cũ filijs ſuis, partim uero ad liberam ciuitatẽ dei, id eſt ueram Hieruſalem æternam in cœlis,cuius filij omnes ſecundũ deum uiuentes peregrinãtur in terris, ſed ſunt in eis quædam,quæ ad utrãq; pertine/re intelligũtur,ad ancillam propric, ad liberam figurate. Tripertita itaque reperiuntur eloquia prophetarũ:ſiquidẽ aliqua ſunt ad terrenã Hie ruſalem ſpectantia,aliqua ad cœleſtem, nõnul/la ad utranq;.Exẽplis uideo probandum eſſe, quod dico.[a]Miſſus eſt Nathan propheta, qui regem Dauid argueret de peccato graui, & ei quæ cõſecuta ſunt mala,futura prædiceret.Hęc atque huiuſmodi ſiue publice, id eſt pro ſalute uel utilitate populi, ſiue priuatim cum pro ſuis quiſq; rebus diuina promereretur eloquia,qui/bus pro uſu tẽporalis uitæ futuri aliquid noſce/retur,ad terrenã ciuitatem pertinuiſſe, quis am/bigat

bigat?Vbi autem legitur:Ecce dies ueniũt,dicit dominus,& conſummabo domui Iſrael, & do/mui Iuda teſtamentum nouum,nõ ſecundum teſtamentum, quod diſpoſui patribus eorũ,in die qua apprehendi manum eorum, ut educe/rem eos de terra Aegypti,quoniã ipſi non per/manſerũt in teſtamẽto meo,& ego neglexi eos, dicit dominus,quia hoc eſt teſtamẽtum, quod conſtituam domui Iſrael.Poſt dies illos dicit do minus,dabo leges meas in mentẽ eorum, & ſu per corda eorum ſcribam eas,& uidebo eos, & ero illis in deum, & ipſi erunt mihi in plebem: Hieruſalem ſine dubio ſuperna prophetatur, cuius deus ipſe præmiũ eſt,eumq; habere atq; ipſius eſſe ſummum illi eſt atq; totum bonum. Ad utrãq; uero pertinet hoc ipſum,quod Hie/ruſalem dicitur dei ciuitas, & in ea prophetatur futura domus dei,eaq; prophetia uideturimple ri,cũ Salomon rex ædificat illud nobiliſsimum templum.Hæc enim & in terrena Hieruſalem ſecundum hiſtoriã contigerũt, & cœleſtis Hie/ruſalem figuræ fuerũt.Quod genus prophetiæ ex utroq; ueluti compactũ atq; cõmixtum in li/bris ueteribus canonicis,quibus rerum geſtarũ narrationes cõtinentur,ualet plurimũ multũq; exercuit,& exercet ingenia ſcrutantiũ literas ſa/cras,ut quod hiſtorice prædictũ cõpletum q; le/gitur in ſemine Abrahę ſecundũ carnem,etiam in ſemine Abrahę ſecundũ fidem,quid implen dum allegorice ſignificet inquiratur:[b]in tantũ ut quibuſdam uiſum ſit, nihil eſſe in eiſdem libris uel prænunciatũ & effectũ,[c]uel effectum quam uis non prænunciatũ,quod nõ inſinuet aliquid ad ſupernam ciuitatẽ dei,eiusq; filios in hac ui/ta peregrinos,figurata ſignificatiõe referendũ. Sed ſi hoc ita eſt, iam bipertita, non tripertita erunt eloquia prophetarum,uel potius illarum ſcripturarum omnium,quæ ueteris inſtrumen/ti appellatiõe cẽſentur. nihil enim erit illic, quod ad Hieruſalem terrenã tantũ pertineat, ſi quic/quid ibi de illa,uel propter illam dicitur,atq; cõ pletur,ſignificat aliquid,quod etiã ad Hieruſa/lem cœleſtẽ allegorica præfiguratiõe referatur: ſed erũt ſola duo genera,unum quod ad Hieru ſalem liberã,alterũ quod ad utranq; pertineat. Mihi autẽ ſicut multũ uidentur errare,qui nul/las res geſtas in eo genere literarum aliquid a/liud præter id quod eo modo geſtæ ſunt ſignifi/care arbitrantur:[d]ita multum audere, qui pror/ſus ibi omnia ſignificationibus allegoricis intro/luta eſſe contendunt. Ideo tripertita,non biper/tita eſſe dixi. Hoc enim exiſtimo,nõ tamen cul pans eos,qui potuerunt illic de quacunq; re ge/ſta ſenſum intelligentiæ ſpiritalis exculpere,ſer/uata primitus duntaxat hiſtoriæ ueritate. Cæ/terum quæ ita dicũtur,ut rebus humanitus ſeu diuinitus geſtis, ſiue gerendis conuenire non poſsint, quis fidelis dubitet non eſſe inaniter di cta? Quis ea non ad intelligentiam ſpiritalem reuocet,ſi poſsit, aut ab eo qui poteſt reuocari da eſſe fateatur?

A

B

C

D

L. VIVES

a MIſſus eſt Nathan.] Poſteaquã Dauid Vriã ma/ritũ Berſabes collocari in prima acie iuſsiſſet, ut mortẽ oppeteret,ac ipſe rex uiduam cepiſſet in coniugem. b In tantum ut quibuſdam uiſum ſit.] Hinc fieri aiunt,ut tam multa illorum Regum in libris regnorum dicta factaq; prætermittanẽ,quæ dicunẽ ſert pta in libris Regum,Iuda,uel Iſrael,q; illa non uideanẽ pertinere ad eccleſiam Chriſti,tanquã imaginem adfo lidum illud,uerũq; corpus. At omnia quæ toto illo ceu libro uitæ ſunt conſcripta,in Chriſtum,eiusq; ſponſam dirigi tanquam in ſcopum utriuſq; teſtamenti. c Vel non effectum quamuis prænunciatum.] Legendũ: Vel effectum,quamuis non prænunciatum.Et ſic eſt in aliis libris.Non prænunciatum,inquit prophetia. d Ita multum audere.] Origenes omnia ueteris inſtrumenti ad allegorias refert,in quibus explicandis feliciorcæte ris fuit:ſeruat tamẽ ueritatem hiſtoriæ.Nam alioqui fri uola eſſent omnia quæ in ſacris libris ſcribũtur; Cui u/nus quiſq; pro captu & arbitrio ſuo allegoriam affinge/ret,nec conſtaret quid credendum,quomodo uiuendũ eſſet. quo magis miror ſtultitiam ne dicam, an impu/dentiam,an utrunq;,eorum,qui ex allegoriis præcepta & leges uitæ,dogmata religionis,uincula quibus lige/mur,teneamurq;,colligunt atq; innodant,& ea pro cer tiſsimis in uulgum efferunt, ac hæreticum clamant, ſi quis diſſentiat.

De præfigurata commutatione Iſrae litici regni & ſacerdotij,& de his,quæ antea mater Samuelis perſonam ge/rens eccleſiæ prophetauit. Cap. IIII

ROCVRSVS igitur ciuitatis dei, u/bi peruenit ad regũ tempora, quan do Dauid Saule reprobato,ita re/gnum primus obtinuit,ut eius dein de poſteri in terrena Hieruſalẽ diu/turna ſucceſsione regnarent:dedit figurã rei ge ſtæ,ſignificans,atq; prænũcians,quod non eſt prætereundũ ſilentio,rerum mutationẽ futura/rum,quod attinet ad duo teſtamenta,uetus & nouũ:ubi ſacerdotium,regnum q; mutatum eſt per ſacerdotẽ,eundẽq; regem nouũ, ac ſempi/ternum qui eſt Chriſtus Ieſus. Nam & Heli ſa/cerdote reprobato, ſubſtitutus eſt in dei miniſ/teriũ Samuel ſimul officio functus ſacerdotis

& iudicis:& Saule abiecto rex Dauid fundatus in regno:hoc quod dico, figurauerunt. Mater quoq; ipsa Samuelis Anna quæ prius fuit sterilis, & posteriore fœcunditate lętata est, prophetare aliud nō uidetur, quum gratulationē suam domino fundit exultans: quando eundem puerum natum, & ablactatū, deo reddidit, eadem pietate qua uouerat. Dicit enim: confirmatū est cor meum in domino, et exaltatū est cornu meū in deo meo. Dilatatum est super inimicos meos os meum: lætata sum in salutari tuo: quoniam non est sanctus, sicut dominus: & nō est iustus, sicut deus noster: nō est sanctus præter te. Noli te gloriari: & nolite loqui excelsa: neq; procedat magniloquiū de ore uestro: quoniā deus sciētiarū dominus: & deus pręparās adinuētiones suas. Arcū potentiū fecit infirmū: et infirmi pręcincti sunt uirtute. Pleni panibus minorati sunt: & esuriētes transierūt terrā. Quia sterilis peperit septem: [a] & multa in filijs infirmata est. Dñs mortificat & uiuificat: deducit ad inferos, & reducit. Dominus pauperem facit, & ditat: humiliat & exaltat. Suscitat à terra pauperem, et de stercore erigit inopem: ut collocet eum cū potētibus populi sui: & sedē gloriæ hæreditatē dans ei: dans uotum uouenti, & benedixit annos iusti: quoniam non in uirtute potēs est uir. Dominus infirmum faciet aduersarium suum: dominus sanctus. Non glorietur prudens in prudentia sua: & non glorietur potens in potentia sua: & non glorietur dives in diuitijs suis, sed in hoc glorietur, qui gloriatur, intelligere, & scire dominū, & facere iudicium, & iustitiā in medio terræ. Dominus ascēdit in cœlos, & tonuit: ipse iudicabit extrema terræ, quia iustus est: & dat uirtutē regibus nostris: & exaltabit cornu Christi sui. Ita ne uero uerba hæc unius putabūtur esse mulierculæ, de nato sibi filio gratulantis? Tantum ne mens hominum à luce ueritatis auersa est: ut nō sentiat supergredi modum fœminæ, huius dicta quæ fudit? Porrò, qui rebus ipsis, quæ iam cœperūt etiam & in hac terrena peregrinatione cōpleri, conuenienter mouetur: nónne intendit, & aspicit, & agnoscit per hanc mulierem, cuius etiā nomen, id est Anna, quæ gratia eius interpretatur, ipsam religionē Christianam, ipsam ciuitatē dei, cuius rex est & conditor Christus: ipsam postremo dei gratiā prophetico spiritu sic loquutam, à qua superbi alienātur, ut cadāt: qua humiles implentur, ut surgant, quod maxime hymnus iste personuit? Nisi quisquam forte dicturus est, nihil istam prophetasse mulierem, sed deū tantummodo propter filiū, quem precata impetrauit exultanti prædicatione laudasse. Quid ergo sibi uult, quod ait? Arcum potentium fecit infimum, & infirmi pręcincti sunt uirtute, pleni panibus minorati sunt, & esurientes transierūt terram, quia sterilis peperit septē, & multa in filijs infirmata est? Nunquid septē ipsa pepererat, quamuis sterilis fuerat? Vnicum habebat quādo ista dicebat, [b] sed nec postea septem peperit siue sex quibus septimus esset ipse Samuel, sed tres mares & duas fœminas. Dein de in illo populo cum adhuc nemo regnaret, quod in extremo posuit, dat uirtutē regibus nostris, & exaltauit cornu Christi sui, unde dicebat, si non prophetabat? Dicat ergo ecclesia Christi, ciuitas regis magni, gratia plena, prole fœcunda, dicat quod tanto ante de se prophetatum per os huius piæ matris agnoscit. Confirmatum est cor meum in domino, [c] & exaltatum est cornu meum in deo meo. Vere cōfirmatum est cor, & cornu uere exaltatū, quia nō in se, sed in domino deo suo. Dilatatū est super inimicos meos os meum, quia & in anguſtijs pressurarū sermo dei nō est alligatus, [d] nec in præconibus alligatis. Lętata sum, inquit, in salutari tuo. Christus est ipse Iesus, quem Simeon sicut in Euāgelio legitur, senex amplectens paruulum, agnoscens magnū: Nūc dimittis, inquit, domine seruum tuum in pace, quoniā uiderūt oculi mei salutare tuum. Dicat itaq; ecclesia: Lætata sum in salutari tuo, quoniā non est sanctus sicut dominus, & nō est iustus sicut deus noster, tanquam sanctus & sanctificās, & iustus & iustificans: nō est sanctus præter te, quia nemo fit nisi abs te. Deniq; sequitur: Nolite gloriari superbe, & nolite loqui excelsa, neq; exeat magniloquium de ore uestro, quoniā deus scientiarū dominus ipse, [e] & nemo scit, quod ipse scit, quoniam qui putat se aliquid esse, cum nihil sit, seipsum seducit. Hæc dicuntur aduersarijs ciuitatis dei ad Babyloniam pertinētibus, de sua uirtute præsumentibus, in se non in domino gloriantibus, ex quibus sunt etiā carnales Israelitæ terrenę Hierusalem ciues terrigenæ, qui ut dicit Apostolus: Ignorātes dei iustitiā, id est quā dat hominibus deus, qui solus est iustus, & iustificans, & suā uolentes constituere, id est, uelut à se sibi paratam, non ab illo impertitā, iustitiæ dei non sunt subiecti

iecti. Itaq; quia superbi se de suo putantes non de dei posse placere deo, qui est deus scientiarū, atq; ideo & arbiter conscientiarum, ibi uidens cogitationes hominum, quoniam uanæ sunt, si hominum sunt, & ab illo non sunt. Et præparans, inquit, adinuentiones suas. Quas adinuentiones putamus, nisi ut superbi cadant, & humiles surgant? Has quippe adinuentiones exequitur dicens: Arcus potentium infirmatus est, & infirmi præcincti sunt uirtute. Infirmatus est arcus, id est intentio eorum, qui tam potētes sibi uidētur, ut sine dei dono atq; adiutorio, humana sufficientia diuina possint implere mandata: & præcingūtur uirtute, quorum interna uox est: Miserere mei domine, quoniam infirmus sum. Pleni panibus, inquit, minorati sunt, & esurientes transierunt terram. Qui sunt intelligendi pleni panibus, nisi ijdem ipsi quasi potentes, id est Israelitæ, quibus credita sunt eloquia dei? Sed in eo populo ancillæ filij [f] minorati sunt, quo uerbo minus quidem Latine, bene tamen expressum est, quod ex maioribus minores facti sunt: quia & in ipsis panibus, id est diuinis eloquijs, quæ Israelitæ soli tunc ex omnibus gentibus acceperunt, terrena sapiūt. Gentes autem quibus lex illa non erat data, postea quàm per nouum testamentum ad eloquia illa uenerunt, & multum esuriendo terram transierunt, quia in eis non terrena, sed cœlestia sapuerūt. Et hoc uelut quæreretur causa, cur factum sit, quia sterilis, inquit, peperit septem, & multa in filijs infirmata est. Hic totum, quod prophetabatur, eluxit agnoscentibus numerum septenarium, quo est uniuersa ecclesiæ significata perfectio. Propter quod & Ioannes Apostolus ad septē scribit ecclesias, eo modo se ostendens ad unius plenitudinem scribere. Et in prouerbijs Salomonis hoc antea præfigurans Sapientia ædificauit sibi domum, & suffulsit columnas septem. Sterilis enim erat in omnibus gentibus dei ciuitas, antequam iste fœtus, per quem eam factam fœcūdam cernimus, oriretur. Cernimus etiam, quæ multa in filijs erat, nunc infirmatam Hierusalem terrenam: quoniam quicunque filij libere in ea erant, uirtus erant eius. Nunc uero ibi quoniam litera est, & spiritus non est, amissa uirtute infirmata est. Dominus mortificat & uiuificat: mortificauit illam, quę multa erat in filijs, & uiuificauit hanc sterilem, quæ peperit septem. Quamuis commodius possit intelligi eosdem uiuificare, quos mortificauerit. Id em̄ uelut repetiuit addendo: Deducit ad inferos, & reducit. Quibus em̄ dicit Apostolus: Si mortui estis cū Christo, quę sursum sunt quęrite, ubi Christus est in dextera dei sedens: salubriter utiq; mortificantur à domino, quibus adiungit, Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram: ut ipsi sint illi, qui esurientes transierunt terram. Mortui enim estis, inquit. Ecce quomodo salubriter mortificat deus. Deinde sequitur: Et uita uestra abscōdita est cum Christo in deo. Ecce quomodo eosdem ipsos uiuificat deus. Sed nunquid eosdem deduxit ad inferos, & reduxit? Hoc utrunq; sine controuersia fidelium in illo potius uidemus impletum, capite scilicet nostro, cum quo uitam nostram in deo Apostolus dixit absconditam. Nam qui proprio filio non pepercit, sed pro omnibus tradidit eum, isto modo utiq; mortificauit eum. Et quia resuscitauit eum à mortuis, eundem rursus uiuificauit. Et quia in prophetia uox eius agnoscitur: Nō derelinques animam meam in inferno: eundem deduxit ad inferos & reduxit. Hac eius paupertate ditati sumus. Dominus enim pauperem facit, & ditat. Nam quid hoc sit, ut sciamus, quod sequitur audiamus: Humiliat, & exaltat. utiq; superbos humiliat, & humiles exaltat. Quod enim alibi legitur: Deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiam: hoc totus habet sermo huius, cuius nomen interpretatur gratia eius. Iam uero quod adiungitur: Suscitat à terra pauperem: de nullo melius quàm de illo intelligo, qui propter nos factus est pauper, cum dives esset, ut eius paupertate sicut paulo ante dictum est, ditaremur. Ipsum enim de terra suscitauit tam cito, ut caro eius nō uideret corruptionem. Nec illud ab illo alienabo, quod additum est, & de stercore erigit inopem. [g] Inops quippe idem est quod pauper. Stercus uero unde erectus est, rectissime intelliguntur persecutores Iudæi, in quorum numero cum se dixisset Apostolus ecclesiam persecutum, Quæ mihi, inquit, fuerunt lucra, hæc propter Christum damna esse dixi, nec solum detrimenta, uerumetiam stercora existimaui esse, ut Christum lucrifacerem. De terra ergo suscitatus est supra omnes diuites ille pauper, & de illo stercore erectus est supra omnes opulentos ille inops: ut sedeat cum potentibus populi: quibus ait: Sedebitis super duodecim sedes. Et sedem gloriæ hæreditatem dans eis. Dixerant

enim potentes illi,Ecce nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te:hoc uotum potentiſsimi uouerant.Sed unde hoc eis,niſi ab illo,de quo hic continuo dictum eſt:Dans uotum uouenti? Alioquin ex illis eſſent potentibus,quorum infirmatus eſt arcus.dans,inquit, uotū uouēti.Non enim domino quiſquam quicquam ratum uoueret,niſi qui ab illo acciperet quod uoueret.Sequitur,Et bene dixit annos iuſti:ut cum illo ſcilicet ſine fine uiuat,cui dictum eſt,Et anni tui nō deficient.Ibi enim ſtant anni,hic autē tranſeūt, imò pereunt:antequā enim ueniant,nō ſunt,cū autem uenerint,non erūt,quia cum ſuo fine ueniunt.Horum autem duūm,id eſt dans uotum uouēti:& benedixit annos iuſti:unum eſt quod facimus, alterū quod ſumimus, Sed hoc alterū deo largitore non ſumitur,niſi cum ipſo adiutore primū illud efficitur,quia non in uirtute potens eſt uir: Dominus infirmum faciet aduerſarium eius,illū ſcilicet qui homini uouenti inuidet,et reſiſtit:ne ualeat implere,quod uouit.[b] Potest ex ambiguo Græco intelligi, & aduerſariū ſuū.Cū enim dominus poſsidere nos cœperit, profecto aduerſarius qui noſter fuerat, ipſius fit, & uincitur à nobis, ſed non uiribus noſtris, quia non in uirtute ſua potēs eſt uir. Dominus ergo infirmum faciet aduerſarium ſuum,dominus ſanctus:ut uincatur à ſanctis, quos dominus ſanctus ſanctorum effecit ſanctos.[i] Ac per hoc non glorietur prudens in prudentia ſua, & non glorietur potens in potentia ſua,& nō glorietur diues in diuitijs ſuis, ſed in hoc glorietur qui gloriatur,intelligere & ſcire dominū,[k] & facere iudicium,& iuſtitiam in medio terræ. Non parua ex parte intelligit,& ſcit dominū, qui intelligit,& ſcit etiā hoc à domino ſibi dari, ut intelligat & ſciat dominum. Quid enim habes, ait Apoſtolus,quod non accepiſti? Si autem & accepiſti,quid gloriaris,quaſi non acceperis: id eſt quaſi à teipſo tibi ſit,unde gloriaris? Facit autem iudicium & iuſtitiam,qui recte uiuit. Recte autem uiuit,qui obtemperat præcipienti deo,& finis præcepti,id eſt ad quod refertur præceptum,charitas eſt de corde puro,& cōſcientia bona,& fide non ficta. Porrò iſta charitas,ſicut Ioannes Apoſtolus teſtatur,ex deo eſt. Facere igitur iudiciū,& iuſtitiam ex deo eſt. Sed quid eſt in medio terræ? Neq; enim non debent facere iudicium & iuſtitiam qui habitant in extremis terræ,quis hoc dixerit? Cur ergo additum eſt, A in medio terræ? Quod ſi non adderetur,& tantummodo diceret,facere iudicium & iuſtitiam, magis hoc præceptum ad utroſq; homines pertineret,& mediterraneos & maritimos. Sed ne quiſquam putaret poſt finem uitæ, quæ in hoc agitur corpore,ſupereſſe tempus iudicium iuſtitiamq; faciendi,quā cum eſſet in carne non fecit,& ſic diuinū euadi poſſe iudicium, in medio terræ mihi uidetur dictum,cum quiſq; uiuit in corpore. In hac quippe uita ſuam terram quiſq; circūfert, quam moriente homine recipit terra communis,reſurgenti uticq; reddituram. Proinde B in medio terræ,id eſt cum anima noſtra iſto terreno clauditur corpore,faciendum eſt iudicium & iuſtitiam,quod nobis proſit in poſterū,quando recipiet quiſq; ſecūdum ea,quæ per corpus geſsit,ſiue bonū, ſiue malum. Per corpus quippe ibi dixit Apoſtolus,per tempus quo uixit in corpore. Non enim ſi quis maligna mente atq; impia cogitatione blaſphemet,neq; id ullis mēbris corporis operetur,ideo non erit reus, quia id non motu corporis geſsit,cum hoc per illud tempus geſserit,quo geſsit & corpus. Iſto modo cōgruenter intelligi poteſt etiam illud,quod in Pſalmo legitur: Deus autem rex noſter ante C ſecula operatus eſt ſalutē in medio terræ.ut dominus Ieſus accipiatur deus noſter qui eſt ante ſecula,quia per ipſum facta ſunt ſecula: operatus eſt ſalutem noſtram in medio terrę,cum uerbum caro factū eſt,& terreno habitauit in corpore. Deinde poſtea quàm prophetatum eſt in his uerbis Annæ: quomodo gloriari debeat, qui gloriatur,nō in ſe utiq;,ſed in domino propter retributionē,quæ in die iudicij futura eſt: Dominus[l], inquit,aſcendit in cœlos, & tonuit: ipſe iudicabit extrema terræ, quia iuſtus eſt. Prorſus ordinem tenuit confeſsionis fidelium. Aſcendit enim in cœlum dominus Chriſtus, & inde uenturus eſt ad uiuos & mortuos iudicandos. Nam quis aſcendit, ſicut dicit Apoſtolus, niſi qui & deſcendit in inferiores partes terræ? Qui deſcendit,ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cœlos,ut adimpleret omnia. Per nubes ergo ſuas tonuit,quas ſpiritu ſancto cū aſcē diſſet impleuit. De quibus ancillæ Hieruſalem, hoc eſt ingratę uineę cōminatus eſt apud Eſaiā prophetā,ne pluāt ſuper eam imbrē. Sic aūt dictū eſt,Ipſe iudicabit extrema terræ:ac ſi dicere tur,etiā extrema terrę. Nō enim alias terrę partes nō iudicabit,qui omnes homines proculdu-

bio iudicabit. Sed melius intelligūtur extrema A terrę,extrema hominis: quoniā non iudicabuntur,quæ in melius uel deterius medio tēpore cō mutātur,[m] ſed in quibus extremis inuentus fuerit qui iudicabitur. Propter quod dictū eſt: Qui perſeuerauerit uſq; in finem,hic ſaluus erit. Qui ergo perſeueranter facit iudicium & iuſtitiam in medio terræ,non damnabitur cum iudicabuntur extrema terræ.Et dat, inquit,uirtutem regibus noſtris,ut non eos iudicando condemnet. Dat eis uirtutem,qua carnem ſicut reges regāt, & in illo mundum,qui propter eos fudit ſanguinem, uincant. Et exaltabit cornu Chriſti ſui. Quomodo Chriſtus exaltabit cornu Chriſti ſui? De quo enim ſupra dictum eſt,dominus aſcēdit in cœlos,& intellectus eſt dominus Chriſtus:ipſe,ſicut hic dicitur,exaltabit cornu Chriſti ſui,[n] qui eſt Chriſtus. Chriſtus ergo Chriſti ſui cornu exaltabit,id eſt uniuſcuiuſque fidelis ſui,ſicut iſta ipſa in principio huius hymni ait: Exaltatum eſt cornu meum in deo meo. Omnes quippe unctos eius chriſmate, recte Chriſtos poſſumus dicere,quod tamen totum cum ſuo capite corpus,unus eſt Chriſtus.Hæc Anna prophetauit Samuelis ſancti uiri mater multumq; laudati. In quo quidem tunc figurata eſt C mutatio ueteris ſacerdotij,et nunc impleta,quādo infirmata eſt quæ multa erat in filijs, ut nouum haberet in Chriſto ſacerdotium ſterilis, quæ peperit ſeptem.

L. VIVES

ET multa in filijs.] Quæ multos habebat filios.
a b Sed nec poſtea ſeptem peperit.] Sic in primo Reg. cap. ij. ut Auguſtinus dicit. Ioſephus tamen,niſi mendoſus eſt codex,tres filios, & tres filias peperiſſe Annam ſcribit poſt natum Samuelem: ſed Hebræi duos filios Samuelis, pro filijs Annæ numerant, cum ſint nepotes, & ita ſeptem liberi Phanneæ mortui ſunt ſigillatim,ut naſcebantur filij Annæ,& nepotes.
c Exaltatum eſt cor meum.] Alibi cornu meum,& D ſic uidetur Auguſtinus ſcripſiſſe: nam Græce eſt κέρας. Hebræi tradunt,nato Samuele, primogenitū Phanneæ alterius uxoris Helcannæ interiſſe, & ut liberi naſcebātur Annæ, ita Phanneæ peribant. Hieronymus ſuper primo libro Reg. d Nec in præconibus alligatis.] In codice Brugeñ. habetur: Sed in præconibus alligatis.hoc ſignificat hærere ſemper liberum dei ſermonem præconibus ſui.illud uero quod uulgo,etiam in uinctis præconibus diuinum ſermonē ſolutum eſſe, ac liberū.
e Et nemo ſcit,quod ipſe ſcit.] Vt & ſit quaſi etiam. Refertur,uel ad præſcientiam rerum futurarum,uel ad conſcientiam præſentium abditarum. Alibi ſic legitur, deus ſciētiarum dominus ipſe uos ſcit,& ubi nemo ſcit.
f Minorati ſunt,quo uerbo minus quidem Latine.] Vt uertatur ad uerbum ἐλαττώθω, quod etiam minuo dici Inops poteſt. g Inops quippe idem eſt quod pauper.] Pau-

lo plus uidetur eſſe inops in indigentia, quàm pauper: & ſi inops cum ab ope ueniat,id eſt auxilio, non tam dicitur qui caret pecunia, quàm qui opibus,in quibus eſt auxilium. Sic à Vergilio ſenectus dicitur inops, primo Georg. quaſi ex ſe minimum habens quo iuuetur. Et apud Terentium in Adelphis, leno cum ſe inopem quiritatur, non ſic pecuniæ,ut auxilij profitetur indigū. Ita Varro etyma reddit: Pauper à paulo lare. mēdicus à minus,cui cū opus eſt,minus nullo eſt.inops,q; opis egeat. opulentus ab ope. Ideo proprie ac eleganter paulopoſt Auguſtinus: Supra omnes opulentos ille inops. h Poteſt ex ambiguo Græco.] αὐτο. quod Latine dicimus, & eius,& ſuum. Græci enim non hæc ita ſeperant, ut nos:
i Ac per hoc non glorietur.] Hæc uerba uulgo non habentur in carmine Annæ primi Reg. ij. ex interpretatione Hieronymi: ſed Hieremiæ ix. Lxx. uero & in libro primo Reg. & in Hieremia poſuerūt, & ſi paulo diuerſius.hoc dicto ratio omnis ſuperbiæ cōfutatur,cum nec B diuitias uelit dominus, nec fortitudinem, nec ſapiētiam illam humanam eſſe materiā gloriandi,& efferendi ſui, ſed qui gloriatur,ut inquit Paulus,in domino glorieē: ſic ſe efferat homo in animo modico ſemper & æquabili. nunquam enim intumeſcet,ſi ad hunc modum ſe ſuſtulerit.non inflat enim ſcientia domini, quæ eſt charitate condita,& præcipue ſi cum illum noſcimus, id ſubinde animum & cogitationem ſubierit,ipſum eſſe qui miſeretur abiecti,qui iudicat ſuperbum,& ſibi fidentem, qui iuſtitia ſua bene meritum muneratur, & donat. k Et facere iudicium & iuſtitiā.] In primo lib. Reg. ſic Lxx. ἀλλ' ἢ τούτῳ καυχάσθω ὁ καυχώμενος ἢ τῷ συνιέναι καὶ γινώσκειν τὸν κύριον καὶ ποιεῖν κρίμα καὶ δικαιοσύνην ἢ μέσῳ τῆς γῆς. in hoc glorietur qui gloriatur quòd intelligit & nouit dominū & facit iudicium & iuſtitiam in medio terræ.ut ad eum referatur qui gloriaē:& ſic interpretatur Aug. In Hierem. ſic ἢ τούτῳ καυχάσθω ὁ ἰσχυόμενος συνιέναι καὶ γινώσκειν ὅτι ἐγώ εἰμὶ κύριος ὁ ποιῶν ἔλεος καὶ κρίμα καὶ δικαιοσύνην ἐπὶ τῆς γῆς. in hoc glorietur qui gloriatur quòd intelligat & cognoſcat me eſſe dominum qui facio miſericordiā & iudiciū & iuſtitiam in terra. l Dominus,inquit,aſcendit in cœlos,& tonuit.] Nec uerba iſta leguntur in uulgatis exēplaribus, ſed id quod ſequitur, & ipſe iudicabit &c. Auguſtinus Lxx. ſequiē ut illa ætate Eccleſiæ ferè omnes. m Sed in quibus extre.] Vnde eſt illud ſicut te inuenero ita iudicabo. n Quis eſt Chriſtus.] Alibi ſic: quis ergo Chriſtus Chriſtis? An cornu exaltabit uniuſcuiuſq; fidelis?

De his quæ ad Heli ſacerdotē homo dei prophetice locutus eſt, ſignificans ſacerdotium,quod ſecundum Aaron inſtitutum fuerat auferendū. Cap. v

SED hoc euidentius ad ipſum Heli ſacerdotem miſſus loquitur homo
s dei,[d] cuius quidem nomen tacetur, ſed intellegitur officio miniſterioq; ſuo ſine dubitatione Propheta. Sic enim ſcriptum eſt:Et uenit homo dei ad Heli, & dixit:Hęc dicit dominus:Reuelans reuelatus ſum ad domum patris tui,cū eſſent in terra Aegypti ſerui in domo Pharaonis, & elegi domū patris tui ex omnibus ſceptris Iſrael mihi ſacerdotio fungi,ut aſcenderent ad altare meū,& incenderent incenſum,[b] & portarent Ephod, &

dedi domui patris tui omnia,quæ sunt ignis fi- A
liorum Israel in escam. Et ut quid respexisti in
incensum meum,& in sacrificium meum impu-
denti oculo,[c]& glorificasti filios tuos super me,
[b]benedicere primitias omnis sacrificij in Israel
in conspectu meo? Propter hoc hæc dicit domi
nus deus Israel: Dixi: domus tua & domus pa-
tris tui transibunt coram me,usq; in æternũ. Et
nunc dicit dominus: Nequaquam, sed glorifi-
cantes me glorificabo: & qui spernit me,sperne-
tur. Ecce dies ueniunt,& exterminabo semen tu
um,& semen domus patris tui,[c]& non erit tibi
senior in domo mea omnibus diebus,& uirum
exterminabo tibi ab altari meo,ut deficiant ocu B
li eius,& defluat anima eius,& omnis qui super
erit domus tuæ decidet in gladio uirorũ. Et hoc
tibi signum,quod ueniet super duos filios tuos,
Ophni & Phinees, Vna die morientur ambo.
Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui om-
nia,quæ in corde meo,& quæ in anima mea fa-
ciat,& ædificabo ei domum fidelem, & trãsibit
corã Christo meo omnibus diebus. Et erit qui
[f]supererit in domo tua,ueniet adorare ei obolo
argenti dicens: Iacta me in unam partem sacer-
dotij tui manducare panem. Non est ut dicatur
ista prophetia,ubi sacerdotij ueteris tanta mani C
festatione prænunciata mutatio est,in Samuele
fuisse completa. [g] Quanquam enim non esset
de alia tribu Samuel,quàm quæ constituta fue-
rat à domino ut seruiret altari, tamen non erat
de filijs Aaron,cuius progenies fuerat deputa-
ta,ut inde fierẽt sacerdotes: ac per hoc in ea quo
que re gesta,eadem mutatio, quæ per Christũ
Iesum futura fuerat,adumbrata est: & ad uetus
testamentum proprie,figurate uero pertinebat
ad nouũ, prophetia[b]tam facto etiã ipso quàm
uerbo: id scilicet facto significans, quod uerbo
ad Heli sacerdotem dictum est per Prophetã. D
Nam fuerunt postea sacerdotes ex genere Aa-
ron,sicut Sadoch,& Abiathar regnãte Dauid,
& alij deinceps,antequã tẽpus ueniret, quo ista
quę de sacerdotio mutãdo tanto ante prędicta
sunt,effici per Christũ oportebat. Quis autem
nunc fideli oculo hæc intuens non uideat esse
completa,quandoquidem nullum tabernacu-
lum,nullum templum, nullũ altare,nullum sa-
crificium,& ideo nec ullus sacerdos remansit Iu
dæis,quibus ut de semine Aaron ordinaretur,
in dei fuerat lege mandatum. Quod & hic com
memoratum est illo dicente Propheta: Hæc di-
cit dominus deus Israel,dixi: Domus tua & do
mus patris tui transibunt coram me,usq; inæter
num. Et nunc dicit dominus. Nequaquam, sed
glorificantes me glorificabo,& qui me spernit,
spernetur. Quod enim nominat domum pa-
tris eius,non eum de proximo patre dicere, sed
de illo Aaron, qui primus sacerdos est institu-
tus,de cuius progenie cæteri sequerentur, supe-
riora demõstrant,ubi ait: Reuelatus sum ad do-
mum patris tui cum essent in terra Aegypti ser-
ui in domo Pharaonis, & elegi domum patris
tui ex omnibus sceptris Israel, mihi sacerdotio
fungi. Quis pater fuit huius in illa Ægyptia ser
uitute,unde cum liberati fuissent electus est ad
sacerdotium,nisi Aaron? De huius ergo stirpe
isto loco dixit futurum fuisse ut non essent ulte-
rius sacerdotes. Quod iam uidemus impletum.
Vigilet fides,præsto sunt res,cernuntur, tenen-
tur,& uidere nolentium oculis ingerũtur. Ecce,
inquit,dies ueniunt,& exterminabo semen tu-
um,& semen domus patris tui, & non erit tibi
senior in domo mea omnibus diebus, & uirum
exterminabo tibi ab altari meo,ut deficiant ocu
li eius,& defluat anima eius. Ecce dies qui præ-
nunciati sunt iam uenerunt. Nullus sacerdos est
secundum ordinem Aaron. Et quicũq; ex eius
genere est homo, cum uidet sacrificium Chri-
stianorum de toto orbe pollere,sibi autem ho-
norem illum magnum esse subtractum,deficiũt
oculi eius,& defluit anima eius tabe mœroris.
Proprie autem ad huius domum Heli, cui hæc
dicebãtur,quod sequitur pertinet: Et omnis qui
supererit domus tuæ, decidet in gladio uirorũ.
Et hoc tibi signũ, quod ueniet super duos filios
tuos, Ophni & Phinees. Die uno moriẽtur am
bo. Hoc ergo signum factum est mutãdi sacer-
dotij de domo huius,quo signo significatũ est,
mutandum sacerdotium domus Aaron. Mors
quippe filiorum huius significauit mortem non
hominum,sed ipsius sacerdotij de filijs Aaron.
Quod autem sequitur,ad illum iam pertinet sa-
cerdotem,cuius figuram gessit huic succedendo
Samuel. Proinde quæ sequuntur,de Christo Ie
su noui testamenti uero sacerdote dicuntur: Et
suscitabo mihi sacerdotem fidelem,qui omnia,
quæ in corde meo & quæ in anima mea faciat:
& ædificabo ei domum fidelem. ipsa est æterna
& superna Hierusalem. Et transibit, inquit,
coram Christo meo omnibus diebus. Transi-
bit dixit, conuersabitur, sicut superius dixerat
de

de domo Aaron: Dixi, domus tua & domus A
patris tui transibũt coram me in æternũ. Quod
autem ait,coram Christo meo transibit,de ipsa
domo utiq; intelligendum est,nõ de illo sacer-
dote,qui est Christus ipse mediator atq; salua-
tor. Domus ergo eius coram illo transibit. Po-
test & transibit intelligi de morte ad uitam om-
nibus diebus quibus peragitur usque in finem
seculi huius ista mortalitas. Quod autem ait
deus, qui omnia quæ in corde meo, & quæ in
anima mea faciat: non arbitremur habere ani-
mam deum,cum sit conditor animę,sed ita hoc
de deo tropice, non proprie dicitur, sicut ma- B
nus & pedes, & alia corporis membra. [i] Et ne
secundum hoc credatur homo in carnis huius
effigie factus ad imaginem dei, adduntur & a-
læ,quas utique nõ habet homo, & dicitur deo,
sub umbra alarum tuarum protege me: ut in-
telligant homines de illa ineffabili natura, non
proprijs, sed translatis rerum uocabulis ista di-
ci. Quod uero adiungitur: Et erit qui supererit
in domo tua,ueniet adorare ei: non proprie de
domo dicitur huius Heli, sed illius Aaron, de
qua usq; ad aduentũ Iesu Christi homines re-
manserunt,de quo genere etiam nunc usq; non
desunt. Nam de illa domo huius Heli, iam su- C
pra dictum erat,& omnis qui supererit domus
tuæ,decidet in gladio uirorum. Quomodo er-
go hic uere dici potuit,& erit qui supererit in do
mo tua ueniet adorare ei,si illud est uerũ quod
ultore gladio nemo inde supererit,nisi quia illos
intelligi uoluit,qui pertinent ad stirpem, sed il-
lius totius sacerdotij secundum ordinẽ Aaron?
Ergo si de illis est prędestinatis reliquijs,de qui
bus alius Propheta dixit,Reliquiæ saluæ fient:
unde & Apostolus: Sic ergo inquit, & in hoc
tempore reliquiæ per electionẽ gratiæ saluæ fa-
ctæ sunt: quia de talibus reliquijs bene intelligi- D
tur esse,de quo dictum est,Qui supererit in do
mo tua: profecto credit in Christum,sicut tem-
poribus Apostolorũ ex ipsa gente plurimi cre-
diderunt,necq; nunc desunt, qui licet rarissime,
tamen credant,& impletur in eo, quod hic iste
homo dei continuo secutus adiunxit: Veniet a-
dorare ei obolo argẽti: cui adorare nisi illi sum-
mo sacerdoti,qui & deus est? Necq; enim in illo
sacerdotio secundum ordinem Aaron, ad hoc
ueniebant homines ad templum uel altare dei,
ut sacerdotem adorarent. Quid est autẽ quod
ait,obolo argenti, nisi breuitate uerbi fidei, de
quo commemorat Apostolus dictum: Verbũ
consummans et breuians faciet dominus super
terram? Argentum autẽ pro eloquio poni, Psal
mus testis est,ubi canitur: Eloquia domini elo-
quia casta,argentum igne examinatum. Quid
ergo dicit iste,qui uenit adorare sacerdoti dei &
sacerdoti deo? Iacta me in unam partem sacer-
dotij tui, manducare panem. Nolo in patrum
meorum collocari honore,qui nullus est, iacta
me in partẽ sacerdotij tui. Elegi enim abiectus
esse in domo domini,qualecunq;, & quãtulum
cunq; membrum esse cupio sacerdotij tui. Sa-
cerdotium quippe hic ipsam plebẽ dicit, cuius
plebis ille sacerdos est mediator dei & hominũ
homo Christus Iesus. Cui plebi dicit Aposto-
lus Petrus: Plebs sancta regale sacerdotium.
[k] Quãuis nõnulli,sacrificij tui, sint interpretati,
nõ sacerdotij tui,quod nihilominus eundem si
gnificat populũ Christianum. Vnde dicit Apo
stolus Paulus: Vnus panis,unũ corpus multi su
mus. [l] Et iterum: Exhibeatis,inquit,corpora ue-
stra hostiam uiuam. Quod ergo addidit, man-
ducare panem: etiam ipsum sacrificij genus ele-
ganter expressit, de quo dicit sacerdos ipse, Pa
nis quem ego dedero,caro mea est pro seculi ui
ta: ipsum est sacrificium non secũdum ordinem
Aaron,sed secundum ordinem Melchisedech:
qui legit,intelligat. Breuis itaque est ista confes-
sio,& salubriter humilis, qua dicitur, Iacta me
in partem sacerdotij tui,mãducare panem: ipse
est obolus argẽti,quia & breue est,& eloquium
domini est,habitantis in corde credentis. Quia
enim dixerat superius dedisse se domui Aaron
cibos de uictimis ueteris testamẽti,ubi ait: Dedi
domui patris tui omnia quę sunt ignis filiorum
Israel in escam: hęc quippe fuerant sacrificia Iu-
dęorũ: ideo hic dicit manducare panẽ,quod est
in nouo testamento sacrificium Christianorũ.

L. VIVES

a CVius quidem nomen tacetur.] Hunc uirum dei Iudæi Phinees esse dicũt, quem & Heliam autũmant Hieronymus. b Et portarẽt Ephod.] Ephod
Hieronymus multis locis & ad Marcellam & contra Iouinianũ, & de ueste sacerdotali ad Fabiolam, tum etiam Iosephus lib. iij. antiqui. scribunt Ephod Græcis dici ἐπωμίδα. Sic enim uerterunt Lxx. quod Hieronymus & Ruffinus uertunt, superhumerale. Ab humeris dependebat apertum ad brachia. Huiusmodi Ephod solus summus sacerdos gestabat cũctis coloribus auroq; interstinctũ. Leuitæ & quidam alij Ephod habebant, huic simile, sed Ephod bat, id est ex lino. Sic Samueli fecit mater Anna Ephod bat: & Dauid ante arcam ἐπωμίδα gerebat. unde credo manasse morem ad nostros



d Benedicere primitias.] Aliter in uulgata editione, quam adducere nihil est opus: quoniam frequens in omnib̃ manibus. e Et non erit tibi senior.] πρεσβύτερος sacerdotem magnum scribit Hieronymus intelligi. f Supererit.] In antiquo libro hoc toto capite, ubi impressum est supereſſe, scribitur superare: ut apud Vergilium: Superatne, & uescitur aura ætherea. Sed significatus est idem. g Quanquam enim non esset de alia tribu.] Pater Samuelis de tribu Leui fuisse ostẽditur primi Paralip. vi. Mater de tribu Iuda. Hunc locum Augustinus recantat lib. Retract. ij. ubi sic scribit in xvij. lib. Quod dictum est non erat de filijs Aaron, dicendũ potius fuit: non erat filius sacerdotum. Filios quippe sacerdotũ defunctis sacerdotib. succedere magis legitimi moris fuit. Nam in filijs Aaron reperitur pater Samuelis: sed sacerdos nõ fuit. Nec ita in filijs, ut cum ipse genuerit Aaron, sed sicut omnes illius populi dicũtur filij Israel. Hæc Augustinus. h Tam facto etiam ipso q̃ uerbo.] In alijs libris: Prophetia facti etiam ipsa non uerbi. nam & si uerba uidebantur aliò spectare, res tamen ipsa in Christo expleta est. i Ne secundum hoc credatur homo.] Quod credebãt Anthropomorphitæ hæretici. k Quãuis nõnulli sacrificij tui.] Græce ἱερατεύω quod est etiã sacrificium, sed potius sacerdotium. l Et iterum: Exhibeatis, inquit, corpora uestra hostiam uiuam.] Hoc in alijs libris non legitur, & si non absurde additur.

A nem Aaron sacerdotium, tãquam umbrã futuri æterni sacerdotij constitutum: ac per hoc quando ei æternitas promissa est, non ipsi umbræ ac figuræ, sed ei quod per ipsam adumbrabatur, figurabaturq̃, promissum est. Sed ne putaretur ipsa umbra esse mansura, ideo etiam mutatio eius debuit prophetari. Regnum quoque isto modo etiam Saulis ipsius, qui certe reprobatus atq; reiectus est, futuri regni erat umbra in æternitate mansuri. Oleum quippe illud quo unctus est, & ab eo chrismate Christus est dictus, mystice accipiendum & magnũ sacramentum intelligendum est: quod in eo tantum uenerat B ratus est ipse Dauid; ut percusso corde pauitauerit, quãdo in tenebroso occultatus antro, quòd etiam Saul urgente intrauerat necessitate naturæ, exiguam particulã uestis eius retrorsum latẽter abscidit; ut haberet unde mõstraret, quomodo ei pepercerit, cũ posset occidere: atq; ita suspitionem de animo eius, qua sanctum Dauid putans inimicũ suum uehementer persequebatur, auferret. Ne itaq; reus esset tanti sacramenti in Saule uiolati: quia uel indumẽtum eius sic attrectauit, extimuit. Ita enim scriptũ est, Et percussit cor Dauid super eũ: [a] quia abstulit pinnulã chla C mydis eius. [b] Viris autẽ qui cũ illo erãt, & ut Saulem in manus suas traditum interimeret, suadebant: Nõ mihi, inquit, cõtingat à domino sic facere hoc uerbũ domino meo Christo domini, inferre manũ meam super eũ: quia Christus domini est hic. Huic ergo umbræ futuri nõ propter ipsam, sed propter illud qd' præfigurabat tanta ueneratio exhibebatur. Vnde & illud, q̃d ait Sauli Samuel: Quoniam non seruasti mandatum meum quod mandauit tibi dominus: quemadmodum nunc parauerat dominus regnum tuum usq; in æternũ super Israel, & nũc regnum tuum non stabit tibi, & quæret dominus sibi hominem secundum cor suum: & man D dabit ei dominus esse in principem super populum suum: quia non custodisti quæ mandauit tibi dominus: non sic accipiendũ est, ac si ipsum Saulem deus æternum præparauerit regnaturũ, & hoc postea noluerit seruare peccanti: neq; enim eum peccaturũ esse nesciebat, sed præparauerat regnum eius, in quo figura regni esset æterni. Ideo addidit: Et nũc regnum tuum non stabit tibi. Stetit ergo, & stabit, quod in illo significatum est: sed nõ huic stabit, quia nõ in æternum ipse fuerat regnaturus, nec progenies eius

De Iudaico sacerdotio & regno, quæ cum in æternum dicãtur statura, non permanent ut alia intelligantur, quæ spondentur æterna. Cap. VI

c VM igitur hæc tanta tunc altitudine prænũciata sint; quanta nunc manifestatione clarescunt, non frustra tamen moueri quispiã potest, ac dicere: Quo modo confidimus euenire omnia, quæ in libris illis uentura prædicta sunt, si hoc ipsum quod ibi diuinitus dictũ est, Domus tua & domus patris tui transibunt coram me in æternũ: effectum habere nõ potuit? quoniam uidemus illud sacerdotiũ fuisse mutatum: & quod illi domui promissum est, nec speratur aliquando complendum: quia illud quod ei reprobato mutatoq; succedit, hoc potius prædicatur æternum? Hoc qui dicit, nondum intelligit, aut non recolit; etiam ipsum secundum ordi

eius, ut saltẽ per posteros alterũ alteri succeden- A tes uideretur impleri, quod dictum est in æternum. Et quæret, inquit, dominus sibi hominẽ: siue Dauid, siue ipsum me diatorem significans testamenti noui, qui figurabatur in chrismate etiam quo unctus est ipse Dauid & progenies eius. Non autẽ quasi nesciat ubi sit, ita deus sibi hominem quærit, sed per hominẽ more hominum loquitur, quia sic loquẽdo nos quærit. Nõ solũ enim deo patri, uerumetiã ipsi quoq; unigenito eius, qui uenit quærere quod perierat, usq; adeo iam eramus noti, ut in ipso essemus electi B ante cõstitutionem mundi. [c] Quæret sibi ergo dixit pro eo, ac si diceret: quem suũ esse iam nouit, sibi esse familiarem alijs ostendet. Vnde in Latina lingua hoc uerbũ, accipit præpositionẽ, & acquirit dicitur: quod satis apertũ est, quid significet. Quanq; et sine additamẽto præpositionis quærere intelligatur acquirere, ex quo lucra uocantur & quæstus.

L. VIVES

a QVia abstulit pinnulam.] Quasi extremitatẽ, siue laciniam, quod erat facilius scindi, siue fimbriã. Fimbriarũ enim multus apud Iudæos usus, ex præcepto lib. Numerorum. Ruffinus in Iosepho summi tatem uertit. Sic etiã primi Regũ xv. de Samuele in nostris libris summitatẽ. Quod Augustinus primo capite C pinnulam etiã dicit. Græce est πτέρυγα ἱματίου& pinnam extremũ diploidis. b Viris autẽ qui cum illo erãt.] Trecentos scribit eũ habuisse Iosephus lib. vi. c Quæret sibi ergo.] Hic locus sic legit in antiquis codicibus Brugẽsibus: Quæret sibi ergo dixit, suũ habebit. Vnde in Latina lingua &c. Satis uidetur cõgruere cũ eo quod sequitur, tametsi nec displicet uulgaris lectio quæ uideri potest alicuius addita interpretatio.

De diruptione regni Israelitici, qua præfiguratur perpetua diuisio Israelis spiritalis ab Israele carnali. Cap. VII

R VRSVS peccauit Saul [a] per inobedientiam, & rursus Samuel ait illi in uerbo domini: Quia spreuisti uerbũ D domini, spreuit te dominus, ut non sis rex super Israel. Et rursus pro eodem peccato cũ id confiteretur Saul, & ueniam precaretur, rogaretq; Samuelem, ut reuerteretur cum illo ad placandum deum: Nõ reuertar, inquit, tecũ, quia spreuisti uerbũ domini, & spernet te dominus, ne sis rex super Israel. Et conuertit Samuel faciem suam, ut abiret: & tenuit Saul [b] pinnulam diploidis eius, & dirupit eam. Et dixit ad eum Samuel: Dirupit dominus regnum ab Israel de manu tua hodie, & dabit proximo tuo bono super te: & diuidetur Israel in duo, & non cõuertetur, neq; pœnitebit eum: quoniam non est sicut homo, ut pœniteat eum: ipse minatur, & non permanet. Iste cui dicitur: Spernet dominus, ne sis rex super Israel: & dirupit dominus regnum ab Israel de manu tua hodie, quadraginta annos regnauit super Israel, tanto scilicet spatio temporis, quanto & ipse Dauid, & audiuit hoc primo tempore regni sui: ut intelligamus ideo dictum, quia nullus de stirpe eius futurus erat regnaturus: & respiciamus ad stirpem Dauid, unde & exortus est secundũ carnem mediator dei & hominũ homo Christus Iesus. Non autem habet scriptura quod in plerisq; Latinis codicibus legitur, [c] Dirũpet dominus regnum Israel de manu tua, sed sicut à nobis positum est inuẽtum in Græcis, Dirupit dominus regnum ab Israel de manu tua: ut intelligatur de manu tua, quod est ab Israel. Populi ergo Israel personam figurate gerebat homo iste, qui populus regnum fuerat amissurus, Christo Iesu domino nostro per nouum testamentũ, non carnaliter, sed spiritaliter regnaturo. De quo cũ dicitur, Et dabit illud proximo tuo: ad carnis cognationem id refertur. Ex Israel enim Christus secundum carnem, unde & Saul. Quod uero additũ est, Bono super te: potest quidem intelligi, meliori te. Nam & quidam sic sunt interpretati: sed melius sic accipitur, bono super te, ut quia ille bonus est, ideo sit iuxta illud aliud propheticum, Donec ponam omnes inimicos tuos sub pedibus tuis. In quibus est & Israel cui suo persecutori regnum abstulit Christus. Quamuis fuerit illic & Israel, in quo dolus non erat, quoddam quasi frumẽtum illarum palearum. Nam utiq; inde erãt Apostoli, inde tot martyres, quorum prior est Stephanus: inde tot Ecclesiæ, quas Apostolus Paulus commemorat, in conuersione eius magnificantes deum. De qua re non dubito intelligendum esse, quod sequitur, Et diuidetur Israel in duo: in Israel scilicet inimicũ Christo, & Israel adhærentem Christo: in Israel ancillam, & Israel ad liberam pertinẽtem. Nam ista duo genera primum simul erant, uelut Abraham adhuc adhæreret ancillæ, donec sterilis per dei gratiam fœcundata clamaret: Eijce ancillam, & filium eius. Propter peccatum quidem Salomonis regnante filio eius Roboam, scimus Israel in duo fuisse diuisum, atque ita perseuerasse, habentibus singulis partibus re-

ges

ges suos,donec illa gens tota à Chaldæis esset ingenti uastatione subuersa atq; translata. Sed hoc quid ad Saulem,cum si tale aliquid commi nandum esset,ipsi Dauid fuerit potius commi nandum, cuius erat filius Salomon? Postremo nunc inter se gens Hebræa diuisa nō est,sed in differenter in eiusdem erroris societate dispersa per terras. Diuisio uero illa,quam Deus sub per sona Saulis, illius regni & populi figuram ge rentis, eidem regno populoq; minatus est, æ terna atque immutabilis significata est,per hoc quod adiunctū est:Et non cōuertetur,neq; pœ nitebit eum:quoniā non est sicut homo,ut pœ niteat eum: ipse minatur,& non permanet: id est homo minatur,& non permanet, non autē deus,quem non pœnitet sicut hominem. Vbi enim legitur quod pœniteat eum,mutatio rerū significatur,immutabili præscientia manēte di uina. Vbi ergo non pœnitere dicitur,non muta te intelligitur. Prorsus insolubilē uidemus per hæc uerba prolatam diuinitus fuisse sententiam de ista diuisione populi Israel, & omnino per petuam. Quicunq; enim ad Christum transie runt,uel transeunt,uel transibunt inde, erāt in de secundum dei præscientiam, non secundum generis humani unam eandemq; naturā. Pror sus quicunq; ex Israelitis adhærentes Christo perseuerant in illo,nunquā erunt cū eis Israeli tis,qui eius inimici usq; in finem uitæ huius esse persistunt:sed in diuisione quæ hic prænuncia ta est,perpetuo permanebunt. Nihil enim pro dest testamentū uetus de monte Sina in seruitu tem generans,nisi quia testimoniū perhibet te stamēto nouo. Alioquin quādiu legitur Moy ses,[d]uelamen super corda eorum positum est. Cum autē quisq; inde transierit ad Christum auferetur uelamen. Transeūtium quippe inten tio ipsa mutatur de uetere ad nouum: ut nō iam quisq; intēdat accipere carnalem,sed spiritalem felicitatē. Propter quod ipse magnus Propheta Samuel antequā unxisset regē Saul:quādo ex clamauit ad dominum pro Israel, & exaudiuit eum:& cum offerret holocaustū,simul acceden tibus alienigenis ad pugnam contra populum dei,tonuit dominus super eos & confusi sunt,& offenderunt corā Israel atq; superati sunt:[e] as sumpsit lapidem unū,& statuit illū [f]inter Mas pha nouā & ueterē,et uocauit nomen eius Abe nezer,quod est Latine lapis adiutorij: & dixit, Vsq; huc adiuuit nos dominus. Maspha inter pretatur intentio. Lapis ille adiutorij medietas est saluatoris,per quem trāseundum est à Mas pha uetere ad nouam. id est ab intentione, qua expectabatur in carnali regno beatitudo falsa carnalis:ad intentionem,qua per nouum testa mentum expectatur in regno cœlorum beatitu do uerissima spiritalis:qua quoniā nihil est me lius,hucusq; adiuuat deus.

L. VIVES

a PEr inobedientiā.] Quod cū iussus esset à Samue le uerbis domini delere uniuersa Amalechitarū, nec relinquere uiuēs aliquid,& ipsum Agag regē uiuū cepit,& armēta eus numerosa. b Pinnulā diploi dis.] Vulgo pallij,& sic apud Iosephū. Diplois quasi du plex dicit, ἀπλοῦς. quod de oīū uestimēto duplicato dici potest. c Dirūpet dñs.] Sic Iosephus. Scindet domi nus. Græce etiam διάῤῥηξε dirupit. d Velamen super corda.]Prioris Corinth. iij. de uelamine quo Moses te xit faciem suam,quum populo loqueretur, quo Iudæi post Christum passum mentem suam inuoluūt, quoad Christi fiunt cultores. e Assumpsit lapidem.] Iose phus paulo diuersius lib. vi. quo facto Samuel eos cum multitudine persecutus est, & plurimos interfecit, usq; ad locum quendam,qui uocatur Charreon, ibiq; lapi dem fixit, uelut terminum uictoriæ & hostiū fugæ, cūq; lapidem fortitudinem appellauit: quasi signū esset diui nisolatij cōtra hostes adhibiti. f Inter Maspha.]Hie ro. de locis Hebraicis, Maspha in tribu Gad separata Le uitis. Est autem & alia nūc Maspha in finibus Eleuthe ropoleos contra septentrionē pergentibus Aeliam, per tinens ad tribum Iuda. Maspha interpretatur specula tio, siue contemplatio. Græce legitur μασηφάθ.

De promissionibus ad Dauid in filio eius:quę nullatenus in Salomone,sed plenissime inueniuntur in Christo. Caput VIII

IAM nunc uideo esse monstrādum, quid ipsi Dauid,qui Sauli successit in regnū, cuius mutatione finalis il la mutatio figurata est,propter quā diuinitus cūcta dicta,cuncta cōscri pta sunt,deus promiserit:quod ad rem de qua agimus pertinet. Cū regi Dauid multa prospe ra proueniissent,cogitauit facere deo domū,tem plum illud scilicet excellentissime diffamatum, quod à rege Salomone filio eius postea fabrica tum est. Hoc eo cogitante factum est uerbū do mini ad Nathan Prophetam,quod referret ad regem. Vbi cum deus dixisset,quod non ab ip so Dauid sibi ædificaretur domus, neq; per tan tum tempus se mandasse cuiquam in populo suo,ut sibi fieret domus cedrina: & nūc, inquit, hæc dices seruo meo Dauid: Hæc dicit domi nus omnipotens: Accepi te de ouili ouium, ut esses in ducem super populum meum Israel, & eram

eram tecum in omnibus quibus ingrediebaris: & exterminaui omnes inimicos tuos à facie tua: & feci te nominatum secūdum nomen magno rum,qui sunt super terram. Et ponam locū po pulo meo Israel,& plantabo illum,& inhabita bit seorsum,& non solicitus erit ultra: & non ap ponet filius iniquitatis humiliare eum, sicut ab initio à diebus quibus [a]cōstitui iudices super po pulum meū Israel: & requiem tibi dabo ab om nibus inimicis tuis: & nunciauit tibi dominus, quoniam domum ædificabis ipsi. Et erit cū im pleti fuerint dies tui, dormies cū patribus tuis, & suscitabo semen tuum post te,qui erit de uen tre tuo,& præparabo regnum eius. Hic ædifica bit mihi domum nomini meo,& dirigam thro num illius usque in æternum. Ego ero illi in pa trem,& ipse erit mihi in filium. Et si uenerit ini quitas eius, redarguam illum in uirga uirorum & in tactibus filiorum hominū: misericordiam autem meam non amoueam ab eo,sicut amoui à quibus amoui à facie tua: & fidelis erit domus eius,& regnum eius erit usq; in æternum coram me,& thronus eius erit erectus usq; in æternū. Hanc ergo tam grādem promissionem qui pu tat in Solomone fuisse completam multū errat. Attendit enim quod dictum est: Hic ędificabit mihi domum:quoniam Salomon templum il lud nobile struxit:et non attendit,fidelis erit do mus eius,& regnum eius usq; in æternū coram me. Attendat ergo & aspiciat Salomonis do mum plenam mulieribus alienigenis colētibus deos falsos,& ipsum ab eis regem aliquando sa pientē in eandē idololatriā seductū atq; dete ctum:& nō audeat existimare deū,uel hoc pro misisse mendaciter, uel talē Salomonē domūq; eius futurā,non potuisse præscire. Non hinc au tem deberemus ambigere, nec si non in Chri sto domino nostro,qui factus est ex semine Da uid secundum carnem,iam uideremus ista com pleri:ne uane atq; inaniter hic alium aliquē re quiramus,sicut carnales Iudæi. Nā & ipsi usq; adeo filium,quem loco isto regi Dauid promi sum legunt,intelligunt non fuisse Salomonē,ut eo qui promissus est tanta iam manifestatione declarato,adhuc mirabili cæcitate alium spera re se dicant, Facta est quidem nonnulla imago rei futuræ etiam in Salomone,in eo quod tem plum ędificauit,& pacem habuit secundum no men suum(Salomon quippe pacificus est Lati ne)& in exordio regni sui mirabiliter laudabilis fuit:[b]sed eadem sua persona per umbram futu ri prænunciabat etiam ipse Christum dominū nostrū,non exhibebat. Vnde quædam de illo ita scripta sunt, quasi de ipso ita prædicta sint, dum scriptura sancta etiā rebus gestis prophe tans,quodammodo in eo figuram deliniat futu rorum. Nam præter libros diuinę historiæ,ubi regnasse narratur, Psalmus etiam lxxi. titulo no minis eius inscriptus est. In quo tam multa dicū tur,quæ omnino ei conuenire non possunt,do mino autem Christo apertissima perspicuitate conueniunt,ut euidenter appareat,quod in illo figura qualiscunq; adumbrata sit,in isto autem ipsa ueritas præsentata. Notū est enim quibus terminis regnum conclusum fuerit Salomonis: & tamen in eo Psalmo legitur,ut alia taceā: Do minabitur à mari usq; ad mare,& à flumine us que ad terminos orbis terræ. Quod in Christo uidemus impleri. A flumine quippe dominan di sumpsit exordium,ubi baptizatus à Ioanne eodem monstrante cœpit agnosci à discipulis, qui eum non solum magistrum,uerumetiā do minum appellauerunt. Nec ob aliud uiuēte ad huc patre suo Dauid regnare Salomon cœpit, quod nulli illorum regum contigit,nisi ut hinc quoq; satis eluceat,non esse ipsum, quem pro phetia ista præsignat,quæ ad eius patrem lo quitur, dicens: Et erit cū impleti fuerint dies tui, & dormies cum patribus tuis: suscitabo semen tuum post te,qui erit de uentre tuo,& præpara bo regnum illius. Quomodo ergo propter id, quod sequitur: Hic ædificabit mihi domū, iste Salomon putabitur prophetatus: & nō potius propter id quod præcedit, cum impleti fuerint dies tui,& dormies cum patribus tuis,suscitabo semen tuum post te: alius pacificus intelligitur esse promissus,qui non ante sicut iste, sed post mortem Dauid prænunciatus est suscitandus? Quamlibet enim longo interposito tēpore Ie sus Christus uenerit, proculdubio post mortē regis Dauid:cui sicut est promissus,eum uenire oportebat,qui ædificaret domum domino, nō de lignis & lapidibus,sed de hominibus, qualē illum ędificare gaudemus. Huic enim domui di cit Apostolus, hoc est fidelibus Christi: Tem plum enim dei sanctum est,quod estis uos.

L. VIVES

a COnstitui iudices super populum meū.] Iudices in Israelitico populo fuerunt tredecim ab Otho niele ad Samuelem, qui Saulem regem unxit, trecentis & septuaginta annis: quo tempore uarie est cū

uicinis gentibus bellatum, aliàs feliciter, aliàs secus.
b Sed eadem persona.] Erat quidem imago Christi, ædificatione templi & pace regni non Christus ipse.

Quod similis in Psalmo octogesimo octauo sit prophetia de Christo, his quę in Regnorum libris Nathan prophetante promittuntur. Cap. IX

ROPTER quod et in Psalmo octogesimooctauo, cuius est titulus, [a]Intellectus ipsi Aethan Israelitæ: commemorantur promissiones dei factæ regi Dauid, & istis quæ in libro Regnorum sunt posita, quædam ibi similia dicũtur, sicut est: Iurauí Dauid seruo meo, usqꝫ in æternum præparabo semen tuum. Et iterum, [b]Tunc locutus est in aspectu filijs tuis, et dixisti: Posui adiutorium super potentem, & exaltaui electum de populo meo, Inueni Dauid seruum meum, in oleo sancto meo unxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meũ confortabit eum. Non proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei. Et concidam à facie eius inimicos eius, & eos qui oderũt eũ fugabo. Et ueritas mea & misericordia mea cum ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius. Ipse inuocabit me, pater meus es tu, deus meus & susceptor salutis meæ. Et ego primogenitum ponam illum, excelsum apud reges terræ. In æternum seruabo illi misericordiam meam, & testamentum meum fidele ipsi. Et ponam in seculum seculi semen eius, & thronũ eius sicut dies cœli. [c]Quæ omnia de domino Iesu intelliguntur sub nomine Dauid, propter formam serui, quam de semine Dauid idem mediator assumpsit ex uirgine. Continuo etiam dicitur de peccatis filiorũ eius tale aliquid, quale in Regnorum libro positum est, & quasi de Salomone procliuius accipitur. Ibi nanque, hoc est in Regnorum libro: Et si uenerit, inquit, iniquitas eius, [d]redarguam illum in uirga uirorum, [e]& in tactibus filiorum hominum, misericordiam autem meam non amoueam ab eo: tactibus significans plagas correptionis. Vnde illud est, Ne tetigeritis Christos meos. Quod quid est aliud, quàm ne læseritis? In Psalmo uero cum ageret tanquam de Dauid, ut quiddam eiusmodi etiam ibi diceret, Si dereliquerint, inquit, filij eius legem meã, & in iudicijs meis non ambulauerint: Si iustificationes meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint: Visitabo in uirga iniquitates eorum, & in flagellis delicta eorum: misericordiam autem meam nõ dispergam ab eo. Non dixit, ab eis, cum loqueretur de filijs eius, non de ipso: sed dixit, ab eo: quod bene intellectum tantundem ualet. Non enim Christi ipsius, qui est caput Ecclesiæ, possent inueniri ulla peccata, quæ opus esset humanis correptionibus seruata misericordia diuinitus coerceri, sed in eius corpore ac mẽbris, quod populus eius est. Ideo in libro Regnorum, iniquitas eius dicitur: in Psalmo autem, filiorum eius: ut intelligamus de ipso dici quodammodo quod de eius corpore dicitur: propter quod etiam ipse de cœlo, cum corpus eius, quod sunt fideles eius, Saulus persequeretur: Saule, inquit, Saule quid me persequeris? Deinde in consequentibus Psalmis: Necꝫ nocebo, inquit, in ueritate mea, necꝫ prophanabo testamentũ meũ, & quæ procedunt de labijs meis non reprobabo. Semel iurauí in sancto meo, [f]si Dauid mentiar: id est, nequaquam Dauid mentiar. Solet enim sic loqui scriptura. Quid autem non mentiatur, adiungit & dicit, Semen eius in æternum manebit: & sedes eius sicut sol in cõspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum, & testis in cœlo fidelis.

L. VIVES

a Intellectus ipsi Aethan.] Græce sic, συνέσεως αἰθὰμ τῷ ἰσραηλίτῃ. unde intellectus paterni est casus. Hebraice est. Intellectus Atham Ezraitæ. Hieron. iste Psalmus in multis uocibus continetur. habet enim uocem patris ad filium, filij ad patrem, Ecclesiæ ipsiusqꝫ Prophetæ uel Apostolorum. b Tunc locutus es in aspectu.] In uisione Græce, ἐν ὁράσει. Aspectus etiam dici potest. c Quæ omnia de domino Iesu intelligũtur sub nomine Dauid.] Alibi sic: Quæ omnia de domino Iesu intelliguntur, quando recte intelliguntur sub nomine Dauid. d Redarguam illam in uirga uirorum.] Puto bellum intelligi, quo sæpe gentes & populi puniuntur. e Et in tactibus filiorum hominum.] Per hoc alias incommoditates minores significari censent.
f Si Dauid mentiar: id est, nequaquam.] Mos est loquendi in sacris literis: ut ibi, Si introibunt in requiem meam.

Quàm diuersa acta sint in regno terrenæ Hierusalem, ab his quæ promiserat deus, ut intelligeretur promissionis ueritas ad alterius regis & regni glóriam pertinere. Cap. X

OST hæc tantæ promissionis ualidissima firmamenta ne putarentur in Salomone completa, tãquam id speraretur, nec inueniretur: Tu uero inquit, repulisti, & ad nihilum redegisti. Hoc quippe factũ est de regno Salomonis in posteris eius [a]usqꝫ ad euersionẽ ipsius terrenæ Hierusalem, quę regni eiusdẽ sedes fuit: & maxime ipsius templi labem, quod fuerat à Salomone cõstructum. Sed ne ob hoc putaretur deus contra sua promissa fecisse, continuo subiecit: Distulisti Christum tuum. Nõ est ergo ille Salomõ, sed nec ipse Dauid, si dilatus est Christus domini. Cum enim Christi eius dicerẽtur omnes reges mystico illo chrismate consecrati: non solum à rege Dauid & deinceps, sed ab illo etiã Saule, qui populo eidem rex primus est unctus: ipse quippe Dauid eum Christum domini appellat: erat tamen unus uerus Christus, cuius illi figuram prophetica unctione gestabant: qui secundum opinionem hominum, qui eum putabant in Dauid uel in Salomone intelligendum, differebatur in longum: secundũ autem dispositionem dei uẽturus suo tempore parabatur. Interea dum ille differtur, quid factum sit de regno terrenæ Hierusalem, ubi sperabatur utiqꝫ regnaturus, secutus iste Psalmus adiunxit atqꝫ ait: Euertisti testamentum serui tui, profanasti in terra sanctitatẽ eius. Destruxisti õmnes macerias eius, posuisti munitiões eius formidinem. Diripuerũt eum omnes transeuntes uiam, factus est opprobriũ uicinis suis. Exaltasti dexteram inimicorũ eius, iucundasti omnes inimicos eius. Auertisti adiutoriũ gladij eius, & non es opitulatus ei in bello. Dissoluisti eum ab emũdatione, sedem eius in terram collisisti. [b]Minuisti dies sedis eius, perfudisti eum cõfusione. Hæc omnia uenerunt super ancillam Hierusalem, in qua regnauerunt nonnulli etiam filij liberę, regnũ illud tenentes in dispensatione temporali: regnum autem cœlestis Hierusalem, cuius erant filij in uera fide habentes, & in uero Christo sperantes. Quomodo autem ista uenerint super illud regnum, index est rerum gestarum, si legatur, historia.

L. VIVES

a Vsqꝫ ad euersionem ipsius terrenæ.] De hoc iij. Reg. xxv. b Minuisti dies sedis eius.] Vulgo temporis eius. Et sic Græce τὸν χρόνον αὐτοῦ.

De substãtia populi dei, quę per successiõnẽ carnis in Christo est, qui solus eruẽdi animã suã ab inferis habuit potestatẽ. XI

OST hæc autẽ prophetata ad precandum deum Propheta conuertitur: sed & ipsa precatio, prophetatio est. Vsqꝫquo domine auertis in finem? subauditur faciem tuã. sicut alibi dicitur: Vsqꝫquo auertis faciem tuã à me? Nam ideo [a]quidã codices hic non habent, auertis, sed auerteris: quanquã possit intelligi, auertis misericordiam tuam, quã promisisti Dauid. Quod autẽ dixit, in finẽ, quid est nisi usqꝫ in finem? Qui finis intelligendus est ultimum tempus, quando in Christum Iesum etiam illa gẽs est creditura, ante quem finem illa fieri oportebat, quę superius erũnosa defleuit. Propter quę & hic sequitur, Exardescet sicut ignis ira tua: memento quæ est mea substãtia. Nihil hic melius, cꝫ ipse Iesus intelligitur substãtia populi huius, ex quo natura est carnis eius. Non enim uane, inquit, constituisti omnes filios hominum. Nisi enim esset unus filius hominis substãtia Israel, per quem filium hominis liberarẽtur multi filij hominum, uane uticꝫ constituti essent omnes filij hominum. Nunc uero omnis quidem humana natura per peccatũ primi hominis in uanitatem ueritate collapsa est: propter quod dicit alius psalmus: Homo uanitati similis factus est, dies eius uelut umbra prætereunt. Sed non uane deus constituit omnes filios hominum: quia & multos à uanitate liberat per mediatorem Iesum: & quos liberandos non esse præsciuit, ad utilitatem liberandorum, & comparationem duarum inter se à contrario ciuitatum: non uticꝫ uane in totius rationalis creaturæ pulcherrima, atcꝫ iustissima ordinatiõe constituit. Deinde sequitur: Quis est homo, qui uiuet, & nõ uidebit mortem: eruet animam suam de manu inferi? Quis est iste, nisi substantia illa Israel ex semine Dauid, Christus Iesus? De quo dicit Apostolus: Quod surgens à mortuis, iam non moritur, & mors ei ultra nõ dominabitur. Sic enim uiuit, & nõ uidebit mortẽ, ut tamen mortuus fuerit: sed animã suam eruerit de manu inferi: [b]quia propter quorundã soluenda peccatorũ uincula, ad inferna descẽderat. Eruit autẽ potestate illa de qua in Euãgelio dicit: Potestatẽ habeo ponẽdi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.

L. VIVES

a Quidam codices hic non habent auertis:] Sic legimus in noſtris codicibus. Græce eſt, ἵνα στρέψῃς ἀπ' ἐμοῦ τὸ πρόσωπόν σου τὸν θεόν· quod eſt: Quouſq; domine auerteris in finem. Poteſt etiã eſſe ſubiunctiui actiui: ſed nullus eſt ſenſus. b Quia propter.] In alijs libris: quo propter quorundam ſoluenda inferna uincula deſcẽderat: ut ſit Chriſto hæc terra inferus, egreſſo de ſummo cœlo: ſed congruentius quod habetur uulgo.

Ad quorum perſonam pertinere intelligenda ſit flagitatio promiſſorũ: de quibus in Pſalmo dicitur: Vbi ſunt miſerationes tuæ antiquæ domine. XII

ED cætera pſalmi huius, quæ ita ſe habent: Vbi ſunt miſerationes tuæ antiquæ domine, quas iuraſti Dauid in ueritate tua? Memento domine opprobrij ſeruorũ tuorum, quod continui in ſinu meo multarum gentiũ: Quod exprobrauerũt inimici tui domine: quod exprobrauerunt commutationem Chriſti tui: utrum ex perſona dicta ſint illorũ Iſraelitarũ, qui deſiderabant reddi ſibi promiſſionem, quæ facta eſt ad Dauid: an potius Chriſtianorũ, qui non ſecundũ carnem, ſed ſecũdum ſpiritũ ſunt Iſraelitæ, merito quæri poteſt. Dicta ſunt quippe iſta, uel ſcripta a tẽpore quo fuit Aetan: de cuius nomine titulum iſte pſalmus accepit: & idẽ tempus regni Dauid fuit: ac per hoc non diceretur: Vbi ſunt miſerationes tuæ antiquæ domine: quas iuraſti Dauid in ueritate tua: niſi eorũ perſonam in ſe propheta transfiguraret, qui longe poſtea futuri erant: quibus hoc tẽpus eſſet antiquum, quando regi Dauid iſta promiſſa ſunt. b Poteſt autẽ intelligi dictũ hoc eſſe propter multas gẽtes, quando perſequebãtur Chriſtianos: prophetam exprobraſſe illis paſſionẽ Chriſti, quam ſcriptura cõmutationem uocat: quoniam moriendo immortalis eſt factus. Poteſt & commutatio Chriſti ſecũdum hoc accipi exprobrata Iſraelitis: quia cum eorum ſperaretur futurus, factus eſt gentiũ: & hoc eis nũc exprobrãt multæ gentes, quæ crediderũt in eum per nouum teſtamentum, illis in uetuſtate remanentibus: ut ideo dicatur, Memento domine opprobrij ſeruorum tuorum: quia nõ eos obliuiſcẽte, ſed potius miſerante domino, & ipſi poſt hoc opprobrium crediturí ſunt. Sed ille, quem prius poſui, cõuenientior ſenſus mihi uidetur. Inimicis enim Chriſti, quibus exprobratur, quod eos ad gentes trãſiens reliquerit Chriſtus, incongrue uox iſta coaptatur: Memẽto domine opprobrij ſeruorum tuorũ: non enim ſerui dei uocandi ſunt tales Iudæi: ſed eis uerba iſta competunt, qui cũ graues humilitates perſecutionum pro Chriſti nomine paterentur, recordari potuerunt excelſum regnum ſemini Dauid fuiſſe promiſſum: et eius deſiderio dicere, nõ deſperando, ſed petendo, quærẽdo, pulſando: Vbi ſunt miſerationes tuæ antiquæ domine, quas iuraſti Dauid in ueritate tua? Memẽto domine opprobrij ſeruorũ tuorum, quod cõtinui in ſinu meo multarũ gentium: hoc eſt in interioribus meis patienter pertuli. Quod exprobrauerũt inimici tui domine: quo exprobrauerunt cõmutationẽ Chriſti tui: non eam putantes cõmutationem, ſed cõſumptionẽ. Quid eſt autẽ, memento domine, niſi ut miſerearis, & pro tolerata patienter humilitate mea, reddas celſitudinẽ, quam iuraſti Dauid in ueritate tua? Si aũt Iudæis aſſignemus hæc uerba: illi ſerui dei talia dicere potuerunt, qui expugnata terrena Hieruſalem, antequã Ieſus Chriſtus humanitus naſceretur, in captiuitatem ducti ſunt, intelligẽtes cõmutationẽ Chriſti, quia ſcilicet nõ per eũ terrena, carnaliſcq; felicitas, qualis paucis annis regis Salomõis apparuit, ſed cœleſtis ac ſpiritalis eſſet fideliter expectãda: quã tunc ignorãs infidelitas gentiũ, cum dei populũ exultabat, atcq; inſultabat eſſe captiuũ, quid aliud cũ Chriſti cõmutationem, ſed ſciẽtibus ne ſciens exprobrabat? Et ideo quod ſequitur, ubi pſalmus iſte cõcluditur: Benedictio domini in æternũ: fiat fiat: uniuerſo populo dei ad cœleſtẽ Hieruſalem pertinẽti, ſiue in illis qui latebant in teſtamẽto ueteri, antequã reuelaretur nouũ, ſiue in his qui iam teſtamẽto nouo reuelato manifeſte pertinere cernũtur ad Chriſtũ, ſatis cõgruit. Benedictio quippe domini in ſemine Dauid, nõ ad aliquod tẽpus qualis diebus Salomonis apparuit, ſed in æternũ ſperãda eſt, in qua certiſſima ſpe dicitur: fiat, fiat. Illius enim ſpei eſt cõfirmatio uerbi huius iteratio. Hoc ergo intelligẽs Dauid ait in ij. Reg. lib. unde ad iſtum pſalmum digreſſi ſumus: Et locutus es pro domo ſerui tui in longinquũ. Ideo autem poſt paulum ait: Nunc incipe, & benedic domum ſerui tui uſq; in æternũ, & cętera: quia tunc geniturus erat filium, ex quo progenies eius duceretur ad Chriſtũ, per quem futura erat domus eius æterna, eademcq; domus dei. Domus enim Dauid propter genus Dauid, domus autẽ dei eadem &

& ipſa propter templum dei, de hominibus factum, nõ de lapidibus, ubi habitet in ęternũ populus cũ deo & in deo ſuo, & deus cum populo atcq; in populo ſuo: ita ut deus ſit implens populum ſuũ, & populus plenus deo ſuo, cũ deus erit omnia in omnibus, ipſe in pace præmium, qui uirtus in bello. Ideo cum in uerbis Nathan dictum ſit: Et enunciauit tibi dominus, quoniã domum ædificabis ipſi. Poſtea dictũ eſt in uerbis Dauid: Quoniam tu dominus omnipotẽs deus Iſrael, reuelaſti aurem ſerui tui, dicẽs: Domum ædificabo tibi. Hãc enim domum & nos ædificamus bene uiuẽdo: & deus ut bene uiuamus, opitulando. Quia niſi dominus ædificauerit domũ, in uanũ laborabũt ædificantes eam. Cuius domus cũ uenerit ultima dedicatio, tunc fiet illud quod hic per Nathã locutus eſt deus, dicens: Et ponam teſtamẽtum cũ populo meo Iſrael, & plãtabo illum, & inhabitabit ſeorſum, & nõ ſolicitus erit ultra: & nõ apponet filius iniquitatis hũiliare eũ, ſicut ab initio à diebus quibus cõſtituí iudices ſuper populũ meum Iſrael.

L. VIVES

Aethan a TEmpore quo fuit Aethan.] Aethan & Aſaph cantores fuerũt æneorum cymbalorũ, Dauide rege ad arcam domini i. Paralip. xv. uulgo Aethan Iſraelita dicĩ & Latine & Græce, ut in tit. pſalmi. lxxxviij ſed arbitror Iezraelitam uocandũ à Iezrael oppido tribus Iuda in termino Iſachar inter Scythopolim & legionem, aut Efraitam ab Efrom, quæ eſt Aſſur in eadem tribu. ex Hebræo Hieronymus Ezraitam uertit, quomodocũq; nominetur. Iſraelitam non appellandũ certum eſt. nemo enim patriæ nomine ſic dicitur. b Poteſt autem intelligi.] Alibi ſic, Poteſt autem intelligi multas gentes quando perſequebãtur Chriſtianos exprobraſſe illis paſſionem Chriſti.

An promiſſæ pacis ueritas illis temporibus poſsit aſcribi, quæ ſub Salomone fluxerunt. Caput XIII

HOc tam magnum bonum quiſquis in hoc ſeculo & in hac terra ſperat, inſipienter ſapit. An quiſpiam putabit in pace regni Salomonis id eſſe cõpletum? Pacẽ quippe illa ſcriptura in umbra futuri excellenti prædicatione commendat. Sed huic ſuſpitioni uigilãter occurſum eſt, cũ poſteaquã dictum eſt, Et nõ apponet filius iniquitatis humiliare eum: continuo ſubiunctũ eſt, Sicut ab initio à diebus quibus conſtitui iudices ſuper populũ meũ Iſrael. Iudices nãq;, prius cũ reges ibi eſſe cœpiſſent, ſuper illum populum fuerant cõſtituti, ex quo terram promiſ-

A ſionis accepit. Et utiq; humiliabat eũ filius iniquitatis, hoc eſt hoſtis alienigena, per interualla temporũ, quibus legũtur paces alternaſſe cũ bellis, & inueniuntur illic pacis tempora prolixiora cũ Salomon habuit qui quadraginta regnauit annos. Nã ſub eo iudice qui appellatus eſt Aod octoginta anni pacis fuerũt. Abſit ergo ut Salomonis tempora in hac promiſsione prędicta eſſe credantur: multo minus uticq; cuiuslibet regis alterius. Non enim quiſquam eorũ in tanta, quanta ille pace regnauit: nec unquam omnino gens illa ita regnum tenuit, ut ſolicita nõ fuerit, ne hoſtibus ſubderetur: quia in tanta mutabilitate rerũ humanarũ nulli aliquãdo populo conceſſa eſt tanta ſecuritas, ut huic uitæ hoſtiles nõ formidaret incurſus. Locus ergo iſte qui promittitur tam pacatæ ac ſecuræ habitatiõis æternus eſt, æterniſcq; debetur in matre Hieruſalẽ libera, ubi erit ueraciter populus Iſrael: a hoc enim nomen interpretatur uidens deum. Cuius prę-
B miſ deſiderio pia per fidem uita in hac erumnoſa peregrinatione ducenda eſt.

L. VIVES

a HOc enim nomen interpretatur uidens deum.] Hiero. ad Dardanũ, Hieroſolymam ſcribit primum dictam Iebus, deinde Salem, tertio Hieruſalem, poſtremo Aeliam. Salem interpretatẽ pax: ſicut etiam dicit Apoſt. ad Hebræos: Hieruſalem pacis uiſio. Hanc eſſe Salem, in qua Melchiſedech regnauit tradũt Ioſephus, & Hegeſippus. Aelia nominata eſt ab Aelio Adriano Cæſare, qui à Tito dirutam inſtauravit, maiore murorum ambitu. Gentiles eam Solymas, & Solymos, & Hieroſolymam nominarunt. Sunt qui à Piſidis Lyciæ, quos ueteres σολύμους dixere: aut à populis in Aſia Pontica Solymis, quos interfiſſe cum Lelegibus, & Bebrycibus perhibet Eratoſthenes. Eupolemus uero, ut Euſeb. ſcribit, à Solomone Solymos deducit, & Hieroſolymam quaſi ἱερὸν τοῦ σολόμωνος. quo nomine etiam ab Homero eſſe uocatam, ſunt qui credant. Cæterũ Ioſephus lib. vij. Solymam eſſe dictã temporibus Abrahæ narrat. Hinc cũ Dauid è Iebuzæis captæ urbi iunxiſſet arcem munitioręq; feciſſet, nominatam eſſe Hieroſolymam. Nam Hebræi munitionẽ hieron dicũt. Verum nõ
D Iebus antequã Salem uocata eſt, ſed cõtra potius. Nam à Melchiſedech putatur condita, qui eam Salem cognominauit. Incoluerũtq; ipſam Cananæi, qũorum gentis princeps erat Melchiſedech: ſeu, ut Hegeſippus uocat rex iuſtus. Sic enim patrio dicit nomine appellatum, & ſi Hier. in locis Hebraicis, & ad Damaſum negat Salem eſſe Hieruſalem, ſed eſſe aliam urbem in regiõe Sichen, quæ eſt in terra Canaan, ubi oſtenditur palatiũ Melchiſedech ex multitudine ruinarum ueteris operis oſtendens magnificentiam. Prætereo quam originem Hieroſolymæ Strabo ponit, à Moſe, cũ hic terram Cananæam nunquã ſit ingreſſus. Tum & illos qui Luzam & Bethel Hieruſalem tradunt, cum Bethel ſit pagus, ut dixi.

Hieroſolyma

De ſtudio Dauid in poſitiõe Pſalmorum. Caput XIIII.

PROCVRRENTE igitur per tēpora ciuitate dei: primo in umbra futuri, in terrena ſcilicet Hieruſalē regnauit Dauid. Erat autem Dauid uir in canticis eruditus: qui harmoniã muſicam nõ uulgari uoluptate, ſed fidei uolũtate dilexerat: eaq́ deo ſuo, qui uerus eſt deus, myſtica rei magnæ figuratiõe ſeruiēs: [a] & diuerſorum nomine ſonorũ rationales, moderatoſq́ cõcentus, cõcordi uarietate cõpactam bene ordinatæ ciuitatis inſinuat unitatem. Deniq́ omnis ferè prophetia eius in Pſalmis eſt: quos centũ quinquaginta, liber cõtinet, quē Pſalmorũ uocamus. [b] In quibus nõnulli uolunt, eos ſolos factos eſſe à Dauid, qui eius nomine inſcripti ſunt. Sunt etiam qui putãt nõ ab eo factos, niſi qui prænotãtur ipſius Dauid: qui uero habēt in titulis, ipſi Dauid, ab alijs factos, perſonæ ipſius fuiſſe coaptatos. Quæ opinio uoce euãgelica ſaluatoris ipſius refutatur, ubi ait, quod ipſe Dauid in ſpiritu Chriſtũ dixerit eſſe ſuũ dominũ: quoniam Pſalmus cēteſimus nonus ſic incipit: Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis: Donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedũ tuorum. Et certe idē Pſalmus [c] nõ habet in titulo, ipſius Dauid: ſed, ipſi Dauid: ſicut plurimi. Mihi autē credibilius uidentur exiſtimare, qui omnes illos centũ quinquaginta Pſalmos, eius operi tribuunt: eũq́ aliquos prænotaſſe etiã nominibus aliorũ, aliquid quod ad rem pertineat figurantibus: cæteros autē nullius hominis nomē in titulis habere uoluiſſe: ſicut ei uarietatis huius diſpoſitionē, quãuis latebroſam, non tamen inanem dominus inſpirauit. Nec mouere debet ad hoc non credendũ, quod nonnullorũ nomina Prophetarum, qui lõge poſt Dauid regis tempora fuerũt, quibuſdã Pſalmis in eo libro legũtur inſcripta: & quæ ibi dicũtur, uelut ab eis dici uidentur. Neq́ enim nõ potuit propheticus ſpiritus prophetanti regi Dauid hæc etiã futurorũ Prophetarũ nomina reuelare, ut aliquid, quod eorũ perſonæ cõueniret prophetice cantaretur: [d] ſicut rex Ioſias exorturus & regnaturus poſt annos amplius quàm trecentos, cuidam prophetę, qui etiam facta eius futura prædixit, cum ſuo nomine reuelatus eſt.

L. VIVES

a ET diuerſorũ nomine ſonorũ.] Alibi, myſtica rei magnæ figuratiõe ſeruierit, diuerſorũ enim eius ſonorũ. Hi ſoni expoſiti ſunt primo lib. τῶν παραλειπομένων, cap. xv. De interpretatione inſtrumēti Pſalterij Aug. in prooemio quinquagenarũ dicit, propterea diuinis eſſe rebus aptũ, q̄ ad ſuperiora totus eius ferat̄ concentus. b In quibus nonnulli uolunt eos ſolos factos eſſe à Dauid.] Ciuis meus Iacobus Peres, qui poſtremus in Pſalmos lõga cõmentaria ſcripſit, nõ tam diſerta q̃ erudita, operis initio diſputat de autoribus Pſalmorum, dicitq́ hãc quæſtionē ante Origenē nõ fuiſſe inter Iudæos ambiguã. Omnes enim & crediderũt, & ſic prodidere literis, oĩes Pſalmos Dauidis eſſe autoris. Poſtea uero q̄ Origenes ingenio illo exacto & eruditione uaria ſummaq́ cœpit oſtēdere quæcũq́ in prophetis cõtinebant̄ ad Chriſtum iam natum pertinere, multum irritauit Iudæos etiã ad nouas opiniones ueteribus ſuorũ magiſtrorũ contrarias, deprauandoſq́ quantũ poſſent codices ſacros. Itaq́ poſt ea tēpora fuiſſe ex Hebræis nõ nullos, qui antiquis aſſenſi unicũ Pſalmorũ omnium autorē dicerent Dauidem: alij nouē duntaxat eum feciſſe: alij omnes, qui ipſius nomine præſcribunt̄, cæteros à uiris ſanctis ꝓphetico eſſe ſpiritu cõſcriptos, ut filijs Choræ, Aſaph, Aethan, Idythim: qui ſunt ſine titulis, ignorari quorum ſint, niſi quod à ſanctis hominibus nõ dubitent̄ cõſcripti. Iſtis opinationibus addidiſſe ſuam rabbi Salomonē Gallum hominē inſigni impudentia, qui decem Pſalmiſtas ſit cõmentus, Melchiſedech, Abraham, Moſen, filios Choræ, Dauid, Solomonē, Aſaph, Idithũ, Aethan: at Origenem, Ambroſium, Hilariũ, Auguſtinum, Caſsiodorum unius Dauid Pſalmos omnes opus eſſe tradere, quibus ſe ait ſuffragari: ſententiãq́ hãc unicam ueram eſſe multis argumētis colligit, quæ qui deſiderat, ex eo petat licebit, liber non eſt rarus. Prætereo quæ Hieronymus ad Sophronium & Cyprianus de autoribus Pſalmorũ dicat. Hæc enim in præſentia fuerint ſatis. c Non habet in titulo ipſius Dauid.] ψαλμὸς τῷ Δαβίδ. audiui quoſdam qui periti habebãtur linguæ Hebrææ, qui dicerēt, datiuũ illum pro genitiuo apud Hebræos ſolere uſurpari. d Sicut rex Ioſias.] iiij. Reg. xiij.

An omnia quę in Pſalmis de Chriſto & eccleſia prophetantur, ad contextũ huius operis coaptanda ſint. Cap. xv

NVNC iam expectari à me uideo, ut hoc loco libri huius aperiã, quid in Pſalmis Dauid de dño Ieſu Chriſto uel eius eccleſia prophetauerit. Ego autē ut hoc nõ ita faciã, ſicut uidetur ipſa expectatio poſtulare: quãuis iam in uno fecerim, copia, q̃ inopia magis impedior. Omnia enim ponere uitãdę prolixitatis cauſa prohibeor, uereor autē ne cũ aliqua elegero, multis qui ea nouerũt uidear magis neceſſaria pręteriſſe. Deinde quia teſtimoniũ quod profertur, de cõtextiõe totius Pſalmi debet habere ſuffragiũ: ut certe nihil ſit, quod ei refragetur ſi non omnia ſuffragantur, [a] ne more centonũ ad rem quam uolumus, tanquam uerſiculos decerpere uideamur, [b] uelut de retrogrado carmine, quod non de re illa, ſed de alia lõgeq́ diuerſa reperiatur eſſe conſcriptum. Hoc autē ut in quocunq́ pſalmo poſsit oſtēdi, exponēdus eſt totus. Quod quãti operis ſit, & aliorum & noſtra uolumina in quibus hoc fecimus, ſatis indicant. Legat ergo illa, qui uoluerit, & potuerit, inueniet quot & quãta rex Dauid idemq́ propheta de Chriſto & eius eccleſia prophetauerit, de rege ſcilicet & ciuitate quã condidit.

L. VIVES

Centones

a NE more centonum.] Cētones fruſta ſunt panni coloris uarij: hinc uerſicolores ueſtes centones dicunt̄. Viles etiã nõ modo quibus amicimur, ſed quibus quoq́ lecti inſternũtur, quales ruri & militiæ: ut apud Catonē ſenē, & Siſennã hiſtoricum, & Caiũ Cæſarē. Metaphorice carmē eſt multis alieni poematis particulis concinnatum: ut Homerocenton, ſeu Græce ὁμηρόκεντρον· nam κέντρωνα uocant Græci: tum etiam Vergiliocenton, quod non unicũ eſt. Nam & Probæ, & Auſonij Vergiliocētones legimus. b Velut de retrogrado carmine.] Sotadici uerſus dicunt̄ retrogradi, quod in cõtrarium etiã ſint uerſus. Reciprocos uocat Diomedes, qui multa de ſotadicis præcipit. Hic enim uerſus: Muſa mihi cauſas memora, quo numine læſo: ſi recurrat Læſo numine quo memora cauſas mihi muſa, Sotadicus eſt. Et poſſunt reuerti in idē genus carminis, uel in diuerſum, ut: Pio precare ture cœleſtum numina, iambicus. Sotadicus uero pentameter fiet: Numina cœleſtum ture precare pio. Laſciuũ genus carminis hoc eſt, ut Quintil. inquit, à Sotade ut Strabo ſcribit repertum, ſeu ut Diomedes, uſurpatum, quē Martialis cinædum uocat. Porrò in alijs Aug. lib. aptius habetur: uelut de grandi carmine: ut ſit de grandi poemate colligi particulas, quas inter ſe cõmiſceas, & compingas in alium ſenſum, q̃ erant à poeta dictæ. Quod factitatum eſt ab his, qui centones cõpegerunt. Nam quod Vergil. & Homerus de Græcis aut Troianis, deq́ bellis dixerant, illi ad Chriſtum reſq́ diuinas transferunt: Auſonius ad nuptiarum apparatum & progreſſum.

Sotadicum carmen

De his quæ in quadrageſimo quarto Pſalmo ad Chriſtũ et eccleſiam pertinentia, aut aperte dicũtur, aut tropice. Caput XVI

QVAMLIBET enim de quacũq́ re propriæ ſint atque manifeſtæ propheticæ locutiones, neceſſe eſt ut eis etiam tropicæ miſceantur: quæ maxime propter tardiores ingerũt doctioribus laborioſum diſputandi exponendiq́ negocium: quædam tamen Chriſtum & eccleſiam ipſa prima facie mox ut dicuntur, oſtēdunt: etſi ex ocio reſtant exponenda, quæ in eis minus intelliguntur, quale illud eſt in eodem Pſalmorum libro: Eructauit cor meum uerbum bonum, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus ſcribæ, uelociter ſcribentis. Specioſus forma præ filijs hominum: diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in æternum. Accingere gladium tuum circa femur tuum potētiſsime. Specie tua & pulchritudine tua, intende, proſpere procede, & regna. Propter ueritatem & manſuetudinem & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ, potentiſsime. Populi ſub te cadent: in corda inimicorum regis. Sedes tua deus in ſecula ſeculorum, uirga directionis uirga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam, & odio habuiſti iniquitatem: propterea unxit te deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Myrrha, & gutta, et caſia à ueſtimētis tuis, à domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filiæ regũ in honore tuo. Quis non hic Chriſtum, quem prædicamus, & in quem credidimus, quamlibet ſit tardus, agnoſcat: cum audiat deum, cuius ſedes eſt in ſecula ſeculorum: & unctum à deo utique ſicut ungit deus, non uiſibili, ſed ſpiritali atque intelligibili chriſmate? Quis enim tam rudis eſt in hac religione, uel tam ſurdus aduerſus eius famam, longe lateq́ diffuſam, ut Chriſtum à chriſmate, hoc eſt, ab unctione, appellatum eſſe non nouerit? Agnito autem rege Chriſto, iam cætera, quæ hic tropice dicta ſunt, quomodo ſit ſpecioſus forma præ filijs hominum: quadam tanto magis amanda, atque miranda, quanto minus corporea pulchritudine: quis gladius eius, quæ ſagittæ, & cætera, iſto modo non proprie, ſed tropice poſita: iam ſubditus ei, qui regnat, propter ueritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam, inquirat ex ocio. Deinde aſpiciat eius Eccleſiam tanto uiro ſuo ſpiritali connubio, & diuino amore coniunctam: de qua dicitur in his quæ ſequuntur, Aſtitit regina à dextris tuis, in ueſtitu deaurato, circumamicta uarietate. Audi filia, & uide: & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. Quoniam concupiuit rex ſpeciem tuam: quoniam ipſe eſt dominus deus tuus. Et adorabunt eum filij Tyri in muneribus: uultum tuum deprecabuntur diuites plebis. Omnis gloria eius filiæ regis intrinſecus in fimbrijs aureis, circumamicta uarietate. Afferentur regi uirgines poſt eam: proximę eius afferentur tibi. Afferentur in lætitia & exultatione: adducentur in templum regis. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: conſtitues eos principes ſuper omnem terram. Memores erunt nominis tui domine: [a] in omni generatione, & progenie. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum: & in ſeculum ſeculi. Non opinor quenquam ita deſipere, ut hic aliquam mulierculam prædicari credat, atque deſcribi:

coniugem uidelicet illius,cui dictum est: Sedes A tua deus in secula seculorum:uirga directionis, uirga regni tui. Dilexisti iustitiã,& odio habuisti iniquitatẽ:propterea unxit te deus deus tuus oleo exultatiõis,præ participibus tuis: Christũ utiq; præ Christianis. Hi sunt enim participes eius,ex quorum in omnibus gentibus unitate atq; cõcordia fit ista regina:sicut & in alio Psalmo de illa dicitur: Ciuitas regis magni. Ipsa est Sion spiritaliter. Quod nomen Latine interpretatum,speculatio est. Speculatur enim futuri seculi magnum bonũ:quoniam illuc dirigitur eius intentio. Ipsa est & Hierusalem eodem modo spiritaliter:unde multa iam diximus:eius inimica est ciuitas diaboli Babylon:quæ confusio interpretatur. Ex qua tamẽ Babylone regina ista in omnibus gentibus regeneratione liberatur: & à pessimo rege,ad optimum regem, id est à diabolo transit ad Christum. Propter quod ei dicitur: Obliuiscere populum tuum,& domum patris tui. Cuius ciuitatis impiæ portio sunt Israelitæ sola carne,nõ fide:inimici etiam ipsi magni regis huius, eiusq; reginæ. Ad ipsos enim ueniens,& ab eis Christus occisus, magis aliorum factus est,[b] quos non uidit in carne. Vnde per cuiusdã Psalmi prophetiã dicit ipse rex no C ster:Erues me de cõtradictionibus populi:cõstitues me in caput gentium. Populus, quem non cognoui seruiuit mihi:in auditu auris obediuit mihi. Populus ergo iste gentium, quem non cognouit Christus præsentia corporali: in quem tamen Christum sibi annunciatũ credit:ut merito de illo diceretur:in auditu auris obaudiuit mihi:quia fides ex auditu est. Iste inquam, populus additus ueris,& carne,& fide Israelitis,ciuitas est dei,quæ ipsum quoq; secundũ carnem peperit Christum:quãdo in solis illis Israelitis fuit, Inde quippe erat uirgo Maria, in qua carnem Christus ut homo esset,assumpsit. De qua D ciuitate Psalmus alius ait:[c] Mater Sion dicet homo,& homo factus est in ea,et ipse fundauit eã altissimus. Quis est iste altissimus,nisi deus? Et per hoc Christus deus antequam in illa ciuitate per Mariam fieret homo,ipse in Patriarchis & Prophetis fundauit eam. Cum igitur huic regi/næ ciuitati dei,tanto ante dictũ sit per prophetiam,quod iam uidemus impletum: pro patribus tuis nati sunt tibi filij,constitues eos principes super omnem terram: ex filijs quippe eius per omnem terram sunt prepositi principes, cũ confiteantur ei populi cõcurrentes ad eam cum cõfessione laudis æternæ in seculum seculi: proculdubio quicquid hic tropicis locutiõibus subobscure dictũ est, quoquo modo intelligatur, debet his rebus manifestissimis conuenire.

L. VIVES

In omni generatione & progenie.] Alibi generatione & generatione, quod est conformius Lxx. quos Augustinus ubiq; sequit. Hi enim sic scriptũ reliquerũt: ἐν πάσῃ γενεᾷ, καὶ γενεᾷ, & alioqui ex proprietate Hebraica magnam uim habet idem uerbũ geminatũ. b Quos non uidit in carne.] Terram enim gentiliũ non est Christus, dum inter homines esset, ingressus, nec auditus est aliis populis, q̃ Israelitico: neq; uero refert unum aut alterum gentilem uenisse ad Christum: de populis & nationibus loquor. c Mater Sion dicet homo.] In nostris libris legimus: Nũquid Sion dicet homo? Ex Hebraica ueritate uertit Hieronymus, ad Sion autem dicetur uir, ex Lxx. uero, mater Sion dicet. nam sic est Græce μήτηρ σιὼν ἐρεῖ ἄνθρωπος, sed mendose, ut idem in Psalmũ hunc lxxxvi. declarat. Lxx. enim sic scripserãt μήτηρ σιὼν, quid est: quã lectionẽ spreuerunt multi non intelligentes & addiderunt, ἐρεῖ. dixeruntq; μήτηρ σιὼν, & hoc propter ea, quoniam sequitur, & homo natus est in ea.

De his quæ ad sacerdotiũ Christi in Psalmo cẽtesimo nono,& de his quæ in Psalmo uigesimo primo ad passionem ipsius spectant. Cap. XVII

ICVT etiam in illo Psalmo ubi sacerdos Christus, quemadmodũ hic S rex apertissime prædicatur: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorũ. Sedere Christus ad dexteram dei patris creditur non uidetur, eius etiam inimicos poni sub pedibus eius nondum apparet. [a] Id igitur apparebit in fine, nunc hoc uere creditur, post uidebitur. Verum hoc quod sequitur: Virgam uirtutis tuæ emittet dominus ex Sion, dominare in medio inimicorũ tuorum: ita clarum est, ut non solum infideliter, & infeliciter, sed etiam impudenter negetur. Et ipsi quippe fatentur inimici, ex Sion missam fuisse legem Christi, quod Euangelium nos uocamus,& eam uirgam uirtutis eius agnoscimus. Dominari uero in medio inimicorum suorum, ijdem ipsi inter quos dominatur dentibus suis frendendo & tabescendo & nihil aduersus eum ualendo testãtur. Deinde quod paulopost dicit, Iurauit dominus & non pœnitebit eum: quibus uerbis immutabile futurum esse significat, quod adiungitur, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech: ex eo quod

quod iam nusquam est sacerdotium & sacrifici/ A um secundum ordinem Aaron,& ubicq; offertur sub sacerdote Christo,quod protulit Melchisedech,quando benedixit Abrahã,quis ambigere permittitur,de quo & ista dicantur? Ad hæc itaq; manifesta referuntur quæ paulo obscurius in eodem Psalmo posita sunt,quæ quomodo recte intelligantur in nostris iam popularibus sermonibus notum fecimus. Sic & in illo ubi humilitatem passionis suæ per prophetiam Christus eloquitur dicens: Foderunt manus meas & pedes meos,dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi uero considerauerũt & cõspe/B xerunt me. Quibus utiq; uerbis in cruce corpus significauit extentũ, manibus pedibusq; confixis,& clauorũ transuerberatione cõfossis, eoq; modo se spectaculũ considerantibus & conspicientibus præbuisse. Addens etiam: Diuiserunt sibi uestimenta mea,& super uestem meam miserunt sortẽ. Quæ prophetia quemadmodum impleta sit,euãgelica narrat historia. Tunc profecto & alia recte intelligũtur,quæ ibi minus aperte dicta sunt,cũ cõgruunt his,quæ tanta manifestatiõe clarauerũt: præsertim quia & illa,quæ non transacta credimus,sed præsentia contue/mur, sicut in eodem Psalmo leguntur, tanto an C te prædicta,ita nunc exhibita iam toto orbe terrarum cernuntur. Ibi enim paulopost dicitur: Commemorabuntur & ad dominum conuertentur uniuersæ fines terræ,& adorabunt in cõspectu eius omnes patriæ gentium, quoniã domini est regnũ,& ipse dominabitur gentium.

L. VIVES

Id igitur.] Alibi melius, id agitur. apparebit in fine etiam nunc hoc creditur, de quo Paulus multa & ad Hebræos & ad Corinthios.

De Psalmo tertio, & de quadragesimo,& de quintodecimo, & de sexagesimoseptimo,in quibus mors & resurrectio domini prophetantur. XVIII

R resurrectione quoq; eius, nequaquam Psalmorum oracula tacuerũt. D Nam quid est aliud quod in Psalmo tertio ex persona eius canitur: Ego dormiui & somnũ cepi,& exurrexi quoniam dominus suscipiet me? An forte quisquam ita desipit,ut credat uelut aliquid magnũ nobis indicare uoluisse Prophetam, quod dormierit,& exurrexerit,nisi somnus iste mors esset,& euigilatio resurrectio,quam de Christo sic oportuit prophetari? Nam & in xl. Psalmo manifestius id ostenditur, ubi ex persona eiusdem mediatoris,more solito, tanquã præterita narrãtur,quæ futura prophetabãtur, quoniam quæ uentura erant, in prædestinatione [a] & præscientia dei uelut facta erant,quia certa erãt. Inimici,inquit,mei dixerũt mala mihi,quãdo morietur & peribit nomẽ eius. Et si ingrediebatur, ut uideret,uana locutum est cor eius, congregauit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras, & loquebatur simul in unũ. Aduersum me susurrabant omnes inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum dispositerũt aduersum me:nunquid qui dormit,non adijciet,ut resurgat? Hæc certe ita posita sunt uerba, ut nihil aliud dixisse intelligatur, quàm si diceret: Nunquid qui moritur,nõ adijciet,ut reuiuiscat? Superiora quippe demonstrant mortẽ ipsius cogitasse & disposuisse inimicos eius,& hoc actum esse per eum,qui ingrediebatur,ut uideret,& egrediebatur,ut proderet. Cui autem hic non occurrat ex discipulo eius factus traditor Iudas? Quia ergo facturi erãt,quod molieban/tur,id est occisuri erant eum, ostendens illos una malitia frustra occisuros resurrecturum, sic adiecit hunc uersum,uelut diceret: Quid agitis uani? Quod uestrum est scelus,meus somnus erit. Nunquid qui dormit,non adijciet,ut resurgat? Et tamen eos tam magnum nefas non impune facturos consequentibus indicat uersibus dicens: Etenim homo pacis meæ in quo speraui,qui edebat panes meos,ampliauit [b] super me calcaneum,hoc est cõculcauit me. Tu autem, inquit,domine miserere mei et resuscita me,& reddam illis. Quis hoc iam neget qui Iudæos post D passionẽ resurrectionemq; Christi de sedibus suis bellica strage, & excidio funditus eradicatos uidet? Occisus enim ab eis resurrexit, & reddidit eis interim tẽporaneam disciplinam, excepto quod non correctis seruat, quãdo uiuos & mortuos iudicabit. Nam dominus ipse Iesus iste ipsum traditorem suum per panem porrectum ostendens Apostolis, hunc etiã uersum Psalmi huius cõmemorauit,& in se dixit impletum: Qui edebat panes meos, ampliauit super me calcaneum. Quod autem ait,in quem spera ui: non congruit capiti,sed corpori. Neq; enim nesciebat eum ipse Saluator, de quo ante iam dixe/

dixerat, [c]Vnus ex uobis diabolus est: sed solet in se membrorũ suorum trãsferre personam, & sibi tribuere, quod est illorum, quia caput & corpus unus est Christus. Vnde illud in Euangelio, Esurui, & dedistis mihi manducare. Quod exponens ait: [d]Quando uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Se itaq; dixit speraſſe, quod tunc sperauerãt de Iuda discipuli eius, quando est connumeratus Apostolis. Iudæi autẽ Christum quem sperant, moriturum esse nõ sperãt. Ideo quem lex & prophetæ annunciauerũt, nostrum esse non putant, sed nescio quem suum, quem sibi alienũ à mortis passione cõfingunt. Ideo miserabili uanitate atque cæcitate uerba, quæ posuimus, non mortem & resurrectionẽ, sed somnum & euigilationem significare cõtendũt. Sed clamat eis etiam Psalmus xv. Propterhoc iocũdatum est cor meũ, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe: quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctũ tuum uidere corruptionẽ. Quis in ea spe diceret requieuisse carnem suam, ut non derelicta anima sua in inferno, sed cito ad eam redeũte reuiuiscceret ne corrumperetur, sicut cadauera corrumpi solent, nisi qui die tertio resurrexit? Quod utiq; dicere nõ possint de propheta & rege Dauid. Clamat lxvij. psalmus: Deus noster deus saluos faciendi, et domini domini exitus mortis. Quid apertius dicere/tur? [e]Deus enim saluos faciendi dominus est Iesus, quod interpretatur Saluator siue salutaris. Nam ratio nominis huius hęc reddita est, quãdo prius cẽ ex uirgine nasceretur, dictũ est: Paries filium & uocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. In quorum peccatorum remissionem quoniam sanguis eius effusus est, non utiq; oportuit eum de hac uita exitus alios habere, cẽ mortis. Ideo cum dictum esset: Deus noster deus saluos faciendi: continuo subiunctum est, & domini [f]exitus mortis, ut ostenderetur moriendo saluos esse facturus. Sed mirando dictũ est, & domini, tanquam diceretur, Talis est ista uita mortalium, ut nec ipse dominus aliter ab illa exiret, nisi per mortem.

L. VIVES

a ET præscientia dei uelut facta erant quia certa erant.] Vetus exemplar non habet, quia certa erant: & uidetur additũ ab aliquo ceu scholium.

h Super me calcaneum.] πτερνισμὸν supplantationẽ. πτέρνη enim est calcaneus, supplantatio est in luctatoribus, cum alter pede suo crus alterius substollit, quo altero tantum innixum crure facilius prosternat. Græci πτερνίσαι dixerunt à calcaneo, nos supplantare à planta pedis parte. Est etiam ἀλλογερισμὸς πτέρνισμον ἀπατᾶν fallere.

c Vnus ex uobis diabolus est.] Codex Brugen. sic legit: unus ex uobis me trader, & unus ex uobis diabolus est. Duo sunt loci diuersis capitibus Euãgelij Ioan. prius illud xiii. posterius vi. at diabolus dicitur Iudas q. calumniator & delator. d Quando uni ex minimis meis.] Alibi quod uni, Græce est ἑνὶ τούτων, hoc est quãtum. e Deus enim saluos faciẽdi.] ὁ θεὸς τῶν σῴζειν. q. deus qui seruare possit, aut soleat: proprietas illa Græca uix potest Latina lingua exprimi, nisi quis malit per nomẽ dicere, quod alibi deus salutis. f Exitus mortis.] Ne quis fallatur, exitus rectus est pluralis nõ genitiuus singularis. ἡ ἀπόδοσις τοῦ θανάτου.

De Psalmo LXVIII. in quo Iudæorũ pertinax infidelitas declaratur. XIX

SED ut Iudæi tam manifestis huius prophetiæ testimonijs, etiam rebus ad effectum tam clarũ certũq; perductis omnino nõ credãt, profecto in eis illud impletur, quod in eo Psalmo qui hũc sequitur scriptum est. Cum enim et illic ex persona Christi, quæ ad eius passionem pertinent prophetice dicerentur, cõmemoratũ est, quod in Euãgelio patuit: Dederũt in escam meam fel, & in siti mea potum mihi dederũt acetum. Et uelut post tale conuiuiũ epulasq; sibi huiusce modi exhibitas, mox intulit: Fiat [g]mẽsa eorum coram ipsis in muscipulam & in retributionem, et in scandalum: obscurentur oculi eorũ ne uideant, & dorsum eorum semper incurua: & cætera, quæ non optando sunt dicta, sed optandi specie prophetando prędicta. Quid ergo mirum si hæc manifesta non uident, quorum oculi sunt obscurati, ne uideant? Quid mirum si cœlestia non suspiciũt, qui ut in terrena sint proni, dorsum eorum semper incuruum est? His enim uerbis translatis à corpore uitia significantur animorum. Ista de Psalmis, hoc est de prophetia regis Dauid, satis dicta sint, ut aliquis modus sit. Ignoscant autem, qui hæc legunt, & cuncta illa nouerunt, & de his quæ fortasse frmiora me prætermisisse uel intelligũt, uel existimant, non querantur.

L. VIVES

a MEnsa eorum coram ipsis in muscipulam.] εἰς παγίδα in laqueũ. Hic muscipulam dixit, quæ tenditur ad captandos mures.

De regno ac merito Dauid, & de filio ipsius Salomone, eaq; prophetia quę ad Christum pertinẽs inuenitur, uel in eis libris qui scriptis ipsius copulantur, uel in eis quos ipsius esse non dubium est. Cap. XX

REGNAVIT ergo Dauid in terrena Hierusalem, filius cœlestis Hierusalem, diuino multum testimonio prędicatus, quia & delicta eius tanta pietate superata sunt, per saluberrimã pœnitẽdi humilitatem, ut prorsus inter eos sit, de quibus ipse ait: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Post hũc regnauit eidem populo uniuerso Salomon eius filius, qui ut supra dictum est, patre suo uiuente cœpit regnare. [a]Hic bonis initijs, malos exitus habuit. Quippe secundæ res, quæ sapientium animos fatigant, magis huic obfuerunt, cẽq; profuit ipsa sapientia, etiã nunc & deinceps memorabilis, & tunc longe latecq; laudata. Prophetasse etiam ipse reperitur in suis libris, [b]qui tres recepti sunt in autoritatem canonicam: Prouerbia, Ecclesiastes, & Canticum canticorum. Alij uero duo, quorum unus Sapientia, alter Ecclesiasticus dicitur, propter eloquij nonnullam similitudinem ut Salomonis dicantur obtinuit consuetudo. Non autem esse ipsius non dubitant doctiores, eos tamen in autoritatem maxime occidentalis antiquitus recepit ecclesia, [c]quorum in uno qui appellatur Sapientia Salomonis, passio Christi apertissime prophetatur. Impij quippe interfectores eius commemorantur dicentes: Circũueniamus iustum, quoniã insuauis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & infamat in nos peccata disciplinę nostrę. Promittit scientiã dei se habere, & filiũ dei se nominat. Factus est nobis in traductionem cogitationũ nostrarũ. Grauis etiã nobis est ad uidendũ, quoniã dissimilis est alijs uita illius, & immutatæ uiæ eius. Tanquã nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à uijs nostris quasi ab immũdicijs. Prę fert nouissima iustorum, & gloriatur patrem se deũ habere. Videamus ergo si sermones illius ueri sint, & tentemus quæ uẽtura sunt illi, & scie mus quæ erunt nouissima illius. Si enim iustus est filius dei suscipiet illum, & liberabit eum de manu contrariorum. Contumelia & tormento interrogemus illum, ut sciamus reuerentiam illius & probemus patientiam ipsius. Morte turpissima condemnemus illum, erit enim ei respectus ex sermonibus illius. Hæc cogitauerunt & errauerũt, excęcauit enim illos malitia ipsorum. [d]In Ecclesiastico autem fides gentiũ futura prędicitur isto modo: Miserere nostri dominator deus omnium, & immitte timorem tuum super omnes gentes: extolle manum tuam super gentes alienas, & uideant potentiam tuam, ut sicut coram illis sanctificatus es in nobis, ita cora nobis magnificeris in illis, & agnoscãt te secundũ quod & nos agnouimus, quia non est deus pręter te domine. Hanc sub optãdi et precandi specie prophetiam per Iesum Christum uidemus impletam, sed aduersus contradictores nõ tanta firmitate proferuntur, quæ scripta non sunt in canone Iudæorum. In tribus uero illis, quos Salomonis esse constat, & Iudæi canonicos habent, ut ostendatur ad Christum & ecclesiam pertinere quod in eis eiusmodi reperitur, operosa disputatio necessaria est, quę nos ultra quàm oportet, si nunc adhibeatur extendit. Tamen quod in Prouerbijs legitur uiros impios dixisse: Absc̃odamus in terra uirum iustum iniuste, absorbeamus uero eum tanquam infernus uiuentem, & auferamus eius memoriam de terra, possessionem eius preciosam apprehendamus: non ita obscurum est ut de Christo & possessione eius ecclesia sine laboriosa expositione nõ possit intelligi. Tale quippe aliquid etiam dominus ipse Iesus per Euangelicã parabolam ostendit dixisse malos colonos: Hic est hæres, uenite occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Itẽq; illud in eodẽ lib. quod iam ante perstrinximus, cum ageremus de sterili quæ peperit septẽ, non nisi de Christo & ecclesia mox ut fuerit pronũciatũ consueuit intelligi ab eis, qui Christum sapientiã dei esse nouerũt. Sapiẽtia ędificauit sibi domũ, & suffulsit columnas septem, immolauit suas uictimas, miscuit in cratere uinum suum, & parauit mensam suam. Misit seruos suos conuocans cum excellenti prædicatione ad craterẽ dicens: Qui est insipiens, diuertat ad me. Et inopibus sensu dixit: Venite, manducate de panibus meis, & bibite uinũ, quod miscui uobis. Hic certe agnoscimus dei sapientiã, hoc est uerbũ patri coæternũ, in utero uirginali domũ sibi ædificasse corpus humanũ, & huic tanquã capiti membra ecclesiam subiunxisse, martyrũ uictimas immolasse, mẽsam in uino & panibus pręparasse, ubi apparet etiã sacerdotiũ secundum ordinem Melchisedech, insipiẽtes & inopes sensu uocasse, quia sicut dicit Apostolus: Infirma huius mũdi elegit deus, ut confunderet fortia. Quibus tamen infirmis quod sequitur dicit: Derelinquite insipientiam, ut uiuatis, & quærite prudentiã, ut habea-

habeatis uitam. Participem autem fieri mensæ illius, ipsum est incipere habere uitam. Nam & in alio libro, qui uocatur Ecclesiastes, ubi ait: Non est bonum homini nisi quod manducabit, & bibet: quid credibilius dicere intelligitur quàm quod ad participationem mensæ huius pertinet, quã sacerdos ipse mediator testamenti noui exhibet secundum ordinem Melchisedech de corpore & sanguine suo? Id enim sacrificium successit omnibus illis sacrificijs ueteris testamenti, quæ immolabantur in umbra futuri, propter quod etiam uocem illam in Psalmo tricesimo & nono eiusdem mediatoris per prophetiam loquentis agnoscimus: Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autẽ perfecisti mihi, quia pro illis omnibus sacrificijs & oblationibus corpus eius offertur, & participantibus ministratur. Nam istum Ecclesiasten in hac sententia manducandi & bibendi quam sæpe repetit plurimumq; commendat, non sapere carnales epulas uoluptatis, satis illud ostẽdit, ubi ait, Melius est ire in domum luctus, quàm ire in domũ potus. Et paulopost, Cor, inquit, sapientium in domo luctus, & cor insipientium in domo epularum. Sed illud magis commemorandum existimo de hoc libro, quod pertinet ad ciuitates duas, unam diaboli, alteram Christi, & earum reges diabolum & Christum, Væ tibi terra, inquit, cuius rex adolescens, & principes tui mane comedunt. Beata tu terra cuius rex tuus filius ingenuorum, & principes tui in tempore comedunt, in fortitudine & non in confusione. Adolescentem dixit diabolum, propter stultitiam, & superbiam, & temeritatem, & petulantiam, cæteraq; uitia quæ huic ætati assolent abundare: Christum autem filium ingenuorum, sanctorum Patriarcharum pertinẽtium ad liberam ciuitatẽ, ex quibus est in carne progenitus. Principes illius ciuitatis mane mãducantes, id est ante horam congruam: quia non expectant opportunam, quę uera est in futuro seculo felicitatem, festinanter beari huius seculi celebritate cupientes. Principes autẽ ciuitatis Christi tempus non fallacis beatitudinis patienter expectant. Hoc ait, in fortitudine & non in cõfusione: quia non eos fallit spes, de qua dicit Apostolus, Spes autem non cõfundit. Dicit & Psalmus: Etenim uniuersi qui te expectant nõ confundentur. Iam uero Canticũ canticorũ spiritalis quædam sanctarum est uoluptas mentium, in cõiugio illius regis & reginæ ciuitatis, quod est Christus & Ecclesia. Sed hæc uoluptas allegoricis tegminibus inuoluta est, ut desideretur ardentiùs, nudeturq; iocundius, & appareat sponsus cui dicitur in eodem Cantico, Aequitas dilexit te: & spõsa quę ibi audit, charitas in delicijs tuis. Tacite multa transimus, cura huius operis terminandi.

L. VIVES

a Hic bonis initijs malos exitus.] Imitatio Sallustij in Catilinario, sicut & id quod sequitur: Quippe secũdæ res &c. b Qui tres recepti sunt.] Nam alios permultos dicitur conscripsisse. Iosephus enim sic scribit de eo, Cõposuit libros de canticis & modulationibus quinq; mille: parabolarum atq; similitudinum fecit libros tria milia. Per unum quodq; enim arboris genus parabolã duxit, ab hyssopo usq; ad cedrũ. eodem modo de iumentis, & de reliquis terrenis, necnõ aquatilibus, & agri animalibus disputauit. Nullã nanq; naturam ignorabat, inexaminatãq; præterijt, sed de omnibus philosophatus est, & disciplinam proprietatũ eorum eminenter exposuit. præstitit autem ei deus, ut etiã contra dæmones ad utilitatem hominum, & eorum curas edisceret, & incantationes instituit, quibus ægritudines soleant mitigari, modos etiam curationum, quibus obstricti dæmones, ne denuo redeant, effugantur, instituit. Hæc Iosephus. c Quorum in uno qui appellatur Sapiẽtia.] Hic liber creditur Philonis Iudæi Alexãdrini, qui uixit temporibus Apostolorũ, quibus & amicus fuit, tanta in Græco sermone facũdia, ut de illo Græci dixerint ἢ φίλων πλατωνίζει, ἢ πλάτων φιλωνίζει, aut Philo Platonizat, aut Plato Philonizat, d In Ecclesiastico.] Hunc librũ fecit Iesus filius Sirach tempore Ptolemæi Euergetæ regis Aegypti, & Simonis principis sacerdotum. e Nisi quod manducabit.] In lib. Brugẽs, nisi q; manducabit & biber. Vulgo nos legimus hoc itaq; ut sum est mihi bonũ, ut comedat quis & bibat. Græce sic: ἰδὺ εἶδον ἐγὼ ἀγαθὸν ἢ ὃν καλὸν τὸ φαγεῖν, καὶ τὸ πιεῖν. Philo

De regibus post Salomonem siue in Iuda, siue in Israel. Cap. XXI

AETERI post Salomonẽ regis Hebræorum uix inueniũtur per aliqua ænigmata dictorũ suorũ rerúmue gestarum, quod ad Christum et Ecclesiam pertineat prophetasse, siue in Iuda, siue in Israel. Sic enim appellatæ sunt illius populi partes, ex quo propter Salomonis offensam tempore filij eius Roboam, qui patri successit in regnum, deo uindicante diuisus est. Proinde tribus decem quas accepit Hieroboã seruus Salomonis, rex eis in Samaria constitutus, proprie uocabantur Israel, quamuis hoc uniuersi populi illius nomen esset. Duabus uero tribubus, Iuda scilicet & Beniamin, quæ propter Dauid ne penitus regnum stirpis eius fuisset eradicatum, remanserãt subiacentes ciuitati Hierusalem, Iudæ nomen fuit: quia ipsa erat tribus

bus unde Dauid. Beniamin uero tribus altera ad id regnum, de quibus dixi, pertinẽs erat, unde fuit Saul rex ante Dauid. Sed simul istę duę tribus ut dictum est, Iuda uocabãtur, & hoc nomine discernebantur ab Israel, quæ appellabantur proprie decẽ tribus habentes suum regem. Nam tribus Leui quoniã sacerdotalis fuit, dei non regum seruitio mancipata, tertiadecima numerabatur. Ioseph quippe unus ex duodecim filijs Israel, non unam sicut cæteri singulas, sed duas tribus fecit, Effrem & Manassen. Verumtamen etiam tribus Leui ad regnum Hierosolymitanum pertinebat magis, ubi erat dei templum cui seruiebant. Diuiso igitur populo, primus regnauit in Hierusalem Roboam rex Iuda filius Salomõis, & in Samaria Hieroboam rex Israel seruus Salomonis. Et cũ uoluisset Roboam tanquam tyrannidem diuisæ illius partis bello persequi, prohibitus est populus pugnare cũ fratribus suis, dicente deo per Prophetam, se hoc fecisse. Vnde apparuit nullũ in ea re, uel regis Israel uel populi fuisse peccatũ, sed uoluntatem dei uindicantis impletam fuisse. Qua cognita, pars utraq; inter se pacata conquieuit, nõ enim religiõis, sed regni fuerat facta diuisio.

De Hieroboam, qui impietate idololatriæ subditũ sibi populum prophanauit, in quo tamen non destitit deus & prophetias inspirare & multos ab idololatriæ crimine custodire. XXII

VERVM rex Israel Hieroboã mente peruersa non credens deo, quem uerace promisso sibi regno datoq; probauerat, timuit ne ueniendo ad templum dei, quod erat in Hierusalem, quo secundum diuinam legem sacrificandi causa uniuersæ illi genti ueniendũ fuit, seduceretur ab eo populus, & stirpi Dauid tanquã regio semini redderetur, instituit idololatriam in regno suo, & populum dei secum simulachrorũ cultu obstrictũ nefanda impietate decepit. nec tamẽ omnino cessauit deus, non solum illum regem, uerum etiam successores eius, & impietatis imitatores popũlũq; ipsum arguere per Prophetas. Nam ibi extiterunt & magni illi insignesq; prophetæ, qui etiam mirabilia multa fecerunt, Helias, & Helisæus discipulus eius. Etiam ibi dicenti Heliæ: Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam: Responsum est illic esse septem milia uirorum, qui non curuauerunt genua ante Baal.

De uario utriusq; regni Hebræorum statu donec ambo populi in captiuitatem diuerso tẽpore ducerẽtur, reuocato postea Iuda in regnũ suum, quod nouissime in Romanorum transiit potestatem. Caput XXIII

TEMQVE in regno Iuda pertinẽte ad Hierusalem etiã succedẽtium regum temporibus non defuerunt prophetę: sicut deo placebat eos mittere uel ad prænũciandum quod opus erat, uel ad corripienda peccata præcipiendamq; iustitiam. Nam & illic, etsi longe minus q; in Israel, tamen extiterũt reges qui suis impietatibus deum grauiter offenderent, & moderatis flagellis cum populo simul plecterentur. Piorũ sanè regum merita ibi nõ parua laudãtur. In Israel autem reges alios magis, aliosminus, omnes tamẽ reprobos legimus. Vtraq; igitur pars sicut iubebat diuina prouidentia, uel sinebat, uarijs & erigebatur prosperitatibus, & aduersitatibus premebatur: & sic affligebatur, nõ solum externis, uerum etiam inter se ciuilibus bellis, ut certis existentibus causis, misericordia dei, uel ira patesceret: donec eius indignatione crescente, uniuersa gẽs illa à Chaldęis debellantibus, non solũ sub uertertur in sedibus suis, sed etiam ex maxima sui parte transferretur in terram Assyriorum, prius illa pars quę uocabatur Israel in tribubus decem: postea uero etiã Iuda euersa Hierusalẽ, & templo illo nobilissimo: in quibus terris per annos septuaginta captiuũ egit ociũ. post quos inde dimissa, templũ quod euersum fuerat instaurauit: & quãuis plurimi eius in alienigenarum degerent terris, non habuit tamẽ deinceps duas regni partes, & duos diuersos in singulis partibus reges, sed in Hierusalem princeps eorum unus erat: atq; ad dei templum, quod ibi erat, omnes undiq;, ubicũq; essent, et undecũq; possent, per certa tempora ueniebant. Sed nec tũc eis hostes ex alijs gẽtibus expugnatoresq; defuerunt. Nam etiam Romanorum iam tributarios eos Christus inuenit.

L. VIVES

a NAm etiam Romanorum iam tributarios.] Expugnauit Iudæos primum Gn. Pompeius magnus, eosq; fecit Romanis stipendiarios, Cice-

rone & Antonio Coss. Deinceps per præsides Syriæ & procuratores Iudææ, quos Romani mittebant, res illorum sunt administratæ. Stipendium Romanis pepẽdisse, quum ex Gentilium historijs, tum ex multis sacri Euangelij locis ostenditur: hinc illa interrogatio: Licet ne tributum dari Cæsari?

De prophetis, qui uel apud Iudæos postremi fuerunt, uel quos circa tempus natiuitatis Christi Euãgelica prodit historia. Cap. XXIIII

TOTO autem illo tẽpore, ex quo recesserunt de Babylonia, post Malachiam, Aggæum, & Zachariã, qui tunc prophetauerunt, & Esdram: non habuerunt prophetas, usq; ad Saluatoris aduentum: nisi alium Zachariam patrem Ioannis, & Helizabet eius uxorem, Christi natiuitate iam proxima, & eo iam nato, Simeonem senem, & Annam uiduam, iamq; grãdæuam, & ipsum Ioannem nouissimum: qui iuuenis, iam iuuenem Christum, non quidem futurum prædixit, [a]sed tamen incognitum prophetica cognitione monstrauit: propter quod ipse dominus

A ait: Lex & prophetæ usq; ad Ioãnem. Sed istorum quinq; prophetatio ex Euãgelio nobis nota est: ubi et ipsa uirgo mater domini ante Ioannem prophetasse inuenitur. Sed hanc istorum prophetiam Iudæi reprobi non accipiunt: acceperunt autem, qui ex eis innumerabiles Euangelio crediderunt. Tũc enim uere Israel diuisus est in duo: diuisione illa, quæ per Samuelẽ prophetam Sauli regi est immutabilis prænunciata. Malachiam uero, Aggæum, Zachariam, & Esdram, etiam Iudæi reprobi, in autoritatem canonicam receptos nouissimos habent. Sunt enim & scripta eorum, sicut aliorum, qui in ma-
B gna multitudine prophetarũ: perpauci ea scripserunt, quæ autoritatem canonis obtinerent, De quorum prædictis, quæ ad Christum, ecclesiamq; eius pertinent, nonnulla mihi in hoc opere uideo esse ponenda: quod commodius fiet adiuuante domino, sequenti libro: ne hũc tam prolixum ulterius oneremus.

L. VIVES

a SEd tamen incognitum.] Venisse sciebat, sed nondum uiderat, nondum de facie nouerat, columbæ specie illi declaratus est, & attestatione patris.

ELENCHVS CAPITVM
IN DIVI AVRELII AVGVSTINI DE CIVITATE DEI LIBRVM XVIII

1 De his, quæ usq; ad tempora Saluatoris decem & septem uoluminibus disputata sunt.
2 De terrenæ ciuitatis regibus, atq; temporibus: quibus ab exortu Abrahæ sanctorum tempora supputata, conueniunt.
3 Quibus regnantibus apud Assyrios, atq; Sicyonios, Abrahæ centenario Isaac de promissione sit natus: uel ipsi Isaac sexagenario Esau & Iacob gemini, de Rebecca sint æditi.
4 De temporibus Iacob, & filij eius Ioseph.
5 De Api rege Argiuorum, quem Aegyptij Serapin nominatum diuino honore coluerunt.
6 Quo regnante apud Argiuos, quóue apud Assyrios Iacob in Aegypto mortuus sit.
7 Quorum regum tempore Ioseph in Aegypto defunctus sit.
8 Quorum regum ætate Moyses natus sit, & quorũ deũm ijsdem temporibus sit orta religio.
9 Quando Athenienſium ciuitas sit condita, & quam causam nominis eius Varro perhibeat.
10 Quid Varro tradat de nuncupatione Areopagi, & de diluuio Deucalionis.
11 Quo tempore Moyses populum dei de Aegypto eduxerit, & Iesus Naue qui eidẽ successit, quorum regum ætate sit mortuus.
12 De sacris falsorum deorum, quæ reges Græciæ illis temporibus instituerunt, quæ ab exitu Israel de Aegypto usq; ad obitum Iesu Naue dinumerantur.
13 Qualium fabularum figmẽta exorta sint eo tempore quo Hebræis iudices præesse cœperũt.
14 De theologis poetis.
15 De occasu regni Argiuorum; quo tempore apud Laurentes Picus Saturni filius regnum patris primus accepit.

16 De Diomede post Troiæ excidiũ in deos relato, cuius socij traditi sũt in uolucres esse cõuersi.
17 De incredibilibus hominum commutationibus quid Varro crediderit.
18 Quid credendũ sit de transformationibus, quæ arte dæmonum hominibus uidẽtur accidere.
19 Quod eo tempore Aeneas in Italiam uenerit, quo Lapidoth iudex præsidebat Hebræis.
20 De successione ordinis regni apud Israelitas post iudices.
21 De regibus Latij, quorum primus Aeneas & duodecimus Auentinus dij facti sunt
22 Quod eo tempore Roma sit condita quo regnum Assyriorũ intercidit, quo Ezechias regnauit in Iudæa.
23 De Sibylla Erythrea, quæ inter alias Sibyllas cognoscitur de Christo euidẽtia multa cecinisse
24 Quod regnante Romulo septem sapientes claruerint, quo tempore decem tribus quæ Israel dicebantur, in captiuitatem à Chaldæis ductæ sunt, idemq; Romulus mortuus diuino honore donatus est.
25 Qui philosophi enituerint regnante apud Romanos Tarquinio Prisco, apud Hebræos Sedechia, cum Hierusalem capta est templumq; subuersum.
26 Quod eo tempore quo impletis septuaginta annis, Iudæorum est resoluta captiuitas, Romani quoq; à dominatu sunt regio liberati.
27 De temporibus prophetarum, quorũ oracula habentur in libris, quiq; tũc de uocatione gentium multa cecinerunt, quando Romanorum regnum cœpit, Assyriorumq; defecit.
28 De his quæ ad Euangelium Christi pertinent quid Osee & Amos prophetauerint.
29 Quæ ab Esaia de Christo & ecclesia sint prædicta.
30 Quæ Michæas & Ionas & Iohel nouo testamento congruentia prophetauerint.
31 Quæ in Abdia in Naum & Abacuc de salute mundi in Christo prænunciata reperiantur.
32 De prophetia quæ in oratione Abacuc & cantico continetur.
33 De Christo & uocatiõe gentiũ, quę Hieremias et Sophonias prophetico spiritu sint prefati.
34 De prophetia Danielis & Ezechielis, quæ in Christum, ecclesiamq; concordat.
35 De trium prophetarum uaticinio, id est Aggei, Zachariæ, & Malachiæ.
36 De Esdra, & Machabæorum libris.
37 Quod prophetica autoritas omni origine Gentilis philosophiæ inueniatur antiquior.
38 Quod quædam sanctorum scripta ecclesiasticus canon propter nimiam nõ receperit uetustatem, ne per occasionem eorum falsa ueris insererentur.
39 De Hebraicis literis, quæ nunquam in suæ linguæ proprietate non fuerunt.
40 De Aegyptiorum mendacissima uanitate, quæ antiquitati scientiæ suæ centum milia adscribit annorum.
41 De philosophicarum opinionum dissensionibus, & canonicarum apud ecclesiam concordia scripturarum.
42 Qua dispensatione prouidentiæ dei, scripturæ sacræ ueteris testamẽti ex Hebręo in Græcum eloquium translatæ sint, ut uniuersis gentibus innotescerent.
43 De autoritate Septuaginta interpretum: quæ saluo honore Hebraicæ linguæ, omnibus sit interpretibus præferenda.
44 Quid intelligendum sit de Niniuitarum excidio, cuius denunciatio in Hebræo quadraginta dierum spatio tenditur: in Septuaginta autem triduj breuitate concluditur.
45 Quod post instaurationem templi, prophetas Iudæi habere destiterint: & exinde usq; ad natiuitatem Christi continuis aduersitatibus sint afflicti, ut probaretur alterius templi ædificationem propheticis uocibus fuisse promissam.
46 De ortu Saluatoris nostri, secundum quod uerbum caro factum est: & de dispersione Iudęorum per omnes gentes, sicut fuerat prophetatum.
47 An ante tempora Christi, aliqui fuerint extra Israeliticum genus, qui ad cœlestis ciuitatis consortium pertinerent.
48 Prophetiam Aggei, qua dixit maiorem futuram gloriam domus dei, quàm primum fuisset,

non in reædificatione templi,ſed in eccleſia Chriſti eſſe completam.
49 De incerta multiplicatione eccleſiæ, qua in hoc ſeculo multi reprobi miſcentur electis.
50 De prædicatione Euangelij: quæ per paſsiones prædicantiũ clarior & potentior facta eſt.
51 Quod etiam per hæreticorum diſſenſiones fides catholica roboretur.
52 An credendum ſit quod quidam putant:impletis decem perſecutionibus,quæ fuerunt, nullam ſupereſſe præter undecimam,quæ in ipſo Antichriſti tempore ſit futura.
53 De tempore nouiſsimæ perſecutionis occulto.
54 De ſtultiſsimo mendacio Paganorum,quo Chriſtianam religionem non ultra trecentorum ſexagintaquinq; annorum manſuram ſpatium eſſe finxerunt.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
EPISCOPI AD MARCELLINVM
DE CIVITATE DEI LIBER XVIII

991

De his,quæ uſq; ad tempora Saluatoris decem & ſeptem uoluminibus diſputata ſunt. Caput I

E ciuitatum duarũ,quarũ dei una, ſeculi huius eſt altera,in qua nũc eſt, quantum ad hominum genus pertinet, etiã iſta peregrina,exortu,et procurſu,& debitis finibus, me ſcripturum eſſe promiſi:cum prius inimicos ciuitatis dei,qui conditori eius Chriſto deos ſuos præferunt, & liuore ſibi pernicioſiſsimo atrociter inuident Chriſtianis,quantum me adiuuaret eius gratia refelliſſem,quod uoluminibus decẽ prioribus feci. De hac uero mea,quam modo commemorauí, tripertita promiſsione, decimum ſequentibus quatuor libris ambarum eſt digeſtus exortus. Deinde procurſus ab homine primo uſq; ad diluuium libro uno,qui eſt huius operis quintus decimus: atq; inde uſq; ad Abrahã,rurſus ambæ ſicut in temporibus,ita & in noſtris literis cucurrerũt.Sed à patre Abraham uſq; ad regum tempus Iſraelitarum,ubi xvi.uolumen abſoluimus,& inde uſq; ad ipſius in carne Saluatoris aduentum,quouſq; decimuſeptimus liber tenditur,ſola uidetur in medio ſtilo cucurriſſe dei ciuitas,cum in hoc ſeculo non ſola cucurrerit, ſed ambæ utiq; in genere humano,ſicut ab initio ſimul ſuo procurſu tempora uariauerint. Verũ hoc ideo feci,ut prius ex quo apertiores dei promiſsiones eſſe cœperũt uſq; ad eius ex uirgine natiuitatem,in quo fuerant,quæ primo promittebantur implenda,ſine interpolatione à cõtrario alterius ciuitatis iſta,quæ dei eſt,procurrens diſtinctius appareret,quamuis uſq; ad reuelationẽ teſtamenti noui,non in lumine,ſed in umbra cucurrerit. Nunc ergo quod intermiſeram, uideo eſſe faciendum,ut ex Abrahæ temporibus,quomodo etiam illa cucurrerit, quantũ ſatis uidetur,attingam,ut ambæ inter ſe poſsint conſideratione legentium comparari.

992

IOANNIS LODOVICI VIVIS
Valentini Proœmium in decimum octauum librum.

VOlumine operis huius duodeuicesimo multa nobis inter tenebras ſpatia fuerunt conficiẽda, uſuſq; plerunq; ſumus manuum ductu pro oculis, nec pedem auſi figere prius q̃ ubi figendus eſſet tenebamus, quod fieri obſcuris in locis ſolet:nõ tam in una ciuitate unoq; populo manendũ,ut prius in Romano,ſed per totum terrarum orbem inter procul diſsita peregrinandum regna,& gentes cognoſcendæ iam olim ſublatæ,& regum familiæ ſtemmataq; procul ab hominum memoria ex altiſsimis tenebris eruenda, ac uelut ex nocte Cerberus in diem,& in hãc ſolis lucisq; faciem extrahendus:attingendum uetuſtiſs. Aſſyriæ imperiũ: at huiusuix uel meminiſſe dignati ſunt rerum Græcarũ ſcriptores. Repetenda Sicyonia quæ etiam ferè ignorari uoluerũt ipſi, qui geſſerant, cum ne patrum quidem nomina ſepulchris adſcriberent,ut locupletiſsimus autor eſt Pauſanias in gentibus:iam Argiua tractãda, quæ quoniam antiquiſsima ſunt, Græcorum opinione,ideo fabulis inuoluta uenerunt ad poſteros:his addenda Attica, quibus nobilitandis cum maxima Atticorum ingenia,ſicut par erat,non defuerint,ueritas tanta ui eloquentiæ conueſtita nõ tam ornatur, q̃ laborat,nec tam ſe profert, q̃ multis amicta tegumẽtis latet.neq; his contentus Auguſtinus,etiã fabulas ceu duriſsimas nuces, iuglandes,aut amygdalas,aut etiam pineas ſpargit, in quibus frangendis non parũ ſit negocij, quo nucleum geſtæ

geſtæ rei altiſsimo cortice cõtectum eruamus. Tum Latina accedunt cõmentis & diſsidijs ſcribentium incertiſsima facta. Veniẽ hinc ad Romana,& Græciæ ſapientes non prætermittuntur,de quibus nihil iuuat queri, ne quis me parũ merito facere id iudicet. Interfuſa ſunt Hebraica uelut corpore toto uenæ,ut curſus duarum ciuitatum dei & mundi apertius explicetur. Si quis adeo multas uariasq; gentes ac regiones luſtrãs etiam ſubinde à peritis de uia percontando tamen ab ea interdum aberraſſet,quis huic non putaret ignoſcendũ, aut proprerea minus induſtrie peregrinationem conſectam arbitraretur? nemo mea ſententia. Quod ſi ita eſt, quanto æquius erit mihi ueniã dari,ſi quãdo forte aut caſu quo piã,aut ignorãtia in auiũ aliquod cõceſsi,aut uillas aliquas & pagos ignobiles hominesq; obſcuros præterij nec ſalutatos, nec uiſos, profectus per loca ut plurimũ deſerta,nullis ſubnotata ſignis,inuẽtis per q̃ raris è quibus quærerem,aut quibus ducibus uterer. Antiquitates M. Varronis perierunt,& uita po. Ro. In Aſſyria tantum ab Euſebio ſum edoctus præter pauca admodũ ex Diod. Siculo,& ſi quis eſt alius,ſuppeditata. Erat quidẽ ad manum libellus, quem Beroſi nomine uendunt bibliopolæ: erant alia quædam Ioannis Annij, quæ nõ dubito quin admirãda fuiſſent uiſa,ſi attuliſſem,nẽpe portentoſa,& uel ſolo auditu horrenda,ſed ab illis prorſum abſtinui,ne de fece,quod aiunt,uiderer haurire, hoc eſt è libellis friuolis,& incertorũ autorũ,quos ad ſtupefaciẽdos imperitos lectores Græcia luſit ocioſa:nõ quod ſi Beroſi ſcijſſem eſſe,nõ eſſem per quàm libenter uſus, ſed quod mihi fœturam ſubolebant Græci hominis, ut etiam Xenophontis æquiuoca,& alia multa,quæ illorũ non ſunt, quorum titulos præ ſe oſtentant: quod ſi quis illis delectatur,non procul ſunt petenda,amet, & fruaẽ ſine me duntaxat riuale. Per Sicyoniam duxerunt nos Euſeb. & Pauſanias contenti nuda regum nomina percenſuiſſe,interdum paucis de nonnullis eorum additis uerbis, quæ nos lectori non inuidimus. In Iudæa nõ uideo qui alij aſciſcẽdi fuerint duces q̃ certiſsimi illi & fidiſsimi prophetæ, qui ſacras conſcripſere literas, & tamen explicuimus interdum,quid prophani ſcriptores de illis ipſis rebus indicarent,ſi modo alia oſtendebãt, q̃ ſancti uiri,nam ubi inter ſe congruebant ſatis fuit ſanctorum ſententias declaraſſe. Ea cauſa multa Cornelij Alexandri Mileſij Polyhiſtoris de Hebræo populo taciuimus, qui ut aliarum gentium permultarũ,ita & Hebræorum res geſtas ex Lxx. interpretatiõe perſecutus eſt. In Atticis, Argiuis, fabuloſis, Latinis, Romanisq; plena manu, quæ ex uarijs collegimus impartiti lectori ſumus, complura ſunt curioſioribus iſtarũ rerum à nobis data: qui uero eiuſmodi parum oblectatur,habet etiam alia forſitan ſui guſtus,niſi tam moroſus ſit,& arrogans, ut uelit me publicum ſcriptorem ſibi uni & laborare & ſatisfacere:cætera lector ex ipſis commentarijs cognoſcet.

De terrenæ ciuitatis regibus atq; temporibus: quibus ab exortu Abrahæ ſanctorum tempora ſupputata conueniunt. Caput II

SOCIETAS igitur uſq; quaq; mortalium diffuſa per terras & in locorum quantislibet diuerſitatibus, unius tamen eiuſdemq; naturæ quadam cõmunione deuincta, utilitates & cupiditates ſuas quibuſq; ſectãtibus,dum id,quod appetitur,aut nemini, aut non omnibus ſufficit: quia nõ eſt idipſum aduerſum ſeipſam plerũq; diuiditur: & pars partẽ quę pręualet,opprimit. Victrici enim uicta ſuccumbit:dominationi ſcilicet,uel etiã libertati,qualemcunq; pacem præferens,ac ſalutẽ: ita ut magnæ fuerint admirationi,qui perire, q̃ ſeruire,maluerũt. Nam in omnibus ferè gentibus quodammodo uox naturæ iſta perſonuit,ut ſubiugari uictoribus malent,quibus contigit uinci, q̃ bellica omnifaria uaſtatione deleri. Hinc factũ eſt,ut non ſine dei prouidentia,in cuius poteſtate eſt,ut quiſq; bello,aut ſubiugetur,aut ſubiuget, quidam eſſent regnis prædíti,quidam regnãtibus ſubditi: ſed inter plurima regna terrarũ,in quæ terrenæ utilitatis,uel cupiditatis,eſt diuiſa ſocietas: quã ciuitatem mundi huius uniuerſali uocabulo nuncupamus,duo regna cernimus longe cæteris prouenieſſe clariora: Aſſyriorum primũ, deinde Romanorũ,ut temporibus,ita locis inter ſe ordinata,atq; diſtincta. Nam quo modo illud prius, hoc poſterius,eo modo illud in Oriente,hoc in Occidente ſurrexit. Denicq; in illius fine huius initium confeſtim fuit. Regna cætera,ceteroſq; reges,uelut appẽdices iſtorum dixerim. Ninus ergo iam ſecundus rex erat Aſſyriorum, qui patri ſuo Belo ſucceſſerat, regni illius primo regi, quando in terra Chaldæorum[b] natus eſt Abraham. Erat etiam tẽpore illo regnũ Sicyoniorũ admodum paruũ, à quo ille undecunq; doctiſsimus Marcus Varro ſcribens de gente populi Romani,uelut antiquo tẽpore exorſus eſt. Ab his enim Sicyoniorũ regibus ad Athenienſes peruenit:à quibus ad Latinos:inde ad Romanos. Sed ante conditã Romam in comparatione regni Aſſyriorum, perexigua iſta cõmemorantur. Quamuis [c] Athenienſes in Græcia plurimum claruiſſe fateatur etiam Saluſtius Romanus hiſtoricus,plus tamẽ fama, q̃ re ipſa. Nam loquens de illis: Atheniẽſium,inquit,res geſtæ, ſicuti ego exiſtimo, ſatis amplæ, magnificæq; fuerunt:uerum aliquanto minores tamen, q̃ fama ferũtur. Sed quia prouenere ibi ſcriptorum magna ingenia,per terrarum orbem Athenienſium facta pro maximis celebrãtur. Ita eorum, qui fecere,uirtus tanta habetur, quantum eam uerbis potuere extollere præclara ingenia. Accedit huic ciuitati nõ parua etiam ex literis & philoſophis gloria:quod ibi potiſsimum talia ſtudia uiguerunt. Nam quantum attinet ad impe-

rium, nullum maius primis temporibus, quàm Assyriorum fuit: nec tam lõge lateq; diffusum. Quippe ubi Ninus rex, Beli filius, [a] uniuersam Asiam, quæ totius orbis ad numerum partiũ, tertia dicitur, ad magnitudinẽ uero dimidia reperitur, usq; ad Libyæ fines subegisse traditur. [e] Solis quippe Indis in partibus Orientis non dominabatur, [f] quos tamen eo defuncto Semiramis uxor eius est aggressa bellando. Ita factũ est, ut quicunque in illis terris populi, siue reges erant, Assyriorum regno ditioniq; parerent, & quicquid imperaretur, efficerent. Abraham igitur in eo regno apud Chaldæos, Nini tempori B bus natus est. [g] Sed quoniam res Græcę multo sunt nobis cẽ Assyriæ notiores, & per Græcos ad Latinos, ac deinde ad Romanos, qui etiam ipsi Latini sunt, temporum seriem deduxerunt qui gentem populi Romani in originis eius antiquitate rimati sunt: ob hoc debemus, ubi opus est, Assyrios memorare reges: ut appareat quẽadmodum Babylonia, quasi prima Roma cum peregrina in hoc mundo dei ciuitate procurrat. Res autem quas propter comparationem ciuitatis utriusq;, terrenæ scilicet & cœlestis, huic operi oportet inserere, magis ex Græcis & Latinis ubi ipsa Roma quasi secũda Babylonia est, debemus assumere. Quando ergo natus est Abrahã, secũdi reges erãt, apud Assyrios Ninus, [b] apud Sicyonios Europs. Primi autem, illic Belus, hic [i] Aegialeus fuerunt. Cum uero egresso Abrahã de Babylonia, promisit ei deus ex illo magnam gentem futuram, & in eius semine omnium gentium benedictionem, Assyrij quartum regem habebant, Sicyonij quintum: apud illos enim regnabat filius Nini [k] post matrem Semiramidem, [l] quæ ab illo interfecta perhibetur, ausa filium mater incestare concubitu. Hãc putant nonnulli [m] cõdidisse Babylonem, quam quidem potuit instaurare. Quando autem uel quomodo condita fuerit, in sextodecimo libro diximus. [n] Filium porrò Nini & Semiramidis, qui matri successit in regnum, [o] quidam etiam ipsum Ninum, quidam uero deriuato à patre uocabulo Ninium uocant. Sicyoniorum autẽ [p] regnum tunc tenebat Telexion. Quo regnante usq; adeo ibi mitia & læta tempora fuerunt, ut eum defunctum uelut deum colerent sacrificando & ludos celebrando, quos ei primitus instituisse ferunt.

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI IN XVIII librum De ciuitate dei, Diui Aurelij Augustini, commentarij.

I Ta ut magnæ fuerint.] Vt Numãtini, & Saguntini, & illi Opitergini Cæsariani, tum singuli Cato, Scipio, Crassus. b Natus est Abraham.] Abrahæ nõ soli sacri memi- *Abraham*
nerũt scriptores, sed ex prophanis plerique, uelut Hecatæus, qui librum de Abrahã nominatim cõscripsit, ut Eusebius in Euang. Præpar. tradit, & Alexander Polyhistor, qui Abrahamũ natum ait decima post inundationem generatione, in Camarine Babyloniæ urbe, quã alij Vrien uocãt, quod Græce χαλδάιπολιν sonat, hoc est Chaldæorum urbem, inuentorem apud illos astrologiæ, iustitia & pietate tãta, ut numini gratissimus B iussus sit ab eo in Phœnicem migrare, quam gentem rationem syderum aliascq; magnas & præstantes artes educuit, ita facillime regi illorum conciliatus est. Nicolaus Damascenus lib. historiarum iiij. Damasci Abrahamũ regnasse scribit profectum ex Chaldæa cum exercitu. Hinc in Chananæã uenisse, quæ postea Iudæa dicta est, magnãq; sui & diuturnam apud Damascenos reliquisse memoriam, uillamq; ibi ostendi, quam Abrahami domum nũcupent. sed cum fame Chananæa premeretur, in Aegyptum abijsse, congressumq; cum illis sacerdotibus, multum eis profuisse, & ad rerum cognitionem & ad pietatem, rationemq; morum & uitæ. Alexander in Heliopoli uixisse eum aliquandiu perhibet, nec professum se astrologiæ inuentorem, sed à maioribus suis iam inde ab Enoch traditam sibi per manus. Artapanus autor est Hebræos ab Abraham nominatos, qui annis xx. in Aegypto fuit, regemq; Aegyptium Phareratem astro- C rum peritiam docuit, hinc in Syriam reuersum. Melo in libris, quos aduersus Iudæos ædidit, multa de ueritate historiæ turbat. nam & tres tantum generationes ponit à diluuio ad Abraham, duasq; illum habuisse uxores, alteram Aegyptiam, alteram ciuem suam, & ex Aegyptia xij. genuisse liberos principes Arabiæ omnes, è ciue unicum Isaac, cuius xij. fuerint liberi, quorum tertius fuit Moses, ultimus Ioseph. sed in his omnibus, ut diuina, ita certissima est sacrorum uoluminum historia.

ç Athenienses in Græcia plurimum claruisse.] Athenienſium respub. diuturnior fuit cẽ maior, nam cum latissime dominati sunt, quod classibus plurimum possent, solam oram maritimam tenuerunt, eam quæ exposita est ad duo maria Pamphylium & Aegeum, usq; ad interiorem Bosporon, nec harum rerũ potiti sunt multo supra septuaginta annos, ut Lysias significat τὰ πραχθέντα.

d Vniuersam Asiam.] Aliter longe Diony. Alexander, qui Assyriorum regnum exiguam quandam obtinuisse Asiæ partem narrat. e Solis quippe Indis.] *India*
D India est ea pars mundi, quæ ab Oriente clauditur Oceano Orientali, à meridie Indico Oceano & Prasoide mari, ab Occidente Indo fluuio, ut ait Diodo. omnium post Nilum maximo, unde & regio est cognominata: à Septentrione Emode monte, qui Scythiæ adiacet, & si nonnullos populos Indoscythas nominant. Ptolemæus duplicem Indiam facit intra & extra Gangem amnem. De India scripsere plurimi: Herodotus, Diodorus, Strabo, Mela, Stephanus, Plinius, Solinus, & Ptolemæus, & qui res gestas Alexandri memoriæ mandarunt Græci Latiniq;, cuius regis armis illustrata magis est ea orbis pars, quàm ullis peregrinationibus. Nostro æuo certiora sunt facta omnia nauigationibus hominum nostrãtiũ. De India eiusq; moribus & felicitate multa Diodorus & Strabo, uterq; ex Eratosthene, & Megasthene, qui apud Sadrocotum Indiæ regem commoratus, res illas perscri-

perscripsit, f Quos tamen eo defuncto Semiramis A
uxor eius aggressa est.] Bene aggressa, bis enim cum illis conflixit, semel ad Indum fluuiũ, iterum paulo interius, prius uictrix, sed deinde uicta recedere coacta est. Diodor. lib. iij. Megasthenes apud Strabonem negat ullam unquam ab Indis missam ad exteras gentes expeditionem, nec eò penetrasse quenquam bellando præter Herculem & Liberum patrem. Non Sesostrim Aegyptium regem, non Tharconem Aethiopem, qui etiam usq; ad Europam peruenere, & Herculis columnas, quo etiam peruasit Nabogodrosorus, quem Chaldæi Herculi quoq; præferunt, nec hic Indiã uidit. Idantyrsum uero, qui etiam Aegyptum sit ingressus ad Indos nõ uenisse. Semiramim tentasse uires Indiæ, & ante quam inde egrederetur perisse. Cyrum Massagetas solum armis solicitasse Indis intactis. g Sed quoniam res Græcæ.] In regibus Sicyonijs Pausaniam & Eusebium Græcum utrũq; sequemur. Nam Varronis, aut Latini cuiusquã ea de re monumenta ad nostram ætatẽ nul- B
la peruenerunt. Nec hi ambo ferè aliud cẽ nuda nomina recensent: cuius causam fuisse existimo, q; Sicyonij quũ reges suos sepelirent, nullum erant soliti addere epigramma, præter nomẽ sepulti: ut Pausanias ipse inquit, ὡς παρὰ Σικυωνίοις, ubi de Sicyonijs tradit. Nec in Assyrijs magnopere iuuari poterimus aliquo scriptore. Latini eũ propè nihil de his narrant. Græci ferè à Nino ad Sardanapalum, hoc est, à primo ad postremum transiliunt. Sunt qui medios aliquot nominẽt tantum: nam regnũ illud peruetustum in fabulosa reijciunt tempora: sicut Dionysius scribit libro primo: nec multis rebus gestis fuit insigne. Fũdato enim per Ninum imperio, & per Semiramidẽ cõfirmato, cæteri penè reges desidiæ se luxuiq; tradiderunt, abditi in penitissima maximarum ædium, ut secluſis arbitris liberius suo more atque ingenio uiuerent, nulla spectantium ueriti iudicia: ita uel regum nomina & quanto quisq; tempore regnum tenuisset, piguit Cteſiam uetustissimum scriptorem referre. Verum in alijs regibus gentibusq; plures habebimus, tum Græcos, tũ Latinos, è quibus desumamus. h A- *Sicyonij*
pud Sicyonios Europs.] De Sicyonijs regib. hæc sunt apud Pausaniam in Corinthiacis, quæ penè ad uerbum interpretabor. Sicyonij, qui Corinthijs sunt uicini, de regione sua narrant Aegialeum indigenam primum in ea regem fuisse, & ex Peloponneso quantũ adhuc Aegialos dicitur iam inde ab illo rege uocari, ipsumq; Aegialiam urbẽ primã in illo agro incoluisse, ubi est hodie sacellum Mineruæ arcem esse: estq; Aegialia maritima regio à Sicyõe ad Elidẽ, quanq; etiã Aegialia est in Paphlagonia & alibi. Alij Aegialeam Peloponnesum uocãt primum sic dictã ab illo rege: hinc Apiam ab Api: postea Argos ab urbe insigni, postremo Peloponnesus à Pelope. Sed melior est opinio eorum qui ad littus maris stant Aegialiam. Huius filius, ut ferunt, fuit Europs: huius Telchinus. Telchini Apis, qui ad tantas opes per- D
uenit, ut antequã Pelops ad Olympiam uenisset, omnis intra Isthmum regio Apias de illius nomine sit dicta. Apios filius fuit Thelxion, Thelxionis Egyrus, huius Thurimachus, huius Leucippus. Leucippo proles masculà nulla fuit: filia uero fuit Calchinia, cui se commiscuit Neptunus, & inde natum educauit auus Leucippus, & moriens tradidit huic regnum. Puero uero homen erat Peratos. Quæ in Plemnæo Perati filio contigerunt admiratione uidentur digna. Liberi enim huic nati continuo ubi uagirent, expirabãt: quoad Ceres oleo remedium adhibuit. Nam quum in Aegialiam uenisset tanquã peregrina mulier filiũ Plẽnæo educauit Orthopolim, cui filia fuit Chrysorthe: hanc peperisse ex Apolline arbitranẽ, uocatũq; puerum Cornum, cui filij fuerunt maior Corax, minor Lamedon. Corace sine liberis decedente eodem tẽpore Epopeus ex Thessalia profectus, obtinuit imperium. Hoc imperante bellicum exercitum ajunt aduersum se primum ingressum: nam antea semper in pace egerant. Hæc Pausanias. Europs uero quadragintaquinq; imperauit annis, anno regni eius xxij. natus est Abraham. i Aegialeus.] Hunc Græcorum quidam filium dicũt Inachi fluuij Argiui & Meliæ filiæ Oceani. k Post matrem Semiramidẽ.] De *Semiramis*
hac multa Dio. li. iij. filiã fuisse ait Dercetonis nymphæ, patre incerto, quæ in lacũ Ascaloni urbi proximũ præcipitem se dedit, quòd uirginitatem amisisset: fœtumq; fœminã Semiramidem inter saxa relictam infantẽ à feris alitibusq; enutritam, matrẽ ipsam pro dea habitam, cultamq; capite tantum humano reliquo corpore piscis forma: nec gustãt Syrij ex piscibus lacus illius ceu deæ sacris. Semiramidem in potestatem uenisse Simmæ regij pastoris, adolescẽq; in maximam pulchritudinẽ, ac denup̃ fuisse satrapæ Memnoni, tum in notitiam & gratiã Nini regis uenisse dato consilio, quo Bactræ, quæ tunc à rege obsidebãtur capi possent. Ita Nino Semiramis conũcta est & formã & ingenium mulieris admirato. Ex his natus est Ninus minor. Semiramis post mariti mortẽ regnum Asiæ cepit, filio puero adhuc, rexitq; annos duos & quadraginta. Sunt qui tradant à marito relictum ei regnum: alij, ut Athenienses, & hos secutus Dion, quum petijsset à marito, ut quinq; tantum dies regni ius sibi concederet, idq; impetrasset, in regno illo iussisse maritum occidi: uel, ut alij narrãt, perpetuæ custodiæ tradi.

l Quæ ab illo interfecta.] Ferunt hanc concubitus uirorum multum appetisse, solitamq; occidere cũ quo rem habuisset: tẽtasse filiũ, & ab eo esse interfectã: siue quòd idem timeret ipse fatum, quod alijs, qui rem cum matre habuerant, contigerat: siue rem fœdam tetramq; abominatus. Chaldæi hanc non obijsse mortẽ arbitrantur, sed uiuam ad superos migrasse. m Condidisse *Babylon*
Babylonem.] Babylon regio est in Assyria Chaldæa, & in ea urbs cõdita, eodem nomine à Semiramide: ut Diodorus, Strabo, Iustinus, & ferè ueteres omnes Græci Latinique existimarunt. Iosephus uero, Eusebius, Marcellinus, & cæteri Christiani Iudæique ueritatem sacrarũ literarum secuti à nepotibus Noe conditam asserũt, instauratam uero & circũdatam muris à Semiramide, qui inter miracula mũdi numerantur. Id Ouidius significat, dicens: Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem. Quo uersiculo Hieronymus in Osee ad id confirmandum utitur. Sunt qui à Belo Semiramis socero conditam existiment. Alij ab hoc urbi captũ designatũq; locũ & fundamẽta iacta. Quod ex monumentis Aegyptiorũ Diodorus tradit. Alexander primũ Belum, quẽ Græci Διόσ dicunt, regnasse in Babylone scribit: cuius filij fuerunt secundus Belus, & Chanaan. extructionem urbis ex Eupolemi sententia in eos refert, qui diluuio superfuerunt: ut est apud Euseb. lib. viij. præpara. Euang. In x. uero Abydeni recensetur opinionẽ, qui inquit de Chaldæa regione loquẽs, omnia loca aquis fuisse contecta dicuntur. Belus autẽ regionẽ siccasse perhibetur, & Babyloniã condidisse, quæ mœnia aquarum alluuione deleta Nabocodrosorus restituit, quæ remanebãt ad Macedonium tẽpora. Tum opera & munitiones huius regis enumerat, quæ nihil attinet huc afferre. Augustinus autorẽ Babylonis facit Nerot, ut dixit ante. De hac Plinius ad hunc scribit modum lib. vi. Babylon Chaldaicatũ gentium caput diu summã claritatẽ obtinuit in toto orbe, propter quam reliqua pars Mesopotamiæ Assyriæ Babylonia appellata est Lx. passuum amplexa muris ducenos pedes altis, quinquagenos latis: in singulos pedes ternis digitis mensura ampliore cẽ nostra, interfluo Euphrate, mirabili opere utroq;. Est & altera Babylon ad Nilum in Aegypto posita ab his, quos ex Babylone Sesostris rex Aegyptius in Aegyptum transtulerat, ut eis pro seruis ad uesanas illas extructiones uterer

retur. n Filium porrò Nini.] Hunc mater in umbra semper & inter ancillas curarat educandum: ideo pacatis undiq; circa populis quietē egit rarus in publico, à quo mos manauit in cæteros reges, ut à paucissimis sinerent se conueniri nisi per interpretem, statutis qui regnum per partes administrarēt præfectis. Diodorus & Iustinus. o Quidam etiam ipsum Ninum.] Hunc alij Zamein, alij Ninum dixerunt, ut Iustinus & Eusebius: alij Niniū. p Regnū tunc tenebat Telexion.] Apud Eusebium Latinum est Selchim, quem regnasse ait annis xx. in ueteribus Augustini libris in alijs est Telxio, in alijs Thelasio. non dubium quin legendum sit, ut est apud Pausaniam, τελξίων, Telexion.

Quibus regnantibus apud Assyrios atq; Sicyonios Abrahæ centenario Isaac de promissione sit natus: uel ipsi Esau & Iacob gemini, de Rebecca sint æditi. Caput III

VIVS temporibus etiam Isaac ex promissione dei natus est centenario patri filius Abrahæ de Sara coniuge, quæ sterilis, & anus iam spem prolis amiserat.[a] Tunc & Assyrijs quintus erat rex Aralius. Ipsi uero Isaac sexagenario nati sūt filij gemini,[b] Esau & Iacob, quos ei Rebecca uxor peperit, auo eorum Abraham adhuc uiuēte, & centū sexaginta ætatis annos agente. Qui expletis centum septuagintaquinq; annis, defunctus est: regnantibus apud Assyrios [c] Xerxe illo antiquiore, qui etiam Balæus uocabatur: & apud Sicyonios [d] Thuriacho, quem quidam Thurimachum scribunt, septimis regibus. Regnum autem Argiuorum simul cum Abrahæ nepotibus ortum est, ubi primus regnauit Inachus. Sanè quod prætereundū non fuit, etiam apud sepulchrum septimi sui regis Thurimachi sacrificare Sicyonios solere Varro refert. Regnantibus porrò octauis regibus [e] Armamitre Assyriorum, Leucippo Sicyoniorū, & [ff] primo Argiuorū Inacho, deus locutus est ad Isaac, atq; ipsi quoq; eadem quæ patri eius duo illa promisit, semini scilicet eius terrā Chanaan: & in eius semine benedictionem cunctarum gentium: hęc ipsa promissa sunt etiam filio eius nepoti Abrahæ, qui est appellatus primo Iacob post Israel: cum iam Belocus rex nonus Assyrijs, & Phoroneus Inachi filius secūdus regnaret Argiuis, Leucippo adhuc apud Sicyonios permanente. His temporibus Græcia sub Phoroneo Argolico rege legum & iudiciorum quibusdam clarior facta est institutis. Phegous tamen frater huius Phoronei iunior, cum esset mortuus, ad eius sepulchrum templum est constitutū, in quo coleretur ut deus: & ei boues immolarentur. credo honore tanto ideo dignū putarunt: quia in regni sui parte, pater quippe loca ambobus distribuerat, in quibus eo uiuente regnarēt, iste sacella cōstituerat ad colēdos deos: & docuerat obseruari tempora per menses atq; annos, quid eorum quatenus metirentur, atq; numerarent. Hæc in eo noua mirantes rudes adhuc homines, morte obita deum esse factū, siue opinati sunt, siue uoluerunt.[f] Nam & Io filia Inachi fuisse perhibetur,[g] quæ postea Isis appellata, ut magna dea culta est in Aegypto: quāuis alij scribant[h] eam ex Aethiopia in Aegyptū uenisse reginam: & quod late iusteq; imperauerit, eisq; multa commoda & literas instituerit, hunc honorem illi habitum esse diuinū postea quàm ibi mortua est: & tantum honorem ut capitali crimine reus fieret, si quis eam fuisse hominem diceret.

L. VIVES

TVnc & Assyrijs quintus.] In ueteribus est, Argius: apud Eusebium Analius, qui regnauit annos xl. filius Arii superioris regis. Nā ut Velleius ait, in regibus Assyriis semper filius successit patri. b Esau & Iacob.] Iacob meminerūt gentiles autores, Theodotus elegantissimo carmine, quo gentis Hebrææ gesta laudesq; complexus est. Tum Artapanus, & Philo non Iudæus ille sed alter quidam, præter Alexandrum Milesium, qui sacras literas secutus est, ut dixi. c Xerxe illo antiquiore.] Hic filius fuit Aralii, imperauit annos xxx. Fuerunt & alii duo Xerxes, sed reges Persarū: prior Darii Histaspis filius, qui bellum incredendis copiis intulit Græciæ. Posterior paucorum mensium rex qui Artaxerxi Longimano successit. Herodotus Erato, Xerxem nihil aliud esse lingua illa dicit, q̄ bellatorem, Artaxerxem uero magnū debellatorem. In libello qui titulo Berosi circumfertur, sic scribitur: Octauus rex Babyloniæ fuit Baleus cognomēto Xerxes, & regnauit annos xxx. hunc appellauerunt Xerxem, id est uictorē, & triumphatorem: quod imperauit duplo plus gentibus, q̄ Aralius. Erat enim militia ferox, & fortunatus: & propagauit regnum usq; prope Indos. Sic ille, quisquis est. Xerxem Assyriæ regem Balanæum cognominat Eusebius. Græcis βαλανεῖον est balneū, & βαλανεὺς balnearius. d Thuriacho, quem quidam Thurimachum.] Apud Eusebium Tiramachus. & sic est in antiquo codice Brugensi, nil dubium quin mendose, ut alia permulta. Pausanias Θελξίονος δὲ Αἴγυρος, τοῦ δὲ Θουρίμαχος, Thelexionis filius fuit Aegyrus, huius uero Thurimachus. cuius regni anno septimo nati sunt gemini Isaaco. e Armamitre.] Annis xxxviii. Leucippus Thurimachi filius xlv. is quē modo citaui, Armabitrē, non Armamitrē hūc nominat. ff Primo Argiuorū Inacho.] In Peloponneso *Inachus* à primōtorio Syllaceo ad Maleam sinus Argolicus ad Myrtoum mare. Ibi est Argolis, quæ Argos & Mycenas urbes, Inachum & Erasinum amnes, tum etiam Laconiæ partem continet. Hic primus regnauit Inachus, qui nomen dedit amni, qui à Lyriceo defluit monte. Alii Argis Thessalicis regnasse & hunc & Phoroneum putant, falsi similitudinibus nominum. Nam in Thessalia Argi sunt dicti Pelasgici ab Homero: & Pelasgi etiam

etiam in Peloponneso ponuntur, & utrobiq; Achæi & Achiui. tum Strabo Pelopem cum Phthiotis, qui sunt in Thessalia, uenisse in Apiam scribit, quæ de nomine eius postea Peloponnesus est dicta: & Pelasgi qui in Italiā uenere, sedesq; primum habuerūt, alij ad Padi ostia, alij in Vmbria Thessali narrantur fuisse. Verum Pelasgus *Pelasgus* Niobes Phoronei filiæ, & Iouis filius fuit, à quo Achæi, & qui deinde Peloponnesiaci ex Peloponneso in eā quæ tunc Aemonia, postea Thessalia dicta est frequentes migrarunt, ducesq; multitudinis fuere, ut Diony. Halicarnasseus scribit, Achæus, Phthius & Pelasgus, Larissæ & Neptuni filij, profectiq; in Aemoniā expulsis barbaris ipsi ea tenuerūt loca, regione in tres partes ducibus diuisa, quas de nominibus eorum nominarunt, Phthiā, Achaiam, Pelasgiam: tametsi magis credo cognominationibus antiquæ patriæ illos esse usos ad desideriū leniendum: ut quemadmodum Achaiam, Pelasgiam, & Phthiam & Larissam arcem Argiuam reliquissent, ita ibi recuperarēt, tum etiam ad famam gentis propagandam. Quinq; post ætatibus hi Pelasgi à Locrensibus & Aetolis, qui tum Curetes erant, & Leleges, duce Deucaliōe Promethei filio pulsi sunt in insulas maris Aegæi, & proximam continentem. qui Epiro appulerunt, non multo post traiecerunt in Italiam. Homerus in catalogo nauium satis ostendit fuisse nomina illarum urbium & regionum cōfusa. Sed de his tantum. Argiuorum res Dionysius in libris chronicis antiquissimas Græciæ totius fuisse tradit: cui Apion & alij pleriq; suffragantur, adeo ut etiam post Inachum nempe Phoroneo regnante dicant Aegialeum fuisse autorem regni Sicyonij. Porrò Inachū ipsum fabulantur prisci, ut scribit Pausanias non hominem, sed amnem fuisse Oceano genitum, patrem Phoronei, & ut alij tradūt Aegialei. Phoroneus uero inter Iunonem & Neptunum de possessione illius terræ iudex adhibitus, cum Cephiso Asterione ac Inacho pro Iunone pronunciauit, unde Iuno Argiua dicitur, & charos illi esse Argos, templumq; eius uetustissimum religiōe inter Argos & Mycenas. Phoroneum iudicem *Phoroneus* faciunt, quod is iudicia legesq; illis populis constituit. Nec desunt qui putent forum de eius nomine esse dictum: quod q̄ uerum sit, uiderint ipsi. Pausanias narrat hunc congregasse in urbem sparsos illa terra homines, uocasseq; urbem Phoronicum. In hūc Thelcisses & Carsathij arma mouerunt, uictiq; mari & uentis se commisere, nullo destinato quem peterent locum. Tandem Rhodum, quæ tunc Ophiusa dicebatur, tenuerunt, incoluerūtq; annis, ut Orosius computat, ante cōditam Romam M. *Io* & lxx. f Nam & Io filia Inachi.] Hāc fabulantur raptam à Ioue, stupratamq;: & ne in scelere à Iunone deprehenderetur, conuersam in uaccam, dono data Iunoni ipsi à qua missa est in Aegyptum, addito custode centoculo Argo, eamq; esse Isim. Hero. lib. i. narrat ex Persarum monumentis puellam hanc raptam à Phœnicibus, qui Argum nauigio cum mercibus appulerant ductamq; in Aegyptum: quod ait fuisse caput iniuriarū in mulieribus rapiendis quousq; uentū est ad bellū Troianum. Diodorus refert Inachum misisse Cyraum præstantem ducē magna cum classe ad quærendam filiā interdicto reditu, nisi cum Ione. Pausanias hanc non Inachi filiam, sed Iasi qui sextus ab Inacho Argis imperauit. Nā Phoronei filiam Argon ait genuisse, qui auo successit: à quo Argi sunt nominati, quod prius Phoronicum. Argo filius Phorbas, huic filius Triopas, hoc geniti sunt Iasius, & Agenor. Valerius Flaccus lib. iiij. Argon. Ionem Inachidem, & Iasiam uirginē nominat. hoc quia filia est, illud quia Inachus autor regni, & nobilitatis. Et profecto hunc in modum magis congruunt tempora. Qui enim conueniret, si filia esset Inachi, uixisse etiam Triopa rege, ut Eusebius in chronicis & in x. Præpa. Euang. ait, qui septimus imperiū Argis tenuit, hoc est, quadringentis annis post Inachum? Et si Eusebius Iūn etiam in regno Inachi cōstituit in eisdē chronicis libris: nec tranauit mare, sed nauigio in Aegyptum delata est. Nam, ut Lactantius scribit lib. i. certus est in fastis dies, quo Isis nauigium celebrat. Ideo nauigationibus putabatur præesse, & cursus in mari dirigere. Lucianus uerbis Iouis ad Mercurium: τὴν δ' Ἰὼ διὰ τοῦ πελάγους ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀπαγαγὼν Ἶσιν ποίησον, καὶ τὸ λοιπὸν ἔστω θεὸς τοῖς ἐκεῖ, καὶ τὸν Νεῖλον ἀναγέτω, καὶ τοὺς ἀνέμους ἐπιπεμπέτω, καὶ σωζέτω τοὺς πλέοντας. Ipsam uero Iūn per mare in Aegyptū ducito, & facito Isin: ac deinceps sit illis hominibus numen. inducat ipsa Nilum, uentos immittat, & nauigantes seruet. Apud Apuleium lib. xi. de festo suo loquitur Isis: qui dies ex ista nocte nascetur, æterna mihi nūcupauit religio, quo sedatis hibernis tēpestatibus, & lenitis maris procellosis fluctibus, nauigabili iam pelago rudem dedicantes carinam primitias cōmeatus libant mei sacerdotes. g Quæ postea Isis.] *Isis* Hæc in Aegypto cornuta fingebatur, ut scribunt Herodotus & Diodorus Siculus, quam ut filiam Saturni & Rheæ alij putabant Iunonem esse, quæ fratri Osiridi, id est, Ioui nupserit. Alij Cererem, id est Græce Δήμητρα, quod leges tulerit, & agriculturam docuerit, & Osiridē Dionysium. Sunt qui Lunam putent, & fratrem Osiridem Solem. Nam filiam fuisse Inachi Ionem non placet Diodoro. Seruius viij. Aeneid. Isis est genius Aegypti, quæ per sistri motum, quod gerit in dextra, Nili accessus significat: per situlam, quam sinistra retinet, ostēdit affluentiam omnium lacunarum. Isis autem lingua Aegyptiorum est terra, quam Isin uolunt esse. Sic ille. h Eam ex Aethiopia.] Vnde ad Aegyptios ferunt manasse literas, leges, ritus ciuitatum, instituta sacrorū, & colonias eò missas frequentes.

De temporibus Iacob & filij eius Ioseph. Caput IIII

R EGNANTIBVS Assyriorum decimo rege Baleo, & [a] Sicyoniorū nono Mesappo,[b] qui etiā Cephisos à quibusdam traditur, si tamen duorum nominum homo unus fuit, ac non potius alterū pro altero putauerunt fuisse hominē, qui in suis posuerūt scriptis alterū nomen, cum [c] rex Argiuorū tertius Apis esset, mortuus est Isaac annorū centū octuaginta, & reliquit geminos suos annorum centum & uiginti: quorum minor Iacob pertinēs ad ciuitatem dei, de qua scribimus, maiore utiq; reprobato, habebat duodecim filios, quorum illum, qui uocabatur Ioseph mercatoribus in Aegyptum transeūtibus fratres, adhuc Isaac auo eorum uiuente uēdiderant. Stetit autē ante Pharaonē Ioseph, quādo ex humilitate, quam pertulit sublimatus est, cū triginta esset annorum: quoniam somnia regis diuine interpretatus, prænunciauit septem ubertatis annos futuros, quorum abundantiam præpollentem consequentes alij septem steriles fuerant cōsumpturi: & ob hoc eum rex præfecerat Aegypto, de carcere liberatum, quò eum coniecerat integritas castitatis: quā fortiter seruans

seruans male amanti dominæ, & male credulo domino mētituræ, ueste etiam derelicta, de manibus attrahentis aufugiens, nō cōsensit ad stuprum. Secundo autem anno septem annorum sterilium, Iacob in Aegyptū cum suis omnibus uenit ad filiū, agēs annos centū & triginta: sicut interrogāti regi ipse respōdit, cū Ioseph ageret triginta & nouem, ad triginta scilicet quos agebat, quando à rege honoratus est, additis septē ubertatis annis, & duobus famis.

L. VIVES

Mesappus SIcyoniorum nono Mesappo.] Huius Pausanias nō meminit. Leucippum enim ait liberis masculis caruisse, genuisse uero filiam Calchiniā: cui cōmistus Neptunus genuit Peratū. Huius auus Leucippus apud se educato regnum tradidit. Eusebius Mesappū annos regnasse ait xlvij. haud dubie si Mesappus est hoc loco ponendus, is est qui Calchiniam duxit, à quo mons Mesappus in Bœotia & Mesappia in Italia dicta Calabria. Quem etiam Neptuni filium facit Verg. lib. vij. id circo equorum domitorem & ferro atq; igni inuiolabilem. b Qui etiam Cephisos à quibusdam.] *Cephisus* Cephisus fluuius est Bœotiæ, ad cuius ripā templum est Themidis deæ: cuius oraculum Deucalion & Pyrrha super reparatione generis humani consuluerunt. Ex Parnasso delapsus Bœotiam & Atticam irrigat. Et uel Mesappus à fluuio monteq; cognominatus est, uel utrunq; ab ipso. Seu, quod uerisimilius est, Mesappus ab eo dictus est mons, & ipse à patrio flumine Cephisus aut Cephisius appellatus. *Apis* c Rex Argiuorum tertius Apis.] Pausanias huius regis inter Argiuos nō meminit, sed inter Sicyonios: quem tantum opibus ait ualuisse, ut tota regio intra Isthmum Apia sit ante Pelopis aduētum ex eo dicta. Eusebius Argiuum facit ex multorum Græcorum sententia.

De Api rege Argiuorum, quem Aegyptij Serapin nominatū, diuino honore coluerunt. Cap. V

[a]HIS temporibus rex Argiuorum Apis nauibus trāsuectus in Aegyptū, cum ibi mortuus fuisset, factus est Serapis omnium maximus Aegyptiorū deus. Nominis autē huius cur non Apis etiā post mortem, sed Serapis appellatus sit, facillimam rationē Varro reddit: quia enim arca, in qua mortuus ponitur, [b]quod omnes iam σαρκοφάγον uocant σορὸς dicitur Græce: & ibi eum uenerari sepultum cœperunt, priusquā templū eius esset extructum: uelut Sorosapis, uel Sorapis primo: deinde una litera, ut fieri assolet, commutata, Serapis dictus est. Constitutum est etiam de illo, ut quisquis eum hominem dixisset fuisse, capitalem pēderet pœnam. [c]Et quoniam ferè in omnibus templis, ubi colebantur Isis & Serapis: erat etiam simulachrum, quod digito labijs impresso admonere uideretur, ut silentiū fieret: hoc significare idem Varro existimat, ut homines eos fuisse taceretur. [d]Ille autem bos, quem [e]mirabili uanitate decepta Aegyptus in honorem eius [f]delitijs affluētibus alebat: [g]quoniam eum sine sarcophago uiuum uenerabantur: Apis, non Serapis uocabatur. Quo boue mortuo quoniam quærebatur, & reperiebatur uitulus coloris eiusdem, hoc est, albis quibusdā maculis similiter insignitus: mirum quiddam & diuinitus sibi procuratum esse credebant. Non enim magnum erat dæmonibus ad eos decipiendos phantasiam talis tauri, quam sola cerneret, ostentare uaccæ concipienti atq; prægnāti, unde libido matris attraheret, quod in eius fœtu iā corporaliter appareret: [h]sicut Iacob de uirgis uariatis ut oues & capræ uariæ nascerentur, effecit. Quod enim homines coloribus & corporibus ueris, hoc dæmones figuris fictis facillime possunt animalibus concipientibus exhibere.

L. VIVES

a HIs temporibus rex Argiuorum Apis.] Diodo. lib. i. Osirim dicit multis uocatum nominibus & Dionysium, & Serapim, & Iouem, & Ammonem, & Pana, & Plutonem. *Osiris* Tacitus lib. xx. ubi de origine eiusce dei multa narrat, scribit esse qui Serapim putent Aesculapium, qui ægris corporibus medeatur: alij Osirim antiquissimum Aegyptijs numen. Macrobius Solem intelligi per eum uult, & per Isidem terram. Martianus in nuptijs ad Solem: Te Serapim Nilus, Mēphis ueneratur Osirim. Nec desunt qui Serapim geniū esse Aegypti arbitrentur, qui eam frugibus cæterisq; bonis augeat. De quo hæc apud Suidam leguntur. Σάραπις· τοῦτον ἐν ἀλεξανδρείᾳ καθεῖλε θεόφιλος ὁ ἀρχιεπίσκοπος τὸ ξόανον, ἐπὶ θεοδοσίου τοῦ μεγάλου. τοῦτον οἱ μὲν δία ἔφασαν εἶναι· οἱ δὲ τὸν νεῖλον, διὰ τὸ μόδιον ἔχειν ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ τὸν πῆχυν, ἤγουν τὸ τοῦ ὕδατος μέτρον. ἄλλοι δὲ τὸν ἰωσήφ, ἕτεροι δὲ ἄπιν τινὰ γεγονέναι ἄνθρωπον εὔπορον, καὶ βασιλέα ἐν μεμφίδι πόλει τῆς αἰγύπτου. λιμοῦ δὲ γενομένου τοῖς ἀλεξανδρεῦσιν, ἐκ τῶν ἰδίων τροφὴν παρέσχε, τετελευτηκότι δὲ αὐτῷ ναὸν ἀνέστησαν, ἐν ᾧ βοῦς ἐτρέφετο, σύμβολον φέρων τοῦ γεωργοῦ, καί τινα δὲ ἔχων ἐν τῇ χροιᾷ ἐπίσημα, ὅς τις ἐκ τῆς προσηγορίας αὐτοῦ καὶ αὐτὸς ἄπις ἐκαλεῖτο. τὴν δὲ σορὸν τοῦ ἄπιδος, ἐν ᾗ τὸ σῶμα ἔκειτο αὐτοῦ, ἐν ἀλεξανδρείᾳ μετενήνοχαν· καὶ ἀπὸ τῆς σοροῦ καὶ ἄπιδος σύνθετον ὄνομα πεποιηκότες ἐκάλουν αὐτὸν σόραπιν. οἱ δὲ μετὰ ταῦτα σάραπιν. τούτου ναὸς ὑπὸ ἀλεξάνδρου ἐκτίσθη παμμεγέθης, καὶ πάνυ λαμπρὸς. Sarapis. Huius, inquit, simulachrum sustulit Alexandriæ archiepiscopus Theophilus, principatu magni Theodosii. hunc deum, alij Iouem esse dixerunt, alij Nilum propter modium quod in capite habet, & cubitum, mensuram aquæ scilicet, alij uero Ioseph. Sunt qui Apim quendam fuisse hominem locupletem, & regem in Memphide Aegypti urbe, qui in difficultate annonæ maxima Alexādrinorū prouētibus eos proprijs aluerit. Ideo mortuo templum est erectū, in quo bos nutriebatᵣ, indiciū ferēs agricolæ, & notas in colore certas habēs: diciturq; & bos ipse Apis de nomine regis illius. Sepulchrum autē huius Apidis, in quo est eius corpus conditum, Alexandriam translatum est, & à Soro atq; Apide cōposito nomine uocarūt eum Sorapim, postea dictus est Sarapis. Huic templum Alexander extruxit magnificentiss. & in primis clarum. Hæc Suidas. Similia sunt apud Ruffinum Aquileiensem lib. eccle. hist. xi. Eusebius lib. x. Præpa. Apis, inquit, Argiuorū rex, ut Aristippus in i. Arcadiæ hist. scribit, Memphin in Aegypto condidit: quem Aristæus Argiuus Sarapidē appellatū asserit, hunc ab Aegyptijs diuinos honores consecutum non ignoramus. Nymphodorus autem Amphipolitanus in iij. de Asiaticis legibus Apim taurum mortuum in soro Græce, quod Latine arcā dicere possumus, positum, Sorapim, ac deinde Sarapim appellatū fuisse contendit. Fuit autem Apis tertius ab Inacho. tantum apud Eusebiū. b Quod omnes iam σαρκοφάγον.] Hoc est, carniuorum. Ideo Pausanias eum & Porphyrius & Suidas, alijq; Græci non Sorapim uocant, sed Sarapim. Est autem σορὸς μνῆμα, θήκη, monumētum, arca, loculus, conditorium. c Et quoniam ferè in omnibus templis.] Diod. lib. i. scribit opinari quosdā Isidem & Sarapidem sepultos Nysæ, quæ urbs est in Arabia, erectasq; ibi duas columnas in monumētum, Isidi unam, alteram Sarapidi, adscriptaq; epigrāmata, quæ genus & inuenta testentur. Cætera uero quæ sacerdotes in arcanis habent, secretissima esse, ne ueritas prodatur, pœna ingenti adiecta, qui euulgasset. Deus hic qui silentij admonebat digito premens labia Harpocrates dicebatur, ut ait Varro lib. de Latina lingua iij. quo loco Serapidem & Isidem magnos deos esse dicit, hoc est cœlum & terram. Hunc Harpocratem Sigalion Ausonius nomi-*Harpocrates* nauit à σιγάω, quod est sileo. Meminerunt eius Plinius & Catullus nō semel, quum tacitum hominem significat, quod & in prouerbium abijt. Plutarchus in libello de Iside & Osiride, Harpocratē ait ex his natum, quum Osiris cum Iside mortuus iam cōcubuisset: & quoniam infans tener adhuc est sublatus, nō enim erat uitalis, ideo pingitur digito ad os admoto, quasi nondum locutum se significaret. Quæ interpretatio dura est mea sentētia, atq; inepta. quin potius silendū aliquid admonebat, ut *Angerona* Romæ Angerona, quæ habitu formaq; simili fingebaᵣ: ut ait Macrobius. Ouidius etiā suffragaᵣ lib. Metam. ix.

Sanctaq; Bubastis, uarijsq; coloribus Apis,
Quiq; premit uocem, digitoq; silentia suadet.

Huc forsan allusit Persius, quū ait: Digito cōpesce labellum. d Ille autem bos.] Hic est Apis bos. Credo nullum esse scriptorē res Aegyptias attingētem, qui bouis huius non meminerit, seu Græcus, seu Latinus. Sed inter cæteros plurib. uerbis Herodotus, Diodorus, Strabo, Plutarchus, Eusebius, Suidas, Varro, Mela, Plinius, Solinus, Marcellinus. Erat niger toto corpore, maculā albam quadratam habebat in fronte Herodoto, in latere dextro Plinio, similem cornibus lunæ crescere incipientibus. Nam & lunæ est sacer, sicut Marcellinus ait, in tergo effigiem aquilæ, in lingua nodum, cāthari forma, duplices in cauda pilos. Quo mortuo, ingenti cum luctu alius quærebatur: nec finis erat luctus, prius q̃ quē Apidem facerent illis insignem notis inuenirent. Hunc adorabāt Aegyptij ut maximum deum, & sicut Macrobius inquit, cultu attonitæ uenerationis, nec licebat ei certos excedere uitæ annos, quum eo peruenerat à sacerdotibus mersus in fontem enecabatur. e Mirabili uarietate.] An de uarietate colorum. Sed in antiquis libris est, uanitate, melius ut puto. f Delitijs affluentibus alebat.] Memphi templum est Apidi sacrū Straboni, in eo septum erat ornatissimum: ante quod aula, & septum matris Apidis, in quod finebatur exire lusus gratia: tum etiam ut exteris ostenderetᵣ. delubra in quibus cubat thalamos mystice nominant: quum exit ad turbam, ea submouetur per lictores non paucos. Venerātur omnes bubulum numen, grex puerorum comes it, & ipse per furorem uaticinia fundens. in huius templum Memphi neq; extraneis neq; profanis licet ingredi, nisi quum sepelitur. g Quoniam eum sine sarcophago.] Sunt qui hoc de colendo boue institutum iam inde ab Iside & Osiride manasse uelint propter utilitatem in aranda terra ex eo animali perceptam. Alij Osirim bouem esse autumant, ut Isim cornutam uaccam, siue quod Iūn, siue qua alia ratione. Ferunt quoq;, sicut Diodo. narrat, Osiridis intercempti animam in bouem demigrasse, esseq; semper in eo boue, quem Apim uocant, trāsireq; ab alio in alium dum mergitur. Sunt qui existiment mēbra Osiridis à Typhone fratre discerpti ab Apide esse collecta in bouē ligneum bouis corio contectum: id quum speciem bouis intuentibus præbuisset, creditum est Osiridem in bouem cōuersum: inde natum morē colendi bouis, nō secus atq; ipsius Osiridis. Hic ergo bos est Osiris uiuens, ille uero qui in templis sacratus erat, uelut cum suo esset loculamento Sarapis dicebatur, quasi Osiris sepultus. h Sicut Iacob de uirgis uariatis.] Geñ. xxx. Disserui alibi de hac in conceptu phātasia, dixi hunc locum à Lxx. cōfuse uersum, elucidat eum Hieronymus in Genesim.

Quo regnante apud Argiuos, quóue apud Assyrios, Iacob in Aegypto mortuus sit. Caput VI

APIS ergo rex non Aegyptiorū, sed Argiuorum, mortuus est in Aegypto. [a]Huic filius Argus successit in regnum, ex cuius nomine Argi, & ex hoc Argiui appellati sunt. Superioribus autem regibus nondum uel locus, uel gens habebat hoc nomen. Hoc regnante apud Argiuos, & [b]apud Sicyonios Erato: apud Assyrios uero adhuc manēte Baleo, mortuus est Iacob in Aegypto annorum centū quadragintaseptē, cum moriturus filios suos, et nepotes ex Ioseph benedixisset, Christumq; apertissime prophetasset, dicens in benedictione Iudæ: Nō deficiet princeps ex Iuda, & dux de femoribus eius [c]donec ueniant quæ reposita sunt ei: [d]& ipse erit expectatio gentium. [e]Regnāte autem Argo, suis cœpit uti frugibus Græcia, & habere segetes in agricultura, delatis aliūde seminib. Argus quoq; post obitum deus haberi cœpit, templo & sacrificijs honoratus. Qui honor eo regnante & ante illum delatus est homini priuato & fulminato cuidam Homogyro, eo quod primus ad aratrum boues iunxerit.

L. VIVES

Argus HVic filius Argus.] Hūc, ut dixi, genuit Niobe filia Phoronei: alij Apim malūt. Fieri potest ut Apis sit, qui ex Phoronei filia genuerit Argum, numereturq; inter reges Argiuorum, quod regnum pro filio administrarit, quoad adolesceret: idq; ubi est factū, relicta Græcia in Aegyptum sit profectus, tradito imperio filio. Et si Eusebius Aegialo fratri putat: imperauit annos lxx. Fuit & Argus Arestoris filius, qui Iūn uaccam mandato Iunonis custodijt. Fuit & qui Amphion cognominatus est, qui Pylios aliquando & Orchomenon Arcadiæ ditione tenuit. b Apud Sicyonios Erato.] Ex Pausania Peratum dixi, Neptuno & Calchinia

chinia Leucippi filia natum. Heratum nominat Eusebius, qui regnarit annos xlvij. c Donec ueniãt quæ reposita sunt.] Sic Septuaginta: ὡς ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ d Et ipse erit expe. gen.] Alibi deest erit, & sic uerterunt. lxx. καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. e Regnante autẽ Argo, suis cœpit uti frugibus Græcia.] Nã paulo post Peratum id est Plemnæo regnante eò uenit Ceres, ad quã frugum inuentio refertur in Attica terra.

Quorum regum tempore Ioseph in Aegypto defunctus est. Cap. VII

REGNANTIBVS Assyriorũ[a] duodecimo Mamito, & undecimo [b]Sicyoniorum Plemnæo, & Argis adhuc manente Argo, mortuus est Ioseph in Aegypto, annorum centum & decem. Post cuius mortem populus dei mirabiliter crescens mansit in Aegypto centum quadraginta quinq; annos tranquille prius, donec morerentur quibus Ioseph notus fuit. Deinde quia inuidebatur incrementis eius, eratq; suspectus quousq; inde liberaretur: persecutionibus affligebatur innumeris, inter quas tamen diuinitus fœcũdata multiplicatione crescebat, & laboribus premebatur intolerabilis seruitutis. In Assyria uero & Græcia per idem tempus regna eadem permanebant.

L. VIVES

a DVodecimo Hermasco.] Eusebius & ueteres codices habet Mamitũ, qui imperauit an. xxx. & nõ duodecimũ regem, sed undecimũ. b Sicyoniorum Plemineo.] Eusebius Plemnæus, quẽ dicit uixisse in principatu annos xlviij. Pausanias πλημναῖον, Plemnæũ

Quorum regum ætate Moyses natus sit, & quorum deorum ijsdem temporibus sit orta religio. Cap. VIII

CVM ergo regnauit[a] Assyrijs quartusdecimus Saphrus, & Sicyonijs duodecimus[b] Orthopolus,[c] & Criasus quintus Argiuis,[d] natus est in Aegypto Moyses, per quẽ populus dei de seruitute Aegyptia liberatus est, in qua eum ad desiderandum sui creatoris auxilium sic exerceri oportebat. Regnãtibus memoratis regibus[e] fuisse à quibusdam creditur Prometheus, quẽ propterea ferunt de luto formasse homines,[f] quia optimus sapiẽtię doctor fuisse perhibetur:[g] nec tamen ostenditur qui eius temporibus fuerint sapiẽtes. [g]Frater eius Atlas, magnus fuisse astrologus dicitur. Vnde occasionẽ fabula inuenit, ut eum cœlum portare confingeret: quamuis mons eius nomine nũcupetur, cuius altitudine potius cœli portatio in opinionem uulgi uenisse uideatur. Multa quoq; alia ex illis in Græcia tẽporibus cõfingi fabulosa cœperunt:[i] sed usq; ad Cecropem regem Atheniensiũ, quo regnante eadẽ ciuitas etiam tale nomen accepit, & quo regnãte deus per Moysen eduxit ex Aegypto populum suum, relati sunt in deorum numerũ aliqui mortui cæca & uana cõsuetudine, ac superstitione Græcorum. In quibus Criasi regis coniunx Melantonice,[k] & Phorbas filius eorũ, qui post patrem rex Argiuorum sextus fuit,[l] & septimi regis Triopę filius[m] Iasus,[n] et rex nonus Sthenelas, siue Stheneleus, siue Sthenelus, uarie quippe in diuersis autoribus inuenitur.[o] His temporibus etiam Mercurius fuisse perhibetur, nepos Atlantis, ex Maia filia eius: quod uulgatiores etiam literę personant. Multarum autem artium peritus claruit, quas & hominibus tradidit: quo merito eum post mortẽ deum esse uoluerunt, siue etiam crediderunt.[p] Posterior fuisse Hercules dicitur: ad ea tamen tempora pertinens Argiuorum: quãuis nonnulli eum Mercurio præferant tempore: quos falli existimo: sed quolibet tempore nati sint, cõstat inter historicos graues qui hæc antiqua literis mandauerũt [q]ambos homines fuisse,[r] et quod mortalibus ad istam uitam cõmodius ducẽdam beneficia multa contulerint, honores ab eis meruisse diuinos. [s]Minerua uero longe his antiquior. Nam temporibus Ogygij[t] ad lacum qui Tritonis dicitur, uirginali fertur apparuisse ætate: unde & Tritonia nuncupata est, multorum sanè operũ inuentrix: & tanto procliuius dea credita, quanto minus origo innotuit.[u] Quod enim de capite Iouis nata canitur, Poetis & fabulis, non historiæ rebusq; gestis est applicandum:[x] quanquã Ogygius ipse quando fuerit, cuius temporibus etiam diluuium magnum factũ est: nõ illud maximum in quo nulli homines euaserunt, nisi qui in arca esse potuerunt: quod gentium[y] nec Græca, nec Latina nouit historia: sed tamẽ maius quàm postea tempore Deucalionis fuit, inter scriptores historię non conuenit. Nam Varro inde exorsus est librum, cuius mentionẽ superius feci, & nihil sibi ex quo perueniat ad res Romanas, proponit antiquius q̃ Ogygij diluuium, hoc est Ogygij factum tẽporibus.[z] Nostri autẽ qui chronica scripserũt, prius Eusebius, pòst Hieronymus, qui utique præcedentes ali-

quos

quos historicos in hac opiniõe secuti sunt: post annos amplius quàm trecentos iam secũdo Argiuorum Phoroneo rege regnante, Ogygij diluuium fuisse cõmemorant. Sed quolibet tempore fuerit: iam tamen Minerua tanquam dea colebatur, regnante Atheniensibus[a] Cecrope, sub quo rege etiam ipsam uel instauratã ferũt, uel conditam ciuitatem.

L. VIVES

Saphrus a ASsyrijs quartusdecimus Saphrus.] Eusebius Mamito substituit Machaelũ qui fuit in regno tot annos, quot pater, nempe xxx. Machaelo Iphereũ, qui annos xx. Cuius anno duodeuicesimo natus est in Aegypto Moses. b Orthopolus.] Eusebius Orthopolis, ut & Pausanias, qui eum Plemnæi filium fuisse dicit, seruatum à Cerere. Nam filij omnes Plẽnæi ubi primo nati incipiebant uagire expirabant, quousq; ad eum uenit Ceres, & alienæ cuiusdam mulieris ornatu aluit ipsi filium, seruauitq;, dictusq; est Orthopolis. c Et Criasus quintus Argiuis.] Pausanias πείρασος. Pirasus, qui annos liiij. fuit in imperio. d Natus est in Aegypto Moyses.] Moses quando fuerit controuersum est inter prophanos autores. Porphyrius ex Sãchoniatone Mosen Semiramidis temporibus uixisse tradit. Appion Grammaticus ad Inachi ætatẽ reducit, ex Ptolomæo Mendesio sacerdote, qua inquit tempestate Ainosis Aegyptijs imperauit. Polemon uero in i. Græcarũ histo. paulo recentiorẽ facit. nam tempore Apidis Phoronæi filij pars, inquit, Aegyptij exercitus ab Aegypto pulsa in Syria non procul ab Arabia cõsedit. Tacianus Assyrius uarias autorum sententias mire discrepantes affert de ætate Mosis: alijs multo antiquiorẽ bello Troiano, alijs posteriorem, alijs æqualem affirmantibus. Cæterum ipse multis argumentis euincit priorem fuisse: cuius uerba si quis desiderat, habet apud Eusebiũ x. præpa. Euang. Numenius philosophus Musæum uocat Mosen: & Artapanus, quem Hebræi Mosen, à Græcis Musæũ nominari tradit, quẽ scribit à Meride Chenephris Aegyptiorum regis filia, quod ipsa parere non posset, adoptatum, maximo apud Aegyptios habitum honore ob ingenium diuinum & inuenta tum quæ ad eruditionem facerent, tum quæ ad remp. priuatãq; & mores singulorum. e Fuisse à quibusdam creditur Prometheus.] Sic Eusebius ex aliorum opinione loquens, Aphricani credo, qui quatuor & nonaginta post Ogygem annis Prometheum constituit. Porphyrius Atlantẽ & Prometheum per Inachi tempora fuisse scribit. At Prometheus filius fuit Iapeti & Asiæ. Hesiodus Climenẽ uocat matrẽ. initiũ inimicitiarũ cũ Ioue hoc narrat Higinus in cœlesti historia, quod & alij attingũt pleriq;: quum olim in sacrificijs mos esset solidas hostias igne absumere, nec possent ob sumptus magnitudinẽ pauperes sacrificare, Prometheus homo callidus & perhũanus egit cũ Ioue, ut media tantum hostiæ pars igni dareẽ sacris: altera media cederet in usus hominũ, quod Iuppiter libenter con- *Prometheus* cessit: tum Prometheus duos tauros Ioui imolauit, utriusq; ossa pingui operuit, & corio unius, carnes uero corio alterius: deditq; Ioui optionem, ut quem illorũ taurorum uellet, eligeret. Iuppiter simplex deus, nihil suspicatus inesse fraudis: quem primum habuit ad manũ, cepit, ossa uidelicet. Quod ubi cognouisset, ignem remouit ab hominibus, ne sacrificare possent. Prometheus solito suo ingenio ignem ferula ex illo Ioueo & cœlesti surripuit, communicauitq; cum mortalibus: ideo Caucaso affixus est, aquila eius iecur subinde renascẽs assiduo depascente. Addunt alij etiã factas ab eo mulieres, quæ totiẽs cœlo detraxerint Iouem. apud Lucianum Vulcanus & Mercurius Prometheo querenti de graui supplicio hæc crimina obijciunt: Fefellisti Iouem in partibus, furatus es ignem, & homines fecisti, ac in primis fœminas. Nam homines dicitur è luto finxisse, & igne ab Ioue surrepto illos animasse. ex quo igne Horatius ait febres & macies mortalibus natas. Seruius admiratã narrat Mineruam homines opus Promethei, & pollicitam quicquid ad id absoluendum opus foret. Prometheum quum se quid optimum esset, ignorare respondisset, sublatum in cœlos ab ea, admotaq; solis currui ferula ignẽ ad nos detulisse. Hesiodus ἐν ἔργοις attingere uidetur quod Higinus narrauit, quum ait Iouem mortalibus ignẽ abstulisse, Prometheum restituisse. Idcirco Pandoram iussu Iouis à Vulcano factam, ut Promethei furtum ulcisceretur, quam fœminàm donatam à diis omnibus, unde nomen inuenit, deferendam in terras Mercurio mandarit dono dandam Epimetheo Promethei fratri: quæ in eius domum recepta detexit dolium malorum omniũ, quæ per orbẽ in genus humanum sparsa sunt, sola Spe in fundo residua. Prometheus uero, ut ait Aeschylus ad xxx. annorum milia Caucaso religatus est iuxta Caspias portas, sicut Lucianus inqt, καυκάσῳ. Philostratus in Tyaneo duo refert in Caucaso esse cacumina stadio inter se abiuncta, quibus affixas Promethei manus accolæ narrent. Idem Lucianus significat. & aquilam hanc nonnulli, sicut Higinus narrat, Typhone & Echidna genitam: alii terra & Tartaro tradunt, complures à Vulcano factam. eam Hercules sagitta sua interemit: quæ ob id meritum in cœlum translata est, quatuor stellis inter duos circulos, æstiuum & æquinoctialẽ. Postea Prometheus quod prædixisset Ioui concubituro cum Thetide filium Tethidos patre maiorẽ futurum, sic in fatis esse, solutus est: hac tamen lege, ut in digito annulum ferreũ cum lapide gestaret, indicium uinculorum, unde annuli manasse usum ferunt. Lactantius hunc primum simulachra ex luto finxisse scribit. Furtum ignis Plinius lib. vii. interpretatur, quod ex ferro & silice ignem extundere docuerit, seruareq; in ferula. Diod. lib. v. constare ait inuentam à Prometheo materiam, qua ignis fouet. Pelasgi, teste Pausania, non Promethea inuentorem ignis, sed suum Phoroneũ uolunt. Theophrastus ignis inuentionẽ ad inuẽta sapiẽtiæ pertinere autumat. f Quia optimus sapiẽtiæ doctor.] Hesiodus ἰαπετιονίδην πάντων περὶ μήδεα εἰδώς. Iapeti proles reliquis sapiẽtior unus. ferunt hunc quũ natu maior esset Epimetheo, ultro illi regnũ Thessaliæ cõcessisse administrandũ, ac dedisse se cunctũ rerum cõtemplationi inquisitioniq; ac in primis cœlestium. Ideo altissimũ ascẽdisse Caucasum, ut sereno cœlo q̃ longissime astra, signorum obitus & ortus spectaret. Inde quum descendisset Chaldæos edocuisse artẽ, simul & multa quæ ad uitã ciuilem pertinerent, illudq; de pastu iecinoris ad curas & ambiguitates subinde alias ex aliis renascentes spectare credo. Et si interpres Apollonii Rhodii fluuium esse scribit Aquilam nomine, qui Prometheæ regionis, quæ ad radices Caucasi sita est, epar raderet. Herodotus historiam narrat, Prometheum Scytharum regem, quum nõ posset fluuium Aquilam, quæ regionem suam allueret, deriuare, discruciasse uehementer se, deinde adiutum ab Hercule, qui hoc præstitit. in fluuio consentiũt. Et Diod. lib. i. Prometheum Aegyptium fuisse dicit, cuius regionem cum Nilus totam propè operuisset, ac perderet multis incolis absumptis, illum de consciscenda sibi morte deliberasse, fluuiumq; propter cursus celeritatem Aquilam dictum. Herculem & uirtute & magnitudine consilij inundationem repressisse, flumenq; redegisse in alueum pristinum, unde orta sit Græca fabula. g Nec tamẽ ostendiẽ.] *Atlas* Atlas fuit sapiẽs, & Epimetheus itidẽ, sed post factum, unde nomẽ illi inditum putaẽ. Prometheus est

enim

enim ante cõsultus, Epimetheus post. Nam quum esset à Prometheo monitus, ne quod donum acciperet à Ioue, ipse immemor fraterni consilij Pandoram accepit, & δεξάμενος ὅτε δὴ κακὸν εἶχ' ἐνόησε, ut inquit Hesiodus, & accepta nouit sua damna Epimetheus. Acute Augustinus, quomodo doctor fuit sapientiæ, quum nullos ab eo uideamus factos sapientes? quomodo ipse sapiens, quum nullus eius temporibus legatur sapiẽs, qui ferre potuerit iudiciũ de eius sapiẽtia? nã de sapiente solus sapiens potest iudicare. h Frater eius Atlas.] Seruius lib. viij. Aeneid. Atlantes dicit fuisse tres: Vnum Maurum, qui est maximus: alterum Italicum, patrem Electræ: tertium Arcadẽ patrem Maiæ, unde natus est Mercurius. Scriptores hos confundunt, ut solent. Diodo. enim lib. iiij. Atlantem, qui loca Libyæ tenuerit inter Cæli filios numerat, fratremq; esse dicit Saturni, eundem Hesperidum patrem, Mercurij auum, consultissimumq; fuisse rationis astrorum: cumq; frequenter montem sibi cognominem, ut cursus syderum intueretur, conscenderet, occasionẽ dedisse fabulæ, qua sustinere humeris cœlum creditus est. Plin. lib. vij. Atlantem Libyæ filium, hunc haud dubie, qui in Aphrica imperauit, repertorẽ astrologiæ fuisse ait, & in ij. sphæram astrologicam inuenisse narrat. Alexãder Polyhistor hũc Atlantem Enoch fuisse autumat inuentorem peritiæ syderum, quã postea Phœnicibus & Aegyptijs tradidit Abrahã, cum apud illos peregrinaretur. Hæc astrologiæ scientia potuit locum præbuisse fabulæ de mundo Atlanti innixo. Sunt qui propter montem id putent Atlantem dictum arduum & longissimũ columnæ instar, qui cœlum fulcire uisione conspicientium creditur, inquit Herodotus, transcenditq; nubes ipsas, nec cacumen facile cernitur nebulis perpetuum obductis, quin & hæc simul omnia maiorem præstiterunt comminiscendi ansam. Italicus Atlas est, quem aiunt antiquissimum Fesulis fuisse regem.

Cecrops i Sed usq; ad Cecropem.] Pausanias Actæũ ait primum in Attica regnasse, cui Cecrops gener successerit homo Aegyptius, quem διφυῆ fuisse dicunt, hoc est, duplicis naturæ, superioris partis uiri, inferioris feræ, ꝙ ex agrestibus & feris, latis legibus, humanos fecerit. seu inferioris partis fœminæ, ꝙ coniugia instituerit in Attica terra, & autor ferè fuerit patris & matris. nam antea promiscuis connubijs, nemo certos parentes noscebat. Aphricanus in iiij. annalium autor est, Ogygem primum in Attica regnasse, eamq; terram incultam, ac desertam per ducentos annos à diluuio mansisse usq; ad Cecropem. Actæum uero & cæteros qui ante Cecropem dicũtur fuisse, nuda esse nomina.

Phorbas k Et Phorbas filius eorum.] Fratrem Perasi dicit Pausanias Phorbantẽ fuisse, filium Argi patrem Triopæ. Diodo. scribit Rhodienses, cum ui serpentum atrociter infestarentur, consulto oraculo Phorbantem accersisse, data insulæ parte, quam & ipse, & eius posteri tenerent, ita liberatos peste illa, decreuisse postea Phorbanti uita iam functo, diuinos honores. quem tamen Diod. uidetur indicare, non Phorbantẽ Argiuum, nec Perasi, aut Argi filium, sed Thessalum Laphito progenitum.

Triopas l Et septimi regis Triopæ.] Hunc Phorbantis filium dicit Pausanias. meminit & Diod. Triopæ incertum quibus orti parẽtibus. Nam alij Canace & Neptuno, alij Apolline natum dicũt. Inuisum fuisse scribit popularibus, ꝙ sacra compilarit, fratremq; interemerit. Higinius hunc tradit putatũ à quibusdam in cœlo Ophiuchum, quem draco cõplectitur. Nam is cum ad domum suam tegendam Cereris ædem detexisset, fame se illa est ulta. Nouissime in uitæ fine dracone ei obiecto, uehementer est afflictus, & post mortem inter sydera sic locatus est, ut adhuc uideatur à serpente constringi. m Iasus.] Pater Iũs, à quo Argos Iasium dictũ, & Iasides Argiui n Et rex nonus Sthenelas.] Pausanias sic: κρότωπος ὁ ἀγήνορος ἴσχε μετὰ τὴν ἰάσου τὴν ἀρχήν· κροτώπου δὲ σθενέλας γίνεται. Crotopus Agenoris filius habuit post Iasum regnum. huius filius fuit Sthenelas.

o His temporibus etiam Mercurius.] Mercurios Cicero dicit fuisse quatuor, ut aliàs dixi. Hic est Ioue tertio & Maia genitus, ex auita disciplina multarum rerũ uitæ usui perquã utilium repertor. Prudentius Magum dicit fuisse, ideo finxisse priscos illos solitum animas ad orchum deducere & inde reducere. p Posterior fuisse Hercules.] *Hercules* Hercules Cic. vi. fuisse scribit, primum antiquissimum, Ioue antiquissimo, & Liscito natũ, quem concertauisse cum Apolline de tripode accepimus. Alterum Nilo natum Aegyptiũ, quem ferunt literas Phrygias cõscripsisse. Tertium indigetem Idæis, cui inferias afferunt. Quartum Asteriæ Latonæ sororis filium, quẽ Tyrij maxime colunt, cuius Carthaginem filiam ferũt. Quintum in India, qui Belus dicitur: Sextum ex Alcmena, quem tertius Iupiter genuit. Diod. Sicu. lib. iiij. tres Hercules ponit: primum Aegyptium, cuius maxima fuerit uirtus, quẽq; Osiris, ꝙ corpore esset ualidissimo, exercitui præfecit. Hic magna orbis parte peragrata, in Libya columnam statuit, præcessitq; Herculẽ Alcmenæ filiũ pluribus q̃ mille annis, qui & fuit æmulus illius, ideo Alcæus dictus q. præsidiarius & adiutor. Tertius Hercules fuit Cretẽsis, armis & fortitudine inclytus, tum etiam gymnico certamine ad Olympiam constituto, quem Pausanias ἰδαῖον Idæum Herculem, hoc est Dactylum & Curetem nominat. Seruius quatuor Hercules facit, Tyrinthium, Argiuum, Thebanum, Libym viij. Aeneid. uerum de numero non constat. Nam Varro quatuor & quadraginta Hercules recenset, & Tacitus scribit Libyes dicere antiquissimũ Herculem natũ apud se, eosq;, qui pari uirtute fuerint, in cognomentum eius ascitos. At ille, qui æquiuoca scripsit, quæ Xenophontis nomine circumferũtur, Saturnos scribit uocari solitos familiarum nobilium reges antiquissimos: primogenitos eorum, Ioues: nepotes fortissimos Hercules. Aug. hic de Hercule Iouis & Alcmenæ filio loquitur, qui cum Argonautis nauigauit. Vnaq; generatiõe Troicum bellum antecessit, cui Græcorum ambitio uniuersa reliquorum acta attribuit. Ita uirium & fortitudinis fama maiore, q̃ deorum, uel ipsius Iouis, uenit ad posteros, ut Seneca tragicus ausus sit dicere:

Fortius ipso genitore tuo Fulmina mittes.

Hic Hercules posterior fuit Mercurio. Nã prius quàm Hercules nasceretur, ministrasse Ioui Mercurium, fama est. Lisciti tamen filius cõtemporaneus, Aegyptius maior Mercurio Arcade, æqualis Aegyptio. q Ambos homines fuisse.] Homerus Herculem, ut cæteros mortuos cõueniri ab Vlysse facit xi. odys. etsi idolum illius tantum esse apud inferos dicit, quum ipse Hercules cõuiuia deorum ineat, sed scimus quid uelit idolum illud.

r Et quod mortalibus ad istam uitam.] Mercurius multarum artium repertor, & excultor sermonis: Hercules monstrorum purgator, & auersor. Inde ἀλεξίκακος dictus. s Minerua uero longe.] *Minerua* Mineruas Cicero tertio De natura deorum quinq; facit. Primam Apollinis matrem ex Vulcano. Secundam Nilo ortam, quam Aegyptij Saitæ colunt. Tertiam Iouis Cælij filiam. Quartam, Ioue & Coriphe Oceani filia natam, quam Arcades Coriam nominant: & quadrigarum inuentricẽ ferunt. Quintam, Pallantis filiam, quæ patrem dicitur interemisse, uirginitatem suam uiolare conantẽ, cui pinnarum talaria affigunt. Hunc Pallantem, alij hominem fuisse immanem tradunt, quem illa, quod occiderit, nominata est Pallas. Arcades autem fabulantur, Mineruam paruulam adhuc, missam à Ioue ad Pallantem Lycaonis filium, ut in eius ædibus educaretur, ab eoq; esse cum filia sua educatam, quam Minerua in deorum retulit numerum, dixitq; Victoriã, se uero Palladem in gratiam nutritij. Sunt & alia etyma Palladis, nempe ἀπὸ τοῦ πάλλειν,

id est concutiendo hastam, uel ἀπὸ τοῦ ἀναπαλθῆναι αὐτὴν ἐν τῇ κεφαλῇ τοῦ Διός, ꝙ in capite Iouis agitaretur, uel διὰ τὸ παλλομένην τὴν καρδίαν τοῦ Διονύσου προσκομίσαι τῷ Διΐ· ꝙ palpitans adhuc Dionysi cor ad Iouẽ tulerit. nempe cum esset occisus & discerptus à Titanibus. t Ad lacum qui *Tritonis lacus* Tritonis dicitur.] Inter duas syrtes in Aphrica, & fluuius est, & palus, utrunq; Tritona nominant. unde & cognomen Mineruæ inquit Mela, ut incolæ arbitrãtur, ibi genitæ: faciuntq; fabulæ ei aliquam fidem, quod quem natalem eius putãt, ludicris uirginum inter se decertantium celebrant. Herodotus in palude insulã esse refert, ad quam cum Argonautis peruenit Iason. Ab hac Mineruam Tritoniã esse nuncupatam, Græci, & Latini scriptores magno consensu tradunt: ibiq; inuenisse oleũ Silius subsignificat. Solinus speculatam se in ea scribit, puto cum fistulam inuentam, quod buccas inflaret, abiecit. quod poetæ in Mæandro Ioniæ fluuio fuisse canunt. Sed quæ Mineruarum est hic nata? Equidem quintam dixerim. Nam & Palus uicina Pallas uocatur, & Callimachus, qui circa loca illa, patriam habuit, nempe Cyrenas, Tritonem ipsum Pallantiam paludem cognominat. & sic uocat Festus. Sed Libyes, Neptuni, & Tritonidis dicunt, nisi Pallas sit Neptunus. Non prætereundũ est tamen esse, qui in Tritone Bœotia Mineruam natam uelint. Nam Tritones aliquot sunt. Interpres Apollonij sic inquit, τρίτωνες τρεῖς, βοιωτίας, θετταλίας, λιβύης· ἐν δὲ τῷ κατὰ λιβύην ἐτέχθη ἡ ἀθηνᾶ, Tritones tres, Bœotiæ, Thessaliæ, Libyæ. In ea uero quæ est in Libya, nata est Minerua.

u Quod enim de capite Iouis.] Non desunt, qui credant hinc esse Tritonẽ nominatã, quod Bœotia lingua τρίτω sit caput. Verum hoc fictũ est, quod dea sapientiæ existimetur, & suprema ætheris pars. x Quanquam Ogygius ipse quãdo fuit.] Eusebius, unde sunt harum *Ogygius* rerum non paucæ Augustino desumptæ, temporibus Phoronei regis Argiuorum, hæc ascribit. Ogygius qui in Attica Eleusina, quæ antiquitus uocabatur Acta, regnabat, & alijs ciuitatibus plurimis, cuius temporibus apud lacum Tritonidem uirgo apparuit, quam Græci Mineruam nuncupauerunt. Huius tempore inundatio fuit, inter quam & illam, quæ sub Deucalione contigit, centũ ferè & septuaginta annos numerat. Solinus aliter, qui sic inquit, Inter Ogygium sanè, & Deucalionem medium æuum sexcentis annis datur. Ogygius uero in Acta regnauit, & Bœotia, quæ ante Cecropem Ogygia est nominata, ut refert Strabo, quem quidam autorem faciunt Thebarum Bœotiarum. unde Ogygia ingenia dicta sunt Thebana, & uulgo Eleusinæ in Attica, ac indigena existimatus est. nam genus aliũde ignoratur: à cuius temporibus ad primam Olympiadem anni computantur, plus paulo, quàm mille ab Hellanico, Philochoro, Castore, & Thalo, qui Syriaca scripserit. tum etiam Diodoro, & communi ferè Græcorum summa. Quibus Orosius consentit, qui diluuiũ Ogygium mille & quadraginta annis urbem conditam præcessisse perhibet. Porphyrius in quarto aduersus nos libro, Ogygem rege Inacho fuisse scribit, quẽ sequutus Aphricanus, Mosen Ogygi æqualem facit, cũ sit multo minor. y Nec Græca, nec Latina nouit historia.] Aliter Iosephus, & Eusebius. Ille enim ait, huius uniuersalis inundationis & arcæ Noe meminisse Berosum Babylonium, & Mnaseam Damascenum, & Hieronymũ Aegyptium, affertq; eorum dicta. Meminerunt & Alexander Polyhistor, & Melõ, & Eupolemus, ut inquit Eusebius, & Abidenus. Ioppen etiam Aegypti Mela & Plinius ante inundationem terrarũ conditam fuisse tradunt, quod de inũdatione Ogygis aut Deucalionis intelligi non potest, quæ illuc non peruenit. Nec mirandum esset, tunc esse iam illam urbem, quum essent in orbe innumeræ. Diluuium illud, quod mundo minatur apud Poetas Iuppiter, non aliud intelligendum est, sed hæc obscurissime ab eis dicebant, ita ut uix ipsi qui scribebant, intelligerẽt. Quæ apertius à Beroso, Mnasea, & Eupolemo sunt tradita, ad historias spectant barbaricas, ut etiam Iosephus ait, nõ Græcorum, aut Latinorum, de quibus Augustinus loquitur. z Nostri autem, qui chronica.] Nostros homines, Christianos puta. *Eusebius* Eusebius Cæsariæ Palæstinæ Episcopus, qui ob amicitiam cũ Pamphilo martyre cognomen idem cepit, uir fuit immensa lectione, & proinde eruditione summa, scripsitq;, ut Hieronymus dicit, infinita uolumina, inter cætera Chronicorum canonum omnimodam historiam, & eorum ἐπιτομὴν, quã puto esse, quæ ad nos peruenit, & si deprauatissima corruptis nominibus, & rerũ ordine luxato, imperitia describentium librariorum, quibus non facile fuit seruare collationes illas temporum. Nec huiusmodi uitia deprehenduntur, castiganturq;, nisi à cõsultissimis antiquitatis, ideo rudes plerunq; illis capiuntur. Quàm uero sit necessarium id opus studijs omnibus, satis Hieronymus, qui de Græco interpretatus est, indicauit tam religiosa Irenæi adiuratione præposita, quo librarij diligentiam, ingeniumq; excitaret. Ea temporum digestio producta est ab Eusebio usq; ad annum Constantini Cæsaris uigesimum. Hierony. usq; ad Gratianum, de suo adiecit.

Attica a Regnante in Attica.] Attica regio est in Græcia inter Megaram & Bœotiam, cuius Sunium promontoriũ & Pyræum portũ Aegæum abluit mare, parens frugũ, legum, humanitatis, religionis, ut inquit Cicero. Huius littus ait Capella cõcentum musicũ illisis terræ undis reddere, quod propter tantam eruditionis uim puto dictum. Incolæ αὐτόχθονας se, id est indigenas, & sine aliqua externa origine nominant. De regibus illius sic Pausanias: Actæum aiunt in ea quæ nunc est Attica, primum regnasse, quo mortuo Cecrops successit, qui filiã Actæi duxit, ex quis filiæ sunt prognatæ Ersa, & Aglaurus, & Pandrosus. Filius uero Erisichthon, qui non imperauit Atheniensibus, nam patre superstite interijt. ἀκταῖον λέγουσιν ἐν τῇ νῦν ἀττικῇ βασιλεῦσαι πρῶτον· ἀκταίου δὲ ἀποθανόντος, κέκροψ ἐκδέχεται τὴν ἀρχήν, θυγατρὶ συνοικῶν ἀκταίου, καί οἱ γίγνονται θυγατέρες μὲν ἕρση, ἄγλαυρος, καὶ πάνδροσος· υἱὸς δὲ ἐρυσίχθων· οὗτος οὐκ ἐβασίλευσεν ἀθηναίων, ἀλλά οἱ τοῦ πατρὸς ζῶντος τελευτῆσαι συνέβη. Strabo lib. ix. κέκροπα πρῶτον εἰς δυοκαίδεκα πόλεις συνοικίσαι τὸ πλῆθος· ὧν ὀνόματα κεκροπία, τετράπολις, ἐπακρία, δεκέλεια, ἐλευσίς, ἀφίδνα· λέγουσι καὶ πληθυντικῶς ἀφίδνας· θόρικος, βραυρών, κύθηρος, σφηττός, κηφισία, φάληρος· πάλιν δὲ ὕστερον εἰς μίαν πόλιν συναγαγεῖν λέγεται τὴν νῦν τὰς δώδεκα θησεύς. Cecropem primum ferunt in duodecim urbes multitudinem coegisse, quarum hæc sunt nomina: Cecropia, Tetrapolis, Epacria, Decelea, Eleusis, Aphydna: dicũtur & pluratiue Aphydnæ. Doricus, Brabron, Cytheros, Sphetus, Ciphesia, Phalerus. Postea uero in unam urbem, quæ nunc est, aiunt Thesea duodecim illas congregasse.

Quando Atheniensiũ ciuitas sit condita, & quã causam nominis eius Varro perhibeat. Cap. IX

[a] NAM ut Athenæ uocarentur, quod certe nomẽ à Minerua est, quę Grece Athena dicitur: hãc causam Varro indicat. Cum apparuisset illic repente oliuæ arbor, & alio loco aqua erupisset, regem prodigia ista mouerunt, & misit ad Apollinem Delphicum sciscitatũ quid intelligendum esset, quidue faciẽdum. Ille respõdit, quod olea Mineruam significaret, unda Neptunum,

& quod esset in ciuium potestate, ex cuius nomine potius duorum deorum, quorum signa illa essent, ciuitas uocaretur. Isto Cecrops oraculo accepto, [b] ciues omnes utriusq; sexus: [c] mos enim tunc in eisdem locis erat, ut etiam fœminæ publicis cōsultationibus interessent: ad ferendum suffragiū cōuocauit. Cōsulta igitur multitudine mares pro Neptuno, fœminę pro Minerua tulere sentētias. Et quia una plus est inuēta fœminarū, Minerua uicit. [d] Tūc Neptunus iratus marinis fluctibus exęstuātibus terras Atheniensiū populatus est: quoniā spargere latius quaslibet aquas difficile dæmonibus non est. cuius ut iracūdia placaretur, triplici supplicio dicit idem autor ab Atheniensibus affectas esse mulieres: ut nulla ulterius ferrent suffragia: ut nullus nascentium maternum nomen acciperet: ut [e] ne quis eas Ἀθηναίας uocaret. Ita illa ciuitas mater ac nutrix liberalium doctrinarum & tot tantorumq; philosophorū, qua nihil habuit Græcia clarius atq; nobilius, ludificantibus dæmonibus de lite deorum suorum, maris & fœminę, [f] & de uictoria per fœminas fœminea Athenas nomen accepit. & à uicto læsa, ipsam uictricis uictoriam punire compulsa est, plus aquas Neptuni, ꝙ Mineruæ arma formidans. Nam in mulieribus quæ sic punitæ sunt, & Minerua quæ uicerat, uicta est: nec affuit suffragatricibus suis, ut suffragiorum deinceps perdita potestate & alienatis filijs à nominibus matrum, Athenæas saltem uocari liceret, & eius deæ mereri uocabulum quam uiri dei uictricem fecerant ferendo suffragiū: de quo satis apparet, quę et quāta hinc dici possent, nisi sermo ad alia properaret.

L. VIVES

Athenæ Nam ut Athenæ uocarentur.] Athenæ Atticæ unde sint dictæ non conuenit. Vulgatior opinio est à Minerua, quæ illis dicta est Ἀθηνᾶ. De nominibus regionis & urbis, hæc ferè sunt apud Græcos. Pausanias: καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ Κέκροπος Κραναὸς ἐδέξατο, Ἀθηναίων δυνάμει προέχων. Κραναοῦ δὲ θυγατέρας καὶ ἄλλας, καὶ Ἀτθίδα γενέσθαι λέγουσι, ἀπὸ ταύτης ὀνομάζουσι Ἀττικὴν τὴν χώραν, πρότερον καλουμένην Ἀκταίαν. Principatum Cecropis excepit Cranaus Atheniensium uirtute præstantissimus. huic filiæ fuerūt, quum aliæ, tum uero Atthis, à qua regio dicta est Attica, quæ prius Actæa. Strabo: Ἀκτικὴν μὲν γὰρ ἀπὸ Ἀκταίωνός φασιν, Ἀτθίδα δὲ καὶ Ἀττικὴν ἀπὸ Ἀτθίδος τοῦ Κραναοῦ, ἀφ' οὗ καὶ Κραναοὶ οἱ ἔνοικοι, Μοψοπίαν δὲ ἀπὸ Μόψοπος, Ἰωνίαν δὲ ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ξούθου, Ποσειδωνίαν δὲ καὶ Ἀθήνας ἀπὸ τῶν ἐπωνύμων θεῶν. Atticam quidam ab Actæone cognominānt. Attida uero & Atticā ab Atthide filia Cranai, à quo incolæ Cranai dicti, Mopsopiā, à Mopsopo, Ioniā ab Ione Xuthi filio, Posidoniā à Posidōe, & Athenas ab Athena. Ceu quis Latine dicat Neptuniam à Neptuno, & Mineruas à Minerua. Iustinus historicus ex Trogo non uocatas Athenas scribit usq; ad quartum regem Atticū, qui successit Cranao: ipse Amphionidem uocat, credo mendose, Græce Amphictyona. & profecto nomen Athenarum non est inter illa oppida, quæ Cecrops posuit, eaq; quæ uocata est Cecropia, postea Athenæ dicta, & condita à Theseo urbs arx fuit. Sic eñ apud Græcos frequenter ἡ ἀκρόπολις τῆς Ἀττικῆς Κεκροπία ἐκαλεῖτο τὸ πρότερον. quæ sūt uerba interpretis Apollonij. Idem alio in loco Cecropia dicitur Attica à Cecrope rege. Verum illud ignorandum non est, Athenas triplices fuisse, ut inquit M. Varro in libris De analog. ab alijs Athenienses, ab alijs Athenæos, ab alijs Athenæopolitas. Sunt enim Athenæ Atticæ unde Athenienses, & Athenæ Euboicæ in Eubœa insula Chadæ cognominatæ, à Cecrope Erichthæi filio conditæ, cuius incolæ Athenæi, ut puto, à Latinis dicuntur. Nam Græci Athenarū Atticarum ciues Ἀθηναίους uocant. Atheneopolitæ autem sunt in Gallia Narbonensi populi, qui Atheneopolim inhabitāt Massiliensi agro. Est & in Laconica terra Athene oppidum Ἀθῆναι. b Ciues omnes utriusq; sexus.] Ouid. vi. Metamorphoseos: uenisse inter Mineruam & Neptunum in contentionem, uter de suo nomine Cecropiam uocaret: disceptātibus duodecim dijs, ac ipso etiam Ioue, Neptunum tunc percussa tridente terra equum produxisse, Mineruam oleam. Hoc erat signum pacis, illud belli. Placuit magis omen pacis. Ita Minerua Athenas uocauit, quod alij referunt ad certamen maris & terræ, utra parte plus possint Attici, tum ad belli, pacisq; artes, tum ad fructus, merces, & quæstus, unde plus accedat Athenieñ. è mari ne an è terra. At equus à Neptuno æditus, ab alijs Syron, ab alijs Arion dicitur: ab alijs Scythius, ut Seruius refert primo Georg. Valerius Probus non unum Neptuni equum nominat. nam Ariona dicit donatum Adrasto à Neptuno, Xanthum & Cyllaron Iunoni, quos illa Castori & Polluci dedit. Sed quæ Minerua hæc est, ex quinq;? Ex sententia Platonis in Timæo secunda Minerua, quā Cicero dicit ortam Nilo, coli ab Aegyptijs Saitis, & si uulgo Saletis legitur. Est enim Sais in Aegypto sub Delta ingēs urbs, & nomos Amasis patria & regia: cuius cōditrix fuit eadē Minerua ab Aegyptijs Neuth dicta, quæ Athenarum in Attica. *Sais* Est & Atheniensibus mensis quem exordiuntur noua luna Decembris, qui ab illis Ποσειδεὼν nominatur, de memoria illius certaminis Ποσειδῶνος, hoc est Neptuni cum Pallade. c Mos enim tūc in eisdem locis.] Qui in alijs permultis. & eum uoluit esse in sua rep. Pla. d Tunc Neptunus iratus marinis.] Hoc uideri potest factum in diluuio Deucalionis, quod tempore Amphictyonis contigit, quū Athenæ cœperūt hoc nomine cognosci, eaq; uis aquarum Athenas quoq; afflixit. e Vt ne quis eas Athenæas.] Hoc Græce Ἀθηναίας, Metaclides ait, fœminas Athenis natas, non Ἀθηναίας uocari: sed Ἀττικάς. uiros dici Ἀθηναίους. Causam reddit ita: μὴ τὴν ἄγαμον αἱ γαμούμεναι τῇ προσηγορίᾳ καταισχύνωσι: ne, inquit, nuptæ salutando innuptas pudore afficiant. Nam ex marito cognominatio uxoris sumitū: quūq; uiri dicantur Ἀθηναῖοι si illæ dicerentur Ἀθηναῖαι, uiderentū iam nuptæ, ut quæ de uirorū appellatione nominarentur. Verum Pherecrates γραυσί, & Philemon πρέσβυς, & Diphilos ἀμαξίδι, & Pindarus σχολῇ, & alij ueteres Poetæ permulti fœminas Atticas Ἀθηναίας uocarunt. quam uocē in illis scriptoribus Phrynichus sophista Bithynicus ἀντὶ τοῦ Ἀττικάς positam putat, miraturq; Pherecratem hominem Atticissimum, ea esse usum in illa nota. f Et de uictoria deorum per fœminas, fœminæ Athenas nomen accepit. In Brugēsi exemplari sic legitur: de uictoria per fœminas fœminea Athenas nomen accepit, ut sit uictoria fœminea. Si quis malit legere fœminæ, ad Mineruam referuntur: & legi posset, fœminæ Ἀθηνᾶς, hoc est, fœminæ Mineruæ.

Quid Varro tradat de nuncupatiōe Areopagi, & de diluuio Deucalionis. Cap. x

Attamen Marcus Varro non uult fabulosis aduersus deos fidem adhibere figmentis, ne de maiestatis eorum dignitate indignū aliquid sentiat. Et ideo, [a] nec Areopagon, [b] ubi cū Atheniensibus Paulus Apostolus disputauit: ex quo loco Areopagitę appellati sunt curiales urbis eiusdem: uult inde accepisse nomē, [c] quod Mars, qui Græce Ἄρης dicitur, cum homicidij crimine reus fieret, iudicantibus duodecim dijs in eo pago, sex sentētijs absolutus est: quia ubi paris numeri sentētiæ fuissent, præponi absolutio dānationi solebat. Sed contra istā quæ multo est amplius celebrata opinionem, aliam quandam de obscurarum notitia literarum, causam nominis huius conatur astruere, ne Areopagon Athenienses [d] de nomine Martis & pagi, quasi Martis pagum nominasse credantur: in iniuriam uidelicet numinum, à quibus litigia, uel iudicia existimat aliena: non minus hoc quod de Marte dicitur, falsum esse asseuerans, quàm illud quod de tribus deabus, Iunone scilicet, et Minerua, & Venere: quę pro malo aureo adipiscendo, apud iudicem Paridem de pulchritudinis excellentia certasse narrantur: & ad placandos ludis deos qui delectantur, seu ueris, seu falsis istis criminibus suis, inter theatricos plausus cantātur, atq; saltantur. Hæc Varro non credidit, ne deorum naturæ, seu moribus credat incōgrua: & tamen non fabulosam, sed historicam rationem de Athenarum uocabulo reddens, tantam Neptuni & Mineruæ litem suis literis inserit, de cuius nomine potius illa ciuitas uocaretur, ut cū prodigiorum ostentatione contenderent, inter eos iudicare nec Apollo cōsultus auderet, sed ad deorum iurgium finiendum, sicut memoratarum trium dearum ad Paridem Iupiter, ita & iste ad homines mitteret, ubi uinceret Minerua suffragijs, & in pœna suarum suffragatricum uinceretur, quæ in aduersarijs suis uiris obtinere Athenas potuit, & amicas suas fœminas Athenæas habere non potuit. His temporibus ut Varro scribit, [e] regnante Atheniensibus Cranao successore Cecropis, ut autem nostri Eusebius & Hieronymus, adhuc eodem Cecrope permanente diluuium fuit, quod appellatum est Deucalionis, eo quod ipse regnabat in earum terrarum partibus ubi maxime factum est. [f] Hoc autem diluuium nequaquam ad Aegyptum, neq; eius uicina peruenit.

L. VIVES

Areopagus Et ideo nec Areopagon.] In alijs Areon pagon, in alijs Arion Pagon, sic Græce ἄρειον πάγον. Stephanus in urbibus promontorium dicit Athenis, in quo iudicia & quæstiones factæ necis exercerentur. Athenis enim duo erant consilia, ut scribit Libanius sophista: Vnum perpetuum quod de cædibus iudicabat, & huiusmodi rebus eo loco qui Areopagus dicebatur: alterum quotannis mutabile, quod remp. cōstituebat: & quingentenarium uocabatur. De Areopago & Areopagitarū moribus collegit plurima ex utriusq; linguæ scriptoribus Budæus noster annotans in Pandectas.

b Vbi cum Athenieñ. Paulus.] Act. xvij. c Quod Mars qui Græce Ἄρης.] Hæc est communis omnium opinio. Ideo Iuuenalis satyra nona curiam Martis Areopagum nominat. Pausanias Areopagum dictum scribit, quia primus ibi Mars iudicium subijt, cum occidisset Alirrhothion, qui fuit Neptuni filius, quod uim intulisset Alcippæ Martis ipsius ex Agraulo Cecropis filiæ. Deinde iudicatum ibi Orestem matricidam ait, & iudicio liberatum templum ibi erexisse Mineruæ Areæ q. Martiæ. d De nomine Martis & pagi.] Non puto esse dictam illam curiam Areopagum. q. Martis pagū, ceu pagus aliquis esset extra urbem, quales rusticani, qui pagi uocantur, quasi eodem utantur fonte, qui non πάγος, sed πηγὴ dicitur, nec ceu uicus in urbe, sed πάγος modo eminentem aliquem locum, modo saxum significat, quod Stephanus dicit promontorium, quasi celsiorem locum. Sic & Suidas. ἐκλήθη δὲ καὶ Ἄρειος πάγος, ὅτι ἐν τῷ πάγῳ ἐστί, καὶ ἐν ὕψει τὸ δικαστήριον, Ἄρειος δὲ ἐπεὶ τὰ φονικὰ δικάζει. ὁ δὲ Ἄρης ἐπὶ τῶν φόνων, Id est, Vocatus est Ariopagus quòd in saxo & loco æditiore est forū. Arius uero ꝙ de cædibus iudicatur, quibus præest Mars. Attingit quoq; iudicium Martis super Alirrhothio interfecto ex Hellanico lib. primo, ut nos ex Pausania, ex quo eodem prætermittendum non est, in Areopago fuisse lapides argenteos, ἐφ' ὧν ἑστᾶσι ὅσοι δίκας ὑπέχουσι, καὶ οἱ διώκοντες, τὸν μὲν ὕβρεως, τὸν δὲ ἀναιδείας αὐτοῖς ὀνομάζουσι. πλησίον δὲ ἱερὸν θεῶν ἐστιν ἃς καλοῦσιν Ἀθηναῖοι σεμνάς, Ἡσίοδος δὲ Ἐρινῦς ἐν θεογονίᾳ. In quibus & rei & actores cōsistebant: reorum uocabāt iniuriæ, actorum uero impudentiæ. Erat & in proximo templum dearum uerendarum, ut Athenieñ. nominant, quas Hesiodus in Theogonia furias uocat. e Regnante Athenieñ. Cranao.] *Cranai* Alij Amphictyone rege ut dixi, Eusebius rege Cecrope, quæ annotatio temporum parum mihi probatur, ut illud, quod in idem tēpus refertur ab eo Cecrops, is qui in Eubœam insulam migrauit, quem scriptores Græci filium dicunt Erichthei, qui lōge post Cecropem illum primum Atticam terram tenuit, à quo Athenienses dicti sunt Cranai, Aristoph. ὄρνισι μείζω τῶν Κραναῶν ζητοῦσα πόλιν ἐννικάς. Strabo Cranaos esse nominatos scribit, quod miror cur maluit interpres uertere inquilinos, ꝙ incolas, sed Eusebium & Hieronymum cōiungit, quod Eusebius composuit opus, Hieronymus in Latinum uertit. Cæterum ut redeam ad diluuium & Deucalionem, *Deucalion* hic filius fuit Promethei, & Oceanæ, ut inqt Dionysius, qui Pyrrham patrui sui Epimethei & Pandoræ filiam in coniugem accepit, regnauitq; in Thessalia expulsis Pelasgis. cum in exercitu gentes Parnassi accolas ductaret, id est Leleges & Curetas. Huius diebus, sicut Aristoteles refert, ingens uis imbrium magnam Thessaliæ & Græciæ partē oppressit. Ipse Deucalion & uxor Pyrrha in Parnasso seruati, consulto Themidis oraculo humanum genus dicuntur reparasse, iactis post terga parentis ossibus, hoc est terræ lapidib. qui à uiro iacti in uiros, qui à fœmina in fœminas conuertebantur. Sed re uera ex mōtibus in plana deduxerunt homines, qui diluuio superfuerant, ideo fuisse saxa fabulati sunt. Lucia. ἐν μισανθρώπῳ, ὅτε τηλικαύτη ἐν ἀκαρεῖ χρόνου ναυαγία ἐπὶ τοῦ Δευκαλίωνος ἐγένετο, ὡς ὑποβρυχίων ἁπάντων καταδεδυκότων μόγις ἕν τι κιβώτιον περισωθῆναι

θῖναι προσοκέλλαν τῷ λυκορεῖ. Hoc est: quo circa tantum in momento temporis sub Deucalione naufragium contigit, ut demersis in fundo cũctis, uix unicus superstes linter fuerit ad Lycoream appulsus. Porrò Lycorea uicus est in Delphis, à Lycoreo rege dictus, ut scribit Callimachus. Parnassus uero, sicut Stephanus narrat, olim Larnassus uocari erat solitus propterea quòd Deucalionis illuc appulit λάρναξ, hoc est linter contectus siue arca, quam Deucalion ædificauit consilio Promethei patris. Strabo uero Deucalionem Cyni habitasse narrat, quæ est in Locride urbs ad Sunium Opuntium, ubi Pyrrhæ uisitur sepulchrũ, cum ipsius Deucalionis sit Athenis. Pausanias templum quoq; Athenis esse scribit, quod à Deucalione extructum dicitur, argumentoq; est ipsum ibi quandoq; habitasse. Et si Dion Olympij Iouis templum esse Deucalionis tumulum tradit, quod templũ ab ipso extructum ferunt. f Hoc autem diluuiũ nequaquam ad Aegyptum, neq; ad eius.] Sic Plato in Timæo, & Diodorus Siculus libro primo.

Quo tempore Moyses populum de Aegypto eduxerit: & Iesu Naue, qui eidem successit, quorum regum ætate sit mortuus. Cap. XI

DVXIT ergo Moyses ex Aegypto populum dei, nouissimo tẽpore Cecropis Atheniensiũ regis cum apud Assyrios regnaret Ascatades [a]apud Sicyonios Marathus, apud Argiuos Triopas. Educto autẽ populo in monte Sina diuinitus acceptam tradidit legem: quod uetus dicitur testamentũ: quia promissiones terrenas habet: & per Iesum Christum futurum fuerat testamẽtum nouum, quo regnum cœlorum promitteretur. Hunc enim ordinem seruari oportebat, sicut in unoquoq; homine, qui in deũ proficit, id agitur, quod ait Apostolus, ut nõ sit prius quod spiritale est: sed quod animale, postea spiritale: quoniam sicut dicit, & uerũ est: primus homo de terra, terrenus, secundus homo de cœlo, cœlestis. Rexit autem populum Moyses per annos quadraginta in deserto: & mortuus est annorum centum & uiginti: cum Christum etiam ipse prophetasset per figuras obseruationũ carnalium in tabernaculo, & sacerdotio, & sacrificijs, alijsq; mysticis plurimisq; mãdatis. Moysi successit Iesus Naue: & in terra promissionis introductum populum collocauit, ex autoritate diuina debellatis gentibus, à quibus eadem loca tenebantur. Qui cum populum rexisset post mortem Moysi uiginti & septem annos, etiam ipse defunctus est: regnante apud Assyrios octauodecimo Amynta, apud Sicyonios sextodecimo Corace, [b]apud Argiuos decimo Danao, apud Athenienses quarto Erichthonio.

L. VIVES

APud Sicyonios Marathus.] Perathus, Pausanias πόρατος. Eusebius Marathum, quem uiginti annos tenuisse imperiũ scribit. Est etiam Marathus Apollinis filius, à quo urbs in Phocide, nõ longe ab Anticirrha. Fuit & Marathus, qui cum Tyndaridis militauit, à quo Marathõ in Attica δῆμος, ut scribit Plutarch. Nescio, an hic sit Apollinis filius. tempora satis congruunt. Et Suidas ab Maratho Apolline nato dictum perhibet campum Marathonium in Attica. *(Marathus)* b Apud Argiuos decimo Danao.] Danaus Beli filius Aegyptius nauẽ primus ex Aegypto in Græciam aduexit, ut scribit Plin. Nã ante ratibus nauigabatur inuẽtis in mari Rubro, inter insulas à rege Erythra. Idem Danaus primus puteos excogitauit in Argo dipsio, hoc est siticuloso. Hunc Aegyptij eiecerunt præfecto sibi Aegypto, à quo nomẽ habet regio, quum prius Aeria nominaretur, ut scribit Euseb. *(Danaus)* Pausanias Danaum refert ex Aegypto Argos uenisse, Gelanore Stenelæ filio regnante Argis, quem ipse & omnes de Agenorica gente regno spoliauit, contentionem uero Danai & Gelanoris ad hunc modum narrat: Quũ ex Aegypto Danaus uenisset, certaretq; cum Gelanore Sthenelæ filio, de regno disceptãte populo, multaq; utrinq; ad persuadendum conducentia afferrẽtur, nec minus æqua uideretur Danaus dicere, q̃ Gelanor, populus iudicium in postridianum distulit diem: quo die, oriente luce, lupus in gregem boum ad pomeria pascentium, incurrit: cœpitq; cum duce gregis tauro depugnare. Ibi oblata est occasio Argiuis tauro similẽ Gelanorem, lupo Danaum extimare: quoniam, ut bellua illa non est cum hominibus educata, ita nec Danaus erat cum ipsis. At cum taurũ lupus confecisset, pro Danao pronunciatum est. Ea de causa putans Danaus Apollinem in armentum immisisse lupum, templum erexit Apollini λυκίῳ, id est, lupino. Hic Danaus in arce Argiua habitauit, cæteriq; Pelasgi, Danai sunt ex eius nomine uocati: Huius sunt illæ quinquaginta filiæ carminibus celebres. Diodorus ait, ab hoc conditos esse Argos Argiuos, antiquissimã ferè urbem Græciæ: alij tantum arcem perhibent, & ab eo Danaos dictos, qui ante Pelasgi. Tãta gloria fuit rex ille præ cæteris eiusce gẽtis.

De sacris falsorum deorũ, quæ reges Græciæ illis temporibus instituerunt: quæ ab exitu Israel ex Aegypto, usq; ad obitum Iesu Naue dinumerantur. Caput XII

PER hæc tempora, id est ab exitu Israel ex Aegypto usq; ad mortẽ Iesu Naue, per quẽ populus idem terram repromissiõis accepit, sacra sunt instituta dijs falsis à regibus Græciæ, quæ memoriam diluuij, & ab eo liberationis hominũ, uitæq; tunc erumnosæ, modo ad alta, modo ad plana migrantiũ, solenni celebritate reuocarũt. [a]Nam & Lupercorum[b]per sacram uiam ascensum, atq; descensum sic interpretantur, ut ab eis significari dicãt homines, qui propter aquæ inũdationẽ, summa montiũ petiuerũt, & rursus eadem residẽte ad ima redierũt. His temporibus [c]Dionysium qui etiam [d]Liber pater dictus est,

& post mortem deus habitus, [e]uitem ferunt ostẽdisse in Attica terra hospiti suo. [f]Tunc Apollini Delphico instituti sunt ludi musici, ut placaretur ira eius, qua putabant afflictas esse sterilitate Græciæ regiones, quia nõ defenderunt tẽplum eius, quod rex Danaus cum easdẽ terras bello inuasisset, incẽdit. Hos autem ludos ut instituerent, oraculo sunt admoniti. In Attica uero rex Erichthonius ei ludos primus instituit, nec ei tantum sed etiam Mineruæ, ubi præmiũ uictoribus oleũ ponebatur, [g]q, eius fructus inuentricem Mineruam, sicut uini Liberũ tradũt. Per eos annos [h]à rege Xantho Cretensiũ, cuius apud alios aliud nomen inuenimus, [i]rapta perhibetur Europa, & inde geniti [k]Rhadamantus, [l]Sarpedon, [m]et Minos, quos magis ex eadẽ muliere filios Iouis esse uulgatum est. Sed taliũ deorum cultores illud, quod de rege Cretensium diximus, historicæ dant ueritati, hoc autem quod de Ioue Poetæ cantant, theatra concrepant, populi celebrant, uanitati deputant fabularum, ut esset unde ludi fierent placandis numinibus etiam falsis eorum criminibus. His temporibus [n]Hercules in Tyria clarus habebatur. Sed nimirum alius, nõ ille de quo supra locuti sumus. Secretiore quippe historia plures fuisse dicũtur & Liberi patres & Hercules. Hũc sanè Herculem cuius ingentia duodecim facta numerãt, [o]inter quæ Antæi Aphri necem non commemorant, quod ea res ad alterum Herculem pertinet, [p]in Oeta monte [q]à seipso incensum produnt suis literis, cum ea uirtute, qua monstra subegerat, morbum tamen quo languebat sustinere non posset. Illo tempore uel rex uel potius tyrãnus [r]Busiris suis dijs suos hospites immolabat, quẽ filium perhibent fuisse Neptuni, ex Matre Libya filia Epaphi. Verum non credatur hoc stuprum perpetrasse Neptunus, ne dij accusentur, sed Poetis & theatris ista tribuantur, ut sit unde placentur. [s]Erichthonij regis Atheniensium, cuius nouissimis annis Iesus Naue mortuus reperitur, Vulcanus & Minerua parẽtes fuisse dicuntur. [t]Sed, quoniam Mineruam uirginem uolũt, in amborum contentione Vulcanum commotum effudisse aiunt semen in terram, atque inde homini nato ob eam causam tale inditum nomen. Græca enim lingua ἔρις, contentio, & χθὼν terra est, ex quibus duobus compositum uocabulum est Erichthonius. Verum quod fatendum est refellunt, & à suis dijs repellunt ista doctiores, qui hanc opinionem fabulosam hinc exortam ferunt, [u]quia in templo Vulcani & Mineruæ, quod ambo unum habebant Athenis, expositus inuentus est [x]puer dracone inuolutus, qui eum significauit magnum futurum, & propter commune templum cum essent parentes eius ignoti, Vulcani & Mineruæ dictum esse filium: nominis tamen eius originem fabula illa potius quàm ista designat historia. Sed quid ad nos hoc, cũ isti in ueracibus libris homines instruant religiosos, illud in fallacibus ludis dæmones delectet impuros, quos tamen illi religiosi tanquam deos colunt? Et cũ de illis hæc negant ab omni eos crimine purgare non possunt, quoniam ludos eis poscentibus exhibent, ubi turpiter aguntur, quæ uelut sapienter negantur, & his falsis ac turpibus dij placantur, ubi & si fabula cantat crimen numinum falsum, delectari tamen falso crimine crimen est uerum.

L. VIVES

a NAm & Lupercorum.] Lupercal Romæ locus erat in palatio sacer Pani Lyceo, hoc est lupino, quem ferunt Arcades qui cum Euandro in Italiam uenere, monitu Carmentis uatis dicasse, ut in patria magnis religionibus Pan Lyceus colebatur & Iupiter Lyceus in Lyceo monte, & eodem Romæ loco Romulus & Remus suxerãt lupæ mammas, simulachrũq; erat eiusce facti æneũ, idcirco Seruius hac de causa Lupercal dictum esse putat. Sed sacra Lycei Panis ab Euãdro ante natum Romulum multis annis instituta erãt. Sic Ouidius in Fastis:

Quid uetat Arcadico dictos à monte Lupercos?
Faunus in Arcadia templa Lyceus habet.

Et Vergilius libro octauo:

Gelida monstrat sub rupe Lupercal
Parrhasio dictum Panos de monte Lycei.

Et Romulus ex Lupercis fuit. quod sacrum celebrabant, cum à pastoribus Numitoris est captus. Sacrificabatur Pani à nudis hominibus, tectis tantum pudendis, ut inquit Dionysius, pellibus animantium mactatarum ad aram, deinde uicum circumibant cursitantes. Varro libro quinto, De lingua Latina. Lupercalia dicta, quod in Lupercali Luperci sacra faciunt. Rex cum ferias menstruas nonis Februarijs edicit, hunc diem februatum appellat. *(Februum)* Februum Sabini purgamentum, & in sacris nostris uerbum: nam & Lupercalia februatio, ut in antiquitatum libris demonstraui. Festus has ferias Lupercales Iunoni uidetur attribuere: quam, siue februatam, siue februalem, siue februlim nominant, eóque die mulieres februantur, hoc est purgantur à Lupercis amiculo Iunonis, id est pelle caprina. Erat enim persuasum mulieribus prodesse ad fœcunditatem cædi scuticis pellium caprarum immolatarum Lupercalibus. Ideo Lupercis currentibus, offerentes se, manus tendebant, ut ferirentur. Immolabant etiam Luperci canẽ, sicut narrat Plutarchus: seu quòd id genus erat purgationis, seu quòd lupis inimicum, cum lupino deo sacrum fieret. b Per sacram uiam.] *(Sacra uia)* Sacra uia Romæ est, authore Festo, non tantum, ut uulgus

uulgus opinatur, à regia ad domũ regis sacrificuli, sed à regis domo ad sacellum Strenuæ, & rursus à regia usq; in arcẽ. Varro de lingua Latina, ab Strenuæ sacello prope Carinas oritur caput sacræ uiæ, quæ pertinet in arcẽ, qua sacra quotquot mensibus feruntur in arcem, per quam augures ex arce profecti, solent inaugurare. Huius sacræ uiæ pars hæc sola uulgo nota, quæ est à foro eũti primoro cliuo, sacra dicta, φ ibi fœdus inter Romulum & Titum Tatium regem Sabinum ictum. Poma solita hic uendi ostendit Ouidius aliquot locis. Accliuem fuisse satis indicãt loca quæ adscripsi. Ideo Augustinus, ascensum & descensum dicit. c Dionysium.] Cicero tertio De natura deorum, Dionysios multos habemus, Primum è Ioue & Proserpina natum. Secundũ Nilo, qui Nysam dicitur interemisse. Tertiũ Caprio patre, eũq; regem Asiæ præfuisse dicũt, cuius Abarea sunt instituta. Quartũ Ioue & Luna, cui sacra Orphica putanẽ confici. Quintum Nyso natum & Thyone, à quo trieterides constitutæ putantur. De Dionysiis Thebano, & Indico, & Assyrio Philostratus libro secundo Apollonij. Diod. libro quarto esse scribit, qui unicum Dionysium fuisse credant, repertorem uini, gentiumq; uictorem: esse qui tres, diuerso tempore. Primum Indum, qui uinũ inuenerit. Alterum Ioue natum & Proserpina, seu Cerere, aratri monstratorem, cũ prius manibus foderent terram, ac subigerent. Tertium Ioue & Semele uoluptuarium hominem, quiq; in exercitu fœminas ducebat.

Dionysius

Liber d Qui etiã Liber pater dictus est.] Macrobius in Saturnalibus, cur Dionysius Liber dicatur, causam reddit ex sententia Neuij: φ sol sit, & liber per cœlũ uageẽ. alias rationes affert in quæstiõib. Plutarchus: uel quòd liberos reddat bibẽtes: uel φ pro libertate Bœotiæ pugnarit: uel quòd à curis liberat, & in agendo securiores reddit. Senec. in libro De trãquillitate uitæ, Bacchum Liberum esse dictum interpretatur, nõ ob linguæ licentiam, sed quia liberat seruitio curarum animum, & asserit, uegetiorem, & audaciorem in omnes conatus facit. Trudit enim curas, & ab imo animum mouet, ac ut morbis quibusdam, ita tristitiæ medeẽ. Idcirco, liberalius interdum potandum censet. e Vitem ferunt ostendisse.] Ideo Plato in Cratylo Διόνυσον interpretaẽ, id est, διδοῦν οἶνον. Paulo diuersa Valerius Probus i. Georg. Aetolus, inquit, pastor Staphylus, cum Oenei capellas in pabulum deduceret, notauit unã præcipue secedentem à grege, lætiorem cæteris, recipientem se serius in præsepia. Cuius rei ut causam cognosceret, sequutus est eam clam, & in remota stirpe uuam edentem, pomum ei incognitum sustulit, regiq; pertulit Oeneo, qui expresso humore delectatus, quum eum uetustate cognosceret mitescere, Libero patri apposuit, accepto à se hospitio. Cuius rei cultum cum mõstraret Liber, ut perpetua inuentorum esset gloria, cõstituit, ut ab Oeno οἶνον appellaretur uinum, à Staphylo uua σταφύλη. Eusebius Dionysium quendam ponit Deucalionis filium, antiquiorem illo Semele nato, quem in Atticam terram uenisse dicit, & ab eo uitem inuẽtam. eiusq; hospitem nominat Semacum, cuius filiæ capreæ pellem donauit, sed id Cecrope adhuc rege. Eubolus tamen antè Cecropẽ tradit, quàm uinum sit repertũ, & homines in sacrificijs aqua pro uino usos. f Tunc Apollini Delphico instituti sunt ludi.] Eusebius idem in eadem tempora conijcit templi Apollinis Delij constructionem à filio Cecropis Erichthone factam. Ludi Apollini sacri, cum alij erãt multi in Græcia, tum in primis celebrati duo: Actij in Acarnania Apollini Actio, quibus præerant Lacedæmonij, tum nobiles tota Græcia: Delphici in Phocide, qui dicebantur Pythia, & celebrabantur octauo quoque anno, ut scribit Censorinus. Plutarchus in quæstionibus ait, Delphos tres agere enneaterides, hoc est nouennales ludos. Quarum unam uocant Stephaterium, alteram

A ram Heroidem, tertiam Chorilam. Verum de institutione horum certaminum non conuenit. Interpres quidam Pindari in Pythijs scribit, duplicia esse Pythia. qđ & testatur Strabo: antiquissima inuenta sunt ab Apolline ipso Pythone serpente occiso, in quibus uictores fuerũt heroes, Castor, Pollux, Peleus, Hercules, Telamon: qui omnes lauro sunt coronati. Recentiorem agonẽ Pythium constituerunt Amphictyones cõsilium Græciæ, postquã Cirrhæos execratos adiutore Eurylocho Thessalo uicerunt temporibus Solonis, cuius belli meminit Aeschines contra Ctesiphontem. g Quod eius fructus inuentricem Mineruam.] Hanc, non tam olei putant inuentricem, φ oleæ. Sic Verg. Oleæq; Minerua Inuentrix. Nam Plinius lib. vij. Oleum & trapetas Aristæi Athenieñ. inuentum facit, eiusdem cuius sunt & mella, quin etiam & uinũ, ut placet Aristoteli, qui eum doctum hominem facit & à musis educatum, & si Diodorus olei exprimendi rationem ex Mineruæ artibus B quas homines docuit esse dicit. Oleam uero Mineruæ esse sacram omnes perhibẽt, ut Laurum Apollini, & Esculum Ioui, & Veneri Myrtum, & populum Alcidæ, sicut inquit Vergil. Plinius lib. xvi. manere adhuc ætate sua tradit oleam illam Athenis, quam in certamine ædidit Minerua. Olea coronantur Athenis uictores. Vnde mos Romanus in minoribus triũphis quas ouationes nominant, olea & myrto redimire caput, & turmæ equitum Calendis quintilibus olea coronantur, in Olympia uictores oleastro: durareq; scribit Plinius etiã memoria sua oleastrum in Olympia, quo Hercules ibi coronatus est. h A rege Cretensium Xantho.] Hunc Xanthum puto quem Diodorus lib. quinto Asterium nominat ex minoribus Deucalionis. nam huius filius fuit Hellenus, à quo Dorus progenitus, ab hoc Tectamus, qui cum Pelasgis & Eolibus in Cretam nauigauit, ibi rex Asterium genuit quo rege narrant contigisse ra- C ptum Europæ, quæ ex Ioue tres filios Minoem, Rhadamanthum, & Sarpedonem peperit, quos Asterius, cum prolibus careret eorumq; matrem Europam in coniugem accepisset adoptauit. Eusebius Asterium hunc tres illos genuisse perhibet. Strabo aliter, qui Deucalionis filium dicit Hellenem, huius filios Dorum & Xuthum, qui ducta Creusa Erechthei filia colonos in Quadripolim Atticæ terræ deduxit, Oenoam, Marathonem, Probalynthum, & Tricorythum, cum quo Ioannes Grammaticus sentit περὶ διαλέκτων, qui tertium filium Helleni addit Aeolum, à quo lingua Aeolica, ut à Doro Dorica, idq; est uero similius. nam octoginta tantũ anni computantur inter Deucalionis inundationem & raptũ Europæ, nempe à tricesimo Cecropis ad xl. Erichthonij. alij Græci non Hellenis filios dicunt Dorum & Xuthũ, sed Aeoli qui Creusam in matrimonio habuerit. Ab huius uero Xanthi filio Ione dicta est Ionia, quæ prius Aegialia. is enim colonos Athenieñ. duxit in xij. Asiæ ciui- D tates ex Apollinis responso, ut Vitruuius tradit, qui in hoc negocio patrem Xanthum cum filio coniungit, sed filij nomine uocatam esse regionem constat. Erat Athenis Βοηδρομεία festum. q. accursus ad ferendam opem, id enim est βοηδρομεῖν, quod cum belligerarent cum Eumolpo Neptuni filio Xanthus magna celeritate Athenieñ. suppetias tulit. Propter quod in generum est ascitus ab Erechtheo rege. Hunc putãt Asterium esse & Xãthum: nam Xuthus & Xanthus indifferenter ponuntur. & hincius regni Atheniensis, quod Androgeus Minois filius Xanthi nepos ab Aegeo Thesei patre repetebat. eo Androgeo insidijs Aegei sublato Minos bellum intulit Athenieñ. cum diris execrationibus, quæ Athenienses ita afflixerunt, ut singulis annis septenos pueros & totidem uirgines Minoi pendere cogerentur. Asterij cuiusdam meminit Orpheus, quem dicit cum Argonautis nauigasse, sed alterius ab hoc, nempe

Minerua

Xanthus

nempe Amphionis fratris. i Rapta perhibetur Europa.] Agenois filia ex Sidone Phœnicia à prædõibus dicit rapta uectaq; in Cretam, naui cuius insigne erat taurus albus, de cuius nomine ferũt tertiã orbis partẽ, hãc quam nos incolimus esse dictam. Herodotus Cretenses Græcos fuisse raptores scribit, ut raptum Iûs, quam ceperant Phœnices uindicarent. Paridem quoq; ut Asianos ulcisceretur Helenam rapuisse, & hinc initiũ malorum. Palæphatus Parius sic narrat, fuisse Gnosiũ quendam uirum taurum nomine, hunc quum bellum Tyriæ regioni faceret, & alias rapuisse uirgines, & Europam Phœnicis filiam è Tyro. unde nata sit fabula. Græci ex eo Iouis & Europæ cõcubitu ne frustra fuerit Carnium aiunt esse progenitum adamatũ ab Apolline. unde sunt apud Lacedæmõios feriæ Apollinis Carnij, autore Praxila. k Rhadamanthus.] Hic leges dicitur dedisse Cretensibus & iudex inducitur apud inferos à fabulatoribus, Homerus ξάνθον nominat, hoc est seu flauũ, seu pulchrum. Puto quoque & ipsum patrem significare, & si alios quoque pulchros ξάνθος nominat. Plato in Gorgia Rhadamanthum Aeginæ fuisse filium opinatur ab Asopo genitæ, quæ ex Ioue Aeacum peperit nomenq; dedit insulæ Græcæ. l Sarpedon.] Hunc Homerus Iliad. xi. non Europa, sed Laodomia Bellerophontis filia & Ioue natum dicit, qui in Cilicia regnauit, ubi promontorium est Sarpedon finis regni eius, autore Mela. Vulgatior fama est in Lycia ditionẽ habuisse, & sic Strabo sentit lib. xij. qui scribit Sarpedonem ex Creta colonos in eam regionem detulisse, quam postea Lycon Pandionis filius de se uocauit, cum anteà Myñiæ dicerẽtur, ac post etiam Solymi, tametsi eos populos Homerus separat. Porrò Sarpedon bello Troiano à Menelào est interfectus multum dolente Ioue nec ualente seruare filium contra decretum fatorum. m Et Minos.] Rex fuit & legum lator Cretensium qui Minoem minorem genuit, quem nonnulli Iouis filium fuisse autumant, ut perhibet Diodorus lib. v. n Hercules in Tyria.] Aliter in Syria, sed Tyros quæ est urbs Phœniciæ in Syria quoq; est, ut Phœnicia ipsa. patet enim latissime Syria, ut dixi. nec tamen dicendum est Tyria, sed Tyro. uerum Hercules Cicero. iij. De natura deorum sex fuisse dicit, ut recẽsui. Eusebius in hæc tempora reijcit Herculem cognomento Delphinam, qui claruit in Phœnice, sed si hic est Hercules, qui in Oeta cõbustus est, Hercules Argiuus erit, & legendum erit in Augustino non Syria, neque Tyria, neq; Tyro, sed Tyrinthia, quæ est urbs in Peloponnesso prope Argos in qua educatus est Hercules qui Argiuus dicitur. Vnde & nominatur Tyrinthius, quem in Italiam uenisse & monstra domuisse scriptores tradunt. Quanquam hunc qui ad Gades Herculis peruenit Philostratus lib. ij. Aegyptium Herculem fuisse contendit. Sic enim ait, ἔθεν δηλῶται μὴ τὸν θηβαῖον ἡρακλέα, τὸν δ' αἰγύπτιον ἐλθεῖν τὰ γάδειρα, καὶ ὁρίσαι γῆς τὰ τέρματα. Vnde manifestum fit, inquit, non Thebanum Herculẽ, sed Aegyptium ad Gades uenisse, & ibi finẽ statuisse terræ. o Inter quæ Antæi Aphri.] Antæus terræ filius fuit, habitauitq; oppidum Tingen in Mauritania, quæ ab eo dicta est Tingitana, freto & Hispaniæ obiecta. Extare dicit Mela rei signum parmam elephantino tergore execto, ingentem, & ob magnitudinem nulli nunc usuro habilem, quam locorum accolæ ab illo gestatam pro uero habent, tradũtq;, & inde eximie colunt. est collis in ea terra modicus, resupini hominis imago iacẽtis: illius, ut incolæ ferunt, tumulus. Vnde ubi aliqua pars exuta est, solent imbres spargi, & donec effossa repleantur, eueniunt. Victoriam Herculis de Antæo Eusebius in priora refert tempora, & ad primum Herculem, à quo tradit uictum Antæum luctæ certamine. Nec Vergilius inter facinora Herculis, qui in Italiam uenit, meminit Antæi. Ouidius tamen, Claudianus, & alij

Europa

Rhadamãthus

Sarpedon

Minos

Antæus

A omnia omnium Herculum facta, uni Herculi postremo Iouis & Alcmenæ filio, attribuunt. p In Oeta monte.] Hic est in Macedonia. Mela: hic nouissime calcatum Graio Herculi solũ, saltus Oeteus. De hac Herculis in Oeta morte, pleni sunt Græcorum & Latinorũ libri, nihil penè est nobilius. q A seipso incensum.] Quum atra bili laboraret, & pustulis. Eius morbi meminit in problematis Aristoteles, de ingenijs loquens: quod & Politianus in centurijs annotauit. Festus scribit Herculem astrologũ fuisse, qui eo se flammis iniecit die, quo solis erat obscuritas futura, ut opinio suæ diuinitatis confirmaretur. Didicerat enim eam artem ab Atlante in Libya: cumq; sphæram ab eo datam Græcis ostendisset, stupidis animis omnia trahentibus ad fabulam, argumentum dedit fingẽdi, Herculem in cœlo sustinendo Atlanti fesso iam successisse. r Busiris.] Euseb. sequitur. Busiris rex Aegypti fuit, qui Busirim urbem condidit, & Nomon, loco importuoso, & inhospitali, un- B de initiũ fabulæ, quod occiderit hospites. Nam bubulci, qui eo loco tenent pascua, suis gregibus appulsos hospites, si imbecilliores sint, spoliant. Aliam rationem fabulæ affert Diodorus lib. ij. cum Typhõ, qui Osiridem fratrem interemit, ruffus esset, ut melius placaretur Osiris magnus deus, institutum boues ruffos, homines etiam ruffos ad eius sepulchrum immolari. Hac de causa quum pauci ruffi Aegyptij reperirentur, externi complures. Hæc res, inquit, materiam fabulandi Græcis dedit Busiridem hospites necasse, sed ea crudelitate Osiridis sepulchrum notatum est. Eusebius Busiridem latrocinia exercuisse ait, quem Hercules occidit, totamq; eam regionem ex infesta pacatam, tranquillamq; reddidit. Non dubiũ, quin Hercules Aegyptius. s Erichthonij regis Athenieñ.] Pausanias Amphictyonem scribit regno deturbatum coniuratione Erichthonij, cuius patrem, mortalium nullum fuisse putant: progenitum C uero ex Vulcano, & terra. t Sed quoniam Mineruã uirginem uolunt.] Iuppiter quum Mineruam, quam in capite gerebat, parturiret, implorata Vulcani securi, iussit sibi caput findi. unde subito orta est Minerua uirgo armata, saltitans. Hanc in mercedem illius uelut obstetricatus, seu quòd arma Ioui fecisset, & dijs cum gigantibus pugnaturis, coniugem sibi Vulcanus deposcit, eamq; rem totã Iupiter arbitrio detulit puellæ, quæ uiro negauit se ulli nupturam. cũq; permissu Iouis Vulcanus ui eam uellet cogere, excitata natura, semen effudit in terram, quod pudibũda Pallas terra operuit, unde Erichthonius est natus, quem anguinis fuisse pedibus memoriæ traditum est, ideo currus inuenisse, ut deformitatem corporis celaret. Verg. iij. Georg.

Primus Erichthonius currus & quatuor ausus
Iungere equos, rapidisq; rotis insistere uictor.

Vbi Seruius simili sentẽtia, qua nos, fabulam refert. Higinius libro secundo Histo. cœlest. scribit Iouem nouũ Erichthonij commentum admiratum illum in cœlum D transtulisse, uocariq; ἡνίοχον, id est aurigam stellis septem ad circulum æstiuum & lacteum orbem. Sed Erichthonius, inquit, quadrigas ut ante diximus, & sacrificium Mineruæ, & templum in arce Athenien. primus instituit. u Quia in templo Vulcani.] Pausanias in Atticis: supra Ceramicum & Stoam Basileum dictam, templum est Vulcano sacrum, in quo & signum est Mineruæ: quæ res occasionem præbuit fabulæ Erichthonij. Fuit & una ex Mineruis, quæ ex Vulcano Apollinem genuit, in cuius Apollinis tutela sunt Athenæ. x Puer dracone inuolutus.] Hinc quod fictum est de anguinis pedibus. Ouidius secundo Metam. fabulam narrat, quemadmodum Minerua dederit custodiendum Erichthonium cista uiminea clausum filiabus Cecropis, monitis prius ne curiose quod inclusum esset inquirerent, ipsas eo magis arsisse cupiditate uidendi

Oeta

Busiris

dendi, ita detectum puerum, resolutis cistæ nodis, uidisse cubantem unà draconem. Pausanias Pandrosum deæ paruisse narrat, reliquas duas retexisse, ideo in furorem uersas, ex arcis loco maxime præcipiti deiecisse se.

y Vbi etiam si fabula.] Alibi sic, ubi & si fabula cantat crimen numinum falsum, delectari tamē falso crimine crimen est.

Qualium fabularum figmenta sint eo tempore, quo Hebræis iudices præesse cœperunt. Cap. XIII

POST mortem Iesu Naue, populus dei iudices habuit, quibus temporibus alternauerunt apud eos & humilitates laborum pro eorum peccatis, & prosperitates consolationum propter miserationem dei. [a]His temporibus fabulæ fictæ sunt de Triptolemo: qui iubente Cerere, anguibus portatus alitibus, indigētibus terris frumēta uolando cōtulerit. [b]De Minotauro, quod bestia fuerit inclusa [c]Labyrintho: quò cum intrassent homines, inextricabili errore, inde exire nō poterant. [d]De Centauris, quod equorū hominumq́; fuerit natura coniuncta. [e]De Cerbero, quod sit triceps inferorū canis. [f]De Phryxo & Helle eius sorore, quòd uecti ariete uolauerint. [g]De Gorgone, quod fuerit crinita serpentibus, & aspicientes conuertebat in lapides. De [h]Bellerophōte, quòd equo pennis uolante sit uectus, qui equus Pegasus dictus est. [i]De Amphione, quòd citharæ suauitate lapides mulserit & attraxerit. [k]De fabro Dędalo & eius filio Icaro, quòd sibi coaptatis pēnis uolauerint. [l]De Oedipo qui monstrū quoddam, quod sphinga dicebatur, hūana facie quadrupes, soluta quæ ab illa proponi solebat uelut insolubili quęstione, suo pręcipitio perire cōpulerit. De Antæo quem necauit Hercules, quod filius terræ fuerit, propter quod cadēs in terram fortior soleret assurgere. Et si qua forte alia pręteremisi. Hę fabulę ad bellum usq; Troianum, ubi secundum librū Marcus Varro de populi Romani gente finit, [ll]ex occasione historiarū, quæ res ueraciter gestas continent, ita sunt ingenijs hominum fictæ, ut non sint opprobrijs numinū affixæ. Porrò autem quicunq; finxerunt à Ioue [m]ad stuprum raptū pulcherrimū puerum Ganymedem, quod nephas rex Tantalus fecit, & Ioui fabula tribuit, [n]uel Danaes per imbrē aureum appetisse cōcubitum, ubi intelligitur pudicitia mulieris auro fuisse corrupta: quę illis tēporibus, uel facta, uel ficta sunt, aut facta ab alijs, & ficta de Ioue, dici nō potest quantū mali de hominū præsumpserint cordibus, quod possent ista patienter ferre mēdacia, quę tamen etiā libēter amplexi sunt: qui utiq; quāto deuotius Iouē colunt, tāto eos, qui hæc de illo dicere ausi sunt, seuerius punire debuerunt. Nunc uero nō solum eis qui ista finxerunt irati nō sunt, sed nisi talia figmēta etiam in theatris agerent, ipsos deos potius iratos habere timuerunt. His temporibus Latona peperit Apollinē, non illum cuius oracula solere consuli superius loquebamur, sed illum, quem cum Hercule ferunt [o]Admeti regis armenta pauisse: qui tamen sic est deus creditus, ut plurimi ac penè omnes unū eundēq; Apollinem fuisse opinentur. tūc [p]& Liber pater bellauit in India qui multas habuit in exercitu fœminas, quæ Bacchæ appellatæ sunt, non tam uirtute nobiles, quàm furore. Aliqui [q]sanè uictum scribūt istum Liberum & uinctum: nonnulli & occisum in pugna à Perseo, nec ubi fuerit sepultus tacēt, & tamen eius uelut dei nomine per immūdos dæmones Bacchanalia sacra, uel potius sacrilegia sunt instituta. De quorū rabiosa turpitudine post tam multos annos sic senatus erubuit, ut in urbe Roma esse prohiberet. Per ea tēpora [r]Perseus & uxor eius Andromeda postea quàm sunt mortui, sic eos in cœlū receptos esse crediderunt, ut imagines eorū stellis designare, eorūq; appellare nominibus non erubescerent, [s]nec timerent.

L. VIVES

Triptolemus

a His tēporibus fabulæ fictæ sunt de Triptolemo.] Huius origo est incerta. Ouidius illi genus dat ignobile, refertq; ex prætenui natum muliercula, imbecillæ in infantia ualetudinis: quæ mulier cū errantē Cererem hospitio accepisset, beneficio deæ filium firmiorem recepit. Lactantius uero Eleusii Eleusis regis & Hiones filium facit, redditūq; immortalem à Cerere hospitio patris suscepta, alitū interdiu diuino deæ lacte, per noctem uero igne tectū obrutūq;. Seruius nō Eleusium patrē, sed Celeū dicit, Eusebius alienū à Celeo Triptolemum putat: regnāte, inquit, in Eleusi, quæ est Atticæ terræ ciuitas, Celeo, appulit illuc Triptolemus longa naui uectus. Atticorum ea fuit uulgaris opinio Celei filium fuisse. Argiui non Celei, sed Trochili Hierophantæ, qui Argis propter inimicitias cum Agenore Argiuo rege fugiens in Eleusin Atticæ terræ uenerit, ubi ducta uxore Triptolemum genuerit, & Eubolea. Sunt qui Oceani & terræ filium fuisse autument, quam ferunt fuisse Musæi sententiam: fuisse uero Eubolem & Triptolemum Dysaulis, ea est Orphei. Chœrilus Athenieñ. Rharum dat Triptolemo patrem, matrem uero filiam quandam Amphictyonis. Diodorus Herculem patrem & Philei Thesprotum regis filiam matrem. Cæterum huic Triptolemo uolunt fruges à Cerere datas, eumq; conscenso curru, quem alati per aera uehebant serpentes, unius quemadmodum Higinus ait rotæ, ne cursum moraretur, fruges orbi distribuisse, primumq; Rharium agrum, qui est iuxta Eleusin semina accepisse, & reddidisse fructum: ideo ex eo agro tuberes legebantur ex quibus bellaria confici solita erant in sacrificiorum usum: ibi & area Triptolemi fuit, & ara. qui se rem ueram huius fabulæ existimāt afferre, cum Eusebio uidentur consentire. nam Triptolemum scribūt Eleusii filium fuisse Eleusinæ regē, quem sterilitate anni populum suis frugibus aluisse perhibēt. Idem cum Triptolemus simili tēpore præstare non posset, ueritus popularē iram ac tumultum longa naui cuius serpens erat insigne ex patria fugit, & aliquandiu peregrinatus redijt, cum maxima frumenti copia, pulsoq; Celeo qui eo absente regnum ibi occuparat, frumenta distribuit, populumq; arare & serere docuit. Hinc Cereris alumnus nuncupatus. Sunt qui non Celeum pepulisse, sed Lyncum tradāt, à quo insidijs impetitus fuerat. Hunc Lyncum Ouidius Scythiæ regem facit, quem Ceres, quod Triptolemum occidere tentasset, ex Lynco homine lyncem animal fecit.

Minotaurus

b De Minotauro.] Pasiphae Solis filia Minoi Cretæ regi denupsit, quo bellum in Megarenses, & Athenienses gerente ob Androgei necem, & quod regnum ad se iure spectare diceret, uxor infando tauri amore incensa est, cui à Dædalo fabro structa est machinula, qua specie buculæ, cum tauro posset concumbere. Hinc natus Minotaurus, qui carnibus humanis uescebatur. Horum amorum autor fuit Venus, ut scribit Seruius. Nam indicato à Sole adulterio Martis & Veneris, Vulcanus minutissimis catenis lectulum cinxit, quibus Venus & Mars ignorantes implicati sunt, & cum ingenti turpitudine resoluti sub testimonio cunctorum deorum. Hoc dolens Venus omnem solis stirpem infandis amoribus prosequuta est. Vnde natus Taurus quem Minois dicūt, μινωταῦρον. Pausanias ἔστι ἡ λεγομένη θυσίας μάχη πρὸς τὸν ταῦρον τὸν μίνω καλούμενον. est enim μίνω genitiuus Atticus. Seruius hunc taurum non bestiam, sed hominem fuisse narrat, seu notarium, seu magistrum militum Minois, cū quo Pasiphae in domo Dædali cōcubuit, & quoniam geminos peperit, unum de Minoe, alterum de tauro, fingitur Minotaurum peperisse, quod Verg. exprimit dicens: Mistūq; genus, prolemq; biformem. Euripides media ex parte uirum & media taurū fuisse arbitratus est. Plutarchus in Theseo taurum hunc ducem copiarum Minois, siue naualis prælio, siue gymnico certamine oppressum esse à Theseo narrat, quod Minos non inuitus accepit. nam erat Taurus homo sæuo & immiti ingenio, rumorque erat constans eum rem habere cum Pasiphae: quocirca pueros omnes Atticos Minos Theseo reddidit, qui tributi nomine quotannis in Cretam mittebātur, & eo tributo Athenieñ. in posterū liberauit. Palæphatus Parius Taurum adolescentem formosum fuisse scribit Minois comitem, cuius amore capta Pasiphae cum eo cōcubuerit, unde natus sit infans, quem Minos, quū tamen rem cognosceret, noluerit occidere fratrem filiorum suorū: quūq; adolesset & se insolentius in pastores gereret, iussit eum rex comprehendi. is uero effodit locum subterraneum, in quo se est tutatus. Illuc deinde rex misit facinoris alicuius conuictos, ut cum eo pugnarent. locus erat inexpugnabilis, ita supplicio afficiebantur damnati, ut iā locus uice esset carceris & ille pro carnifice. Theseum hostem cum cepisset Minos, eòdem inermem misit. Ariadne gladium illi suggessit carcerē intranti, quo Minotaurum cōfecit.

Labyrinthus

c Labyrintho.] Labyrinthus ædificium est meatibus uarijs & ambagibus sinuosum, & in se reflexum, quod ingressis errorem parit. Tales in orbe fuerunt quatuor, Aegyptius in Heracleopolite nomo, prope stagnum Mœrin non procul ab urbe Crocodilorū, ut autor est Herodotus, qui se eum uidisse testatur, nec mirū. adhuc ætate Diodori Siculi, Plinij quoq; extabat. Describitur ab ipsis & Strabone, ac Mela. Herodotus maiorem ait esse fama & Græcorum narrationibus. Psametici opus fuisse Mela scribit. Plinius uarias sententias adducit. Nam alij putarunt esse Petesuci, alij Tithöis, & esse qui regiam fuisse Motherudis narrent, ut Demoteles, Lycias sepulchrum Mœridis, plures soli sacrum id extructum, quod maxime creditur. ad exemplar huius Dædalus in Aegypto educatus Cretēsem fecit, Diodoro & Plinio autoribus, sed cētesimam tantum Aegyptij partem imitatus, & tamen hunc ambagiosissimum fuisse Plinius quoq; docet, ut descriptionem eius prætereā, apud Ouidiū viij. Metam. Sed Philochorus apud Plutarchū labyrinthum Cretæ tantum putat fuisse carcerem, ex quo effugere non possent qui asseruarentur. cuius sentētiæ uidet esse Palæphatus. Tertius fuit Lemnius opus Zmili & Rholi & Theodori architectorum. Plinius extare eius uestigia dicit, cum Cretensis & Italici nulla extent. Italicus porrò fuit quartus sub urbe Clusio, quēadmodum M. Varro dicit, Porsennæ regis Ethrusci monumentū.

Ixion

d De Centauris.] Ixion Phlegiæ filius, Martis nepos, cum Iunonem adamasset eaq; marito Ioui esset questa, Iupiter nubē in specie Iunonis deformatam Ixioni supposuit, cui Ixion commistus ex ea Centauros genuit. Hunc Ixionem Thessaliæ fuisse regem constat, ubi primus equorum domandorū fuit usus. Plinius libro septimo: frenos & strata equorū Peletronius inuenit, pugnare ex equo Thessali, qui Centauri appellati sunt, habitantes secundum Pelium montem. Vergilius non admodum diuerse:

Frena Peletronij Lapithæ gyrosq; dedere
Impositi dorso, atq; equitem docuere sub armis
Insultare solo & gressus glomerare superbos.

Idem Lucanus in vi.

Primus ab æquorea percussis cuspide saxis
Thessalicus sonipes bellis feralibus omen
Exiluit, primus chalybem frenosq; momordit
Spumauitq; nouis Lapithæ domitoris habenis.

Seruius iij. Georg. explicans Vergilij, quem modo citaui locum, ad hunc modum scribit: Quidam Thessalus rex bobus œstro exagitatis, satellites suos ad eos reuocandos ire cum iussisset, illiq; cursu non sufficerent, ascenderunt equos, & eorum uelocitate boues sequuti, eos stimulis ad tecta reuocarunt. sed hi uisi, aut cū irent uelociter, aut eorum equi cum circa flumen Peneon potarent capitibus inclinatis locum fabulæ dederunt, ut Centauri esse crederentur. dictiq; sunt Centauri ἀπὸ τοῦ κεντᾶν τοὺς ταύρους. Alij dicunt Centaurorum fabulam esse confictam ad exprimendam humanæ uitæ uelocitatem, quia equum constat esse uelocissimum. Hæc Seruius.

Centauri

Palæphatus sic refert: Quum tauri præferoces Larissam, & eam Thessaliæ regionem uastarent, Ixion rex præmium proposuit ijs qui tauros arcerent. Iuuenes è Nephele pago quum equos māsuefactos & edoctos conscendissent, nam prius curribus modo utebantur, tauros abegerunt. Accepta ob hoc pecunia insolentiores facti iniurijs affecerunt, & ipsum Ixiona, & Larissæos, qui tum Lapithæ dicebantur, ita ut inuitati ad nuptias Pirithoi mulieres eorum raperent. quæ res præbuit occasionem fabulæ quòd Centauri dicātur, quòd semiequi, quòd filij Ixionis, quia ab eo missi & donati. quòd ex nubibus: nam Nephele est nubes. Ipsi quoque Centauri Lapithæ erant, Nam Nephele in Lapithis. & sic distinguuntur ut Romani & Latini. De nauigatione hac Thesei sic scribit Plato in Phædone: Theseum profectum in Cretam cum bis septem hominibus uotum suscepisse, si ipse saluus saluos suos reduceret, singulis annis spectaculum Delphos ducturū ad Apollinem: quem morē Athenienses adhuc suo tēpore seruarent, ut ipsam eādem Thesei nauem coronatam Delum mitterent: quo toto nauigationis tempore quousque ad Piræeum redijt, nefas sit quenquam supplicio capitali afficere

afficere. e De Cerbero, quòd sit triceps.] Cerberus, ut Hesiodus in theogonia dicit, filius fuit Typhonis ferrea uoce, quinquaginta ceruicibus monstrum. Id hoc modo describit Seneca in Hecule furente:

Post hæc auari Ditis apparet domus.
Sæuus hic umbras territat stygius canis
Qui terna uasto capita concutiens sono
Regnum tuetur, sordidum tabo caput
Lambunt colubri, uiperis horrent iubæ
Longusꝗ torta sibilat cauda draco.
Par ira formæ, sensit ut motus pedum,
Attollit hirtas angue uibrato comas
Missumꝗ captat aure subiecta sonum
Sentire & umbras solitus.

Hunc canem auarorum naturæ quidam conferunt, ut Bocatius, qui de fabulis non omnino, ut illa ætate, scripsit infeliciter. Porphyrius uero in interpretationibus diuinorum ait symbolum Sarapidis & Isidis, hoc est Ditis & Proserpinæ esse canem tricipitẽ, illum scilicet perniciosissimũ dæmonẽ, qui in aqua, terra, & aere tribus his elemẽtis uersatur. Idem Porphyrius Cerberum tricipitem esse nominatũ inquit, quia superiores solis regiones tres sunt, ortus, occasus, meridies. Hunc canem ab Hercule ex inferis ad superos extractũ fabulantur. ideo de re difficili cum perficitur, aut explicatur, solemus dicere Cerberum è tenebris extractum: aut cũ difficile id uolumus significare, nõ esse facile dicimus Cerberum ab inferis. Sunt qui per Tænarum promontoriũ Laconiæ tradant hunc canem extractum ab Hercule, ut Strabo & Seneca, & uulgatior opinio. nam illac est iter ad inferos expeditissimum, & ingens uorago faucibus uastis patet, latumꝗ pandit omnibus populis iter. Serpentem ferunt in Tænaro fuisse exitiabilem quẽ Hercules occidit, & quia in eo loco uia creditur esse ad inferos, hinc nata est fabula de Cerbero. Mela tamẽ sic scribit de regionibus Ponti Euxini: In eo primum Mariandynei urbem habitant Argiuo ut ferunt Hercule datã, Heraclea uocitatur: id famæ fidem adiecit, iuxta specus est Acherusia, ad manes ut aiũt peruius, atꝗ inde extractum Cerberũ existimant. Melam Plinius est sequutus
Aconitum lib. xxvij. Aconitum enim uenenum fabulæ narrauerũt è spumis Cerberi natum, Hercule ab inferis extrahente, ideoꝗ, inquit, apud Heracleam Ponticã, ubi mõstratur eius ad inferos aditus, gigni. Ouidius in vij. nullum locum aperte ponit, sed Ponticam terram subsignificat in qua primum Cerberus uisus est superis, & aconitum sparsit cautibus, ideo sic appellatũ q. ἀκονιτί, sicut in palæstris solet dici sine puluere, aut ἀπὸ τῶν ἀκόνων, hoc est caute: ipse uero Cerberus nominatus est q. κρεάτων βορός carniuorus. Fuit & Aideo Molossorum regi canis Cerberus. Hic enim cum ἀϊδωνεύς, hoc est Orchus nominaretur, cõiugi Cereris nomẽ indidit, filiæ uero Proserpinæ, cani Cerberi. Alij raptam attribuunt coniugem Proserpinã, sed ex Plutarcho pergã narrare: huius regis filiam cũ Theseus & Pirithous raptum uenissent, Orchus comprehẽsis eis Pirithoum Cerbero cani obiecit, Theseum uero adseruauit in custodia arcta. Hinc orta fabula Theseum & Pirithoum ad rapiendam Proserpinam ad inferos descendisse: & est alioqui Molossorum regio in Epiro Atticis & Thessalis occidentalis, quæ pars mũdi inferior est, semper inferorum nomine significata, ut apud Homerum inferi, Elysii, & insulæ fortunatæ in occidua mundi parte. Palæphatus uero ad hũc modum: Hercules cum in Ponto Geryonem uicisset, in ea ciuitate, quæ dicebatur Tricarenia, id est triceps, abduxissetꝗ eius armenta, secutus est boues canis ferocissimus, Cerberus nomine. ubi in Peloponnesum esset uẽtum, uir Mycenæus opulentus nomine Molossus canem expetiuit, & petijt, non concedente Eurystheo, egit cum pastoribus ut in Tænari spelunca eum continerent, cui & summisit ca-

A nes fœminas. Eurystheus uero Herculem ad canem repetendum misit, qui inuestigatum inuenit in Tænaro, indeꝗ abduxit ad regẽ. Hinc nata fabula. f De Phryxo & Helle.] Phryxus Frater & soror nati sunt Athamante Aeoli filio & Nephelæ, quæ postquam furore correpta in saltus & solitudines abijt Athamas Inûm Cadmi duxit: huic cum odiosi essent Phryxus & Helle, priuigni nempe nouercæ, operam per matronas omnes regni dedit, ut fruges corrumperentur. In remedium horum malorum cum missi essent qui Apollinem consulerent, Inò illos oraculum ementiri coegit, deposci à numine Nepheles liberos, quorum miserata Iuno arietem aureũ misit, quo per mare ueherentur. Helle tenera puella dum se regere non ualeret, in mare decidit angustum illud, quod Asiam & Europam intersecat, deꝗ eius nomine Hellespõtus nominatur. eamꝗ Neptunus compressit, genuitꝗ Pæona. Phryxus uero per Propontidem & Bosphorum Thracium dextramꝗ Ponti Euxini oram de-
B latus est in Colchos, Hic cum terram tenuisset, arietem mactauit Ioui, pellem uero aureã Marti sacrauit, in templo à se condito. Apollonius tamen lib. iiij. non Marti erexisse templum scribit, sed Διὶ φυξίῳ, id est Ioui fugio, hoc est fugæ seu comiti seu duci: tametsi & Διὶ φυξίῳ sacrũ fecisse Deucalionem post diluuium Græci sunt autores. Is aries in Orchomeno Bœotiæ natus erat. Alij in Thessalia dicũt, inter cœlestia sydera collocatus primum ani signum: quod subobscurius uidetur, ut inquit Eratosthenes, ꝙ ipse cœlum conscensurus ultrò pellem auream sibi detraxit, & Phryxo dedit. Diod. lib. v. Postmodum, inquit, Aeetæ in Ponto regnanti respõsum datum est, illum tunc mortem obiturum cum externi nauigio delati aureum uellus sustulissent: hac ex causa, tum uero innata crudelitate ostentauit se hospites sacrificare, ut diuulgata tanti sceleris fama externi omnes eum accessum abhorrerent: templum quoꝗ muro circumdedit, custodesꝗ plures apposuit ex Taurica accitos, de
C quibus à Græcis mirandæ fabulæ finguntur. Decantatum enim est tauros ignem spirãtes circa templum esse, à dracone insuper custodiri uellus. Verum taurorũ nomen à custodum robore traductum est, uel quòd essent ex Taurica, à crudelitate uero cædis hospitum tauros ignem efflare confictum. Modo simili quum templi custos Draco appellaretur, traduxerunt poetæ ad mirandas stupendasꝗ eius animantis fabulas. Similiter & de Phryxo fabulæ confictæ sunt, quippe nauigasse eum ferunt quidam naui cuius in prora signum fuerit arietis. Helle uero è nauigatione grauiter ægra, quum in oram nauis incũberet, in mare decidit. Alij tradunt Gambrũ Scytharum regem in Colchos quo tempore Phryxus cum pædagogo captus fuerit aduectum: quumꝗ adolescentẽ dilexisset dono illum ab Aeeta accepisse, ac ut legitimum ab se filium educatum regni hæredem relictũ. Pædagogum, is Aries uocabatur, sacrificatũ dijs, eiusꝗ pellem cadaueri exemptam de more templo fuisse affi-
D xam. Deinde respõso tradito, eum tũc moriturũ quum aduentantes hospites arietis pellem sustulissent, regem aiunt adhibitis templo custodibus eam, quo diligẽtius seruaretur, deaurasse. Tantum Diodorus Siculus: nam alij hanc fabulam ad fluuios Colchicos referunt, qui aurum secum deuoluunt, quod captum cum arenis asseribus perforatis purgãt, pellibusꝗ substratis excipiunt. Alij ad opes illius regionis, magnam uim auri & argenti & ferri. Quemadmodum Plinius inquit, sic scribens: Iam regnauerat in Colchis Salauces & Esubopes, qui terram uirginem nactus plurimum argenti auriꝗ eruisse dicitur in Sanorum gente, & alioquin uelleribus aureis inclyto regno. Propter hæc metalla, sicut apud Strabonem legitur, expeditiones in eam regionem susceptæ sunt, & à Phryxo, & postea ab Iasone quorum extant illic monumenta, Iasonia ab Iasone, & Phryxium à Phry-
xo

xo conditæ urbes: & ambo Aeetæ filias in coniuges accepertũ, Iason Medeã, Phryxus Chalciopen, ex qua nati sunt, Cytissorus, Melana, Phontis, Argus, à quo Pherecydes putat Argon nauem esse nominatam. Verũ Phryxum hunc in tempora Abantis Argiui, & Erechthei Atheniensis regis confert Eusebius: Secundum quorundam, inquit, opinionem hac ætate Phryxus cum Helle sorore sua fugiẽs insidias nouercales, uisus est per mare uehi ab ariete uelleris aurei. Fuit autem ei nauis parata fugienti cuius insigne aries erat. Porrò Palæphatus historiã sic narrat: Athamas Aeoli filius regnauit in Phry-
Gorgones gia, huic fuit procurator Crios, id est Aries, quẽ fidissimum sibi arbitrabatur. Hic significauit Phryxo consilium Athamantis de eius cæde. Fugit ergo Phryxus, in naui congestis multis opibus: simul fugerunt Crios, & Helle soror, & Eos mater Pelopis. Helle molestia nauigationis interijt, proiectaꝗ est in id mare, quod ab illa Hellespontus dicitur, reliqui Colchos tenuerunt. Phryxus filiam Aeetæ regis duxit uxorem, deditꝗ regi simulachrum arietis aureum, quod ex diuitijs suis Eos consecerat. g De Gorgone ꝙ fuit crinita.] Gorgones tres dicuntur fuisse, Steno, Euriale, & Medusa, Phorci filiæ & marini monstri. Hesiodus in theogonia Medusam tantum mortalẽ fuisse perhibet, reliquas immortales. Ouidius duas solum ponit quarto Metamorphoseos, quibus unicus erat oculus, quem inter se utendum per uices sibi tradebãt. E regione Aethiopiæ Occidentalis insulæ sunt, quas Mela Gorgones Gorgonum domum locat, cui Lucanus in nono suffragatur. Plinius lib. sexto: cõtra promontoriũ Aethiopiæ Hesperoceras insulæ narrantur Gorgonum quondam domus, bidui nauigatione distantes à continente, ut tradit Xenophon Lampsacenus. Penetrauit in eas Hanno Pœnorum imperator, prodiditꝗ hirta fœminarũ corpora, uiros pernicitate euasisse, duarumꝗ Gorgonum cutes argumẽti & miraculi gratia in Iunonis templo posuit, spectatas usque ad Carthaginem captam. Sic ille. Sunt qui has Gorgonas Hesperidas fuisse existiment, sed Hesperides procul à Gorgonibus sitas esse constat, & xl. dierum nauigatione, ut Statius Sebosus prodidit. Diodorus uero libro quarto bibliothecæ Gorgonum gentem mulierum dicit esse in Libya pugnacissimã ac uiribus præualidam, à Perseo Græco uictam, duce earum Medusa. Hanc medusam fabulantur in templo Mineruæ cũ Neptuno concubuisse, ideo iratam Mineruam eius crines in angues commutasse, uertebatꝗ in saxum intuẽtes. Perseus Mineruæ scuto armatus congressus est cum ea: quæ quum in scuto tanquam in speculo imaginem esset suam intuita, graui oppressa somno in saxũ uerti cœpit, propereꝗ caput ei Perseus amputauit, ex cuius cruoris stillis per Libyam sparsis tam multi uarijꝗ sunt æditi serpẽtes, & uirgæ quas contigerant in coralium induruerũt. Etiam Pegasus alatus equus prodijt, opinione Ouidij & Hesiodi, alij ex concubitu Neptuni & Medusæ putant. C. Iulius Higinius uictas à Perseo Gorgonas refert, hoc modo: quum ipsarum una communem oculum alteri traderet, cæca utraꝗ existente, accurrisse maxima celeritate Perseum, ac oculum intercepisse, proiecisseꝗ in Tritonem paludem: ita facile superatas Gorgonas excæcatas. Iupiter bellum in Titanas gesturus responso acceperat Gorgonis caput induendum, si uellet uincere, ita pelle capræ Gorgonis capite addito cõtectus, quã Græci Aegida uocant, in bellum prodisse, id scuti postea Mineruam à Ioue impetrasse. Euhemerus in sacra historia Gorgonem à Minerua occisam scribit. Vulgo Medusam hanc formosissimam fœminam fuisse putãt, quæ stupore intuentes defigeret, ideo in lapides dixerunt uersos. & Diodorus armatas prodit corijs ingẽtium serpentũ. Nescio an aliquam huius commenti partem in Catoblepas deriuem, nam contra Gorgonas insulas in ipsa continenti terra Catoblepæ sunt, ut Mela & Plinius tradũt haud grandes feræ, sed grande malum. Cæteris membris inertes, prægrandibus capitibus quæ ægre sustinent, idcirco semper in terram ore conuerso, unde illis nomen: nec impetu sæuiunt, nec morsu, tantum oculos earum uidisse mortiferum. eadem uis est basilisci serpẽtis contra quos ferunt armari homines speculis, ut serpens ipse se uideat. Palæphatus longam fabulam de his refert, quam non grauabor adscribere. Phorcyn, inquit ille, uir fuit Cyrenæus, quod genus est Aethiopicũ, Habent uero insulam Cyrenem, extra columnas Herculis, Arant uero agrum Libyæ ad Annona fluuium nõ procul Carthagine, sunt auri dites admodum. Itaꝗ Phorcys tricubitam Mineruæ statuam struxit, quam priusꝗ consecraret, mortem obijt. Illi uero deam Gorgona nominant. Tres reliquit filias, Sthenûn, Euryalem, Medusam, quæ nulli uoluerunt nubere, sed patrimoniũ inter se diuiserunt, unicuiꝗ sua insula obuenit, simulachrum autem neꝗ dedicarunt, neque sunt partitæ, sed thesauri loco reseruarunt, ut per uices possiderent. Erat Phorcyni socius in omnib. fidelissimus quo nõ aliter q̃ oculo utebatũ. Perseus Argis profugus, quũ piraticã exerceret, ageretꝗ ex maritimis locis prædas, audissetꝗ Gorgonas insulas mulierũ esse, auri eius copiã, uirorũ inopiã, primum in freto inter Corsicam & Sardiniam delituit, in quo uirum illum qui iam de ministerio oculus uocabatur, quum ab alia ad aliam mitteretur, intercepit, cognouitꝗ non esse quod posset rapere, præter Mineruæ simulachrum, in quo esset tanta auri uis. Puellæ quum demirarentur quid esset factum suo oculo, Perseus appulit, qui significauit se habere, quem se negauit redditurum, nisi sibi indicaretur Gorgonæ simulachrum: addidit insuper minas, occisurũ se illas ni indicarent. Medusa institit nihil prodere, reliquæ prodiderunt, ita Medusa sola est occisa: duabus oculum suum reddidit. caput Medusæ in triremi posuit, & nauem de nomine illius Gorgona nuncupauit. tum pergens latrocinari, pecunias ab insulanis exigebat, occidẽs, & uexans qui nõ darent. à Seriphijs cum postulasset, illi urbe cesserũt, in quam Perseus ingressus cum suis desertam, uidit in foro tantum maximos lapides stantes humanæ magnitudinis: aspicite, inquit Perseus reliquis insulanis, ut mea Gorgo homines uertit in lapides, cauete ne & uobis idẽ accidat. Hæc Palæphatus, qui multum in topographia fallitur. Ego illas insulas Syrtes potius crediderim, in has enim multũ reliqua congruunt de Cyrenis, de Sardinia & Corsica: quanquam ille non κύρνῳ dicit sed κυρήνῃ καὶ τῇ σαρδόνι. sed indubie legẽdum est κύρνῳ καὶ τῇ σαρδόνι, ubi loquitur de freto, nisi & in hoc quoꝗ est lapsus, ut in alijs, nec dicendũ ἔξω τῶν ἡρακλείων στηλῶν sed ἔσω uel ἴσω
intra. h De Bellerophonte.] Hic natus est Glauco Bellerophon Sisyphi filio, regnumꝗ Ephyræ, quæ postea Corinthus dicta est tenuit, quo priuatus à Prœto Argiuorum rege ei seruiuit, à cuius uxore Anthia, ut secum concumberet sollicitatus cum ille fœditatem rei auersaretur, Anthia illum apud maritum detulit, tanquam ab eo esset prouocata. Prœtus iuuenem ab Ariobatum misit socerum suum Anthiæ patrem, qui Lyciæ imperabat cũ literis, quibus illi pudicitiam filiæ tuendam mandabat.
Ariobatus Chimeræ ipsum obiecit, quam Bellerophon Chimæra uicit Pegaso equo adiutus. Porrò quid monstri sit chimera, unde melius discemus, ꝙ à pseudodialecticis chimeræ consanguineis, ut ouum nõ sit ouo similius? Neꝗ aliud libentius habent in ore, nec crebrius. Monstrũ dicit Hesiodus chimæram fuisse prima parte leonis imagine ac ingenio, media dracõis, postrema capræ quæ χίμαιρα dicitur, à quo totum animal nomen inuenit. Homerus nõ postremam partem, sed mediam chimæram, id est capram ponit. Hinc Horatius monstrum triforme nominat. Filia dicitur Typhonis gigantis & Echidnæ.

flammas ore euomebat, idcirco Verg. flammis eam armatã dicit lib. vi. quo loco Seruius narrat reuera montem esse in Lycia cuius etiam tum ardebat cacumen, iuxta quod leones erãt, media uero pascua esse, & ima serpentibus plena. Hunc Bellerophontem fecisse habitabilem, quod Chimæram occidisse dicitur. *Pegasus* Equus Pegasus Medusæ fuit filius, ut pauloante dicebam alatus, cui sicut Ouidius inquit, cœlum pro terra, pro pede penna fuit. Apuleius libro viij. Asini, festiue ait Pegasum inclytum illum metu magis uolaticũ fuisse, ac per hoc merito pennatum proditum, dum in altum & ad usq; cœlum subsilit ac resultat, formidans scilicet igniferæ morsum chimæræ. ab hoc equo duo musarum fontes sunt in Græcia nominati de quibus sic Solinus: apud Thebas, inquit, Helicon lucus est, Cytheron saltus, amnes Ismenius, fontes Arethusa, Oedipodia, Psammate, Dyrce, sed ante alios Aganippe, & Hippocrene quos Cadmus literarum repertor primus, quoniam equestri exploratione primus deprehendisset, dum rimatur, quænam adijsset loca, incensa est licentia poetarum, ut pariter utrunque uulgarent: scilicet quod eorum alter alitis equi ungula solicitatus foret: alter potus facundia animas irrigaret, & quòd aperta foret alitis equi ungula, & quòd poti inspirationem facerent literarum. Hæc ille. Bellerophon cum in cœlum equo ueheretur despiciens inferiora, oborta uertigine cecidisse dicitur: Pegasus uero cursum tenuisse, ac inter sydera agere. Palæphatus Bellerophontem Phrygium fuisse dicit ex genere Corinthiaco, qui pirata iuxta angustias illas Asiæ, & Europæ prædas agebat, longa naui cui nomen Pegasus. in Phrygia mons erat Telmissus, cui adiunctus is qui Chimera dicebatur, proximus ualli unde incendia prodibant: in Chimera feræ erant permultæ agricolis noxiæ, ut leones & dracones. Bellerophon totũ montem incendit, ita feræ perierunt.

Amphion i De Amphione.] Iuppiter tres filios ex Antiopa genuit Amphionem, Zetum, & Calaim. Propterea maritus Lynceus Thebanorum rex eam repudiauit. Pueri cum adoleuissent ulti repudium matris Lynceum interemerunt, & Dyrcem eius cõiugem, pulsoq; Cadmo sene, Thebas possederũt. & Amphion cithara mouisse lapides dicitur, atq; ita muros Thebanos condidisse, saxis in structuram cõcurrentibus numeris musicis illectis. Horatius in arte: Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis Saxa mouere sono testudinis. Pliñ. lib. vij. musicam Amphionis inuentum tradit, & esse qui citharam quoque putent: & si alij donatum eum cithara à Mercurio tradunt. Lydios etiã inuenit modulos. Valerius Probus in Alexin Verg. Amphionem & Zetum, Euripides & apud nos Pacuuius Iouis ex Antiopa Nyctei filia natos cantando potuisse armenta uocare. testantur id Thebæ, quas Apollonius in Argonauticis à fratribus antedictis muris esse clausas ait. Sed Zetus humeris saxa contulit operi, Amphion cantu uocauit, siquidem sensus animalium difficilius, q̃ saxa uincuntur. Eusebius in Euang. præpar. utrique inuentionem musicæ asignat. Panyasis & Alexander lyram à Mercurio muneri datam dicit Amphioni, ꝙ primus Cynarã liberauerit. Hæc Probus. Solinus sic, Thebas condidit Amphion, non quod lyra saxa duxerit. Neq; enim par est id ita gestum uideri, sed ꝙ affatus sua uitate homines rupium incolas & incultis moribus rudes ad obsequij ciuilis pellexerit disciplinam. Hoc est quod Horat. inquit, in arte poetica:

Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quò uellet.

Fieri potest ut cantu & suauitate orationis, precibus etiam à uicinis accolis ciuibusq; suis impetrarit saxa ad substructionẽ murorum. Palæphatus mercede cantus lapides ab agricolis accepisse scribit, quũ pecuniam nõ haberent. Eusebius Amphionem & Zetũ non uno posuit tempore nisi sit error librarij. Nam & Lynceo Argis regnante, & postea Abantis principatu. Amphionis uxor fuit illa nominata Niobe, de quorum liberis est illa nobilis inter scriptores cõtrouersia.

Dædalus k De fabro Dædalo.] Diodorus Siculus lib. v. hunc scribit Atticũ fuisse ex Erechthidarum gente Eupalami filiũ, qui Athinio natus est Erechthei filio, statuis, signis & structuris admirandus artifex, adiutus multorum quos sibi accersiuit opera, statuasq; fecit, quæ ambulare & spirare sunt creditæ, tanta in illis erat ars: docuit Talum sororis suæ filium. Hic adolescens cum ingenij ui tornum primum, deinde serram ad imitationem serpentinæ maxillæ inuenisset, indoluit Dædalus aliquam artis suæ gloriam in alium deriuari, ita adolescẽtem interemit: damnatus in Cretam ad Minoem fugit, cui facile arte conciliatus est, Labyrinthũq; ei struxit. Hæc ex Diod. Seruius vi. Aeneid. ait, Dædalum cum Icaro filio in Labyrinthum inclusum. Dædalum falsis custodibus sub faciendi muneris specie quo simulabat posse regem placari, cera & pẽnis alas sibi & filio adfabricasse, & uolãdo aufugisse. sed Icarus altiora petens solutis ex calore solis pennis mari in quo cecidit nomen imposuit. Dædalus primo in Sardiniam, ut ait Salustius, deinde Cumas delatus est, tẽplo Apollini condito. Sic Seruius, Diodorus & alij non in Sardiniam uenisse Dædalum tradũt, sed in Siciliam, quo insequutus est eum Minos, regnante in Camarina Siciliæ Cocalo, à quo per speciem colloquij retẽtus diutine in thermis præfocatus est. Aristoteles in Politicis à filiabus Crotali occisum narrat, sed de pennis non dubitant quin naui fugerit, cæterum uel remi speciem alarum præbuerunt, quod subindicat Vergilius dicẽs remigio alarum: uel celeritas uolatus est nominata. Recẽset multa opera Diodorus, quæ in Sicilia dicitur fecisse Dædalus cum à Cocalo esset humanisime propter ingenij famam exceptus, & in prouerbium uenit ut scite & affabre constructum Dædalum & Dædaleum uocemus. Sic apud Homerum sæpe, & alios Græcos ac Latinos scriptores, ut primo Odysseæ.

καλὸν δαιδάλεον, ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν.

Et Verg. iiij. Geog. de fauis, & Dædala fingere tecta. & Circen Dædalã nominauit. Aristoteles in Politicis Dædali statuas scribit ipsas per se opera sua obijsse, & Plato in Memnone aufugere solitas ni uinciantur. ita perinde esse, qui eas solutas habet, ac qui seruum fugitiuũ. Philippus Comicus, ut Aristoteles lib. De anima primo refert, Dædalum Veneris signum fecisse, quod infuso argento uiuo moueretur. Palæphatus ad distinctionẽ crurum & pedũ refert, quum statuarij priores pedes non distinxerint. Didicit Dædalus in Aegypto artes suas, sed breui magistros superauit. nam apud Græcos pauciores non fecit statuas, q̃ apud Aegyptios erãt. & in Memphi Propylea uisebantur Vulcani, opus Dædali memorabile adeo, ut etiam statuã apud illos mereretur, & honores diuini sint ei habiti: templum enim Dædali lõgis deinde temporibus magna ueneratione in insula quadam iuxta Memphin cultum est. Verum succurrit ambigere de quibus Cumis sentiant scriptores, cum Dædalum Cumas uolando peruenisse dicunt, utrum Cumas Italicas an Ionicas, ex quibus natæ sunt Italicæ. frequens opinio est de Italicis dici. Nam hinc in Siciliam profectus est. & Iuuenalis ac Vergilius de istis loquuntur. Iuuenalis cum Vmbritium ex urbe Cumas abeuntem narrat, & Verg. cum consulit Aeneas Sibyllam Cumis. reddit tantum id dubium quod Icarium mare, in quod Icarus Dædali filius dicitur cecidisse, nomenq; adedisse, non est inter Cretam & Italiam, sed inter Cretam & Ioniam, iuxta Icarum insulam unam ex Sporadibus, à qua mare dicitur Icarium, & ipsa insula ab Icaro, sicut Varro inquit, Cretensi qui naufragio ibi pe-

rijs

rijt, & de exitu hominis impositũ nomen loco. Ouidius quoq; uolatũ illũ describẽs inquit: Et iam Iunonia læua Parte Samos fuerat Delosq; Parosq; relictæ:
Dextra Lebynthos erat fœcundaq; melle Calydna.
Tum Verg. Dædalũ dicit insuetũ per iter gelidas enasse ad arctos. at Cumæ Ioniæ nõ Italicæ arcticæ sunt Cretæ. Sed hoc Seruius sic interpretať, si ad fabulam respicias, cõtra septentrionẽ: si ad historiam, ad septentriõis obseruationem. itaq; fabula aliquid itineris deuij uidetur addidisse rei ueritati, nisi & alius est Icarus qui in illud mare mersus est q̃ Dædali filius, alia ratio nominis & insulæ & maris, quod in re tã uetusta quis definire audeat?

Oedipus l De Oedipo.] Laius Agenoris ex Labdaco nepos, Thebarum Bœotiarum rex, Iocastam duxit Creontis filiam: quæ cum infœcũda uideretur maritusq; liberos uehementer cuperet, consultus Delphicus Apollo respondit, non esse cur tantopere solicitus esset ut pareret uxor, fore ut à filio occideretur. peperit mox Iocasta, & infantem pater traiectis ferro pedibus iusit exponi, traditus tamen est ab ijs quibus negocium erat cõmissum Polybiæ cuidam tenui mulieri, & educatus in Tenea agri Corinthij uico: cumq; adolesset uir & corpore robustus & animo forti, oraculum Delphicum percũctatum ijt de patre, nam expositum se non ignorabat. Laius pater inde tum redibat: factiq; sibi iuxta Phocidem obuij cum uterq; cedere sibi alterũ de uia iusisset, iurgio primum moto, dehinc gladijs districtis filius patrẽ interemit: seu ut alij tradunt Phocide seditione & tumultu excitato, cũ Oedipus & Laius diuersis partibus fauerent. Iocasta mansit uidua, ad quam Sphinx uenit, quæ ænigma proponebat omnibus soluere paratis, hac lege, ut si explicuissent ducerẽt Iocastam cum regno Thebarũ, sin non possent, perirent: ænigma erat hoc, quod animal est & quadrupes, & bipes, & tripes: multis propter ænigma cũ regni essent auidiores occisis, Oedipus Thebas uenit & obscuritatem declarauit. Ita matrem Iocastam accepit in coniugem Thebasq; rexit, Sphinx se ex ædito præcipitauit loco. Oedipus cum ex Iocasta liberos genuisset matremq; esse suam resciisset, & se patrem occidisse, luminibus seipsum priuauit. filii armis inter se de paterno regno contenderunt. Hæc ex Diodoro, Strabone, & tragicis Sophocle, ac Seneca: nam ea res tragœdiis est celebrata. Oedipus appellatus est ἀπὸ οἰδεῖν τοὺς πόδας, à tumore pedum. Sphinx uero quale animal sit diximus. Hanc Sphingem Chimæra & Typhone natam tradit Hesiodus. Ausonius in gryphis triforme mõstrum Sphingem ait fuisse facie puellari, alis uolucris, & pedibus leoninis. Sic enim ait:

Illa etiam thalamos per trina ænigmata quærens
Qui bipes & quadrupes foret & tripes omnia solus
Terruit Aoniam uolucris leo, uirgo triformis
Sphinx Sphinx uolucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

Sed hæc Sphinx erat mulier acri & sæuo ingenio. Oedipum & Sphingem Eusebius temporibus Pandionis Attici regis & Argonautarum adscribit. Palæphatus, Harmoniam Cadmi uxorem, quum esset à Cadmo repudiata, obsedisse ait Sphinga mõtem Bœotiæ, inde insidiis Bœotios cepisse, ac trucidasse. Porrò Bœotii αἴνιγμα uocant insidias. Oedipus Corinthius hanc uicit & occidit.

ll Ex occasione historiarum.] Attingit origines fabularum, quarum nulla est ficta de nihilo: ut Lactantius & Palæphatus aiũt, qua de re disserui satis multa in ueritate fucata.

m Ad stuprum raptum pulcherrimum puerum Ganymedẽ.] Trois regis Troiani filium forma elegãtissima Tantalus raptum in Cretam ad Iouem tulit, eiq; dono dedit. Iupiter eum pocillatorẽ suum fecit, & in signum uertit, quem aquariũ dicimus. Tantalo propter Ganymedem bellum à Troe natũ est, ut Phanocles poeta scribit. Euseb. & Orosio fuit iuxta Parium urbem in Phrygia locus harpagium nominatũ, ꝙ inde raptũ Ganymedẽ fama esset. Stephanus.

n Vel Danaes per imbrem aureũ.] De hac alibi. filia fuit Acrisii regis Argiui, quam pater in mare arca conclusam eiecit cum Perseo filio, in Apuliam delata Pylumno nupsit ex quo Daunum genuit, unde Apulia dicta Daunia.

o Admeti regis armenta.] Iupiter quum querelas deorum inferorũ audisset, quod regnum suum Aesculapius imminueret ad uitam mortuos reuocãdo, illum fulmine interemit, ob quod factum Apollo iratus eius pater sagittis Cyclopas fulminis fabricatores occidit, quod indignisime ferens Iuppiter, Apollinem ad inferos uoluit detrudere, sed Latonæ flexus precibus, tam grauem remisit pœnam: iusit tamen eũ anno uno mortali seruire. ita in Thessaliam profectus Admeti Pherarum regis armenta pauit, ideo Nomius dictus, quasi pastoritius, ex Orpheo & Flacco in Argonautis, Diodoro Siculo li. v. & Higino, sed Flaccus Steropem tantum ab eo peremptum tradit. Admetus uero cum Argonautis nauigauit Apollini adamatus, cuius boues stupri mercede pauit: ut Lactantius refert. Forsan hic est Apollo Arcas, à quo Arcades se leges accepisse tradunt, uocantq; Nomionem, sed quis in re tam obscura & confusa definiať?

p Et Liber pater bellauit in India.] Hoc est apud Diodorum, Strabonem, Philostratum, Pliniũ, & poetas, omnesq; scriptores frequẽs. Diodorus & Philostratus, cur ex femore dicatur natus tradũt: nam quũ exercitum, qui lue in India conficiebatur, in mõtanum quendam eduxisset locum corporibus salubriorem, ualetudinem uiresq; copiarum refecit & reparauit. eũ Indi locum femur uocant, hinc occasio fabulæ.

q Aliqui sanè & uictum scribunt istum.] Eusebius in temporibus sub rege Atheniẽsi. Pandione in mutatione Argiui regni, quum Mycenas est translatum. Quidã, inquit, his temporibus indicant gesta Liberi patris, & ea quæ de Indis, Lycurgo, Actæone & Pentheo memorantur, quomodo aduersus Perseum consistens occiditur in prælio, ait Dinarchus poeta non Rhetor. qui autem uoluerit potest inspicere ipsius Liberi patris apud Delphos sepulchrum, iuxta Apollinem aureum. Pingitur autem Liber muliebri & delicato corpore, propter mulieres in suo exercitu dimicantes, nam pariter ad arma uiros & fœminas adligabat, ut Philocærus loquitur in ij. Hæc Eusebius. Clemens in libro aduersum gentes, Dionysium tradit à Titanibus discerptum & lebetibus elixum uerubusq; assari cœptum. sed iussu Iouis Apollinem sepelijsse membra Dionysii in Parnasso tradita sibi à Pallade, quæ illa è manibus gigantum extorserat.

Perseus r Perseus & uxor eius Andromeda.] Perseum dixi Danaes & Iouis fuisse filium, à quo Persiam nominatam quum maxima in ea bella feliciter gessisset, putat Orosius, & Græci in quibus est Xenophon Atticus. *Andromeda* Andromeda Cepheo Phœnicis filio & Cassiopeia genita est. quæ quum ex oraculo Apollinis saxo religata esset, expositaq; marino monstro, parentibus illic eiulantibus Perseus ex bello Gorgonico rediens causa cognita pactus cum parentibus uirginis nuptias, eam liberauit occisa bellua Gorgonis capite ostenso: omnes in cœlũ sunt translati. Cepheus stellas habet xix. à tergo minoris ursæ, à pedibus ad pectus arctico circulo includitur, præter humeros nihil eius occidit. Cassiopeia sedens in seliquastro, ut Higinus inquit, propter arrogãtiam ꝙ gloriata sit se forma Nereidas præstare, ita uertente mũdo resupinato uidetur ferri capite: stellas habet xiij. quam propè mediã secat lacteus circulus. Andromeda in cœlum adducta à Minerua, quod patriæ & parentibus maritũ prætulerit: stellas habet xx. Cassiopeiæ proxima: cuius caput equi Pegasi uentri coniungitur, huius medium pectus & sinistram manum circulus æstiuus diuidit. Perseus xvij. stellas, manu dextra circulum arcticũ tangit, dextro pede caput aurigæ. Hæc qui requirit ha-

 bet

bet apud Iulium Higinum,& Aratũ Solensem. Mela li. i. Est in Syria Iope ante diluuium,ut ferũt condita, ubi Cephea regnasse eo signo accolæ affirmãt, q̃ titulum eius fratrisq̃ Phinei uetteres quædam aræ cum religione plurima retinent: quin etiam rei celebratæ carminibus ac fabulis seruatæq̃ à Perseo Andromedæ clarum uestigium belluæ marinæ ossa immania ostentant. Idem Hieronymus & Plinius lib. v. qui lib. ix, hæc scribit, belluæ cui dicebaẽ exposita fuisse Andromeda ossa Romæ apportata ex oppido Iudææ Iope ostendit inter reliqua miracula ædilitate sua M. Scaurus, lõgitudine pedum xl, altitudine costarum Indicos elephantes excedente, spinæ crassitudine sesquipedali. Et quum omnes maximi nominis scriptores consentiant Iopem Iudææ esse ubi Andromeda matinæ belluæ fuerit exposita, miror Laurentio Vallæ in vi. lib. elegantiarum eam opinionẽ non probari. quo loco incesiit Hieronymum tanquam ignoratione loci lapsum, quòd hanc Iopem in Iudæa posuerit. Nam ipse in India ponit oblitus tantarum autoritatum duobus Ouidij uersiculis adductus, quũ fuerit potius in geographia Melæ & Plinio assentiendũ, q̃ Ouidio. Sed nec ipsi Ouidij uersus magnopere faciũt ad rẽ. alter de colore fusco facile potest intelligi de Aegypto & Palæstina. In altero falsus est Valla ignoratiõe historiæ. à Mauritania enim per Aphricæ oram uenit Perseus in Aegyptum & Iudæam. ibi duxit Andromedam. inde profectus est ad Euphratem, & eam quæ mox de illius nomine Persia est à Græcis dicta. ex Persia in Indiam. inde rediit Argos cũ uxore. s Nec timerent.] Impietatem talibus hominum hominibus cœlum cõtaminare.

De theologis poetis. Cap. XIIII

ER idem temporis interuallum extiterunt poetæ, qui etiam Theologi dicerentur, quoniam de dijs carmina faciebant: sed talibus dijs qui quamlibet magni homines, tamẽ homines fuerunt: aut mundi huius, quem uerus deus fecit elementa sunt, aut in principatibus & potestatibus pro uoluntate creatoris, & non suis meritis ordinati: & si quid de uno uero deo inter multa uana & falsa cecinerunt, colendo cum illo alios, qui dij non sunt, eisq̃ exhibendo famulatum, qui uni tantũ debebatur deo, non ei utiq̃ rite seruierunt, nec à fabuloso deorum suorum dedecore etiam ipsi se abstinere potuerunt. Ex quorum numero fuisse perhibẽtur [a]Orpheus, Musæus, Linus. Verum isti theologi deos coluerũt, non pro dijs culti sunt: quamuis Orpheum, nescio quomodo, [b]infernis sacris uel potius sacrilegijs præficere soleat ciuitas impiorũ. [c]Vxor autem regis Athamantis, quæ uocabatur Ino, & eius filius Melicertes præcipitio spontaneo inmati perierunt, & opinione hominum in deos relati sunt: sicut & alij homines eorum temporum: [d]inter quos fuerũt Castor & Pollux. Illam sanè Melicertis matrem Leucotheam Græci, Matutam Latini uocauerunt: utriq̃ tamen putantes deam.

A L. VIVES

a ORpheus, Musæus, Linus.] Eodem tempore hi tres uixerunt paulo ante Troicum excidiũ. Orpheus, Thrax Oeagri filius, ut alij putant Apollinis & Calliopes, quod fictum est ob cantus suauitatẽ. Artapanus illũ in Aegypto doctum tradit, adiutũq̃ magnopere doctrina Molaica. Diodorus sacra Bacchi ex Aegypto in Græciam attulisse dicit, dedisseq̃ Thebanis, quòd ab eis esset honorifice exceptus. Hic cãtus suauitate & bestias & saxa ad se fertur allexisse. Quin & par cas dulcedine suæ lyræ flexit, ut sibi sua redderet Euridice. Sunt pleni harum rerum poetarum libri. occisus est à Bacchantibus fœminis, causa non cõstat. Alij q̃ uiderit Liberi sacra putant, alij q̃ quum apud inferos deos omnes laudasset, Liberũ præter misserit: alij quod cum adiudicasset Adonim dimidio anno Calliopæ, & dimidio Veneri, nec Veneri totũ, hæc in eũ fœminarũ furorẽ immisit. Higinius lib. secũdo: ita ab illis discerptus est, lyra inter sydera relata nouem stellis, cuius testudo spectat ad arcticum circulum. Aristoteles negat Orpheũ hunc unquã fuisse. Porrò qui Argonautica scripsit Crotoniata fuit temporibus Pisistrati tyranni Athenien sis. Linus, ut Hermodorus ait, Mercurij & Vraniæ Musæ filius fuit. Vergilius Apollinis dicit. Diodorus hunc primum in Græcia numeros & melodiam inuenisse ait, scripsit mundi originem, solis & lunæ cursus, animalium, & fructuum generationes, docuit Herculem citharam: quumq̃ is ingenio esset tardo & ob id obiurgaretur, ac etiam interim uapularet, in magistrum Linum insurrexit, eumq̃ cõfecit ictibus citharæ: alij sagitta Apollinis perisse narrant. Musæos non unum commemorat Suidas: tres enim fuisse ait. Primũ Eleusinium Antiphemi filium, Orphei discipulum, qui uersibus ad Eumolpũ filium uitæ instituta composuit. Alterum Thebanũ Thamyra genitum, ante Troicam cladem poetam melicum, C scripsisseq̃ hymnos & cantica. Tertium multo recentiorem Ephesium item poetam, qui uixit Eumene & Attalo regibus, conscripsitq̃ res Pergamẽsium. at Musæum illum Orphei discipulum, uulgo Eumolpo patre faciunt. Diogenes initio operis hunc Athenien. primumq̃ ait deorum scripsisse genealogias, sphæram inuenisse, & ex uno fieri atq̃ in idipsum resolui omnia dixisse, quem Phaleræ Atticæ diem obijsse indicio est epigramma eius sepulchro inscriptum. Hunc ferũt Eleusinijs sacris præfuisse, quum Hercules initiaretur. Dixi alibi esse autores qui tradant Mosen à Græcis solitum Musæum dici, si modo nihil est apud Eusebium mendi. b Infernis sacris.] Propterea quod descendisse putatus est, ac incolumis redijsse, etiam præter instituendum parcarum uxorem recepisse, lachrymasq̃ furijs excussisse, ut Ouid. canit x. Metamor. Ideo multum apud manes deos posse uidetur. c Vxor autem regis Athamantis quæ uocatur Ino.] Hæc cum comperisset maritũ adamare serD uam Aetolam Antipheram nomine, dicitur & ipsa filiũ Melicertam deperijsse. Idcirco seruus omnis seruaq̃ aditu templi Inûs prohibetur. Quin & in Chæronea ædituus lorum tenens clamabat, ne serua ingreditor, ne seruus, ne Aetolus, ne Aetola. Romæ in ædem Matutæ unam tantum ancillam matronæ inducebant, quam cædebant alapis. Hæc Plutarchus in Problematis. Ino & Melicertæ, ubi se in mare coniecissent mutata sunt nomina, & Ino mater Matuta dicta est Latinis, Græcis λευκοθέα id est alba dea: filius Græcis Palæmon nobis Portumnus, quod portubus præesse crederetur, & in portu Tiberino eius erat ædes, festũq̃ portunalia, ut ait Varrò, quod eo die templum ei est sacratum, & feriæ institutæ. In huius honorem ludos Isthmicos Corinthij instituerunt, autor Pausanias. d Inter quos fuerunt Castor & Pollux.] Iupiter uersus in cycnum, quum Venerem fugisset mutata in aquilæ faciem forma se insequi, ad Ledam

Orpheus

Linus

Musæus

Ino

Portumnus

Castor Pollux

dam confugit, quæ Cycnum gaudens excepit, & tutari A sibi usa est, quumq̃ obdormijsset à Cycno cõpressa est, peperitq̃ ouum ex quo nati sunt Castor Pollux & Helena. alij gemina oua peperisse dicũt, sicut Horatius ait in arte: Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo. ex altero geminos mares Castorem & Pollucem, ex altero geminas puellas Helenã & Clitẽnestram natas. Sunt qui tantum ex uno ouo Helenam & Pollucem prodijsse immortales. Castorem uero satu Tyndari mortalẽ. Isocrates in Panegyrico Helenæ, idcirco ait existimatã Helenam ab holore genitam, q̃ collo esset oblongo & candido. Castor & Pollux Tyndaridæ dicuntur, quia Tyndarus Oebali filius Ledæ erat maritus, & haud dubie putantur eius esse non Iouis. Tametsi Cycnus est in cœlo, concubitus illius sanctæ scilicet rei & imitatu dignæ monimentum, ipsiq̃ Castor & Pollux signum efficiunt geminorum, quorum uterq̃ alternis solum diebus lucet, cuius rationẽ Homerus reddit, q̃ quum Castor & Pollux Lynci & Idæ sponsas eripere tentarent, moto cõB flictu Idas Castorem interfecit, confecturus & alterũ ni subito à Ioue subuentũ esset, ne lædi quiret. Pollux à patre Ioue petijt, ut liceret sibi de sua uita dimidium fratri impartiri, idq̃ Iuppiter concesit. Studiosus fuit equorum Castor, Pollux palæstræ. Dioscuri sunt dicti, id est Διὸς κοῦροι, Iouis pueri. Homerus hos sepultos tradit Lacedæmone: putabantur propitij esse nauigantibus, & periclitãtibus in speciem geminarum stellarum adesse, hac de causa q̃ dum nauigarent cum cæteris Argonautis orta tempestate, & reliquis misere metuẽtibus, Orpheus omnes bono esse animo iusit, ac uotis dijs Samothracibus susceptis cœpit mare mitescere, duabus stellis super Castoris & Pollucis capitibus apparẽtibus, quo miraculo læti crediderunt se deorum prouidentia liberatos, ac deinceps ipsos geminos implorare mos fuit, & si appareant geminæ stellulæ, credere salutare, nõ item si solitariæ. Cæterum Romani, quum ambobus idem con C didissent templum ad lacum Iuturnæ, ferè nõ aliter q̃ Castoris nominabant: in quo nimium uel erant inciuiles ipsi, uel immodestus & ingratus Castor, qui quum mortalis esset suapte natura, immortalitatem beneficio fratris nactus, eam gratiam Polluci referebat, ut se præferendo nomen, famam, ac propè uitam eius premeret & obscuraret, futurus ipse alioqui obscurus, & prorsum ignotus, ni alter subuenisset: sed nimirum prius hoc Pollux peccauerat, nam dum à patre impetrat, ut alternis tantum uiuerent diebus, effecit, ne unquam alter altero frui posset.

De occasu regni Argiuorũ: quo tempore apud Laurentes Picus Saturni filius regnum patris primus accepit. Caput XV

ER ea tempora regnum finitum est P Argiuorum, [a]translatum ad Mycenas: [b]unde fuit Agamẽnon, [c]& exortum est regnum Laurentum: ubi Saturni filius [d]Picus regnum primus accepit, iudicante [e]apud Hebræos fœmina Delbora, sed per illam dei spiritus id agebat: nam & prophetissa erat, [f]cuius prophetia minus aperta est, q̃ ut posimus eam sine diuturna expositione de Christo demonstrare prolatam. Iam ergo regnabant Laurentes utiq̃ in Italia, [g]ex quibus

A euidẽtior ducitur origo Romana post Græcos: & tamen adhuc regnum Assyriorum permanebat, ubi erat rex uicesimus tertius Lampares, cũ primus Laurentum Picus esse cœpisset. De huius Pici patre Saturno uiderint quid sentiant talium deorum cultores, qui eum negant hominẽ fuisse: de quo & alij scripserunt, quod ante Picũ filium suum [b]in Italia ipse regnauerit; [i]& Vergilius notioribus literis dicit,

Is genus indocile, ac dispersum montibus altis
Composuit, legesq̃ dedit, Latiumq̃ uocari
Maluit: his quoniam latuisset tutus in oris.

[k]Aureaq̃ ut perhibent, illo sub rege fuere
Secula. Sed hæc poetica opinentur esse figmenta, [l]& Pici patrem Stercen potius fuisse asseuerent, à quo peritissimo agricola inuentũ ferunt, [m]ut fimo animalium agri fœcundarentur, quod ab eius nomine stercus dictum est: unde & hunc quidam Stercutium uocatum ferunt. Qualibet autem ex causa eum Saturnũ appellare uoluerint: certum est tamen hũc fuisse Stercen siue Stercutium, quẽ merito agriculturæ fecerunt deũm. Picum quoq̃ similiter eius filium in talium deorum numerum receperunt, [n]quem præclarum augurem [o]& belligeratorem fuisse asserunt. [p]Picus Faunum genuit, Laurentum regem secundum, etiam iste deus illis syluestris fuit. Hos ante Troianũ bellum diuinos honores mortuis hominibus detulerunt.

L. VIVES

a TRanslatum ad Mycenas.] Pausanias de hoc regno ad hunc scribit modum. Iam hic omnes sciunt filiarum Danai in patrueles scelus, & quemadmodum Danao mortuo imperium Lynceus habuerit, quo decedẽte, Abantis filij eius liberi regnum inter se diuiserunt, & Acrisius Argis mansit: Prœtus uero Græcum, Midæam, ac Tirynthum habuit, & quæcunq̃ ad mare spectant Argeum, relicta sunt Tirynthi argumenta habitationis Prœti. procedẽte tempore Acrisius Perseum superesse audiens, & facta ostẽtare, secesit in LaD rissam, quæ est circa Peneum. Perseus uero aut sui uidendi erat percupidus, illumq̃ & uerbis & operibus prædulcibus complecti studebat, itaq̃ ad ipsum Larissam uenit, qui utpote ætate florens & inuentione disci gaudens apud omnes ingeniũ ostentabat, & uires. Acrisius uero in ictum disci imprudẽs incidit, atq̃ hoc modo dei oraculum circa illũ impletũ est, nec q̃uim fati potuit à se auertere, quæ de filia & nepote prædicta erant. Perseus uero quum Argos rediisset pudore affectus ob rumorẽ cædis à se perpetratæ, regnum cum Megapentha Prœti filio commutauit, Perseusq̃ Mycenas condidit, sic appellatas, quod μύκης, id est uagina gladij ibi ei decidisset, quod ipse putauit signum cõdendæ urbis, & si sunt qui dicant à Mycena Inachi secundi filia dictas uxore Aresioris. Cuius Mycenæ meminit Homerus. b Vnde fuit Agamemnon.] Pelops ex Hippodamia Atreum & Thiestem genuit. Atreus Agamemnonem & Menelaum ex Aerope ex sententia Homeri. Nam Hesiodus Plisthe

Argiuum regnum

Mycenæ

Agamemnon

nis quem Thiestes genuit filios dicit, nisi pro Plisthene legendū sit Thyestes quod est uerisimilius. Hic fuit dux Heroum ad Troiam, etsi alij abrogatum illi quandoque imperium narrāt & Palamedi traditum, quo occiso frāu

Laurentum de Vlyssis imperium ad Agamemnonē redierit. c Et exortum est regnum Laurentum.] Laurētum urbs fuit Latij uetustissima, quam Aborigenes tenuere sedem re gni à Saturno fundati, Laurentum appellatum à Lau/

Picus reo luco solis indigetis. d Picus regnum primus.] Hunc fuisse filium Saturni ex Fauna, canit Vergil. lib. vij. & Ouid. xiiij. Metamor. habuit Circen, à qua, quod Pomonam nympham adamasset, in auem sui nominis uersus est, quæ propterea sacra fuit Marti apud Lati/ nos, & oracula ab ea reddita, autor est Dionysius Ale/ xādrinus. Ouidius aliam causam affert, cur sit in auem mutatus, quòd scilicet preces Circes, non quidem con iugis, sed quæ coniunx esse cupiebat, spreuit. Cui Ser/

Belbora uius suffragatur. e Apud Hebræos fœmina Belbo/ bora.] Vulgò Belbora: Hieronymus tamen Bebbora le git, quod interpretatur, loquacē, uel apiculam. Huius auspitijs, & propè ductu, sed Imperatore belli Barach, tribus Neptalim Israelitæ fuderunt exercitum copiosis simum Sisaar. Iudic. iiij. Et apud Iosephum lib. De anti quit. v. Præfuit hæc Belbora populo Iudæo, annos qua draginta, quo toto tēpore festa pax fuit in Israel. f Cu ius prophetia minus aperta est.] Canticum Iudic. v.

g Ex quibus euidentior ducitur origo Romana.] Nam successiones sunt certæ à Laurentibus ad Lauini/ am Aeneæ coniugem, & Syluium Posthumum utriusq; filium, hinc ad cæteros reges Albanos usq; in Numito/ rem Amulium, Iliam, Romulum & Remum. h In Ita lia ipse regnauerit.] Vnde Saturnia est dicta, & si aliter opinatur Eusebius poeta peruetustus, cuius sententiam Dion. perscripsit li. i. ex eo petat, si quis cupit. i Ver gilius notioribus literis.] Est enim frequēs in manibus hominum Vergilius, & nulli nō notus. Versus quos ad/

Aetas aurea ducit, sunt viij. Aeneid. persona Euandri. k Aureaq; ut perhibent.] Dixi alibi de ætate aurea, quam Plato in ciuili non aliter describit, ac nos eam, quam primi parē tes humani generis ante noxiam in paradiso egerunt. Idq; Platoni ex Mosaicis literis, ut alia plurima desum/ ptum contendit Euseb. lib. præpar. xij. l Et Pici pa/ trem Stercem.] Et hunc, siue Stercem, siue Stercutium Saturnum dixerunt, ꝙ agros stercorare docuerit. Ma/

Stercutius crob. i. Satur. Plinio tamē Stercutus filius est Fauni, ob eius rei usum immortalitate donatus. Saturnus uero antiquior est multo istis temporibus, quē Theophilus ex Tali sententia trecētis annis fuisse dicit ante bellum Troianū, sed addit æqualem fuisse Belo Babylonio. Ale xander Polyhistor ipsum Belum Saturnum nominat:

Saturnus quod si ita est, uel male nobis sunt digesta tempora, uel pluribus, ꝙ octingentis annis præcessit id bellum. Cæ/ terum Saturni plures fuerunt. Ac nescio, an uerum sit, quod tradit is, qui Xenophontis scripsit æquiuoca, Sa/ turnos dici nobilissimarum familiarum antiquissimos reges, & eorum filios Ioues. m Vt fimo animaliū agri fœcundarentur.] Hoc ut fiat, docent Plinius lib. xvi. & Varro, aliiq;, qui de rebus rusticis scripsere. Cato senior apud Ciceronem miratur hanc partē agriculturæ præ/ termissam esse ab Hesiodo, cum eius esset facta mentio iam tum ab Homero. n Quem præclarum augurē.] Seruius vij. Aeneid. dicit, propterea fictum illū esse in Picum auem uersum, quòd augur esset, & domi haberet Picum, per quem futura nosceret, quod & pontificales indicāt libri. Idcirco lituus, qui est augurum proprius, ei à Vergilio appingitur:

Ipse Quirinali lituo, paruaq; sedebat
Succinctus trabea.

o Et belligeratorem fuisse.] Talem fingit Ouid. xiiij. Metam. Et Verg. Picus equum domitor. quo signifi/

A catur bellator ut Græce ἱππότης & πλήξιππος & ταχύπωλος & αἰολόπωλος & ἱππόδαμος & ἱπποκορυστής. Idcirco & in a/ uem audacem mutatum ferunt, & magni roboris: quer cus enim rostro subuertit, & Marti sacra est: quam Ro/ mani uenerantur, & ab ea uehementer abstinent: quam etiam ferūt expositos Romulum & Remum custodisse, & esse ab iniuria tutatam. p Picus Faunum genuit.] Sic Vergil. Fauno Picus pater. Hic Faunus Fatuus etiā est dictus, ut soror Fatua & Fauna. De quis alibi dixi. Dionysius Martis pronepotem fuisse quosdam existi/ masse scribit, uirum simul cum promptitudine pruden tem, quem etiam ut genium quendam, siue indigetē sa/ crificijs & carminibus Romani colūt. Idem & Trogus. Inquiunt Faunum Arcadibus, qui Euandro duce in I/ taliam, haud magna manu uenerant, agros & montem, quem illi postea Palatium appellarūt, assignasse. & post paulū Trogus. Fauno fuit uxor nomine Fatua, quæ assi *Fatuus*

due diuino spiritu impleta, uelut per furorē futura præ

B monebat. Vnde adhuc, qui inspirari solent, fatuari dicū tur. Ea Fatua à Fauno occisa, pro dea culta est, appella/ taq; bona dea, quod tāta pudicitia fuerit, ut nemo illam quo ad uixerit, præter suum uirum, mas uiderit: autor M. Var. Ab hoc Fauno putantur Fauni, Satyri, & Syl/ uani progeniti.

De Diomede post Troiæ excidiū in deos relato, cuius socij traditi sunt in uolucres esse conuersi. Cap. XVI

TROIA uero euersa, & excidio illo usquequaq; cantato, puerisq; notissimo: quod & magnitudine sui, & scri ptorum excellētibus linguis insigni

C ter diffamatum, atq; uulgatum est: [a]gestūq; re/ gnante iam Latino Fauni filio, [b]ex quo Latino/ rum regnum dici cœpit, Laurentumq; cessauit: Græci uictores, deletam Troiam derelinquen/ tes, & ad propria remeantes, [c]diuersis & horren dis cladibus dilacerati, atq; cōtriti sunt: & tamē etiam ex eis deorum suorum numerum auxe/ runt. [d]Nam & Diomedem fecerūt deum, quē pœna diuinitus irrogata perhibent ad suos nō reuertisse, [e]eiusq; socios in uolucres fuisse cōuer/ sos, non fabuloso poeticoq; mēdacio, sed histo rica attestatione confirmant: quibus nec deus ut

D putant factus, humanam reuocare naturā, uel ipse potuit, uel certe à Ioue suo rege tanquā cœ/ licola nouitius impetrauit. Quinetiam templū eius esse aiunt [f]in insula Diomedæa, non longe à mōte Gargano, qui est in Apulia, & hoc tem plum circumuolare, atq; incolere has alites tam mirabili obsequio, ut rostrum aqua impleant et aspergant: & eo si Græci uenerunt, uel Græco/ rum stirpe progeniti, non solum quietas esse, uerum et superaduolare, si autem alienigenas ui derint subuolare, & capita eorum tam grauibus ictibus, ut etiam perimant, uulnerare. Nam du ris

ris & grandibus rostris satis ad hæc prælia per/ A hibentur armatæ.

L. VIVES

Latinus Gestumq; regnante iam Latino.] Latinum Vergil. dicit filium Fauni & Maricæ Laurentis, quā ple/ riq; Circem putant. Seruius fuisse dicit, qui per Maricam Venerē intelligerēt, sed Hesiodus Latinū Cir ces & Vlyssis fuisse filium perhibet, quod & Verg. tāgit dicendo: Solis aui specimen. sed quia temporū ratio nō pcedit illud accipiendū est Higini, qui ait Latinos plu/ res fuisse, ut intelligamus poetam abuti nominū simili/ tudine. Dion. perhibet Herculē quum esset in Italia, ex Lauinia Euādri filia genuisse Pallantē, ex Hyperboride uero obside Latinū, quam Hyperboridē quum in Græ ciam traiecturus esset, Fauno collocauit Aboriginū re/ gi. Iustinus ex Trogo Latinū Hercule & Fauni filia stu/ pro genitū tradit. Hunc regē Græci τήλεφον nomināt, qua si præclarum seu illustrem. b Ex quo Latinorū re/ gnum dici cœpit.] Hæc est fama uulgatior, Aborigenes antea, regnante uero Latino Latinos esse dictos: sic Dio nys. & alij tradiderūt. Philelphus id uero negat, addu/ citq; dictum Orphei qui ante natū Latinum scripserit, qui iam illos populos Latinos nominet. Sed ipse uide/ rit cuius Orphei sint illa scripta, non modo Argonauti/ ca, quæ inter doctos conuenit nō esse illius Thracij, sed etiā hymni quos Pythagorici putāt cuiusdam fuisse cer/ donis. Aristoteles nullum fuisse Orpheum poetam con

Latium tendit, cæterum si Latiū dicitur, uel ꝙ ibi Saturnus la/ tuerit, uel ꝙ inter iuga Apenini lateat, profecto Latini à Latio dicetur. at M. Varro Latium à Latino dictū uult. c Diuersis & horrēdis cladibus.] Noti sunt errores Vlysis. Menelaus iactatus est in Aegyptum. Aiax Oi/ leus cū Locris Libyam incoluit, classis Græcorū dece/ pta à Nauplio Palamedis patre naufragium fecit ad Eu ripum Eubœæ insulæ, quæ omnia cōmemorat Vergil. lib. xi. Seruius magnā partē huius calamitatis in iram Mineruæ refert, quæ multum accensa est in Græcos, seu

Diomedes ꝙ Cassandram uiolarunt uatem, seu ꝙ superbi, & suc/ cessibus elati sacrificare illi contempserint. d Nam & Diomedem fecerunt deū.] Dimedes Tydei & Deiphi les filius, qui ad Troiam militauit, cuius uirtutē mirifi/ ce Homerus extollit, tota enim Rapsodia de illius est admirandis in bello facinoribus, ita ut Martē etiam ui/ cerit: cum Achilli fere æquat, Aetoliæ rex fuit, sed pro/ pter adulterium uxoris Aegiales, quæ rem cum Cylle/ boro Stheleni filio habuit, redire in patriam noluit, con cessitq; in Apuliam, ubi Adriam condidit, & Argiripā, & Sipuntem, & Salapiam, ibiq; sunt Diomedei campi, qui ei cesserunt, regione inter ipsum & Daunum socerū diuisa. Fuit & alter Diomedes uetustior Thraciæ rex sæ uissimus, solitus equis immanibus obijcere hospites, quē illis eisdē obiecit Hercules, huius soror fuit Abde/ ra, quæ urbē sibi cognominem posuit in Thracia Demo criti patriā. fuit haud procul Diomedis turris. Græci hos equos αἰσχρὰς θυγατέρας εἶναι νομίζουσι, δεῖν μίγνυσθαι τοὺς ξένους ἀναγκάσαι, εἶτα ἀναιρεῖν. turpes filias, qbus admisceri cogebat hospites, mox tollebat. Palæphatus ad comesa patrimo nia refert propter equorū curam, sicut de Actæone & ca nibus. e Eiusq; socios in uolucres fuisse cōuersos.] Ira Veneris eos mutauit, seu ꝙ ei maledixisset Agmon Diomedis socius, ut ait Ouid. xiiij. Metamorp. seu ꝙ ip sa Venus & Mars sauciati essent ad Troiam à Diomede, quod uidetur uerisimilius, & congruentius sentētiæ Ho meri in Has aues earūq; ingeniū describit Plinius lib. x. uocariq; scribit à Iuba Cataractas, esseq; illis dētes & oculos igneo colore, cæterū corpus candidū: duas sem/ per ijs duces, alteram ducere agmen, alterā cogere, has tantū uisi in insula nobili Diomedis tumulo: atq; delu/

A bro cōtra Apuliæ oram, fulicarū similes. Aduenas bar/ baros clamore infestāt, Græcis tantum adulantur miro discrimine, uelut generi Diomedis hoc tribuētes origi/ nem uero fabulæ esse dicit, quod illi ædē eius quotidie pleno gutture madētibus pennis perluunt, atq; purifi/ cant. Seruius ij. Geor. ait socios Diomedis duce suo sub lato impatientia doloris in aues mutatos esse, & memo/ res originis suæ Græcis nauibus lætas occurrere, barba ris infestas, quod ab Illyrijs Diomedes sit interemptus. Aristoteles tamē in mirabilibus auditis, ab Aenea occi sum dicit. has aues Seruius dicit à Græcis uocari ἐρωδιούς, sic putat Aelianus. Gaza ἐρώδιον ardeam uertit, & quam Arist. λευκερώδιον ipse albam ardeam. Suidas, ἐρωδιός, in/ quit, εἶδος ὄρνιθος ὁ πέλαργος λεγόμενος, ἢ ὅμοιος αὐτῷ, hoc est, Ci conia uel ei similis. Profecto similis ciconiæ potest esse aut etiam ardeæ, quæ aues forma non multum differūt, aut Cycnus, quemadmodū dicit Ouidius, sed nec cico niæ sunt, nec ardeæ, nec Cycni, quæ in orbe reliquo sūt

B frequētes. f In insula Diomedæa.] Sic Augustinus ut pleriq;, qui unam tantū ponunt insulam Diomedeā, uelut Suidas, Festus, & alij. & reuera duæ sunt, sed una tantum in qua est delubrum & monumentū Diomedis Nec desunt, qui vi, alij quinq; statuunt. Plinius & Stra/ bo duas è regione promontorii Gargani, quod in mare Adriaticum se protendit ad stadia ccc. altera culta est, altera deserta, in qua Diomedem ferunt subito non ex/ titisse, eumq; & in ea insula, & in sua terra diuinis honori bus Veneti prosecuti sunt.

De incredibilibus hominum cōmutationibus quid Varro crediderit. XVII

HOC Varro ut astruat, commemorat alia non minus incredibilia [a]de maga illa famosissima Circe, quæ soci/

C os quoq; Vlysis mutauit in besti/ as, [b]& de Arcadibus, qui sorte ducti transnata/ bant quoddam stagnum, atq; ibi conuertebantur in lupos, & cum similibus feris per illius re/ gionis deserta uiuebant. Si uero carne nō uesce rentur humana: rursus post nouem annos eo/ dem renatato stagno reformabantur in homi/ nes. Deniq; etiam nominatim expresit quen/ dam Demænetum, cum gustasset de sacrificio, quod Arcades immolato puero deo suo Lycæo facere solerēt, in lupū fuisse mutatū, & anno de/ cimo in figurā propriā restitutū, [c]ad pugilatum

D sese exercuisse, & Olympiaco uicisse certamine. Nec idem propter aliud arbitratur ab historicis in Arcadia tale nomē affictum [d]Pani Lycæo et Ioui Lycæo, nisi propter hanc in lupos homi/ num mutationem, [e]quod ea nisi ui diuina fieri nō putarent. Lupus enim Græce λύκος dicitur, unde λυκαῖος nomen apparet inflexum. Ro/ manos etiam Lupercos, ex illorū mysteriorum ueluti semine dicit exortos.

L. VIVES

a De maga illa famosissima Circe.] Hæc solis fu/ it filia, Medeæ amita. de matre non conue/ nit, Cicero Asteriam Latonæ sororem dicit.

 Homerus

Homerus Perſan Oceani filiam. Diodorus aliter fabulam narrat. nam ex Sole Perſeum & Aeetem genitos dicit, Perſeum Hecaten genuiſſe ſæuiſsimam uenatricem, homines pro feris ſolitam configere, ſpiculis aconito tinctis, cuius uſum ipſa inuenit, & ex patruo Aeeta Medeam & Circem peperit fœminas, & Argiadem marem. Circe peritiſsima fuit uirium herbarum, & philtra excogitauit, nupſitq; Scythæ Sarmatarum regi, quem uenenis ſuſtulit: ideo à ciuibus pulſa in inſulam quandam Oceani deſertam fugit, ſeu ut alij tradunt in promontorium, quod de eius nomine Circeios nominant. Circeum ſunt qui inſulam putent, ſed promontorium eſt in modum inſulæ deformatũ, ut inquit Strabo. Olim inſulam fuiſſe Seruius ſignificat adiunctam tempore continenti, ut alias pleraſq; terras. in maiore Pharmacuſſarum ſepulchrum Circes oſtendit. Hæc maga, quæ ſocios Vlyſsis in uarias beſtias mutauit, celebratiſsima eſt libris Homeri, Theocriti, Vergilij, & cæterorum poetarum, tum etiam qui ſoluta oratione ſcripſerunt. b Et de Arcadibus.] Plinius lib. viij. Euantes inter autores Græciæ non ſpretus tradit Arcades ſcribere ex gente Antæi cuiuſdam ſorte familia electum ad ſtagnum quoddam regiõis eius duci, ueſtituq; in quercu ſuſpenſo tranare, atq; abire in deſerta transfigurariq; in lupum, & cum cæteris eiuſdem generis congregari per annos ix. quo in tempore ſi homine ſe abſtinuerit reuerti ad idem ſtagnum, & quum tranauerit, effigiem recipere ad priſtinum habitum, addito nouem annorum ſenio: addit quoque Fabius eandem recipere ueſtem. Mela de Neuris Scythiæ Europicæ gẽte ſcribens, ait ſtatum ſingulis tempus eſſe, quo ſi uelint in lupos, iterumq; in eos, qui fuere, mutẽtur. c Ad pugilatum.] In Græcis certaminibus erant lucta, curſus, ſaltus, iactatio diſci, pugilatus, qui clauis fiebat, quos ceſtus uocant. Græci hos πύκτας dicunt. Ex iſtis quinque exercitamentis πένταθλοι dicuntur, & quinquertiones Latine. d Pani lyceo & Ioui lyceo.] In Lyceo monte Arcadiæ colebantur tres dij. Iuppiter, Pan bicornis, & Bacchus, qui Lycæi ſunt dicti à loco, ut puto. Sunt qui à lupis abigendis, alij quòd illi mutationi in lupos præſunt, iuuãtq; homines, ut priſtinam figuram recuperent. e Quod ea niſi ui diuina fieri non putarent.] Putatur legendum: aut eam niſi ut diuinam: mallem tamen quod ea niſi ui diuina fieri non putaretur.

Quid credendum ſit de transformationibus quæ arte dæmonum hominibus uidentur accidere. Caput XVIII

SED de iſta tanta ludificatione dæmonũ, nos quid dicamus, qui hæc legent, fortaſsis expectant, [a] quid Chriſtiani agere debeant, quando inter idola gentium miracula fieri aſſeruntur. Et quid dicemus, niſi de medio Babylonis eſſe fugiendum? Quod præceptum propheticum ita ſpiritaliter intellígitur, ut de huius ſeculi ciuitate, quæ profecto & angelorum & hominum ſocietas impiorum eſt, fidei paſsibus, quæ per dilectionem operatur, in deum uiuum proficiendo fugiamus. Quãto quip pe in hęc ima poteſtatem dæmonum maiorem uidemus, tanto tenacius mediatori eſt inhærendum, per quem de imis ad ſumma conſcendimus. Si enim dixerimus ea non eſſe credenda, non deſunt etiam nunc qui eiuſmodi quędam, uel certiſsima audiſſe, uel etiam expertos ſe eſſe aſſeuerent. Nam & nos cum eſſemus in Italia, audiebamus talia de quadam regione illarum partium: ubi ſtabularias mulieres imbutas his malis artibus, in caſeo dare ſolere dicebant, quibus uellent ſeu poſſent uiatoribus, unde in iumenta ilico uerterentur, & neceſſaria quæque portarent, poſtque perfuncta opera iterum ad ſe redirent: nec tamen in eis mentem fieri beſtialem, ſed rationalem humanamque ſeruari, [b] ſicut Apuleius in libris quos aſini aurei titulo inſcripſit, ſibiipſi acciditſe, ut accepto ueneno humano animo permanente aſinus fieret, aut indicauit, aut finxit. [c] Hæc uel falſa ſunt uel tam inuſitata, ut merito non credantur. Firmiſsime tamen credendum eſt omnipotentem deum omnia poſſe facere, quæ uoluerit, ſiue uindicando, ſiue præſtando, nec dæmones aliquid operari ſecundum naturæ ſuæ potentiam, quia & ipſa angelica creatura eſt, licet proprio ſit uitio maligna, niſi quod ille permiſerit, cuius iudicia occulta ſunt multa, iniuſta nulla. [d] Nec ſanè dæmones naturas creant, ſi aliquid tale faciunt, de qualibus factis iſta uertitur quæſtio, ſed ſpecietenus quæ à uero deo ſunt creata commutant, ut uideantur eſſe quod non ſunt. Non itaque ſolum animum, ſed nec corpus quidem ulla ratione crediderim dæmonum arte uel poteſtate in membra, uel lineamenta beſtialia uertiter poſſe conuerti: ſed phantaſticum hominis, quod etiam cogitando ſiue ſomniando per rerum innumerabilia genera uariatur, & cum corpus non ſit, corporum tamen ſimiles mira celeritate formas capit, ſopitis aut oppreſsis corporeis hominis ſenſibus, ad aliorum ſenſum neſcio quo ineffabili modo figura corporea poſſe perduci: ita ut corpora ipſa hominum alicubi iaceant, uiuentia quidem, ſed multo grauius atque uehementius quàm ſomno ſuis ſenſibus obſeratis. [e] Phantaſticum autem illud uel uti corporatũ in alicuius animalis effigie appareat ſenſibus alienis, taliſq; etiã ſibi homo eſſe uideatur

uideatur, ſicut talis ſibi uideri poſſet in ſomnis, & portare onera: quæ onera ſi uera ſunt corpora, portãtur à dæmõibus, ut illudatur hominib. partim uera onerum corpora, partim iumentorum falſa cernentibus. Nam quidam nomine Præſtantius patri ſuo cõtigiſſe indicabat, ut uenenum illud per caſeum in domo ſua ſumeret, & iaceret in lecto ſuo quaſi dormiẽs, qui tamen nullo modo poterat excitari. Poſt aliquot autẽ dies eum uelut euigilaſſe dicebat, & quaſi ſomnia narraſſe, quæ paſſus eſt, caballum ſe ſcilicet factum, annonam inter alia iumenta baiulaſſe militibus, quę dicitur retica, [f] quoniã ad retia deportatur. Quod ita ut narrauit factum fuiſſe cõpertum eſt: quæ tamen ei ſua ſomnia uidebantur. Indicauit & alius ſe domi ſuæ per noctem antequam requieſceret uidiſſe uenientem ad ſe quendam philoſophum ſibi notiſsimum, ſibiq; expoſuiſſe nonnulla Platonica, quæ antea rogatus exponere noluiſſet. Et cum ab eodem philoſopho quæſitum fuiſſet, cur in domo eius fecerit, quod in domo ſua petenti negauerat, nõ feci, inquit, ſed me feciſſe ſomniaui. Ac per hoc alteri per imaginem phantaſticam exhibitum eſt uigilanti, quod alter uidit in ſomnis. Hęc ad nos non quibuſcũq; qualib. credere putaremus indignũ, ſed eis referentibus peruenerunt quos nobis non exiſtimaremus fuiſſe mentitos. Proinde quod homines dicuntur, mandatumq; eſt literis à dijs uel potius dæmonibus Arcades in lupos ſolere conuerti: [g] & quod carminibus Circe ſocios mutauit Vlyſsis, ſecundum iſtum modum mihi uidetur fieri potuiſſe, quem dixi: ſi tamen factum eſt. Diomedeas autem uolucres, quandoquidem genus earum per ſucceſsionem propaginis durare perhibetur, non mutatis hominibus factas, ſed ſubtractis credo fuiſſe ſuppoſitas, [h] ſicut cerua pro Iphigenia regis Agamemnonis filia. Neque enim dæmonibus iudicio dei permiſsis huiuſmodi præſtigiæ difficiles eſſe potuerunt. ſed quia illa uirgo poſtea uiua reperta eſt, ſuppoſitam pro illa ceruam eſſe facile cognitum eſt. Socij uero Diomedis, quia nuſquam ſubito comparuerunt, & poſtea nullo loco apparuerunt, perdentibus eos ultoribus angelis malis, [i] in eas aues quæ pro illis occulte ex alijs locis, ubi eſt hoc genus auium, ad ea loca perductæ ſunt, ac repente ſuppoſitę, creduntur eſſe conuerſi. Quod autem Diomedis in templum aquam roſtris afferunt & aſpergunt, & quod blandiuntur Gręcigenis, alienigenas perſequuntur, mirandum non eſt fieri dæmonum inſtinctu: [k] quorum intereſt, perſuadere deum factum eſſe Diomedem, ad decipiendos homines, ut falſos deos cum ueri dei iniuria multos colant, & hominibus mortuis, qui nec cum uiuerent, uere uixerunt, templis, altaribus, ſacrificijs, ſacerdotibus, quæ omnia cum recta ſunt, non niſi uni deo uiuo & uero debẽtur, inſeruiãt.

L. VIVES

a Quid Chriſtiani ag. deb.] Alibi hoc totum deeſt: quid Chriſtiani agere debeant, quãdo inter idola gentium miracula fieri aſſeruntur. b Sicut Apuleius in libris quos Aſini aurei titulo inſcripſit.] Apuleium Magum fuiſſe conſtat, uerſum tamen in aſinum putandum non eſt: nec id uidebat Auguſtinus ſatis eſſe ueriſimile, ſed librorum Græcorum lectione parum adiutus diuinare non potuit, unde id argumẽtum de trãsfiguratione in aſinum Apuleius ſumpſiſſet, quũ ipſe nullius ſcriptoris meminerit, quem ſaltem profiteatur ſequi ſe, ut in de Coſmographia fecerat. Scripſit ergo Lucianus, quum eſſet in Theſſalia Magiæ noſcendæ cauſa ſe in aſinum mutatum, dum in auem cuperet: non ꝙ hoc ei contigerit, ſed quia huiuſmodi argumentis delectabatur, nec ueris, nec ueriſimilibus. id opus ſic Latinum fecit Apuleius ut ad uerbum expreſſerit pleraque omnia, additis plurimis, quo iocundior eſſet lectio ijs, qui mileſijs fabulis delectantur, & condiuit ſua illa partim antiquaria, partim nimis audaciter nouata dictione rem alioqui futuram ſubinſulſam, atque ſubfatuam. At nunc iuuat legere, quia phraſi illa complura dixit, quæ nec appoſitius dici, nec maiore cum gratia poterãt: quẽ nonnulli quum imitari conantur, in ridiculas ineptias incidunt. Puto enim gratiam illam eſſe propè inimitabilem. Non ergo factus eſt aſinus Apuleius, ſed ficto caſu tam mirabili narratio magis tenet animos uel legentium, uel audientium, quod in fabulis cum primis captatur. ó Hæc uel falſa ſunt.] Plinius lib. viij. falſum eſſe non dubitat, niſi credere libeat omnia, quæ fabuloſa tot ſeculis comperimus: ſed Græca credulitas eo proceſsit, ut nullum tam impudẽs mendacium ſit, quod teſte careat. d Nec ſanè dæmones naturas creant.] Creare uocat aliquid de nihilo facere: hoc modo nihil aliud cũ deus poteſt creare, idq; Theologi oẽs magno conſenſu affirmant: diſputant tamen an potẽtia hæc creandi poſsit communicari creaturæ [illegible]. Creare

[illegible] e Phantaſticum autẽ illud.] Hæc Auguſtini ſententia innumeris eſt experimentis omni ævo cõprobata. f Quoniã ad retia deportabatur.] Retia & reticulum genus eſt ſacculi, quo uiatores panẽ, carnes, & poma geſtare cõſueuerãt. Horat. lib. i. Sermonũ: Reticulum panis uenales inter onuſtos
Forte uehas humero, nihil plus accipias quàm,
Qui nil portarit.
Acron, reticulum rete quo in urbe panis inter uenales ſeruos portari ſolet: coniectura adducor. g Et quod carminibus Circe.] Verſus eſt Vergil. in Phalmaceutria. h Sicut cerua pro Iphigenia.] Iphigenia filia fuit Retia Iphigenia

fuit Agamemnonis & Clytẽnestræ, quũq; classis Græcorum in Aulide Bœotiæ, quæ est contra Eubœam insulam staret, Agamemnon ceruũ Dianæ occidit, ob quod factum dea aduersos uẽtos flare iussit, tum & pestem immisit in copias: dijs consultis, renunciauit Chalcas placandam esse Dianam sanguine Agamemnonis. Vlysses Mycenas missus specie nuptiarum Iphigeniam à matre abduxit, quumq; ad arã sub ictu staret, miseratione Diuæ subtracta est, & cerua substituta, ipsaq; uirgo in Tauricam Chersonesum ad Thoantẽ regem adducta præfecta est sacerdotio Dianæ Tauricæ, cui homines mactabãtur: eo quum Orestes uenisset frater eius, ambo consilio communicato regem occiderunt, migraruntq; Aritiam Italiæ. i Et pro eis aues occulte.] Alij libri scriptum habent: in eas aues, quæ pro illis sunt occulte, ex alijs locis, & post: pductæ ac rep. supp. credunẽ &c. k Quorum interest, id est ad quos persuadere pertinet.] Scholium est ab aliquo additum, qualia temporibus auorũ erant ineptissima non sanè pauca, ut dilexit, id est amauit: loquutus est, id est dixit: asinus, id est animal sic uocatum: charta, id est papyrus: tacui, id est, nihil locutus sum. legẽdum, ergo quorũ interest persuadere. l Qui nec quum uiuerent, uere uixerunt.] Nam uera animæ uita deus est, à quo si anima discedat, moritur. nec hoc tantum dicimus sanctæ religioni dediti Christiani, sed philosophi etiam Gentiles, qui eo minus & uiuere & esse res arbitrantur, quo longius à deo abscesserint: tanto uero magis uiuere ac esse, quanto propius accesserint. Pleni sunt Platonis libri eiusmodi sententiarum, apud Aristotelem quoq; nonnullæ. Stoici solum sapiẽtem uere uiuere, ac esse hominem putant, cæteros nihil à simijs abesse, ut dicebat Socrates.

Quod eo tempore Aeneas in Italiã uenerit quo Labdon iudex præsidebat Hebræis. Cap. XIX

Eo tempore post captã Troiam atq; deletam, [a]Aeneas cum uiginti nauibus, quibus portabantur reliquiæ Troianorũ in Italiam uenit, regnante ibi Latino, & [b]apud Atheniẽses Mnestheo, [c]apud Sicyonios Polyphide, [d]apud Assyrios Tautane, [e]apud Iudæos autem iudex Labdon fuit. Mortuo autẽ Latino regnauit Aeneas tribus annis eisdem in supradictis locis manentibus regibus, nisi [f]quod Sicyoniorum iam Pelasgus erat, [g]& Hebræorũ iudex Samson. Qui cum mirabiliter fortis esset, putatus est Hercules. Sed Aeneam, [h]quoniam quando mortuus est non comparuit, [i]deum sibi fecerunt Latini. [k]Sabini etiam regem suum primum Sangum, siue ut aliqui appellant Sanctum, retulerunt in deos. [l]Per idem tempus Codrus rex Atheniensium Peloponnensibus eiusdem hostibus ciuitatis se interficiendum ignotus obiecit: Et factũ est. Hoc modo eum prędicant patriam liberasse. [m]Responsum enim acceperant Peloponnenses tunc demum se superaturos, si eorum regem non occidissent. Fefellit ergo eos habitu pauperis apparendo, & in suam necem per iurgia prouocãdo, Vnde ait Vergilius: Aut iurgia Codri. [n]Et hũc Athenienses tanquam deum sacrificio rum honore coluerunt. Quarto Latinorum rege Syluio Aeneæ filio: non de Creusa, de qua fuit [o]Ascanius, qui tertius ibi regnauit, sed de Lauinia Latini filia, quem posthumum Aeneas dicitur habuisse: Assyriorum autem uicesimo & nono Oneo, [p]& Melantho Atheniensium sextodecimo, iudice autem Hebræorum Heli sacerdote, regnum Sicyoniorum consumptũ est, quod per annos nõgentos quinquaginta & nouem traditur fuisse porrectum.

L. VIVES

a Aeneas cum xx. nauibus.] Quomodo euaserit Aeneas ex Ilio capto uarias scriptorum sententias refert Diony. li. primo. nam ut alij tradiderunt, ipse occupata arce dum in se impetum Graiorum conuertit, præmisit ad naues impedimenta, & imbellem multitudinẽ, pueros, senes, mulieres. deinde arce deserta, ex urbe se proripuit, nactusq; suos qui præcesserant, munitissima Idæ tenuit, quo ex Troade tota, qui Græcorum imperia exhorrebant, confugere: ita manus nõ cõtemnenda breui coacta est, mãsitq; ibi plus paulo ꝙ annum. sed quum in eos Græci pararent arma, conditionibus pacis oblatis iussi sunt agro Troiano excedere, data fide fore illos cum suis rebus tutos omni Graia ditione, dum sedes sibi quærerẽt. sic Hellanicus scriptor alioqui fabulosus, sed multi nominis. Meucerates uero Xãthius liberatum dicit Aeneam à Græcis, quòd urbẽ prodidisset: prodendi uero causam fuisse Alexandrum, qui illum contemnebat, aliisq; proceribus Troianis præbebat contemnendum. Sunt qui putent, eum in portu fuisse, dum Ilium caperetur: alii missum à Priamo scribunt ad opus militare. Latini seruatum eum à Graiis perhibent, cum Antenore uetusti iure hospitii, & quia semper autores fuerunt reddendæ Helenæ. quomodo uero in Italiam uenerit, multis uerbis Vergilius canit, ueris falsa miscens, qui mos est poeticus. Ego nec opiniones adducam aliorũ, sed uerisimiliora sequar. Primũ in Thraciam uectus est, ibiq; hyemem totam egit, recipiens qui ad se ex Asia fugiebant, cõdita urbe de suo nomine, quã Aeneam Dionysius, Mela Aenon uocat, itidem Plinius. ubi Polydori dicit tumulũ fuisse Verg. tertio Aeneid.

Feror huc, & littore curuo
Mœnia prima loco, fatis ingressus iniquis.
Aeneadesq; meos nomen de nomine fingo.

Quo loco Seruius ait Aenum esse eam urbem uocatam à Salustio, & si Homerus dicit auxilia illinc ad Troiam uenisse. Euphorion & Callimachus à socio Vlysis cognominant ibi sepulto, quum frumẽtatum missus esset. Hæc urbs usq; ad Macedonicum principatum mansit, quo tempore à Cassandro Macedoniæ rege deleta est, conditaq; Thessalonica, in quam Aenei commigrarunt. Tum Aeneas in Delum uenit, hinc in Cytheram insulam, tum in Arcadiam ueteres hospites & cognatos, ex Arcadia in Zacynthum insulam, postea in Leucadiam, inde in Ambraciam, ubi erat urbs Aenea ad Acheloum amnẽ, postea deserta: deinde Butrotũ Epiri Anchises, Aeneas cũ expeditis. & acerrimo quoq; Dodonã ad cõsulendũ numẽ, tũ recepto patre in Drepanũ Siciliæ, ubi eũ amisit. Strabo tamẽ ingressum Anchisam scribit in Italiã, & Dio. anno ãn mortẽ Aeneæ Anchisã obijsse narrat. Aeneas uero ex Sicilia Italiæ applicuit, descenditq; in

in agrum Laurentem, quinto & tricesimo anno regni Latini, secundo postquam ex Asia soluerat. Nec tota eius classis Latio appulit. aliæ enim naues in Apuliã cõcessere, aliæ in alia Italiæ loca. extantq; adhuc signa aduentus illius gentis. nonnulli ubi Aeneam in Italia stetuissent, antiquam patriam repetierũt. locus ipse in Latio, quem primum Aeneas tenuit, Troiam posteritas nominauit, stadijs à mari quatuor. b Apud Athenieñ. Mnestheo.] Hic Petensi tribu fuit nepos Erichthei regis ex Ornio filio, qui Theseo absenti, multam inuidiam nobilitatis concitauit, tanquam is Atticæ terræ populos in urbem, ceu in custodiam inclusisset. Porro Theseus apud Orchum Molossorũ regem in arctiss. custodia asseruabatur: reliqueratq; raptam Helenam Apydnæ, quã urbem Castor & Pollux bello ceperunt, ut Helenam sororem recuperarent, Atticæq; terræ Mnestheum regem fecere, cuius opera dicunẽ adiuti. Theseus uero per Herculem liberatus, quum opes ad recipiendum regnũ pararet, profectus in Scyrũ insulam, à Lycomede rege occisus est. Ita imperium Athenieñ. nullo uindicãte Mnestheo stetit. nam Thesei liberi parui adhuc apud Elpenorem Euboicum educabãtur, eorumq; Mnestheus nullam habuit rationem: hinc conflato Troiano bello, quũ ex tota Græcia concurreretur, filij Thesei cum Elpenore militarunt. Mnestheus uero alias copias ad Ilium duxit. Vnde quũ rediret in Melo insula diem obijt, cui Demophon successit Thesei filius. hæc ex Plutarcho, Pausania, & Eusebio. ita aliquanto posterior fuit aduẽtus Aeneæ in Italiam, ꝙ regnum Mnesthei. quid quod Apion Polyhistor Demophõtem tradit regnasse Athenis, quũ Troia à Græcis excinderetur. c Apud Sicyonios Polyphide.] Sic Eusebius, at Pausanias aliter. qui ad hunc scribit modum: Σικυῶνος γίνεται Χθονοφύλη, Χθονοφύλης δὲ καὶ Ἑρμοῦ Πόλυβον γενέσθαι λέγουσι. ὕστερον δὲ αὐτὴν Φλίας ὁ Διονύσου γαμεῖ, καὶ οἱ παῖς Ἀνδροδάμας γίνεται. Πόλυβος δὲ Ταλαῷ τῷ Βίαντος βασιλεύοντι τῶν Ἀργείων Λυσιάνασσαν τὴν θυγατέρα ἐκδίδωσι, καὶ ὅτε Ἄδραστος ἔφυγεν ἐξ Ἄργους παρὰ Πόλυβον, ἦλθεν ἐς Σικυῶνα, καὶ ὕστερον ἀποθανόντος Πολύβου τὴν ἐν Σικυῶνι ἀρχὴν ἔσχεν. Ἀδράστου δὲ ἐς Ἄργος κατελθόντος Ἰανίσκος ἀπόγονος Κλυτίου τοῦ Λαομέδοντι κηδεύσαντος, ἐλθὼν ἐκ τῆς Ἀττικῆς ἐβασίλευσεν. ἀποθανόντος Ἰανίσκου, Φαῖστος τῶν Ἡρακλέους λεγομένων παίδων καὶ οὗτος εἶναι. Φαίστου δὲ κατὰ μαντείαν μετοικήσαντος ἐς Κρήτην, βασιλεῦσαι λέγεται Ζεύξιππος Ἀπόλλωνος υἱὸς καὶ νύμφης Συλλίδος. μετὰ δὲ Ζεύξιππον τελευτήσαντα, Ἀγαμέμνων στρατὸν ἤγαγεν ἐπὶ Σικυῶνα, καὶ τὸν βασιλέα Ἱππόλυτον Ῥοπάλου παῖδα τοῦ Φαίστου. δείσας δὲ τὸν στρατὸν ἐπιόντα Ἱππόλυτος συνεχώρησεν Ἀγαμέμνονος κατήκοος καὶ Μυκηναίων εἶναι. Ἱππολύτου δὲ ἦν τούτου Λακεστάδης, Φάλκης· Ταμφάλκης δὲ ὁ Τημένου καταλαβὼν νύκτωρ Σικυῶνα σὺν Δωριεῦσι κακὸν μὲν ἅτε Ἡρακλείδην καὶ αὐτὸν ἐποίησεν οὐδέν, κοινωνὸν δὲ ἔσχε τῆς ἀρχῆς, καὶ Δωριεῖς μετὰ τούτου Σικυώνιοι γεγόνασιν ἀπὸ τούτου καὶ μοῖρα τῆς Ἀργείας. Sicyonis filia fuit Echthonophyle, ex qua & Mercurio genitus est, ut ferunt Polybus. eam postea Phlias Dionysii filius duxit, ex qua Androdamam genuit filium. Polybus uero Talao Biantis filio Argiuorum regi Lysianassam filiam nuptui dedit. hoc tempore Adrastus ex Argis ad Polybum perfugit, in Sicyonem, ac Polybo uita functo imperiũ Sicyonis penes Adrastum fuit: quo in Argos reuerso, Ianiscus de Clytij Lomedontis affinis posteris, quum ex Attica terra Sicyonem uenisset, regnum ibi obtinuit. Ianisco mortuo Phæstus regnauit, qui de filijs Herculis fuisse dicitur. Hic quum ex uaticinio in Cretam migrasset, ferunt regnasse Zeuxippũ Apolline & Syllide nympha genitũ, quo fato functo, Agamemnon bellum Sicyoni fecit, & Hippolyto qui Rhopalo Phæsti filio natus erat, quique ueritus aduentantem exercitum pactus est cum Agamemnone se illius & Mycenæorum subditum fore. Hippolyti huius fuit Lacestades, Phalces. Tamphalces uero Temeni filius noctu cum Doriensibus urbem cepit: non tamen regi quicquam mali fecit nempe nato etiam ex Heraclidarum gente, sed socium regni habuit. ab eo tempore Sicyonij ipsi Dorienses sunt facti, & in partem cesserunt Argiuæ ditionis. d Apud Assyrios Tautane.] Hunc ferũt temporibus Iliaci belli regnasse. sic Eusebius, & Diodorus, qui narrat Priamum, quum bello premeretur misisse, qui ab hoc Assyriorum rege, cuius imperio & ipse Priamus parebat, subsidium suo nomine peterent. Assyrium x. mil. Aethiopum, totidem Susianorum, ac currus ducentos misisse, præfecto illis Memnone Tithoni Satrapæ apud regem gratiosissimi filio, cuius Homerus meminit. nam in eo bello occidit, iuuenis corporis atq; animi dotibus præstantissimus, quiq; pugnando multa æediderat egregia facinora. e Iudex Labdon fuit.] Eusebius Labdon uocat, uulgo Abdon dicitur Iudic. xij. & apud Iosephum libro quinto, Hylonis filius è tribu Effraim, cui filij fuerunt quadraginta, & ex his nepotes quinquaginta equis exercitati: omnesq; reliquit superstites. f Sicyoniorum iam Pelasgus erat.] In antiquis exemplaribus legitur, pelagus. Admonuit me Hieronymus Ruffaldus meus, iuuenis pectore ut musis deditissimo, sic & candidissimo, & ad amicitiam cum bonis ineundam, seruandamq; sicto & concinnato, legisse se in quodam Augustini codice Pelasum. Ex Pausania nihil hic adiuuari possumus, quippe qui alios ponit reges. g Et Hebræorum iudex Samson.] Iudic. xiij. & Iosephus libro quinto cuius facta maiora sunt & admirabiliora, quàm quæ gentiles de Hercule, uel Hectore, uel Milone fabulãtur. Quæ, quia sunt omnibus notissima, fusius non persequar. h Sed Aeneam, quoniam quando mortuus est.] Mezentius rex Ethruscorum bellum cum Latinis, quibus Aeneas imperabat, gessit, commissoq; prælio iuxta Lauinium, graui, & ambiguo, quod nox sola diremit, in eo Aeneas euanuit, alij in deos translatum existimarunt, alij submersum in Numico crediderunt amne. Templum est ei constructum à Latinis, hac inscriptione, ut Dionysius prodit, interprete Lapo: patris diui terrestris, qui fluuij Numici undas gubernat. Sunt qui dicant, ab Aenea ipso constructum templum. Festus ab Ascanio tradit. Obijt ergo tertio anno post Latini soceri mortem, quo tempore ipse regnum tenuit: septimo uero anno post captum Ilium. Pepulchra eius uaria in uarijs regionibus uisuntur: sed honoraria, quæ Græci κενοτάφια nominant, & ut Vergil. uertit, inanes tumulos. Vnum tamen uerũ, plenumq; aiunt ad Numicum fluuium. Liuius: Situs est, quemcunq; eum appellare fas iusq; est, ad Numicum amnem. Iouem indigetẽ appellant. hoc nomine ab Ascanio filio dictus est, relatusq; in deorum numerum. Indigetes dij uocantur, ceu in dijs agentes, qui ex hominibus eo peruenere. Sũt qui putãt indigetes esse, quos indigitari, hoc est, uocari & nominari, nefas est. ijq; sunt dij, in quorum custodia sunt urbes, gentesq;: sed si indigitare sit inuocare, dici poterunt, quod inuocati, faciles sint, & præsto adsint. Cæterum puto indigetes appellari, quasi in eo loco, uel geniti, uel degentes, & propitiores sunt, tum loco uelut patriæ, tum hominibus uelut ciuibus. Hos intelligit Lucanus, cũ dicit bella ciuilia ob cladem uenturam

Indigetes fleuisse deos, urbisq; laborem
Testatos sudore Lares.

Ideo & Aeneas, qui Iupiter Indiges, Iupiter quoque Latialis existimatur. Illud non prætermittã, Aeneã habere oscillationẽ in Italia, ut in Græcia Erigonẽ Icari filiam. Apud Festũ enim Pompeiũ sic legiẽ, mendosè quidem, sed nos lectionẽ, ut poterimus, restituemus, ut intelligi saltem possit: Causa, inquit, eius iactationis oscillorum prodiẽ, quod Aeneas Latinus rex, prælio quod ei fuit aduersus Mezentium Ceritum regem, nusquam apparuerit, iudicatusq; sit Iupiter factus Latialis. Itaque per sex eos dies feriatos Ascanius rex liberos seruosq; requirere iussit, non solum in terris, sed etiam quà uideretur cœlum posse adiri, per oscillationem, uelut imaginem

Aeneas
Hieronymus Ruffaldus
Mezentius
Aeneas deus
Indigetes
Oscillatio

ginem quandam uitæ humanæ, in qua altisſima inter/ A
dum ad infimum, infima ad ſummum efferuntur. Hæc
Feſtus. Porrò oſcillum ab ore diminutiuum eſt, ut Colu
mella oſcilla lupinorum dicit, imagunculæ ſunt homi/
num. Santra ab oſcello deducit uetere uerbo, quod eſt
inclinare, quòd præcipites in os ferantur. i Deũ ſibi
fecerunt Latini.] Colitur & in Sicilia in Elyma urbe,
quam ipſe condidit. Ouid. xiiij. Metamorp. Aeneæ par
uum eſſe numen ſubſignificat. k Sabini etiam regem
ſuum primum Xanthum, ſiue ut aliqui appellant, Xan
thium.] In uarijs exemplaribus uarie habetur: in alijs
Xãthum, in alijs ſanctũ, in alijs ſancum, aliquo ueſtigio
melioris lectionis. Sangum enim eſt legendum. Diony/
ſius libro ſecundo, Portium Catonem ait ſcriptum reli/
quiſſe Sabinorum gentem eſſe nominatam à Sabino fi/
lio Sangi dei gentilis, qui etiam dictus eſt Piſtius. Et La
ctantius. Sabini, inquit, colunt Sangũ, ut Romani Qui
rinum, & Attici Mineruã. De hoc plurima habes apud
Annium, ſi cui, uel uacat, uel libet illa conſectari. Sangi B
genij meminit ſequeſter Vibius in urbis regionibus.

Codrus l Per idem tempus Codrus rex Athenieñ.] Codrus
Melanthi Meſſenij filius fuit, quo rege Heraclidæ, qui in
Peloponneſſo imperabant, bellum mouerunt Atheñ.
quod abundante ibi exulum multitudine, & regnante
Codro Melanthij filio, timere cœperunt, & Corinthijs
propter uicinitatem loci, nam Megara Iſthmum conti/
git, in quo eſt Corinthus: & Meſſenijs, quorum rex fue/
rat Melanthus Codri pater. Conſultum igitur à Laco/
nibus oraculum, reſpondit uictoriam & mortem regis
eandem in partem inclinare. Heraclidæ hoc audito, ſi/
mul diſsimulandam dei uocem curabant, ſimul edictũ
in caſtris propoſuerũt, ne quis Codri corpus uiolaret.
Verum diuini reſponſi rumor ad Athenieñ. peruenit.
Codrus ut erat, & patriæ amans, & gloriæ appetens, po
ſito regio cultu, caſtra Laconum ingreſſus, prouocatis
iurgio militibus, ſe interficiẽdum præbuit. Ita Lacones
prælio fuſi, reliqua exacti Attica ſolam Megaricam ter/ C
ram tenuerunt. m Reſponſum enim acceperat.] Ser
uius redditum oraculum tradit in eam ſententiã, quam
dixi. Trogus ſcribit, reſpõſum eſſe, ſuperiores fore Laco
nes ni regem Athenieñ. occidiſſent. Cicer. primo Tuſc.
quæſt. Si rex interfectus eſſet, uictrices Athenas fore.

n Hunc Athenieñ. tanquam deum.] Cicero tertio
Erichtheus De natura deorũ inquit: ſed ſi ſunt hi dij, eſt certe Erich
theus cuius Athenis delubrum uidimus, & ſacerdotẽ:
quem ſi deũ facimus, quid aut de Codro dubitare poſ/
ſumus, aut de cæteris, qui pugnantes pro patriæ liberta
te ceciderunt? Quod ſi probabile non eſt, nec illa quidẽ
ſuperiora, unde hæc manant, probanda ſunt. Hoc dicto
Ciceronis in dubium uenit, an Athenieñ. Codrum, uel
deum putarint, uel diuinis coluerint honorib. o Nõ
Creuſa de Creuſa, de qua fuit Aſcanius.] Creuſa Priami & He/
cubæ filia, Aeneæ peperit Aſcaniũ, Ilio incolumi. Idem
Aeneas in Italia ex Lauinia Latini filia Syluium pro/ D
creauit, qui Poſthumus eſt natus, hoc eſt patre mortuo.
Sunt qui putent Aenea ſublato, imperium Latinorum
penes Lauiniam fuiſſe, conſeruatumq́ ab ea quoad fi/
lius ætate fuit imperio idonea, Tũc ei traditum à matre
regnum. Alij ditionem Aeneæ Aſcanium accepiſſe, ta/
metſi genitus non erat ex Lauinia, cuius nomine ad Ae
neam Latium regnũ peruenerat, ſed quia nec dum Ae/
neæ filius quiſquã erat ex Lauinia, nec bellum difficile,
quod cum Ethruſcis duce Mezẽtio illorum rege & Lau
ſo filio gerebatur, à fœmina adminiſtrari poterat. Laui/
niamq́ quum uideret priuignum imperantem, ſeceſsiſ/
ſe in rura, ac in ſyluis extructa domo egiſſe, ibiq́ ædidiſ/
ſe filium, quem Syluium nominauit, quia in ſyluis, &
Poſthumũ, quia mortuo patre natus eſſet. Aſcanius ex
ſyluis nouercam cum fratre eduxit, habuitq́ apud ſe li/
beraliter, quũq́ Aſcanius diem obijſſet, reliquit Iulum

filium, inter quem & Syluiũ patruum controuerſia fuit
de regno: quam populus diſceptator ita diremit, ut quo
niam Syluius & natu maior erat, ac perinde rebus ad/
miniſtrãdis cõmodior, & Lauiniæ filius regni hæredis,
regnaret: penes Iulum uero ſacrorũ eſſet poteſtas, quæ
eſt ſecundũ regiam maxima. De his ſacris loquitur Cæ
ſar & apud Lucanum: Phrygijq́ penates gentis Iulææ:
& in laudatione amitæ Marij cõiugis apud Suetonium,
à Venere, inqt, Iulij, cuius gentis familia eſt noſtra. Eſt
ergo in genere cæremonia deorum. Nam Dionyſius e/
tiam ætate ſua ſcribit Iuliam gentem illa ſacra habere.
Memini ſcripſiſſe me alio uolumine huius operis, pro/
pter uaticinium Neptuni, quod eſt apud Homerũ, cre/
didiſſe nonnullos Aeneam condita ſocijs urbe in Italia,
redijſſe in Phrygiam, atq́ ibi dominatum Troianis, ne/
ſcio an prælio cum Ethruſcis ſe ſubduxerit, & nauigio
redierit in patriam. ſed exiſtimarim potius, ſi quid de
Troia Phrygia Homerus ſentit, illud eſſe quod Aſcaniũ
in Phrygia regnaſſe ferè conuenit. Dionyſius illum ſcri/
bit, quum in ea regione imperaſſet, reductis ab Heleno
Hectoris filijs in Ilium & Aſcanium eo reuerſum, expul
ſis Antenoris liberis, quos ibi Agamemnon diſcedens
præfecerat. Tum & urbs eſt in Phrygia, quam Antan/
dron nominant, in qua regnum tenuiſſe Aſcanium pro
ditur, & ſic nominatam, quòd cum eſſet à Pelaſgis cap/
tus, ea ſe redemit, ideo Antandrus q. ἀντὶ ἀνδρός, hoc eſt,
pro Aſcanio. itaq́ dubitari poteſt, an Aſcanius relictus
ſit in patria ab Aenea, nec comes fuerit paternæ fugæ,
an patre mortuo, ubi res penes nouercam fuere, cõceſ/
ſit in Aſiam. Aſcaniam urbem Heſychius ponit in Phry
gia conditam ab Aſcanio ut Stephanus aſſerit. Ac fieri
poteſt, ut alius ſit is Aeneæ filius, qui in Aſia domina/
tus eſt, q̃ hic Italiẽſis Aſcanius. neq́ enim duos tantum
fuiſſe Aeneæ filios crediderim etiam Aſcanios dictos,
quod puto cognomen illorum potius fuiſſe, quàm pro
prium cuiuſquam nomen. Nam is ipſe Aſcanius, qui in
Italia dicitur patri ſucceſsiſſe, Euryleon proprio nomi/
ne uocabatur. p Melantho Athenieñ. xvi.] Melan/ Melanthus
thus pater fuit Codri, ut diximus. regnum Athenieñ.
quomodo ſit nactus, referunt quum alij permulti, tum
uero Suidas in uoce ἀπατούρια. Feſtum hoc, inquit, eſt po
pulo celebre, agebaĩ ab Athenieñ. per tres dies, in quo
donatus eſt ciuitate filius Sitalci regis Thraciæ. uocant
quidem primum diem δόρπειαν cœnæ diem, quo ſodales
ueſpere conuenientes epulabantur. Alterum uero ἀνάῤ/
ῥυσιν, hoc eſt Luxum, à ſacrificando. ſacrum uero fiebat
Διὶ φρατρίῳ Ioui ſodali, & Mineruæ. Tertium uero κουρεῶτιν,
id eſt puellarem, quod tunc pueros & puellas in ſodali/
tates adſcriberent. Fuit autem cauſa feſti hæc: bellũ erat
Atheñ. cum Bœotijs de Celænis, quæ eſt regio in con/
finijs: Xanthius Bœotius prouocauit regem Athenieñ.
Thymetum, quo non recipiente certamen, Melanthus
qui tum ibi erat peregrinus, Meſſenius genere à Pericly
meno Nelei filio, præfectus eſt regno, certamine ſuſce/
pto. quum uero pugnarẽt, uiſus eſt Melantho quidam
à tergo Xanthij conſiſtere, nigram capræ pellem indu/
tus. exclamauit ergo inique eum agere, qui comitatus
in pugnam ueniret. Bœotius quum ſe conuertiſſet occi
ſus eſt à Melantho. Hinc feſtum deceptoris, & Dionyſii
μελαναίγιδος, hoc eſt nigræ caprinæ pellis templum extru
xerunt. ſunt qui dicant apaturia nominata à patribus
ſimul conuenientibus ad adſcriptiones liberorum inter
uiros, id eſt ad ſumendam togam uirilem. Sic apaturia
& homopatoria dici, ut uxor dicitur, ἄκοιτις καὶ ὁμόκοιτος.
Hæc Suidas.

De ſucceſsione ordinis regni apud Iſraelitas poſt iudices. Cap. XX

M ox eiſdem per loca memorata re/
gnantibus Iſraelitarum regnum, fi/
nito tempore iudicum, à Saule rege
ſumpſit exordiũ: quo tempore fuit
Samuel propheta. Ab illo igitur tempore hi re
ges Latinorũ eſſe cœperunt, quos cognomina/
bant Syluios, ab eo qui filius Aeneæ primus di
ctus eſt Syluius: cęteris ſubſecutis et propria no
mina imponebantur, & hoc non defuit cogno/
mentum, ſicut longe poſtea Cæſares cognomi
nati ſunt, [a]qui ſucceſſerunt Cæſari Iulio. Repro
bato autẽ Saule, ne quiſquã ex eius ſtirpe regna
ret, [b]eoq́ defuncto Dauid ſucceſsit in regnum B
[c]poſt annos à Saulis impio quadraginta. [d]Tũc
Athenienſes habere deinde reges poſt Codri
interitum deſtiterũt, & magiſtratus habere cœ/
perunt adminiſtrãdæ reipublicę. [e]Poſt Dauid,
qui etiam ipſe quadraginta regnauit annos, fi/
lius eius Salomon rex Iſraelitarum fuit, qui tem
plum illud nobiliſsimum dei Hieroſolymitanũ
condidit. Cuius tempore apud Latinos condi/
ta eſt Alba, ex qua deinceps non Latinorum,
ſed Albanorum reges appellari in eodẽ tamen
Latio cœperunt, [f]Salomoni ſucceſsit filius Ro/
boam, ſub quo in duo regna populus ille diui/
ſus eſt, & ſingulæ partes ſuos ſingulos reges ha C
bere cœperunt.

L. VIVES

Cæſares a Q Vi ſucceſſerũt Cæſari Iulio.] Alibi habetur, Cæ
ſari Auguſto. & haud dubie propter Auguſtum
cæteri Romani principes & Cæſares & Auguſti
ſunt dicti: & ſi Auguſtus nominatus eſt Cæſar, qui pri/
us C. Octauius, q̃ teſtamento erat à Iulio Cæſare maio
re auunculo adoptatus. b Eoq́ defuncto.] Erat iam
multis annis antea unctus à Samuele ſacratusq́ rex Iſ/
rael, ſed non cœpit imperare, quoad uitæ cõceſsit Saul,
cũ Dauid cõſulto oraculo uenit in Ebron ij. regnorum,
cap. ij. c Poſt annos à Saulis imperio quadraginta.]
Tot enim annos regnauit Saul ex ſacris literis, & Ioſe/
pho. Eupolemus uero qui Hebræorum cõſcripſit hiſtõ
rias tantũ xxi. ponit. d Tunc Athenieſes habere dein
Archontes de reges.] His ſucceſſere quos ipſi uocãt ἄρχοντας, hoc
eſt principes. Hieronymus magiſtratus uertit, & Plinius D
lib. xxxiij. Cicero in De fato Græco uerbo eſt uſus, qđ
parum cõmode Latinis poſſe exprimi uidebat: Archõ/
te, inquit, Pytharato. idẽ fecit Spartianus in Adriano:
Athenis, inquit, Archon fuit. Velleius Paterculus ſic:
Codri fuit filius Medon: primus Archon Athenis fuit,
ab hoc poſteri, apud Atticos dicti Medontidæ, ſed hi, in
ſequentes uſq́ ad Charopem dum uiuerent, eum hono
rem uſurparunt, poſtea decennales fuere magiſtratus,
inſtituti pauloante primam Olympiadẽ. Poſt Eryxiam
fuerunt annui, id eſt olympiade xxvi. Pollux libro viij.
ἀρχόντων ἀθήνησι ὀνόματα· οἱ ἐννέα ἄρχοντες. εἰσὶ δ' ὁ τῶν ἐννέα ἐπώνυμος
ἄρχων, βασιλεύς, πολέμαρχος καὶ θεσμοθέται ἕξ. ἐκ τούτων γὰρ οἱ ἐννέα ἄρ/
χοντες συμπληροῦνται. ἐκαλεῖτο δέ τις θεσμοθετῶν ἀνάκρισις. & mox, ὁ δ'
ἄρχων διατίθησι μὲν Διονύσια καὶ θαργήλια μετὰ τῶν ἐπιμελητῶν. δίκαι
δὲ πρὸς αὐτὸν λαγχάνονται κακώσεως, παροινίας, εἰς διαιτητῶν αἵρεσιν, ἐπι
τροπῆς ὀρφανῶν, ἐπιτρόπων καταστάσεις, κλήρων καὶ ἐπικλήρων ἐπιδικα/
σίαι, ἐπιμελεῖται δὲ καὶ τῶν γυναικῶν αἳ ἂν φάσιν ἀπ' ἀνδρὸς τελευτῆς κύειν A
καὶ τοὺς οἴκους ἐκμισθοῖ τῶν ὀρφανῶν. ὁ δὲ ἐπώνυμος οὗτος καὶ ἀπ' αὐτοῦ ὁ
χρόνος ἀριθμεῖται, id eſt nomina magiſtratuum Athenis. Nõ
uem magiſtratus, qui ſunt primum is qui annis ſingulis
Archon nominaĩ: tum rex: inde Polemarchus ſiue bel/
li princeps & theſmothetæ ſiue legumlatores ſex, ex qui
bus nouem conficiuntur magiſtratus. idq́ theſmotheta
rum uocatur forum & cognitio. Archon uero diſponit
Dionyſia & ludos Apollinis in uere cum alijs, qui ei ad
hibentur curæ ſocij. iudicia apud illum exercenĩ hæc,
malæ tractationis, iniuriarum, de eligendis qui orpha/
nis dent curatores, & curatorum conſtitutio, aduocatio
hæredum, & fœminarũ, quæ ſolæ ſunt hæredes ex aſſe,
curatores mulierum, quæ à mariti morte deprehẽdun/
tur ferre uterum, locatio ædium orphanorum. Hic ue/
ro præcipue Archon dicitur, & ab eo ſignãtur faſti. Sic
ille. Iudicabant olim ante Solonis leges ſeparatim, nec
aliter licebat. Rex ſedebat ad Bucolæum non procul à
Prytanæo, Polemarchus in Lycæo, Theſmothetæ in The B
ſmoſio. Archon ad ſtatuas æneas, qui exonymi dicebã/
tur, ubi & figebantur leges, antequam eſſent approba/
tæ, ceu quis dicat pro roſtris. e Poſt Dauid qui etiam
ipſe quadraginta regnauit annos filius eius.] Nõ modo Dauid
inter reges ſed nec inter priuatos homines tale par,
quales hi pater & filius Dauid & Salomon. Pater man/
ſuetudine & probitate deo chariſsimus, inſignis uatici/
nio, filius ſapientia cũctos mortales antecellens. Huius
Salomonis & templi ab eo conſtructi meminerunt pro/
fani ſcriptores Eupolemus, & Timochares, Lactan. lib.
iiij. Diuin. inſtit. Salomonem ſcribit regnaſſe ante Troia
na tempora annis cxl. cum totidem annis poſterior fue
rit clade Ilij, uel erratũ eſt à librarijs, uel autor ipſe lap/
ſus memoria, & pro poſt dixit ante. f Salomoni ſuc/
Roboam ceſsit filius Roboam.] Hic planè, quod dici ſolet, Hero/
um filij noxæ, ex patre ſapientiſsimo ſtultiſſ. filius & ar/
rogantiſsimus, qui quod populum ſe arctius habiturũ, C
q̃ feciſſet pater palàm profeſſus eſſet, decem tribus ami
ſit, quarum qui electus rex dictus eſt rex Iſrael: ipſe ue/
ro cui duæ reliquæ ſuperfuerunt nominatus rex Iuda,
nam ei tribus Iuda & proxima illi Beniamin parebant.
Leuitica cum Iudaica mãſit propter templum domini,
quod erat Hieroſolymis Iudæis.

De regibus Latij, quorũ primus Aeneas & duodecimus Auentinus dij facti ſunt. Cap. XXI

L ATIVM poſt Aeneam quem deũ
fecerant xi. reges habuit, quorũ nul
lus deus factus eſt. Auentinus autẽ,
qui duodecimo loco Aeneã ſequi/
tur, cum eſſet proſtratus in bello, & ſepultus in D
eo monte qui etiam nunc eius nomine nũcupa/
tur, deorum talium quales ſibi faciebant nume/
ro eſt additus. Alij ſanè noluerunt eum in præ/
lio ſcribere occiſum, ſed non comparuiſſe dixe/
runt: [a]nec ex eius uocabulo appellatum montẽ,
ſed ab aduentu auium dictũ Auentinum. Poſt
hunc nõ eſt deus factus in Latio niſi Romulus
conditor Romæ. Inter iſtum autem & illum re
ges reperiuntur duo. quorũ primus eſt, ut Ver/
giliano eum uerſu loquar:
Proximus ille Procas Troianæ gloria gentis.

Cuius tempore quia iam quodāmodo Roma parturiebatur, illud omnium regnorum maximum Assyriorum finem tantæ diuturnitatis accepit. Ad Medos quippe trāslatum est post annos ferme mille trecētos quinq; ut etiam Beli, qui Ninum genuit, & illic paruo contentus imperio primus rex fuit, tempora cōputentur. Procas autem regnauit ante Amuliū. Porrò Amulius fratris sui Numitoris filiam Rheam nomine, quæ etiam Ilia uocabatur, Romuli matrem Vestalem uirginem fecerat, quā uolūt de Marte geminos concepisse, isto modo stuprum eius honorantes, uel excusantes, & adhibentes argumentum, q; infantes expositos lupa nutriuerit. Hoc enim genus bestiæ ad Martem existimāt pertinere, ut uidelicet ideo lupa credatur admouisse ubera paruulis, quia filios domini sui Martis agnouit: quāuis non desint, qui dicant, cū expositi uagientes iacerent, à nescio qua primum meretrice fuisse collectos, & primas eius suxisse mamillas. Meretrices autē lupas uocabāt, unde etiam nūc turpia loca earum lupanaria nuncupantur. Et eos postea ad Faustulum peruenisse pastorē, atq; ab eius Acca uxore nutritos. quanquam si ad arguendum hominem regem, qui eos in aquā proiici crudeliter iusserat, eis infantibus per quos tanta ciuitas cōdenda fuerat de aqua diuinitus liberatis, per lactantem feram deus uoluit subuenire, quid mirum est? Amulio succesisse in regnū Latiale frater eius Numitor, auus Romuli, cuius Numitoris primo anno cōdita est Roma, ac per hoc cum suo deinceps, id est Romulo nepote regnauit.

L. VIVES

a Nec ex eius uocabulo appellatum mōtem.] Varro libro iiij. De lingua Latina: Auentinum alii quot de causis dicunt. Næuius ab auibus, quòd eo se ab Tiberi ferrent aues. alij à rege Auentino Albano, quòd ibi sit sepultus. Alij Auentinum ab aduēctu hominum, quòd commune Latinorum ibi Dianæ templum sit constitutum. ego maxime puto ab aduectu. nam olim paludibus mons erat ab reliquis disclusus, itaque eo ex urbe aduehebantur ratibus. Et quando quidem bene curiosioribus ingenijs uolumē hoc xviij. paulo fusius extendimus, illud non pigebit quoq; annotare, Auentinum montē extra pomœrium fuisse Romæ, propter alteram ex duabus causis, aut quòd plebs eo secessisset, aut quòd Remo auspicante illo loco aues non addixissent.

Auentinus

Quod eo tempore Roma sit condita quo regnū Assyriorū intercidit, quo Ezechias regnauit in Iudæa. XXII

a Nec multis morer condita est Roma uelut altera Babylon, & uelut prioris filia Babylonis, per quam deo placuit orbem debellare terrarū & in unā societatem reipublicæ legūq; perductum longe lateq; pacare. Erāt enim iam populi ualidi, & fortes, & armis gētes exercitatæ, quæ nō facile cederēt, & quas opus esset ingentibus periculis, & uastatione utrinq; nō parua atq; horrendo labore superari. Nam quando regnum Assyriorū totam penè Asiam subiugauit, licet bellando sit factū, non tamen multū asperis, & difficilibus bellis fieri potuit, quia rudes adhuc ad resistendum gentes erant, nec tam multæ, uel tam magnæ. Siquidem post illud maximum atque uniuersale diluuiū, cum in arca Noe octo soli homines euaserunt, anni nō multo amplius q̄ mille transierant, quando Ninus Asiam totā, excepta India, subiugauit. Roma uero tot gentes & Orientis & Occidentis, quas imperio Romano subditas cernimus, non ea celeritate ac facilitate perdomuit, quoniā paulatim crescendo robustas eas & bellicosas quaquauersum dilatabatur inuenit. Tēpore igitur quo Roma condita est, populus Israel habebat in terra promissionis annos septingētos decem & octo. Ex quibus uigintiseptem pertinent ad Iesum Naue, deinde ad tempus iudicū trecenti uigintinouē. Ex quo aūt ibi reges esse cœperāt, anni erāt trecēti sexagintaduo. Et rex tūc erat in Iuda, cuius nomē erat Achaz, uel sicut alij computant qui ei succesit Ezechias, quem quidem constat optimum & pijssimum regem Romuli regnasse temporibus. b In ea uero his temporibus Hebraici populi parte quę appellabatur Israel regnare cœperat Osee.

L. VIVES

a Nam altissima tunc condita est ciuitas Roma.] In quodam libro, sic legitur: Ne multis morer cōdita est ciuitas Roma. ut annotauit mihi Nicolaus Vottonius meus, acri iudicio & suauissimo ingenio iuuenis. Porrò Petrus Apostolus Romam Babylonem appellat, ut etiam Hierony. in uita Marci interpretatur, qui ad Marcellam scribens nō aliam existimat describi à Ioāne in Apocalypsi Babylonem, q̄ urbem Romam. [illegible] b In ea uero.] Alibi sic, In ea Hebræi populi parte.

De Sibylla Erythræa, quæ inter alias Sibyllas cognoscitur de Christo euidentia multa cecinisse, Cap. XXIII

EODEM tempore nonnulli Sibyllā Erythræam uaticinatam ferunt. a Sibyllas autem Varro prodit plures fuisse, nō unā. b Hæc sanè Erythræa Sibylla quædam de Christo manifesta conscripsit, quæ etiam nos prius in Latina lingua uersibus male Latinis & non stantibus legimus, per nescio cuius interpretis imperitiam sicut post cognouimus. Nam uir clarissimus Flaccianus, qui etiam proconsul fuit, homo facillimæ facundiq; multæq; doctrinæ, cum de Christo colloqueremur, Græcum nobis codicem protulit, carmina esse dicens Sibyllæ Erythrææ, ubi ostendit quodam loco c in capitibus uersuum ordinem literarum ita se habentem, ut hæc in eo uerba legerentur: ἰησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτὴρ, quod est Latine: Iesus Christus dei filius saluator. Hi autem uersus quorum primæ literæ istum sensum, quem diximus, reddunt, sicut eos d quidam Latinus extantibus uersibus est interpretatus, hęc continent:

'Iudicij signum tellus sudore madescet.
E cœlo rex aduenier per secla futurus:
f Scilicet in carnem præsens ut iudicet orbem.
Vnde deum cernent incredulus atq; fidelis
Celsum cum sanctis, æui iam termino in ipso.
g Sic animæ cū carne aderūt, quas iudicet ipse.
Cum iacet incultus densis in uepribus orbis.
Reijcient simulachra uiri, cūctam quoq; gazā:
b Exuret terras ignis, pontumq; polumq;
Inquirens, tetri portas effringet Auerni.
'Sanctorum sed enim cunctæ lux libera carni
Tradetur, fontes æterna flamma cremabit.
h Occultos actus retegens, tunc quisq; loquetur
Secreta, atq; deus referabit pectora luci.
Tunc erit & luctus, stridebūt dentibus omnes
i Eripitur solis iubar, & chorus interit astris.
Soluetur cœlum, lunaris splendor obibit.
m Deijciet colles, ualles extollet ab imo.
n Non erit in rebus hominū sublime uel altum.
o Iam æquantur cāpis montes & cærula ponti.
Omnia cessabunt, tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur, fluminaq; igni.
Sed tuba tunc sonitum tristem demittet ab alto
p Orbē, gemēs facinus miserū uariosq; labores:
Tartareumq; chaos mōstrabit terra dehiscens.
Et coram hic domino reges sistentur ad unum.
Decidet è cœlis, ignisq; & sulphuris amnis.
In his Latinis uersibus de Græco utcunq; trāslatis ibi nō potuit ille sensus occurrere, qui sit cū literæ, quæ sunt in eorum capitibus connectuntur, ubi υ litera in Græco posita est, q quia nō potuerunt Latina uerba inueniri, quæ ab eadē litera inciperēt, & sententiæ cōuenirent. Hi autem sunt uersus tres, quintus & octauusdecimus & nonusdecimus. Deinde literas, quæ sunt in capitibus omnium uersuum connectentes, harum trium quæ scriptæ sunt non legamus, sed pro eis υ literam tanquā in eisdem locis ipsa sit posita recordemur, exprimitur in quinq; uerbis, Iesus Christus dei filius saluator: sed cum Græce hoc dicitur non Latine. Et sunt uersus uiginti & septem, qui numerus r quadratum ternarium solidum reddit. Tria enim ter ducta fiūt nouem. Et ipsa nouem si ter ducantur, ut ex lato in altū figura consurgat, ad uiginti septem peruenīūt. Horum autem Græcorum quinque uerborum, quæ sunt, ἰησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτὴρ, quod est Latine: Iesus Christus dei filius saluator, si primas literas iungas erit ἰχθύς, id est piscis, in quo nomine mystice intelligitur Christus, eo quod in huius mortalitatis abyssо uelut in aquarum profunditate uiuus, hoc est sine peccato esse potuerit. Hæc autem Sibylla siue Erythræa, siue ut quidam magis credunt Cumana, ita nihil habet in toto carmine suo cuius exigua ista particula est, quod ad deorum falsorum siue fictorum cultum pertineat, quinimmo ita etiam contra eos, & contra cultores eorum loquitur, ut in eorum numero deputanda uideatur, qui pertinent ad ciuitatem dei. s Inserit etiam Lactantius operi suo quædam de Christo uaticinia Sibyllæ, quamuis non exprimat cuius. Sed quæ singillatim ipse posuit, ego arbitratus sum coniunctim esse ponenda; tanquam unum sit prolixum, quæ ille plura commemorauit & breuia. t In manus iniquas, inquit, infidelium postea ueniet. Et dabunt deo alapas manibus incestis, & impurato ore expuēt uenenatos sputus. Dabit uero ad uerbera simpliciter sanctū dorsum. u Et colaphos accipiēs tacebit, ne quis agnoscat, quod uerbum, uel unde uenit ut inferis loquatur, & corona spinea coronetur. x Ad cibum autem fel, & ad sitim acetū dederunt, y in hospitalitate hanc monstrabunt mensam. z Ipsa enim insipiens gens tuum deum non intellexisti, ludentem mortalium mentibus, sed & spinis coronasti, & horridū fel miscuisti. a Templi uero uelum scindetur, et medio die nox erit tenebrosa nimis in tribus horis, b Et morte morietur tribus die-

bus somno suscepto. Et tunc ab inferis regressus ad lucem lætam ueniet, [c]primus resurrectionis principio reuocatis ostenso. Ista Lactantius carptim per interualla disputationis suæ, sicut ea poscere uidebantur, quæ probare intenderat, adhibuit testimonia Sibyllina, quæ nos nihil interponentes, sed in unam seriem connexa ponentes, solis capitibus, si tamen scriptores deinceps ea seruare non negligãt, distinguenda curauimus. Nonnulli sanè Erythræam Sibyllam non Romuli, sed belli Troiani tempore fuisse scripserunt.

L. VIVES

Sibyllæ a Sibyllas.] Mulieres sunt uates deo plenæ, ut inqt Diodorus li. v. Seruius iiij. Aeneid. & Lactantius primo diui. instit. ex Varrone Sibyllam nominatam dicunt. q. dei consilium, nam Aeoles σιὸς deos uocant, & βουλὴν consilium. Suidas λέξιν ῥωμαϊκὴν esse dicit ἑρμηνευομένην προφῆτιν, Romanam uocem interpretariq́; prophetissam, hoc est uatem. quæ uero & quot Sibyllæ, quibus temporibus, quibus locis fuerint, non conuenit. nobilium sẽtẽtias aliquot colligemus. Martianus Capella duas tantum esse dicit, non decem, Erophilam Troianam Marmesi filiam, quam eandem putat esse Phrygiam, & Cumæam: alteram Symmachiam Hipporensis filiam, quæ Erythræ progenita etiã Cumis uaticinata est. Plinius est autor Romæ trium Sibyllarum fuisse statuas iuxta rostra, unam, quam Pacuuius Taurus ædil. pleb. instituit, duas quas M. Messala. Solinus eas nominat Cumanam, Delphicam, & Erythræam Heriphilem. Aelianus in uaria historia quatuor ponit. Erythræam, Samiam, Aegyptiam, Sardianam. istis alij duas addũt, Iudæam & Cumæam. Varro in libris rerum diuinarum ad C. Cæsarem, quatuor adiungit, ut sint decem. nonnulli Græcorum conati ex Sibyllis facere, quod de Iouibus, Herculibus & alijs, qui cum multi fuerunt unicum tantũ prodidere, uaria de Sibylla scribunt, & multum inter se discrepantia. Alij eam Apollinis & Lamiæ filiam uolunt: alij Aristocratis & Hydolis, alij Crinagoræ, alij Theodori. Tũ de patria nõ minus dissidet. Sunt qui Erythræã tradũt, sũt qui Siculã, sũt qui Sardinicã, sunt qui Gergethicã, sunt qui Rhodiã, sunt qui Libycã, sunt qui Leucanam, sunt qui Samiã. quæ omnia magna ex parte de Erythræa opinati sunt, quã dicunt ante Troiana tempora fuisse. Cæterum decem Sibyllas Varronis percensebo, ut à Lactantio ponuntur, additis quæ mihi uidebũtur partim ex Latinis scriptoribus partim ex Græcis, ut res tota planior fiat. Prima Sibylla fuit Persica, cuius mentionem fecit Nicanor, qui res gestas Alexandri Macedonis scripsit. Hanc eandem Chaldæã esse dicunt, ab alijs Hebræa nominat̃, cui propriũ nomẽ Sãbetha. Noe quæ urbs est prope mare rubrũ nata, patre Berosso, & matre Erymantha, cuius libri fuerũt quatuor & uiginti, ac de Christo domino innumera cecinit, deq́; eius aduentu, cui cæteræ quoq; Sibyllæ concinũt. Versus huius passim legebãtur imperfecti: & interdum parum cohærentes uitio non uatis, sed excribentium festinanter, ita ut multa coniectura sit opus, quod nõ sine numine cõtigit, ne ab indignis illa uaticinia intelligerentur. Altera Sibylla fuit Libyca, cuius meminit Euripides in Lamiæ prologo. Tertia Delphica, de qua Chrysippus loquitur in eo libro, quẽ de diuinatione composuit. hanc putant Delphis natam dictamq́; Themin, & uixisse ante Troicum excidium, cuius plurimos uersus operi suo Homerum inseruisse crediderunt. Hanc Diodorus Daphnem Tiresiæ filiam fuisse refert, quam Argi ui quum Thebas uicissent Delphos misere, ibiq́; peritior diuinandi Apollinis uaticinijs facta, dei oracula consulẽtibus edidit, idcirco Sibylla est ab omnibus cognominata. Fertur & Daphne altera Ladonis Arcadis filia, Apollini adamata, quæ in laurum est uersa cum deum auersaretur, & fugeret: Quarta Cumæa in Italia, quam Næuius in libris belli Punici, Piso in annalib. nominat. Hanc alij Italicam nuncupant, ex Cimerio Campaniæ uicino Cumis oppido. Quinta Erythræa, quam Apollodorus Erythræus affirmat suam fuisse ciuem, eamq́; Graijs Ilium petentibus uaticinatam & perituram esse Troiam, & Homerum mendacia scripturum. Hanc uulgatior opinio est fuisse ante obsidium Ilij. at Eusebius in primam ætatem urbis Romæ regnumq́; Romuli refert. Strabo uero non unam ponit Erythræã Sibyllam, nam priscam quandam facit, & aliam recentiorem Athenain nomine, quæ fuit Alexandri temporibus. Lactantius Sibyllam Erythræam Babylone natam esse ait, & sese Erythræam appellare maluisse. Sexta Samia, de qua scripsit Eratosthenes in antiquis annalibus Samiorum se reperisse scriptum, dicta est nomine Phyto. Septima Cumana nomine Amalthæa, quæ ab alijs Herophile uel Demophile nominatur. Suidas Hierophilem dicit, eamq́; nouem libros attulisse ad regem Tarquinium Priscum, ac pro eis trecentos Philippæos postulasse, regemq́; aspernatum precij magnitudinem, & mulieris insaniam derisisse, illam in conspectu regis tres combussisse, ac pro reliquis idem precium postulasse. Tarquiniũ multo magis mulierem insanire putasse, quæ denuo tribus alijs exustis, cum in eodem precio perseueraret motum esse regem ac residuos trecẽtis aureis emisse. huius facti meminerunt pleriq́; scriptores, Plinius, Dionysius Solinus, Gellius, Seruius, qui Tarqnio superbo libros oblatos non Prisco tradunt, & Plinius tres libros nõ nouem ponit, ac cõbustis duobus tertium superfuisse. Suidas nouem libros scribit eam attulisse peculiarium oraculorum, hoc est ad certum aliquem populum spectantium, sed combustos tantum duos. Solinus huius sepulchrum dicit uisi in Sicilia. Cæterum non hanc nominat Heriphilem, Erythræ nanq; nomen hoc dat, quam antiquiorem facit Cumana. Eusebius Herophilem nec Erythræam, nec Cumanam autumat, sed Samiam, uixisseq́; Numa rege, Leocrate Athenis Archonte. Fuit & Eriphile Amphiarai coniunx Adrasti soror. Octaua Hellespõtiaca in agro Troiano nata uico Marmisso circa oppidum Gergetium, quã scribit Heraclides Põticus Solonis & Cyri fuisse temporibus. Nona Phrygia, quæ uaticinata sit Ancyræ. Decima Tyburs nomine Albunea, quæ Tyburi colitur ut dea, iuxta ripas amnis Anienis, cuius in gurgite simulachrum eius inuentum esse dicitur, tenens in manu librum. Has Sibyllas tradit Varro. Feruntur & aliæ nõnullæ, ut Colophonia, quæ dicta est Lãpusia Calchante nata, cuius uaticinia & responsa carmine sunt olim lecta. & Sibylla Elissa, cuius etiam uaticinia extiterunt carmine. uenit etiam in numerum Sibyllarum Cassandra Priami filia, quæ ruinam patriæ cecinisse dicitur, & dedisse responsa consulentibus. & Epirotica Sibylla, Thesprotiæ nata, quæ oracula scripsit. & Thessalica Manto Tiresiæ Thebani filia. posset & Sibylla dici Carmentis Arcas Euandri mater. & Fauna Fatua Fauni regis soror & coniunx. Dubitauit Didius Grammaticus an Sappho Sibylla fuerit, ut est apud Senecam in studijs liberalibus, & si alij eo loco non Sibyllam sed publicam legunt. uerum quænam fuerit Sibylla cuius carminibus fata Romana continebantur requisisse Varronem ipsum ferunt, multi Cumanam putant, ut Verg. qui eam uocat Deiphoben Glauci filiam. Glaucus enim uates fuit, qui artem Apollinem ipsum docuit, nisi quis Deiphilem malit dicere, nã & hanc aiũt libros

libros attulisse ad Tarquinium Priscũ, quos ipse in Capitolio cõdiderit, quam Solinus dicit quinquagesima Olympiade rebus Romæ interfuisse, quod si ita est regi Prisco uendidit libros non Superbo. nam in quinquagesimam Olympiadem uictore Olympiorum Epiteli de Lacone, & archonte Athenis Archestratide incurrerunt & mors Prisci anno iiij. & initium regni Seruij generi eius. ita congruentius est, quod Varro & Suidas dicunt de Tarquinio Prisco, q̃ quod alij de superbo, si modo Solino cõstat sua cõputatio. Visebatur huius Sibyllæ sacellum Cumis, sed Varroni nõ uidetur uerisimile, uatem illam quam Aeneas consuluerit potuisse pertingere Romana regna, etiam post quinq; reges, ideo Erythræam potius fuisse putat, quæ de Romanis cecinerit. quarto tamen eam Dionysius facit cõsultam ab Aenea. Varro etiam illo argumento utitur, quod post incẽsum Apollinis templum, apud Erythræam Ioniæ ipsa inuenta sunt carmina. Verg. hanc eandem, ut puto, Cumæam uocat, nam sicut Capella dicit, Cumis uaticinata est, Italicis credo, quippe sunt & Cumæ Ionicæ, ubi & Erythræ. & Aristoteles in libello De naturæ miraculis speluncam narrat esse Cumis urbe Italiæ Sibyllæ domicilium, quam multi & Erythræã putãt, incolæ Cumæam nominant, haud dubie patriæ fauore, aut certe de alia sentientes. Non enim Vergiliana ea Cumana est, quæ libros Tarquinio uendidit. Neque Vergil. affirmat, neq; uero unius Sibyllæ putãda sunt carmina, quæ fuerũt in Capitolio, quod signat Tacitus, inquiẽs, quod Augustus Cæsar indicauit. Nam cum eo tempore multa uana nomine Sibyllarum ferrentur, iussit conquisita Samo, Erythræa, Ilio, Aphrica, & per Italicas colonias carmina intra certum diem ad præfectũ urbis afferri, & iudicium censurãq́; xv. uirorũ adhiberi, ne haberi priuatim liceret, quod iam à maioribus erat cautũ. Lactantius ex Varrone Capitolio refecto ex omnibus ciuitatibus, & Italicis & Græcis & præcipue Erythræis coacti allatiq́; sunt Romam, cuiuscunq; Sibyllæ nomine fuerunt. & paulopost Fenestella, inquit, diligẽtiss. scriptor de xv. uiris dicens, ait, restituto Capitolio retulisse ad senã. C. Curionẽ consulem, ut legati Erythras mitterentur, qui carmina Sibyllæ conquisita Romam deportarent. itaq; missos esse P. Gabinium M. Octacilium L. Valerium qui descriptos à priuatis uersus circa mille Romam deportauerunt. idẽ supra ostendimus dixisse Varronem. tantum Firmianus. Stilico Honorij Cæsaris socer concitaturus in generum seditionem uersus omnes Sibyllinos curauit abolendos, de quo facto loquẽs Rutilius Claud. inquit:

Nec tantum Geticis grassatus proditor armis,
Ante Sibyllinæ fata cremauit opis.

Hæc de Sibyllis.

b Hæc sane Erythræa Sibylla.] At Lactantius aliquot ex his uersibus nomine aliarum Sibyllarũ citat, sed non refert cuius Sibyllæ sint. Sibyllæ esse constat, & pleraq; aliarũ uaticinia Erythrææ ceu nobilissimæ assignabantur. c In capitibus uersuum.] Solitas Sibyllas aliquid per initia uersuum significare docet Cic. ij. De diuin. De Sibyllis enim loquens, sic scribit: non esse autem illud carmen furentis, tum ipsum poema declarat: est enim magis artis & sciẽtiæ, quàm uaticinatiõis, & motus: tum uero ea quæ acrostichis dicitur, cũ deinceps uersus literis connectitur, ut in quibusdam Ennianis, quæ Ennius fecit. id certe magis est attenti animi, q̃ furentis: atq; in Sibyllinis ex primo uersu cuiuscũq; sententiæ primis literis illius sentẽtiæ carmẽ om̃e prætexit̃. ad hunc modũ ille. Hoc etiã subsignificat Vergilius iiij. Aegloga, cum dicit: Vltima Cumæi uenit iam carminis ætas. scilicet tempus etiã quo uaticinium tendebat, certis erat literis insertũ. d Quidã Latinus.] Alibi sic. quidam Latinis & extantibus uer. aliàs, & stantibus.

e Iudicij signum.] Versus Græci, ut ab Euseb. ἐν τῷ λόγῳ βασιλικῷ ponuntur, sunt hi:

ἰδρώσει γὰρ χθὼν, κρίσεως σημεῖον ὅτ' ἔσται.
ἥξει δ' οὐρανόθεν βασιλεὺς αἰῶσιν ὁ μέλλων
σάρκα παρὼν κρῖναι πᾶσαν, καὶ κόσμον ἅπαντα.
ὄψονται δὲ θεὸν μέροπες πιστοὶ, καὶ ἄπιστοι.
ὕψιστον μετὰ τῶν ἁγίων ἐπὶ τέρμα χρόνοιο
σαρκοφόρων, ψυχὰς δ' ἀνθρώπων ἐπὶ βήματι κρινεῖ.
χέρσος ὅτ' ἂν ποτὲ κόσμος ὅλος, καὶ ἄκανθαι γίνηται.
ῥίψωσι τ' εἴδωλα βροτοὶ, καὶ πλοῦτον ἅπαντα.
ἐκκαύσει δὲ τὸ πῦρ γῆν, οὐρανὸν, ἠδὲ θάλασσαν
ἰχνεύων ῥήξει τε πύλας εἱρκτῆς ἀΐδαο.
σὰρξ τότε πᾶσα νεκρῶν ἐς ἐλευθέριον φάος ἥξει.
τοὺς ἁγίους ἀνόμους τε τὸ πῦρ αἰῶσιν ἐλέγξει.
ὁππόσα τις πράξας ἔλαθεν, τότε πάντα λαλήσει.
στήθεα γὰρ ζοφόεντα θεὸς φωστῆρσιν ἀνοίξει.
θρῆνος δ' ἐκ πάντων ἔσται, καὶ βρυγμὸς ὀδόντων.
ἐκλείψει σέλας ἠελίου, ἄστρων τε χορεῖαι.
οὐρανὸν εἱλίξει, μήνης δέ τε φέγγος ὀλεῖται.
ὑψώσει δὲ φάραγγας, ὀλεῖ δ' ὑψώματα βουνῶν.
ὕψος δ' οὐκέτι λυγρὸν ἐν ἀνθρώποισι φανεῖται.
ἶσα τ' ὄρη πεδίοις ἔσται, καὶ πᾶσα θάλασσα
οὐκ εἰς πλοῦν ἥξει, γῆ γὰρ φρυχθεῖσα κεραυνῷ,
σὺν πηγαῖς ποταμοὶ καχλάζοντες λείψουσι.
σάλπιγξ δ' οὐρανόθεν φωνὴν πολύθρηνον ἀφήσει.
ὠρύουσα μύσος μέλλον, καὶ πήματα κόσμου.
ταρτάρεον δὲ χάος τότε δείξει γαῖα χανοῦσα.
ἥξουσι δ' ἐπὶ βῆμα θεοῦ βασιλῆος ἅπαντες.
ῥεύσει δ' οὐρανόθεν ποταμὸς πυρὸς, ἠδέ γε θείου.

e Iudicij signũ.] Mallem uertisset iudicij signo. Græce sic est, sudabit terra, iudicij signũ erit. f Scilicet in carnem.] Alibi legitur: scilicet, ut carnem præsens diiudicet orbem, maluissem, scilicet ut carnem præsens & iudicet orbem. Græce habet: Et ueniet cunctam carnẽ censurus & orbem. g Sic animæ cum carne aderunt.] Secus Græce: uidebunt eum carniferũ, & iudicabit hominum animas pro tribunali: hoc est in corpore uidebitur iudex, ut uisus est, cum iudicaretur, quemadmodũ primo Actuum habetur, Hic Iesus qui assumptus est uobis in cœlum, sic ueniet, quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum. Si quis tamen in Græco uersu malit legere, σαρκοφόρους, aut σαρκοφόρας, tum erit, animas corporibus indutas iudicabit. h Exuret terras.] Hic uersus non est in Græco, nec est tamen in Latino addititius, hoc loco: nam oportet esse septem & uiginti. i Sanctorum sedem.] In alio codice sanctorum, sed enim: uerum Græce est, caro tunc omnis mortuorum in liberum ueniet cœlum: tum sequitur, sanctos & iniquos ignis in æternum corripiet: sed quia hæc aspera & absurda est sententia, malim legere non τοὺς ἁγίους, sed τῶν ἁγίων, ut cõcordet cum eo, quod Latine interpretatũ est. k Occultos actus retegens.] Conscientiarũ libri aperiẽtur, ut est in Apocalypsi, de quo sequentibus libris. l Eripitur solis iubar.] Potius in futuro, eripietur, ἐκλείψει. m Deijciet colles.] Sic Esaiæ xl. & omnis uallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt plana in directa & aspera in uias planas. n Non erit in rebus hominum.] Hic uersus parum constat, nam tertio loco pro dactylo ponitur tribrachus: & Græce sic habetur, sublime non amplius molestum in hominibus apparebit: aut, uidebitur. poterat uerti, non erit in nobis post hac sublime molestũ. Nescio utrum intelligẽdum, perinde futura hominib. alta, ut humilia, quod neutra illis erũt laboriosa: an quod æqualitas erit in genere humano tanta, ut istæ uel opum, uel nobilitatis, uel honorum celsitudines nõ amplius graues, & molestæ sint humano generi futuræ, & ut Apostolus Corinthijs scribit, euacuetur omnis principatus & potestas humana, & sit deus omnia in omnibus. Nihil enim grauius aut difficilius, q̃ istos tolerare, quorũ falsa aliqua magnitudinis opinio animos imbuit, hunc insolentem faciunt opes ni

miæ, hic nihil non sibi putat licere, quod sit ex maioribus prognatus nescio quibus, quos sine fine habet in ore, inclytis uidelicet multis & sæuis latrocinijs. Alius adorari uult propter dignitatẽ, nec ullus uidetur ipsi honor honori suo satisfacere. Alius robustus nebulo militem se esse iactat, & propugnatorem reip. & patronũ ac defensorẽ cæterorũ, ideo licere sibi hũana & diuina polluere: ibi uerba præferocia, ibi minæ excindendæ ciuitatis, si quis obuiã eat. Et hæc aguntur in Christiano populo, in quo gentis autor Christus disertis uerbis omnem inæqualitatẽ sustulit, honoresq́; & principatus uniuersos ad Gentilium insanias reiecit, nihilq́; esse uoluit, quod nobis spiritus attolleret. o Iam æquãtur campis.] Græce sic: æquales erunt campis montes, & cunctum mare innauigabile fiet. Terra eñ incensa fulmine.

p Orbe gemens.] Græce orbis facinus. q Quia non potuerunt Latina uerba inueniri.] Nullum enim Latinum uerbum habet ὑψιλὸν, & Græca omnia quæ ab ea incipiuntur litera sunt aspirata, quo fit ut cum ad Latinos transeãt nullum eorum incipiat ab υ læui sine aspiratione h, in quo passim labuntur imperiti. r Quadratum ternarium solidum.] Planũ quadratũ fit ex reductione numeri in se, ut ter tria, si hoc rursus in primũ ducatᵉ, ut dicamus ter tria ter erit solidũ, prior illa summa est nouem, tum ter nouẽ est posterior xxvij. dixi de his alibi. s Inserit etiam Lactãtius operi suo.] Lactantius Firmianus secutus Arnobij præceptoris sui exẽplũ contra gentes septem uolumina conscripsit elegantissima & acutissima, nec est ullus inter Christianos scriptores tam uicinus dictioni Tullianæ. t In manus iniquas.] Lactantius lib. iiij. cap. xviij. *Lactantius*

εἰς ἀνόμων χεῖρας, καὶ ἀπίστων ὕστερον ἥξει.
Δώσουσι δὲ θεῷ ῥαπίσματα χερσὶν ἀνάγνοις,
καὶ στόμασι μιαροῖσι τὰ πτύσματα φαρμακόεντα.
Δώσει δ᾽ εἰς μάστιγας ἁπλῶς ἁγνὸν τότε νῶτον.

u Et colaphos accipiens.]

καὶ κολαφιζόμενος σιγήσει, μήτις ἐπιγνῷ
τίς λόγος ἢ πόθεν ἦλθεν, ἵνα φθιμένοις λαλήσῃ.
καὶ στέφανον φορέσει τὸν ἀκάνθινον.

x Ad cibum autem fel.] Ibidem.

εἰς δὲ τὸ βρῶμα χολὴν, κ᾽ εἰς δίψαν ὄξος ἔδωκαν.
τῆς ἀφιλοξενίης ταύτην δείξουσι τράπεζαν.

y Inhospitalitate.] Græce est, inhospitalitatis hanc ostendent mensam. z Ipsa enim insipiens gens.] Hæc alius Sibyllæ uersus dicit:

αὐτὴ γὰρ σὺ ἄφρων τὸν σὸν θεὸν οὐκ ἐνόησας
παίζοντα ἐν θνητοῖσι νοήμασιν, ἀλλὰ καὶ ἀκάνθαις
ἔστεψας στεφάνῳ, φοβερὴν τε χολὴν ἐκέρασας.

a Templi uero uelum scindetur.] Sequenti capite:

ναοῦ δὲ σχισθήσεται πέτασμα, καὶ ἤματι μέσσῳ
νὺξ ἔσται σκοτόεσσα πελώριος ἐν τρισὶν ὥραις.

b Et morte morietur tribus diebus.] Ibidem:

καὶ θανάτου μοῖραν τελέσει τρίτον ἦμαρ ὑπνώσας.
καὶ τότ᾽ ἀπὸ φθιμένων ἀναλύσας εἰς φάος ἥξει,
πρῶτος ἀναστάσεως κλητοῖς ἀρχὴν ὑποδείξας.

c Primus resurrectionis principio.] Græce est: primus ostendens uocatis initium resurrectionis: uel, primus ostendens Apostolis à se uocatis initium & spem resurrectionis: uel, primus resurgens, & quasi faciens uiam uocatis & electis: ut sit quemadmodum Paulus inquit, primogenitus in multis fratribus, & primitiæ dormientium.

Quòd regnante Romulo septem sapientes claruerint, quo tempore decem tribus quæ Israel dicebantur, in captiuitatem à Chaldęis ductę sũt, ideq́; Romulus mortuus diuino honore donatus est. XXIIII

A

EODEM Romulo regnante Thales Milesius fuisse perhibetur, unus è septẽ sapientibus, qui post theologos poetas, in quibus Orpheus maxime omniũ nobilitatus est, Sophi appellati sunt, quod est Latine sapientes. [a]Per idem tẽpus decem tribus, quæ in diuisiõe populi uocatæ sunt Israel, debellatæ à Chaldæis, & in eas terras captiuæ ductæ sunt, remanẽtibus in Iudæa terra duabus illis tribubus, quæ nomine Iudæ uocabantur, sedemq́; regni habebant Hierusalem. Mortuum Romulum cum & ipse nusquã comparuisset, in deos, quod & uulgo notissimũ est, B retulere Romani, quod usq; adeo iam fieri desierat, [b]nec postea nisi adulando, non errando factum est temporibus Cæsarum, ut Cicero magnis Romuli laudibus tribuat, quod non rudibus & indoctis temporibus, quando facile homines fallebantur, sed iam expolitis & eruditis meruit hos honores, quamuis nondũ efferbuerat, ac pullulauerat philosophorũ subtilis & acuta loquacitas. Sed etiam si posteriora tempora deos homines mortuos nõ instituerunt, tamen ab antiquis institutos colere ut deos, & habere non destiterunt: quin etiam simulachris, quę ue C teres non habebant auxerũt uanæ atq; impiæ superstitionis illecebram, id efficiẽtibus immundis in eorũ corde dæmõibus, per fallacia quoq; oracula decipiẽtibus, ut fabulosa etiam crimina deorum quæ iam urbaniore seculo non fingebantur, per ludos tamen in eorũdem falsorum numinum obsequiũ turpiter agerentur. Regnauit deinde Numa post Romulũ, qui cum illam ciuitatẽ putauerit deorũ profecto falsorũ numerositate muniendam, in eandem turbam referri mortuus ipse non meruit, tanquam ita putatus sit cœlum multitudine numinum cõstipasse, ut locum ibi reperire nõ posset. Hoc regnante Ro- D mæ & apud Hebræos initio regni Manasse [c]à quo impio rege propheta Esaias perhibetur occisus, [d]Samiam fuisse Sibyllam ferunt.

L. VIVES

PEr idem tẽpus decem tribus.] Hoc factum est rege Israel Osee à Sennacherib, qui & Salmanasar nominatur Chaldæorũ rege, translatiq́; sunt in Medorũ mõtes, regnatũ est in Samaria annis ccl. à regibus Israel. Idem Senacherib ad custodiendã Iudæam incolas misit ex Assyria qui æmulatores Iudææ legis facti, Samaritani nũcupati sunt, quod Latine custodes sonat, autor Euseb. b Nec postea nisi adulãdo, nõ errando.] Nã Cicero in Philippicis diuinitatẽ Cæsaris dictatoris proscindit, & Seneca diuinitatẽ Claudij irridet, & Lucanus omniũ Cæsarum diuinitatẽ cõculcat. c A quo impio

A pio rege.] Sic Eusebius. Manasses impius Esaiã interfecit, statuamq́; suã posuit quinq; facies habentẽ. De Esaia sic Hieronymus. Esaias in Hierusalẽ nobili genere ortus est, ibiq́; pphetauit sub Manasse regę, sectus in duas partes occubuit. sepultusq́; est sub quercu Rogel iuxta trãsitum aquarum, quas olim Ezechias rex iacto obstruxerat puluere. d Samiam fuisse Sibyllam] Eusebius de eisdem temporibus: Sibylla Samia, quæ Herophila appellatur, in Samo insignis habetur. *Esaias*

Qui philosophi enituerint regnãte apud Rõanos Tarquinio Prisco, apud Hebræos Sedechia cum Hierusalem capta est templũq́; subuersum. XXV

[a]REGNANTE uero apud Hebręos Sedechia, & apud Romanos Tar- B quinio Prisco, qui successerat Anco Marcio ductus est captiuus in Babyloniã populus Iudæorũ, euersa Hierusalem & templo illo à Salomone constructo. [b]Increpantes enim eos prophetæ de iniquitatibus & impietatibus suis: hæc eis uentura prædixerãt, maxime Hieremias [c]qui etiam numerũ definiuit annorũ. [d]Eo tempore [e]Pittacus Mitylenæus unus è septem sapientibus fuisse perhibetur. Et quinq; cæteros qui ut septẽ numerẽtur, Thaleti quem supra cõmemorauimus & huic Pittaco addũtur, [f]eo tẽpore fuisse scribit Eusebius, quo C captiuus dei populus in Babylonia tenebatur. Hi sunt autẽ, [g]Solon Atheniẽsis, [h]Chilo Lacedæmonius, [i]Periãder Corinthius, [k]Cleobolus Lindius, [l]Bias Prienęus. Omnes hi septẽ appellati sapiẽtes post poetas theologos claruerunt, [m]quia genere uitæ quædã laudabilia præstabãt hominibus cæteris, [n]& morũ nõnulla præcepta sententiarũ breuitate cõplexi sunt. [o]Nihil autem monimentorũ quod ad literas attinet posteris reliquerũt, nisi quod Solon quasdã leges Atheniensibus dedisse perhibetur. Thales uero physicus fuit, & suorum dogmatum libros reliquit. D Eo captiuitatis Iudaicę tempore, & Anaximander, & Anaximenes, & Xenophanes physici claruerunt. Tunc & Pythagoras ex quo cœperunt appellari philosophi.

L. VIVES

REgnante uero apud Hebræos Sedechia.] Nabocodrosorus, qui in sacris literis Nabugodonosor dicitur, cum tribus regib. Iudæ bellum gessit, cum Ioachim primũ, quẽ tributariũ sibi fecit: Deinde cũ Iechonia Ioachim filio, qui etiã patris nomine sæpe nuncupatᵉ, quẽ tertio regni mẽse in Babylonẽ transtulit spoliata Iudæa præfectoq́; regioni Matathia patruo Iechoniæ, eumq́; Matathiã Sedechiã appellauit, ceu quis dicat domini iustitiam, ut uel iustitiæ in rebus administrãdis admoneretᵉ, uel iustitiæ illius & ultionis diuinæ. sed hic cũ Nabocodrosoro parũ esset dictis audiens, magnũ in se

A bellũ cõcitauit. Ipse eñ Chaldæus ingẽti exercitu fines Iudææ ingressus omiaq́; ferro atq; igni lõge lateq́; perpopulatus, urbẽ Hierosolymas corõa cinxit, pressosq́; diu intolerãda fame Iudæos cepit, ac regẽ ipsum occisis prius ante eius ora liberis luminibus priuauit, catenisq́; religatũ in Babylonẽ cum toto populo pertraxit, uniuersamq́; urbem funditus euertit. b Increpãtes enim eos prophetæ.] Hieremias propheta uaticinari cœpit decimo tertio anno Iosiæ filij Amon regis Iuda, ut idem ipse initio sui operis profiteᵉ. Eusebius in decimũ annum reijcit initium prophetiæ illius, prædixitq́; uenturã cladem Iudæ, ut ipse in uolumine suorũ uaticiniorũ declarat. De Hieremia, & captiuitate, excidioq́; Iudææ gẽtis, ad hunc modum scribit Alexander Polyhistor: Temporibus, inquit, Ioachim Hieremias prophetauit, qui missus à deo, cum Iudæos aureo simulachro, cui nomen erat Baal, sacrificãtes reperisset, futurã eis propter hoc calamitatẽ prædixit: unde Ioachim uiuũ iussit cre- *Hieremias*
B mari. Illum autẽ dixisse foueas ipsos à rege Assyriorum captos iuxta Tigridẽ, atq; Euphratẽ, eisdem lignis facturos. Hæc Nabucodrosorũ Babyloniæ regẽ audiuisse, ac Stibare Medorũ rege in auxiliũ adducto clxxx. peditũ, equitũ cẽtum & uiginti milia ducentẽ, ac x. milia curruum, primo Samaritanas omnes urbes Galilæã, Scythopolim, & Galatidẽ euertisse: deinde Hierosolymã, & Iudæorum regẽ Ioachim uiuum cepisse, & aurum, argentum, æs, cæteraq́; omnia, quæ in tẽplo fuerãt, arca excepta, & tabulis, in Babylonẽ asportasse. Arcã enim, inqt Hieremias, detinuit. Sic ille. c Qui etiã numerum definiuit annorum.] Hiere. xxv. Septuaginta annos duraturã seruitutẽ Iudaicam prædicitᵉ. d Eo tẽpore Pitta. Mitylen.] Euseb. li. x. præpar. Euãg. septẽ Græciæ sapiẽtes tẽporibus fuisse Cyri scribit, sed ætas eorũ nõ potest uno semel uerbo definiri: nam alij inter eos iuniores, alij seniores fuerũt. Cõstat Thalem cum Cyro esse congres- C sum: & Solonem, ac Pittacum cum Crœso, qui bellum cum Cyro gessit, sed ultimis suis tẽporibus, prima Cyri tempora attigerunt. Floruerunt enim à quadragesima ad quinquagesimã Olympiadẽ. Nõnulli ad qnquagesimãprimã, & secundã, & tertiã, usq; ad octauã. Euseb. in Chronicis Thalẽ in prima tẽpora Romuli regis confert, insigni errore, uel ipsius autoris, uel librarij, sed quem Augustinus est secutus. Qui enim potuisset Cyri tempora pertingere, hoc est, ab Olympiade octaua ad quinquagesimam quintam uixisse, annis ferè ducentis? Qui longissimam uitam dant Thaleti xc. non excedunt annos, ut Sosicrates. Nã uulgo septuagintaseptẽ tãtum attribuunt, quemadmodũ Laertius refert, & Eusebius ipse primo anno Seruij Romani regis septimi, septem sapiẽtes statuit. Et primo Anci Martij Thalem Milesium, hoc est Olympia. xxxv. quem ait ad octauam & quinquagesimã Olympiadem peruenisse. & in huius regis tempora debuit referri initiũ Thaletis, nõ Romuli. Ac *Thales*
D de septem quidem sapientibus, qui fuerint, maxima est inter Græcos dissensio, ambitiose suis unoquoq; fauente. Prisci homines omnes, qui aliqua præstarent arte, ut nos gnarum, aut scium illius, ita illi σοφὸν uocabãt, hoc est, sapientem. Tum Poetæ sapientes sunt dicti, ut Hesiodus, & Homerus. Hinc Thales dictus est sapiens, & Bias, & Pittacus, & Solon. De his enim Dicæarchus cõstare ait. Qui nã uero his sint adiungendi, cõtrouersissimum est. Neq; enim de parua re agitur. nihil maius in rebus humanis, neq; præstabilius est quàm hoc. Vulgo illi tres adduntur, quos hic Augustinus, sic etiam Laertius. Plato in Protagora Periandrum sustulit, pro eo que Mysonem reposuit, de cuius patria non conuenit. Plato Cheneum facit, quem ferunt fuisse etiam μισάνθρωπον, hoc est, hominum osorem, ut Timonem & Apemantum. Leandrius nec Mysonem relinquit, nec Cleobulum, sed Leophantum Ephesium, & Epimenidem Cretensem. Ephorus Periandro substituit

Scytham Anacharsim. alij alios addunt Aristodemum Pamphilum, & Scabram Argiuū. Hermippus xvij. sapientes tradit, Solonem, Thalem, Pittacū, Biantē, Cleobulum, Chilonem, Periandrum, Anacharsin, Acusilaum, Epimenidem, Leophantum, Pherecydem, Aristodemum, Pythagoram, Lasium, Hermionem, Anaxagoram. e Pittacus Mitylenæus.] Hic natus est Hirrhadio patre Thrace, ut fama est, Mitylenis urbe Lesbi insulæ, uir & amans libertatis, propter quam Melanchrum patriæ tyrannum expulit. & fortissimus: Nam singulari certamine cōgressus cum Phrynone imperatore Athenieñ. Pancratiaste, qui etiam Olympia uicerat, eum cōfecit. & iustissimus: Nam cum iure de agri possessiōe inter Atheniēses & Mitylenæos ageret, electus iudex pro Athenieñ. pronunciauit. Quocirca Mitylenæi principatum ei detulerunt, quem ipse tenuit, quo ad res ciuitatis suæ constituerent, & in meliorē adducerent statum, postea deposuit. Obijt anno ætatis suæ septuagesimo, Olympiade prima & quinquagesima, decē annis postquam se in ordinem redegerat. f Eo tempore fuisse scribit Eusebius.] Et in præpar. Euang. & in Chronicis. quod opus in digestione temporū multum hic Augustinus sequit. nam rege Cyro solutus est populus, sub cuius principatu floruerunt septem sapientes. g Solon Athenienſis.] Solon in Salamina natus insula, iuris & ditionis Atheñ. patre Execestide nobilissimo uiro, nempe ex Codro genus ducente, Leges Draconis sanguinarias mitigauit, latis humanioribus toto orbe inclytis. Nam illas priores, ut Demades orator solitus erat dicere, non atramento scripserat Draco, sed humano sanguine. omnibus erat idem paratum ultimū suppliciū quālibet leui crimine cōuictis, etiā ocij. Solon aduersatus est semper Pisistrati propinqui sui, tyrānidi latenter obrepenti. quā ubi inuasisse ciuitatē uidit, in Aegyptū abijt, hinc ad Crœsum regem Lydiæ: tum in Ciliciam ubi Solos condidit, quæ postea fuit Pōpeiopolis piratis à Pompeio uictis: Deinde in Cyprū insulam, ubi mortē obijt, anno uitæ suæ lxxx. Fuit Archō Atheñ. tertio anno Olympia, xlvi. Nam iam tūc annui erāt principatus, non decēnales, ut antea. Atheñ. ei tyrannidē obtulerūt, quā ipse magno animo respuit, adhortatus potius ciues suos, ut in libertate permanerent. Solonis leges aliquot recensent Laertius & Plutarchus in eius uita. eas Romani in suas xij. tab. transtulerunt. h Chilo Lacedæmonius.] Hic natus est Lacedæmone Damagete patre. Ephorus fuit, qui magistratus non admodum à tribunatu plebis Romano differt. Ipse enim instituit ut Ephori regibus adiungerent. Fuit pauciloquus, & in sermonibus perbreuis, quod ipsi patrium erat, nā Laconismū uulgo uocant. Aristagoras Milesius Chilonium loquendi morem nominat. Obijt Pisæ dum filiū Olympionicam cōplectitur. ipsius imagini elogium inditum est, fuisse inter septem sapientissimum. i Periander Corinthius.] In hoc homine nihil inuenio tanto dignū nomine, nam tyrannus fuit suæ ciuitatis, quem magistratū sæue & crudeliter exercuit. & iracūdia fuit tam incensa, ut etiam insanierit, & incestus perpetrauit haud nominandos, & suam ciuitatē auro spoliauit, ut uotum solueret. Quis inter hæc locus sapiētiæ? dicirco ex sapiētium numero à plurimis reiectus est. Cæterum Sotion, & Heraclides, & Pamphila non hunc Corinthiorū tyrannū, sed alterum quendā Periandrū aiūt fuisse sapientē, Ambraciæ natum. Aristoteles etiam hunc sapientem Corinthi esse natum perhibet, & quidē tyranni patruelem, quidam putant. Plato Corinthiū negat fuisse. k Cleobulus Lindius.] Hic ex Lindo fuit, quæ urbs est Rhodi insulæ. Alij Carem uolūt, ut Duris. fuit patre Euagora uiribus formaq; cunctos ætatis suæ antecellens. in Aegypto didicit, cuius filia Cleobulina insignis fuit uates ænigmatum heroicis uersibus cōscriptorū. b Bias Prienæus.] Natus est Prienis urbe Ioniæ Teutamo patre. hūc ferūt delatū ad se tripodē aureū ad Herculē Thebanū misisse, quod Priene patria Thebanorum esset colonia. Cōsilijs & prudētia sua patriā grauiter ab Halyatte Lydorū rege Crœsi patre obsessam liberauit. Huius ferūt illud esse uulgatū: omnia bona mea mecū porto, ut Cicero in paradoxis scribit. miror Græcos tam insignis dicti nullam in uita Biantis fecisse mentionem, sed nec Prienem tradunt Biante uiuo captam esse. Profecto nihil dubitem memoria falsum hic fuisse maximum uirum, nec esset hoc unicum exemplum. Seneca uerisimilius, qui Stilponi Megarensi dictum attribuit, libro, quod in sapientem nō cadit iniuria, secūdo: nam Megaram tunc cepit Demetrius Poliorcetes. Obijt Bias mortē suauissima dormiēs capite in sinum nepotuli ex filia reclinato. Prienenses sacellum ei erexerunt. Satyrus septem reliquis hūc prætulit. m Quia genere uitæ quædam laudabilia præstabāt.] Dicæarchus Peripateticus eos qui septē sapientes uocantē, sapientes fuisse aut philosophos negat, sed cordatos tantum, & legum latores: ex cuius sentētia Cicero in Lælio inquit, qui septē appellātur, eos qui ista subtilius quærūt, in numero sapientium non habent. n Et morū nōnulla præcepta.] Circūferunt Græce aliquot sententiolæ septē sapientū, & ex eis Ausonius quædā uertit carmine: tū respersi sunt omnes & Græcorū & Latinorū libri sapiēter dictis, & γνώμαις eorū, uelut Thalis. Eadē expecta, quæ parentibus feceris. Optime ac iustis. uiuemus, si ipsi non fecerimus, quæ in alijs reprehēdimus. Huius erat ceu symbolum, ut putāt, nosce te. Pittaci, principatum uiros declarare: prudentium esse dare operam, ne quid cōtingeret aduersi, fortium, si cōtigisset, magno animo ferre: symbolum, nosce occasionē. Solonis erat: nihil nimis. Chilonis: præstare damnum turpi lucro: aurum cotibus explorari, mētes hominum auro: symbolum eius, sponsioni non deesse iacturam. Periādri: stipandum esse eum, qui uelit diu imperare, nō armis, sed beneuolentia. Cleobuli: cauendas insidias inimicorum, & amicorum inuidiā. Biantis: indignum hominē diuitiarum gratia nō laudandum, per suadendo accipiendum, nō cogēdo: symbolum, plures mali. Cōgruit cum sentētia Augustini, & Eusebius in x. præparatiōis, inquiēs: nihil aliud ab istis sapientib. esse cōpertum, q̄ sententias cōmodas, & breuiter dictas, ad utilitatē humanæ uitæ. o Nihil autē monimētorum quod ad literas attinet.] At nōnulli eorum carmina dicuntur reliquisse, ut Solon, & Bias.

Pittacus Chilo Periander Cleobulus Bias

Quod eo tēpore, quo impletis septuaginta annis, Iudæorū est resoluta captiuitas, Romani quoque à dominatu sunt regio liberati. Cap. xxvi

ᵉER idem tempus Cyrus rex Persarum, qui etiā Chaldæis & Assyrijs imperabat, relaxata aliquāta captiuitate Iudæorū, quinquaginta milia hominum ex eis ad instaurādum templum regredi fecit. A quibus tantum prima cœpta sunt damēta, & altare constructū est. Incursantibus autem hostibus, nequaquā progredi ædificando ualuerunt: dilatūq; opus est usq; ad Dariū. ᵇPer idem tempus etiam illa sunt gesta, quæ cōscripta sunt in libro Iudith: quem sanè in Canone scripturarum, Iudæi nō recepisse dicūtur. Sub

Sub Dario ergo rege Persarum impletis septuaginta annis, quos Hieremias propheta prædixerat, reddita est Iudęis soluta captiuitate, libertas: regnante Romanorū septimo rege Tarquinio. Quo expulso etiam ipsi à regū suorum dominatione liberi esse cœperunt. Vsq; ad hoc tēpus prophetas habuit populus Israel: qui cum multi fuerint, paucorum & apud Iudæos, & apud nos canonica scripta retinentur. De quibus me aliqua positurum esse promisi in hoc libro, cum clauderem superiorem: quod iam uideo esse faciendum.

L. VIVES

Cyrus

a PEr idem tempus Cyrus rex Persarū.] Cyrus Persarum rex, filius fuit Mandanes Astyagis Medorū regis filiæ, & Cambysis obscuro loco nati, Cyrus dictus à Cyro, ut ferunt, Albaniæ & Iberiæ amne, iuxta quem est educatus. Bellum auo fecit, quo uicto, imperium ex Medis transtulit ad Persas. Idem Chaldæam imperio adiunxit. Nam Sardanapalo mortuo, Medi cū ipsi sibi imperium constituissent, Chaldæi & suos reges habuerūt Babylone, inter quos Nabucodrosorus, quē Chaldæi Herculi rebus gestis anteponūt, duxisseq; tradunt uictorem exercitum usq; ad columnas, ut Strabo ex Megasthene scribit. Alphæus de rebus Assyriorum loquens, inquit: Megasthenes uir priscus Nabocodrosorum Hercule robustiorem fuisse dicit, uniuersamq; Libyam, Asiamq; usq; ad Armenios subegisse, quē Chaldæi dicunt, quum in regnum redijsset, furore diuinitus captum, magna uoce exclamasse, ō Babylonij, futuram uobis calamitatem magna uoce prænuncio, quam neq; Belus ille, nec ulla uis deorum auertet: uenit et Persa mulus, qui uobis afferet seruitutem. Hæc, alijsq; eiusmodi dictis subito euanuit. Cui filius Milina Rudocus successit, quē Iglisares interfecit, ac loco eius regnauit, cui Baaso Araseus filius suffectus est: quo insidijs interēpto, Nabiuidocus regnauit. Hunc Cyrus capta Babylone Carmaniæ principē fecit. Hæc Alphæus. Prætereo quæ Alexander Polyhistor de successoribus Nabocodrosori scribit paulo diuersius, q̄ Alphæus, sed summa ferè est eadem. Iosephus tamen libro decimo, duos Nabogodonosor recenset, & filium dicit Herculi à Megasthene præferri in quarto libro rerum Indicarum, sed patrem esse qui Hierosolymam ceperit. Nabucodonosori filio dicit filium etiam successisse Amilmadapacum, siue Abimadocum, qui Iechoniā regem soluit, habuitq; inter primores aulæ. Amilmadapaco, cū xvij. regnasset annos, hæres fuit Egressarius filius. Huic post xl. annos regni Labosordacus filius, cui post nonum principatus mensem Balthasar, qui & Naboar, quem Cyrus regno Chaldæo expulit, ubi xvij. annis imperasset. Quæ annorum computatio, si uera est, plures q̄ centum anni sunt à calamitate Iudaica, ad Cyrum Persam. Non dubiū, quin sit error: cuius, autoris ne an scribæ, haud facile pronunciarim. Cyrus uero commotus uaticinio Esaiæ, qui ducentis & decem annis ante ipsum de regno eius, etiā nominatim prædixerat, Iudæos soluit, ut in patriam redirent, urbem, templumq; restituerent, redditis tēpli uasis, quæ Nabocodrosorus in Babyloniā aduexerat. Idq; factum est, anno postquam in Babyloniam Iudæi erant ducti quadragesimo, autore Eusebio. Itaq; profecti fūt qui templum ædificarēt, & urbem. Sed quum uicinarū gentium incursibus opus impediretur, intermissum est usq; ad secūdum annum Darij Histaspis filij, qui expulsis Magis, regnauit. Hic enim propter Zorobabel, redire Iudæos in patriam permisit, prohibuitq;, ne quis constructionem urbis & templi interturbaret. Ita septuagesimo anno post captiuitatē Iudaicā, dirutumq; templū, populus in antiquas sedes remigrauit. Hæc ex computatione Eusebij, qui etiam Clementem autorem sententiæ suæ adducit, in hunc modum: Clemens quoq;, inquit, his congruit in primo stromate, ita scribēs: Et perseuerauit captiuitas annis septuaginta usq; ad secūdum annum Darij Histaspis, qui Persis, Assyrijs, & Aegypto regnauit, sub quo Aggeus, & Zacharias, & unus de duodecim, qui uocatur Angelus, propheтauerunt, sacerdotioq; fūctus est Iesus filius Iosedec. Hæc supradictus uir. Quod autem septuagesimus annus desolationis templi altero anno Darij fuerit expletus, domesticus testis est Zacharias propheta, secundo anno Darij dicēs: Domine omnipotens, quousq; nō misereberis Hierusalem, & ciuitatibus Iuda, quas despexistis? iste septuagesimus annus est. Ita Eusebius. Nam Iosephus libro undecimo à captiuitate Iudææ gentis usq; ad Cyrum lxx. annos numerat. b Per idem tempus etiam illa sunt gesta. q. c. sunt in li. Iudith.] Iudith uidua Bethuliam ciuitatem suam obsidione Holophernis ducis Nabucodonosoris liberauit, ut in eius libro fuse narratur. qui liber Chaldæo scriptus sermōe, sicut Hieronymus inquit, minus autoritatis habet ad ea roborāda, quæ in cōtentionem ueniunt. Sed sanctus Nicenus conuentus, inter sacrarū scripturarum uolumina, & hunc librum computauit. Beda in temporibus ait, Cambysem Cyri maioris filiū, ab Hebræis secūdum Nabucodonosorem uocari, & sub eo contigisse, quæ de Iudith narrantur. c Quos Hieremias propheta prædixerat.] Hieremiæ uigesimoquinto. Et seruient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis.

De temporibus Prophetarum, quorum oracula habentur in libris: quiq; tunc de uocatione gentium multa cecinerunt, quando Romanorum regnū cœpit, Assyriorumq; defecit. xxvii

TEMPORA igitur eorū ut possimus aduertere, in anteriora paululum recurramus. In capite libri Osee Prophetæ, qui primus in duodecim ponitur, ita scriptū est: Verbum domini quod factum est ad Osee ᵃin diebus Ozię, & Ioathan, & Achaz, & Ezechię regum Iuda. ᵇAmos quoque in diebus Ozię regis prophetasse se scribit. ᶜAddit etiam Hieroboam regem Israel, qui per eosdē dies fuit. Necnon Esaias filius Amos siue supra dicti Prophetæ, siue quod magis perhibetur alterius, qui non propheta eodem nomine uocabatur, eosdem reges quatuor quos posuit Osee in capite libri sui ponit, quorum diebus se prophetasse præloquitur. ᵈMichæas etiā eadem suæ prophetiæ commemorat tempora post dies Oziæ. Nam tres qui sequuntur reges nominat, quos & Osee nominauit: Ioathan, & Achaz & Ezechiam. Hi sunt quos eodem tempore

pore simul prophetasse ex eorum literis inueni- A tur.[c] His adiūgitur Ionas eodem Ozia rege re- gnāte [f] & Iohel cum iam regnaret Ioathan, qui successit Oziæ. Sed istorum Prophetarū duorum tempora in chronicis non in eorum libris potuimus inuenire, quoniam de suis diebus tacent.[g] Tenduntur autem hi dies à rege Latinorum Proca siue superiore Auentino usq; ad regem Romulum iam Romanum, uel etiam usq; ad regni primordia successoris eius Numæ Pōpilij. Ezechias quippe rex Iuda eousque regnauit, ac per hoc per ea tēpora isti uelut fontes prophetiæ pariter eruperūt, quādo regnum defecit B Assyriorū, cœpitq; Romanorū: ut scilicet quemadmodū regni Assyriorū primo tēpore extitit Abrahā, cui promissiones apertissimæ fierēt in eius semine benedictiōis omnium gentium, ita in occidentalis Babylonis exordio, qua fuerat Christus imperante uenturus, in quo implerentur illa promissa oracula Prophetarum, non solum loquentium, uerumetiam scribentiū in tantæ rei futuræ testimonium soluerentur. Cum enim Prophetæ nunquā ferè defuissent populo Israel ex quo ibi reges esse cœperūt, in usum tantummodo eorum fuere, non gentium.[h] Quando autem ea scriptura manifestius prophetica C condebatur, quæ gentibus quandoq; prodesset, tunc oportebat incipere, quando condebatur hæc ciuitas, quæ gentibus imperaret.

L. VIVES

a IN diebus Oziæ, & Ioathan & Achaz, & Ezechiæ regum Iuda.] Nusquam certius colliguntur tempora, q̄ ex ipsis eisdē Prophetis, si quibus scripserint, testificentur. ideo cum eorum testimonia, ac uelut syngraphas habuerimus, aliorum adducere superuacaneū fuerit. Ait ergo se sub illis tribus regibus duarum tribuum uaticinatum, qui pater filius, & nepos fuere, & ultimo eorum imperante ductæ sunt decem tribus Israel in Chaldæam à Salmanasar rege. Itaq; sicut Hieronymus docet, & ante captiuitatē, & post Osee prophetatus est, & tam uicinam quàm præsentem, q̄ etiam præteritam, & denunciasse uenturam, & luxisse ingruentem. Porrò Ozias uixit quo tempore magnum illud & uastum Assyriorum imperium cōcidit, rebellantibus Medis. Hūc alij Azariam nominant, ne quem uarietas fallat nominum. *Ozias* b Amos quoq;.] De hoc Hieronymus: Amos propheta, qui sequitur Ioelem, & est tertius xij. Prophetarum, non est ipse, quem patrem Esaiæ Prophetæ legimus. Ille enim אמוץ scribitur per primam & ultimā nominis sui literam א & ץ & interpretaē fortis atq; robustus: hic uero עמוס per ע & ס & interpretatur populus auulsus. Mediæ literæ מ & ו utriq; cōmunes sunt. apud nos autem, qui tantum uocalium literarum & s literæ quæ apud Hebræos triplex est, differentiam non habemus, hæc & alia nomina uidētur esse cōmunia, quæ apud Hebræos elemētorū diuersitate, & suis proprietatib. distinguūtur. Hic igiē propheta, quē *Amos* nūc habemus in manibus, fuit de oppido Thecue, quod A sex milibus ad meridianā plagā abest à sancta Bethleē, quæ mundi genuit saluatorem, & ultra nullus est uiculus, ne agrestes quidem casæ & furnorum similes, quas Aphri appellant Mapalia: tanta est eremi uastitas, quæ usq; ad mare rubrum Persarumq;, & Aethiopum, atq; Indorum terminos dilatatur. & quia humi arido, atque arenoso nihil omnino frugum gignitur, cuncta sunt plena pastoribus, ut sterilitatē terræ compensent pecorum multitudine. Ex hoc numero pastorū & Amos propheta fuit imperitus sermone, sed non scientia. Idē enim qui per omnes prophetas spiritussanctus loquebatur. Tantum Hieronymus. Quo magis miror cū prologus, qui uulgo in nostris sacris literis huic prophetæ præponiē, hoc ex loco sit desumptus, legi expresse in eo etiam Amos patrē Esaiæ prophetam fuisse, forsan ex Hebræorum dogmate, qui ut Hieronymus in Sophoniam scribit, tradunt cuiuscunq; prophetæ pater, aut auus ponatur in titulo, ipsos quoq; prophetas fuisse. c Addit B etiam Hieroboam regē Israel.] Non illum qui tempori bus Roboam filij Salomonis autor secedendi fuit x. tribubus, qui centum & sexaginta annis præcessit hunc filium Ioas. d Michæas etiam.] Hunc Hieronymus tradit non uaticinatum esse temporibus Oziæ, sed eius *Michæas* filij Ioathan, quem Lxx. fecerunt tertium. Hebræi sextum habēt inter xij. minores. e His adiūgiē Ionas.] Eusebius in tēporibus Azariæ: qui idem est Ozias. prophetabant apud Hebræos, inquit, Amos, Esaias, & Ionas. & Hieronymus in Osee, ex quo perspicuum est, inquit, prophetante Osee, Esaia, & Iohel, & Amos, & Abdia, & Iona, & Michæa, qui σύγχρονοι eius fuere, hoc est cōtemporanei, regnum decē tribuum esse finitum. Et in prologo in Ionam sic ait: Tradunt Hebræi, Osee, Amos, & Esaiam, ac Ionam, eisdem prophetasse temporibus. in quo eodem prologo opinionem quorundam refert, qui existimarunt Amathi patrē Ionam esse filium illum C uiduæ Sareptanæ, quē Helias uitæ reddidit, matre post ea dicēte, Nunc cognoui, quia uir dei es tu, & uerbū dei in ore tuo est ueritas, & ob hanc causam, etiā ipsum puerum sic uocatum. Amathi enim in nostra lingua ueritatem sonat. f Et Iohel.] Interpretaē ἀρχόμενος, inquit *Iohel* Hieronymus, id est incipiens. Vulgo legimus, hunc eisdem temporibus afflatum deo, quo prophetas superiores. g Tenduntur autem hi dies à rege Latinorū Proca,] Auentinus regnauit annos trigintaseptē. Huius tricesimosecūdo, ut Euseb. digerit, cepit Azarias regnum in Iuda. Eutropius Azariam in tēpora Procæ reducit, q; ultimis annis Auentini cœperit imperare. Ezechiæ uero regnum prima tēpora Numæ pertigit. h Quando autē ea scriptura manifestius prophetica.] Isti enim prophetæ, quos percensuit, gentium uocationem prænunciarunt, ut post aperiet.

D

De his quæ ad Euangelium Christi pertinent, quid Osee, & Amos prophetauerint. Cap. XXVIII

OSEE igitur Propheta, quanto profundius quidem loquitur, tāto operosius penetratur. Sed aliquid inde sumendum est, & hic ex nostra promissione ponendū. Et erit, inquit, in loco quo dictum est eis: Non populus meus uos, uocabuntur & ipsi filij dei uiui. Hoc testimoniū propheticum de uocatione populi gentium, qui prius non

nō pertinebat ad deū,[a] etiā Apostoli intellexerūt. Et quia ipse quoq; populus gentiū spiritaliter est in filijs Abrahæ,[b] ac per hoc recte dicitur Israel, propterea sequitur, & dicit: Et congregabuntur filij Iuda & filij Israel in idipsum, & ponent sibimet principatum unum: et ascendent à terra. Hoc si adhuc uelimus exponere, eloquij prophetici obtundetur sapor. Recolatur tamen lapis ille angularis, & duo illi parietes: unus ex Iudæis, alter ex gentibus: ille nomine filiorum Iuda, iste nomine filiorū Israel, eidem uni principatui suo in idipsum innitentes, & ascēdentes agnoscantur in terra. Istos autem carnales Israelitas, qui nūc nolunt credere in Christū postea credituros, id est filios eorum: nam utiq; isti in suum locum moriendo transibunt: idem Propheta testatur, dicens: Quoniam diebus multis sedebunt filij Israel sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio,[c] sine manifestationib. Quis nō uideat, nūc sic esse Iudæos? Sed quid adiūgat audiamus. Et postea, inquit, reuertētur filij Israel, & inquirēt dominum deum suum: & Dauid regem suum: & stupescent in domino, & in bonis ipsius, in nouissimis diebus. Nihil est ista prophetia manifestius, qua Dauid regis nomine significatus intelligitur Christus: qui factus est, sicut dicit Apostolus, ex semine Dauid secundum carnē. Prænunciauit iste Propheta etiā tertio die Christi resurrectionem futuram, sicut eam prophetica altitudine prænunciari oportebat, ubi ait: Sanabit nos post biduum, & in die tertio resurgemus. Secūdum hoc enim nobis dicit Apostolus: Si cōsurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quęrite. Amos quoque de rebus talibus sic prophetat: Præpara, inquit, te, ut inuoces deum tuū Israel: quia ecce ego firmans tonitruum, & creans spiritum, & annuncians in hominibus Christū suū. Et alio loco:[d] In illa die, inquit, resuscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit: & reædificabo, quæ ceciderunt eius: & destructa eius resuscitabo: & reædificabo ea, sicut dies seculi: ita ut exquirant me residui hominum: & omnes gentes in quibus inuocatum est nomen meum super eos: dicit dominus faciens hæc.

L. VIVES

a ETiam Apostoli intellexerunt.] In priore enim epistola Petri capite secundo, Qui aliquando, inquit, nō populus dei, nūc populus dei. b Ac per hoc recte dicitur Israel.] Cuncti enim homines possunt pertinere ad spiritalem promissionem Abrahæ, si eius pietatem & iustitiam fuerint sectati. Idcirco qui A ex semine carnali ab eo descendunt, per Iudam intelliguntur, quæ tribus in sacris ritibusq; maiorum, cum sacerdotibus & templo mansit: qui non ab Abrahā progeniti sunt corpore, sed animo, per Israel. Nam decē tribus, quæ à rege Iuda defecerunt, Israel sunt à Iudæis nominatæ, quæ à gentili populo non multū aberant. Nam priscis patrum institutis desertis, idola coluerunt more gentium. Ideo Iudaicis, & Leuitis, non longe secus erāt abominabiles, q̄ gentes, quæ proautorem seminis non noscebant, Abraham. c Sine manifestationibus.] Δήλων uertunt septuaginta, quod est Hebraice ephod, ἐπωμίδα superhumerale. Significant septuaginta perituram è senioribus prophetiam, doctrinam & sapientiam, quo maius malum ciuitati contingere non potest. Hebraica ueritas denotat, nec sacerdotalem futuram dignitatem, neq; cultum eius, atq; ornamenta. d In die illa, inquit, resuscitabo tabernaculū Dauid.] Hunc locum ad B uocationem gentium pertinere, præterquā quod uerba ipsa aperte testantur, etiam Iacobus frater domini interpretatus est Act. xv. quum ij qui ex Iudaismo Pharisaico ad baptismum uenerant, negocium facesserent Barnabæ & Tito, quod in Ecclesia dei cum præputio uersarentur, & sine ceremonijs sabbatismorum. Itaq; cū apostolica declaratio huic dicto accesserit, quis audeat aliā quærere?

Quæ ab Esaia, de Christo & Ecclesia sint prædicta. Caput XXIX

[a] ESAIAS propheta non est in libro E duodecim prophetarum: qui propterea dicuntur minores, quia sermones eorū sunt breues, in eorum comparatione, qui maiores ideo uocantur, quia pro- C lixa uolumina cōdiderunt. Ex quibus est hic Esaias, quem propter eadem prophetiæ tempora subiūgo supradictis duobus. Esaias ergo inter illa, quæ iniqua arguit & iusta præcepit, & peccatori populo mala futura prædixit, etiā de Christo & ecclesia, hoc est de rege, & ea, quam condidit ciuitate, multo plura, quàm cæteri prophetauit:[b] ita, ut à quibusdā Euangelista, quàm propheta, potius diceretur. Sed propter rationem operis terminandi, unum de multis hoc loco ponam. Ex persona quippe dei patris lo- D quens:[c] Ecce, inquit, intelliget puer meus, & exaltabitur, & glorificabitur ualde. Quemadmodum stupescēt super te multi, ita gloria priuabitur ab hominib. species tua, & gloria tua ab hominibus: ita mirabūtur gētes multę super eū: & cōtinebunt reges os suū: quoniā quibus nō est annunciatū de illo, uidebunt: & qui non audierunt, intelligent. Domine quis credidit auditui nostro: & brachiū domini cui reuelatū est?[c] Annunciabimus corā illo, ut infans, ut radix in terra sitienti: non est species illi, neq; gloria: & uidimus eum, & nō habebat speciem, neq; decorē: sed species ei⁹ sine honore deficiēs præ omnibus homi-

hominibus. Homo in plaga positus, & sciens A ferre infirmitatem: quoniam auersa est facies eius: inhonoratus est nec magni existimatus est. Hic peccata portat, & pro nobis dolet: & nos existimauimus illum esse in dolore, & in plaga, & in afflictione. Ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras: & infirmatus est propter peccata nostra. Eruditio pacis nostrę in eo: liuore eius nos sanati sumus. Omnes ut oues erauimus: homo à uia sua errauit: et dominus tradidit illum pro peccatis nostris: & ipse propter quod afflictus est, non aperuit os suum. Sicut ouis ad immolandū ductus est: & ut agnus ante eum qui se tondet, sine uoce: sic nō aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est: generationem eius quis enarrabit? Quoniā tolletur de terra uita eius. Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem: & dabo malignos pro sepultura eius, & diuites pro morte eius: quoniam iniquitatem non fecit, [d] nec dolum in ore suo: & dominus uult purgare eum de plaga. [e] Si dederitis pro peccato animam uestram, uidebitis semen longæuum, & dominus uult auferre à dolore animam eius: ostendere illi lucem, & formare intellectum, iustificare iustum bene seruientem pluribus, & peccata eorum ipse portauit. Propterea ipse hæreditabit plures: & fortium diuidet spolia, propter quod tradita est ad mortem anima eius: & inter iniquos æstimatus est: & ipse peccata multorum portabit: et propter peccata eorū traditus est. Hęc de Christo. Iam uero de ecclesia, quod sequitur, audiamus. Lætare sterilis, inquit, quæ non paris: erūpe & clama, quæ non parturis: quoniam multi filij desertæ magis, cꝫ eius, quæ habet uirum. Dilata locum tabernaculi tui, [f] & palos caularū tuarum fige. Noli parcere: prolonga funiculos tuos, & palos tuos cōforta. Adhuc in dexterā, & sinistram partē extende: & semen tuum hæreditabit gentes: & ciuitates desertas inhabitabis. Ne timeas, quoniā confusa es: necꝫ reuereris, quia exprobrata es: quoniam confusionē æternam obliuiscēris: & opprobrij uiduitatis tuę non eris memor: quoniam dominus faciens te, dominus Sabaoth nomen eius: & qui eruit te, ipse deus Israel uniuersæ terræ uocabitur, & cætera. Verum ista sint satis: & in eis exponenda sunt nonnulla. Sed sufficere arbitror quæ ita sunt aperta, ut etiam inimici intelligere cogantur inuiti.

L. VIVES

Esaias

Esaias.] Hieronymus ad Paulam, & Eustochium, Esaiam nobilem fuisse uirum scribit, disertum, & urbanæ eloquentiæ, nec habentem quicquam in eloquio rusticitatis admistū: nec eum tam prophetam dicendum, cꝫ Euangelistam. Prophetauit in Hierusalē, & Iudæa. Serratus est à Manasse rege Iuda socero suo, ut Hebræi ferunt, serra lignea. Vnde quod ad Hebræos xi. de sanctorum supplicijs legit, serrati sunt, ad Esaiam referri solet. Causas cur sit occisus: recēset Hierony. lib. i. cōment. in hunc prophetam. b Ita ut à quibusdā.] A Hieronymo ad Paulam, & Eustochium, ut dixi. Videtur enim nō uentura prædicere inuolucris & ambiguis uerbis, ac obscuritate uelatis, qui mos est uatum, sed aperte, detectęq; præterita enarrare. c Ecce, inquit, intelliget puer meus.] Hæc Esaiæ lij. cap. quibus addunt uerba capitis sequentis illo in loco: Domine quis credidit auditui nostro. & liiij. Lætare sterilis, quæ non paris. B Discrepant interdum uersio Septuaginta, quam Augustinus sequitur, & Hebraica ueritas, sed summa rei atq; argumenti eadem est, de passione Christi domini. Quæ omnia persequi, non huius temporis esset, nec loci: præsertim quum Augustinus ceu aperta, atq; manifesta referare supersedeat. Credo etiam, ne uolumen in immensum excresceret. d Nec dolus inuētus est in ore suo.] Septuaginta habēt: Quia iniquitatem nō fecit, necq; dolum in ore suo. διὰ τὸ μὴ ἀνομίαν ποιῆσαι αὐτὸν. e Si dederitis.] In lxx. sic: Si detis pro peccato anima uestra uidebit semen longæuum. f Et palos caularum.] ἅψασθε τῶν αὐλαίων pelles tabernaculorū, & uulgo legimus. ab Augustino indubie scriptum est, pelles aularum uel aulearū.

Quæ Michæas, & Ionas, & Iohel nouo testamento congruentia prophetauerint. Caput xxx

C

M ICHAEAS propheta Christum in figura ponēs cuiusdam magni montis, hęc loquitur: [a] Erit in nouissimis diebus manifestus mōs domini, prę paratus super uertices montiū, & exaltabitur super colles: & festinabūt ad eum plebes, & gētes multæ ibūt, & dicēt: Venite ascēdamus in montem domini, & in domū dei Iacob, & ostendet nobis uiam suā: & ibimus in semitis eius: quia ex Siō procedet lex, & uerbū domini ex Hierusalem: & iudicabit inter plebes multas, & redarguet gētes potētes usq; in longinquū. Prædicēs iste, ppheta & locū, in quo natus est Christus: [b] Et tu, inquit, Bethleē domus [c] Ephrata nequaquā minima es, [d] ut sis in milib. Iuda: [e] ex te mihi prodiet dux, ut sit in principē Israel: & egressus ab initio, [f] & ex diebus æternitatis: propterea dabit eos usq; ad tempus, [g] quo parturiēs pariet: [h] & residui fratres eius conuertentur ad filios Israel: [i] & stabit, & uidebit, & pascet gregem suum in uirtute domini, & in honore nominis domini dei sui erunt: quoniam nunc magnificabitur usque ad summum terræ. [k] Ionas autem propheta

D

propheta, non tam sermone Christum, quàm A roa in sacris tractandis literis tantum aliquid suspicari permittit, ut donemus & Septuaginta, & in Hebræo, prophetam scripsisse absq; negatione, & Euangelistam cum negatione: nam uel huius, uel illius contrariū contigisse potest, etiamnū non modo non pugnant Prophęta, & Euangelista, sed maxime consentiunt, si prophetæ uerba per interrogationem legantur. Erit enim prophętæ mens: Quid tu Bethleem exiguus es? non es certe; quippe ex quo prodibit princeps recturus populū meum Israelem. Hoc dictum per interrogationē maiorem habet uim, & propheticis illis ardētibus affectibus congruentiorem, quàm simpliciter. Quod schema prophętis est haud sanè rarum: & sunt eius sexcenta exempla. At à sacerdotibus & Euangelista narrāte omittēda fuit figura, & sensus tamen reddēdus nudus, ac simplex. Potest & hic alter esse sensus: ut propheta paruam quidem dixerit esse Bethleem, sed ingentem magnitudinē inde nasciturum: nempe æternū ducem Israelitici populi nō B carnalis, sed dominici, ita ut ex infirmitate nasci uideatur potentia, & ex humilitate sublimitas. Verum tanti filij magnitudo non amplius sinit natale suum solum exiguum censeri, ut etiam Propheta amplitudinem illius, quam animo cōcipiebat, in exiguitate, quam oculis habebat subiectam, uenueraretur. Quocirca sacerdotes & scribæ quasi sensum interpretantes magnum dixerunt, aut certe non paruulum Messiæ tanti regis patriā, quod ipsi potius in responso spectarunt cꝫ oppiduli positum: sensuscꝫ illorum à sensu Prophętæ nihil abhorrebat: utriq; enim maximam iudicarūt urbē nō muris atq; ædificijs, de quo non agebatur, sed partu, de quo quæreba tur. Iam cætera sunt faciliora. c Ephrata.] Regio est Ephratā in qua Bethleem ciuitas Dauid in tribu Iuda, quod nomen utpote priscum, & minus ad uulgum notum, sacerdotes prætermiserūt, cum Herodi alienigenæ loquerentur, subiecto quod notius erat Iuda. Tum, nec interesse prophętæ existimabat Euangelista, uel Iudā dicere, uel C Ephrata, ceu quis Romam Latij, & alius Romam Italiæ dicat, atq; obiter submonebat, de Iuda esse dominum nostrum. Est etiam altera Bethleem in Galilæa, ut scribitur in libro Iesu Naue. Admonuit Hieronymus apud Matthæum, pro Iudæ, scriptum fuisse Iudææ, librarij uitio. Nam non est alibi Bethleem, quàm in Iudæa. Ea enim quæ sita est in Galilæa, nihilominus est Iudææ: nempe Galilæa & ipsa Iudææ parte. Simile forsan mendum paulo post. Verum cum audisset Archelaum regnare in Iudæa, pro in Iuda, nisi quod procedente tempore post reditum ex Babylone Iudææ nomen ueteres fines non seruauit, maxime apud gentiles, & coarctatum est indies ad regionem Hierosolymis uicinam, ubi templum & principum sedes. d Vt sis in millibus Iuda.] Hoc ad eandem interrogationis emphasim spectat: an uero minima es? Etiam si dijs placet in milibus oppidorum, pagorumq; Iudæ non es, ne inter metropoles quidem, & urbes, quæ alijs principes & duces sunt. Atq; hunc sen- D sum expressit Euāgelista. e Ex te mihi prodiet dux.] In codice Brugensi non est dux, nec in Lxx. apud Hier. Apud Euangelistam est dux, quod de sententia nihil uariat. f Ab initio & ex diebus æternitatis.] Hoc dicto mortales omnes à sensu uaticinij huius excluduntur, ac solus eo clauditur, qui immortalis & æternus est dei filius Christus Iesus coæternus & æqualis patri, cui à patre in illo fine ullis exordijs finibusq; dicitur dies: Filius meus es tu, ego hodie genui te. g Dabit eos usq; ad tempus, quo parturiens pariet.] Sinet populum gentilem regnare, quo ad sterilis gentilis, sed conata aliquid ædere, enitetur tandem. & gratulantes dicent ei: Lætare sterilis, quæ non paris. Lxx. tamen uerterunt usq; ad tempus parturiētis: pariet. & sic est in ueteribus codicibus Augustini. h Et residui fratres eius.] Gentilis populus frater Israelitici, seu ex patre Abrahā spiritali, quū

ad meliorem mentem conuertentur, siue ex Adam, siue ex deo, per quem genus humanum sanguine inter se totum deuinctum est, atque adeo germanitate quadam. Gentes ergo id credent, quod ueri Israelitæ, quibus uenturus erat Christus promissus. i Et stabit, & uidebit, & pascet.] Hic erit quies, hic statio, tum oues suas spectabit dominus: & præsentes intuēs pascet eas bonus ille pastor, nō quouis pabulo, sed uirtute domini. k Ionas autem Propheta.] Hic à nautis in mare eiectus uelut hostia piacularis uētis & tempestati, exceptus est hiatu ceti, inq; eius utero tribus diebus ceu in cubiculo adseruatus, tertio die littori redditus est, Ionæ secundo, expressissima sepulti & resurgētis domini imago, quā ipse importunis Iudæis, & signum aliquod efflagitantibus, pro certissimo ac manifestissimo signo obiecit, Matthæi xij. l Quod etiam Apostoli commemorauerunt.] Actuum ij.

Quæ in Abdia, in Naum, & Abacuc de salute mundi in Christo prænunciata reperiantur. Cap. XXXI

TRES Prophetę de minoribus, [a]Abdias, [b]Naum, [c]& Abacuc, nec sua tēpora dicunt ipsi, nec in chronicis Eusebij & Hieronymi, quādo prophetauerint, inuenitur. [d] Abdias enim positus est quidem ab eis cum Michęa, sed non eo loco, ubi notantur tempora, quando Michæam prophetasse ex eius literis constat: [e]quod errore negligenter describentium labores alienos, existimo cōtigisse. Duos uero alios commemoratos in codicibus chronicorum quos habuimus, nō potuimus inuenire: tamen quia canone cōtinentur, nec ipsi oportet prætereantur à nobis. Abdias quantum ad scripturam eius attinet, omnium breuissimus Prophetarum [f]aduersus Idumæam gentem loquitur, scilicet Esau unius ex duobus geminis filijs Isaac, nepotib. Abrahæ, maioris illius reprobati. Porrò, si Idumęam modo loquutionis, quo intelligitur à parte totū, accipiamus [g]positam esse pro gentibus: de Christo agnoscere possumus, quod ait inter cætera: In montem autem Sion erit salus, et erit sanctū. Et paulopost in fine ipsius prophetiæ: Et ascendent, inquit, resaluati ex monte Sion: ut defendant montem Esau, & erit domino regnū. Apparet quippe, id esse completum, [h]quum resaluati ex monte Sion, id est ex Iudæa credentes in Christum, qui præcipue agnoscuntur Apostoli, ascenderunt, ut defenderent montem Esau. Quomodo defenderūt, nisi per Euāgelij prædicationē, saluos faciendos eos, qui crediderūt, ut eruerentur de potestate tenebrarum, & trāsferentur in regnum dei? Quod consequenter expressit addendo. Et erit domino regnum. Mōs enim Sion, Iudæam significat: ubi futura prædicta est salus, et sanctum, quod est Christus Iesus. [i]Mons uero Esau Idumæa est, per quam significata est Ecclesia gentium, quam defenderunt, sicut exposui, resaluati ex monte Sion, ut esset domino regnum. Hoc obscurum erat, antequam fieret: sed factū, quis non fidelis agnoscat? Naum uero Propheta, immo per illum deus, Exterminabo, inquit, sculptilia, & conflatilia: ponam sepulturam tuam: [k]quia ecce ueloces super montes pedes euangelizantis, & annūciantis pacem. Celebra Iuda dies festos tuos: redde uota tua: quia iam non adijcient ultra, ut transeant in uetustatem: consummatum est, consumptum est. Ascendit, qui insufflat in faciē tuam, eripiens ex tribulatione. Quis ascenderit ab inferis, & insufflauerit in faciem Iudæ, hoc est, Iudæorum discipulorum, spiritum recolat sanctū, qui meminit Euangelium. Ad nouum enim testamentum pertinent, quorum dies festi ita spiritaliter innouantur, ut in uetustatem transire non possint. Porrò per Euangelium exterminata sculptilia, & conflatilia, id est idola deorū falsorum, & obliuioni tanquam sepulturæ tradita iam uidemus: & hanc etiam in hac re prophetiam completam esse cognoscimus. Abacuc, de quo alio, quàm de Christi aduentu, qui futurus erat, intelligitur dicere: Et respōdit dominus ad me, & dixit: Scribe uisum aperte in buxo: ut assequatur qui legit ea: quia adhuc uisio ad tempus: et orietur in fine, & non in uacuum: si tardauerit, sustine eum: quia ueniens ueniet, & non morabitur.

L. VIVES

ABdias.] Hieronymus super hoc Propheta: hunc, inquit, esse aiunt Hebræi, qui sub rege Samariæ Achab, & impijssima Iezabel pauit centum Prophetas in specubus, qui nō curuauerūt genu ante Baal, & de septem milibus erant, quos Helias arguitur ignorasse, sepulchrumq; eius usq; hodie cum Mausoleo Helisæi Prophetæ, & Baptistæ Ioannis in Sebasta uenerationi habetur, quæ olim Samaria dicebatur. Hic igitur, quia centum prophetas aluerat, accepit gratiam propheталem, & de duce exercitus, fit dux ecclesiæ. Hæc ille. Fuit ergo uetustior quouis superiorum ætate Iosaphat regis Iuda, rege Latinorum Tiberino. *Abdias* b Naum.] Iosephus libro nono, Naum scribit fuisse temporibus Ioathan regis Iuda. *Naum* c Abacuc.] Huius prophetæ fit mentio Daniel. xiiij. q; prādium suum ex Iuda Babylonem tulerit ad Danielem: [redacted] *Abacuc* Porrò Abacuc uaticinatus est, ut Hieronymus, inquit, quum

quum iam Iuda & Beniamin in captiuitatē ijssent à Nabocodrosoro ductæ, in quam, & Babylonem, dirigūtur uaticinia Abacuc. d Abdias enī positus est quidē ab eis.] Hic locus non caret mendo, etsi sensus non sit difficilis. Significat enim Augustinus nō eo loco esse ab illis positum Michæam, quo recte eius notenē tempora. Abdiam Eusebius Michææ coniungit, regno Iosaphat. De Abdia recte: de Michæa uero contra suū Michææ ipsius testimonium, quod Augustinus annotauit. Quippe Michæas, se uisionē uidisse perhibet sub regibus, Ioathan, Achaz, & Ezechia, multo posterioribus Iosaphat. e Quod errore negligenter describentium.] In eo Eusebij opere, ut si in quo alio, tales errores sunt creberrimi, haud paruo periculo legentiū, etiā interdū eruditorum. f Aduersus Idumæam gentem loquitur, scilicet Esau.] Idumæā Plinius statim post Arabiam subijcit, Palæstinæ proximam. Sic etiam Iosephus, & Hieronymus. Nabathæos etiam hos uocant Græci, Latiniq; scriptores, qui Petram urbem dicuntur incolere. Hieronymus circa Petrā Idumæam esse ait. Nominata est ab Esau, qui & Edom uocatus est, quasi ruffus, uel ex pulmento, quod primogenituram uendidit, colore, ut scribit Iosephus, rubeo: uel, quod uerisimilius, & haud dubie uerius est, ex corporis habitu, ut sacræ docēt literæ. g Positam esse pro gentibus.] Non est Idumæa ex Israel, & si propinquitate teneanē, utpote populi ex duobus geminis progeniti: tamē aduersaria est Idumæa terræ promissionis, & eius nomine Iudæi Romanos intelligunt. Estq; Idumæa, caro, quæ pugnat aduersus spiritū. h Quum saluati ex monte Sion.] In antiquis libris legitur resaluati. ἀνασεσωσμένοι. i Mons uero Esau.] Seir uocantur mōtes Idumææ: ut Iosephus, & Hieronymus, sed & Iesu Naue xxiiij. docet. Seir dicit, id est hispidus, & pilosus, nam talis Esau. k Quia ecce ueloces super mōtes.] In Septuaginta ex Hieronymo habetur. Ponā sepulchrum tuum, quia inhonoratus es, ecce super mōtes. In Hebræo uero: Ponam sepulchrum tuum, quia inhonoratus es, ecce super montes. In Græco sic habet codex quidem meus: καὶ θήσομαι ταφήν σου, ὅτι ταχεῖς ἰδοὺ ἐπὶ τὰ ὄρη οἱ πόδες εὐαγγελιζομένου καὶ ἀπαγγέλλοντος εἰρήνην. Et ponam sepulchrum tuum, quia ueloces ecce super mōtes pedes euangelizantis, annunciantis pacem. Paulus ad Rom. x. non hinc sumpsit prophetiam, sed ex Esaia lij.

De prophetia, quæ in oratione Abacuc, & cantico continetur. XXXII

IN oratione autem sua cum cantico, cui nisi Christo domino dicit, Domine audiui auditionem tuam, & timui: domine cōsideraui opera tua, & expaui? quid enim hoc est, nisi præcognitæ, nouæ, ac repētinæ salutis hominum ineffabilis admiratio? In medio duorum animaliū cognosceris: quid est, nisi, aut in medio duorum testamentorum, aut in medio duorum latronū: aut in medio Moysi & Heliæ, cū eo in mōte sermocinantium? Dum appropinquant anni cognosceris: in aduentum temporis ostenderis: hoc quia per se patet, non est exponendum. Quod uero sequitur, in eo dū conturbata fuerit anima mea, in ira misericordiæ memor eris: quid est, nisi q; Iudæos in se trāsfigurauit, de quorū gente fuit: qui cum magna ira turbati, crucifigerent Christum: ille misericordiæ memor, dixit, Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt? Deus de Theman ueniet, & sanctus de monte umbroso, & condenso. Quod hic dictū est, de [a]Theman ueniet: alij interpretati sunt, ab Austro, uel ab Aphrico: [b]per quod significatur meridies: id est feruor charitatis, & splendor ueritatis. [c]Montem uero umbrosum atq; cōdensum: quamuis multis modis possit intelligi, libentius acceperim scripturarum altitudinem diuinarū: quibus prophetatus est Christus. Multa quippe ibi umbrosa, atq; condensa sunt, quæ mentē quærentis exerceant. Inde autem uenit: quū ibi eū, qui intelligit, inuenit. Operuit cœlos uirtus eius, & laudis eius plena est terra: quid est nisi quod etiā in Psalmo dicitur, Exaltare super omnes cœlos deus, & sup terrā gloria tua? Splēdor eius, ut lumē erit, quid est, nisi fama ei9 credētes illuminabit? Cornua in manibus eius: quid est, nisi trophęū crucis? Et posuit charitatē firmā fortitudinis suæ: nec exponēdū est. Ante faciē eius ibit uerbū, & prodiet in campū post pedes eius: quid est, nisi quod & ante q; huc ueniret, prænunciatus est: & postea quam hinc reuersus est, annūciatus est? Stetit, & terra cōmota est: quid est, nisi quod stetit ad subueniendum: & terra commota est, ad credēdum? Respexit, & tabuerunt gētes: hoc est misertus est, & fecit populos pœnitentes. Contriti sunt montes uiolētia: hoc est, uim facientibus miraculis, elatorum contrita est superbia. Defluxerunt colles æternales: hoc est humiliati sunt ad tempus, ut erigerentur in æternum. Ingressus æternos eius pro laboribus uidi: hoc est non sine mercede æternitatis laborem charitatis aspexi. Tabernacula Aethiopū expauescent: & tabernacula terræ Madian: hoc est gentes repente perterritæ nuncio mirabiliū tuorum, [d]etiam quæ non sunt in iure Romano, erunt in populo Christiano. Nunquid in fluminibus iratus es domine: aut in fluminibus furor tuus: uel in mari impetus tuus? Hoc ideo dictum est: quia non uenit nunc, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Quia ascēdes super equos tuos, & equitatio tua salus, hoc est, Euangelistę tui portabūt te, quia reguntur à te: & Euangeliū tuū salus est eis, qui credūt in te. Intendens intendes arcum tuum super sceptra, dicit dominus: hoc est, comminaberis iudicium tuum, etiam regibus terræ. Fluminibus

ſcindetur terra:hoc eſt,influẽtibus ſermonibus A prædicantium te,aperientur ad cõfitendum homínum corda:quibus dictum eſt,Scindite corda ueſtra,& non ueſtimenta ueſtra. Quid eſt: uidebunt te,& dolebũt populi:niſi ut lugendo ſint beati? Quid eſt:diſperges aquas inceſſu:niſi ambulãdo in eis qui te uſq; quaq; annunciãt, hac atq; illac diſperges fluẽta doctrinæ? Quid eſt:abyſſus dedit uocem ſuã? An profunditas cordis humani quid ei uideretur,expreſsit? Altitudo phantaſiæ ſuæ,tanquam uerſus ſuperioris eſt expoſitio:altitudo em̃ eſt abyſſus. Quod autem ait,phantaſiæ ſuæ,ſubaudiendũ eſt, uocem dedit:hoc eſt,quod diximus,quid ei uidere B tur,expreſsit. Phantaſia quippe uiſio eſt, quam non tenuit,non operuit,ſed confitendo eructauit. Eleuatus eſt ſol,& luna ſtetit in ordine ſuo: hoc eſt,aſcendit Chriſtus in cœlum,& ordinata eſt eccleſia ſub rege ſuo. In lucem iacula tua ibunt:hoc eſt,non in occultum,ſed in manifeſtũ uerba tua mittũtur. In ſplendorẽ coruſcationis armorum tuorum:ſubaudiẽdum eſt:iacula tua ibunt. Dixerat enim ſuis: Quæ dico uobis in tenebris,dicite in lumine. In comminatione minorabis terram,id eſt comminãdo humiliabis homines. Et in furore deijcies gentes:quia eos qui C ſe exaltant,uindicando collides. Exiſti in ſalutẽ populi tui,ut ſaluos faceres Chriſtos tuos:miſiſti in capita iniquorum mortem: nihil horũ eſt exponẽdum. Excitaſti uincula uſq; ad collum. Et bona hic poſſunt intelligi uincula ſapientiæ, ut uinciantur pedes in compedes eius:et collũ in torquẽ eius. Præcidiſti in ſtupore mẽtis tuę:ſubaudiamus uincula. Excitauit enim bona, præcidit mala. De quibus ei dicitur, Dirupiſti uincula mea:& hoc in ſtupore mentis:id eſt mirabiliter. Capita potentium mouebuntur in ea, ſcilicet admiratione. Adaperient morſus ſuos, ſicut D edens pauper in abſconſo. Potentes enim quidam Iudæorum ueniebant ad dominum facta eius & uerba mirati,& eſurientes panem doctrinæ mãducabant abſconſe propter metũ Iudæorum:ſicut eos prodit Euangelium. Et immiſiſti in mare equos tuos turbãtes aquas multas:quæ nihil ſunt aliud,q̃ populi multi. Non enim alij timore conuerterentur,alij furore perſequerentur,niſi omnes turbarentur. Obſeruaui,& expauit uenter meus à uoce orationis labiorum meorum. Et introiuit tremor in oſſa mea: & ſubtus me turbata eſt habitudo mea. Intẽdit in ea quæ dicebat:& ipſe ſua in oratione eſt perterritus, quam prophetice fundebat:& in qua futura cernebat. Turbatis enim populis multis, uidit imminentes eccleſiæ tribulationes, continuoq; ſe membrũ eius agnouit,atq; ait,Requieſcã in die tribulationis:tanquã ad eos pertinens,qui ſunt ſpe gaudẽtes,in tribulatione patientes. Vt aſcẽdam,inquit,ad populum peregrinationis meę. Recedens utiq; à populo maligno carnalis cognatiõis ſuæ,non peregrinãte in hac terra,neq; ſupernam patriam requirente:Quoniam ficus, inquit,non afferet fructũ:& non erunt natiuitates in uineis:mẽtietur opus oliuæ,& campi non facient eſcam,Defecerunt ab eſca oues,& nõ ſu perſunt in præſepibus boues. Vidit eam gentẽ, quæ Chriſtum fuerat occiſura,ubertatem copiarum ſpiritualium perdituram, quas per terrenã fœcunditatem more prophetico figurauit. Et quia iram dei talem propterea paſſa eſt illa gẽs, quia dei ignorans iuſtitiam, ſuam uoluit conſtituere, iſte continuo:Ego autem,inquit,in domino exultabo:gaudebo in deo ſalutari meo. Dominus deus meus uirtus mea,ſtatuet pedes meos in conſummationem:ſuper excelſa imponet me,ut uincam in cantico eius:ſcilicet illo cantico, de quo ſimilia quædam dicũtur in Pſalmo:Statuit ſupra petram pedes meos,et direxit greſſus meos:& immiſit in os meum canticum nouum, hymnum deo noſtro. Ipſe ergo uincit in cantico domini,qui placet in eius laude, non ſua: ut qui gloriatur,in domino glorietur. Melius autem mihi uidẽtur quidam codices habere: [c]gaudebo in deo Ieſu meo:q̃ hi,qui uolentes id Latine ponere,nomen ipſum non poſuerũt, quod eſt nobis amicius & dulcius nominare.

L. VIVES

[a] QVod hic dictum eſt de Theman ueniet.] Et Aquila, inquit Hieronymus,& Symmachus,& quinta æditio, ipſum Hebraicum poſuerunt. Solus Theodotio, quid ſignificaret Theman, interpretatus eſt dicens: Ab Auſtro ueniet,& ſanctus de monte Pharan. Idem Hieronymus in locis Hebraicis, Theman regio principum Edom in terra Gebalitica à Theman filio Eliphaz, filij Eſau, ſortita uocabulum: ſed & uſq; hodie eſt uilla nomine Theman, diſtans ab urbe Petra quinq; milibus: ubi & Romanorum militum præſidium ſedet, de quo loco fuit Eliphaz rex Themanorũ. Vnus quoq; filiorum Iſrael appellabatur Theman. Sciẽdum autem, quòd omnis Auſtralis regio Hebræis Theman dicitur. *Themã*

b Per quod ſignificatur meridies.] Simile quod in canticis quærit ſponſa, ubi paſcat in meridie, in quo maximus eſt diei & calor & ſplendor. c Montem uero umbroſum.] Soli Septuaginta uerterunt, ὄρη ἴρους ναταγωγὴς ἄσεως, ex monte umbroſo,& condenſo. Cæteri, ut eſt in Hebraica ex Pharan, quod eſt oppidum trans Arabiã, iunctũ Saracenis, per quod iter fecerunt filij Iſrael, quũ de

de Sina mouiſſent. Ideo Septuaginta, quoniam uicinũ A eſt ſalrui, habitum loci potius reddiderunt, q̃ nomen.

d Etiam quæ nõ ſunt in iure Romano.] Indi & Perſæ,& hac ætate inſulæ in oceano Occidentali. e Gaudebo in deo Ieſu meo.] Sic in Hebræo, pro quo Septuaginta uerterũt τῷ σωτῆρί μου, hoc eſt, ſeruatore meo. Et hæc tria idem ſunt. Ieſus Hebraice, σωτὴρ Græce, ſeruator Latine: quanquam Cicero act. iiij. in Verrem negat σωτὴρα uno uerbo Latino poſſe reddi, eſſeq; eum qui ſalutẽ dederit: ſaluatoris nomen recentius eſt, ſed eo utuntur Lactantius Auſonius & reliqui ſacri ſcriptores. Qui latius carmen hoc auet expoſitũ uidere, habet in id geminam Hieronymi enarrationem.

De Chriſto,& uocatione gentiũ: quę Hieremias et Sophonias prophetico ſpiritu ſunt præfati. XXXIII

B

[a] IEREMIAS propheta de maioribus eſt,ſicut & Eſaias:non de minoribus,ſicut cæteri, de quorum ſcriptis nõnullis iam poſui. Prophetauit autem,regnante Ioſia in Hieruſalẽ:& apud Romanos Anco Martio:iam propinquante captiuitate Iudæorum. Tetendit autem prophetiam ſuam uſq; ad quintum menſem captiuitatis: ſicut in eius literis inuenitur. [b]Sophonias autem unus de minoribus adiungitur ei. Nam & ipſe in diebus Ioſiæ prophetaſſe ſe dicit:ſed quouſque non dicit Prophetauit ergo Hieremias,nõ ſolum Anci Martij,uerumetiam Tarquinij Priſci temporibus:quem Romani habuerũt quintum regem. Ipſe enim quando eſt illa captiuitas facta, regnare iam cœperat. Prophetans ergo de Chriſto Hieremias:[b]Spiritus,inquit,oris noſtri dominus Chriſtus captus eſt in peccatis noſtris:ſic breuiter oſtendens,et dominum noſtrũ Chriſtum,& paſſum eſſe pro nobis. Item alio loco: Hic deus meus,inquit,& non ęſtimabitur alter ad eum:qui inuenit omnem uiam prudentię,& dedit eã Iacob puero ſuo,& Iſrael dilecto ſuo:poſt hæc in terris uiſus eſt,& cum hominibus cõuerſatus eſt. Hoc teſtimonium quidam, non Hieremiæ,[d]ſed ſcribæ eius attribuunt: qui uocabatur Baruch: ſed Hieremiæ celebratius habetur. Rurſus idem propheta de ipſo: Ecce, inquit,dies ueniunt, ait dominus: & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum:& regnabit rex,& ſapiens erit:& faciet iudicium & iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit confidenter:& hoc eſt nomen quod uocabunt eum,dominus iuſtus noſter. De uocatione etiã gentium,quæ futura fuerat,& eam nunc impletam cernim⁹,ſic locutus eſt: Dominus deus meus & refugium meum in die malorũ:ad te gentes ueniẽt ab extremo terræ,& dicent: Vere mẽdacia coluerunt patres noſtri ſimulachra,& nõ eſt in eis utilitas. Quia uero non erant eum agniturí Iudæi, à quibus eum & occidi oportebat: ſic idem propheta ſignificat, [c]Graue cor per omnia,& homo eſt,& quis cognoſcet eum? Huius eſt etiã illud quod in libro decimo ſeptimo poſui de teſtamẽto nouo,cuius eſt mediator Chriſtus:ipſe quippe Hieremias ait: Ecce dies ueniunt,dicit dominus:& conſummabo ſuper domum Iacob teſtamẽtum nouum:& cætera quę ibi leguntur. Sophoniæ autem prophetæ, qui cum Hieremia prophetabat, hæc prædicta de Chriſto interim interponam:Expecta me, dicit dominus:in die reſurrectionis meæ, in futurum:quia iudicium meum,ut congregem gentes,& colligam regna. Et iterum: Horribilis, inquit,dominus ſuper eos: & exterminabit omnes deos terræ:et adorabit eum uir de loco ſuo, omnes inſulæ gentium. Et paulopoſt: Tunc,inquit,tranſuertam in populos linguam, & progenies eius,ut omnes inuocent nomen domini: & ſeruiant ei ſub uno iugo,à finibus fluminum Aethiopię afferent mihi hoſtias:in illo die non C cõfunderis ex omnibus adinuentionibus tuis, quas impie egiſti in me:quia tunc auferam abs te prauitates iniuriæ tuæ: & iam non adijcies, ut magnificeris ſuper mõtem ſanctum meum, & ſubrelinquam in te populum manſuetum & humilem:& uerebuntur à nomine domini,qui reliqui fuerint Iſrael. Hæ ſunt reliquiæ, de quibus alibi prophetatur:quod Apoſtolus etiam commemorat: Si fuerit numerus filiorũ Iſrael, ſicut arena maris,reliquiæ ſaluæ fient. Hæ quippe in Chriſtũ illius gentis reliquię crediderunt.

L. VIVES

D [a] HIeremias.] De hoc ſæpe alibi. b Sophonias.] Hunc Hebræi prophetam,& prophetarum filium, nepotem,& abneporem fuiſſe tradũt. Pater enim fuit Chuſi, auus Godolias, proauus Amarias, atauus Ezechias, prophetæ omnes: nam aiunt omnes maiores, quos in titulo nominat propheta aliquis, etiã prophetas fuiſſe. c Spiritus, inquit, oris noſtri, dominus Chriſtus.] Sunt Chriſti multi,& domini multi. At Chriſtus dominus ſpiritus oris noſtri: unicus eſt Ieſus deus, dei filius, per quem ſpiramus,& uiuimus.& ſumus: qui ſi à nobis abſcedat, minus adhuc uicturi ſumus, quàm ſi diſcedat anima. d Sed ſcribæ eius attribuunt, qui uocabatur Baruch.] Hieremias in libro ſuorum uaticiniorum, Baruch ſcribã,& miniſtrum fuiſſe ſuum ſignificat, cuius extat breuis propheria, quã eccleſia recepit, quoniam de Chriſto & poſtremis temporibus pleraq; continet. e Graue cor per omnia.& homo eſt,& quis cognoſcet eum.] Septuaginta eſt hæc interpre- *Sophonias*

terpretatio. In Hebræo uero ſic ex Hieronymo: Prauum A eſt cor omnium & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? Symmachus uerba Septuaginta apertius poſuit: Inſcrutabile cor omnium, uir autem quis eſt, qui inueniat illud? Lxx, enim βαθέια ὑπὲρ πάντα dixerunt: quod eſt profundum cor.

De prophetia Danielis, et Ezechielis, quæ in Chriſtum, eccleſiam q̃ concordat. Caput xxxiiii

IN ipſa porrò captiuitate Babyloniæ, [a] Daniel, [b] & Ezechiel prophetauerũt prius alij ſcilicet duo ex prophetis maioribus. Quorũ Daniel etiam tempus, quo uenturus fuerat Chriſtus, B atque paſſurus, numero definiuit annorum: quod longum eſt computando mõſtrare: & ab alijs factitatum eſt ante nos. De poteſtate uero eius & gloria, ſic loquutus eſt: Videbam, inquit, in uiſu noctis: & ecce cum nubibus cœli & filius hominis ueniens erat, & uſq̃ ad uetuſtum dierum peruenit: & in conſpectu eius prælatus eſt: & ipſi datus eſt principatus, & honor, & regnum: & omnes populi, tribus & linguæ ipſi ſeruient. Poteſtas eius, poteſtas perpetua, quæ non tranſibit: & regnum eius nõ corrumpetur. Ezechiel quoque more prophetico per Dauid C Chriſtum ſignificans, quia carnem de Dauid ſemine aſſumpſit: propter quam formam ſerui, qua factus eſt homo, etiam ſeruus dei dicitur idem dei filius: ſic eum prophetando prænuncia uit ex perſona dei patris: Et ſuſcitabo, inquit, ſuper pecora mea paſtorem unum qui paſcat ea: ſeruum meum Dauid: & ipſe paſcet ea: & ipſe erit eorum paſtor. Ego autem dominus ero eis in deũ, & ſeruus meus Dauid princeps in medio illorum: ego dominus locutus ſum. Et alio loco: Et rex, inquit, unus erit omnibus imperãs: & non erunt ultra duæ gentes: nec diuidentur amplius in duo regna: neque polluentur ultra D in idolis ſuis, & abominationibus ſuis: & in cunctis iniquitatibus ſuis: & ſaluos eos faciam de uniuerſis ſedibus ſuis, in quibus peccauerunt: & mundabo eos, & erunt mihi populus: & ego ero illis deus: & ſeruus meus Dauid rex ſuper eos, & paſtor unus erit omnium eorum.

L. VIVES

Daniel a DAniel.] De filijs fuit Iuda, qui ex Daniele Balthaſar uocatus eſt, ab eunucho regio, cui puerorum erat demãdata cura. Maximo in precio habitus eſt ſapiẽtiæ nomine à Balthaſare ultimo Chaldæorum rege, & deinde apud Darium Medum gratioſiſsimus, ut in libro Danielis ipſius, & Ioſephi, de antiquitatibus decimo, legimus. Calumnijs Porphyrij in librũ huius uatis reſponderunt Methodius, & Apollinaris, & Euſebius Cæſarienſ. præſul. b Et Ezechiel.] Hic ſacerdos fuit & ſimul cum Daniele in captiuitate populi Iudaici Babylone: quod ex eius ſcriptis aperte colligit. Ezechiel

De trium prophetarũ uaticinio: id eſt Aggæi, Zachariæ, & Malachiæ. Caput xxxv

RESTANT tres minores prophetæ, qui prophetauerunt in fine captiuitatis: [a] Aggæus, Zacharias, [b] Malachias. Quorum Aggæus Chriſtũ & eccleſiam hac apertius breuitate prophetat. Hæc dicit dominus exercituum: Adhuc unum modicum, & ego commouebo cœlum, & terrã, & mare, & aridam: & mouebo omnes gẽtes, & ueniet deſideratus cunctis gentibus. Hæc prophetia partim iam cõpleta cernitur: partim ſperatur in fine complenda. Mouit enim cœlũ, angelorum & ſyderum teſtimonio, quando incarnatus eſt Chriſtus. Mouit terram ingenti miraculo, de ipſo uirginis partu. Mouit mare & aridam, quũ & in inſulis, & in orbe toto Chriſtus annũciatur. Ita moueri omnes gentes uidemus ad fidem. Iam uero quod ſequitur: Et ueniet deſideratus cunctis gẽtibus: de nouiſsimo eius expectatur aduentu. Vt enim deſideratus eſſet expectantibus, prius oportuit eum dilectũ eſſe credentibus. Zacharias de Chriſto & eccleſia: Exulta, inquit, ualde filia Sion, iubila filia Hieruſalem: ecce rex tuus ueniet tibi iuſtus, & Saluator: ipſe pauper & aſcendens ſuper aſinam, [d] & ſuper pullum filium aſinæ: & poteſtas eius à mari uſq̃ ad mare, & à fluminibus uſq̃ ad fines terræ. Hoc quando factum ſit, ut dominus Chriſtus in itinere iumento huius generis uteretur, in Euangelio legitur: ubi & hæc prophetia commemoratur ex parte, quantum illi loco ſufficere uiſum eſt. Alio loco ad ipſum Chriſtũ in ſpiritu prophetiæ loquẽs de remiſſione peccatorũ per eius ſanguinem: Tu quoq̃, inquit, in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti uinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua. Quid per hũc lacum uelit intelligi, poſſunt diuerſa ſentiri, etiam ſecundũ rectam fidem. Mihi tamen uidetur non eo ſignificari melius, niſi humanæ miſeriæ ſiccam profunditatem quodammodo, & ſterilem: ubi nõ ſunt fluenta iuſtitiæ, ſed iniquitatis lutum. De hoc quippe lacu etiã in Pſalmo dicitur: Et eduxit

xit me de lacu miſeriæ, & de luto limi. Malachi- A as prophetans eccleſiam, quam per Chriſtum iam cernimus propagatam, Iudæis apertiſsime dicit ex perſona dei: Non eſt mihi uoluntas in uobis: & munus nõ ſuſcipiam de manu ueſtra. Ab ortu enim ſolis uſque ad occaſum, magnũ eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificabitur, et offeretur nomini meo oblatio munda: quia magnum nomen meum in gentibus: dicit dominus. Hoc ſacrificium per ſacerdotium Chriſti ſecundũ ordinem Melchiſedech, cum in omni loco à ſolis ortu uſq̃ ad occaſum deo iam uideamus offerri: ſacrificium autem Iudæorum, quibus dictum eſt: Non mihi uoluntas in uobis, nec accipiã de manibus ueſtris munus, ceſſaſſe negare non poſſunt: quid adhuc expectant alium Chriſtum, quum hoc quod prophetatum eſt legunt, & impletum uident, impleri non potuerit, niſi per ipſum? Dicit enim paulopoſt de ipſo ex perſona dei: Teſtamẽtum meũ erat cũ eo uitæ et pacis: & dedi ei ut timore timeret, & à facie nominis mei reuereretur. Lex ueritatis erat in ore ipſius, in pace dirigens ambulabit mecum: & multos conuertet ab iniquitate: quoniam labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem inquirent ex ore eius: quoniã an- C gelus domini omnipotentis eſt. Nec mirandum eſt, quia omnipotentis dei angelus dictus eſt Chriſtus Ieſus. Sicut enim ſeruus propter formam ſerui, in qua uenit ad homines: ſic & angelus propter Euangelium, quod nunciauit hominibus. Nam ſi Græca iſta ita interpretemur, & Euangelium bona nunciatio eſt, & angelus nuncius eſt. De ipſo quippe iterum dicit: Ecce mittam angelum meum, & proſpiciet uiam ante faciem meam: & ſubito ueniet in templum ſuum dominus, quem uos quæritis, & angelus teſtamenti, quem uos uultis. Ecce uenit, dicit do- D minus deus omnipotẽs: & quis ſuſtinebit diem introitus eius? aut quis reſiſtet in aſpectu eius? Hoc loco, & primum, & ſecundum Chriſti prænunciauit aduentum. Primum ſcilicet, de quo ait: Et ſubito ueniet in templum ſuũ dominus, id eſt in carnem ſuam: de qua dicit in Euangelio, Soluite templum hoc, & in triduo reſuſcitabo illud. Secundum uero, ubi ait: Ecce uenit dicit dominus omnipotens, & quis ſuſtinebit diem introitus eius, aut quis reſiſtet in aſpectu eius? Quod autem dicit, Dominus quẽ uos quæritis, & angelus teſtamenti, quem uos uultis: ſignificauit utique iudæos ſecundum ſcripturas quas legunt, Chriſtum quærere, & uelle. Sed multi eorum, quem quæſierunt & uoluerunt, ueniſſe non agnouerunt: excæcati in cordibus ſuis, præcedentibus meritis ſuis. Quod ſanè hic nominat teſtamentum, uel ſupra, ubi ait: Teſtamentum meum erat cum eo: uel hic, ubi cum dixit angelum teſtamenti: notum proculdubio teſtamentum debemus accipere, ubi ſempiterna: non uetus, ubi temporalia ſunt promiſſa: quæ pro magno hic habentes plurimi infirmi, & deo uero talium rerum mercede ſeruientes, quando uident impios abundare, turbantur. B Propter quod idem Propheta, ut noui teſtamẽti beatitudinem æternam, quę non dabitur niſi bonis, diſtingueret à ueteris terrena felicitate, quæ plerunque datur & malis: Ingrauaſtis, inquit, ſuper me uerba ueſtra, dicit dominus, & dixiſtis: in quo detraximus de te? Dixiſtis: uanus eſt omnis, qui ſeruit deo: & quid plus, quia cuſtodiuimus obſeruationes eius: & quia ambulauimus ſupplicantes ante faciem domini omnipotentis? Et nunc nos beatificamus alienos: et reædificantur omnes, qui faciunt iniqua: et adueraati ſunt deo et ſalui facti ſunt. Hæc oblocuti ſunt, qui timebant dominum, unuſquiſque ad proximum ſuum: et animaduertit dominus, et audiuit: et ſcripſit librum memoriæ in conſpectu ſuo, eis qui timent dominum, et reuerentur nomen eius. In iſto libro ſignificatum eſt teſtamentum nouum. Denicq̃ quod ſequitur, audiamus: Et erunt mihi, dicit dominus omnipotẽs, in die, quam ego facio, in acquiſitionem: et eligam eos, ſicut homo eligit filium ſuum ſeruientem ſibi: et conuertemini, et uidebitis inter iuſtũ et iniuſtum: et inter ſeruientem deo, et non ſeruientem. Quoniam ecce dies uenit ardens ſicut clibanus, et concremabit eos: et erunt omnes alienigenæ omnes facientes iniquitatem ſtipula: et incẽdet illos dies, qui aduenit: dicit dominus omnipotens: & non derelinquetur eorum radix, neq̃ ſarmentum: & orietur uobis timentibus nomen meum, ſol iuſtitiæ: & ſanitas in pennis eius, & exibitis, & exultabitis ſicut uituli ex uinculis reſoluti: & conculcabitis iniquos, & erũt cinis ſub pedibus ueſtris in die, in quo ego facio dicit dominus omnipotens. Hic eſt, qui dicitur dies iudicij: de quo ſuo loco, ſi deus uoluerit, loquemur uberius.

L. VIVES

De Esdra, & Machabæorum libris. Caput XXXVI

POST hos tres prophetas, Aggæũ, Zachariam, Malachiam, per idem tempus liberationis populi ex Babylonica seruitute, [d] scripsit etiam Esdras, qui magis rerum gestarũ scriptor est habitus, quàm propheta: sicuti est liber, [b] qui appellatur Hester: cuius res gesta in laudem dei nõ longe ab his tẽporibus inuenitur: nisi forte Esdras in eo Christum prophetasse intelligendus est, quod inter iuuenes quosdam orta quæstione: quid amplius ualeret in rebus: cum reges unus dixisset: alter uinũ: tertius mulieres, quę plerũq; regibus imperarent: [c] idem tamen tertius ueritatem super omnia demonstrauit esse uictricem. Consulto autem Euangelio, Christum cognoscimus esse ueritatem. Ab hoc tempore apud Iudæos restituto templo, non reges, sed principes fuerunt [d] usq; ad Aristobolum: quorũ supputatio temporum, non in scripturis sanctis, quæ canonicæ appellãtur: sed in alijs inuenitur, in quibus sunt & [e] Machabæorum libri: quos non Iudæi, sed ecclesia prò canonicis habet, [f] propter quorundã martyrũ passiones uehemẽtes, atq; mirabiles: qui antequã Christus uenisset in carnem, usq; ad mortem pro dei lege certauerunt & mala grauissima atq; horribilia pertulerunt.

L. VIVES

Scripsit etiam Esdras.] Hic fuisse dicitur scriba legis peritissimus, quem Hierony. tradit fuisse Iosedech, cuius filius fuit Iesus sacerdos magnus, quẽ ferunt incensos à Chaldæis legis libros memoriter restituisse, non sine numine, cõmutasseq; literas Hebraicas, ne cum Samaritanis, qui ex gentibus in Iudæã uenerãt, Iudæi miscerentur. Autor Eusebius. Eis postea literis usi sunt Iudæi figura tantũ & apicib. à Samaritanicis, quæ fuerũt priscæ illæ à Mose datæ, discrepantes. b Sicuti est liber, qui appellatur Hester.] Hester historiam Iosephus refert in tempora Artaxerxis, quem Cyrum dicit uocatum esse. Darij enim Histaspe geniti filius fuit Xerxes, huius Artaxerxes, cognominatus μακρόχειρ: quo regnãte, periculũ tantũ fuit Iudæo nomini ab Aman, propter Mardochæum patruum Hester, ut in libro Hester narratur. Eiusdẽ est sententiæ Nicephorus Græcus scriptor. At Eusebius non posse per hæc tempora Hester, & discrimen Iudæorũ contigisse, uidelicet Esdra, qui sub hoc Artaxerxe rege, suæ gentis acta persequutus est, de tantis rebus nõ taciturno. Itaq; illa omnia posteriora facit, statuitq; in regno Artaxerxis ἀνάμνησιν, hoc est memoris Darij nothi filij, quẽ ab Hebræis Assuerũ uocari solitum perhibet: astipulatorẽ sibi habet Bedã in temporibus. Cæterum uereor, ne non tam Eusebio cõstet sua ratio, q̃ Iosepho. Nos hic in pleriq; alienas potius sententias referimus, q̃ aperimus nostram. c Idem tamen tertius ueritatem.] Hic est Zorobabel, qui ueritatem cæteris præstare ui ac uirtute dixit, tertio Esdræ tertio capite. Et Iosephus libro undecimo Antiq. sed tertius & quartus libri Esdræ inter apocrypha reiiciuntur quos Hieronymus uocat somnia. d Vsq; ad Aristobolum.] Eusebius sic inquit, Aristobolus filius Ionathæ rex pariter & pontifex, primus apud Iudæos diadematis sumpsit insigne: post ccccl xxxiij. annos Babylonicæ captiuitatis, intellige ex quo Nabuchodonosor populũ in Chaldæam trãstulit. e Et Machabæorum libri.] Machabæorum liber prior, Hebraice lectus est ab Hieronymo, alter Græce tantum, aitq; ex ipsa phrasi probari posse à primo esse Græce cõscriptum. Idem aduersus Pelagianos Iosephum nominat Machabæorũ historiæ scriptorem. Nescio an autorem significet horum duorũ uoluminum Machabææ historiæ, quam inter sacra habemus, an libelli cuiusdam, qui separatim Græcus circumfertur ἐυρύπυρα εἰς τὸς μακκαβαίους. Est & tertius Machabæorum Græcus itidem, nõdum, q̃ sciam, uersus in linguam Latinam: hunc non uidetur ecclesia recepisse in canonem, f Propter quorundam martyrum passiones.] Nam septem fratres cũ matre iussi ab Antiocho rege patrias leges uiolare maximo animo se potius excarnificari passi sunt, quàm ut in legem dei peccarent.

Malachias

Esdras

Hester

D

Quod prophetica autoritas omni origine gentilis philosophiæ inueniatur antiquior. Cap. XXXVII

[d] EMPORE igitur nostrorum prophetarum, quorum iam scripta ad notitiam ferè omniũ gẽtium peruenerunt, philosophi gentium nondũ erant, qui hoc etiã nomine uocarẽtur, [b] quod cœpit à Samio Pythagora, qui eo tempore quo Iudæorum soluta est captiuitas cœpit excellere atque cognosci. Multo ergo magis cæteri philosophi post prophetas repertiuntur fuisse. [c] Nã ipse Socrates Athenienſis magister omnium, qui tunc maxime claruerunt, tenens in ea parte quæ moralis, uel actiua dicitur principatũ, post Esdrã in Chronicis inuenitur. [d] Nõ multo post etiam Plato natus est, qui longe cæteros Socratis discipulos anteiret. Quibus si addamus etiã superiores, qui nondum philosophi uocabantur, septem scilicet sapientes, ac deinde physicos qui Thaleti successerunt in perscrutanda natura rerum studiũ eius imitati, Anaximandrũ scilicet & Anaximenem, & Anaxagoram, aliosq; nonnullos antequam Pythagoras se philosophũ primus profiteretur, nec illi prophetas nostros uniuersos temporum antiquitate præcedunt: quandoquidem Thales, post quem cæteri fuerunt, regnante Romulo emicuisse fertur, quando de fontibus Israel in eis literis, quæ toto orbe manarent prophetiæ flumẽ erupit. Soli igitur illi theologi poetæ, Orpheus, Linus, Musæus, & si quis alius apud Græcos fuit, his prophetis Hebræis, quorum scripta in autoritate habemus, annis repertiuntur priores. Sed nec ipsi uerum Theologum nostrum Moysen, qui unum uerum deum ueraciter prædicauit, cuius nunc scripta in autoritatis canone prima sunt, tempore præuenerunt: ac per hoc quantum ad Græcos attinet, in qua lingua literæ huius seculi maxime ferbuerunt, nihil habent unde sapientiam suam iactent, quo religione nostra, ubi uera sapientia est, si non superior saltem uideatur antiquior. Verum quod fatendum est, non quidem in Græcia, sed in barbaris gentibus, sicut in Aegypto, iam fuerat ante Moysen nonnulla doctrina, quæ illorum sapientia diceretur: alioquin nõ scriptũ esset in libris sanctis, Moysen eruditum fuisse omni sapientia Aegyptiorum, tunc utiq; quando ibi natus est [e] & à filia Pharaonis adoptatus atq; nutritus, etiam liberaliter educatus est. Sed nec sapientia Aegyptiorum sapientiam prophetarum nostrorum tempore antecedere potuit, quandoquidem & Abraham propheta fuit. Quid autem sapientiæ esse potuit in Aegypto, antequã eis Isis, quam mortuam tãquam deam magnam colendam putauerunt, literas traderet? Isis porrò Inachi filia fuisse proditur, qui primus regnare cœpit Argiuis, quando Abrahæ iam nepotes reperiuntur exorti.

B

C

D

L. VIVES

a TEmpore igitur nostrorum prophetarum.] Augustinus hoc capite colligit scripta uetera testamẽti esse antiquiora sapiẽtibus & philosophis Græciæ, quod multis argumentis ostendunt Iosephus contra Apionẽ, Eusebius in Euange. præparat. & Iustinus martyr ad gentes. Cæterum hoc ex ijs quæ à nobis superioribus huius libri capitibus sunt adducta satis superq; potest liquere. b Quod cœpit à Samio Pythagora.] Pythagoram Cicero dicit fuisse suo regnãte gẽtili, hoc est Seruio Tullio, idẽ Liu. lib. i. haud dubie uixit tẽporibus Cyri Persæ, & Tullij Romani regis, sed ultimis. floruit enim sexagesima olympiade quæ regnum Tarquinij superbi incurrit. Eusebius mortem eius in lxx. olympiade locat, quo tempore iam Hierosolymis Iudæi captiuitate soluti tranquille degebant. c Nam ipse Socrates.] Socrates, ut Apollodorus inquit lxxvij. olymp. anno quarto quadraginta ferè annis postq̃ Iudæi à Dario iussi sunt templũ & urbẽ reparare. d Nõ multo post etiã Plato natus.] Lxxxviij. olymp. eo dẽ autore. e Et à filia Pharaonis adoptatus.] Artapanus ut tradit Eusebius lib. ix. præpar. ait Mœrin Chenephris Aegyptiorũ regis filiã quũ ipsa nõ pareret, adoptasse puerum Iudæũ, quẽ Hebræi Mosen, Græci Musæum uocãt.

Pythagoras

Quod quædam sanctorum scripta ecclesiasticus canon propter nimiam nõ receperit uetustatem, ne per occasionem eorum falsa ueris insererentur. Caput XXXVIII

AM uero si longe antiquiora repe-
I tam, & ante illud grande diluuium noster erat utique Noe patriarcha, quem prophetam quoq; nõ immerito dixerim, Siquidem ipsa arca quam fecit, & in qua cum suis euasit, prophetia nostrorũ temporum fuit. Quid Enoch septimus ab Adam? Nónne etiam in canonica epistola Apostoli Iudæ prophetasse prædicatur? quorum scripta, ut apud Iudæos, & apud nos in autoritate non essent, nimia fecit antiquitas, propter quã uidebantur habenda esse suspecta, ne proferrentur falsa pro ueris. Nam & proferuntur quædam quæ ipsorũ esse dicuntur ab eis, qui pro suo sensu passim, quod uolunt, credunt. Sed ea castitas canonis non recepit, non quod eorum hominũ qui deo placuerunt, reprobetur autoritas, sed quod ista esse non credantur ipsorum. Nec mirum debet uideri quod suspecta habeãtur, quę sub tantæ antiquitatis nomine proferũtur, quãdoquidem in ipsa historia regum Iudæ & regũ Israel, quę res gestas cõtinet, de quibus eidẽ scripturæ canonicæ credimus, cõmemorantur plurima, quæ ibi non explicantur, [a] & in libris aliis inueniri dicuntur, quos prophetæ scripserũt, & alicubi eorũ quoq; prophetarũ nomina non tacentur: nec tamen inueniuntur in canone, quem populus dei recepit. Cuius rei fateor causa me latet, nisi quod ego existimo etiam ipsos quibus ea, quæ in autoritate religionis esse deberent, sanctus utique spiritus reuelabat, alia sicut homines historica diligentia, alia sicut prophetas inspiratione diuina scribere potuisse: atque hæc ita fuisse distincta, ut illa tanquam ipsis, ista uero tanquam deo per ipsos loquenti iudicarentur esse tribuenda: ac sic illa pertinerent ad ubertatẽ cognitionis, hæc ad religionis autoritatem, in qua autoritate custoditur canon: præter quem siqua iam etiam sub nomine uirorum prophetarum scripta proferuntur, nec ad ipsam copiam scientiæ ualent, quoniam utrum eorum sint quorum esse dicuntur, incertum est: & ob hoc eis non adhibetur fides, maxime his in quibus etiam contra fidem librorum canonicorum quædam legũtur, propter quod ea prorsus illorum non esse apparet.

L. VIVES

ET in libris aliis inueniri dicunt.] Nam in fine primi libri Paralipomenon gesta Dauid dicunt conscripta à Samuele & Nathan, & Gad Prophetis, tũ in ca. ix. posterioris lib. Paralipomenõ acta Salomonis persecutus dicitur Nathan uates, & Athias Syloni-
A ta, & Addo Propheta, qui etiam retulisse diligentissime fert acta Abia regis Iuda. gesta quoq; Iosaphat perscripsit Iehu filius Anani. ij. Paralipomenon xx.

De Hebraicis literis, quæ nunquã in suę linguę proprietatenõ fuerũt. XXXIX

NON itaq; credendũ est, quod nonnulli arbitrantur, Hebræã tantum linguam, per illũ qui uocabatur Heber, unde Hebræorum uocabulum est, fuisse seruatã, atq; inde peruenisse ad Abraham, [a] Hebræas autẽ literas à lege cœpisse quæ
B data est per Moysen: sed potius per illam successionẽ patrum, memoratã linguam cũ suis literis custoditã. Denicq; Moyses in populo dei cõstituit, qui docẽdis literis præessent, priusquã diuinę legis ullas literas nossent. Hos appellat scriptura grammaton [b] isagogos, qui Latine dici possunt literatũ inductores uel introductores, eo quod eas inducant, id est introducãt quodãmodo in corda discentium, uel in eas potius ipsos quos docent. Nulla igitur gens de antiquitate sapiẽtiæ suæ super Patriarchas & Prophetas nostros, quibus inerat diuina sapiẽtia, ulla se uanitate iniqua iactauerit, quando nec Aegyptus
C inuenitur, quæ solet falso & inaniter de suarum doctrinarũ antiquitate gloriari, qualicũq; sapiẽtia sua Patriarcharũ nostrorum tẽpore præuenisse sapientiã. Nec enim quisquã dicere audebit mirabiliũ disciplinarũ eos peritissimos fuisse, anteq; literas nossent, id est anteq; Isis eo uenisset easq; ibi docuisset. Ipsa porrò eorũ memorabilis doctrina, quę appellata est sapiẽtia, quid [c] erat nisi maxime astronomia, et si quid aliud talium disciplinarũ magis ad exercenda ingenia, cq; ad illuminãdas uera sapiẽtia mentes ualere solet? Nam quod attinet ad philosophiã, quæ se
D docere aliquid profitetur, unde fiant homines beati, circa tẽpora Mercurij, quẽ Trismegistum uocauerũt, in illis terris eiusmodi studia claruerũt: [d] longe quidẽ ante sapiẽtes uel philosophos Græciæ, sed tamẽ post Abrahã, & Isaac & Iacob, et Ioseph: nimirũ etiã post ipsum Moysen. Eo quippe tempore quo Moyses natus est, fuisse reperitur Atlas ille magnus astrologus Promethei frater, maternus auus Mercurij maioris, cuius nepos fuit Trismegistus iste Mercurius.

L. VIVES

a HEbræas autem literas à lege cœpisse.] Vulgaris & nostrorum & Hebræorum opinio literas Hebræas Mosen habuisse authorem, quod Eupo

Eupolemus, & Artapanus alijq; profani scriptores asserunt, qui Mosen sapientissimum fuisse hominẽ tradunt, literarumq; inuentorẽ, quas Iudæis tradidit, à quibus uicini Phœnices acceperunt, à Phœnicibus Græci per Cadmum. Quin & Aegyptijs quoq; dedisse Mosen literas Artapanus idem credit: Mosenq; esse Mercurium illum, sic enim eum uocauerunt Aegyptij, quẽ apud Græcos omnes Latinosq; scriptores literas gentem Aegyptiam docuisse constat. Quod si quis inquirat, quibus ergo sapientia illa Aegyptiorum continebatur literis, qua Mosen institutum esse legimus, inueniet forsan uoce tantum eam solitam tradi percipiq;, & docentiũ discentiũq; memoria asseruari, literarum, si quæ tũc erant, formas, imagines fuisse animaliũ quæ ἱερόγλυφα γράμματα, hoc est, literas in sacris sculptas nominabãt. Philo uero Iudæus ad Abraham inuentionem literarum Hebraicarum refert: sed multis ante Abrahã annis literæ uidenẽ fuisse. nam Iosephus primo antiquitatum narrat à filijs Seth
A filij Adam duas erectas columnas, lapideam unã, alte-
B ram lateritiam, inscriptasq; in eis artes, quas ipsi inuenissent, quarum lapidea etiam ætate sua maneret in Syria. Has literas uidetur Augustinus hoc loco Hebræas nominare. b Grammatos Isagogos.] Alibi grãmaton isagogos. legendum grammatoisagoges. γραμματοϊσαγωγὸς. sic uocantur apud Lxxij, quos Hieronymus uertit doctores. Deuteron. xxix. & xxxi. Numeri uero γραμματεῖς nominãtur, q uertit magistros. sunt etiã γραμματεῖς
Scribæ Scribæ de quibus multa mentio in Euangelio. hi erant, qui sacrorũ librorũ literam tantũ docebãt: nec ab ea recedebant uel culmum latum: qui uero maius quiddam
Pharisæi profitebantur, Pharisæi nominati sunt, à Phares, quod est diuisio. q. se uelut meliores à multis diuidentes separantesq;, & utriq; tam Scribæ, quàm Pharisæi in cathedra Mosis sedebant populo legem enarrantes: Scribæ ad cognitionem literæ, sensusq; historici ac uelut introductionem rerum altiorum ac secretarum, quas Pharisæi explicabant. c Quid erat nisi maxime astronomia & si quid aliud tãtum disciplinarũ.] Geometria, arithmetica, & astronomia, nam in his plurimum ueteres sese Aegyptij exercuerunt, quarum geometriam necessitate excoluerunt, quippe qua in primis egebant, quũ turbatis increscente Nilo agrorum finibus, postquã amnis in suum alueũ redierat, sua cuiq; essent restituenda, nec alia ratione constare possent agrorũ dimensus, nisi adhibita, quæ ex certis coalita principijs fallere peritos mẽsores nequiret: ideo geometria est nominata, q. terræ mensio. astronomiæ uero sese dediderunt commoditate, ut qui serenas semper haberent noctes, aspicerentq; tractũ cœli late patentẽ nullis nubibus, nullis nebulis turbatum, facile ortus, occasus, progressus regressusq; syderum animaduertere potuerũt, quæ res & ad cognitionem eratiucũdissima, & ad uitam fructuosissima, & humani ingenij exercitatione digna: tũ his duabus geometriæ & astrologiæ addita est illa ueluti subseruiẽs, &
D cuius ministerio hæ carere nõ possunt, cognitio numerorum, quæ arithmetica dicit. d Longe quidẽ ante sapiẽtes cq philosophos habuit Græcia.] Alibi sic, lõge quippe ante sapientes uel philosophos Græciæ.

De Aegyptiorum mendaciſsima uanitate, quæ antiquitati ſcientię ſuæ centum milia aſcribit annorum. Cap. XL

FRVSTRA itaque uanissima præ-
F sumptione garriunt quidam dicentes, ex quo rationem syderum comprehẽdit Aegyptus, amplius cq cẽtum annorum milia numerari. In quibus enim libris istum numerũ collegerunt, qui non multum ante annorum duo milia literas magistra Isde didicerunt? Non enim paruus autor est in historia Varro, qui hoc prodidit, quod à literarum etiam diuinarum ueritate nõ dissonat. Cũ enim ab ipso primo homine qui est appellatus Adam: nondum sex milia annorum compleantur, quomodo non isti ridendi potius, cq refellendi sunt, qui de spatio temporum tam diuersa, & huic exploratæ ueritati tam contraria persuadere conantur? Cui enim narrãti melius prę-
C terita credimus, cq qui etiam futura prędixerit, quæ præsentia iam uidemus? Nã & ipsa historicorũ inter se dissonãtia copiam nobis prębet, ut eis potius credere debeamus qui diuinę, quã tenemus, non repugnãt historiæ. Porrò autem ciues impiæ ciuitatis, diffusi usq; quaq; per terras, cum legunt doctissimos homines, quorum nullius contemnenda uideatur autoritas, inter se de rebus gestis ab ætatis nostræ memoria remotissimis discrepantes, cui potius credere debeant, non inueniunt. Nos uero in nostræ religionis historia, fulti autoritate diuina, quicquid ei resistit non dubitamus esse falsissimum, quomodolibet sese habeant cætera in secularibus literis, quæ siue uera seu falsa sint, nihil momenti afferũt, quo recte beatecq uiuamus.

De philosophicarũ opinionum dissensionibus, & canonicarũ apud Ecclesiã concordia scripturarum. Cap. XLI

VT autẽ iam cognitionẽ omittamus
V historiæ, ipsi philosophi à quibus ad ista progressi sumus, qui nõ uidẽtur laborasse in studijs suis, nisi ut inueniret, quomodo uiuendũ esset accommodate ad beatitudinem capessendam, cur dissenserunt & à magistris discipuli, & inter se condiscipuli, nisi quia ut homines humanis sensibus & humanis rationibus ista quæsierũt? Vbi [d] quamuis esse potuerit & studiũ gloriandi, quo quisq; alio sapiẽtior & acutior uideri cupit, nec sententiæ quodammodo addictus alienæ, sed sui dogmatis et opinionis inuẽtor: tamen ut nonnullos uel etiam plurimos eorum fuisse concedã, quos à suis doctoribus uel discendi socijs, amor ueritatis abruperit, ut pro ea certarẽt, quam ueritatem putarent, siue illa esset, siue non esset: quid agit, aut quò uel quâ ut ad beatitudinem perueniatur, humana se porrigit infelicitas, si diui-

na

na non ducit autoritas? Denicꝙ autores nostri, in quibus non frustra sacrarum literarum figitur & terminatur canon, absit ut inter se aliqua ratione dissentiant. Vnde non immerito cum illa scriberent, eis deum uel per eos locutum, non pauci in scholis atꝙ gymnasiis litigiosis disputationibus garruli, sed in agris, atꝙ in urbibus cum doctis atꝙ indoctis tot tanticꝙ populi crediderunt. Ipsi sanè pauci esse debuerũt, ne multitudine uilesceret, quod charum religione esse oporteret, nec tamen ita pauci ut eorum non sit miranda consensio. Necꝙ enim in multitudine philosophorum qui labore etiam literario monumenta suorum dogmatum reliquerunt, facile quis inuenerit, inter quos cuncta quæ sense re conueniant, quod ostendere hoc opere longum est. Quis autem sectæ cuiuslibet autor sic est in hac dæmonicola ciuitate approbatus, ut cæteri improbarẽtur, qui aduersa & diuersa senserũt? Nõne apud Athenas & Epicurei claruerũt asserentes res humanas ad deorũ curam nõ pertinere: & Stoici qui contraria sentientes eas regi atꝙ muniri diis aduitoribus atque tutoribus disputabant? Vnde miror cur [b] Anaxagoras reus factus sit, quia solem esse dixit lapidem ardentem, negans uticꝙ deum: cum in eadem ciuitate gloria floruerit Epicurus, uixeritꝙ securus, nõ solum solem, uel ullum syderum deum esse non credẽs, sed nec Iouem, [c] nec ullum deorum omnino in mundo habitare contendens ad quẽ preces hominũ supplicationesꝙ perueniãt. Nonne ibi Aristippus in uoluptate corporis summum bonum ponens: ibi Antisthenes uirtute animi potius hominem fieri beatum asseuerans, duo philosophi nobiles & ambo Socratici in tam diuersis atꝙ inter se contrarijs finibus uitæ summam locantes: quorum etiam ille fugiendam, iste administrandam sapienti docebat esse rempublicam, & ad suam quisꝙ sectam sectandã discipulos congregabat? [d] Nempe palam in conspicua & notissima portic[u] [e] in gymnasiis, [f] in hortulis, in locis publicis ac priuatis cateruatim pro sua quisꝙ opinione certabãt. [g] Alij asserẽtes unũ, alij innumerabiles mũdos: ipsum autem unum alij ortum esse, alij uero initium nõ habere: alij interiturum, alij semper futurum: alij mente diuina, alij fortuitu & casibus agi. Alij immortales esse animas, alij mortales: & qui immortales, alij reuolui in bestias, alij nequaquam: qui uero mortales, alij mox interire post corpus, alij uiuere etiam postea uel paulum, uel diutius, non tamen semper. Alij constituentes in corpore finem boni, alij in animo, alij in utroꝙ, alij extrinsecus posita etiam bona ad animam & corpus addẽtes: alij sensibus corporis semper, alij non semper, alij putantes nũquam esse credendum. Has & alias penè innumerabiles dissensiones philosophorũ, quis unquam populus, quis senatus, quæ potestas, uel dignitas publica impię ciuitatis dijudicãdas, & alias probandas ac recipiendas, alias improbãdas repudiandasꝙ curauit, ac non passim sine ullo iudicio confusecꝙ habuit in gremio suo tot controuersias hominum dissidentium, non de agris, & domibus, uel quacunꝙ pecuniaria ratione, sed de his rebus, quibus aut misere uiuitur, aut beate? Vbi etsi aliqua uera dicebãtur, eadem licentia dicebãtur et falsa prorsus, ut nõ frustrà talis ciuitas mysticũ uocabulũ Babylonis acceperit. Babylõ quippe interpretatur cõfusio, qd̃ nos iã dixisse meminimus. Nec interest diaboli regis eius, cꝙ cõtrarijs inter se rixẽtur erroribus, quos merito multæ uariæcꝙ impietatis pariter possidet. At uero gens illa, ille populus, illa ciuitas, illa respublica, illi Israelitæ, quib⁹ credita sũt eloquia dei, nullo modo pseudoprophetas cum ueris prophetis pari licentia confuderunt, sed concordes inter se atque in nullo dissentientes, sacrarum literarum ueraces ab eis agnoscebantur & tenebantur autores. Ipsi eis erãt philosophi, hoc est amatores sapientiæ, ipsi sapientes, ipsi theologi, ipsi prophetæ, ipsi doctores probitatis atꝙ pietatis. Quicunque secundum illos sapuit, & uixit, non secundum homines, sed secundum deum, qui per eos locutus est, sapuit & uixit. Ibi si prohibitum est sacrilegiũ, deus prohibuit. Si dictum est, Honora patrem tuum & matrem tuam: deus iussit. Si dictum est: Non mœchaberis, non homicidium facies, non furaberis, & cætera huiusmodi: non hæc ora humana, sed oracula diuina fuderunt. [h] Quicquid philosophi quidam inter falsa, quæ opinati sunt, uerum uidere potuerunt, & laboriosis disputationibus persuadere moliti sunt: quod mundũ istum fecerit deus, eumꝙ ipse prouidẽtissimus administraret, de honestate uirtutum, de amore patriæ, de fide amicitiæ, de bonis operibus, atꝙ omnibus ad mores probos pertinentibus rebus, quamuis nescientes ad quem finem, & quo nam modo essent ista omnia referẽda, prophe-

pheticis, hoc est diuinis uocibus, quãuis per homines in illa ciuitate populo commẽdata sunt, non argumentationum concertationibus inculcata, ut non hominis ingenium, sed dei eloquiũ contemnere formidaret, qui illa cognosceret.

L. VIVES

[a] Vamuis esse potuerit & studium gloriandi.] Eas res transuersos agit cꝙ plurimos scriptores, asfertcꝙ in disciplinas memorabiles errores, & perniciosos, dum mauult quisꝙ autor esse suæ sententiæ, cꝙ assertor alienæ. cæci non uident quãta sit laus & paruisse bene monenti, & benedicẽti assensisse. Hominẽ noui non tam doctum cꝙ arrogantẽ iactabundumcꝙ, qui se & scripturum multa profitebatur, & non secus uitaturum quæ quis antea dixisset, cꝙ Aspides uel Basiliscos: longe enim malle se scientem prudentẽcꝙ falsum pro uero affirmare, cꝙ alienæ opinioni acquiescere. b Anaxagoras reus factus sit, quia solem esse dixit lapidem ardẽtem.] Quum olim lapis in Aegos Thraciæ amnem è cœlo cecidisset, Anaxagoras, quem etiam prædixisse ferunt id futurum, affirmauit cœlum omne ex lapidibus constare, solemcꝙ ipsum candens esse saxum. Idcirco Euripides eius discipulus in Phaethonte tragœdia solem auream glebam nominauit: eam ob causam, ut Sotion in successionibus narrãte Laertio Diogene scribit, Anaxagoras à Cleone impietatis accersitus, defensuscꝙ à Pericle discipulo, talentiscꝙ quincꝙ atꝙ exilio mulctatus est. alij aliter. Inter ómnes penè constat capitali supplicio cui ad dictus erat sententijs iudicum subtractum à Pericle, qui opibus & gratia plurimũ in ciuitate poterat, ideo à poetis fictum Iouem irritatum impietate Anaxagoræ iaculatum graue fulmen in eum, sed Anaxagoram protectũ à Pericle, fulmen diuersum abisse. c Nec Iouem nec ullum deorũ.] Epicurus deos quidẽ dixit esse, sed ad illos nihil spectare de nostris rebus, nec gratia, nec ira moueri, aut tangi: itaꝙ reuera deos sustulit, metu autẽ Areopagi & ciuium suorũ reliquit, sed tales, quales si ipsi sunt, nihil opus est eis, atꝙ ut dicit apud Ciceronẽ Cotta, ualeant. d In cõspicua & notiss. porticu.] Stoici in porticu, quæ pœcila, id est uaria dicebatur. e In gymnasiis.] Vt peripatetici in Lyceo. f In hortulis.] Vt Epicurei. g Alij asserentes unum.] Hæc omnia dicta nobis sunt li. viij. & latius exposita. h Quicquid philosophi.] Euseb. aliquot libris præparationis Euangelicæ multis argumẽtis colligit optima quæcꝙ quæ Plato in suis libris conscripsit, hausisse eum ex sacris literis ueteris testamenti.

Anaxagoras

Epicurus

Qua dispensatione prouidentiæ dei scripturæ sacræ ueteris testamenti ex Hebræo in Græcum eloquium trãslatæ sint, ut uniuersis gentibus innotescerent. Caput XLII

[H] As sacras literas etiam [a] unus Ptolemæorum regum Aegypti nosse studuit & habere. Nam post Alexãdri Macedonis, qui etiam Magnus cognominatus est, mirificentissimam minimeꝙ diuturnam potentiam, qua uniuersam Asiam, immo penè totum orbem, partim ui & armis, partim terrore subegerat: quando inter cætera Orientis regna etiam Iudæam ingressus obtinuit, eo mortuo comites eius cum regnum illud amplissimum non pacifice inter se possessuri dissiissent, sed potius dissipassent, bellis omnia uastaturi, Ptolemæos reges habere cœpit Aegyptus. Quorum primus Lagi filius, multos ex Iudæa captiuos in Aegyptum transtulit. Huic autem succedens alius Ptolemæus, qui est appellatus Philadelphus, omnes quos ille adduxerat subiugatos, liberos redire permisit: insuper & dona regia in templũ dei misit, petiuitcꝙ ab Eleazaro tunc pontifice, dari sibi scripturas, quas profecto audierat fama prædicante diuinas: & ideo concupiuerat habere in bibliotheca, quam nobilissimam fecerat. Has ei cum idem põtifex misisset Hebræas: post etiam ille interpretes postulauit, & dati sunt ei septuaginta duo, de singulis duodecim tribubus seni homines, linguæ utriuscꝙ doctissimi, Hebrææ scilicet atꝙ Græcæ. Quorum interpretatio ut Septuaginta uocetur, iam obtinuit consuetudo. [b] Traditur sanè tã mirabilem ac stupendum planecꝙ diuinum in eorum uerbis fuisse consensum, ut cum ad hoc opus separatim singuli sederint (sita enim eorum fidem Ptolemæo regi placuit explorare) in nullo uerbo, quod idem significaret, & tantundem ualeret, uel in uerborum ordine alter ab altero discreparet: sed tanquam si unus esset interpres, ita quod omnes interpretati sunt, unũ erat, quoniam reuera spiritus erat unus in omnibus. Et ideo tam mirabile dei munus acceperant, ut illarum scripturarum, non tanquam humanarum, sed sicut erant, tanquam diuinarum etiam isto modo commendaretur authoritas, credituris quandocꝙ gentibus profutura, quod iam uidemus effectum.

L. VIVES

[a] Vnus Ptolemæorũ regum Aegypti.] Reges Aegypti usꝙ ad Cambysem Cyri filiũ, qui eam regionem imperio Persarum bello adiunxit, Pharaones communi dicebantur cognomine. Post Alexandrum uero à Ptolemæo Lagi filio, Ptolemæi usꝙ in Cæsarem Augustum, qui Aegyptum in prouinciæ formam redegit. Alexander Macedo. xxi. natus annos è patria cum exercitu egressus, Asiam domuit, tenuitcꝙ perpaucis annis. nam xxxij. ætatis anno naturæ concessit: quo mortuo uelut confracta arca nũmis referta, & pecunijs resilientibus, ad prædam tanti iacentis imperij undicꝙ à purpuratis accursum est, rapuitcꝙ quisꝙ quantum potuit, nec ullus tam immodicæ fortunæ hæsit, qui non cũ regno discederet. Antigonus Asiam arripuit: Seleucus Chaldæam, Cassander Macedoniã, alij alias regiones, Ptolemæus Aegyptum Phœnicem & Cyprum, homo natus loco humili atꝙ obscuro, nempe Lago patre satellite Alexandri, euectus ex gregario milite ad gratiam

Ptolemæi

regis ob indolem egregiã, fortitudinẽ animi, & peritiam rei militaris: qui quũ in senecta tranquillius uiuere statuisset, rerũ curam filio mãdauit, qui Philadelphus est dictus, uel ob amorẽ primum Arsinoes sororis, uel ob odium postremũ per antiphrasim. Hic Iudæos quos pater frequẽtes in Aegyptũ duxerat liberos esse iussit. gratuitq; tributo Iudææ soluit: quũq; in maturiore ætate morbis afflictaret, proculq; à bellis gerẽdisq; rebus esse cogeret, authore Demetrio Phalereo, qui patria Athenis uir nobilissimis maximisq; functus magistratibus, ciuium inuidia pulsus ad eum cõfugerat, studijs se tradidit, accitis undiq; ingentijs, & cõstructa illa nobili Alexãdrina Bibliotheca, in qua & statuit libros ueteris testamenti. Nã legatos ad Eleazarũ misit, qui pro beneficijs à se in Iudæã gentẽ largiter collatis libros Mosaicæ legis, & interpretes poscerẽt, qui eos in Græcã linguã trãsferrẽt, quod Eleazarus regi cõcesserit, ut par erat, misitq; ex una quaq; tribu senos uiros, & ætate & autoritate & eruditione in primis cõmendabiles, Hebraice Græceq; peritissimos: qui quũ essent duo & septuaginta, dicunt tamẽ uulgo septuaginta interpretes, ut breuius atq; expeditius loquamur, quemadmodũ iudices illi Romani, qui ad hastã de rebus minoribus iudicabãt, centũ uiri appellarẽ quũ essent centũ & quinq;, ex singulis tribubus terni. Extãt apud Iosephũ lib. antiq. xij. epistolæ Ptolemæi ad Eleazarũ Pont. & Eleazari ad regẽ super ea re ex Aristea nõ Procõnesio illo, sed quodam Ptolemæi satellite, qui se ex legatis à Ptolemæo in Aegyptũ missis ait fuisse. Circunferẽ libellus eius nomine de Lxx. interpretibus, cõfictus, ut puto, ab aliquo recẽtiore. b Tradit sanẽ tam mirabilẽ.] Magno in honore hos lxxij. uiros Ptolemæus habuit, sapientiãq; eorũ admiratus est. Iustinus narrat in Apologetico ad gentes, regẽ, quo fidẽ certius interpretũ experiretur, & ex cõsensu ueritatẽ colligeret, domunculas iussisse duas & septuaginta cõstrui, secedereq; unũquenq; in suam quũ uersurus esset, postea contulisse omniũ interpretationes, & per omnia inter se consensisse. Vestigia domuncularum Iustinus profitetur se uidisse in Phariarce Alexãdriæ. Tertullianus itidẽ ad uersus gẽtes: Menedemus, inquit, Philosophus prouinciæ Iudææ septuaginta duos interpretes de sententiæ cõmuniõe suspexit. Hieron. interdũ Lxx. interpretib. plurimũ defert, & spiritusancto plenos fuisse dicit: sæpe male atq; impiter uertisse affirmat, ut erat in qd intẽderat uehemens: de cellulis uero plane irridet, sic enim in prologo pentateuchi scribit: & nescio quis primus autor septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo extruxit, quibus diuisi eadẽ scriptitarẽt, quum Aristeas eiusdem Ptolemæi ὑποφαντὴς, & multo post tẽpore Iosephus nihil tale retulerint, sed in una basilica cõgregatos contulisse scribãt, nõ prophetasse. Aliud est enim uatẽ, aliud est esse interpretẽ: ibi spiritus uẽtura prædicit, hic eruditio & uerborum copia ea quæ intelligit trãsfert. Sic ille.

Philadelphus

Septuaginta interpretes

De autoritate septuaginta interpretũ, quæ saluo honore Hebraicæ linguæ, omnib. sit interpretib. præferẽda. XLIII

NAM cum fuerint & alij interpretes, qui ex Hebræa lingua in Græcam sacra illa eloquia transtulerunt, sicut Aquila, Symmachus, Theodotiõ, sicut etiã illa est interpretatio, cuius autor nõ apparet, & ob hoc sine nomine interpretis quinta editio nuncupatur: hanc tamẽ quæ septuaginta est tanquã sola esset, sic recepit ecclesia, eaq; utũtur Græci populi Christiani, quorũ plericq; uttũ alia sit aliqua ignorãt. Ex hac septuaginta interpretatione etiam in Latinam linguam interpretatum est, quod ecclesiæ Latinæ tenẽt. Quamuis non defuerit temporibus nostris presbyter Hieronymus homo doctissimus & omnium trium linguarũ peritus, qui nõ ex Græco, sed ex Hebræo in Latinum eloquium easdem scripturas cõuerterit. "Sed eius tam literatũ laborẽ quã uis Iudæi fateãtur esse ueracem, septuaginta uero interpretes in multis erasse contendant: tamen ecclesiæ Christi tot hominũ autoritati ab Eleazaro tunc pontifice, ad hoc tantũ opus electorũ, neminẽ iudicant præferendũ, quia etsi nõ in eis unus apparuisset spiritus sine dubitatione diuinus: sed inter se uerba interpretationis suæ septuaginta docti more hominũ cõtulissent, ut quod placuisset omnibus, hoc maneret, nullus eis unus interpres debuit anteponi. Cum uero tantũ in eis signum diuinitatis apparuit, profecto quisquis aliusillatũ scripturarũ ex Hebræa in quamlibet aliã linguã interpres est uerax, aut congruit illis septuaginta interpretibus, aut si cõgruere nõ uidetur, altitudo ibi prophetica esse credenda est. Spiritus enim qui in Prophetis erat quãdo illa dixerũt, idem ipse erat etiam in septuaginta uiris, quãdo illa interpretati sũt. Qui profecto autoritate diuina & aliud dicere potuit, tanq; Propheta ille utrũq; dixisset, quia utrũque idẽ spiritus diceret, & hoc ipsum aliter, ut si nõ eadem uerba, idem tamẽ sensus bene intelligentibus diluceseeret, & aliquid prætermittere, & aliquid addere: etiam ut hinc ostẽderetur nõ humanã fuisse in illo opere seruitutem, quã uerbis debebat interpres, sed diuinã potius potestatẽ, quæ mentẽ replebat, & regebat interpretis. Nonnulli autẽ codices Græcos interpretationis Septuaginta ex Hebræis codicibus emendandos putarũt: nec tamẽ ausi sunt detrahere, quod Hebræi nõ habebãt, & Septuaginta posuerũt, sed tantũmodo addiderũt quæ in Hebræis inuẽta, apud Septuaginta nõ erãt, eaq; signis qui busdam [b]in stellarũ modũ factis, ad capita eorũdem uersuũ notauerũt, [c]quæ signa asteriscos uocant. Illa uero quæ non habent Hebræi, habẽt autem Septuaginta, similiter ad capita uersuum iacentibus [d]uirgulis sicut scribũtur unciæ signauerunt. & multi codices Græci has notas habentes usquequaque diffusi sunt & Latini. Quę autem non prætermissa uel addita, sed aliter dicta

dicta sunt, siue alium sensum faciant etiam ipsum non abhorrentem, siue alio modo eũdem sensum explicare monstrentur, nisi utriscq; codicibus inspectis nequeunt reperiri. Si igitur ut oportet, nihil aliud intueamur in scripturis illis, nisi quid per homines dixerit dei spiritus, quicquid est in Hebręis codicibus, & non est apud interpretes Septuaginta, noluit hoc per istos, sed per illos prophetas dei spiritus dicere. Quicquid uero est apud Septuaginta, in Hebræis autem codicibus nõ est, per istos maluit, quàm per illos idem spiritus dicere, sic ostendens utrosq; fuisse prophetas. Isto enim modo alia per Esaiam, alia per Hieremiam, alia per alium atq; alium prophetam, uel aliter eadẽ per hunc ac per illum dixit, ut uoluit. Quicquid porrò apud utrosq; inuenitur, per utrosq; dicere uoluit unus atq; idem spiritus, sed ita ut illi præcederent prophetando, isti sequerentur prophetice illos interpretando: quia sicut in illis uera, & cõcordantia dicentibus unus pacis spiritus fuit, sic & in istis non secũ conferentibus, & tamen tanquam uno ore cuncta interpretantibus, idẽ spiritus unus apparuit.

L. VIVES

[a]SEd eius tantum literarum laborem.] Nullus error simul ostensus est, & relictus, non tam bene agitur cũ rebus humanis: ad hæc multis rebus tẽpus parit autoritatem, interim nihil aliud cũ tempus, sed laudandus uehementer candor, quo uir sanctus de Hieronymo loquitur, à quo dissentiebat in re tanta, uti nam eũ hoc tempore imitaremur. b Eaq; signis qui busdam in stellarum modum factis.] De hac re Hieronymus sic scribit in prooemio Paralip. ubicunq; asteriscos, id est stellas hoc in uolumine radiare uideritis, ibi sciatis de Hebræo additũ quod in Latinis codicibus nõ habetur: ubi uero obelus trãsuersa scilicet uirga præposita est, illic signatur quod Lxx. interpretes addiderũt uel ob decoris gratiam, uel ob spiritus sancti autoritatẽ licet in Hebræis uoluminibus non legatur. Hæc Hieronymus laborem sic conferendi interpretationes, & annotandi primus sumpsit Origenes collata uersione Septuaginta cũ Theodotionica, ut Hiero. est autor scribens ad Augustinum: qui quum hoc Origenis studium alibi uehementer probet, in epistola ad Aug. inceperit, non sic emendatos codices dicens, sed per obelos & asteriscos deprauatos: quod ut diceret, trãsuersus est affectu impulsus, q; interpretationem eius Augustinus nollet attingere, apud quẽ sacrosancta erat Septuaginta: adeo uel in sanctis. uiris affectus sæpe humani dominantur.

c Asteriscos uocant.] Hoc est stellulas. d Iacentibus uirgulis sicut scribuntur unciæ.] Vncia duodecima est cuiusuis integri pars. uidetur solita esse obelo signari, hoc est uero. Isidorus, si modo idoneus est is autor, gammate Græco, & o nostro in fine sic, ω unciam dicit signari. linea uero in trãsuersum porrecta — obelum. Quid si legeretur non unciæ, sed unci uel uncini. Cæterum obelo seu uero utebantur annotando, ut uideretur transfodi & iugulari dictum illud ceu nothũ & insititium. tractum hoc à prisco Grammaticorũ more, quum de uersibus libris q; censuram faciebant, Aristarchi grammatici instituto. Quintil. lib. i. Quo quidem ita sunt seuere usi ueteres grammatici, ut non uersus modo cẽsoria quadam uirgula notare, & libros qui falso uiderentur inscripti tanquã subdititios, submouere familia permiserint libi, sed autores aliis in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero. Hæc ille. Seneca festiue Aristarchi notas inquit, quibus aliena carmina compunxit.

Vncia

Quid intelligendum sit de Niniuitarum excidio, cuius denunciatio in Hebræo quadraginta dierum spatio tenditur, in Septuaginta autẽ tridui breuitate concluditur. Cap. XLIIII

EDait aliquis: Quomodo sciã quid Ionas propheta dixerit Niniuitis, utrum triduũ & Niniue euertetur, "an quadraginta dies? Quis enim non uideat non potuisse utrunq; tũc dici à Propheta, qui missus fuerat terrere comminatione imminẽtis exitij ciuitatem? Cui si tertio die fuerat futurus interitus, non utiq; quadragesimo die: si autem quadragesimo, nõ utiq; tertio. Si ergo à me quæritur, quid horum Ionas dixerit, hoc puto potius quod legitur in Hebræo, quadraginta dies & Niniue subuertetur. Septuaginta quippe lõge posterius interpretati aliud dicere potuerunt, quod tamen ad rem pertineret, & in unum eũdemq; sensum, quamuis sub altera significatione concurreret: admoneretq; lectorem, utraq; autoritate non spreta ab historia sese attollere, ad ea requirẽda propter quæ sũ gnificanda historia ipsa conscripta est. Gesta sunt quippe [b]illa in Niniue ciuitate, sed aliquid etiam significauerunt quod modum illius ciuitatis excedat: sicut gestũ est, quod ipse Propheta in uentre ceti triduo fuit, & tamẽ aliũ signi ficauit in profundum inferni triduo futurum, qui dominus est omnium prophetarum. Qua propter si per illam ciuitatem recte accipitur ecclesia gentium, prophetice figurata, euersa scilicet per pœnitentiã, ut qualis fuerat iam nõ esset: hoc quoniam per Christum factum est in ecclesia gentiũ, cuius illa Niniue figurã gerebat, siue per quadraginta dies siue per triduũ, idem ipse significatus est Christus: per quadraginta, scilicet quia tot dies peregit cum discipulis suis post resurrectionem suam, & ascendit in cœlũ: per triduum uero, quia die tertio resurrexit: tanquam lectorẽ nihil aliud cẽs historiæ rerum gestarum inhærere cupientem, de somno excita-

uerint septuaginta interpretes, ijdēq; prophe-
tæ, ad perscrutandam altitudinem prophetiæ,
& quodammodo dixerint: in quadraginta die-
bus ipsum quære, in quo & triduum poteris in-
uenire: illud in ascēsione, hoc in eius resurrectio
ne, reperies. Propter quod utroq; numero signi
ficari conuenientissime potuit, quorum unū per
Ionam prophetam, alterū per Septuaginta in-
terpretum prophetiam, tamen unius atq; idem
spiritus dixit. Longitudinem fugio, ut non hæc,
per multa demonstrem, in quibus ab Hebrai-
ca ueritate putantur Septuaginta interpretes di
screpare, & bene intellecti inueniuntur esse con
cordes. Vnde etiam ego pro meo modulo uesti
gia sequens Apostolorū, quia & ipsi ex utrisq;,
id est ex Hebræis, & ex Septuaginta testimo-
nia prophetica posuerūt, utraq; autoritate uten
dum putaui, quoniā utraq; una atq; diuina est.
Sed iam quæ restant, ut possumus exequamur.

L. VIVES

a AN quadraginta dies.] Miratē Hieronymus lxx. uertisse quadraginta, pro tribus, quum in He-
bræo nec syllabarum, nec accentuum, nec uer-
bi sit ulla cōmunitas. in quibus angustijs uersatur nūc
excellens Augustini ingenium nec se extricare ualet.

b In Niniue ciuitate.] Assyriæ quam condidit Ni-
nus. Diximus de hac alias.

Quod post instaurationē templi, pro
phetas Iudæi habere destiterunt, &
exinde usq; ad natiuitatē Christi con
tinuis aduersitatib. sint afflicti, ut pro-
baretur alterius templi ædificationem
prophetici uocibus fuisse promissam.
Caput XLV

POSTEAQVAM gens Iudæa cœ-
pit nō habere prophetas, proculdu-
bio deterior facta est, eo scilicet tem
pore, quo se sperabat instaurato tē-
plo post captiuitatem, quę fuit in Babylonia, fu
turam esse meliorē. Sic quippe intelligebat po-
pulus ille carnalis, quod prænunciatum est per
Aggæum prophetam, dicentē: Magna erit glo
ria domus istius nouissimæ, plus quàm primę.
Quod de nouo testamento dictum esse paulo
superius demōstrauit, ubi ait aperte Christum
promittens: Et mouebo omnes gentes, & ueni-
et desideratus cūctis gentibus. Quo loco Sep-
tuaginta interpretes alium sensum magis cor-
pori q̄ capiti, hoc est magis ecclesiæ q̄ Christo
conuenientē prophetica autoritate dixerūt. Ve
niēt quę electa sunt domini de cunctis gētibus,
id est homines, de quibus ipse Iesus in Euāgelio
Multi, inquit, uocati, pauci uero electi. Talibus
enim electis gentiū, domus dei ędificatur per te
stamentum nouum lapidibus uiuis, longe glo-
riosior, quàm templū illud fuit, quod à rege Sa-
lomone constructū est, & post captiuitatem in-
stauratum. Propter hoc ergo nec prophetas ex
illo tempore habuit illa gens, sed multis cladi-
bus afflicta est ab alienigenis regib. ipsisq; Ro
manis, ne hanc Aggæi prophetiā in illa instau
ratione templi opinaretur impletā. b Non mul-
to enim post aduenīente Alexandro, subiuga-
ta est, quando etsi nulla facta est uastatio, quo-
niam nō sunt ausi ei resistere, & ideo placatum
facillime subditi receperunt, non erat tamē glo-
ria tanta domus illius, quanta fuit in suorum re-
gum libera potestate. Hostias sanè Alexander
immolauit in dei templo, non ad eius cultum ue
ra pietate cōuersus, sed impia uanitate cum dijs
eum falsis colendū putans. c Deinde Ptolemęus
Lagi filius, quod supra cōmemoraui, post Ale
xandri mortem captiuos inde in Aegyptum
transtulit, quos eius successor Ptolemæus Phila
delphus beneuolētissime inde dimisit, per quē
factum est, quod paulo ante narraui, ut Septua
ginta interpretum scripturas haberemus. Dein
de contriti sunt bellis, quæ in Machabæorum li
bris explicantur. d Post hęc capti à rege Alexan
driæ Ptolemæo, qui est appellatus Epiphanes,
e inde ab Antiocho rege Syrię multis & grauis-
simis malis ad idola colenda cōpulsi, templūq;
ipsum repletū sacrilegis superstitionibus genti-
um, quod tamen dux eorum strenuissimus Iu-
das, qui etiā Machabæus dictus est, Antiochi
ducibus pulsis, ab omni illa idololatriæ cōtami
natione mūdauit. Non autē multo post Alchi
mus quidam per ambitionem, cum à genere sa
cerdotali esset alienus, quod nefas erat, pōtifex
factus est. Hinc iam post annos fermè quinqua
ginta, in quibus eis tamē pax nō fuit, quāuis ali
qua & prospere gesserint, primus apud eos A-
ristobolus assumpto diademate, & rex & ponti
fex factus est. Antea quippe ex quo de Babylo
niæ captiuitate reuersi sunt, templumq; instau
ratū est, nō reges, sed duces uel principes habue
runt: quāuis & qui rex est possit dici princeps
à principatu imperandi, & dux, eo quod sit du
ctor exercitus: sed nō continuo quicunq; princi
pes uel duces sunt, f etiā reges dici possunt, quod
iste Aristobolus fuit. g Cui successit Alexander
etiā ipse rex & pōtifex, qui crudeliter in suos re-
gnasse traditur. Post hūc uxor eius Alexādra re
gina Iudæorū fuit, ex cuius deinceps tēpore ma
la sunt eos secuta grauiora. h Filij quippe huius
Alexādræ Aristobolus & Hircanus inter se de
imperio dimicantes, uires aduersus Israeliticam
gentē prouocauere Romanas. Hircanus nāq;
ab eis contra fratrē poposcit auxiliū. Tunc iam
Roma subiugauerat Aphricam, subiugauerat
Græciā, lateq; etiā alijs orbis partib. imperās,
'tanquam seipsam ferre non ualens, se sua quo-
dammodo magnitudine fregerat. Peruene-
rat quippe ad seditiones domesticas graues, at-
que inde ad bella socialia, móxque ciuilia, tan-
tumq; se comminuerat atque attriuerat, ut ei
mutandus reipublicæ status, quo regeretur re-
gibus, immineret. Pōpeius ergo populi Roma-
ni præclarissimus princeps, Iudæam cum exer-
citu ingressus ciuitatem capit, templum referat
non deuotione supplicis, sed iure uictoris, k ad
sancta sanctorum quò nisi summum sacerdo-
tem non licebat intrare, nō ut uenerator, sed ut
prophanator accedit. l Confirmatoq; Hircani
pontificatu, & subiugatæ genti imposito custo-
de Antipatro, quos tūc procuratores uocabant,
uinctum secum Aristobolum duxit. Et ex illo
Iudæi etiam tributarij Romanorum esse cœpe
runt. Postea Cassius etiam templum expolia-
uit. m Deinde post paucos annos, etiam Hero-
dem alienigenā regem habere meruerunt, quo
regnāte natus est Christus. Iam enim uenerat
plenitudo temporis significata prophetico spi-
ritu per os Patriarchæ Iacob, ubi ait: Nō defici-
et princeps ex Iuda neq; dux de femoribus e-
ius, donec ueniat cui repositū est, et ipse expecta
tio gentiū. Nō ergo defuit Iudęorum princeps
ex Iudæis, usq; ad istum Herodem, quem pri-
mum acceperunt alienigenam regem. Tempus
ergo iam erat, ut ueniret ille cui repositum erat,
quod nouo promissum est testamento, ut ipse
esset expectatio gentium. Fieri autem non pos-
set, ut expectarent gentes eum uenturum, sicut
eum cernimus expectari, ut ueniat ad faciēdum
iudicium in claritate potentiæ, nisi prius in eum
crederent, cum uenit ad patiēdum iudicium in
humilitate patientiæ.

L. VIVES

VEnient quæ electa sunt domini.] Græce ἥξει τὰ ἐκλε-
κτὰ πάντων τῶν ἐθνῶν. uenient electa omnium gētium.

b Non multo post enim aduenīente Alexan-
dro.] Temporibus Darij Arsami filij Olymp. centesi-
ma xij. hoc est plus paulo ducentis annis. nam quū Ale
xāder Tyrum obsideret, subsidiaq; Iudæorum à Iaddo
pontifice max., petijsset, omniaq; iure uictoris ab eo exi
geret, quæ Dario solerent exhiberi, uelut Dario profi-
gato ipse iam dominus esset Asiæ, Pont. negauit Dario
uiuo se cuiquam alteri pariturum, cum illo icta esse fœ
dera. sapiens responsum, & quod fidem Iudæorum de-
clararet: inuenem uictorem accendit ardentē iam alio-
qui suapte natura. ita expugnata Tyro, Palæstinā cū in-
festo exercitu ingressus Gazam cepit, & Hierosolymæ
phalanges admouebat, cum progressi ei obuiam Ponti
fex, sacerdotes omnes & Leuitæ sacerdotali ritu ornati
regem illum ad scopulum salutarunt: ita Alexandri ani
mus mitigatus est, & pontificem adorauit dicens, sacer-
dotem esse eum dei naturæ: quem ipse deum iam tum
in Macedonia per quietē eodem cultu uiderit imperiū
Asiæ pollicentem. Hinc Iudæam gentem in fidem & tu-
telam suā recepit: hæc ex Iosepho lib. xi. anti. c Deinde
de Ptolemæus Lagi filius.] Hic quum sabbato quodam
diceret se Hierosolyma uelle ad sacrificandum ingredi,
hoc dolo urbē cepit. Iosep. d Capti à rege Alexādriæ
Ptolemæo, qui est appellatus Epiphanes.] Hic Philopa
tori patri successit, dictusq; est ἐπιφανὴς, ceu quis dicat il
lustris. is cum Antiocho etiam Epiphane bellū gessit.
quum utrunq; belli teneret in præsens satietas, ut conci
liarētur, Cleopatra Antiochi filia Ptolemæo denupsit,
data Iudæa dotis nomine, cui regioni bellum Ptolemæ-
us fecit, propter motus fratrū Hircani. e Inde ab An-
tiocho rege Syriæ.] Hæc secundo Machabæorum vi. &
vij. capitibus, in quo libro & alia narrātur, quæ hic Au
gustinus recenset, & apud Iosephum lib. xiij. f Etiā
reges dici possunt.] Grauius est enim & augustius regis
imperium, quàm ducis, tum ut in eo licentia maior, ita
in subditis seruitus deterior. g Cui successit Alexan
der.] Aristobolus fratres suos uinctos tenebat, quo mor
tuo uxor eius Salomoni, q̄ Græci Alexandram nomi-
nant leuiros soluit, ac Alexādrum unum ex illis regno
præfecit, qui à Ptolemæo, & Demetrio, & Antiocho, ua
rijs pugnis est uictus. tandem diuturna affectus ualetu-
dine ex crapula contracta fato functus est, uir fæuus, a-
cer, impiger, sed parū felix, parumq; sapiens, regnū Ale
xandræ coniugi reliquit, quæ illud administrauit annis
nouem, permissa Pharisæis summa rerum omniū licen-
tia, ut par erat fœminam facere. h Filij quippe hu-
ius Alexādræ Aristobolus & Hircanus.] Bellum inter
hos motum est plus q̄ ciuile, nempe fraternū, quod Io-
sephus confert in annum Quinti Hortensii & Q. Metelli
Cretici consulum olympiadem q̄ centesimam octogesi-
mamtertiā. erat Idumææ ab Alexandro & Alexandra
præfectus Antipas Idumæus qui postea nominatus est
Antipater dives, factiosus, manu prōptus, rerū Hircani *Antipater*
q̄ Aristoboli studiosior, qui Aretē regē Arabū induxit,
ut cū exercitu Hircanū aduersus Aristobolū in regnū re-
stitueret, qđ rex etiā occasiōib. imminēs libēs fecit Ari- *Gn. Pompeius*
stobolūq; Hierosolymis obsedit. per id tēpus Gn. Pom-
peius Magnus res in Asia gerebat, legatusq; eius Scau-
rus Aemylius in Syriam cū parte copiarū uenit, ab hoc
auxiliū afflictis suis rebus Aristobolus petijt. Scauri o-
pera soluta est obsidio: deinde quū fratres apud Pōpeiū
Damasci de regno litigassent, ab eo in Iudæā dimissi sūt.
Postea ab Aristobolo offensus legiones in Iudæā duxit,
Aristobolum uinxit, & totam Iudæam Romano adiecit
imperio. M. Tullio Cicerone, & C. Antonio cōsulibus,
hæc ex Iosepho libro xiiij. i Tanquam seipsam ferre
non ualēs.] Liuij sentētia de Roma quæ ab exiguis pro
fecta initijs eo creuerit, ut iam magnitudine laboret sua-

k Ad sancta sanctorum.] Magna enim tenebat Ro-
manos cupiditas uidendi quem nam deum Iudæi cole
rent. nam credebant illius aliquam esse in eorū templo
imaginem. Idcirco Pompeius paucis comitatus usq; ad
adytum

adytum penetrauit, quod Iudæi sancta sanctorum uocant, quò nefas est alios ingredi q̃ sacerdotes, nihilq; ibi inuenit præter mensam auream, & circa eandem candelabra, uel libatoria non pauca, nec non & aromatũ multitudinem, in thesauris uero sacras pecunias duo milia talentorum. tantũ Iosephus. Tacitus lib. xxi. Romanorum, inquit, primus Gn. Põpeius Iudæos domuit templumq; iure uictoriæ ingressus est. Inde uulgatum nullas intus deũm effigies, uacuam sedem, & inania arcana

1 Confirmatoq; Hircani pontificatu.] Aulus Gabinius deducto Hierosolymã Hircano, eiq; fani cura mandata, cæteris reip. partibus optimates præfecit, omnẽq; Iudæorum gentem in cõuentus quinq; diuisit. Iosephus primo de bello Iudaico, & in antiq. refert bello Alexãdrino quod C. Cæsar cum puero Ptolemæo gessit Hircanum & Antipatrũ auxilia misisse Cæsari, ita confecto bello Cæsar Hircanum principẽ sacerdotũ ordinauit. Antipatro uero potestatem dedit, quã ipse elegerat, tutoremq; eum totius prouinciæ constituit. m Dein-
Herodes de post paucos annos etiam Herodem.] Antipater moriens filium natu maiorem inertem & segnem Hircanũ ducem Hierosolymis testamento reliquit: Herodem uero uix annos quindecim natum Galilææ tutorem, qui prudentia supra ætatẽ præditus multis præclaris factoribus patratis, uirtutemq; ostentãdo breui effecit ut Syris omnibus esset chariss. itaq; pecunia ab illis numerata dux inferioris Syriæ à Sex. Cæsare, qui prouinciæ præerat, constitutus est: bello deinde ciuili Brutiano & Cassiano quum strenuam operam Antonio & Octauio Cæsari nauasset, per istos effectum est, ut à senatu rex Iudææ nominaretur, homo ex Idumæa gente. ita expletũ est uaticiniũ de uenturo Christo Iacob morientis, quod ũnum satis haud dubie esset ad ostẽdendam sole clariorem ueritatem Iudææ genti, nisi arcanis dei iudicijs offusam haberent præ oculis densissimam nubem.

De ortu saluatoris nostri secundum quod uerbum caro factum est, & de dispersione Iudæorũ per omnes gentes sicut fuerat prophetatum. XLVI

R EGNANTE ergo Herode in Iudæa, apud Romanos autẽ iam mutato reipublicæ statu, [a]imperãte Cæsare Augusto, & per eum orbe pacato, natus est Christus secundum præcedentem prophetiam in Bethleem Iudæ, homo manifestus ex homine uirgine, deus occultus ex deo patre. Sic enim Propheta prædixerat: [b] Ecce uirgo in utero cõcipiet, & pariet filiũ, & uocabitur D nomẽ eius Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum deus. Qui ut in se cõmendaret deum miracula multa fecit, ex quibus quædam quantum ad eum prædicandũ satis uisum est esse, scriptura euangelica continet. Quorum primũ est quod tam mirabiliter natus est, ultimum autem quod cum suo resuscitato à mortuis corpore ascendit in cœlum. Iudæi autem, qui eum occiderunt, & in eum credere noluerunt, quia oportebat eũ mori & resurgere, uastati infelicius à Romanis, funditusq; à suo regno, ubi iam eis alie-

A nigenæ dominabãtur, eradicati sunt, dispersiq; per terras. Quandoquidem ubiq; non desunt, et per scripturas suas testimonio nobis sunt prophetias nos non finxisse de Christo. quas plurimi eorum considerantes, & ante passionem, & maxime post eius resurrectionem crediderunt in eum, de quibus prædictũ est: Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquiæ saluæ fient. Cæteri uero excæcati sunt de quibus prædictum est: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributionem, & in scandalũ. Obscurẽtur oculi eorum ne uideant, & dorsum eorum semper incurua. Proinde cum scripturis nostris non credũt, complentur in eis suæ, quas cæci legunt: nisi forte quis dixerit [c] illas prophetias Christianos finxisse de Christo, quę Sibyllæ nomine, uel aliorum proferũtur, si quæ sunt, quæ non pertinent ad populum Iudæorũ. Nobis quidem illæ sufficiunt, quæ de nostrorũ inimicorum codicibus proferuntur, quos agnoscimus propter hoc testimonium, quod nobis inuiti perhibent eosdem codices habẽdo atq; seruando, per omnes gẽtes etiam ipsos esse dispersos, quaqua uersum Christi ecclesia dilatatur.
C Nam prophetia in Psalmis, quos etiam legunt, de hac re præmissa est, ubi scriptũ est: Deus meus misericordia eius præueniet me. Deus meus demonstrauit mihi de inimicis meis, ne occideris eos, nequando obliuiscantur legem tuã. Disperge illos in uirtute tua. Demonstrauit ergo deus ecclesiæ in eius inimicis Iudæis gratiam misericordiæ suæ, quoniã sicut dicit Apostolus: delictum illorũ salus est gentibus. Et ideo non eos occidit, id est non in eis perdidit, quod sunt Iudæi, quanquã à Romanis fuerint deuicti & oppressi, ne obliti legẽ dei, ad hoc de quo agimus testimonium nihil ualerẽt. Ideo parum fuit, ut diceret: Ne occideris eos, nequando obliuiscantur legem tuam: nisi etiam adderet, disperge illos: quoniam si cum testimonio scripturarum in sua tantummodo terra non ubiq; essent, profecto ecclesia, quæ ubique est, eos prophetiarum quæ de Christo præmissæ sunt testes in omnibus gentibus habere non posset.

L. VIVES

a IMperãte Cæs. Augusto.] Euseb. natum dominum scribit xlij. anno imperij Augusti, mũdi uero 5199 C. Cæsare Augusto xij. M. Plautio Coss. Calsiodorus uero ortum illius cõfert in priores Coss. Gn. Lentulum, & M. Messalam. b Ecce uirgo.] Græce ἰδὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. Ecce uirgo in utero accipiet filium & uocabis nomẽ eius Emmanuel. c Illas prophetias Christianos finxisse.] Nõ esse confictas hinc apparet quod Lactan. & Euseb. eas citant, quorum tempore Sibyllini libri in manibus omnium erant. nec ipsi fuissent tam impudentes, qui ea dixissent esse in Sibyllinis libris, quæ nusquam erãt: addeq; plus sic obfuissent Christianæ causæ, q̃ aljs omnib. argumentis potuissent prodesse, quum homines aperte cernerent eos fictis in rem suam autoritatibus inniti, quumq; hoc falsum & impudens deprehendissent cætera omnia suspecta haberent, & tanquam similia repudiassent reiecissentq;. Quid quod Verg. & Ouidius manifesto in poemata sua de Sibyllinis carminibus uersus mutuantur, quos nemo ita cæcus est, quin esse de Christo dicta perspiciat, qualis est tota quarta ægloga Virgilij, & digressus de morte Cæsaris in fine primi Georg. apud Ouidiũ uero illa sunt, Et deus humana lustro sub imagine terras: tum: Esse quoq; in fatis reminiscitur affore tempus Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cœli Ardeat, & mundi moles operosa laboret. primo trãsfor. item apud Lucanum dejs, quæ præcedent iudiciũ domini primo Pharsa. Sic quum compage soluta, Secla tot mundi suprema coegerit hora, Antiquũ repetens chaos &c. quod si nostra quæ magni autores tradiderunt dicunt cõmentitia, ostendant ipsi quæ possint dici sine ulla controuersia uera, & afferemus Academicum aliquem, qui se dubitare respondeat.

An ante tempora Christi aliqui fuerint extra Israeliticum genus, qui ad cœlestis ciuitatis consortium pertinerent. Caput XLVII

Q VAPROPTER quisquis alienigena, id est non ex Israel progenitus nec ab illo populo in canonẽ sacrarũ literarũ receptus, legitur aliquid prophetasse de Christo, si in nostram notitiam uenit, aut uenerit, ad cumulum à nobis cõmemorari potest, non quod necessarius sit etiam si desit, sed quia non incongrue creditur fuisse & in aljs gentibus homines quibus hoc mysterium reuelatũ est, & qui hoc etiam prædicere impulsi sunt, siue participes eiusdem gratiæ fuerint, siue expertes, siue per malos angelos docti sunt, quos præsentẽ Christũ, quem Iudæi nõ agnoscebãt, scimus fuisse cõfessos. Nec ipsos Iudæos existimo audere contendere, [d] neminem pertiD nuisse ad deum præter Israelitas, ex quo propagatio Israel cœpit esse, reprobato eius fratre maiore. Populus em̃ reuera, qui proprie dei populus diceretur, nullus alius fuit. Homines autem quosdam nõ terrena, sed cœlesti societate ad uos Israelitas supernæ ciues patriæ pertinentes etiam in aljs gẽtibus fuisse negare nõ possunt: quia si negant, facillime cõuincuntur [b] de sancto & mirabili uiro Iob, qui nec indigena, [c] nec proselytus, id est aduena populi Israel fuit: sed ex gente Idumæa genus ducens, ibi ortus, ibidem mortuus est: [d] qui diuino sic laudatur eloquio,

A ut quod ad iustitiam pietatemq; attinet, nullus ei homo suorum temporum coæquetur. Quæ tempora eius, quamuis nõ inueniamus in chronicis, colligimus tamen ex libro eius, quem pro sui merito Israelitæ in autoritatẽ canonicam receperunt, [e] tertia generatione posteriorem fuisse q̃ Israel. Diuinitus autem prouisum fuisse non dubito, ut ex hoc uno sciremus etiam per alias gentes esse potuisse, qui secundum deum uixerunt, eiq; placuerunt, pertinentes ad spiritalem Hierusalem. Quod nemini cõcessum fuisse credendum est, nisi cui diuinitus reuelatus est unus
B mediator dei & hominum homo Christus Iesus, qui uẽturus in carne sic antiquis sanctis præ nunciabatur, quemadmodũ nobis uenisse nunciatus est, ut una eademq; fides per ipsum omnes in dei ciuitatem, in domum dei, in dei templum prædestinatos perducat ad deũ. Sed quæ cunq; aliorum prophetiæ de dei per Christum Iesum gratia proferũtur, possunt putari à Christianis esse cõfictæ. Ideo nihil est firmius ad cõuincendos quoslibet alienos, si de hac re contenderint, nostrosq; fulciendos, si recte sapuerint, quàm ut diuina prædicta de Christo ea proferantur, quæ in Iudæorũ scripta sunt codicibus.
C Quibus auulsis de sedibus propriis, & propter hoc testimonium toto orbe dispersis, Christi usq; quaq; creuit ecclesia.

L VIVES

a NEminem pertinuisse ad deũ præter Israelitas.] Potuerunt enim qui ex gentibus naturã sequebantur ducem, illam non prauis iudicijs opinionibusq; inquinatam & corruptam, tam grati esse deo, q̃ qui legẽ Mosaicã seruauerunt: quod enim hi cõsequuti sunt per legem, illi cõsequuti essent sine lege: & qui tales fuere sine lege, eodẽ quo Iudæi peruenerunt, quum eodem contenderent: nec inter eos aliud discrimen fuit q̃ est, ceu quis uiator mandatã gerat chartæ itineris rationem, ac ueluti formã, alter memoriæ fidat, aut iudicio. Idem etiam nostro tẽpore continget ei, qui quum nihil de Christo audierit in remotissimis Oceani terris natus, duo illa maxima seruarit mãdata, in quis ueritas ipsa legẽ totã, prophetasq; constitutos affirmauit, de deo, & proximo diligẽdis, huic sua cõscientia est lex. Et iuxta Psalmistã memor est in nocte nominis domini, & custodit legem eius. Hæc fit ei, quia iustificationes domini exquirit: tãti est uidelicet uoluisse bonum esse, etiam si non habeas à quo uirtutẽ edoceare. Et in hoc hominũ genere quid deest præter aquã? quũ spiritũ sanctum nõ secus q̃ Apostoli meruerint, & acceperint. Testante Petro repleri etiã nõnullos diuino afflatu, quos mystica nõ dum attigit aqua. ita gẽtes, quæ legẽ nõ habẽt & naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, ipsæmet sibi sunt lex, & ea lux ita uiuendi donũ dei est, & à filio proficiscit. de quo scriptũ est, qui illuminat omnẽ hominẽ uenientẽ in hũc mundũ. b De sancto & mirabili uiro Iob.] Habemus li- Iob
brũ inter sacros, in quo Iob acta cõtinent̃, in eo Iob se ex terra Huz profitet̃ fuisse. Hieronymus, Huz Traconiti dis & Damasci conditorẽ tradit, qui inter Palæstinã &

Cœlen Syriam tenuit principatum. A quo septuaginta interpretes in libro Iob, ubi in Hebræo scribitur terra Huz, regionem Austitidē quasi Hustitidem transtulerūt. Fuit hic Huz ex filijs Aram fratris Abraham: fuit & alter Vz ex minoribus Esau, sed non in hunc refert Hieronymus genus Iob, sed in Arā: nam quod, inquit, habetur in fine uoluminis eius, & quarti est ab Esau: fit quoniam de Syro sermone translatus est, quod in Hebræis uoluminibus non habeē. Philippus presbyter, qui paulo post Hieronymum scripsit in hūc prophetam sic ait: Chus & Buz filij fuere Nachor fratris Abrahæ iuxta fidem Geneseos libri, nati de Melcha sorore Saræ. credibile uideri potest, ut in terra quæ ex parentū nomine dicta est, uir ille sanctus habitauerit: & esse illum potius de genere Nachor nō de Esau origine procreatum, sicut quidam opinione dubia suspicantur. Illi autē tres reges de genere fuerūt Esau. sic ille. ita erit Iob & de Nachor & de Aram per Melchā. Origenes uulgarē editionem, ac opinionē secutus, sic ait de Iob loquens: In regione Austitide morabatur, illic natus ex ipsis fuit, & inter eos uixit. Austitidæ genus sunt Esau, posteritas Edom. Nam Austitidæ, & Minæi, & Euchæi, & Themanitæ, & cæteri omnes tribus erant ex cognatione & prosapia Esau filij Isaac, qui Edom cognominatus est. Et tunc uniuersæ tribus Idumæi uocitatæ sunt ex nomine Esau: nunc uero omnes uno nomine Arabi appellantur: non solum Idumæi, sed & Amanitæ, & Moabitæ. Hæc sententia Origenis, cui uulgo ferè suffragantur. Et quidam ex gentilibus, ut Aristæus in Iudaica historia, qui Iob etiam filiū fuisse refert Esau, habitasseq; in Idumæa, & Arabiæ finibus, iustitia & diuitijs præcipuum, tentatumq; diuinitus magnis calamitatibus, ac cætera ordine, ut nos in sacris legimus libris. c Nec proselytus.] Aduentitius ex alijs gentibus ad legem, à προσηλύθω. d Qui diuino sic laudatur eloquio,] In ipso libro Iob. & in Ezechielis xiiij. e Tertia generatione posteriorem.] Sunt qui Iob putent nominatum in Genesi: alij Iasub dictum, alij Iobab: nulli quicquam satis certum afferunt. Hieronymus Eliphaz quem Ada peperit Esau, tradit illum esse, cuius meminit ipse Iob: quod si ita est, cum proneposti bus Abrahæ uixit Iob.

Prophetiam Aggæi, qua dixit maiorem futuram gloriā domus dei quàm primum fuisset, non in reædificatione templi, sed in Ecclesia Christi esse completam. Cap. XLVIII

H AEC domus dei maioris est glorię, quàm fuerat illa prima lignis, & lapidibus, cæterisq; preciosis rebus, metallisq; cōstructa. Nō itaq; Aggæi prophetia in templi illius instauratiōe completa est. Ex quo enim instauratū est, nunquam ostenditur habuisse tantam gloriam, quantam habuit tēpore Salomonis: immo potius ostenditur primū cessatione prophetiæ fuisse domus illius gloriam diminutam, deinde ipsius gentis cladibus tātis usq; ad ultimum excidium, quod factum est à Romanis: sicut ea quæ supra sunt commemorata testātur. Hæc autem domus ad nouum pertinens testamētum, tanto utiq; maioris est gloriæ, quanto meliores sunt lapides ui

A ui, quibus credentibus, renouatisq; construitur. Sed ideo per instaurationem templi illius signi ficata est, quia ipsa renouatio illius ædificij signi ficat eloquio prophetico alterum testamētum, quod appellatur nouum. Quod ergo deus dixit per memoratum Prophetam: Et dabo pacē in loco isto: per significantē locum ille, qui eo significatur intelligendus est: ut quia illo loco instaurato, significata est ecclesia, quæ fuerat ædificanda per Christum, nihil aliud accipiatur, quod dictum est: dabo pacem in loco isto: nisi dabo pacem in loco, quem significat locus iste:
B quia quodammodo omnia significantia uidentur earum rerum quas significant sustinere personas: sicut dictum est ab Apostolo, Petra erat Christus: quoniam petra illa de qua hoc dictum est, significabat utique Christum. Maior est itaque gloria domus huius noui testamenti, quàm domus prioris ueteris testamenti: & tūc apparebit maior, cum dedicabitur. Tunc enim ueniet desideratus cunctis gentibus, sicut legitur in Hebræo. Nam prior eius aduentus non dum erat desideratus omnibus gentibus. Non enim quem deberent desiderare, sciebant, in
C quem non crediderant. Tunc etiam secundum septuaginta interpretes, quia & ipse propheticus sensus est, uenient quæ electa sunt domini de cunctis gentibus. Tum enim uere non uenient, nisi electa, de quibus dicit Apostolus: Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Ipse quippe architectus, qui dixit: Multi sunt uocati, pauci uero electi: non de his dixit, qui uocati sic uenerunt, ut de conuiuio proficerentur: sed de electis demonstraturus est ædificatam domum, quæ nullam deinceps formidabit ruinam. Nunc autem & hi quando replent ecclesias, quos tanquam in area uentilatio
D separabit, non apparet tanta gloria domus huius, quanta tunc apparebit, quando quisquis ibi erit, semper erit.

De incerta multiplicatiōe ecclesiæ, qua in hoc seculo multi reprobi miscentur electis. Caput XLIX

I N hoc ergo maligno seculo, in his diebus malis, ubi per humilitatem præsentem futuram comparat ecclesia celsitudinem, & timorum stimulis, dolorū tormentis, laborū molestijs, tentatiōnū periculis eruditur, sola spe gaudens, quando sanum

sanum gaudet, multi reprobi miscentur bonis, & utriq; tanquam in sagenam euangelicam colliguntur: & in hoc mundo tanquam in mari utriq; inclusi retibus, indiscrete natāt, donec perueniatur ad littus, ubi mali segregentur à bonis, & in bonis tanquam in templo suo sit deus omnia in omnibus. Proinde uocem nunc agnoscimus eius impleri, qui loquebatur in Psalmo, atq; dicebat: Annunciaui, & locutus sum, multiplicati sunt super numerū. Hoc fit nunc, ex quo primum per os præcursoris sui Ioannis, deinde per os proprium annunciauit, & locutus est, dicens: Agite pœnitētiam, appropinquauit enim regnum cœlorū. Elegit discipulos, quos & Apostolos nominauit, humiliter natos, inhonoratos, illiteratos: ut quicquid magnū esset, & faceret, ipse in eis esset, & faceret. Habuit inter eos unum, quo malo utens bene, & suæ passionis dispositum impleret, & ecclesiæ suæ tolerandorum malorum præberet exemplum. Seminato quantum eius oportebat præsentiam corporalem sancto Euangelio passus est, mortuus est, resurrexit: passiōe ostēdens quid sustinere pro ueritate, resurrectione quid sperare in ęternitate debeamus, [a] excepta altitudine sacramēti, qua sanguis eius in remissionem peccatorum fusus est. Conuersatus est in terra quadraginta dies cum discipulis suis, atq; ipsis uidentibus ascendit in cœlum, & post dies decem promissum spiritum sanctū misit patris sui: cuius aduentētis in eos qui crediderant, tunc signum erat maximū, & maxime necessarium, ut unusquisque eorum linguis omnium gentium loqueretur: ita significans unitatē catholicæ ecclesiæ per omnes gentes futurā, ac sic linguis omnibus locuturam.

L. VIVES

a EXcepta altitudine sacramēti.] In uita enim & passione Christi non solum est maximum illud bonum uirtutibus sacramentorum paratum, sed etiam exemplum, quomodo cuiq; mores, totaque uita instituenda sit.

De prædicatione Euangelij, quæ per passiones prædicantium clarior & potentior facta est. Cap. L

D EINDE secundum illam prophetiam: Ex Sion lex prodiet, & uerbum domini ex Hierusalem: & secūdum ipsius domini Christi prędicta, ubi post resurrectionem stupentibus eum discipulis suis aperuit sensum, ut intelligerent scripturas, & dixit eis, quoniam sic scriptum est: Et sic oportebat Christū pati, & resurgere à mortuis tertio die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorū per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Et ubi rursus eis de aduētu eius nouissimo requirētibus respondit, atq; ait: Non est uestrum scire tempora uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate: sed accipietis uirtutem spiritus sancti super uenientem in uos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudæa, & Samaria, & usque in fines terræ. Primum se ab Hierusalem diffudit Ecclesia, & cum in Iudęa atq; Samaria plurimi credidissent, & in alias gētes itūesset, eis anūciantibus Euangelium, quos ipse sicut luminaria & aptauerat uerbo, & accenderat spiritu sancto. Dixerat ēm eis: Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem nō possunt occidere. Qui ut frigidi timore non essent, igne charitatis ardebant. Denicq; per ipsos, nō solum qui eum & ante passionem & post resurrectionem uiderant, & audierant: uerūetiam & post obitum eorum per posteros eorū inter horrendas persecutiones, & uarios cruciatus, ac funera martyrum prædicatum est toto orbe Euangeliū, contestante domino signis, & ostentis, & uarijs uirtutibus, & spiritus sancti muneribus: ut populi gentium credentes in eū, qui pro eorum redemptione crucifixus est, Christiano amore uenerarentur sanguinem martyrum, quem diaboli co furore fuderunt: ipsiq; reges, quorū legibus uastabatur ecclesia, ei nomini salubriter subderentur, quod de terra crudeliter auferre conati sunt: & falsos deos inciperēt persequi, quorum causa cultores dei ueri fuerant antea persecuti.

Quod etiam per hæreticorum dissensiones fides catholica roboretur. LI

V IDENS autē diabolus templa dæmonum deseri, & in nomen liberātis mediatoris currere genus humanum: hæreticos mouit, qui sub uocabulo Christiano doctrinę resisterent Christianę, quasi possent indifferēter sine ulla correptione haberi in ciuitate dei, sicut ciuitas cōfusionis indifferēter habuit philosophos inter se diuersa & aduersa sentiētes. Qui ergo in ecclesia Christi morbidum aliquid, prauumq; sapiunt, [a] si correpti ut sanum rectumq; sapiant, resistūt cō-

tumaciter

tumaciter: suaq́ pestifera & mortifera dogma ta emendare nolunt, sed defensare persistunt: hæretici fiunt, & foras exeuntes, habẽtur in exercentibus inimicis. etiam sic quippe ueris illis catholicis membris Christi malo suo prosunt, dum deus utitur & malis bene, & diligentibus eum omnia cooperantur in bonum. Inimici enim omnes ecclesiæ quolibet errore cæcentur, uel malitia deprauentur: si accipiũt potestatem corporaliter affligendi, exercent eius patientiã: si tantummodo male sentiendo aduersantur, exercent eius sapientiam: ut autem etiam inimici diligantur, exercent eius beneuolentiam, aut etiam beneficẽtiam, siue suasibili doctrina cum eis agatur, siue terribili disciplina. Ac per hoc diabolus princeps impiæ ciuitatis, aduersus peregrinantem in hoc mundo ciuitatem dei uasa propria commouendo, nihil ei nocere permittitur. Cui proculdubio & rebus prosperis consolatio, ut non frangatur aduersis: & rebus aduersis exercitatio, ut non corrumpatur prosperis, per diuinam prouidentiam procuratur: atque ita temperatur utrunq́ ab alterutro, ut in Psalmo illam uocem non aliunde agnoscamus exortam: Secundum multitudinem dolorũ meorum in corde meo, consolationes tuæ iocundauerunt animam meam. Hinc est & illud Apostoli: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Nam & id quod ait idem doctor: Quicunque uolũt in Christo pie uiuere, persecutionem patiuntur, nullis putandum est deesse posse temporibus: quia & cum ab eis qui foris sunt, nõ sæuientibus uidetur esse tranquillitas, & reuera est plurimumq́ consolationis affert maxime infirmis: non tamen desunt, imò multi sunt intus qui corda pie uiuentium suis perditis moribus cruciant: quoniam per eos blasphematur Christianum & catholicũ nomen. Quod quãto charius est eis, qui uolunt pie uiuere in Christo, tanto magis dolent, quod per malos intus positos fit, ut minus quàm piorum mentes desiderant, diligatur. Ipsi quoq́ hæretici, cũ Christianum cogitantur habere nomẽ, & sacramenta Christiana, & scripturas, & professionẽ, magnum dolorẽ faciunt in cordibus piorum: quia & multi uolentes esse Christiani, propter eorũ dissensiones hæsitare coguntur, & multi maledici etiam in his inueniunt materiam blasphemandi Christianum nomen: quia & ipsi quoquo modo Christiani appellantur. His atque huiusmodi prauis moribus & erroribus hominũ persecutionẽ patiuntur qui uolunt in Christo pie uiuere, etiam nullo infestante, neque uexante corpus illorũ. Patiuntur quippe hanc persecutionem non in corporibus, sed in cordibus. Vnde illa uox est: Secundum multitudinem dolorum meorũ in corde meo. Non enim ait, in corpore meo. Sed rursus quoniã cogitantur immutabilia diuina promissa, & quod ait Apostolus: Nouit dominus, qui sũt eius: quos enim præsciuit, & prædestinauit [b] cõformes fieri imaginis filij sui: ex eis perire nullus potest. ideo sequitur in illo Psalmo: Consolationes tuæ iocundauerũt animam meam. Dolor autẽ ipse, qui fit in cordibus piorum, quos persequuntur mores Christianorum malorũ siue falsorũ, prodest dolentibus: quoniam de charitate descendit, qua eos perire nolũt, nec impedire salutem aliorum. Denicq́ magnæ consolationes fiunt etiam de correctionibus eorum, quæ piorũ animas tanta iocunditate perfundunt, quãtis doloribus de sua perditione cruciauerant. Sic in hoc seculo [c] in his diebus malis, non solũ à tempore corporalis præsentiæ Christi & Apostolorum eius, sed ab ipso Abel, quem primum iustum impius frater occidit, & deinceps usq́ ad huius seculi finem, inter persecutiões mundi, & cõsolationes dei peregrinãdo procurrit ecclesia.

B. VIVES

Si correpti ut sanum.] Admonendi sunt hæretici, ut melius sapiant: & ab ecclesia ex doctrina sana docendi, parum esse Christiana quæ affirment: quod si audire nolint ecclesiam, non minus ipsi contumacia sua sibi oberunt, q̃ scelestis opinionibus. b Conformes fieri imaginis filij sui.] Fieri, nõ habetur in alijs exemplaribus, nec est apud Paulum, Græce ὁτι δὲ προέγνω προώρισεν, συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. c De numero persecutionum.] Hoc in alijs libris non habetur: & plane apparet ex annotatione marginis inductum fuisse in contextum.

An credendum sit, quod quidam putant, impletis decem persecutionibus quæ fuerunt, nullam superesse, præter undecimam, quæ in ipso Antichristi tempore sit futura. Cap. LII

PROINDE ne illud quidem temere puto esse dicendum siue credendũ, quod nonnullis uisum est, uel uidetur, nõ amplius ecclesiam passuram persecutiones usq́ ad tẽpus Antichristi, quàm quot iam passa est, id est decem: ut undecima, eademq́

eademq́ nouissima sit ab Antichristo. [a] Primã quippe cõputant à Nerone quæ facta est, [b] secũdam, à Domitiano, tertiã à Traiano, [c] quartã ab Antonino, [d] quintã à Seuero, [e] sextã à Maximino, [f] septimã à Decio, [g] octauã à Valeriano, [h] nonã ab Aureliano, [i] decimã à Diocletiano et Maximiano. [k] Plagas eñ Aegyptiorũ, quoniã decẽ fuerũt, antẽq́ inde exire inciperet populus dei, putant ad hũc intellectũ esse referẽdas, ut nouissima Antichristi persecutio similis uideatur undecimę plagę, qua Aegyptij, dũ hostiliter persequerentur Hebræos, in mari rubro populo dei per siccũ trãseũte, perierũt. Sed ego illa re gesta in Aegypto, istas persecutiões prophetice significatas esse nõ arbitror: quãuis ab eis, qui hoc putãt, exquisite, & ingeniose illa singula his singulis cõparata uideãtur: nõ prophetico spiritu, sed cõiectura mentis humanæ, quę aliquãdo ad uerum peruenit, aliquãdo fallitur. Quid enim, qui hoc sentiũt, dicturi sunt de persecutione, qua ipse dominus crucifixus est? In quo eam sunt numero posituri? Si autẽ hac excepta exístimãt cõputandũ, tanquã illæ numerandæ sint, quæ ad corpus pertinẽt, non qua ipsum caput est appetitũ & occisum: quid agent de illa, quæ posteaq́ Christus ascendit in cœlum, Hierosolymis facta est, ubi beatus Stephanus lapidatus est, ubi Iacobus frater Ioãnis gladio trucidatus est, ubi Apostolus Petrus ut occideretur inclusus est, & per angelum liberatus: ubi fugati, atq́ dispersi de Hierosolymis fratres: ubi Saulus, qui postea Paulus Apostolus factus est, uastabat ecclesiã: ubi ipse quoq́ iam fidem, quã persequebatur euangelizãs, qualia faciebat, est passus, siue per Iudęam, siue per alias gentes, quacũq́ Christũ feruentissime prędicabat? Cur ergo eis à Nerone uidetur ordiendũ, cũ ad Neronis tẽpora inter atrocissimas persecutiones, de quibus nimis longũ est cuncta dicere, Ecclesia crescẽdo peruenerit? Quod si à regibus factas persecutiones in numero existimant esse debere, [l] rex fuit Herodes, qui etiã post ascensum domini grauissimã fecit. [m] Deinde quid respondent etiã de Iuliano, quẽ non numerant in decẽ? An ipse non est ecclesiam persecutus, [n] qui Christianos liberales literas docere ac discere uetuit? [o] Sub quo Valentinianus maior, qui post eũ tertius impator fuit, fidei Christianæ cõfessor extitit, militiaq́ priuatus est? [p] Vt omittã quæ apud Antiochiã facere cœperat, nisi unius fidelissimi, & constantissimi iuuenis, qui cũ multis, ut torquerentur apprehẽsis, per totũ diem primus est tortus, inter ungulas cruciatusq́ psallentis libertatẽ atq́ hilaritatem miratus exhorruisset, & in cæteris deformius erubescere timuisset. [q] Postremo nostra memoria Valens supradicti Valẽtiniani frater Arrianus, nõne magna persecutiõe per orientis partes catholicã uastauit ecclesiã? Quale est aũt nõ cõsiderare Ecclesiã per totũ mũdum fructificantẽ atq́ crescentẽ, posse in aliquibus gẽtibus persecutionẽ pati à regibus, & quãdo in alijs nõ patitur? Nisi forte nõ est persecutio computanda, [r] quãdo rex Gothorũ in ipsa Gothia persecutus est Christianos crudelitate mirabili, cũ ibi non essent nisi catholici, quorũ plurimi martyrio coronati sunt: sicut à quibusdã fratribus, qui tũc illic pueri fuerãt, & se ista uidisse incũctãter recordabãtur, audiuimus. [s] Quid modo in Persida? Nõne ita in Christianos ferbuit persecutio, si tamen iam quieuit, ut fugientes inde nõnulli usq́ ad Romana oppida peruenerint? Hæc atq́ huiusmodi mihi cogitanti, nõ uidetur esse definiẽdus numerus persecutionũ, quibus exerceri oportet Ecclesiã. Sed rursus affirmare aliquas futuras à regibus, præter illam nouissimã, de qua nullus ambigit Christianus, non minoris est temeritatis. Itaq́ hoc in medio relinquimus, neutram partẽ quęstionis huius astruentes, siue destruentes, sed tantummodo ab affirmãdi quod libet horum audaci præsumptione reuocantes.

L. VIVES

PRimam quippe cõputãt à Nerone, quæ facta est.] De his persecutiõib. Ecclesiæ Euseb. in ecclesiastica historia. Huius sub Nerone meminerũt Sueto. Trãquillus, & Tacitus. Ille sic inqt in Neroẽ: Afflicti supplicijs Christiani, genus hominũ superstitiõis nouæ, ac maleficæ. Tacitus sic li. xv. Ergo abolẽdo rumori Nero subdidit reos & èxquisitissimis pœnis affecit, quos p flagitia inuisos uulgus Christianos appellabat. Autor nominis eius Christus, qui Tyberio imperitãte p procuratorẽ Põtium Pilatũ supplicio affectus erat: repressaq́ in præsens exitiabilis superstitio rursus erũpebat, nõ modo p Iudæã originẽ eius mali, sed p urbẽ etiã, quo cũcta undiq́ atrocia, aut pudẽda cõfluũt, celebranẽ q́. Igit̃ primo correpti, q fatebanẽ: deinde indicio eorũ multitudo ingẽs haud perinde in crimine incẽdij, q̃ odio humani generis cõuicti fũt: & pereũtib. addita ludibria, ut ferarũ tergis cõtecti laniatu canũ interirẽt, aut crucib. affixi, aut flammãdi, aut ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentẽ. Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat. Et Circẽse ludicrũ edebat habitu aurigæ p̃mistus plebi, uel circulo insistẽs. Vnde, q̃q̃ aduersus sontes, & nouissima exẽpla meritos, miseratio oriebat, tanq̃ nõ utilitate publica, sed in sæuitiã unius absumerentẽ. Hæc Tacitus. O uesanos Tacite & Trãquille: an uero uobis parricida Iuppiter, & flagitijs omnib. impuratus deus uidẽt, nõ uidẽt sanctissimus Christus? & ad innocentiã cõspirare maleficiũ uocatis dignosci odio ducitis, & quibus noceat, qui in leges iurarũt, quarũ caput est nemini nocere, bene & uelle & facere uniuersis. Si nostras leges non legistis, cur dãnatis inauditos? sin legistis, cur improbatis eas

Tranquilli & Taciti de Christianis uerba

eas uirtutes, quas uos scriptis uestris in cœlum admirabundi uehitis? b Secundã à Domitiano.] Persecutio cœpta à Nerone cessauit Vespasiano principe, qui Christianos quietos permisit agere. Patris exẽplum secutus est Titus. At Domitianus ille Caluus Nero, ut per omnia esset Neronis similis, ne hoc quidem eius uoluit prætermittere. Ita Ioannem in Pathmos insulam ex Sporadibus relegauit. Hæc Domitiani, & tertia Traiani eadem sunt: nam cœpta sub Domitiano usq; ad Traianum peruenerat, qui Neruæ successit, quum hic Domitiano, fuissetq; in imperio plus paulo quàm annum. Extat Plinij Iunioris Asiam regentis ad Traianum epistola, qua illum consulit, quid censeat Christianis faciendum, in quis nullum uideret crimẽ tantis supplicijs dignum. operæpreciũ est uerba ipsius Plinij audire. Affirmabant hanc fuisse summam uel culpæ suæ, uel erroris, q essent soliti stato die ante lucẽ conuenire, carmẽq; Christo quasi deo dicere secum inuicem: seq; sacramento non in scelus aliquod obstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositũ appellati abnegarent. Quibus peractis morem sibi discedendi fuisse, rursus coeundi ad capiẽdum cibum, promiscuum tamen & innoxium. Quod ipsum facere desiisse post ædictum meum, quo secundum mandata tua hetærias esse uetueram. Tum commemorat q̃ late serpat sensim, peruageturq; Christianum nomen, & q̃ incipiant deseri ac frigere templa, parumq; ad uictimarios redire lucri. Huic Traianus sic respondet: Traianus Plinio S. Actum, quem debuisti mi Secunde, in excutiendis causis eorum, qui Christiani ad te delati fuerant, secutus es: neq; enim in uniuersum aliquid, quod quasi certam formam habeat, constitui potest: conquirendi non sunt. si deferantur, & arguant, puniendi sunt: ita tamen, ut qui negauerit se Christianum esse, idq; re ipsa manifestum fecerit, id est supplicando diis nostris, quamuis suspectus in præteritum fuerit, ueniam ex pœnitentia impetret. Sine autore uero propositi libelli nullo crimine locum habere debent: nam & pessimi exempli, nec nostri seculi est. Vale. [illegible] Hac persecutione martyr effectus est Symeon Cleophæ filius secundus Hierosolymitanus Episcopus. c Quartã ab Antonino.] Hadrianus enim ex animo Christianis fauit, sed occulte. Quin & molitum ferũt, ut Christus pro deo reciperetur, templaq; in eũ usum erexisse: deterritũ tamẽ cõsilio quorundam, qui affirmabant fore ut cultus omnis deorum periret, si id fieret, quod de Christo cogitabat. Tum & Antoninus Pius epistola & decreto suo Christianos subleuauit. Itaq; Antoninus hic, qui Ecclesiam uexari fiuit, fuit philosophus is, qui cum Antonino Vero imperauit De hoc tempore sic Euseb. in temporibus: Persecutione orta in Asia Polycarpus & Pionius fecere martyriũ: quorum scriptæ quoq; passiones feruntur. Plurimi in Gallia gloriose ob Christi nomen interfecti: quorum usque in præsentem diem condita libris certamina perseuerant. Admotus est per idem tempus extremo supplicio Iustinus philosophus, ut idem Euseb. lib. iiij. Eccl. hist. narrat. d Quintam à Seuero.] Septimius Seuerus Aphrica oriũdus ad imperium sola felicitate peruenit: homo asper & sæuus: Christianos fieri sub graui pœna uetuit, ut Aelius Spartianus scribit. Afflixit Christianos per Aegyptum totam, & præcipue in Thebaide. ut inquit Euseb. lib. v. Eccl. hist. Occisus est hac tempestate Alexander Hierosolymitanus Episcopus. e Sextã à Maximino.] Maximinus Thrax patre Gotho, & matre Alana barbarus fuit natione, barbarus & corpore, moribus, animo. Ex gregario milite ob corporis robur nactus honores castrenses. Dehinc fauore militari occiso Alexandro Mammeæ filio ad imperium euectus est, homo superbia & crudelitate maxima. De hoc Euseb. Maximinus aduersus ecclesiarum sacerdotes persecutionem facit, uelut ipsi causa essent Christianæ religionis. f Septimam à Decio.] Decius è Bubalia inferioris Pannoniæ, bello ciuili, quod cum Philippo imperatore gessit, eo uicto princeps factus, odium in Christianos auxit, quod eis fauere uidebat Philippus. Ideo illos exquisitis supplicijs affecit: in qua persecutione diuus Laurentius igne excoctus est, ut ait Eutropius. & tamen uno tantum imperauit anno, quid facturus, si diutius? Martyr etiã tunc fuit Fabianus Pont. Ro. g Octauam à Valeriano.] Tribus annis post Decium principatũ obtinuit Valerianus infelicissimus Imperator, quem Sapor rex Persarum in Mesopotamia cepit: & eo usus est uelut scamno ad conscendendum equum. Cæsar cum Valeriano fuit Gallienus, sub quibus ut fuerũt inertes & segnes, mirum nõ est cõcidisse Ro. imperiũ. In hac persecutiõe martyrio ornatus est diuus Cyprianus Carthaginensis episcopus. h Nonam ab Aureliano.] Gallieno Claudius, huic Quintillus, Quintillo Aurelianus successit Dacus, magna in bellis felicitate, sed immani animo, & cruoris humani sitientissimo, necessarius imperio, cætera inamabilis, ne suis quidẽ charus, à quibus occisus est iter faciens inter Byzantium & Heraclæam, i Decimam à Diocletiano & Maximiano.] Diocletianus Dalmata Salonis natus bellis principum ad imperium ascendit. Maximianum Herculeum Augustum fecit, ut bella commodius administrarẽtur quæ undiq; erumpebant uaria, & grauia. Astutus uir Diocletianus, & quum natura esset in sæuitiem propensa, animum suum explebat, reiecta in alium inuidia. Maximianus barbarus, & ingenio inciuili, asperitatem animi etiam uultu ostendebat, minister sæuitiæ Diocletiani. Diocletianus eo impotẽtiæ uenit, ut adorari se ut deum iusserit, pedemq; suum osculari, quum antea manũmos esset: ecclesiam persecutus est, & decimonono anno imperij sui in diebus Paschæ templa omnia subuerti iussit, & Christianos occidi. Persecutio Decij fuit maxima, sed hæc sæuissima. k Plagas enim Aegyptiorum quoniam decẽ fuerunt.] Sic Orosius putat li. septimo.
l Rex fuit Herodes.] Non hic est sub quo natus est dominus, sed eius filius, sub quo mortẽ obijt. m Quid respondent etiam de Iuliano.] Hunc uulgo apostatã uocant, quasi desertorem: nam prima ætate, quum Christi sacris esset imbutus mox princeps ad idola se uertit, & Christianos astutissime insectatus est: nam à cruore abstinuit, & non Christianorum corpora occidere, sed ex eorum animis Christũ reuellere miris artibus technisq; attentabat, quod est genus persequendi omnium efficacissimum, & perniciosissimum. Ita effectum est, ut plures hac calamitate absceſſerint ab ecclesia, quàm ulla alia superiore. n Qui Christianos liberales literas docere.] Libellus est Senecæ de studijs liberalibus, in quo sic esse illa dicta ait, q̃ hominem liberũ faciant, hoc est fortem, & magnanimum, quod proprium est sapientiæ, quæ tamen inter liberalia studia numerari non solet: itaq; studia liberalia uirtutem dare non possunt, sed animum ad eam accipiendam præparare. Posidonius quatuor artium genera ponebat: sunt uulgares & sordidæ, sunt ludicræ, sunt pueriles, sunt liberales: genera omnium ratiões ac species enumerat docte Politianus in Panepistemonte. Seneca grammaticam & mathematicas artes inter liberales ponit. Cicero & ueteres dicẽdi artem, in qua sunt dialectica, & rhetorica, inter præcipuas statuerunt. Vera est ars scientia bonorum & malorum, cui quæ artes seruiunt, liberales dicuntur: idcirco nec pictura liberalis est ars, non magis quàm statuaria, uel marmoraria, accæteræ luxuriæ administratræ: æque lucratrix & tota oleo lutoq; constans scientia ab hac sede liberalitatis expellitur. Salustius agriculturam & uenationem, quam nunc nõ modo inter liberas, sed inter nobiles

Liberales artes

biles & patritias prima in sede nobiles nostri locant, seruiles uocat. Sed de his hactenus. Porrò Prohæresius Cæsarienſis sophista, quum maxima gloria uenisset Athenas, exceptus ingenti multitudinis plausu, frequentissimo theatro orationẽ habuit extemporalem: cui Iulianus cõcesſit, ut ipse solus Christianos docere posset: sed eruditus homo indignatus tam atrox & iniquũ principis edictũ, scholã reiecit non sine studiosorum permagno dolore. o Sub quo Valentinianus maior.] Iulia no Iouianus, huic Valentinianus succeſsit, Pãnonius ex Tribuno Scutariorum Augustus à militibus salutatus: qui quum sub Iuliano, inquit Eutropius, Christianitatis integram fidem gereret, iussus ab Imperatore sacrilego, aut immolare idolis, aut militia excedere, sponte discesſit: nec mora Iuliano interfecto Iouianoq; mortuo Valentinianus, qui pro nomine Christi amiserat tribunatum, in locum persecutoris sui accepit imperiũ. Eutropius hæc. Maior Valentinianus dicitur, quod alter fuit minor eius filius, qui cum Gratiano fratre imperauit, postea cum Theodosio magno. p Vt omittã quæ apud Antiochiam.] Quum iussi à Iuliano Christiani sepulchrum Babylæ martyris alio transferre, psalmum audiente principe canerent, cuius est initium, in exitu Israel de Aegypto, accensus Iulianus duci eos frequentes postridie ac torqueri iussit. Salustius erat præfectus cui negocium mandauerat, primumq; Theodorũ quendam iuuenem arripuit, cui uarijs tormentorum generibus admotis, iuuenis fronte alacri atq; hilari ab initio lucis ad horam undecimã perstitit, hymnum psalmũq; suauissime cantillans, quem pridie cecinerat ecclesia: quod ubi Salustius uidit, reddi custodiæ imperauit, & ipse ad principem admirabundus peruenit, dehortans ne torquere Christianos pergeret, illis gloriæ, ipsi principi ignominiæ ac dedecoris plenum futurũ: & ordine audita Iulianus ab incepto destitit. Eum Theodorũ Eusebius testificatur se Antiochiæ cõuenisse, quæsisseq; an in eculeo doleret? minime uero inquit ille: nam ponẽ me assistebat iuuenis in alba ueste, qui subinde frigidã mihi suffundebat, & sudorem sudario candidissimo detergebat, ita ut graue potius fuerit, quum illinc detrahe rer. Macte esto tam admiranda uirtute iuuenis memoria seculorũ omniũ dignissime, nobisq; propitius & benignus effice, ut æmulari te & iuuenes, & senes exoptemus. q Nostra memoria Valens.] Augustino iuuene Valens Arrhianæ hæresis fautor, lege lata, ut monachi militarent, nolentes per tribunos & milites iussus iussit interfici, quorum tum erat ingens numerus in solitudinibus Aegypti. Eusebius, Eutropius, & Horosius r Quãdo rex Gothorũ in ipsa Gothia.] Hæc post Valentis necem ardente illic Arriana factione. s Quo modo in Perside.] Augustini temporibus sæuitũ est in Christianos atrociter à rege Persarum Gororane: cuius initium dedit Abdas Episcopus sanctissimus, dirutis ignis maximi apud Persas dei templis: ut Cassiodorus lib. x. hist. tripar. narrat. Fuit & ante non parua Sapore rege Persarũ, Cõstantino uero principe Romano.

De tempore nouissimæ persecutionis occulto Caput LIII

ILLAM sanè nouissimam persecutionem, quę ab Antichristo futura est, præsentia sua ipse extinguet Iesus. Sic enim scriptum est, quod eum interficiet spiritu oris sui & euacuabit illuminatione præsentiæ suæ. Hic quæri solet, quãdo istud erit? importune omnino. Si eñ hoc nobis nos se prodesset, à quo melius q̃ ab ipso deo magistro interrogantibus discipulis diceretur? Non enim siluerũt inde apud eũ, sed à præsente quæsierũt dicentes: "Domine, si hoc in tẽpore repræsentabis regnum Israel?" At ille: Nõ est, inquit, uestrum nosse tẽpora, quæ pater in sua posuit potestate. Nõ utiq; illi de hora uel die uel anno sed de tẽpore interrogauerãt, quãdo illud accepere respõsum. Frustra igitur annos, qui huic seculo remanẽt, cõputare ac definire conamur, cũ hoc scire nõ esse nostrum ex ore ueritatis audiamus. Quos tamẽ alij quadringẽtos, alij quingẽtos, alij etiã mille ab ascẽsione dñi usq; ad eius ultimũ aduentũ cõpleri posse dixerũt. Quẽadmodũ autẽ quisq; eorũ astruat opinionẽ suam, longũ est demõstrare, & nõ necessariũ. Conijcturis quippe utuntur humanis, nõ ab eis certũ aliquid de scripturę canonicæ autoritate profertur. Omniũ uero de hac re calculantiũ digitos resoluit, & quiescere iubet ille qui dicit: Nõ est uestrũ scire tẽpora, quæ pater in sua posuit potestate. "Sed hęc quia euãgelica sentẽtia est, mirũ nõ est nõ ea repressos fuisse deorũ multorũ falsorũq; cultores, quo minus fingerẽt dęmonum respõsis, quos tanquã deos colunt, definitũ esse quanto tẽpore mãsura esset religio Christiana. Cũ enim uiderẽt, nec tot tãtisq; persecutiõib. eã potuisse cõsumi, sed his potius mira incremẽta sũpsisse, excogitauerũt nescio quos uersus Grecos tanq̃ consulenti cuidã diuino oracullo effusos, ubi Christũ quidẽ ab huius tanq̃ sacrilegij crimine faciũt innocentẽ: Petrũ autẽ maleficia fecisse subiũgunt, ut coleretur Christi nomẽ per cccl xv. annos, deinde cõpleto memorato numero annorũ, sine mora sumeret finẽ. O hominũ corda doctorũ, ò ingenia literata digna credere ista de Christo, quæ credere nõ uultis in Christũ, quod eius discipulus Petrus ab eo magicas artes nõ didicerit: sed ipso innocẽte, tamẽ eius discipulus maleficus fuerit, nomẽq; illius, q̃ suũ coli maluerit magicis artibus suis, magnis laboribus & periculis suis, postremo etiam effusione sanguinis sui. Si Petrus maleficus fecit, ut Christũ sic diligeret mundus, quid fecit innocens Christus, ut eum sic diligeret Petrus? Respondeant igitur sibijpſi, & si possunt intelligãt illa superna gratia factum esse, ut propter æternam uitam Christum diligeret mundus: qua gratia factum est, ut propter ęternam uitam ab illo accipiendam, & usq; ad temporalem mor-

tem pro illo patiendā Christū diligeret Petrus. Deinde isti dij qui sūt, qui possunt ista prædicere, nec possunt auertere, ita succūbētes uni malefico & uni sceleri magico, quo puer, ut dicūt, [d] anniculus occisus, et dilaniatus, et ritu nefario sepultus est, ut sectā sibi aduersariā tā prolixo tēpore cōualescere, tot tātarūq; persecutionū horrēdas crudelitates nō resistēdo, sed patiēdo superare, & ad suorū simulachrorū, templorū sacrorū oraculorū euersionē peruenire permitterēt? Quis postremo est deus, nō noster utiq;, sed ipsorū, qui uel illectus tāto scelere, uel impulsus est ista prestare? Nō enim alicui dæmōi, sed deo dicūt illi uersus, hęc Petrū arte magica definisse. Talem deum habent, qui Christum non habent.

L. VIVES

a Domine si hoc in tēpore repræsentabis.] Vulgo restitues, & sic ipse alibi citat. Græce ἀποκαθιστάνεις. b Non est, inquit, uestrū nosse.] Curiositates superuacaneas, & nihil profutura hominib. refellit, sibiq; soli futurorū cognitionē reseruat. Eant nunc siue Mathematici, siue diuinaculi quilibet, & pauidæ plebeculæ, crassisq; purpuratis admirabūdis definiāt tēpora, & articulos, q̃bus hic cursus rerū ordoq; cessaturus est: atq; etiā si dijs placet, Christo ipso docēte, se id profiteanť facere, qui charissimis discipulis seuere responderit, nihil hominibus cum scientia negocij tam reconditi & arcani. Et tamen nulla res est, de qua liberius homines mentianť, q̃ de uēturis, quoniā nihil nos audimus libentius, etiā si mentiri sciamus. ita fauor in eos noster, qui futura iactāt prædicere, licentiā eorū iritat, & alit. Vsq; adeo in re mirabili uel uoluisse dicere, mirandū ducimus. c Quia Euangelica sententia est.] Nam & Christi, & ab Euangelista conscripta: ideo ad Euangelium uideť pertinere. Et profecto ascensio domini ad Euangeliū pertinet, & fuisset illud caput actuū Apostolorum reliquo Lucæ Euāgelio additū, nisi ipse idē præfatione sua seiūxisset. d Quo puer, ut dicūt, anniculus occisus.] Infāticidia solita obijci Christianis ostēdit Tertullianus in apologetico, qui id crimen falsissimū atq; impudentissimū purgat: quanquā Cataphryges & Pepuziani duo hominū genera hæresis cum primis perditæ ac desperatæ, infantis tenellū corpus soliti erant per omnia membra cōpungere, ut sic expresso sanguine farina maceraretur, qua cōficerent panem in eucharistiæ usum, ut Augustinus ad Quoduultdeum narrat. Simile quiddam Euchetæ & Gnostici faciebāt, ad dæmones pellēdos, ut legitur apud Michaelem Psellum. Sed hæc tam sunt semper habita Christiana q̃ magicæ artes, & dæmonum colendorum ritus.

Infanticidia olim Christianis obiecta

De stultissimo mēdacio Paganorū, quo Christianam religionem nō ultra trecentorum sexagintaquinq; annorum māsuram spatium esse finxerunt. Cap. LIIII

HAEC atq; huiusmodi multa colligerem, si nōdum annus iste transisset quē diuinatio ficta promisit & decepta uanitas credidit. Cum uero ex quo nominis Christi cult⁹ per eius in carne pręsentiā, & per Apostolos institutus est, ante aliquot annos anni trecēti sexagintaquinq; cōpleti sint, quid aliud quærimus unde ista falsitas refellatur? Vt enim in Christi natiuitate huius rei non ponamus initiū, quia infans & puer discipulos nō habebat, tamē quādo habere cœpit, procul dubio tūc innotuit per eius corporalē præsentiā doctrina et religio Christiana, id est post eaquā in fluuio Iordane ministerio Ioannis est baptizatus. Propter hoc enī de illo prophetia illa pręcesserat: Dominabitur à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos orbis terræ. Sed quoniā priusq; passus esset, & resurrexisset à mortuis, nondū fides fuerat definita, in resurrectione quippe Christi definita est: nam sic apostolus Paulus Atheniēsibus loquitur, dicēs: Iam nunc annunciat hominibus, omnes ubiq; agere pœnitentiā: eo quod statuit diē iudicare orbē in æquitate, in uiro, in quo definiuit fidem omnibus, resuscitās illū à mortuis: melius in hac quæstione soluēda inde initiū sumimus: præsertim quia tūc datus est etiā spiritussanctus, sicut eū darī post resurrectionē Christi oportebat in ea ciuitate, ex qua debuit incipere lex secūda, hoc est testamentū nouū. Prima enim data fuit lex in mōte Sina per Moysen, quod testamentum uocatur uetus. De hac aūt quæ per Christū data est, prædictū est: Ex Siō lex prodiet, & uerbū domini ex Hierusalē. Vnde & ipse per omnes gentes dixit prædicari oportere in nomine suo pœnitentiā, sed tamen incipiētibus ab Hierusalem. Ibi ergo exorsus est huius nominis cultus, ut in Christū Iesum, qui crucifixus fuerat, & resurrexerat, crederetur. Ibi hæc fides tam insignibus initijs incāduit, ut aliquot hominū milia in Christi nomē mirabili alacritate cōuersa, uenditis suis rebus, ut egenis distribuerētur, proposito sancto & ardētissima charitate ad paupertatem uoluntariā peruenirēt, atq; inter frementes & sanguinē sitiētes Iudæos se usq; ad mortem pro ueritate certare, nō armata potētia, sed potētiore patiētia prępararēt. Hoc si nullis magicis artibus factū est, cur credere dubitant eadē uirtute diuina per totū mundum idem fieri potuisse qua hoc factū est? Si aūt ut Hierosolymis sic ad cultū nominis Christi accēderetur tanta hominū multitudo, quæ illum in cruce, uel fixerat prensum, uel riserat fixū, iam maleficiū illud fecerat Petrus, ex ipso anno quærendū est, quando trecēti sexagintaquinq; cōpleti sint. [a] Mortuus est

ergo Christus duobus Geminis cōsulibus, octauo Cal. Aprilis. Resurrexit tertia die, sicut Apostoli suis etiam sensibus probauerunt. Deinde post quadraginta dies ascēdit in cœlū: post decem dies, id est quinquagesimo post suam resurrectionē die misit spiritum sanctū. Tūc tria millia hominū Apostolis eū prædicantibus crediderūt. Tūc itaq; nominis illius cultus exortus est, sicut nos credimus, & ueritas habet, efficacia spiritussancti: sicut autē finxit uanitas impia uel putauit, magicis artibus Petri. Paulopost etiam signo mirabili facto, quando ad uerbum ipsius Petri quidam mēdicus ab utero matris ita claudus, ut ab alijs portaretur, & ad portam templi, ubi stipē peteret, poneretur, in noīe Iesu Christi saluus exiliuit, quinq; milia hominū crediderūt. Ac deinde alijs atq; alijs accessibus credentium creuit ecclesia. Ac per hoc colligitur etiā dies ex quo annus ipse sumpsit initiū, scilicet quādo missus est spiritussanctus, id est per idus Maias. Numeratis proinde cōsulibus, trecēti sexagintaquinq; anni reperiūtur impleti, per easdem idus Maias, [b] consulatu Honorij & Eutychiani. Porrò sequēti anno, [c] cōsule Mālio Theodoro, quando iam secundū illud oraculū dęmonum, aut figmentū hominū, nulla esse debuit religio Christiana, quid per alias terrarū partes forsitan factū sit, nō fuit necesse perquirere. Interim quod scimus, in ciuitate notissima & eminētissima Carthagine Aphricæ Gaudentius & Iouius comites Imperatoris Honorij, quarto decimo calēdas Aprilis falsorū deorū templa euerterūt, & simulachra fregerūt. Ex quo usq; ad hoc tēpus [d] per triginta fermè annos, quis nō uideat quantum creuerit cultus nominis Christi, præsertim posteaquā multi eorū Christiani facti sunt, qui tanquā uera illa diuinatione reuocabantur à fide, eāq; cōpleto eodem annorū numero inanē irridendāq; uiderūt? Nos ergo qui sumus uocamurq; Christiani, nō in Petrū credim⁹, [e] sed in quē credidit Petrus: Petri de Christo ædificati sermonibus, nō carminibus uenenati: nec decepti maleficijs, sed beneficijs eius adiuti. Ille Petri magister Christus in doctrina, quæ ad uitam ducit æternā, ipse est & magister noster. Sed aliquando iam claudamus hunc librum, hucusq; differētes, & quantū satis uisum est demonstrantes, quis nam sit duarū ciuitatū cœlestis atq; terrenæ ab initio usq; in finē permixtarū mortalis excursus. Quarū illa quæ terrena est, fecit sibi quos uoluit, uel undecūq;, uel etiam ex hominibus falsos deos, quibus sacrificando seruiret. Illa autē quæ cœlestis peregrinatur in terra, falsos deos nō facit, sed à uero deo ipsa fit, cuius uerum sacrificiū ipsa sit. Ambæ tamen temporalibus, uel bonis pariter utūtur, uel malis pariter affliguntur, diuersa fide, diuersa spe, diuerso amore, donec ultimo iudicio separentur, & percipiat unaquæq; suum finem, cuius nullus est finis. De quibus ambarū finibus deinde differendum est.

L. VIVES

Mortuus est ergo Christus duobus Geminis consulibus.] Principio cōstat Christum mortuū imperio Tyberij Cæsaris. Lucas Euangelista baptisma Ioanis, & initium prædicationis domini in xv. Tyberij Cæsaris annum refert. Erit ergo eius mors anno xviij. aut etiā xix. nā tribus annis dominus Iesus ad populos de regno dei disseruit. Idem Hieronymus & Eusebius in Chronicis, qui etiam testimonia affert Ethnicorum de terræmotu & defectu solis eodē ipso anno: nam Phlegon Olympiadum scriptor sic ait. Quarto autē anno ccij. Olympiadis, qui fuit principatus Tyberij xviij. magna & excellens inter omnes, quæ ante eam acciderant, defectio solis est facta. Dies hora sexta ita in tenebrosam noctē uersus, ut stellæ cœlo uisæ sint, terræq; motus in Bithynia, Nicenæ urbis multas ædes subuertit. At duo Gemini, scilicet Rubellius Geminus & Fusius Geminus, quibus cōsulibus Augustinus ex Lactātij sententia dicit dominū esse crucifixū, nō xviij. sed xv. principatus Tyberij cōsules fuerunt: idq; præterquā quod ex v. Taciti uolumine facile colligi potest, ipse etiam Lactātius fateť lib. iiii. ca. x. cui suffraganť Orosius, Eutropius, & Tertullianus, eo quintodecimo anno Christum affixum esse cruci narrantes. quod si xviij. annus magis placet, obierit mortem Christus Serg. Galba, qui post imperauit & Lucio Sylla coss. nam sextodecimo anno cōsules fuerunt Trio & Regulus, xvij. Gn. Domitius & Camillus Scribonianus. b Consulatu Honorij & Euticiani.] His cōsulibus Gothi & Alani, & cæteræ feræ gētes in Italiam Stilicone impulsore sunt ingressæ. Fuit enim quartus consulatus Honorij Augusti. Hoc factum in sequentem annum Prosper reijcit Stilicone & Aureliano coss. c Socium accepisset Honorius consulem Manlium Theodorum.] Alibi sic: porrò sequenti anno consule Manlio Theodoro. apud Aurelium Cassiodorum in digestione consulum, quamuis mēdosa, post annum Honorij iiij. & Eutychiani coss. sequiť annus Manlij & Theodori coss. Claudianus unum hominem facit, ut hic Augustinus Manlium Theodorum, in cuius consulatum elegantissimum cecinit panegyricum, & significat illum non tum primum factum consulem. Prosper huius consulatum ante Honorium iiij. consulem ponit, puto in tempore esse mendum quemadmodum in scriptura, sic enim legendus is locus: Manlio Theodoro secundum cōsule. cum hoc cōsulatum inierat Eutropius Eunuchus qui mox honore & uita exutus est. Sic ille. Itaq; fieri potest ut & Eutropij nomē sit ex fastis expunctum, & collega non sit Manlio suffectus: quāquam per illa tempora cepit creari unus consul. d Per triginta ferme annos.] Vsq; tertium annum imperij Theodosii iunioris. e Sed in quem credidit Petrus.] Paulus primæ ad Corinthios iii. Quis est enim Paulus? quis Apollos? ministri per quos credidistis.

ELENCHVS CAPITVM
IN DIVI AVRELII AVGVSTINI DE CIVITATE DEI LIBRVM XIX.

1 Quod in quæstione quam de finibus bonorum & malorum philosophica disputatio uentila uit, ducentas octoginta & octo sectas esse Marcus Varro perspexerit.
2 Quomodo remotis omnibus differentijs, quæ non sectę sed quæstiones sunt, ad tripertitam summi boni definitionem Varro perueniat, quarum tamen una sit eligenda.
3 De tribus sectis summum hominis bonum quærentibus, quam eligendam Varro definiat, sequens ueteris Academiæ Antiocho autore sententiam.
4 De summo bono & summo malo quid Christiani sentiãt cõtra philosophos, qui summum bonum in se sibi esse dixerunt.
5 De sociali uita, quæ cum maxime expetenda sit, multis offensionibus sæpe subuertitur.
6 De errore humanorum iudiciorum cum ueritas latet.
7 De diuersitate linguarum, qua societas hominum dirimitur: & de miseria bellorũ etiam quæ iusta dicuntur.
8 Quòd amicitia bonorũ secura esse nõ possit, dũ à periculis prę sentis uitæ trepidari necesse sit.
9 De amicitia sanctorum angelorum, quæ homini in hoc mundo nõ potest esse manifesta propter fallaciã dæmonũ, in quos inciderunt, qui multos sibi deos colendos putauerunt.
10 Quis fructus sanctis de superata huius uitæ tentatione paratus sit.
11 De beatitudine pacis æternæ, in qua sanctis finis est, id est uera perfectio.
12 Quod etiam bellantium sæuitia, omnesq; hominum inquietudines ad pacis finẽ cupiant peruenire, sine cuius appetitu nulla natura sit.
13 De pace uniuersali, quæ inter quaslibet perturbationes priuari non potest lege naturę, dũ sub iusto iudice ad id quisq; peruenit ordinatione, quod meruit uoluntate.
14 De ordine ac lege siue cœlesti, siue terrena, per quam societati humanæ etiam dominãdo consulitur, & consulendo seruitur.
15 De libertate naturali, & de seruitute, cuius prima causa peccatum est, qua homo malæ uoluntatis etiamsi non est mancipium alterius hominis, seruus est propriæ libidinis.
16 De æquo iure dominandi.
17 Vnde cœlestis societas cum terrena ciuitate pacem habeat, & unde discordiam.
18 Quàm diuersa sit Academiæ nouæ ambiguitas à constantia fidei Christianæ.
19 De habitu & moribus populi Christiani.
20 Quòd ciues sanctorum in huius uitæ tempore spe beati sint.
21 An secundum definitiones Scipionis, quæ in dialogo Ciceronis sunt, unquam fuerit Romana respublica.
22 An uerus sit deus cui Christiani seruiunt, cui soli debeat sacrificari.
23 Quæ Porphyrius dicat oraculis deorum responsa de Christo.
24 Qua definitione constet populi & reipublicæ nuncupationem recte sibi non solum Romanos, sed etiam regna alia uendicare.
25 Quod non possint ibi ueræ esse uirtutes, ubi non est uera religio.
26 De pace populi alienati à deo, qua utitur ad pietatẽ pop. dei, dũ in hoc peregrinus est mũdo.
27 De pace seruientium deo, cuius perfecta trãquillitas in hac tẽporali uita nõ potest apprehẽdi.
28 In quem finem uenturus sit exitus impiorum.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
EPISCOPI AD MARCELLINVM
DE CIVITATE DEI LIBER XIX

Quòd in quæstione quam de finibus bonorum & malorum philosophica disputatio uentilauit, ducẽtas octoginta & octo sectas esse Marcus Varro perspexerit. Caput 1

VONIAM de ciuitatis B utriusq; terrenæ scilicet & cœlestis debitis finib. deinceps mihi uideo disputandum, prius exponenda sunt quantum operis huius terminandi ratio patitur, argumenta mortalium, quibus sibijpsi beatitudinem facere in huius uitæ infelicitate moliti sunt: ut ab eorũ rebus uanis spes nostra quid differat, quam deus nobis dedit, & res ipsa, hoc est uera beatitudo quam dabit, non tantum autoritate diuina, sed adhibita etiam ratione, qualem propter in- C fideles possumus adhibere, clarescat. De finib. enim bonorum & malorum multa & multipliciter inter se philosophi disputarũt, Quã quæstionem maxima intentione uersantes, inuenire conati sunt quid efficiat hominem beatum.

Illud eñ est finis boni nostri, propter quod appetenda sunt cætera, ipsum autem propter seipsum: & illud finis mali, propter quod uitanda sunt cætera, ipsum autem propter seipsum. Finem ergo boni nunc dicimus, non quo cõsumatur, ut non sit, sed quo perficiatur, ut plenum sit: & finem mali non quo esse desinat, sed quo D usq; nocẽdo perducat. Fines itaq; isti sunt, summum bonum, & summum malum. De quibus inueniendis atq; in hac uita summo bono adipiscendo, uitando autem summo malo, multũ, sicut dixi, laborauerunt, qui studium sapientiæ in huius seculi uanitate profesi sunt: nec tamen eos quamuis diuersis errantes modis, naturæ limes intantum ab itinere ueritatis deuiare permisit, ut non alij in animo, alij in corpore, alij in utroq; fines bonorum ponerẽt & malorum. Ex qua tripertita uelut generalium distributione sectarũ, Marcus Varro in libro De philosophia tam multam dogmatum uarietatem diligenter & subtiliter scrutatus aduertit, ut ad cclxxxviij. sectas, nõ quæ iam essent, sed quæ esse possent, adhibens quasdam differentias facillime perueniret. Quod ut breuiter ostendam, inde oportet incipiam, quod ipse aduertit, & posuit in libro memorato: Quatuor esse quædã, quæ homines sine magistro, sine ullo doctrinæ admiculo, sine industria uel arte uiuendi, quæ uirtus dicitur, & proculdubio discitur, uelut naturaliter appetũt: aut uoluptatem, qua delectabiliter mouetur corporis sensus: aut quietem, qua sit ut nullam molestiam quisque corporis patiatur, aut utranque, quam tamen uno nomine uoluptatis Epicurus appellat: aut uniuersaliter prima naturæ, in quibus & hæc sunt, & alia: uel in corpore, ut membrorũ integritas, & salus atq; incolumitas eius: uel in animo, ut sũt ea quæ uel parua, uel magna in hominum reperiuntur ingenijs. Hæc igitur quatuor, id est uoluptas, quies, utrũq;, prima naturę, ita sunt in nobis, ut uel uirtus, quã postea doctrina inserit, propter hæc appetẽda sit: aut ista propter uirtutẽ, aut utraq; propter seipsa: ac per hoc fiunt hinc duodecim sectæ. Per hanc enim rationem singulæ triplicantur, quod cum in uno demonstrauero, difficile non erit id in cęteris inuenire. Cum ergo uoluptas corporis, animi uirtuti aut subditur, aut præfertur, aut iungitur, tripertita uariatur diuersitate sectarum. Subditur autem uirtuti, quãdo in usum uirtutis assumitur. Pertinet quippe ad uirtutis officium, & uiuere patriæ, & propter patriam filios procreare, quorum neutrũ fieri potest sine corporis uoluptate. Nam sine illa nec cibus potusq; sumitur, ut uiuatur, nec concumbitur, ut generatio propagetur. Cum uero præfertur uirtuti, ipsa appetitur ppter seipsam. Virtus autem assumenda creditur propter illam: id est ut nihil uirtus agat, nisi ad cõsequendam uel conseruãdam corporis uoluptatem, quæ uita deformis est quidem quippe ubi uirtus seruit dominæ uoluptati, quãuis nullo modo hęc dicenda sit uirtus. Sed tamẽ etiam ista horribilis turpitudo quosdam philosophos patronos, &

defensores suos habuit. Virtuti porrò uoluptas A iũgitur, quando neutra earũ propter alterã, sed propter seipsas ambæ appetũtur. Quapropter sicut uoluptas uel subdita, uel prælata uel iuncta uirtuti tres sectas facit, ita quies, ita utraq; ita prima naturæ alias ternas inueniũtur efficere. Pro uarietate quippe humanarum opinionũ uirtuti aliquando subduntur, aliquando præferuntur, aliquãdo iungũtur, [d] ac sic ad duodenariũ sectarũ numerũ peruenitur. Sed iste quoq; numerus duplicatur adhibita una differentia, socialis uidelicet uitę: quoniam quisquis sectatur aliquã istarum duodecim sectarum, profecto aut propter se tantum id agit, aut etiam propter sociũ, B cui debet hoc uelle, quod sibi. Quocirca duodecim sunt eorum, qui propter se tantummodo unamquamq; tenendam putant: & aliæ duodecim eorum, qui non solum propter se sic uel sic philosophandũ esse decernunt, sed etiam propter alios, quorum bonum appetũt sicut suum. Hæ autẽ sectæ uigintiquatuor iterum geminãtur, addita differẽtia [e] ex Academicis nouis, & fiunt quadragintaocto. Illarum quippe uiginti quatuor, unamquãq; sectarũ potest quisq; sic tenere ac defendere ut certam, quemadmodum defenderũt Stoici, quod hominis bonum, quo C beatus esset, in animi tantũmodo uirtute consisteret. Potest alius ut incertã, sicut defenderunt Academici noui: quod eis etsi nõ certum, tamen uerisimile uidebatur. Vigintiquatuor ergo siũt per eos, qui eas uelut certas propter ueritatẽ, & aliæ uigintiquatuor per eos qui easdem uelut incertas propter uerisimilitudinẽ sequendas putant. Rursus, quia unamquãq; istarum quadraginta octo sectarum potest quisq; sequi habitu cæterorũ philosophorum, [f] Itemq; potest alius habitu Cynicorum, ex hac differẽtia duplicantur, & nonaginta sex fiunt. Deinde quia earum D singulas quasq; ita tueri homines possunt atq; sectari, ut aut ociosam diligãt uitam, sicut hi qui tantummodo studijs doctrinæ uacare uoluerunt, atque ualuerunt: aut negociosam, sicut hi, qui cum philosopharentur, tamen administratione reipublicæ, regendisq; rebus humanis occupatissimi fuerunt: aut ex utroq; genere temperatã, sicut hi qui partim erudito ocio, partim necessario negocio, alternãtia uitæ suæ tempora tribuerũt: propter has differẽtias potest etiã triplicari numerus iste sectarum, & ad ducẽtas octogintaocto perduci. Hæc de Varronis libro quãtum potui breuiter ac dilucide posui, sententias eius meis explicans uerbis. [g] Quomodo autem refutatis cæteris unam eligat, quam uult esse Academicorum ueterum, quos à Platone institutos [h] usq; ad Polemonem, qui ab illo quartus eius scholam tenuit, quæ Academia dicta est, habuisse certa dogmata uult uideri: & ob hoc distinguit ab Academicis nouis, quibus incerta sunt omnia, quod philosophiæ genus ab Archesila cœpit successore Polemonis: eãq; sectam, id est ueterum Academicorũ sicut dubitatione, ita omni errore carere arbitretur: longum est per omnia demõstrare, nec tamẽ omni exparte res omittẽda est. Remouet ergo prius illas omnes differentias, quæ numerum multiplicauere sectarum: quas ideo remouendas putat, quia non in eis est finis boni. Neq; enim existimat ullam philosophiæ sectã esse dicendam, [k] quæ non eo distet à cæteris, quod diuersos habeat fines bonorum & malorum: quandoquidem nulla est homini causa philosophãdi, nisi ut beatus sit. Quod autem beatum facit, ipse est finis boni. Nulla est igitur causa philosophãdi, nisi finis boni. Quamobrẽ quæ nullũ boni finẽ sectatur, nulla philosophiæ secta dicenda est. Cum ergo quæritur de sociali uita, utrum sit tenenda sapienti, ut summum bonum, quo fit homo beatus, ita uelit, & curet amici sui, quẽadmodum suum, an suæ tantummodo beatitudinis causa faciat quicquid facit: non de ipso summo bono quæstio est, sed de assumendo uel nõ assumendo socio ad huius participationem boni, non propter seipsum, sed propter eundem socium, ut eius bono ita gaudeat, sicut gaudet suo. Item cum quæritur de Academicis nouis, quibus incerta sunt omnia, utrũ ita sint res habendæ, in quibus philosophãdum est, an sicut alijs philosophis placuit certas eas habere debeam: non quæritur, quid in boni fine sectandum sit, sed de ipsius boni ueritate, quod uidetur sectandum, utrum sit, nec ne dubitandũ: hoc est, ut id planius eloquar, utrum ita sectandum sit, ut qui sectatur, dicat esse uerum: an ita, ut qui sectatur dicat uerum sibi uideri, etiam si forte sit falsum, tamen uterq; sectetur unũ atque idem bonum. In illa etiam differentia quæ adhibetur ex habitu & consuetudine Cynicorum, non quæritur quisnam sit finis boni, sed utrũ in illo habitu & consuetudine sit uiuendum ei, qui uerum sectatur bonum, quodlibet ei uerũ uideatur esse atq; sectandum

sectandum. Denique fuerunt, qui cum diuersa A sequerentur bona finalia, alij uirtutem, alij uoluptatem, eundem tamen habitum & cõsuetudinem tenebant, ex quo Cynici appellabãtur. Ita illud quicquid est, unde philosophi Cynici discernũtur à cæteris, ad eligendum ac tenendum bonũ, quo beati fierẽt, utique nil ualebat. Nam si aliquid ad hoc interesset, profecto idem habitus eundem finem, sequi cogeret, & diuersus habitus eundem sequi finem non sineret.

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI IN XIX librum de Ciuitate dei, Diui Aurelij Augustini commentarij.

Q Væ uirtus dicitur, & proculdubio discit.] Magna est inter ueteres disceptatio, discatúrne uirtus, alijs natura dari bonis, negari malis affirmantibus: alijs eam usu doctrinaq; percipi. Plato interdum his accedere, interdum illis uidetur: sed haud dubiũ quin uirtutẽ & natura ex se non praua, & præcepta, & exercitatio & instituant & perficiant: quæ ueteres dixerunt φύσιν, λόγον, καὶ ἄσκησιν, quæ sic sunt in uirtute necessaria, ut in artibus, ut etiam in frugibus, in quibus opus est pinui solo, bonis seminibus, & agricolæ diligentia. Plutarchi libellus est, uel potius schedula περὶ διδακτοῦ ἀρετῆς. b Quam tamen uno nomine uoluptatis Epicurus.] Non solum iucundum illum & delectabilem sensum nominat Epicurus uoluptatem, sed etiam aduersi illius asperi & molesti uacuitatem. Cicero primo De finibus, uerbis Torquati Voluptas Epicuræi: Nam quoniam quum priuamur dolore, ipsa liberatione & uacuitate omnis molestiæ gaudemus. Omne autem id, quo gaudemus, uoluptas est, ut omne quo offendimur, dolor: doloris omnis priuatio recte est nominata uoluptas. c Vniuersaliter prima naturæ.] Ista sunt Stoicis frequẽtia, & penè propria, de quis multa uarijs locis apud Ciceronem mentio. d Ac sic ad duodenarium sectarum numerum.] Multo plures conficerentur sectæ, si omitteretur in aliqua ratione summi boni uirtus: tum uoluptas conferretur quieti, & primis naturæ, deinde quies primis naturæ: sed nullus fuit tam perditæ philosophus frontis, ut tametsi uoluptatem in fastigio locaret bonorũ, uirtutem tamẽ ab illa uelut sede felicitatis excluderet. e Ex Academicis nouis.] Sequitur uulgatam hac de re opinionem: nam ipse Varro apud Ciceronem dicit hanc Archesilæ Academiam uideri sibi ueterem à Socrate institutam, à Platone confirmatam, & literis mandatam. Eusebius libro decimoquarto Præpara. Euang. tertiam Carneadis Academiam addit, quæ media uocatur: aliter Laertius, qui ueterem Academiam Platoni, mediam Archesilæ, nouam Lacydæ huius discipulo attribuit. f Itemq; potest alius habitu Cynicorum.] Huius sectæ fundator Antisthenes discipulus fuit Socratis, homo in primis à uoluptate auersus, quales ferè fuerunt qui dicti sunt Cynici: & si nonnulli cultu simili uoluptatibus dediti fuere, de quibus Origenes sentit, quum in Exodum scribens, Cynomiam Cynicorum sectæ comparat, quæ ad reliquas deceptiones suæ improbitatis etiam uoluptatem, & libidinem summum prædicãt bonum. quod miror si de tota Cynicorum secta in uniuersum dicat: illa præsertim antiqua, cui erat illud prouerbium in ore frequens: Malim insanire quàm uoluptate perfrui. & fieri potest ut Hieronymus Origenem secutus, Aristippum & Cynicos faciat assertores uoluptatis in Ecclesiasten: quo loco nos pro Cynicis Cyrenaicos emendauimus, certe uetiore sensu, quàm si Cynicos legas. Illud annotandum, quòd Cynicam uitæ rationem Diogenes Laertius non sectæ modum quendam esse ait, ut quidam putarunt, sed ueram & iustam sectam.

g Quomodo autem refutatis cæteris.] Hos autem solos Cicero quinto De finibus, probauit, alijs reiectis, quorum sententia non multum ab Aristotelica abest, immo ferè est eadem: quippe Aristoteles in libris Moralibus optima quæq; ex Platone magistro sumpsit.

h Vsque ad Polemonem qui ab illo quartus.] Platoni successit Speusippus sororis eius filius: huic uiuenti adhuc, sed morbis contuso, & fracto, Xenocrates, Xenocrati Polemo, qui Athenien. fuit prima adolescentia luxui & libidini deditus, unica oratione à Xenocrate ad meliorem frugem adductus, magnusq; sapientiæ assectator factus. Valerius Maximus hunc in exemplum affert mutationis morum. Fuit & Polemo Helladicus Iliæus, cuius historiam interdum citauimus. Fuit etiam Polemo Laodicæus Sophista. i Ab Archesilao cœpit.] Hic fuit ex Pitane ciuitate Aeoliæ, quemmore Socratis disputasse semper in utranq; partem ferunt, nullumq; reliquisse suorum studiorum monumentum, & in hoc quoq; Socratem imitatũ. Cicero Archesilam nominat, & sic est in antiquis Augustini codicibus.

k Quæ non eo distet à cæteris, quod diuersos habeat fines.] Inter ueteres philosophos sic constabat, ut de tota philosophiæ ratione dissentiret, qui de summo bono non assentiretur.

Quomodo remotis omnibus differentijs, quæ nõ sectę, sed quæstiones sunt, ad tripartitã summi boni definitionem Varro perueniat, quarum tamen una sit eligenda. Cap. II

I N tribus quoque illis uitæ generibus, uno scilicet non segniter, sed in contemplatione uel inquisitione ueritatis ociosо, altero in gerendis rebus humanis negociosо, tertio ex utroq; genere temperato, cum quæritur quid horum sit potius eligendum, non finis boni habet controuersiam: sed quid horum trium difficultatem, uel facilitatem afferat ad consequendum, ue retinendum finem boni, id in ista quæstione uersatur. Finis enim boni, cum ad eum quisque peruenerit, protinus beatũ facit. In ocio autem literato, uel in negocio publico, uel quando utrũque uicibus agitur, non continuo quisque beatus est. Multi quippe in quolibet horũ triũ possunt uiuere, & in appetendo boni fine, quo fit homo beatus, errare. Alia est igitur quæstio de finibus bonorum & malorũ, quæ unam quamq; philosophorum sectã facit: et alię sunt

quæstiones de sociali uita,de cunctatione Academicorum,de uestitu & uictu Cynicorum,de tribus uitæ generibus ocioso, actuoso, & ex utroq; modificato,quarũ nulla est in qua de bonorum & malorũ generibus disputatur. Proin de quoniam Marcus Varro has quatuor adhibens differentias,id est ex uita sociali,ex Academicis nouis,ex Cynicis,ex isto uitæ genere tripertito ad sectas ducentas octogintaocto peruenit,& si quę alię possunt similiter adiici,remotis eis omnibus,quoniam de sectando summo bono [a]nullam inferunt quæstionem,& ideo sectæ nec sunt,nec uocandæ sunt:ad illas duodecim,in quibus quæritur quid sit bonum hominis,quo assecuto sit beatus, ut ex eis unam ueram,cæteras falsas ostendat esse,reuertitur. Nã remoto illo tripertito genere uitæ, duæ partes huius numeri detrahuntur,& sectæ nonaginta sex remanẽt. Remota uero differentia ex Cynicis addita,ad dimidiũ redigũtur,& quadragintaocto fiunt. Auferamus etiã quod ex Academicis nouis adhibitũ est,rursus dimidia pars remanet,id est uigintiquatuor. De sociali quoque uita quod accesserat similiter auferatur, & duodecim sunt reliquæ,quas ista differẽtia,ut uigintiquatuor fierẽt,duplicauerat. De his ergo duodecim nihil dici potest,cur sectæ nõ sint habendæ. Nihil quippe aliud in eis quæritur, q̃ finis bonorũ & malorũ. Inuentis aũt bonorum finibus,profecto econtrario sunt malorũ. Hæ autẽ ut fiãt duodecim sectę, illa quatuor triplicãtur, uoluptas,quies,utrunq;,[b] & prima naturę, quæ primigenia Varro uocat. Hæc quippe quatuor dum singillatim uirtuti aliquãdo subduntur,ut nõ propter seipsa,sed propter officiũ uirtutis appetenda uideãtur:aliquando præferũtur,ut nõ propter seipsa,sed propter hæc adipiscẽda uel cõseruanda necessaria uirtus putetur: aliquãdo iungũtur,ut propter seipsa & uirtus,& ista appetenda credãtur:quaternariũ numerum triplũ reddunt,& ad duodecim sectas perueniunt. Ex illis autẽ quatuor rebus Varro tres tollit, uoluptatẽ scilicet & quietẽ & utrunq;:non quod eas improbet,sed quod primigenia illa naturæ, & uoluptatẽ in se habeãt,& quietẽ. Quid ergo opus est ex his duabus tria quædã facere,duo scilicet cũ singillatim appetũtur uoluptas aut quies,et tertiũ cum ambę simul,quãdoquidem prima naturæ;& ipsas, & præter ipsas alia multa cõtineant? De tribus ergo sectis ei placet diligẽter esse tractandũ,quę nam sit potius eligenda. Nõ enim uerã pluſquã unã uera ratio esse permittit,siue in his trib. sit,siue alicubi alibi, quod post uidebimus. Interim de his tribus quomodo unã Varro eligat,quantũ breuiter apertéq; possumus,disseramus. Istæ nempe tres sectę ita fiunt:cum uel prima naturæ propter uirtutem, uel uirtus propter prima naturæ,uel utraq;, id est & uirtus, & prima naturæ propter seipsa sunt expetenda.

L VIVES

[a] Nullam inferunt quæstionem.] Nam & si admini culari uidentur summo bono usu suo recto uel secus, de ratione tamẽ illius neutiquã sunt. [b] Et prima naturæ, quæ primigenia Varro uocat.] Hæc Cicero dicit esse incolumitatem conseruationẽq; omnium partium, ualetudinem, sensus integros, doloris uacuitatem, uires, pulchritudinem, cæteraq; generis eiusdem, quorũ similia sunt prima in animis, quasi uirtutũ igniculi & semina: quæ adolescere si liceret, nec à prauis opinionibus ceu spinis succrescentibus præfocarẽtur, ipsa nos ad beatam uitam perducerent. Prima naturæ

De tribus sectis summũ hominis bonum quærentibus, quam eligendam Varro definiat, sequens ueteris Academię Antiocho autore sententiã. III

QVID ergo istorum trium sit uerum atq; sectandũ,isto modo persuadere conatur. Primũ quia summũ bonũ in philosophia nõ arboris, non pecoris,nõ dei,sed hominis quæritur,quid sit ipse homo quęrendũ putat. Sẽtit quippe in eius natura duo esse quędã,corpus & animã,& horũ quidẽ duorũ melius esse animã,lõgeq; præstabilius oẽino nõ dubitat. Sed utrũ anima sola sit homo,ut ita sit ei corpus tanq̃ equus equiti,quęrendũ putat. [d] Eques enim nõ homo & equus,sed solus homo est:ideo tamẽ eques dicitur,quod aliquo modo se habeat ad equũ. An corpus solũ sit homo,aliquo modo se habẽs ad animã,sicut poculũ ad potionẽ:non enim calix & potio,quam continet calix, [b] simul dicitur poculum,sed calix solus,ideo tamen quod potioni continendæ sit accommodatus. An uero nec anima sola,nec solum corpus,sed simul utrunque sit homo, cuius pars sit una, siue anima, siue corpus, ille autem totus ex utroque constet ut homo sit: sicut duos equos iunctos bigas uocamus, quorum siue dexter, siue sinister pars est bigarum,unum uero eorũ quoquo modo se habeat ad alterũ,bigas nõ dicimus, sed ambos simul. Horũ autem trium hoc eligit tertium,hominem

minemq; nec animã solam,nec solum corpus, sed animam simul & corpus esse arbitrabatur. Proinde summum bonũ hominis,quo fit beatus,ex utriusq; rei bonis cõstare dicit, & animæ scilicet & corporis. Ac per hoc prima illa naturę propter seipsa existimat esse expetẽda,ipsamq; uirtutem,quam doctrina inserit uelut artem uiuendi,quæ in animæ bonis est, excellentissimũ bonum. [c] Quapropter eadem uirtus,id est arsagendæ uitæ,cum acceperit prima naturæ quæ sine illa erant,sed tamen erant etiam quãdo eis doctrina adhuc deerat,omnia propter seipsam appetit,simulq; etiã seipsam:omnibusq; simul & seipsa utitur,eo fine ut omnibus delectetur atq; perfruatur, [d] magis minusq;, ut quæq; inter se maiora atque minora sunt, tamen omnibus gaudens,& quædã minora,si necessitas postulat,propter maiora uel adipiscenda uel tenẽda contemnens. [e] Omnium autem bonorũ uel animi uel corporis nihil sibi uirtus omino ponit. Hæc enim bene utitur & seipsa, & cæteris quæ hominem faciunt beatum bonis. Vbi uero ipsa non est,quãlibet multa sint bona, nõ bona eius sunt, cuius sũt:ac per hoc nec eius bona dicẽda sunt, cui male utenti utilia esse nõ possunt. Hæc ergo uita hominis,quæ uirtute, & alijs animi & corporis bonis,sine quibus uirtus esse non potest,fruitur,beata esse dicitur. Si uero & alijs,sine quibus esse uirtus potest,uel ullis uel pluribus, beatior. Si autem prorsus omnibus,ut nullum omnino bonum desit, uel animi uel corporis,beatissima. Non enim hoc est uita quod uirtus:quoniam non omnis uita, sed sapiens uita uirtus est:& tamen qualiscunq; uita sine ulla uirtute potest esse,uirtus uero sine ulla uita nõ potest esse. Hoc & de memoria dixerim atque ratione,& si quid aliud tale est in homine. Sunt enim hæc & ante doctrinã, sine his autem non potest esse ulla doctrina,ac per hoc nec uirtus,quæ utique discitur. Bene autem currere,pulchrum esse corpore,uiribus ingentibus prævalere,& cætera huiusmodi talia sunt,ut & uirtus sine his esse possit,& ipsa sine uirtute bona sunt:tamen & secundum istos etiã ipsa propter seipsam diligitur uirtus,utiturq; illis & fruitur,sicut uirtutẽ decet. [f] Hãc uitam beatã etiam socialem perhibent esse, quæ amicorum bona propter seipsa diligat sicut sua,eisq; propter seipsos hoc uelit quod sibi:siue in domo sint,sicut coniunx,& liberi quicunque domestici: siue in loco,ubi domus eius est,sicuti est urbs, ut sunt hi,qui ciues uocantur:siue in orbe toto, ut sunt gentes,quas ei societas humana coniungit: siue in ipso mundo,qui censetur nomine cœli & terę,sicut esse dicũt deos,quos uolunt amicos esse homini sapienti, quos nos familiarius angelos dicimus. De bonorum autem & econtrario malorum finibus negant ullo modo esse dubitandum,& hanc inter se & nouos academicos affirmant esse distantiã,nec corũ interest quicquã, siue Cynico,siue alio quolibet habitu & uictu, in his finibus quos ueros putant quisque philosophetur. Ex tribus porrò illis uitæ generibus ocioso,actuoso,& quod ex utroque compositũ est,hoc tertium sibi placere asseuerant. Hæc sensisse atque docuisse Academicos ueteres Varro asserit,autore [g] Antiocho magistro Ciceronis & suo,quem sanè Cicero in pluribus fuisse stoicum,q̃ ueterem academicum uult uideri. Sed quid ad nos, qui potius de rebus ipsis iudicare debemus,quàm pro magno de hominib.quid quisque senserit scire?

L. VIVES

[a] Eques enim non homo & equus, sed solus homo est.] At Gellius, Marcellus, Macrobius, & Seruius docent equitem pro equo accipi,afferuntq; Ennium,an non quadrupedes equites equitare,vij. annalium:& ibidem,denicq; ui magna quadrupes eques atq; elephanti proiiciunt sese:& Verg lib. iij. Atq; equitẽ docere sub armis insultare solo. Omnes eñ antiqui scriptores,ait Macrobius li. vi. Sat. ut hominẽ equo insidẽtem,ita equũ quũ portaret hominẽ,equitẽ uocarũt:& equitare nõ hominẽ tantũ,sed & equum quoq; dixerũt. Eques

[b] Simul dicit poculum.] Est etiã poculum id quod potatur,præsertim apud poetas: ut apud Vergiliũ primo Georg. Poculaq; inuẽtis Acheloia miscuit uuis. Poculum

[c] Qua propter eadem uirtus,id est ars agendæ uitæ.] Hæc ex igniculis illis, & uelut seminibus nascitur & adolescit, quæ indita nobis esse dicunt à natura, quæ uirtus quũ uel perfecta est, uel adulta, adiungit secum illa prima naturæ corporis, animiq;, & ijs uelut comitibus instructa efficit beatitudinem, per se expetendam, ut est sententia Academicorum, rationẽq; uitæ bonorum omnium cumulatione absolutã: quæ omnia si quis fuse cupit uidere explicata, Aristotelem adeat in libris moralibus: aut si apertius atque elegantius, Ciceronem v. De finibus, nisi ex Platone istorum omnium fonte malit petere, maiore quidem labore,sed certe purius & uberiore fructu.

[d] Magis minusq;,ut quæq;.] Magis enim expetenda sunt animi bona q̃ corporis,& inter bona corporis magis ualetudo quàm robur, magis integritas sensuũ quàm pernicitas pedum. [e] Omnium autem bonorum uel animi uel corporis.] Probe enim se nouit ipsa uirtus,nec arrogantia hæc est eius, sed sapientia, qua uidet id, quod est, nihil se præstantius inueniri. [f] Hanc uitã beatã etiã socialẽ.] Stoici beatã uitã uersaturã in re publica dicũt,sed quẽadmodum hoc intelligẽdum sit, explicat Seneca in libello De uita beata. nã quũ respublicas duas Stoici faciãt:alterã magnã & uere publicã, qua dii atq; homines continent, qui est mũdus uniuersus: alterã, cui nos ascripsit cõditio nascẽdi, ut Athenięses

ſes, aut Carthaginẽſes: ſunt qui reipublicæ maiori dent operam, ut qui in contemplatione rerum pulcherrimarum ſunt toti, alii minori, ut qui in actione uitæ, quæ ad illam ciuitatem pertinet, in qua ſumus nati: alii utriq; adde quod uir ſapiens beatusq; ad rempublicã non accederet, ſi uel ipſa cum non admittat, ſeu propter fortunam, ſeu propter dignitatem, uel corruptiores ſint eius mores, cũ ut emendari poſsint, quæ cauſa Platoni homini nobili ne rempublicam attingeret, prior illa fuit Zenoni, & Chryſippo, aliisq; compluribus. g Antio- Antiochus
cho.] Hic Aſcalonita fuit, docuitq; Ciceronem, Varronem, Lucullum, & alios pleroſq; nobiles Romanos, ſequebaturq; ueterem Academiam, ſed ita ut ad Zenonicam ſectam inclinaret, eamq; non tam Stoicam diſcipli nam nouam uocandam autumabat, cũ antiquæ Academiæ correctionem: idcirco eius Antiochi, & de aliis rebus permultis, & in primis de ſummo bono ſententia Bruto, qui eius fratrẽ Ariſtium audiebat, cæteriſq; Stoicis uehementer probabatur: ac profecto eandem propè esſe Stoicorum & Academicorũ hæreſim diximus aliis libris, uerbis tantum inter ſe diſtare, mutatis perpaucis quibuſdam, quã Antiochus correctionem ueteris diſciplinæ nominabat.

De ſummo bono & ſummo malo quid Chriſtiani ſentiant cõtra philoſophos, qui ſummum bonum in ſe ſibi eſſe dixerunt. Caput IIII

1 ergo quæratur à nobis, quid ciuitas dei de his ſingulis interrogata reſpondeat, ac primum de finibus bonorum malorumq; quid ſentia, tre- c ſpondebit ęternam uitam eſſe ſummum bonũ, æternã uero mortem ſummũ malum: propter illam proinde adipiſcẽdam, iſtamq; uitandam, recte nobis eſſe uiuendum. Propter quod ſcriptum eſt: Iuſtus ex fide uiuit. Quoniam neq; bonum noſtrũ iam uidemus, unde oportet ut credendo quæramus: neq; ipſum recte uiuere nobis ex nobis eſt, niſi credentes adiuuet & orantes, qui & ipſam fidem dedit, qua nos ab illo ad iuuandos eſſe credamus. Illi autem qui in iſta uita fines bonorum & malorum eſſe putauerunt, ſiue in corpore, ſiue in animo, ſiue in utroq; po- D nentes ſummum bonum: atq; ut id explicatius eloquar, ſiue in uoluptate, ſiue in uirtute, ſiue in utraq;: ſiue in quiete, ſiue in uirtute, ſiue in utraque: ſiue in uoluptate ſimul & quiete, ſiue in uirtute, ſiue in utriſq;: ſiue in primis naturæ, ſiue in uirtute, ſiue in utriſq;: hinc beati eſſe, & à ſeipſis beati fieri mira uanitate uoluerunt. Irriſit hoc ueritas per prophetam dicẽtem: Nouit dominus cogitationes hominum, quoniam uanæ ſunt. Vel ſicut hoc teſtimoniũ poſuit apoſtolus Paulus: Dominus nouit cogitationes ſapientium, quoniam uanæ ſunt. Quis enim ſufficit quanto A uis eloquentiæ flumine uitæ huius miſerias explicare? Quam lamentatus eſt Cicero in conſolatione de morte filiæ, ſicut potuit. Sed quantum eſt quod potuit? Ea quippe quæ dicuntur prima naturæ, quando, ubi, quomodo tam bene ſe habere in hac uita poſſunt, ut non ſub incertis caſibus fluctuent? Quis enim dolor contrarius uoluptati, quæ inquietudo cõtraria quieti, in corpus cadere ſapientis non poteſt? Membrorum certe amputatio uel debilitas, hominis expugnat incolumitatem, deformitas pulchritudinem, imbecillitas ſanitatem, uires laſsitudo, mobilitatem torpor, aut tarditas. Ecquid horum eſt, quod nequeat in carnem ſapientis irruere? Status quoq; corporis atq; motus, cum decentes atque congruentes ſunt: inter naturæ prima numerantur. Sed quid ſi aliqua mala ualetudo membra tremore concutiat? Quid ſi uſque ad ponendas in terram manus, dorſi ſpina curuetur, & hominem quodammodo quadrupedem faciat? Nónne omnem ſtatuendi corporis, & mouendi ſpeciem decusq; peruertet? Quid ipſius animi primigenia, quæ appellantur bona, ubi duo prima ponunt propter comprehenſionem, perceptionemq; ueritatis, ſen- c ſum & intellectum? Sed qualis quantusq; remanet ſenſus, ſi ut alia taceã, fiat homo ſurdus & cæcus? Ratio uero & intelligẽtia quo recedet, ubi ſopietur, ſi aliquo morbo efficiatur inſanus? Phrenetici multa abſurda cum dicunt, uel faciunt, plerunque à bono ſuo propoſito, & moribus aliena, immo ſuo bono propoſito moribusq; contraria, ſiue illa cogitemus, ſiue uideamus, ſi digne conſideremus, lachrymas tenere uix poſſumus, aut forte nec poſſumus. Quid dicam de his, qui dæmonum patiuntur incurſus? Vbi habent abſconditam uel obrutam intelli- D gentiam ſuam, quando ſecundum ſuam uoluntatem, & anima eorum & corpore malignus utitur ſpiritus? Et quis cõfidit hoc malum in hac uita euenire non poſſe ſapienti? Deinde perceptio ueritatis in hac carne qualis aut quanta eſt, quando ſicut legimus in ueraci libro Sapiẽtiæ, corpus corruptibile aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem? Impetus porrò uel actionis appetitus, ſi hoc modo recte latine appellatur, [b] ea quam Græci uocant ὁρμὴν, [c] quia & ipſam primis naturę deputant bonis: nónne ipſe eſt, quo geruntur etiam inſanorum illi miſerabiles motus, & facta

facta quæ horremus, quando peruertitur ſenſus, ratioq; ſopitur? Porrò ipſa uirtus, quæ non eſt inter prima naturæ, quoniam eis poſtea doctrina introducente ſuperuenit, cum ſibi bonorum culmen uendicet humanorũ, quid hic agit niſi perpetua bella cũ uitijs: nec exterioribus, ſed interioribus: nec alienis, ſed planè noſtris, et propꝛijs: et maxime illa, [d] quę Græce σωφροσύνη, Latine temperãtia nominatur, qua carnales frenantur libidines, ne in quæ flagitia mentem cõſentientem trahant? Neq; enim nullum eſt uitium, cum ſicut dicit Apoſtolus, Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: cui uitio contraria uirtus eſt, cum ſicut idem dicit: Spiritus concupiſcit aduerſus carnem. Hæc enim, inquit, ſibi inuicem aduerſantur, ut non ea quæ uultis faciatis. Quid autem facere uolumus, cum perfici uolumus fine ſummi boni, niſi ut caro aduerſus ſpiritum non concupiſcat, nec ſit in nobis hoc uitium, cõtra quod ſpiritus concupiſcat? Quod in hac uita quamuis uelimus, quoniam facere nõ ualemus, id ſaltem in adiutorio dei faciamus, ne carni concupiſcenti aduerſus ſpiritum, ſpiritu ſuccumbente cedamus, & ad perpetrandum peccatum noſtra conſenſione pertrahamur. Abſit ergo ut quandiu in hoc bello inteſtino ſumus, iam nos c beatitudinem, ad quã uincendo uolumus peruenire, adeptos eſſe credamus. Et quis eſt uſq; adeo ſapiens, ut contra libidines nullum habeat omnino conflictum? Quid illa uirtus, quæ prudentia dicitur? Nónne tota uigilantia ſua bona diſcernit à malis, ut in illis appetendis, iſtiſq; uitandis nullus error obrepat? Ac per hoc & ipſa nos in malis, uel mala in nobis eſſe teſtatur. Ipſa enim docet nos malum eſſe ad peccãdum conſentire, bonumq; eſſe ad peccandum non conſentire libidini. Illud tamen malum, cui nos non conſentire docet prudentia facit temperan- D tia, nec prudentia nec temperantia tollit huic uitæ. [e] Quid iuſtitia, cuius munus eſt ſua cuique tribuere? Vnde fit in ipſo homine quidam iuſtus ordo naturæ, ut anima ſubdatur deo, & animæ caro, ac per hoc deo & anima & caro. Nónne demonſtrat in eo ſe adhuc opere laborare potius quàm in huius operis iam fine requieſcere? Tanto quippe minus anima ſubditur deo, quanto minus deum in ipſis ſuis cogitationibus concipit: & tanto minus animæ ſubditur caro, quanto magis aduerſus ſpiritum concupiſcit. Quandiu ergo nobis ineſt hæc infirmitas, A hæc peſtis, hic languor, quomodo nos iam ſaluos, & ſi nõdum ſaluos, quomodo iam beatos illa finali beatitudine dicere audebimus? Iam uero illa uirtus, cuius eſt nomen fortitudo, in quam tacunq; ſapientia euidentiſsima teſtis eſt humanorum malorum, quæ compellitur patientia tolerare. Quæ mala Stoici Philoſophi miror qua fronte mala non eſſe contendant: quibus fatentur, [f] ſi tanta fuerint, ut ea ſapiens uel nõ poſsit, uel non debeat ſuſtinere, cogi eum mortem ſibimet inferre, atq; ex hac uita emigrare. Tantus autem ſuperbiæ ſtupor eſt in his hominibus, hic ſe habere finem boni, & à ſeipſis fieri B beatos putantibus, ut ſapiens eorum, hoc eſt qualem mirabili uanitate deſcribunt, [g] etiam ſi excæcetur, obſurdeſcat, obmuteſcat, membris debilitetur, doloribus crucietur: & ſi quid aliud talium malorum dici aut cogitari poteſt, incidat in eum, quo ſibi mortem cogatur inferre: hanc in his malis uitam conſtitutam, eos non pudeat beatam uocare. O uitam beatã, quę ut finiatur, mortis quærit auxiliũ. Si beata eſt, maneatur in ea: ſi uero propter iſta mala fugitur ab ea, quomodo eſt beata? aut quomodo iſta non ſunt mala, quæ uincunt fortitudinis bonum? eandemq; fortitudinem non ſolum ſibi cedere, uerumetiam delyrare compellunt, ut & eandem uitam dicant beatam, & perſuadeant eſſe fugiendam. Quis uſqueadeo cæcus eſt, ut non uideat, quod ſi beata eſſet, fugienda nõ eſſet? [h] Sed ſi propter infirmitatis pondus, qua premitur, hanc fugiendam fatentur: quid igitur cauſę eſt, cur non etiam miſeram fracta ſuperbiæ ceruice, fateantur? Vtrũ obſecro Cato ille patientia, an potius impatientia ſe peremit? Non enim hoc feciſſet, niſi uictoriam Cæſaris impatienter tuliſſet. Vbi eſt fortitudo? Nempe ceſsit, nempe ſuccubuit, nempe uſq; adeo ſuperata eſt, ut uitã beatam derelinqueret, deſereret, fugeret. An nõ erat iam beata? Miſera ergo erat. Quomodo igitur mala non erant, quæ uitam miſeram, fugiendamque faciebant? Quapropter etiam ipſi, qui mala iſta eſſe cõfeſsi ſunt, ſicut Peripatetici, ſicut ueteres Academici, quorum ſectam Varro defendit, tolerabilius quidem loquuntur: ſed eorum quoq; mirus eſt error, quod in his malis, etſi tam grauia ſint, ut morte fugienda ſint, ab ipſo ſibimet illata, qui hæc patitur, uitam beatam tamen eſſe contendunt. Mala ſunt, inquit, tormenta atq; cruciatus corporis: & tanto ſunt peiora

pciora,quanto potuerunt esse maiora: quibus ut careas,ex hac uita fugiendum est. Qua uita obsecro? Hac,inquit,quę tantis aggrauatur malis. Certe ergo beata est in eisdem ipsis malis, propter quæ dicis esse fugiendam: an ideo beata dicis,quia licet tibi ab his malis morte discedere? Quid si ergo in eis aliquo iudicio diuino teneareris,nec permitteareris mori, nec unquam sine illis esse sinereris? Nempe tunc saltem misera talem diceres uitā. Nō igitur propteraa misera nō est,quia cito relinquitur: quandoquidē si sempiterna sit,etiam abs teipso misera iudicatur. Non itaq; propterea quoniam breuis est, nulla miseria debet uideri. aut quod absurdius, quia breuis miseria est,ideo etiam beatitudo appellari. Magna uis est in eis malis,quæ cogunt hominem,secundum ipsos etiam sapientem,sibimet auferre quod homo est: cum dicāt,& uerum dicant,hanc esse naturę primam quodam modo [a]& maximam uocem,ut homo concilietur sibi,& propterea mortē naturaliter fugiat: ita sibi amicus,ut esse se animal,& in hac cōiunctione corporis atq; animæ uiuere uelit, uehementerq; appetat. Magna uis est in eis malis,quibus iste naturę uincitur sensus,quo mors omnimodo omnibus uiribus, conatibusq; uitatur: & ita uincitur, ut quæ uitabatur, optetur, appetatur: & si non potuerit aliunde contingere,ab ipso homine sibimet inferatur. Magna uis est in eis malis, quæ fortitudinem faciūt homicidam,si tamen adhuc dicēda est fortitudo: quæ ita his malis uincitur,ut hominē quē sicut uirtus regendū tuendumq; suscepit, nō modo non possit per patiētiam custodire,sed insuper cogatur occidere. Debet quidem etiam mortē sapiens ferre patienter,sed quæ accidit aliunde. Secundum istos autē si eam sibi ipse inferre cōpellitur, profecto fatendum est eis, non solum mala,sed intolerabilia etiam mala esse,quæ hoc eum perpetrare compellunt. Vita igitur, quæ istorum tam magnorum tamq; grauium malorū aut premitur oneribus aut subiacet casibus, nullo modo beata diceretur, si homines, qui hoc dicunt,sicut uicti malis ingrauescentibus, cum sibi ingerunt mortem, cedunt infelicitati: ita uicti certis rationibus,cum quærunt beatam uitam,dignarentur cedere ueritati, & non sibi putarent in ista mortalitate fine summi esse boni gaudendum: ubi uirtutes ipsæ,quibus hic certe nihil melius atq; utilius in homine reperitur, quanto maiora sunt adiutoria contra uim periculorum,laborū,dolorum,tanto fideliora testimonia miseriarum. Si enim ueræ uirtutes sunt, quæ nisi in eis,quibus uera ineſt pietas,esse non possunt: non se profitentur hoc posse, ut nullas miserias patiantur homines,in quibus sunt. Neque enim mendaces sunt ueræ uirtutes, ut hoc profiteātur: sed ut uita humana,quæ tot & tantis huius seculi malis esse cogitur misera, spe futuri seculi sit beata,sicut & salua. Quomodo eā beata est,quæ nondum salua est? Vnde & Apostolus Paulus non de hominibus imprudentibus,impatientibus,intēperantibus,et iniquis, sed de his qui secundum ueram pietatem uiuerent,& ideo uirtutes quas haberent,ueras haberent,ait: Spe enim salui facti sumus. Spes autē quæ uidetur,non est spes. Quod enim quis uidet,quid sperat? Si autem quod non uidemus, speramus,per patientiam expectamus. Sicut ergo spe salui,ita spe beati facti sumus: & sicut salutem,ita beatitudinem,non iam tenemus præsentem,sed expectamus futuram,& hoc per patientiam: quia in malis sumus,quæ patienter tolerare debemus,donec ad illa ueniamus bona, ubi omnia erunt, quibus ineffabiliter delectemur: nihil erit autem quod iam tolerare debeamus. Talis salus,quæ in futuro erit seculo, ipsa erit etiam finalis beatitudo. Quam beatitudinē isti philosophi, quoniam non uidentes nolunt credere,hic sibi conantur falsissimam fabricare, quanto superbiore,tanto mendaciore uirtute.

L. VIVES

QVam lamentatus est Cicero.] M. Cic. liberos habuit duos, M. filium,& Tulliam filiam: quæ primum Pisoni Frugi Crasipedi denupsit, post Cornelio Dolabellæ, apud quem è partu interiit: cuius mortem impotentissime Tullius accepit. Consolati sunt eum per epistolas Gn. Pōpeius, C. Cæsar, Seruius Sulpitius,& præsentes alij magni uiri quāplurimi: sed quū illi nihil Cicer. uiderentur prodesse, ipse se decreuit consolari. Scripsitq; librum, quē consolationē dixit de filiæ morte: hic inter eius multos desideratos desiderat; meminit tamen ipse illius sæpe,& alij citant non pauci, Porrò in i. Tuscul. quæstio. dicit se luxisse uitam hominū in eo lib. in quo seipsum quantum potuit consolatus est.

b Quā Græci uocant ὁρμὴν.] ὁρμάω est impetu aliquid aggredior,& ὁρμή impetus, aggressio: quod transfertur ad animales appetitus. Suntq; ὁρμαὶ in animis appetitiones, in quas naturæ impulsu ferimur, ut aliquid uel persequamur, uel uitemus: qualis est illa maxima & prima, ut unūquodq; animal seipsum diligat, cupiatq; se conseruare. Idcirco inquirat ea quæ sunt ad uiuendum necessaria,& ea quæ nocitura uidētur, declinet. Stoici has ὁρμὰς non ad quiduis appetendum esse à natura inditas existimabant, sed ad ea quæ naturæ cōformia sunt, nempe bona & expetēda. Sic Cato Stoicus apud Cic. Atq; ut mēbra, inquit, nobis ita data sunt, ut ad quandam rationem uiuendi data esse appareat: sic appetitio animi, quæ ὁρμὴ græce uocatur, nō ad quoduis genus uitæ: sed ad quandam formam uidetur data. c Quia & ipsam primis naturæ deputāt bonis.] Non enim minoris æstimanda est appetitio illa, qua conseruationem nostri omni ratione quærimus, q̄ ingenium ac memoria: Quippe si illa abesset, difficile foret animalia diutius uiuere.

d Σωφροσύνη.] Dixi de hac alibi. e Quid iustitia.] Illa iustitia quæ reddit unicuiq; quod suum est. Nec solum capit distributionem illam & commutationem fortunarū, latissimeq; patet, atq; omnes cōplectit uirtutes: quippe quæ suis quæq; locis reddit, & appetitus nimiū efferentes se imperio rationis subdit,& religionem omnem, pietatemq; docet. f Quibus fatentur, si tāta fuerint.] Sic Cic. ex sententia Stoicorū iij. De finibus, & i. Tuscul. quæst. g Etiam si excæcetur obsurdescat.] Cato Stoicus apud Cic. Sæpe, inquit, officiū est sapientis deficere à uita, quum sit beatissima. Idem multis uerbis uarijs in locis Seneca. h Sed si propter infirmitatis.] In codice Brugeñ. sic: sed si aperta infirmitatis uoce fugiendam fatentur. i Hanc esse naturæ primam quodammodo & maximam uocem.] Cic. i. Officiorū: & iij. & v. De finibus.

De sociali uita,quæ cum maxime expetenda sit,multis offensionibus sæpe subuertitur. Caput v

QVOD autem socialem uitam uolunt esse sapientis,nos multo amplius approbamus. Nam unde ista dei ciuitas,de qua huius operis ecce iam undeuicesimum librum uersamus in manibus,uel inchoaretur exortu,uel progrederetur excursu, uel apprehenderet debitos fines,si non esset socialis uita sanctorum? Sed in huius mortalitatis erumna,quot & quantis abūdet malis societas humana,quis enumerare ualeat? quis æstimare sufficiat? Audiant apud Comicos suos hominē cum sensu atq; consensu omniū hominum dicere: [a]Duxi uxorem, [b]quam ibi miseriam non uidi? nati filij, alia cura. Quid itidem illa,quę in amore uitia cōmemorat idē Terētius: Iniurię, suspitiones,inimicitiæ,bellū,pax rursus: nōne res humanas ubiq; impleuerunt? Nónne hæc & in amicorū honestis amoribus plerunq; contingunt? Nónne his uscq; quaq; plenæ sunt res humanæ,ubi iniurias,suspitiones, inimicitias, bellum, mala certa sentimus? Pacem uero incertū bonū,quoniā corda eorum,cum quibus eam tenere uolumus,ignoramus: etsi nosse hodie possemus,qualia cras futura essent,utiq; nescirem[c]. Qui porrò inter se amiciores solent esse,uel debent,q̄ qui una etiam continētur domo? Et tamen quis inde securus est,cum tanta sæpe mala ex eorum occultis insidijs extiterint: tāto amariora,quanto pax dulcior fuit: quæ uera putata est,cum astutissime fingeretur. Propter quod omniū pectora sic attingit, ut cogat in gemitū, quod ait Tullius: Nullę sunt occultiores insidię, quàm hæ quæ latēt in simulatione officij, aut in aliquo necessitudinis nomine. Nam eū qui palàm est aduersarius, facile cauēdo uitare possis. Hoc uero occultū intestinum ac domesticū malum non solū existit, uerumetiam opprimit, antequā prospicere atq; explorare potueris. Propter quod etiam diuina uox illa: [d]Et inimici hominis,domestici eius,cum magno dolore cordis auditur: quia etsi quisque tam fortis sit, ut æquo animo perferat: uel tam uigilans, ut prouido consilio caueat, quæ aduersus eum molitur amicitia simulata: eorum tamen hominū perfidorum malo, cū eos esse pessimos experitur, si ipse bonus est, grauiter excrucietur necesse est: siue semper mali fuerint, & se bonos finxerint: siue in istam malitiam ex bonitate mutati sint. Si ergo domus commune perfugium in his malis humani generis tuta non est, quid ciuitas, quæ quanto maior est, tanto forum eius litibus & ciuilibus,& criminalibus plenius, etiā si quiescant non solum turbulentæ, uerumetiam sæpius & cruentę seditiones, ac bella ciuilia: à quorum euentis sunt aliquando liberæ ciuitates, à periculis nunquam.

L. VIVES

DVxi uxorem.] Hæc loquitur secum Demea in Adelphis Terentij. b Quam ibi miseriam uidi.] Dicendum, quam ibi miseriam non uidi? Hæc enim interrogatio per negationē melius sensum Demeæ exprimit: & sic legitur apud Terent. c Iniuriæ, suspitiones.] Verba sunt serui Parmenonis ad Phædriā. Sic enim ait: In amore hæc omnia insunt uitia, iniuriæ, suspitiones, inimicitiæ, induciæ, bellum, pax rursum. d Et inimici hominis domestici eius.] Micheæ vij. & eadem uerba seruator noster dixit, Matth. x.

De errore humanorum iudiciorum, cum ueritas latet. Cap. vi

VID ipsa iudicia hominum de hominibus, quæ ciuitatibus in quantalibet pace manētibus, deesse nō possunt, qualia putamus esse q̄ misera, q̄ dolenda: quādoquidem hi iudicant, qui conscientias eorum, de quibus iudicant, cernere nequeunt? Vnde sæpe coguntur [a]tormentis innocentium testium ad alienam causam pertinentem quærere ueritatem. Quid cum in sua causa quisq; torquetur: & cum quæritur utrum sit nocens, cruciatur: [b]& innocens luit pro incerto sce-

lere certissimas pœnas: nō quia illud commisisse detegitur, sed quia non commisisse nescitur. Ac per hoc ignorantia iudicis plerunq; est calamitas innocentis. Et quod est intolerabilius, magisq; plangendum, rigandumq;, si fieri posset, fontibus lachrymarū: cum propterea iudex torqueat accusatum, ne occidat nesciēs innocentē, fit per ignorātiæ miseriā, ut & tortū, & innocentem occidat, quem ne innocentem occideret, torserat. Si enim secundum istorum sapientiam delegerit ex hac uita fugere, ꝗ diutius illa sustinere tormenta: quod non cōmisit cōmisisse se dicit. Quo damnato, & occiso, utrum nocētem an innocentem iudex occiderit, adhuc nescit: quem ne innocentem nesciens occideret, torsit: ac per hoc innocentem, & ut sciret torsit, & dum nesciret, occidit. In his tenebris uitæ socialis, sedebit iudex ille sapiens, aut non audebit? Sedebit planè. Constringit enim eum, & ad hoc officiū pertrahit humana societas, quā deserere nefas ducit. Hoc enim nefas esse non ducit, quod testes innocentes in causis torquentur alienis, quod hi qui arguuntur ui doloris plerunq; superati, & de se falsa confessi etiam puniuntur innocentes, cum iam torti fuerint innocentes: & si non morte puniantur, in ipsis uel ex ipsis tormentis plerunq; moriuntur. [c]Quid quod aliquando & ipsi qui arguunt, humanæ societati, fortasse ne crimina impunita sint, prodesse cupientes, et mentientibus testibus, reoq; ipso contra tormenta durante immaniter, nec fatente, probare quod obijciunt non ualentes, quāuis uera obiecerint, à iudice nesciente damnantur. Hæc tot & tanta mala nō deputat esse peccata. Non enim hęc facit sapiens iudex nocendi uolūtate, sed necessitate nesciendi: & tamen quia cogit humana societas, necessitate etiam iudicandi. Hæc est ergo quam dicimus miseria certe hominis, & si non malitia sapientis. An uero necessitate nesciendi atque iudicandi torquet insontes, punit insontes: & parum est illi quod non est reus, si non sit insuper & beatus? [d]Quanto cōsideratius, & homine dignius, & hominem agnoscit in ista necessitate, eamq; miseriam in se odit: & si pie sapit, clamat ad deum: De necessitatibus meis erue me.

L. VIVES

a Tormentis innocētium testium.] Serui enim plerunq; in quæstionem poscebantur: quum de criminibus dominorū ageretur, ut ueritas per tormenta eorum exprimeretur, qui nihil commiserāt. De A hoc genere quæstionis crebra apud Cic. mentio, uelut pro Milone, & pro Cluentio. Fuit hoc interdum uetitū, ut Cicero significat de more maiorum pro Deiotaro. & Tacitus li. ij. uetere. S. C. quæstio De seruis in caput domini prohibebatur. b Et innocens luit pro incerto scelere.] Vere Superbi Tarquinij, aut etiam tyrāni hoc immanioris inuentū tormentis inquiri ueritatem: quā nec qui pati poterit, proferet, nec qui pati non poterit. Nam ut ait prudēs mimus: Etiam innocētes cogit mentiri dolor. Miror Christianos homines tam multa gentilia, & ea non modo charitati & mansuetudini Christianæ contraria, sed omni etiam humanitati, mordicus [redacted] retinere. Augustinus necessitate societatis humanæ dicit tormenta adhiberi: sed cum gentilibus eum, & de gētilibus loqui, quis non uidet? Quæ est enim ista necessitas tam intolerabilis, & tam plangenda, etiam fieri si posset, fontibus lachrymarum irrigāda, si nec utilis est, & sine damno rerum publicarum B tolli potest? Quomodo uiuunt tam multæ gētes, & quidem barbaræ, ut Græci & Latini putant, quæ ferum & immane arbitrantur torqueri hominem, de cuius facinore dubitatur? Nos homines omni uidelicet humanitate præditi, sic torquemus homines, ne insontes moriātur, ut magis eorum nos misereat, ꝗ si morerentur: usq; adeo grauiora sunt sæpe tormenta, ꝗ mors. An non frequētes quotidie uidemus, qui mortem perpeti malint, ꝗ tormenta? & fateātur fictum crimen de supplicio certi, ne torqueātur. Profecto carnifices animos habemus, qui sustinere possumus gemitus, & lachrymas tanto cū dolore expressas hominis, quem nescimus sit ne nocēs. Quid quod acerbam, & perquam iniquam legem finimus in capita nostra dominari, quum suspitiones tormentis armamus, & inimicis delationibus? Si uitas nostras, quas cupiunt, non impendimus, saltem quod proximum est, intolerandis doloribus nostris non parum gaudij damus, ac fructus. Mihi nō uacat, ac ne libet qui C dem de tormētis hic loqui copiosius, quum possem, ne declamare magis uidear, ꝗ commentaria scribere. Locus est apud Rhetores communis de tormentis, & contra tormenta. Fortissima sunt, quæcunq; contra tormēta dicunt: quæ uero pro tormentis, futilia & imbecilla. c Quid quod aliquando & ipsi qui arguunt.] Per legem illam, accusator idem patiatur: quod reus esset passurus, si non eum conuicerit. d Quanto consideratius.] Alibi sic: quanto cōsideratius & homine dignius agnoscit in ista necessitate miseriam, eamq; odit in se, & si pie sapit.

Caute legat.

De diuersitate linguarum, qua societas hominum dirimitur, & de miseria bellorum, etiam quæ iusta dicuntur. Caput VII

D

POST ciuitatem uel urbem sequitur orbis terræ, in quo tertium gradum ponunt societatis humanę, incipientes à domo, atque inde ad urbem, deinde ad orbē terrę progrediendo uenientes. Qui utiq; sicut aquarum congeries, quāto maior est tāto periculis plenior. In quo primum linguarum diuersitas hominē[a] alienat ab homine. Nam si duo sibimet inuicē fiāt obuiā, neq; præterire, sed simul esse aliqua necessitate cogantur, quorum neuter norit linguam alterius: facilius

lius sibi animalia muta, etiam diuersi generis, ꝗ illi, cū sint homines ambo, sociantur. Quando enim quæ sentiunt inter se cōmunicare nō possunt, propter solam linguarum diuersitatem, nihil prodest ad consociandos homines tanta similitudo naturæ: ita ut libentius homo sit cum cane suo, ꝗ cū homine alieno. At enim opera data est, [b]ut imperiosa ciuitas nō solū iugū, uerū etiā linguā suā domitis gentib. per pacē societatis imponeret: per quā nō deesset, imò & abūdaret etiā interpretū copia. Verū est. Sed hoc ꝗ multis, & ꝗ grandib. bellis, quāta strage hominū quanta effusione humani sanguinis cōparatum est: quibus transactis, nō est tamen eorum malorum finita miseria. Quamuis enim nō defuerint, neq; hostes desint, exterę nationes, contra quas semper bella gesta sunt, & geruntur: tamen etiam ipsa imperij latitudo peperit peioris generis bella, socialia scilicet & ciuilia: quibus miserabilius quatitur genus humanum, siue cum belligeratur, ut aliquando conquiescant: siue cū timetur, ne rursus exurgant. Quorum malorū multas, & multiplices clades duras, & diras necessitates, si ut dignum est, eloqui uelim: quanquam nequaquam sicut res postulat, possim: quis erit prolixæ disputationis modus? [c]Sed sapiens, inquiunt, iusta bella gesturus est. Quasi non, si se hominē meminit, multo magis dolebit iustorū necessitatē sibi extitisse bellorū: quia nisi iusta essent, ei gerenda nō essent, ac per hoc sapienti nulla bella essent. Iniquitas enim partis aduersæ iusta bella ingerit gerēda sapiēti. Quæ iniquitas utiq; homini est dolenda, quia hominum est, & si nulla ex ea bellandi necessitas nasceretur. Hæc itaq; mala tam magna, tam horrenda, tam sæua, quisquis cum dolore consideret, miseriam necesse esse fateatur. Quisquis autem uel patitur ea sine animi dolore, uel cogitat, multo utiq; miserius, ideo se putat beatum, quia & humanum perdidit sensum.

L. VIVES

a Linguarum diuersitas hominem alienat ab homine.] Plinius libro septimo: Tanta loquendi uarietas, ut externus alieno nō sit hominis uice. b Vt imperiosa ciuitas nō solū iugū, uerumetiam linguam.] Roma uel imperij plena, uel imperij rigidi atq; immodici. Allusit ad illud de Mālio Torquato, qui ob cæsum filium dictus est imperiosus. Curabant ergo Romani, ut & in prouincijs plurimi Latine loquerentur, ita ut Hispanias & Gallias latinas prorsum fecerint, ueteribus illarum gentium linguis abolitis. Et in senatu nullos audierint legatos, nisi latine uerba faciētes. Rem profecto conabantur pulcherrimam, & toti humano generi uti- A lissimam, quacunq; id sine facerent, ut esset una aliqua lingua, qua se gentes omnes mutuo intelligerēt. c Sed sapiens, inquiunt, iusta bella gesturus est.] Cum gentilibus ex eorum moribus disputat.

Quod amicitia bonorum secura esse non possit, dum à periculis præsentis uitæ trepidari necesse sit. Cap. VIII

SI autem non contingat quædam ignorantia similis dementiæ, quæ tamen in huius uitæ misera conditione sæpe contingit, ut credatur uel amicus esse, qui inimicus est: uel inimicus, qui amicus est: quid nos consolatur in hac humana B societate erroribus, erumnisq; plenissima, nisi fides non ficta, & mutua dilectio uerorū bonorumq; amicorum? quos quanto plures, [a]& in locis pluribus habemus, tanto lōgius latiusq; metuimus, ne quid eis contingat mali de tantis malorum aggeribus huius seculi. Non enim tantūmodo soliciti sumus, ne fame, ne bellis, ne morbis, ne captiuitatibus affligantur: ne in eadē seruitute talia patiantur, qualia nec cogitare sufficimus: uerumetiam ubi timor est multo amarior, ne in perfidiam, malitiam, nequitiamq; mutentur. Et quando ista contingunt, tanto utiq; plu C ra, quanto illi sunt plures, & in pluribus locis, & in nostram notitiam perferūtur, quibus cor nostrū flagris uratur, quis potest, nisi qui talia sentit aduertere? Mortuos quippe audire mallemus: quamuis et hoc sine dolore non possemus audire. Quorum enim nos uita propter amicitiæ solatia delectabat, unde fieri potest ut eorum mors nullam nobis ingerat mœstitudinē? Quam qui prohibet, prohibeat, si potest, amica colloquia: interdicat amicalem societatē, uel intercidat affectū omnium humanarū necessitudinum, uincula mentis immiti stupore dirum D pat: aut sic eis utendū censeat, ut nulla ex eis animū dulcedo perfundat. Quod si fieri nullo modo potest, etiam hoc quo pacto futurum est, ut eius nobis amara mors nō sit, cuius dulcis est uita? [b]Hic est enim & luctus quidam in humano corde quasi uulnus, aut ulcus, cui sanando adhibentur officiosæ consolationes. Nōn enim propterea non est quod sanetur: quoniam quanto est animus melior, tāto in eo citius faciliusq; sanatur, Dum igitur etiam de charissimorū mortibus, maxime quorum sunt humanæ societati officia necessaria, nunc mitius, nunc asperius affligatur uita mortaliū: mortuos tamē eos, quos

dilígimus,ęꝑ uel à fide,uel à bonis moribus lap A quibus tota ipſa ciuitas ſubdítur,æternum cum
ſos,hoc eſt in ipſa anima mortuos audire ſeu ui eis habitura ſuppliciũ. Ex eorũ quippe ſacris uel
dere mallemus. Qua ingenti materia malorum potius ſacrilegijs quibus eos colendos,& ex lu/
plena eſt terra:propter quod ſcríptum eſt: Nũ/ dis immũdiſsimis,ubi eorũ crimina celebrãtur,
quid non tentatio eſt uita humana ſuper terrã? quibus eos placãdos putauerũt,eiſdem ipſis au
Et propter quod ipſe dominus ait: Væ mundo toribus & exactoribus talium tantorũꝙ dede/
ab ſcandalis. Et iterum: Quoniam abundauit, corum,ſatis ab eis qui colantur apertum eſt.
inquit,iniquitas,refrigeſcet charitas multorum.
Ex quo fit,ut bonis amicis mortuis gratulemur: Quis fructus ſanctis de ſuperata hu/
& cum mors eorum nos contriſtet,ipſa nos cer ius uitæ tentatione paratus ſit. Cap. x
tius conſoletur:quoniam malis caruerunt, qui/
bus in hac uita etiam boni homines uel conte/ SED neꝙ ſancti & fideles unius ueri
rũtur,uel deprauãtur,uel in utroꝙ periclitãtur. B S dei ſummíꝙ cultores,ab eorum fal/
lacijs & multiformi tentatione ſecu/
L. VIVES ri ſunt. In hoc enim loco infirmita/
tis & diebus malignis etiam iſta ſolicitudo non
QVos quanto plures,& in locis pluribus.] Hoc eſt eſt inutilis:ut illa ſecuritas, ubi pax pleniſsima
Ariſtotelis argumentum,cur multitudinem ami atꝙ certiſsima eſt,deſiderio feruentiore quæra
corum non probet. b Et luctus quidam.] A tur. Ibi enim erunt naturę munera,hoc eſt,quæ
libi, luctus quoddam non inhumani cordis quaſi uul naturæ noſtræ ab omniũ naturarũ creatore do
nus. c Tentatio eſt uita humana ſuper terra.] Vulgo nantur:nõ ſolũ bona,uerum etiam ſempiterna:
Iob ſeptimo legimus: Militia eſt uita hominis ſuper ter nõ ſolũ in animo,qui ſanabitur per ſapientiam,
ram. Quaſi ſemper hoſtis cauendus ſit, nec ſecuri ſini uerũetiam in corpore,quod reſurrectione reno
mur agere: quippe aſtutum, uerſipellem,ſtrenuum,gra uabitur. Ibi uirtutes nõ contra ulla uitia uel ma
uem,crudelem,fortiti hoſtem. la quæcunꝙ certãtes,ſed habẽtes uictoriæ præ
miũ æternam pacẽ,quam nullus aduerſarius in C quietet. Ipſa eſt enim beatitudo finalis,ipſa per/
De amicitia ſanctorum angelorum, fectionis finis,qui cõſumentẽ nõ habet finem.
quæ homini in hoc mũdo non poteſt Hic autem dicimur quidem beati,quando pacẽ
eſſe manifeſta propter fallaciam dæ habemus,quantulacũꝙ hic haberi poteſt in ui
monum,in quos inciderunt,qui mul ta bona. Sed hæc beatitudo illi,quã finalem di/
tos ſibi deos colendos putauerunt. IX cimus beatitudini comparata, prorſus miſeria
reperitur. Hanc ergo pacem, qualis hic poteſt
IN ſocietate uero ſanctorum angelo/ eſſe,mortales homines in rebus mortalib. quã/
I rum,quã philoſophi illi,qui nobis do habemus,ſi recte uiuimus bonis eius recte
deos amicos eſſe uoluerunt, quarto utitur uirtus:quãdo uero eã nõ habemus,etiam
conſtituerunt loco:uelut ad mundũ malis quę homo patitur,bene utitur uirtus. Sed
uenientes ab orbe terrarũ,ut ſic quodammodo tunc eſt uera uirtus,quãdo & omnia bona,qui/
cõplecterentur & cœlum: nullo modo quidem bus bene utitur,& quicquid in bono uſu bono
metuimus,ne tales amici uel morte nos ſua, uel rum & malorum facit,& ſeipſam ad eum finem
deprauatione contriſtent. Sed quia nobis non D refert,ubi nobis talis & tanta pax erit,qua meli/
ea qua homines familiaritate miſcentur: quod or & maior eſſe non poſsit.
etiam ipſum ad erumnas huius pertinet uitæ: &
aliquando ſatanas,ſicut legimus,transfigurat ſe De beatitudine pacis ęternæ,in qua ſan/
in angelum lucis ad tentandos eos,quos ita uel ctis finis eſt,id eſt uera perfectio. XI
erudiri opus eſt, uel decipi iuſtum eſt: magna
dei miſericordia neceſſaria eſt, ne quiſquã cum Q Vapropter poſſumus dicere, finem
bonos angelos amicos ſe habere putat, habeat bonorũ noſtrorũ eſſe pacẽ, ſicut æ/
malos dæmones amicos fictos,eoſꝙ tanto no/ ternã dixímus uitã: præſertim quia
centiores,quanto aſtutiores ac fallaciores patia ipſi ciuitati dei,de qua nobis eſt iſta
tur inimicos. Et cui magna iſta dei miſericordia operoſiſsima diſputatio,in ſancto dicitur Pſal
neceſſaria eſt, niſi magnæ hũanæ miſeriæ, quæ mo: Lauda Hieruſalẽ dominũ,collauda deũ tuũ
ignorantia tanta premitur,ut facile iſtorũ ſimu Sion
latiõe fallatur? Et illos quidem philoſophos in
impia ciuitate,qui deos ſibi amicos eſſe dixerũt,
in dæmones malignos incidiſſe certiſsimũ eſt,

Sion: Quoniam confirmauit ſeras portarũ tua/ A VOD quiſquis mecũ res humanas
rum,benedixit filios tuos in te. Qui poſuit fines Q [a]naturamꝙ communem utcunꝙ
tuos pacem. Quando enim confirmatæ fuerint intuetur agnoſcit. Sicut enim nemo
ſeræ portarũ eius,iam in illam nullus intrabit, eſt qui gaudere nolit, ita nemo eſt
nec ab illa ullus exibit. Ac per hoc fines eius eã qui pacem habere nolit, Quãdoquidem & ipſi
debemus hic intellígere pacem,quam uolumus qui bella uolunt,nihil aliud ęꝙ uincere uolũt: ad
demonſtrare finalẽ. Nam & ipſius ciuitatis my glorioſam ergo pacem bellando cupiunt perue
ſticum nomen,id eſt Hieruſalem:quod,ut ante nire. Nam quid eſt aliud uictoria,niſi ſubiectio
iam diximus,uiſio pacis interpretatur. Sed quo repugnantiũ? Quod cum factum fuerit, pax e/
niam pacis nomen etiam in his rebus mortali rit. Pacis igitur intentione geruntur & bella: ab
bus frequentatur,ubi uticꝙ non eſt uita æterna: his etiam qui uirtutem bellicam ſtudent exerce
propterea finem ciuitatis huius,ubi erit ſummũ re imperando atꝙ pugnando. Vnde pacẽ con/
bonum eius,æternam uitam maluimus cõme/ ſtat belli eſſe optabilem finẽ. Omnis enim ho/
morare ęꝙ pacem. De quo fine Apoſtolus ait: B mo etiam belligerãdo pacem requirit,nemo au
Nunc uero liberati à peccato,ſerui autem facti tem bellum pacificando. Nam & illi qui pacem
deo,habetis fructum ueſtrum in ſanctificatio in qua ſunt perturbari uolunt,non pacem ode/
nem,finem uero uitã æternam. Sed rurſus quia rũt,ſed eam pro arbitrio ſuo cupiunt cõmutari.
uita æterna ab eis qui familiaritatẽ non habent Non ergo ut ſit pax nolunt,ſed ut ea ſit quã uo
cum ſcripturis ſanctis,poteſt accipi etiam malo lunt. Deniꝙ & ſi per ſeditionem ſe ab alijs ſepa
rum uita:uel ſecundum quoſdam etiam philo rauerint,cum eis ipſis conſpiratis uel coniuratis
ſophos propter animæ immortalitatem:uel eti ſuis,niſi qualemcunꝙ pacis ſpeciẽ teneant,non
am ſecundum fidem noſtram propter pœnas efficiunt quod intendunt. Proinde latrones ipſi
interminabiles impiorum, qui uticꝙ in æternũ ut uehementius & tutius infeſti ſint paci cætero
cruciari nõ poterũt,niſi etiã uixerint in æternũ: rum,pacem uolunt habere ſociorum. Sed & ſi
profecto finis ciuitatis huius,in quo ſummũ ha unus ſit tam prępollens uiribus & conſocios ita
bebit bonũ,uel pax in uita ęterna,uel uita æter C cauens,ut nulli ſocio ſe committat, ſoluſꝙ inſi/
na in pace dicẽdus eſt,ut facilius ab omnib. poſ dians & prævalens, quibus potuerit oppreſsis
ſit intelligi. [a]Tãtum eſt enim pacis bonũ,ut etiã & extinctis prædas agat,cum eis certe quos oc/
in rebus terrenis atꝙ mortalibus nihil gratius cidere non poteſt, & quos uult latere quod fa/
ſoleat audiri,nihil deſiderabilius concupiſci, ni cit,qualemcunꝙ umbram pacis tenet. In domo
hil poſtremo poſsit melius inueniri. De quo ſi autem ſua cũ uxore & cũm filijs,& ſi quos alios
aliquanto diutius loqui uoluerimus,nõ erimus illic habet,ſtudet profecto eſſe pacatus: eis quip
quantum arbitror oneroſi legentibus,& prop pe ad nutum obtemperantibus ſine dubio de
ter finẽ ciuitatis huius de qua nobis ſermo eſt, lectatur. Nam ſi non fiat, indignatur, corripit,
& propter ipſam dulcedinem pacis,quæ omni uindicat:& domus ſuæ pacem, ſi ita neceſſe ſit,
bus chara eſt. etiam ſæuiendo componit:quam ſentit eſſe nõ
poſſe,niſi cuidam principio,quod ipſe in domo
L. VIVES ſua eſt,cætera in eadẽ domeſtica ſocietate ſub/
iecta ſint. Ideoꝙ ſi offerretur ei ſeruitus pluriũ
2 TAntum eſt enim pacis bonum, ut etiam in rebus D uel ciuitatis uel gentis:ita ut ſic ei ſeruirent,quem
terrenis.] Nihil enim excogitari poteſt neꝙ iucũ admodum ſibi domi ſuæ ſeruiri uolebat: non ſe
dius,neꝙ gratius. εἰρήνη δοπὰ μέγα ἀγαθὸν ἄνευ τοῖς ἀν iam latronem latebris conderet,ſed regem con
θρώποις, πόλεμῳ δὲ μέγα κακόν. Pax uidẽ maximũ eſſe homini ſpicuum ſublimaret,cum eadem in illo cupidi/
bonum: bellum,maximum malum, inquit Xenophon tas & malitia permaneret. Pacem itaque cum
ἐν τῷ ἱερωνι. Et eadem pax animi eſt illa ipſa εὐθυμία, hoc eſt, ſuis omnes habere cupiunt,quos ad ſuum arbi
animi tranquillitas, quam Democritus dixit ſummam trium uolunt uiuere. Nam & cum quibus bellũ
felicitatem: cæteræꝙ philoſophorum nationes eam eſſe gerunt,ſuos facere ſi poſſunt uolunt,eisꝙ ſubie
uitam beatam conſenſerunt. Stoici inter bona illa beati ctis leges ſuę pacis imponere. [b]Sed faciamus ali
tudinis concordiam ſtatuunt de primis. quem qualem canit poetica & fabuloſa narra/
tio:quem fortaſſe propter ipſam inſociabilem

Quod etiam bellantium ſæuitia om/
nesꝙ hominum inquietudines ad pa
cis finem cupiant peruenire,ſine cuius
appetitu nulla natura ſit. Cap. XII

feritatem [c]ſemihominem, quàm hominem dicere maluerunt. Quamuis ergo huius regnum diræ ſpeluncæ fuerit ſolitudo, tamq; malitia ſingularis, [d]ut ex hac ei nomen inuentum ſit: nam malus Græce κακὸς dicitur, quod ille uocabatur: ut nulla cõiũx ei blandũ ferret referretq; ſermonẽ, nullis filijs uel alluderet paruulis, uel grãdiuſculis imperaret, nullo amici colloquio frueretur, nec [e]Vulcani patris, [f]quo uel hinc tantum non parũ felicior fuit, quia tale monſtrũ ipſe nõ genuit: nihil cuiquã daret, ſed à quo poſſet quicquid uellet, & quando poſſet, [g]& quantum uellet auferret: tamẽ in ipſa ſua ſpelunca ſolitaria, cuius ut deſcribitur, ſemper recẽti cæde tepebat humus, nihil aliud quàm pacẽ uolebat, in qua nemo illi moleſtus eſſet, nec eius quietem uis ullius terror ue turbaret. Cum corpore ſuo denique pacem habere cupiebat: & quantum habebat, tantum illi bene erat. Quãdoquidem membris obtemperãtibus imperabat: & ut ſuã mortalitatem aduerſum ſe ex indigentia rebellantẽ, ac ſeditionem famis ad diſſociãdam atq; excludendam de corpore animam concitantẽ, quanta poſſet feſtinatiõe pacaret, rapiebat, necabat, uorabat: & quamuis immanis ac ferus, paci tamẽ ſuæ uitæ ac ſalutis immaniter et ferociter cõſulebat. Ac per hoc ſi pacem quã in ſua ſpelunca atq; in ſeipſo habere ſatagebat, cum alijs etiã habere uellet, nec malus, nec monſtrum, nec ſemihomo uocaretur. Aut ſi eius corporis forma, [h]& atrorum ignium uomitus ab eo deterrebat hominum ſocietatẽ: forte non nocendi cupiditate, ſed uiuendi neceſsitate ſæuiebat. Verum iſte non fuerit, uel quod magis credendum eſt, talis non fuerit, qualis uanitate poetica deſcribitur. Niſi enim nimis accuſaretur Cacus, [i]parũ Hercules laudaretur. Talis ergo homo, ſiue ſemihomo melius, ut dixi, creditur non fuiſſe: ſicut multa figmenta Poetarum. Ipſe enim ſæuiſsimæ feræ, unde ille partem habuit feritatis, nam & ſemiferus dictus eſt, [k]genus propriũ quadã pace cuſtodiũt coeundo, gignendo, pariendo, fœtus fouendo, atq; nutriendo, cum ſint plereq; inſociabiles & ſoliuagæ: nõ ſcilicet ut oues, cerui, columbæ, ſturni, apes, ſed ut leones, uulpes, aquilæ, noctuæ. [l]Quę enim tigris [m]nõ filijs ſuis mitis immurmurat, & pacata feritate blãditur? [n]Quis miluus, quantumlibet ſolitarius rapinis circumuolet, non coniugium copulat, nidum congerit, oua confouet, pullos alit, & quaſi cum ſua matrefamiliâs ſocietatem domeſticam quanta poteſt pace conſeruat? Quanto magis homo fertur quodammodo naturæ ſuæ legibus ad ineũdam ſocietatem, pacẽq; cum hominibus, quantum in ipſo eſt omnibus obtinendam: cum etiam mali pro pace ſuorum belligerent, omneſq; ſi poſsint ſuos facere uelint, ut uni cuncti & cuncta deſeruiant: quo pacto, niſi ut in eius pacem uel amando, uel timendo conſentiant? Sic enim ſuperbia peruerſe imitatur deũ. Odit namq; cum ſocijs æqualitatem ſub illo: ſed imponere uult ſocijs dominationem ſuam pro illo. Odit ergo iuſtam pacem dei, & amat iniquã pacem ſuam. Non amare tamẽ qualemcũq; pacem nullo modo poteſt. Nullum quippe uitiũ ita contra naturam eſt, ut naturæ deleat etiam extrema ueſtigia. Itaq; pacem iniquorum in pacis comparatiõe iuſtorum, ille uidet nec pacem eſſe dicendam, qui nouit præponere recta prauis, & ordinata peruerſis. Quod autem peruerſum eſt, hoc etiam neceſſe eſt, ut in aliqua, & ex aliqua, & cum aliqua rerum parte pacatũ ſit, in quibus eſt, uel ex quibus conſtat, alioquin nihil eſſet omnino. Velut ſi quiſquã capite deorſum pendeat, peruerſus eſt utique ſitus corporis, & ordo membrorum: quia id quod deſuper eſſe natura poſtulat, ſubter eſt: & quod illa ſubter uult eſſe, deſuper factum eſt. Conturbabit carnis pacem iſta peruerſitas, & ideo eſt moleſta. Veruntamen anima corpori ſuo pacata eſt, & pro eius ſalute ſatagit, & ideo eſt qui doleat. Quæ ſi moleſtijs eius excluſa diſceſſerit, quãdiu membrorum manet compago, nõ eſt ſine quadam pace, quod remanet: & ideo adhuc eſt qui pendeat, & quod terrenum corpus in terram nititur, & uinculo quo ſuſpenſum eſt renititur, in ſuæ pacis ordinem tendit: & locum quo requieſcat quodammodo ponderis uoce poſcit, iamq; exanime ac ſine ullo ſenſu, à pace tamen naturali ſui ordinis non recedit: uel cum tenet eam, uel cum fertur ad eam. Si enim adhibeãtur medicamenta, atq; curatio, quę formam cadaueris diſſolui dilabiq; non ſinat, [o]adhuc pax quędã partes partibus iungit, totãq; molem applicat terreno & conuenienti, ac per hoc loco pacato. [p]Si autem nulla adhibeatur cura condiendi, ſed naturali curſui relinquatur, tamdiu quaſi tumultuatur diſsidentibus exhalationibus, & noſtro inconuenientibus ſenſui, [q]id enim eſt quod in putore ſentitur, donec mundi cõueniat elemen-

tis, & in eorum pacem particulatim paulatimq; diſcedat. Nullo modo tamen inde aliquid legibus ſummi illius creatoris ordinatoriſq; ſubtrahitur, à quo pax uniuerſitatis adminiſtratur. Quia & ſi de cadauere maioris animãtis animalia minuta naſcantur, eadẽ lege creatoris quæq; corpuſcula in ſalutis pace [r]ſuis animulis ſeruiũt. Et ſi mortuorum carnes ab alijs animalibus deuorentur, eaſdem leges per cũcta diffuſas ad ſalutem generis cuiuſq; mortalium congrua congruis pacificantes quaquauerſum trahantur, & rebus quibuſcunq; iungantur, & in res quaslibet conuertantur & commutentur, inueniunt.

L. VIVES

Naturamq; communem utcunq; intuetur.] Clamant iſti, & magno tumultu negant in re philoſophica & theologica curanda eſſe uerba. At magnus quidam illorum iudicio uir, quũ Parrhiſiis de naturis communibus ſpecierum ac generum ageret, inter cætera argumenta & hoc attulit Auguſtini dictum ad confirmandas naturas communes, cœptas Occaniſtarum machinis labefactari. Vt multi quoties Cicero, Seneca, Hieronymus, Auguſtinus, Plinius, & alij loquuntur de ſenſu cõmuni, de illo intelligi ſenſu iubent, quem Ariſtoteles in priore cerebri parte ſtatuit iudicẽ, ac uelut præſidem quinq; ſenſuum corporis humani: quum ſit ſenſus communis apud Latinos autores, id quod omnes ferè ſentiunt, & iudicant: ut matrem diligere filios. Et natura communis, ratio atq; inclinatio naturæ, quæ eſt in uniuerſis hominibus eadem. Ex his prauis uocabulorum interpretationibus nata eſt omnium bonarũ artium peſtis, quæ illas corrupit primum, deinde peremit. b Sed faciamus aliquem qualem.] Hic eſt Cacus, quẽ Vergilius deſcribit octauo Aeneid. cuius uerſus particulas hic Auguſtinus interſerit. De hoc Caco ſic apud Dionyſium ſcribitur: In his igitur qui ab Hercule uicti ſunt pugna, fuit etiam Cacus ille apud Romanos fabuloſus præpotens quidem barbarorum, ut dicitur, atq; immanium hominum princeps. Huncq; aiunt diſcordem hominem in munitis locis habitaſſe, ac per ea fuiſſe grauẽ ſemper finitimis accolam. Vt Herculem uero in propinquo campo caſtra habentem ſenſit latronum more præparatus incurſione uſus eſt ſubita, atque prædam abegit, quantam incuſtoditam reperit: deinde autem incluſus eſt à Græcis. Apud Solinum uero ſic: Cacus habitauit locum cui Salinæ nomen eſt: ubi trigemina nunc porta. hic, ut Gellius tradit, quum à Tarchone Tyrrheno, ad quem legatus uenerat Marſiæ regis ſocio Megale Phryge cuſtodiæ foret datus, fruſtratus uincula, unde uenerat, redijt: præſidijs amplioribus occupato circa Vulturnũ & Campaniam regno, dum attrectare etiam ea auderet, quæ conceſſerant in Arcadum iura, duce Hercule, qui tum forte aderat, oppreſſus eſt. Sic apud iſtos. Seruius ad hunc modum: Cacus ſecundum fabulam Vulcani filius fuit, ore ignem ac fumum uomens, qui uicina omnia populabatur. Veritas tamen ſecundum philoſophos & hiſtoricos hoc habet, hunc fuiſſe Euandri nequiſsimum ſeruum, ac furem. hunc ſoror ſua eiuſdem nominis Caca ſcilicet prodidit: unde etiam ſacellum meruit, in quo ei per uirgines Veſtæ ſacrificabatur. Idem Lactantius. Quæ uero Seruius de accentu dicit mutato pro κακὸς κάκος, non perinde ad Arcadicæ linguæ uel uetuſtatem uel proprietatem pertinere, ut Aeolicæ, crediderim: cuius plurima Latinus ſermo retinuit, ſicut Dionyſius narrat, propter Troianos puto, qui Aeolice loquebantur. At Aeoles, ut Ioannes Grammaticus περὶ διαλέκτων docet, multa pronunciabant paroxytona, quæ communiter erant oxytona, ut ipſi πόταμος, ubi communiter ποταμός: & κάλος pro καλός. c Semihominem quàm hominem.] Vergilius: Semihominis Caci facies. Seruius: Semihominis feritate corrupti. d Vt ex hac ei nomen inuentũ ſit.] Nam Diodorus libro quinto, nomen eius proprium ponit Lacinium, niſi mendoſus eſt codex, quem fuiſſe furẽ tradit. e Vulcani patris.] Sic Vergilius, & Ouidius primo Faſtorum, & cæteri poetæ. Sed Vulcani creditus eſt filius, & ore ignes uomere, quòd agros iſte uaſtaret. f Quo uel huic tantum nõ parum felicior fuit.] Alibi habetur quo uel hinc tantum. ait Cacum fuiſſe patrẽ ſuo Vulcano feliciorem, quòd quum Vulcanus genuerit Cacum tale monſtrũ, Cacus ipſe nihil genuit. g Et quantum uellet, auferret.] Iam antea dixit quantum in alijs libris habetur, & quem uellet. Nam homines rapiebat, quorum capita affigebat pro foribus ſpeluncæ: ut Vergilius & Ouidius dicunt. h Et atrorum ignium uomitus.] Vergilius: Illius atros ore uomens ignes. i Parum Hercules laudaretur.] Vnus enim ex laboribus Herculis fuit in Caco opprimendo, qui partẽ boum, quas Hercules agebat ex Hiſpania, in ſuam ſpeluncam per caudam traxit, ne ueſtigia Herculem, ubi furtum erat, ducerẽt. Hercules mugitu admonitus ibi eſſe boues, in ſpeluncam ui irrupit, Cacumq; ipſum obtruncauit. Sic Liuius, Dionyſ. Verg. Ouid. Res eſt uulgaris, & omnibus obuia. k Genus proprium quadam pace cuſtodiunt.] Hoc noſtri iuriſconſulti dicũt eſſe ius naturale, quod natura cũcta edocuit animalia: ſicut eſt apud Vlpianum i. lib. Pand. l Quæ enim Tigris.] Hoc animal inſigne eſt feritate. Verg. Hyrcanæq; admorunt ubera tigres. Et Ouid. Non genitrix Europa tibi, ſed inhoſpita Syrtis, Armeniæ ue tigres. m Non filijs ſuis mitis.] Ardentiſsime diligit ſuos catulos. Pliñ. lib. viij. n Quis miluus, quantumlibet ſolitarius.] Rapaciſsima & famelica auis. Hybernis latet mẽſibus, ſolſtitijs podagra afficitur. Pliñ. lib. x. Mirum eſt quod de Aquilarum genere Ariſtoteles in naturæ admirãdis narrat. Nam ex Aquilinis pullis alter à patre degenerat: & fit ex Aquila Haliætus: ex hoc iam non Haliætos gigni, ſed Phenas: ex Phenis Miluos: nec Miluos aues ſui generis procreare, ſed diuerſi: atq; hic demum ſiſti, & fieri degenerandi modum: has ſteriles, & abſque ulla prole conſeneſcere, atq; interire. o Adhuc pax quædam partes partibus.] Empedocles Agrigentinus omnia iungi concordia & amicitia dicebat: diſiungi uero & ſeparari diſcordia & lite. Ideo quatuor primis naturæ elementis has duas potentias addebat, amicitiam & diſſidium. p Nulla adhibeatur cura condiendi.] Condiuntur aromatis cadauera, ut diutius integra ſeruentur, ne breui putreſiant: & abſumpto quod erat humidiuſculum, ac glutinoſum, & quo uelut uinculo compago illa continebatur frientur, abeantq; in puluerem minutum & tenuem. q Id enim eſt quod in putore ſentitur.] Nam ut gratus odor eſt exhalatio ſenſui congruens, ita fœtor ſenſui aduerſus halitus & congruens. Eſt enim conuenientia quædam naturæ, in qua eſt iucũditas, uoluptasq;: & diſconuenientia, in qua inſuauitas, dolor, moleſtia. r Suis animalibus.] In uetere animulis, quod uidetur appoſitius ſenſui.

De pace uniuerſali, quæ inter quaslibet perturbationes priuari nõ poteſt lege naturæ, dũ ſub iuſto iudice ad id quiſq; peruenit ordinatiõe quod meruit uoluntate. Cap. XIII

"AX itaq; corporis, est ordinata tẽ A
P peratura partiũ. Pax animæ irratio-
nalis, ordinata requies appetitionũ.
Pax animę ratiõalis, ordinata cogni
tionis, actionisq; cõsensio. Pax corporis & ani-
mæ, ordinata uita & salus animantis. Pax homi
nis mortalis & dei immortalis, ordinata in fide
sub æterna lege obediẽtia. Pax hominũ, ordina
ta concordia. Pax domus, ordinata imperandi
atq; obediẽdi cõcordia cohabitantiũ. Pax ciui-
tatis, ordinata imperandi atq; obediendi cõcor
dia ciuiũ. Pax cœlestis ciuitatis, ordinatissima et
cõcordissima societas fruẽdi deo, & inuicem in
deo. Pax omniũ rerũ, tranquillitas ordinis. Or-
do est partiũ dispariũq; rerum sua cuiq; loca tri
buens dispositio. Proinde miseri inquantũ mise
ri, utiq; in pace nõ sunt. Trãquillitate quidẽ or-
dinis carent, ubi perturbatio nulla est. Veruntа
mẽ quia merito iusteq; miseri sunt, in ea quoq;
ipsa sua miseria præter ordinẽ esse nõ possunt.
Non quidẽ cõiuncti beatis, sed ab eis tamen or
dinis lege seiuncti. Qui cũ sine perturbatione
non sint, rebus in quibus sunt, quantacũq; con-
gruẽtia coaptãtur. Ac per hoc est in eis ordinis
nonnulla trãquillitas: inest ergo nonnulla pax.
Verũ ideo miseri sunt, quia & si in aliqua securi- C
tate non dolent, nõ tamẽ ibi sunt, ubi securi esse
ac dolere nõ debeant. Miseriores autẽ si pax eis
cũ ipsa lege nõ est, qua naturalis ordo admini-
stratur. Cũ autẽ dolent, ex qua parte dolent, pa
cis perturbatio facta est. In illa uero adhuc pax
est, in qua nec dolor urit, nec cõpago ipsa dissol
uitur. Sicut ergo est quædam uita sine dolore,
dolor autẽ sine aliqua uita esse nõ potest: sic est
pax quędã sine ullo bello, bellum uero esse sine
aliqua pace nõ potest: nõ secundũ id quod bel-
lum est, sed secundũ id, quod ab eis uel in eis ge
ritur, quæ aliquæ naturæ sunt: quod nullo mo-
do essent, si nõ qualicũq; pace subsisterẽt. Qua D
propter natura est, in qua nullũ malũ est, uel etiã
in qua nullũ potest esse malũ: esse autẽ natura in
qua nullũ bonũ sit, nõ potest. Proinde nec ipsi-
us diaboli natura, inquantũ natura est, malũ est,
sed peruersitas eã malã facit. Itaq; in ueritate nõ
stetit, sed ueritatis iudiciũ nõ euasit: quia in ordi-
nis trãquillitate nõ mansit, nec ideo tamen à po
testate ordinatoris effugit. Bonũ dei, quod illi
est in natura, nõ eum subtrahit iustitiæ dei, qua
ordinatur in pœna: nec ibi deus bonũ insequi-
tur quod creauit, sed malum quod ille cõmisit.

Nec enim totũ aufert, quod naturæ dedit: sed
aliquid adimit, aliquid relinquit, ut sit qui dole-
at quod adimit. Et ipse dolor testimoniũ est bo
ni adempti, & boni relicti. Nisi enim bonũ reli-
ctum esset, bonum amissum dolere nõ posset.
Nam qui peccat peior est, si lætatur in damno
æquitatis. Qui uero cruciatur, si inde nihil ac-
quirat boni, dolet damnum salutis. Et quoniã
æquitas ac salus utrũq; bonũ est, boniq; amis-
sione dolendum est potius q̃ lætandum, si ta-
men non sit compensatio melioris: melior est
autem animi æquitas, q̃ corporis sanitas: pro-
fecto conuenientius iniustus dolet in supplicio,
B quàm lætatus est in delicto. Sicut ergo lætitia
deserti boni in peccato testis est uoluntatis ma
lę: ita dolor amissi boni in supplicio testis est na
turæ bonæ. Qui emẽ dolet amissam naturæ suæ
pacem, ex aliquibus reliquijs pacis id dolet, qui-
bus fit ut sibi amica natura sit. Hoc autem in ex
tremo supplicio recte fit, ut iniqui & impij natu
ralium bonorũ damna in cruciatibus defleant,
sentiẽtes eorum ablatorem iustissimum deum,
quem contempserũt benignissimum largitorẽ.
Deus ergo naturarũ omniũ sapientissimus con
ditor, & iustissimus ordinator, qui terrenorum
ornamentorum maximum instituit mortale ge C
nus humanum, dedit hominibus quædam bo
na, huic uitæ cõgrua, id est pacem temporalem
pro modulo mortalis uitę, in ipsa salute & inco
lumitate ac societate sui generis: & quæq; huic
paci uel tuendæ uel recuperãdæ necessaria sunt,
sicut ea quæ apte ac cõuenienter adiacent sensi-
bus, lux ista uisibilis, auræ spirabiles, aquæ po-
tabiles, & quicquid ad alendũ, tegendũ, curan-
dum, ornandũq; corpus congruit: eo pacto æ-
quissimo, ut quicunque mortalis talibus bonis
[b]paci mortalium accõmodatis recte usus fuerit,
accipiat ampliora atq; meliora, ipsam scilicet im
D mortalitatis pacem, eiq; conuenientem gloriam
& honorem in uita æterna ad fruendum deo,
& proximo in deo: [c]qui autem perperam, nec il
la accipiat, & hæc amittat.

L VIVES

PAx itaq; corporis.] In hoc capite ostẽdit Augusti-
nus omnia bona pace cõstare. qđ si ita est, mala o-
mnia in discordia & dissensione sita erũt. Quo ma-
gis demiror esse homines tam peruersæ naturæ, ut dissi
dia, bellũ, pugnas nõ secus ac uitas & animas suas dili-
gãt, pacis nomẽ ceu maximũ & perniciosissimũ malum
exhorreãt: digni profecto, qui extrinsecus & intrinsecus
habeãt, sentiãt, perpetiantur, quod tantopere expetunt
bellũ. b Paci mortalium accõmodatis.] Atqui isti
hæc omnia in usus bellicos transferũt: nec in alios parata
esse

esse putant, quos etiam post uitam egregiũ & æternum A
manet bellum, ut re optata sempiternũ perfruanẽ. Cæ-
terum nos iam olim ex tota pace, & in primis illa quam
solidũ hæreditatis suæ assem Christus reliquit: nomen
tantũ, & inanem quandã imaginationẽ retinemus. Cæte
ra omnia nostra culpa amissa sunt: qui illa uidẽtes, pru-
dentes, libentes, ac læti procul eiecimus, tum demum
arbitrati nos rem nactos præclaris. si omnia bellis fer-
uerẽt. Hinc iactatio una est, quot uiros cæcidimus, quas
uillas incendimus, quos agros uastauimus, quas arces,
oppida, urbes, cuertimus: ac gloriæ prope hoc solũ da-
rum est, plurimũ cladis humano generi attulisse. Sed si
hic incipiã querelã hanc, quãdo finis? c Qui autem
perperã, id est iniuste.] In alijs libris deest hæc interpre
tatio, id est iniuste, addita forsan ab aliquo, qui parum
intellectũ iri suspicabatur aduerbium illud perperam.

De ordine ac lege siue cœlesti siue ter-
rena, per quam societati humanæ etiã B
dominando consulitur, & consulendo
seruitur. Caput XIII

OMNIS igitur usus rerum temporali
um refertur ad fructum terrenæ pa
cis in ciuitate terrena: in cœlesti autẽ
ciuitate refertur ad fructũ pacis ęter
næ. Quapropter si irrationalia essemus animan
tia, nihil appeteremus præter ordinatam tem-
peraturam partium corporis: & requiem appe-
titionum: nihil ergo pręter quietem carnis & co
piam uoluptatum, ut pax corporis prodesset pa
ci animę. Si enim desit pax corporis, impeditur C
etiam irrationalis pax animæ: quia requiem ap-
petitionũ consequi non potest. Vtrunq; autem
simul paci prodest, quã inter se habẽt anima &
corpus, id est ordinatæ uitæ ac salutis. Sicut emẽ
pacem corporis amare se ostendunt animantia
cum fugiunt dolorem: & pacem animæ, cũ pro-
pter explendas indigentias appetitionũ uolu-
ptatem sequuntur: ita mortem fugiẽdo satis in-
dicant quantũ diligant pacem, qua sibi cõcilian
tur anima & corpus. Sed quia homini rationa-
lis anima inest, totum hoc quod habet commu
ne cum bestijs subdit paci animæ rationalis, ut D
mente aliquid contempletur: & secundum hoc
aliquid agat, ut sit ei ordinata cognitionis actio
nisq; consensio: quam pacem rationalis animæ
dixeramus. Ad hoc enim uelle debet nec dolo-
re molestari, nec desiderio perturbari, nec mor-
te dissolui ut aliquid utile cognoscat: & secundũ
eam cognitionẽ, uitam moresq; cõponat. Sed
ne ipso studio cognitionis propter humanæ
mentis infirmitatem in pestem alicuius erroris
incurrat, opus habet magisterio diuino, cui cer-
tus obtemperet, & adiutorio ut liber obtempe-
ret. Et quoniam quandiu est in isto mortali cor
pore, peregrinatur à domino, per fidem ambu-
lat, nõ per speciem: ac per hoc omnẽ pacem uel
corporis, uel animę, uel simul corporis & animę
refert ad illam pacem, quæ homini mortali est
cum deo immortali: ut ei sit ordinata in fide sub
æterna lege obedientia. Iam uero quia duo præ-
cipua præcepta, hoc est dilectionem dei, & dile-
ctionem proximi, docet magister deus: in qui-
bus tria inuenit homo quæ diligat: deum, seip-
sum, & proximum: atq; ille in se diligendo non
errat qui diligit deum: consequens est ut etiam
proximo ad diligendum deum consulat, quem
iubetur sicut seipsum diligere. Sic uxori, sic filijs,
sic domesticis, sic cæteris quibus potuerit homi-
nibus: & ad hoc sibi à proximo, si forte indi-
get, consuli uelit: ac per hoc erit pacatus, quantũ
in ipso est omni homini, pace hominum, id est
ordinata concordia. Cuius hic ordo est: [a]primũ
ut nulli noceat, deinde ut etiam prosit, cui pote
rit. Primitus ergo inest ei suorum cura: ad eos
quippe habet opportuniorem faciliorẽq; adi-
tum consulendi, uel naturæ ordine, uel ipsius so
cietatis humanæ. Vnde Apostolus dicit: Quis-
quis autem suis & maxime domesticis non pro
uidet, fidem denegat, & est infideli deterior. C
Hinc itaq; etiam pax domestica oritur, id est or
dinata imperandi obediendiq; cõcordia coha
bitantium. Imperant enim qui consulunt: sicut
uir uxori, parentes filijs, domini seruis. Obedi-
unt autem quibus consulitur: sicut mulieres ma
ritis, filij parẽtibus, serui dominis. Sed in domo
iusti uiuentis ex fide, & adhuc ab illa cœlesti ci
uitate peregrinantis, etiam qui imperant, seruі-
unt eis, quibus uidentur imperare. Neq; enim
dominandi cupiditate imperãt, sed officio cõsu
lendi: nec principandi superbia, sed prouidendi
misericordia.

L. VIVES

PRimum, ut nulli noceat, deinde ut etiam prosit.]
Et nocere, & non nocere procliuius est, ac facilius,
q̃ prodesse. Nemo enim ut nocere non potest, ita
si abstineat ab iniuria, nocebit. At prodesse, hoc demũ
uires ostendit. Quocirca legibus[a] diuinis, quod potest
quisq; iubetur præstare, ut innocue uiuat. Deinde, si
adsit facultas benefaciendi, ut eam in iuuandis morta-
libus exerceat.

De libertate naturali, & de seruitute,
cuius prima causa peccatũ est, qua ho
mo malæ uoluntatis, etiam si non est
mancipium alterius hominis, seruus
est propriæ libidinis. Cap. XV

oc naturalis ordo præscribit, ita de
H us hominem condidit. Nam domi
netur, inquit, piscium maris, & uola
tilium cœli, & omnium repentium,
quæ repunt super terram. Rationalem factũ ad imaginẽ suam, noluit nisi irrationalibus domi/nari: non hominem homini, sed hominem pe/cori. Inde primi iusti, pastores pecorũ magis q̃ reges hominum constituti sunt: ut etiam sic insi/nuaret deus, quid postularet ordo creaturarũ, & quid exigat meritũ peccatorũ. Cõditio quip/pe seruitutis iure intelligitur imposita peccatori. Proinde nusquã scripturarum legimus seruũ, [a]antequã hoc uocabulo Noe iustus peccatũ fi/lij uindicaret. Nomen itaq; istud culpa meruit, nõ natura. [b] Origo autem uocabuli seruorum in Latina lingua inde creditur ducta: quod hi qui iure belli possent occidi, à uictoribus cũ ser/uabantur, serui fiebant: à seruando appellati, quod etiam ipsum sine peccati merito non est. Nam & cum iustum geritur bellum, pro pecca/to contrario dimicatur: & omnis uictoria cum etiam malis prouenit, [c]diuino iudicio uictos hu miliat: uel emendans peccata, uel puniens. Te/stis est homo dei Daniel, cum in captiuitate po situs peccata sua & peccata populi sui confitetur deo: & hãc esse causam illius captiuitatis pio do lore testatur. Prima ergo seruitutis causa pecca/tum est: ut homo homini conditionis uinculo subderetur: quod non fit nisi deo iudicante, a/pud quem non est iniquitas: & nouit diuersas pœnas meritis distribuere delinquentium. Si/cut autem supernus dominus dicit: Omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati: ac per hoc multi quidem religiosi dominis iniquis, [d] non tamen liberis seruiunt: à quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Et utiq; felicius ser/uitur homini, cũ libidini, cum sæuissimo domi/natu uastet corda mortalium, ut alias omittam, libido ipsa dominandi. Hominibus autem illo pacis ordine, quo alijs alij subiecti sũt: sicut pro/dest humilitas seruientibus, ita nocet superbia dominantibus. Nullus autem natura in qua pri us deus hominem condidit, seruus est homi/nis, aut peccati. Verum & pœnalis seruitus ea le ge ordinatur, qua naturalem ordinẽ conserua/ri iubet, peturbari uetat: quia si contra eam legẽ non esset factũ, nihil esset pœnali seruitute coer cendum. Ideoq; Apostolus etiã seruos monet subditos esse dominis suis: & ex animo eis cum bona uoluntate seruire: ut scilicet si nõ possunt

A à dominis liberi fieri, suam seruitutẽ ipsi quodã modo liberam faciant: non timore subdolo, sed fideli dilectione seruiẽdo, donec transeat iniqui tas, & euacuetur omnis principatus & potestas humana: & sit deus omnia in omnibus.

L. VIVES

ANtequã hoc uocabulo Noe iustus. Genes. ix. de quo superius. b Origo aũt uocabuli seruorũ.] Sic Florentinus iurisc̃ōsultus lib. iiij. instit. Ser/ui, inquit, ex eo appellati sunt, q̃ imperatores captiuos uẽdere iubẽt, ac per hoc seruare, nec occidere solẽt. Mã/cipia uero dicta sunt, q̃ ab hostib. manu capiunt̃, quæ uerba sunt in li. Pandectarũ Iustiniani i. Hic mos à Lace dæmoniis manauit teste Plin. li. vii. c Diuino iudicio uictos humiliat.] Quo fit ut sæpe bella gerant̃ consiliis prouidẽtiæ, utraq; parte in hoc inuita, pdeũte. d Nõ tamẽ liberis seruiũt.] Affectibus & perturbationibus suis, qui peiores sunt domini, q̃ ipsi homines.

B

De æquo iure dominandi. Cap. XVI

Vocirca etiã si habuerunt seruos iu/
Q sti patres nostri, sic administrabant domesticam pacẽ, ut secundũ hæc temporalia bona, filiorum sortẽ à seruorũ conditione distinguerẽt: ad deum autẽ colendũ, in quo æterna bona speranda sunt, o/mnibus domus suæ mẽbris pari dilectione con sulerent. Quod naturalis ordo ita præscribit, ut nomen patrumfamiliãs hinc exortũ sit, & tã la/te uulgatũ, ut inique etiã dominãtes hoc se gau/deãt appellari. Qui aũt ueri patresfamiliãs sũt, omnib. in familia sua tanq̃ filijs ad colendũ & promerendũ deũ cõsulunt: desiderãtes atq; op/tãte suenire ad cœlestẽ domũ, ubi necessariũ nõ sit officiũ imperãdi mortalib. quia necessariũ nõ erit officiũ cõsulendi iã in illa immortalitate feli/cibus: quò donec ueniatur, [e]magis debẽt patres quod dominãtur, q̃ serui tolerare, quod serui/unt. Si quis aũt in domo per inobedientiã do/mesticæ paci aduersatur, corripitur, seu uerbo, seu uerbere, seu quolibet alio genere pœnæ iu/sto atq; licito, quantũ societas humana cõcedit pro ei9 qui corripitur utilitate, ut paci unde dissi luerat coaptetur. Sicut em̃ nõ est beneficẽtię ad iuuãdo efficere, ut bonũ quod maius est amitta tur: ita nõ est innocẽtię parcẽdo sinere, ut in ma lũ grauius incidatur. Pertinet ergo ad innocẽtis officiũ: nõ solum nemini malũ inferre, uerũetiã cohibere à peccato, uel punire peccatum: ut aut ipse qui plectitur, corrigatur experimẽto, aut a/lij terreantur exemplo. Quia igitur omnis do/mus initium siue particula debet esse ciuitatis, o/mnè autem initiũ ad aliquem sui generis finẽ, & omnis pars ad uniuersũ cuius pars est integri

C

D

tatem refertur: satis apparet esse consequens, ut A
ad pacem ciuicam pax domestica referatur, id est, ut ordinata imperandi obediendiq; concor dia cohabitantium, referatur ad ordinatam im/perandi obediendiq; concordiam ciuiũ. Ita fit, ut ex lege ciuitatis præcepta sumere patrem fa/miliãs oporteat, quibus domũ suam sic regat, ut sit paci accommodata ciuitatis.

L. VIVES

a MAgis debent patres quod dominantur, q̃ ser/ui tolerare.] Nihil enim difficilius, nec perinde laboriosius, quàm bene imperare: nihil mole/stius, quàm malis imperare.

Vnde cœlestis societas, cum terrena ci
uitate pacem habeat, & unde discor/
diam. Cap. XVII

ED domus hominum, qui non ui/
S uunt ex fide, pacem terrenam ex hu ius temporalis uitæ rebus commo disq; sectatur. Domus autem homi num ex fide uiuentium, expectat ea quæ in fu turũ æterna promissa sunt, terrenisq; rebus ac temporalibus tanquam peregrina utitur, non quibus capiatur & auertatur, quò tendit in deum, sed quibus sustentetur, ad facilius tole/randa, minimeq; augenda onera corporis cor/ C
ruptibilis, quod aggrauat animã. Idcirco rerum uitæ huic mortali necessariarũ utriusq; homini/bus fidelibus & infidelibus, & utriq; domui cõ munis est usus: sed finis utẽdi cuique suus pro/prius, multũq; diuersus. Ita etiã terrena ciuitas, quæ nõ uiuit ex fide, terrenã pacem appetit, in eoq; defigit imperãdi obediẽdiq; concordiam ciuiũ, ut sit eis de rebus ad mortalem uitã perti/nentibus humanarũ quædam cõpositio uolun tatum. Ciuitas autẽ cœlestis, uel potius pars e/ius, quæ in hac mortalitate peregrinatur, & ui uit ex fide: etiã ista pace necesse est utatur, donec D
ipsa cui talis pax necessaria est, mortalitas trans/eat. Ac per hoc dum apud terrenam ciuitatem, uelut captiuã uitã suæ peregrinationis agit: iam promissiõe redẽptionis & dono spiritali tanq̃ pignore accepto, legibus terrenæ ciuitatis, qui/bus hæc administrãtur, quæ sustentandæ mor tali uitæ accommodata sunt, obtemperare non dubitat. Vt quoniam communis est ipsa morta litas, seruetur in rebus ad eam pertinentibus in ter ciuitatem utrãq; concordia. Verum quia ter rena ciuitas habuit quosdã suos sapientes, quos diuina improbat disciplina: qui uel suspicati uel decepti à dæmonibus, crederent multos deos conciliandos esse rebus humanis, ad quorum di uersa quodammodo officia diuersa subdita per tinerent, ad alium corpus, ad alium animũ, inq; ipso corpore ad aliũ caput, ad alium ceruicem, & cætera singula ad singulos. Similiter in animo, ad alium ingeniũ, ad alium doctrinam, ad aliũ iram, ad alium concupiscẽtiam: inq; ipsis rebus uitæ adiacentibus, ad alium pecus, ad alium tri/ticum, ad alium uinũ, ad alium oleum, ad alium syluas, ad alium nummos, ad alium nauigatio/nem, ad alium bella atque uictorias, ad alium B
coniugia, ad alium partum ac fœcunditatem, & ad alios alia cætera. Cœlestis autem ciuitas unũ deum solum colendum nosset eiq; tantummo/do seruiẽdum seruitute illa, quæ Græce λατρεία dicitur, & nõ nisi deo debetur, fideli pietate cen seret: factum est ut religionis leges cum terrenæ ciuitate non posset habere cõmunes, proq; his ab eã dissentire haberet necesse: atque oneri esse diuersa sentientibus, corũq; iras & odia & per/secutionũ impetus sustinere, nisi cũ animos ad/uersantium aliquãdo terrore suæ multitudinis, & semper diuino adiutorio propulsaret. Hæc ergo cœlestis ciuitas dum peregrinatur in terra, ex omnibus gentibus ciues euocat, atq; in om/nibus linguis peregrinam colligit societatem: non curans quicquid in moribus, legibus, insti/tutisq; diuersum est: quibus pax terrena uel cõ/quiritur, uel tenetur: nihil eorum rescindens uel destruens, immo etiam seruans ac sequens, quod licet diuersum sit in diuersis nationibus, ad unum tamen eundemq; finem terrenæ pa/cis intenditur: si religionem qua unus summus & uerus deus colendus docetur, non impedit. Vtitur etiam ergo cœlestis ciuitas in hac sua pe/regrinatione pace terrena, et de rebus ad morta lem hominum naturam pertinentibus, huma/narum uoluntatum compositionem quantum salua pietate ac religione conceditur, tuetur at/que appetit, eamq; terrenã pacem refert ad cœ lestem pacem: quæ uere ita pax est, ut rationa/lis duntaxat creaturæ sola pax habenda atque dicenda sit, ordinatissima scilicet & concordis/sima societas fruẽdi deo, & inuicem in deo: quò cum uentum fuerit, non erit uita mortalis, sed [f]plane certeq; uitalis: nec corpus animale, quod dum corrumpitur, aggrauat animam: sed spiri tale sine ullã indigẽtia ex omni parte subditum uoluntati. Hanc pacem dum peregrinatur in fide

fide, habet: atque ex hac fide iuste uiuit, cum ad illam pacem adipiscendam refert, quicquid bonarum actionum gerit erga deum & proximum, quoniã uita ciuitatis utique socialis est.

L. VIVES

[a] PLane certeq; uitalis.] Vita uitalis uerbũ erat Ennij, ut ait Cicero. Ad id Augustinus allusit.

Quod diuersa sit Academię nouę ambiguitas à cõstantia fidei Christianæ. Caput XVIII

QVOD autem attinet ad illam differentiam, quam de Academicis nouis Varro adhibuit, quibus incerta sũt omnia: omnino ciuitas dei talem dubitationem tanquam demẽtiam detestatur: habens de rebus quas mente atque ratione comprehendit, etiam si paruam propter corpus corruptibile, quod aggrauat animam, quoniam sicut dicit Apostolus, Ex parte scimus, tamen certissimam scientiam: creditq; sensibus in rei cuiusque euidentia, quibus per corpus animus utitur: quoniam miserabilius fallitur qui nũquam putat eis esse credendum. Credit etiam scripturis sanctis & ueteribus & nouis, quas canonicas appellamus, unde fides ipsa cõcepta est, ex qua iustus uiuit: [a] per quam sine dubitatione ambulamus, quandiu peregrinamur à domino: qua salua atque certa, de quibusdam rebus quas neque sensu, neque ratione percipimus, neque nobis per scripturam canonicam claruerunt, nec per testes, quibus non credere absurdum est, in nostram notitiam peruenerunt, sine iusta reprehensione dubitamus.

L. VIVES

[a] PEr quam sine dubitatione.] Euidenter nõ scitur, sed non certius creditur, quàm quod sensibus usurpamus.

De habitu & moribus populi Christiani. Caput XIX

NIHIL sanè ad istam pertinet ciuitatem quo habitu uel more uiuendi, si non est contra diuina præcepta, istã fidem qua peruenitur ad deũ, quisque sectetur: unde ipsos quoque philosophos quando Christiani fiunt, non habitum uel consuetudinem uictus, quæ nihil impedit religionem, sed falsa dogmata mutare compellit. Unde illam quam Varro adhibuit ex Cynicis differentiam, si nihil turpiter atq; intemperanter agant, omnino non curat. Ex tribus uero illis uitę generibus, otioso, actuoso, et ex utroq; cõposito: quãuis salua fide quisq; posit in quolibet eorũ uitã ducere, & ad sempiterna præmia pueniré: interest tamẽ quid amore teneat ueritatis, quid officio charitatis impendat. Nec sic quisq; debet esse otiosus, ut in eodẽ otio utilitatem nõ cogitet proximi: nec sic actuosus, ut contemplationem non requirat dei. In otio non inersuacatio delectare debet, sed aut inquisitio aut inuẽtio ueritatis: ut in ea quisq; proficiat, & quod inuenerit alteri non inuideat. In actione uero non amandus est honor in hac uita siue potentia: quoniam omnia uana sub sole: sed opus ipsum quod per eundẽ honorem uel potentiã fit, si recte atq; utiliter fit, id est, ut ualeat ad eam salutẽ subditorum, quæ secũdum deum est: unde iam superius disputauimus. Propter quod ait Apostolus: Qui episcopatum desiderat, bonũ opus desiderat. Exponere uoluit quid sit episcopatus quia nomen est operis, non honoris. [a] Græcum est enim, atq; inde ductum uocabulum, ὃς ille qui præficitur, eis quibus præficitur superintendit, curam eorũ scilicet gerẽs, ὡσ̃ quippe super, σκοπὸς uero intẽtio est: ergo ὡσ̃ σκοπεῖν si uelimus, Latine superintendere possumus dicere: ut intelligat non se esse Episcopum, qui præesse dilexerit, nõ prodesse. Itaq; à studio cognoscendæ ueritatis nemo prohibetur: quod ad laudabile pertinet otiũ. Locus uero superior, sine quo regi populus non potest, & si ita teneatur atq; administretur ut decet, [b] tamen indecenter appetitur. Quamobrem otium sanctum quærit charitas ueritatis: negocium iustum susc ipit necessitas charitatis. Quam sarcinam si nullus imponit, percipiendæ atq; intuendæ uacandum est ueritati. Si autem imponitur, susc ipiẽda est propter charitatis necessitatẽ. [c] Sed nec sic omnimodo ueritatis delectatio deserenda est, ne subtrahatur illa suauitas, & opprimat ista necessitas.

L. VIVES

[a] GRæcum est enim, atq; inde ductum uocabulũ.] Vnde ductum sit Episcopi nomen, dixi alibi. Est enim uel ab ἐπισκοπέω, quod est considero, uel ἐπισκέπτομαι, quod idem est & uisitare: unde illi ἐπισκοποὶ ἀδικημάτων ἐπὶ τὰς ἐπηκόους πόλεις ἐπεσκέπτοντο τὰ παρ' ἑκάστοις γιγνόμενα· οἳ δὲ φύλακες ἐκαλοῦντο, οὓς οἱ Λακεδαιμόνιοι ἁρμοστὰς ἐκάλουν. ut inquit Suidas, quod in alijs libris explicui. Mittebantur enim ab Athenienſibus ad ſubditas ciuitates qui res illorum inſpicerent: & hi uocabantur Episcopi, quaſi inſpectores, uel uiſitatores, & obſeruatores. Lacones nominabãt armoſtas

Episcopi

moſtas. In ſacris literis epiſcopus uulgo ſpeculator dicitur: ut in Ezechiele, in Oſee, quũ dominus queritur epiſcopos laqueũ factos ſpeculationi, & rete, in monte Thabor: [redacted]

Quod ciues sanctorum in huius uitæ tempore spe beati sint. Cap. XX

QVamobrem summũ bonum ciuitatis dei, cum sit æterna pax atq; perfecta: nõ per quam mortales transeant nascendo atq; moriendo, sed in qua immortales maneant nihil aduersi omnino patiendo, quis est qui illam uitã uel beatissimam neget, uel in eius comparatiõe istam, quæ hic agitur, quantislibet animi & corporis externa rumq; rerũ bonis plena sit, non miserrimam iudicet? Quam tamẽ quicunq; sic habet, ut eius usum referat ad illius finem, quã diligit ardẽtissime, ac fidelissime sperat: non absurde dici etiã nũc beatus potest, spe illa potius, quàm re ista. Res uero ista sine spe illa, beatitudo falsa & magna miseria est. Nõ enim ueris animi bonis utitur: quoniam non est uera sapientia, quæ intentionem suam in his quæ prudenter discernit, gerit fortiter, cohibet tẽperãter, iuste q; distribuit: nõ in illum dirigit finẽ, ubi erit deus omnia in omnibus æternitate certa & pace perfecta.

An secundũ diffinitiones Scipionis, quę in dialogo Ciceronis sunt, unquã fuerit Romana respublica. XXI

VApropter nunc est locus, ut q̃ potero breuiter ac dilucide expediam, quod in secundo huius operis libro me demonstraturũ esse promisi: secundum diffinitiones, quibus apud Ciceronẽ utitur Scipio in libris De republica, nunquã rẽpublicam fuisse Romanam. Breuiter enim rem publicam diffinit esse rem populi. Quæ diffinitio si uera est, nunquã fuit Romana respublica: quia nunquã fuit res populi: quam diffinitionẽ A uoluit esse reipublicæ. Populum enim esse diffiniuit cœtũ multitudinis, iuris consensu & utilitatis cõmunione sociatũ. Quid autem dicat iuris cõsensum, disputando explicat: per hoc ostendens geri sine iustitia non posse rempublicam. ubi ergo iustitia uera nõ est, nec ius potest esse. Quod enim iure fit, profecto iuste fit. Quod autem fit iniuste, nec iure fieri potest. Nõ enim iura dicẽda sunt, uel putãda iniqua hominũ constituta, [a] cũ illud etiã ipsi ius esse dicant, quod de iustitiæ fonte manauerit: falsumq; esse, quod à quibusdam non recte sentientibus dici solet: [b] id esse ius, quod ei qui plus potest, utile est. Quocirca ubi non est uera iustitia, iuris cõsensu sociatus cœtus hominũ non potest esse, & ideo nec populus: iuxta illam Scipiõis uel Ciceronis diffinitionẽ. Et si non populus, nec res populi: sed qualiscunq; multitudinis, quæ populi nomine digna non est: ac per hoc si respublica res populi est, & populus non est, qui consensu nõ sociatus est iuris: non est autẽ ius, ubi nulla iustitia est: proculdubio colligitur, ubi iustitia non est, non esse rempublicam. Iustitia porrò ea uirtus est, quæ sua cuiq; distribuit. Quæ igitur iustitia est hominis, quæ ipsum hominẽ deo uero tollit, & immundis dæmonibus subdit? Hoccine est sua cuiq; distribuere? An qui fundum aufert eius, à quo emptus est, & tradit ei, qui nihil in eo habet iuris, iniustus est: & qui seipsum aufert dominãti deo, à quo factus est, & malignis seruit spiritibus, iustus est? Disputatur certe acerrime atq; fortissime in eisdem ipsis de republica libris aduersus iniustitiã pro iustitia. Et quoniam cũ prius ageretur pro iniustitiæ partibus contra iustitiã, & diceretur nisi per iniustitiam rempublicã stare augeriq; nõ posse: hoc ueluti ualidissimũ positũ erat, iniustũ esse ut homines hominibus dominãtibus seruiãt: quam tamen iniustitiam nisi sequatur imperiosa ciuitas, cuius est magna respublica, nõ eam posse prouincijs imperare: Respõsum est à parte iustitiæ, ideo iustũ esse, quod talibus hominibus sit utilis seruitus, et pro utilitate eorũ fieri cũ recte fit, id est cũ improbis aufertur iniuriatũ licẽtia: & domiti melius habebunt, quia indomiti deterius se habuerũt. Subditũq; est ut ista ratio firmaretur, ueluti à natura sumptum nobile exemplum, atq; dictũ est: Cur igitur deus homini, animus imperat corpori, ratio libidini, cæterisq; uitiosis animi partibus? Plane hoc exemplo satis edoctũ

est,quibusdam esse utilem seruitutẽ:& deo qui/dem ut seruiatur utile esse omnibus.Seruiẽs autem deo animus,recte imperat corpori,inq; ipso animo ratio domino deo subdita recte impe rat libidini uitijsq; cæteris. Quapropter ubi homo deo nõ seruit,quid in eo putandum est esse iustitiæ:quandoquidẽ deo nõ seruiẽs,nullo modo potest iuste animus corpori,aut humana ratio imperare? Et si in homine tali non est ulla iustitia,proculdubio nec in hominũ cœtu,qui ex hominibus talibus constat. Non est hic ergo iuris ille consensus qui hominum multitudinẽ populũ facit,cuius res dicitur esse respublica. Nam de utilitate quid dicam,cuius etiam cõmunione sociatus cœtus hominum,sicut se habet ista de/finitio,populus nuncupatur? Quamuis enim si diligenter attendas,nec utilitas sit ulla uiuẽtium qui uiuunt impie:sicut uiuit omnis qui non ser/uit deo,seruitq; dæmonibus, tanto magis im/pijs, quanto magis sibi cum sint immundissi/mi spiritus,tanquam dijs sacrificari uolunt: ta/men quod de iuris consensu diximus, satis esse arbitror,unde appareat per hanc definitionem non esse populum,cuius respublica esse dicatur, in quo iustitia non est.Si enim dicunt nõ spiritibus immũdis,sed dijs bonis atq; sanctis in sua republica seruisse Romanos,nunquid eadẽ to/ties repetenda sunt,quæ iam satis imò ultra q̃ satis est,diximus? Quis enim ad hunc locũ per superiores huius operis libros peruenit,qui du/bitare adhuc posit,malis & impuris dæmoni/bus seruisse Romanos, nisi uel nimiũ stolidus, uel impudentissime cõtentiosus? Sed ut taceam quales sunt,quos sacrificijs colebãt, in lege ueri dei scriptum est: Sacrificans dijs eradicabitur, nisi deo tãtum. Nec bonis igitur,nec malis dijs sacrificari uoluit,qui hoc cum tanta commina/tione præcepit.

L. VIVES

a Qvum illud etiã ipsi ius esse dicant.] Cicero in primo De leg. ius & legẽ nõ populorum iussis, nec principum decretis,nec sentẽtijs constitui iudi/cum ait,sed naturæ norma. Et in secũdo: Hanc igitur uideo,inquit,sapientissimorũ fuisse sententiã, legem neq; hominum ingenijs excogitatã: nec scitum aliquod esse populorũ,sed æternum quiddã,quod uniuersum mundum regeret imperandi prohibẽdiq; sapientia. Ita principem legẽ illam ultimã mentem esse dicebãt omnia ra/tione aut cogẽtis aut uetantis dei. Sic ille, ex Plato. suo. Quam Stoici sententiã secuti sunt cõtra Epicurum, qui nihil iustum dixit esse natura,sed metu. De quo Seneca lib. epist. xvi. hanc diuinã legem quæ non libris inscri/pta,nec in æs incisa,sed pectoribus nostris est à natura indita, æquum ac bonum à iure consultis dicit. Idcirco ius ab Vlpiano finit ars æqui & boni: ut hi demum sint iurisperiti,qui huius æquitatis ac naturæ legis tractan/dæ sũt gnari: quiq;, ut de Sulpitio dicit Cicero, ad æquitatem facilitatẽq; omnia referunt, & tollere cõtrouersias malu[redacted]itueretur pax illa [redacted] inter homines[redacted] & in [redacted] ser[redacted] animo: qua nihil magis natura [redacted] gaudet. [redacted] late in [redacted] usum paratos omni apud [redacted] secundum prius iuris cõsultos arbitror, ut [redacted] prudentia sua dirimerent, ac [redacted] puer [redacted] Henrico Marco autem [redacted] quum acutissimus ille iurisperitus Iu/[redacted] Cæsaris institutiones in patria mihi prælegeret. E[redacted] paucis diebus [redacted] ipsa re multa plerumq; cu/[redacted] ego & Franciscus Craneueldius, [redacted] consultissimus, [redacted] fraudes, dolos, uersutias, hu/ius seculi per professores iuris æquitatisq; excitatas [redacted] altas esse sapientissime deploraret homo incredibili in/genij ac iudicij ui, miraq; integritate uitæ, & suauitate morum tam iucunda, tam leni, ut nihil unquam, etiam si multos cum eo agas annos inuenias uel asperi, uel a/cerbi, uel quod ulla te prorsus ex parte offendat, & auer tat. Aderãtq; interdum Marcus Laurinus, decanus S. Donatiani Brugensis: cui similes amicos si literæ habe/rent plerosq;, felicius certe cum illis ageretur, & Ioãnes Feuinus ex eodem D. Donatiani collegio iuuenis pecto re, & in primis cordato, & ad musas earumq; studiosos omnes amandos à natura factus, studio educatus atque appositus. b Id esse ius quod ei qui plus potest uti/le est.] Sic iustum finiuit Thrasymachus apud Platonẽ in primo de rep. Quam Socra. definitionem refutat, & haud dubie tale est maxima ex parte ius, quo nunc in ciuitatibus utimur.

(In margine: Lex; Henricus Marcus; Franciscus Craneueldius; Marcus Laurinus; Ioannes Feuinus)

An uerus sit deus, cui Christiani ser/uiunt cui soli debeat sacrificari. XXII

SED responderi potest: Quis iste de/us est, aut unde dignus probatur, cui deberent obtẽperare Romani, ut nullũ deorũ præter ipsum colerẽt sacrificijs? Magnæ cæcitatis est adhuc quærere, quis iste sit deus. Ipse est deus cuius Prophetæ prædixerũt ista quæ cernimus. Ipse est deus, à quo respõsum accepit Abraham: In semine tuo benedicentur omnes gẽtes. Quod in Christo fieri,qui secundũ carnem de illo semine exortus est,idem ipsi qui remanserũt huius nominis inimici uelint nolint ue cognoscunt. Ipse est deus, cuius diuinus spiritus per eos locutus est: quorũ prędicta atq; cõpleta per ecclesiã, quã uidemus toto orbe diffusam, in libris superioribus posui. Ipse est deus, quẽ Varro doctissimus Romanorum Iouẽ putat, quãuis nesciens quid loquatur. Quod tamẽ ideo commemorandũ putaui, quoniam uir tantæ scientiæ nec nullũ istum deũ potuit existimare, nec uilem. Hunc enim eum esse credidit, quem summum putauit deum. Postremo ipse est deus, quẽ doctissimus philosophorum, quãuis Christianorum acerrimus inimi/cus, etiam per eorum oracula, quos deos putat, deum magnum Porphyrius confitetur,

Quæ Porphyrius dicat oraculis deo/rum responsa de Christo. XXIII

NAM in libris, quos θεολογίων φιλοσοφίας appellat, in quibus exequitur, atq; conscribit rerũ ad philosophiã pertinentium, uelut diuina respõsa, ut ipsa uerba eius quemadmodũ ex lingua Grę ca in Latinam interpretata sunt, ponam: Inter/roganti, inquit, quẽ deũ placando reuocare possit uxorem suam à Christianismo, hæc ait uer/sibus Apollo. Deinde uerba uelut Apollinis i/sta sunt: Forte magis poteris in aqua impressis literis scribere, aut inflans pennas leues per ae/ra ut auis uolare, q̃ semel pollutæ reuoces impiæ uxoris sensum. Pergat quomodo uult ina/nibus fallacijs perseuerans, & lamentationibus fallacissimis mortuum deum cantans, quem iu/dicibus recta sentientibus perditum, pessima in speciosis ferro iuncta mors interfecit. Deinde post hos uersus Apollinis, qui non stante me/tro Latine interpretati sunt, subiunxit atq; ait: In his quidem tergiuersationem irremediabilis sententiæ eorũ manifestauit, dicens: Quoniam Iudęi suscipiũt deum magis quàm isti. Ecce ubi decolorãs Christũ, Iudæos prępos uit Christianis: confitens quòd Iudæi suscipiant deum. Sic enim exposuit uersus Apollinis, ubi à iudicibus recta sentientibus Christũ dicit occisum, tanq̃ illis iuste iudicantibus merito sit ille punitus. Viderit quid de Christo uates mendax Apollinis dixerit, atque iste crediderit: aut fortasse uatem, quod non dixit, dixisse iste ipse confinxerit: q̃ uero sibi constet, uel ipsa oracula inter se faciat cõuenire postea uidebimus. Hic tamen Iudęos tanquã dei susceptores recte dicit iudicasse de Christo, q eum morte pessima excruciandum esse cẽsuerint. Deus itaq; Iudęorũ, cui perhibet testimoniũ, audiendus fuit, sic dicens: Sacrificãs dijs eradicabitur, nisi deo tantũ. Sed ad manife/staria ueniamus, & audiamus q̃ magnũ deum dicat esse Iudæorũ. Ita ad ea quæ interrogauit Apollinem, quid melius [b] uerbum siue ratio, an lex? Respõdit, inquit, uersibus, hæc dicẽs. Ac deinde subijcit Apollinis uersus, in quibus & isti sunt, ut quantũ satis est inde decerpã: In deum uero, inquit, generatorẽ, & in regẽ ante omnia: quẽ tremit cœlũ & terra atq; mare & infernorũ abdita, & ipsa numina perhorrescũt: quorũ lex est pater, quem ualde sancti honorãt Hebræi. Tali oraculo dei sui Apollinis, Porphyrius tam magnum deum dixit esse Hebræorum, ut eum & ipsa numina perhorrescãt. Cũ ergo deus iste dixerit, Sacrificãs dijs eradicabitur: miror quod ipse Porphyrius nõ perhorruerit, & sacrificans dijs eradicari nõ formidauerit. Dicit etiã bona philosophus iste de Christo, quasi oblitus illi/us, de qua paulo ante locuti sumus, contumeliæ suæ: aut quasi in somnis dij eius maledixerint Christo, & euigilantes eũ bonum esse cognouerint, digneq; laudauerint. Deniq; tanquã mirabile aliquid atq; incredibile prolaturus: præter opinionẽ, inquit, profecto quibusdã uideatur esse quod dicturi sumus. Christũ enim dij pijssimũ pronũciauerunt, & immortalẽ factum, & cum bona prædicatione eius meminerũt. Christianos autẽ pollutos, inquit, & contaminatos, & errore implicatos esse dicũt: & multis talibus aduersus eos blasphemijs utũtur. Deinde subijcit, uelut deorum oracula blasphemantiũ Christianos. Et post hæc: de Christo autem, inquit, interrogãtibus si est deus, ait Hecate: Quoniã quidem immortalis anima post corpus ut incedit, nosti: à sapiẽtia autẽ abscisa semper errat, uiri pietate præstãtissimi est illa anima, hanc co/lunt aliena à se ueritate. Deinde post uerba eius quasi oraculi sui ipse contexens: Pijssimũ igitur uirum, inquit, eũ dixit, & eius animam sicut & aliorũ piorũ post obitũ immortalitate donatam, & hanc colere Christianos errãtes. Interrogantibus aũt inquit: Cur ergo damnatus est? oraculo respondit dea: Corpus quidẽ debilitantibus tormẽtis semper oppositũ est: anima autẽ piorum cœlesti sedi insidet. Illa uero anima alijs animabus fataliter dedit, quibus fata non annue/runt deorum obtinere dona, neq; habere Iouis immortalis agnitionẽ, errore implicari. Propterea ergo dijs exosi: quia quibus fato nõ fuit nosse deũ, nec dona à dijs accipere, his fataliter de/dit iste errore implicari. Ipse uero pius, & in cœ/lum sicut pij concessit. Itaq; hunc quidem non blasphemabis, [c] miseraberis autem hominũ de/mentiã, ex eo in eis facile præcepsq; periculum. Quis ita stultus est, ut non intelligat aut ab homine callido eoq; Christianis inimicissimo, hęc oracula fuisse cõficta, aut cõsilio simili ab impuris dęmonibus ista fuisse respõsa, ut scilicet quoniam laudãt Christũ, propterea credãtur uera/citer uituperare Christianos: atq; ita si possint intercludant uiã salutis æternę, in qua fit quisq; Christianus? Suæ quippe nocendi astutiæ mil

leformi ſentiunt non eſſe cõtrarium, ſi credatur eis laudantibus Chriſtum, dum tamẽ credatur etiam uituperantibus Chriſtianos: ut eum qui utrunq; crediderit, talem Chriſti faciant laudatorem, ne uelit eſſe Chriſtianus. Ac ſic quamuis ab illo laudatus, ab iſtorum tamen dæmonum dominatu eum nõ liberet Chriſtus: præſertim quia ita laudant Chriſtum, ut quiſquis in eum talem crediderit, qualis ab eis prædicatur, Chriſtianus uerus nõ ſit, [d] ſed Photinianus hæreticus, qui tantummodo hominem non etiam deũ nouerit Chriſtum: & ideo per eum ſaluus eſſe nõ poſſit: nec iſtorum mendaciloquorũ dæmonũ laqueos uitare uel ſoluere. Nos autem neq; Apollinem uituperantem Chriſtum, neq; Hecaten poſſumus approbare laudantem. Ille quippe tanquam iniquũ Chriſtum uult credi, quem à iudicibus recta ſentientibus dicit eſſe occiſum: iſta hominem piiſſimum, ſed hominem tantum. Vna eſt tamen & illius & huius intẽtio, ut nolint homines eſſe Chriſtianos: quia niſi Chriſtiani erunt, ab eorum erui poteſtate non poterunt. Iſte uero philoſophus, uel potius qui talibus aduerſus Chriſtianos quaſi oraculis credunt, prius faciant ſi poſſunt, ut inter ſe de ipſo Chriſto Hecate atq; Apollo concordent, eũq; aut ambo ũituperent, aut ambo collaudent. Quod ſi facere potuiſſent, nihilominus nos & uituperatores & laudatores Chriſti, fallaces dæmones uitaremus. Cum uero eorũ deus & dea inter ſe de Chriſto, ille uituperãdo, iſta laudando diſſentiant: profecto eis blaſphemantibus Chriſtianos non credunt homines, ſi recte ipſi ſentiant. Sanè Chriſtum laudans uel Porphyrius uel Hecate, cum dicat eum ipſum dediſſe fataliter Chriſtianis, ut implicarentur errore: cauſas tamen eiuſdem, ſicut putat, pandit erroris. Quas antequã ex uerbis eius exponam, prius quæro: ſi fataliter dedit Chriſtus Chriſtianis erroris implicationẽ, utrum uolens, an nolens dederit. Si uolens, quomodo iuſtus? ſi nolens, quomodo beatus? Sed iam cauſas ipſius audiamus erroris. Sunt, inquit, ſpiritus terreni minimi loco terreno quodam malorum dæmonum poteſtati ſubiecti. Ab his ſapientes Hebræorũ, quorum unus iſte etiã Ieſus fuit, ſicut audiſti diuina Apollinis oracula, quæ ſuperius dicta ſunt: ab his ergo Hebræi dæmonib. peſsimis, & minoribus ſpiritibus uetabãt religioſos, & ipſis uacare prohibebãt: uenerari autem magis cœleſtes deos, amplius autẽ uenerari deum patrẽ. Hoc autẽ, inquit, & diĳ præcipiũt, & in ſuperioribus oſtendimus quemadmodũ animaduertere ad deum monent, & illum colere ubiq; imperant. Verum indocti & impiæ naturæ, quibus uere fatum non conceſſit à diĳs dona obtinere, neq; habere Iouis immortalis notionem, nõ audientes & deos & diuinos uiros: deos quidẽ omnes recuſauerunt, prohibitos autẽ dæmones, nõ ſolum nullis odiis inſequi, ſed etiam reuereri delegerunt. Deum autẽ ſimulantes ſe colere, ea ſola per quæ deus adoratur, non agunt. Nam deus quidem utpote omnium pater nullius indiget: ſed nobis eſt bene, cum eum per iuſtitiam & caſtitatem aliasq; uirtutes adoramus, ipſam uitã precem ad ipſum facientes, per imitationẽ & inquiſitionẽ de ipſo. [c] Inquiſitio enim purgat, inquit: imitatio deificat affectionẽ ad ipſum operando. Bene quidem prędicauit deum patrem, & quibus ſit colendus moribus dixit. Quibus præceptis prophetici libri pleni ſunt Hebræorum, quando ſanctorũ uita [f] ſiue uituperatur, ſiue laudatur. Sed in Chriſtianis tantum errat, aut tantũ calũniatur, quantũ uolunt dæmones, quos opinatur deos, quaſi cuiquã difficile ſit recolere, quæ turpia, quę dedecora erga deorũ obſequiũ in theatris agebãtur & templis: & attẽde re quæ legantur, dicantur, audiãtur in eccleſiis, uel deo uero quid offeratur: & hinc intelligere ubi ędificium, & ubi ruina ſit morum. Quis aũt huic dixit uel inſpirauit, niſi diabolicus ſpiritus tam uanum apertumq; mendacium, quod dæmones ab Hebræis coli prohibitos reuereãtur potius cq; oderint Chriſtiani? Sed deus ille quẽ coluerunt ſapientes Hebræorũ, etiã cœleſtibus ſanctis angelis & uirtutibus dei, quos beatiſsimos tanquam ciues in hac noſtra peregrinatione mortali ueneramur & amamus, ſacrificari uetat, intonãs in lege ſua quam dedit populo ſuo Hebræo & ualde minaciter dicens: Sacrificans diĳs eradicabitur. Et ne quiſquã putaret dæmonibus peſsimis, terreniſq; ſpiritib⁹, quos iſte dicit minimos uel minores, ne ſacrificetur eſſe præceptũ: [g] quia et ipſi in ſcripturis ſanctis dicti ſunt diĳ, nõ Hebræorũ, ſed gentiũ. Quod euidẽter in pſalmo lxx. interpretes poſuerũt, dicẽtes: Quoniam omnes diĳ gentiũ dæmonia. Ne quis ergo putaret iſtis quidem dæmoniis prohibitum eſſe, cœleſtibus autem uel omnibus, uel aliquibus ſacrificari eſſe permiſſum, mox addidit, Niſi domino

mino ſoli: id eſt, niſi domino tantũ: ne forte in eo quod dicit, niſi domino ſoli, dominũ ſolẽ credat eſſe quiſpiam, cui ſacrificandũ putet. Quod non ita eſſe intelligendum [h] in ſcripturis Græcis facillime reperitur. Deus igitur Hebræorũ, cui tam magnũ tantus etiam iſte philoſophus perhibet teſtimoniũ, legem dedit Hebręo populo ſuo, Hebræo ſermone cõſcriptam: non obſcurã & incognitã, ſed omnibus iam gentibus diffamatã: in qua lege ſcriptũ eſt: Sacrificans diĳs eradicabitur, niſi domino tantum. Quid opus eſt in hac eius lege, eiuſq; prophetis de hac re multa perquirere, imò nõ perquirere, non enim abſtruſa uel rara ſunt, ſed aperta & crebra colligere, & in hac diſputatione mea ponere: quibus luce clarius appareat, nulli omnino niſi tantũ ſibi, deum uerum & ſummũ uoluiſſe ſacrificari. Ecce hoc unũ breuiter: imò granditer, minaciter, ſed ueraciter dictum ab illo deo, quẽ tam excellenter eorum doctiſsimi prædicãt, audiatur, timeatur, impleatur, ne inobedientes eradicatio conſequatur. Sacrificans, inquit, diĳs eradicabitur, niſi domino tantum: nõ quo rei egeat alicuius, [i] ſed quia nobis expedit, ut reſeius ſimus. Hinc enim canitur in ſacris literis Hebræorum: Dixi domino deus meus es tu, quoniam bonorum meorũ non eges. Huius autẽ præclariſsimũ atq; optimum ſacrificium nos ipſi ſumus. Hęc eſt ciuitas eius, cuius rei myſteriũ celebramus oblatiõibus noſtris, quæ fidelibus notæ ſunt, ſicut in libris præcedentibus diſputauimus. Ceſſaturas enim uictimas, quas in umbra futuri offerebãt Iudęi: & unũ ſacrificiũ gentes à ſolis ortu uſq; ad occaſum, ſicut iam fieri cernimus oblaturas, per prophetas Hebręos oracula increpuere diuina. Ex quibus quantũ ſatis uiſum eſt, nonnulla protulimus, et huic iam operi aſperſimus. Quapropter ubi non eſt iſta iuſtitia, ut ſecundũ ſuam gratiã ciuitati obedięti deus imperet unus & ſummus, ne cuiquam ſacrificet niſi tantum ſibi: et per hoc in omnibus hominibus ad eandem ciuitatẽ pertinẽtibus, atq; obedięntibus deo, animus etiam corpori atq; ratio uitĳs ordine legítimo fideliter imperet: ut quẽadmodũ iuſtus unus, ita cœtus populusq; iuſtorũ uiuat ex fide, [k] quæ operatur per dilectionẽ, qua homo diligit deũ, ſicut diligendus eſt deus, & proximũ ſicut ſeipſum. Vbi ergo non eſt iſta iuſtitia, profecto non eſt cœtus hominum iuris cõſenſu, & utilitatis communione ſociatus. Quod ſi nõ eſt, utiq; populus nõ eſt: ſi uera eſt hæc populi definitio. ergo nec reſpublica eſt: quia res populi non eſt, ubi ipſe populus non eſt.

L. VIVES

a NAm in libris quos *θεολογίων φιλοσοφίας*.] Hoc eſt, de philoſophia reſponſorum à diĳs: in quo opere oracula Apollinis ponit, & cæterorum deorũ, ex quis citauimus nõnulla. b Verbum ſiue ratio.] Vtrunq; eſt *λόγος*. c Miraberis autem hominũ dementiam.] In antiquis habetur: miſeraberis, ut uilio-
res & contemptiores faceret. d Sed Photinianus hæreticus.] Hic damnatus eſt in concilio Syrmico: ut Caſſiodorus in tripartita narrat hiſtoria, conuictuſq; à Sabino pontifice Ancyrenſi. Secutus eſt dogma Pauli Samoſateni hæretici, ita ut quidam eandẽ eſſe hæreſim exiſtimẽt & tradant. e Inquiſitio enim purB gat, inquit.] Eſt enim inquiſitio, quæ ſpectat ad luſtrationem animi, qua ipſe purgatur tenebris & obſcuritate: & poſtquam inuenerit ac cognouerit deum, ſtudet eũ imitari, fieriq; ſimilis eius, hoc eſt planè deus. f Siue uituperatur, ſiue laudatur.] In Brugenſi & Colonienſi libris non uituperatur legitur, ſed imperatur, integriore ſenſu: nec ullus erit ſi dicas, uituperatur. Prophetæ enim ſanctorum uitam non uituperãt, ſed aut ſancte uiuere hortantur & iubent, aut ſancte uiuentes commẽdant, & laudibus euehunt. g Et ipſi in ſcripturis ſanctis dicti diĳ ſunt.] Origenes in Cantica: Deus nomen principaliter in eo eſt, ex quo omnia, & per quem omnia, & in quo omnia: quod à parte uirtutem & naturam trinæ ſingularitatis denunciat. Secundo uero in loco, & ut ita dixerim abuſiue, deos dicit ſcriptura etiam illos, ad quos ſermo dei fit, ſic confirmat Saluator in Euãgeliis. Sed & cœleſtes uirtutes ſub hoc nomine appellari uidẽtur, dum dicitur: Deus ſtetit in ſynagoga deorum: in medio autem deos diĳudicat. Tertio uero in loco iam non abuſiue, ſed falſo diĳ gentium dæmones appellantur, quum dicitur: Omnes diĳ gentium dæmonia. Tantum Origenes. Auguſtinus in hoc pſalmo xcv. euidenter Septuaginta interpretes poſuiſſe dicit: Omnes dii gentium dæmonia. *ὅτι πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια*. Nam in Hebræo in Pſalmo xcvi, hoc enim numero apud eos legitur, Hieronymus uertit: Omnes dii populorum ſculptilia.

h In ſcripturis Græcis facillime.] *ἁπλῶς τῷ λαρίῳ μόνῳ*. Neq; id inepte Auguſtinus addit: nam plerique populi ſolem tantum pro deo colebant, & multi philoſophorum hunc tantum deum arbitrati ſunt, ac cæterorum deorũ uirtutes in hunc retulerũt: ut docet Macrobius. i Sed quia nobis expedit.] Nihil nos deo damus quum recte uiuimus: neq; ipſe maior aut beatior fit, ſed bene nobiſcum agitur: ita non nobis debetur gratia, quod boni ſumus: ſed eã nos potius deo debemus, cuius beneficio ſumus boni. k Quæ operatur per dilectionem.] Caret actione ac motu ſuo, & uelut uita, quũ in opera charitas non exit, iacet, languet, mortua eſt.

Qua definitione conſtet populi & rei publicæ nuncupationem recte ſibi, nõ ſolum Romanos, ſed etiam regna alia uendicare. Cap. XXIIII

I autem populus nõ iſto, ſed alio definitur modo, uelut ſi dicatur: Populus eſt cœtus multitudinis rationalis, rerum quas diligit concordi communione ſociatus: profecto ut uideatur qualis

quiſq; populus ſit,illa ſunt intuēda quæ diligit. A
Quęcūq; tamē diligat,ſi cœtus eſt multitudinis
nō pecorū,ſed rationaliū creaturarū,et eorū quę
diligit,cōmunione cōcordi ſociatus eſt,nō abſur
de populus nūcupatur:tāto utiq; melior,quāto
in melioribus:tātoq; deterior,quāto eſt in dete
riorib.cōcors.Secūdum iſtā definitionē noſtrā
Romanus populus,populus eſt:& res eius ſine
dubitatione reſpublica.Quid autē primis tēpo
rib.ſuis,quid'ue ſequētib.populus ille dilexerit:
& quibus morib. ad cruētiſſimas ſeditiōes,atq;
inde ad ſocialia,atq; ciuilia bella perueniens, ip/
ſam cōcordiā, quę ſalus eſt quodāmodo popu
li,ruperit atque corruperit,teſtatur hiſtoria : de B
qua in pręcedētib. libris multa poſuimus. Nec
ideo tamē uel ipſum non eſſe populum,uel eius
rem dixerim non eſſe rempublicā, quandiu ma
net qualiſcūq; multitudinis ratiōalis cœtus,rerū
quas diligit cōcordi cōmunione ſociatus.Quod
aūt de iſto populo,& de iſta republica dixi, hoc
de Athenienſiū,uel quorūcunq; Græcorū: hoc
de Aegyptiorū,hoc de illa Babylone Aſſyrio/
rū,quādo in rebus ſuis publicis imperia uel par
ua uel magna tenuerūt:& de alia quacūq; aliarū
gētiū intelligat dixiſſe atq; ſenſiſſe. Generaliter
quippe ciuitas impiorū,cui nō imperat deus obe C
diēti ſibi,ut ſacrificiū nō offerat,niſi tantūmodo
ſibi:& per hoc in illa et anim⁹ corpori,ratioq; ui
tijs recte ac fideliter impet,caret iuſtitię ueritate.

Quòd nō poſsint ibi ueræ eſſe uirtu/ tes,ubi non eſt uera religio. XXV

Vamlibet eñ uideatur animus cor/
Q pori & ratio uitijs laudabiliter impe
rare:ſi tamē deo animus & ratio ip/
ſa nō ſeruit,ſicut ſibi ſeruiēdum eſſe
ipſe deus pręcepit,nullo modo corpori uitijſq;
recte imperat.Nā qualis corporis atq; uitiorū
poteſt eſſe mēs domina,ueri dei neſcia,nec eius
imperio ſubiugata,ſed uitioſiſsimis dæmōibus D
corrūpentib.proſtituta?Proinde uirtutes, quas
ſibi habere uidetur,per quas imperat corpori et
uitijs ad quodlibet adipiſcēdū uel tenendū, niſi
ad deū retulerit,etiā ipſæ uitia ſunt potius q̃ uir
tutes.Nā licet à quibuſdā tūc ueræ & honeſtæ
putētur eſſe uirtutes [a]cū ad ſeipſas referūtur:nec
propter aliud expetūtur,etiā tunc inflatæ ac ſu/
perbę ſunt:& ideo nō uirtutes,ſed uitia iudican
da ſunt.Sicut enim nō eſt à carne,ſed ſuper car/
nem,quod carnē facit uiuere:ſic non eſt ab ho/
mine,ſed ſuper hominem, quod hominē facit
beate uiuere:nec ſolum hominē, ſed etiā quāli/
bet poteſtatem uirtutemq; cœleſtem.

L. VIVES

a Qvū ad ſeipſas referunt.] Stoici uirtutes propter ſe amādas putarūt,ex quorū ſententijs illa ſunt: uirtutē ſeipſa eſſe contentam,ipſamq; preciū eſſe ſibi:& eā unā ſatis eſſe ad bene beateq; uiuēdum. Apud Senecā & Ciceronē Stoiciſſantē:quam opinionē uideri uult Platonis dogmatis aſtipulari. Cic v. De finib. duo genera ponit propter ſe expetendorū. Vnū, quod eſt in his in quibus cōpletur ſummū bonum: quæ ſunt animi aut corporis:alterū,eorum quæ ſunt extrinſecus,id eſt quæ neq; animis inſunt,neq; corporibus: ut parentes,li beri,ut propinqui,ut ipſa patria.Sūt illa quidē ſua ſpō/ te chara:ſed eodē in genere,in quo illa nō ſunt.In ſentē/ tijs theologicis diſputat̃,an uirtutes propter ſe amādæ ſint.Nā Ambroſius affirmare uidet̃ in epiſtolā ad Gala tas,Auguſtinus uero xiij.de trinitate negare.Collector ſententiarū & amādas propter ſe ait uirtutes,quod poſ ſeſſores ſui ſancta & ſyncera delectatiōe delectēt,& tamē referēdas ad ſempiternā beatitudinem. Verum ita ſunt uirtutes cū præceptis dei cōiunctæ,ut amare illas nemo poſsit,quin ſummo & primo amoris loco deū habeat. Neq; uirtutes ſic amabit propter ipſas,quin parentē au torē & magiſtrum earū deum plus amet. Nam hæ ſem/ per oculos amātis ſui ad illum attollūt:ita fiet,ut quum ſe uirtutes credat habere charas propter ſeipſas, ad il/ laſq; toto ferri pectore,in finē omnium deū perueniat. Sed Auguſtinus hoc loco de gentilibus loquit̃,quibus uirtutes ſi externū precium peterent,ſordidæ & merce/ nariæ uidebantur,ſin conſcientia acquieſcerēt, pulcher rimæ & ueræ uirtutes. Sed is erat illis primus gradus ad arrogantiam,quum alios præ ſe contemnerent.

De pace populi alienati à deo,qua uti/ tur ad pietatem populus dei, dum in hoc peregrinus eſt mundo. XXVI

Vocirca ut uita carnis anima eſt, ita
Q beata uita hominis deus eſt.De quo
dicūt ſacræ literæ Hebræorū:[a]Bea/
tus populus,cuius eſt dñs deus ipſi/
us.Miſer igitur populus ab iſto alienatus deo:
diligit tamē ipſe etiā quandā pacē ſuam nō im/
probandā,quā quidē non habebit in fine,quia
nō ea bene utitur ante finē.Hāc autē ut interim
habeat in hac uita,[b]noſtra etiā intereſt : quoniā
quādiu permixtæ ſunt ambæ ciuitates, utimur
& nos pace Babylonis:ex qua ita per fidem dei
populus liberatur,ut apud hāc interim peregri
netur.Propter quod et Apoſtolus admonuit ec
cleſiā,ut oraret pro regib.eius atq; ſublimibus,
addēs & dicēs,ut quietā & tranquillā uitā aga/
mus cū omni pietate [c]& charitate.Et Propheta
Hieremias cū populo ueteri dei uenturā prænū
ciaret captiuitatē,& diuinitus imperaret,ut obe
diēter in Babyloniā irēt,deo ſuo etiā iſta patiē
tia ſeruiētes,monuit & ipſe ut oraretur pro illa,
dicēs:quia in pace eius erit pax ueſtra,utiq; inte
rim tēporalis,quæ bonis maliſq; cōmunis eſt.

L. VIVES

a Beatus populus cuius eſt dominus deus ipſius.] Pſalmo cxliij. in quo enumeratis fortunæ bonis, quæ quidā in primo beatitudinis loco ſtatuunt, numeroſa prole,auro,argēto.fœcūdis pecoribus, præ/ dijs & poſſeſsiōib.amplisſimis,atq; uberrimis,tum fru ctibus iſtarū rerū omniū pacatis,cū quiete ac lætitia,ad extremū cōcludit:beatū dixerūt populum,cui hæc ad/ ſunt,immo uero beatus populus cuius eſt dominus de/ us eius. b Noſtra etiam intereſt.] Alibi,noſtri. q.in rem noſtram eſt. c Et charitate.] Alibi,caſtitate.me lius σεμνότητι.

De pace ſeruientiū deo,cuius perfecta tranquillitas in hac temporali uita nō poteſt apprehendi. Cap. XXVII

Ax autē noſtra propria , & hic eſt
P cū deo per fidē, & in æternū erit cū
illo[a]per ſpeciē.Sed hic ſiue illa com/
munis,ſiue noſtra propria talis eſt
pax,ut ſolatiū miſeriæ ſit potius q̃ beatitudinis
gaudiū.Ipſa quoq; noſtra iuſtitia quāuis uera
ſit propter ueri boni finē,ad quē refertur : tamē
tanta eſt in hac uita,[b]ut potius peccatorū remiſ/
ſione cōſtet,q̃ perfectiōe uirtutū.Teſtis eſt ora
tio totius ciuitatis dei,quę peregrinatur in terris.
Per oīa quippe mēbra ſua clamat ad deū:Di/
mitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimitti/
mus debitorib. noſtris.[c]Nec pro eis eſt efficax C
hæc oratio,quorū fides ſine operib.mortua eſt:
ſed pro eis quorū fides per dilectionē operatur.
Quia enim deo quidē ſubdita,in hac tamē con
ditiōe mortali,& corpore corruptibili, quod ag
grauat animā,nō perfecte uitijs ratio imperat:
ideo neceſſaria eſt iuſtis talis oratio. Nā profe/
cto quanq; imperetur nequaquā ſine conflictu
uitijs impatur.Et utiq; aliquid ſubrepit in hoc
loco infirmitatis etiā bene cōfligenti,ſiue hoſti/
bus talibus uictis ſubditiſq; domināti , unde ſi
non facili operatiōe,certe labili locutiōe aut uo/
latili cogitatione peccetur.Et ideo quādiu uitijs
imperatur,plena pax nō eſt:quia & illa,quæ re/ D
ſiſtūt,periculoſo debellātur prælio:& illa quę ui
cta ſunt,nondū ſecuro triūphantur ocio,ſed ad
huc ſolicito premūtur imperio. In his ergo ten/
tatiōibus,de quibus oībus in diuinis eloquijs
breuiter dictū eſt:[d]Nūquid nō tentatio eſt uita
humana ſuper terrā?quis ita uiuere pręſumat,
ut dicere deo,Dimitte nobis debita noſtra,non
neceſſe habeat,niſi homo elatus?Nec uero ma/
gnus,ſed inflatus ac tumidus:cui per iuſtitiā re/
ſiſtit,qui gratiā largitur hūilibus.Propter quod
ſcriptū eſt:Deus ſuperbis reſiſtit,humilibus au A
tem dat gratiā. Hic itaq; in unoquoq; iuſtitia
eſt,ut obediēti deus homini,animus corpori,ra
tio autē uitijs etiā repugnātibus imperet, uel ſu
bigēdo uel reſiſtēdo:atq; ut ab ipſo deo peta/
tur,& meritorū gratia, & uenia delictorū, ac de
acceptis bonis gratiarūactio perſoluatur. In illa
uero pace finali quo referēda,& cuius adipiſcen
dæ cauſa habēda eſt iſta iuſtitia:quoniā ſanata
immortalitate atq; incorruptiōe natura uitia nō
habebit:nec unicuiq; noſtrū uel ab alio uel à ſei
pſo quicquā repugnabit:non opus erit,ut ratio
uitijs,quæ nulla erūt imperet:ſed imperabit de/
us homini,animus corpori: tantaq; obediendi
B ibi erit ſuauitas & facilitas,quanta uiuēdi regnā
diq; felicitas.Et hoc illic in omnibus hominib.
atq; in ſingulis æternum erit,æternūq; eſſe cer/
tum erit:& ideo pax beatitudinis huius,uel bea
titudo pacis huius,ſummum bonum erit.

L. VIVES

a Per ſpeciem.] q. per ſpectationem & uiſionem. b Vt potius peccatorū remiſsione conſtet.] Ma gna eñ ex parte ſumus boni:nō q̃ bene uiuimus, ſed q̃ cōmiſſorū ſcelerū nobis fit à deo gratia. c Nec pro eis eſt efficax hæc oratio.] Nō aliter q̃ qđ ſalubre ſumit̃ à corpore,nihil pdeſt emortuo mēbro corporis: & hæc oratiōis particula,dimit. no. de. no. ſi. & n. di. deb. no. imprecatio eſt ei,qui illam dicit fratri ſuo inimicus & i/ ratus. d Nūquid non tentatio eſt uita humana.] Iob vij. Vulgo legimus: Militia eſt uita hominis ſuper ter/ ram. Sed Lxx. utit̃ Auguſtinus ut aſſolet πειρατήριον. q. tētatorius locus. Seneca lib. xvi. Epiſt. Atqui uiuere mi Lucilli militare eſt. Itaq; hi,qui iactant̃, & per operoſa atq; ardua ſurſum atq; deorſum eūt,& expeditiones pe riculoſiſsimas obeunt,fortes uiri ſunt,prioreſq; caſtro/ rum. Iſti quos publica quies alijs laborātibus molliter habet,turturillæ ſunt,tuti contumeliæ cauſa.

In quem finem uenturus ſit exitus im piorum. Cap. XXVIII

Orum autē qui non pertinent ad i/
E ſtam ciuitatē dei, erit ecōtrario miſe
ria ſempiterna,quæ etiam ſecunda
mors dicitur:quia nec anima ibi ui/
uere dicenda eſt,quæ à uita dei alienata erit:nec
corpus,quod æternis doloribus ſubiacebit. Ad
per hoc ideo durior iſta ſecunda mors erit:quia
finiri morte nō poterit.Sed quoniā ſicut miſeria
beatitudini,& mors uitæ,ita bellum paci uide/
tur eſſe cōtrariū:merito quęritur:ſicut pax in bo
norū finib.prędicata eſt atq; laudata,quod uel
quale bellū in finib. malorū ecōtrario poſsit in/
telligi.Verū qui hoc quærit,attēdat quid in bel/
lo noxiū perniciosūq; ſit: & uidebit nihil aliud
eſſe q̃ inter ſe rerū aduerſitatē atq; conflictum.

Quod igitur bellum grauius & amarius cogitari poteſt, quàm ubi uoluntas ſic aduerſa eſt paſsioni, & paſsio uoluntati, ut nullius earum uictoria tales inimicitiæ finiãtur: & ubi ſic confligit cum ipſa natura corporis uis doloris, ut neutrum alteri cedat? Hic enim quando contingit iſte conflictus, aut dolor uincit & ſenſum mors adimit: aut natura perdurãs uincit, & dolorem ſanitas tollit. Ibi autem & dolor permanet, ut affligat: & natura perdurat, ut ſentiat: quia utrũque ideo non deficit, ne pœna deficiat. Ad hos autem fines bonorum & malorum, illos expectandos, iſtos cauendos: quoniam per iudicium tranſibunt ad illos boni, ad iſtos mali: de hoc iudicio quantum deus donauerit, in conſequenti uolumine diſputabo.

ELENCHVS CAPITVM
IN DIVI AVRELII AVGVSTINI DE CIVITATE DEI LIBRVM XX

1 Quòd quamuis omni tempore deus iudicet, in hoc tamen libro de nouiſsimo eius iudicio eſt proprie diſputandum.
2 De uarietate rerum humanarum, cui non poteſt dici deeſſe iudicium dei, quamuis nequeat inueſtigari.
3 Quid in libro Eccleſiaſte Salomon de his quæ in hac uita & bonis & malis ſunt communia, diſputarit.
4 Quòd ad diſſerendum de nouiſsimo iudicio dei, noui primum teſtamenti, ac deinde ueteris teſtimonia prolaturus ſit.
5 Quibus ſententijs domini Saluatoris diuinum iudicium futurum in fine ſeculi declaretur.
6 Quæ ſit prima reſurrectio, quæ ſecunda.
7 De duabus reſurrectionibus, & de mille annis, quid in Apocalypſi Ioannis ſcriptũ ſit, & quid de eis rationabiliter ſentiatur.
8 De alligatione & ſolutione diaboli.
9 Quid ſit regnũ ſanctorũ cum Chriſto per mille annos: & in quo diſcernatur à regno æterno.
10 Quid reſpondendum ſit eis, qui putant reſurrectionem ad ſola corpora non etiam ad animas pertinere.
11 De Gog & Magog, quos ad perſequendam eccleſiam dei, ſolutus prope finem ſeculi diabolus incitabit.
12 An ad ultimum ſupplicium pertineat impiorum, quòd deſcendiſſe ignis de cœlo & eoſdem comediſſe memoratur.
13 An ante tempus perſecutionis Antichriſti mille anni annumerandi ſint.
14 De damnatione diaboli cum ſuis, & per recapitulationem de reſurrectione corporum omnium mortuorum, & de iudicio ultimæ retributionis.
15 Qui ſint mortui, quos ad iudicium exhibuit mare, uel quos mors & inferi reddiderint.
16 De cœlo nouo & terra noua.
17 De eccleſiæ glorificatione ſine fine poſt mortem.
18 Quid apoſtolus Petrus de nouiſsimo dei iudicio prædicare docuerit mortuorum.
19 Quid apoſtolus Paulus Theſſalonicenſibus ſcripſit: & de manifeſtatiõe Antichriſti, cuius tẽpus dies domini ſubſequetur.
20 Quid idem Apoſtolus in prima ad eoſdem epiſtola de reſurrectione mortuorum docuerit.
21 Quid Eſaias propheta de mortuorum reſurrectione & retributione iudicij ſit locutus.
22 Qualis futura ſit egreſsio ſanctorum ad uidendas pœnas malorum.
23 Quid prophetauerit Dauid de perſecutiõe Antichriſti, & de iudicio dei regnoq; ſanctorum.
24 In pſalmis Dauidicis, quæ de fine ſeculi huius, & quæ de nouiſsimo dei iudicio prophetãtur.
De pro-

25 De prophetia Malachiæ, qua dei iudicium ultimum declaratur: & quorum dicitur per puriſicatorias pœnas faciẽda mundatio.
26 De ſacrificijs quæ ſancti offerent deo ſic placitura, quomodo in diebus priſtinis & annis prioribus placuerunt.
27 De ſeparatione bonorum & malorum, per quã nouiſsimi iudicij diſcretio declaratur.
28 De lege Moyſi ſpiritaliter intelligenda, ne in damnabilia murmura carnalis ſenſus incurrat.
29 De aduentu Heliæ ante iudicium, cuius prædicatione ſcripturarũ ſecreta referante Iudæi conuertentur ad Chriſtum.
30 Quòd in libris ueteris teſtamenti, cum deus legitur iudicaturus, nõ euidenter Chriſti perſona monſtretur: ſed ex quibuſdam teſtimonijs, ubi dominus deus loquitur, non dubie appareat quod ipſe ſit Chriſtus.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
EPISCOPI AD MARCELLINVM
DE CIVITATE DEI LIBER XX

1193

Quod quamuis omni tempore deus iudicet, in hoc tamen libro de nouiſsimo eius iudicio eſt proprie diſputandum. Caput 1

E die ultimi iudicij dei, quod ipſe donauerit locuturi, eũq; aſſerturi aduerſus impios & increDulos, tanquam in ædificij fundamẽto prius ponere teſtimonia diuina debemus. Quibus qui nolũt credere, humanis ratiũculis falſis atq; fallacibus cõtrauenire conãtur: ad hoc ut aut aliud ſignificare cõtendant, quod adhibetur teſtimonium de literis ſacris, aut omnino diuinitus eſſe dictum negẽt. Nam nullum exiſtimo eſſe mortaliũ, qui cum ea ſicut dicta ſunt intellexerit: & à D ſummo ac uero deo per animas ſanctas dicta eſſe crediderit, nõ eis cedat atq; cõſentiat: ſiue id etiam ore fateatur, ſiue aliquo uitio fateri erubeſcat, aut metuat: uel etiã peruicacia ſimillima inſaniæ, id quod falſum eſſe nouit, aut credit, contra id quod uerũ eſſe nouit aut credit etiam contentioſiſsime defendere moliatur. Quod ergo in confeſsione ac profeſsione tenet omnis eccleſia dei ueri, Chriſtũ de cœlo eſſe uenturũ ad uiuos ac mortuos iudicãdos, hũc diuini iudicij ultimũ diem dicimus, id eſt nouiſsimũ tẽpus. Nã per quot dies hoc iudiciũ tendatur, incertũ eſt:

1194

ſed ſcripturarũ more ſanctarũ diem poni ſolere pro tẽpore, nemo qui illas literas quãlibet negligẽter legerit, neſcit. Ideo aũt cũ diem iudicij dei dicimus, addimus ultimũ, uel nouiſsimũ: quia et nũc iudicat, & ab humani generis initio iudicauit, dimittens de paradiſo, & à ligno uitæ ſeparans primos homines peccati magni perpetratores: imò etiã quãdo angelis peccantib nõ pepercit, quorũ princeps homines à ſeipſo ſubuertere ſus inuidẽdo ſubuertit, proculdubio iudicauit. Nec ſine illius alto iuſtoq; iudicio, & in hoc aereo cœlo, & in terris, & dæmonũ & hominũ miſerrima uita eſt errorib. erũniſq; pleniſsima. Verũ etſi nemo peccaſſet, nõ ſine bono rectoq; iudicio deus uniuerſam rationalẽ creaturã perfeuerãtiſsime ſibi domino ſuo cohærentẽ in æterna beatitudine retineret. Iudicat etiã, nõ ſolum uniuerſaliter de genere dæmonũ atq; hominũ, ut miſeri ſint propter primorũ meritum peccatorum: ſed etiã de ſingulorum operibus proprijs, quæ gerũt arbitrio uoluntatis. Nam & dæmones ne torqueãtur, precantur: nec utique iniuſte uel parcitur eis, uel pro ſua quiq; improbitate torquentur. Et homines plerunq; aperte, ſemper occulte luũt pro ſuis factis diuinitus pœnas: ſiue in hac uita, ſiue poſt mortẽ: quãuis nullus hominũ agat recte niſi diuino adiuuetur auxilio: nullus dæmonũ aut hominũ agat inique, niſi diuino eodemq; iuſtiſsimo dei iudicio permittatur. Sicut enim ait Apoſtolus: Non eſt iniquitas apud deum. Et ſicut ipſe alibi dicit: Inſcrutabilia

bilia ſunt iudicia dei,& inueſtigabiles uiæ eius. Non igitur in hoc libro de illis primis,nec de iſtis mediis dei iudicijs,ſed de ipſo nouiſsimo iudicio,quantũ ipſe tribuerit,diſputabo: quando Chriſtus de cœlo uenturus eſt uiuos iudicaturus & mortuos. Iſte quippe dies iudicij proprie iam uocatur,eo quod nullus ibi erit [a]imperitæ querelæ locus,cur iniuſtus ille ſit felix,& cur iuſtus ille infelix. Omnium nanque tunc non niſi bonorum uera & pleniſsima felicitas, & omnium non niſi malorum digna & ſumma infelicitas apparebit.

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI IN XX librum de Ciuitate dei, Diui Aurelij Auguſtini commentarij.

1 Mperitæ querelæ locus.] Nam in hac uita quærunt homines,cur mali ſunt diuites,ſani,læti,cõtra boni inopes,ægri,mœſti.Hæc miranẽ,qui ignorant ea non eſſe bona,quæ ipſi maxime credunt. Neq; enim unquam malis uera cõtingunt bona,nec bonis uera mala: quod etiam ſi bona illa & mala uocanda ſint,quæ ipſi putant, id non ſine maximis cauſis fit: quas ipſi quũ neſciãt,rerum ordinẽ inſani iudicijs ſuis damnãt: in iudicio Chriſti ibi demũ nec uera nec ficta bona euenient,niſi bonis: nec ulli malis ullis prementur,præter malos: idq; aperte ut omnes conſpiciant.

De uarietate rerum humanarum, cui non poteſt dici deeſſe iudicium dei, quamuis nequeat inueſtigari. Cap. II

N VNC autem & mala æquo animo ferre diſcimus,quæ patiũtur & boni: & bona non magnipẽdere, quæ adipiſcuntur & mali. Ac per hoc etiam in his rebus,in quibus non apparet diuina iuſtitia,ſalutaris eſt diuina doctrina. Neſcimus enim quo iudicio dei bonus ille ſit pauper, malus ille ſit diues: iſte gaudeat,quem pro ſuis perditis moribus cruciari debuiſſe mœrorib. arbitramur: cõtriſtetur ille,quẽ uita laudabilis gaudere debuiſſe perſuadet: exeat de iudicio nõ ſolum inultus,uerumetiam damnatus innocens, aut iniquitate iudicis preſſus,aut falſis obrutus teſtimonijs: ecõtrario ſceleſtus aduerſarius eius non ſolum impunitus,uerumetiam uindicatus inſultet: impius optime ualeat,pius languore tabeſcat. Latrocinentur ſaniſsimi iuuenes: & qui nec uerbo quenquam lædere potuerunt,diuerſa morborum atrocitate affligantur: infantes utiles rebus humanis immatura morte rapiãtur: & qui uidentur nec naſci debuiſſe, diutiſsime in ſuper uiuant: plenus criminibus ſublimetur honoribus,& hominẽ ſine querela tenebræ ignobilitatis abſcondant: & cætera huiuſmodi, quæ quis colligat,quis enumeret? Quæ ſi haberent in ipſa uelut abſurditate conſtantiam,ut in hac uita in qua homo,ſicut ſacer pſalmus eloquitur, uanitati ſimilis factus eſt,& dies eius uelut umbra prætereunt,non niſi mali adipiſcerẽtur trãſitoria bona iſta atq; terrena: nec niſi boni talia paterentur mala,poſſet hoc referri ad iudicium iuſtum dei,uel etiã benignũ: ut qui non erãt aſſecuturi bona ęterna,quę faciũt beatos,his temporalibus uel deciperentur pro malitia ſua, uel pro dei miſericordia cõſolarentur bonis: & qui non erant paſſuri æterna tormenta, temporalibus uel pro ſuis quibuſcunq; uel quantuliſcunque peccatis affligerentur,[a]uel propter implendas uirtutes exercerẽtur malis. Nũc uero quando nõ ſolum in malo ſunt boni,& in bono mali,quod uidetur iniuſtũ: uerumetiam plerũq; & malis mala eueniunt,& bonis bona proueniũt: magis inſcrutabilia fiũt iudicia dei, & inueſtigabiles uiæ illius. Quamuis ergo neſciamus quo iudicio deus iſta uel faciat uel fieri ſinat: apud quẽ ſumma uirtus eſt,& ſumma ſapientia, ſum maq; iuſtitia,nulla infirmitas, nulla temeritas, nulla iniquitas: ſalubriter tamen diſcimus non magnipẽdere ſeu bona ſeu mala,quæ uidemus eſſe bonis maliſq; communia: & illa bona quærere,quæ bonorum: atq; illa mala maxime fugere,quę propria ſunt malorum. Cum uero ad illud dei iudicium uenerimus,cuius tempus iam proprie dies iudicij, & aliquando dies domini nuncupatur: non ſolum quæcunq; tunc iudicabuntur,uerum etiam quæcunq; ab initio iudicata, & quæcunq; uſq; ad illud tempus adhuc iudicanda ſunt,apparebunt eſſe iuſtiſsima. Vbi hoc quoq; manifeſtabitur,cũ iuſto iudicio dei fiat,ut nũc tam multa ac penè omnia iuſta iudicia dei ſenſus mentesq; mortalium lateant,cum tamen in hac re piorum fidem nõ lateat,iuſtum eſſe quod latet.

L. VIVES

a VEl propter implendas uirtutes.] Vt haberent quo uirtus exercita uires,neruos, & robur ſumeret. Actuoſa enim eſt uirtus, quæ ſi ceſſat,lãgueſcit,& ceu ignis, qui niſi quod agat inuenit,extinguitur. Sin exerceat aduerſo fortunæ flatu, habet quo abſoluatur.

Quid in libro Eccleſiaſtes Salomon de his quæ in hac uita & bonis & malis ſunt communia diſputarit. Cap. III

N EMPE Salomon ſapiẽtiſsimus rex Iſrael, qui regnauit in Hieruſalem, [a]librum qui uocatur Eccleſiaſtes,& à Iudæis quoq; habetur in ſacrarũ canone literarũ,ſic exorſus eſt: [b]Vanitas uanitatum,dixit Eccleſiaſtes: Vanitas uanitatũ, & omnia uanitas. Quę homini abũdantia in omni labore ſuo quo laborat ſub ſole? Et cũ ex hac ſententia cõnecteret cætera,commemorans erumnas,errores q; uitæ huius: & euaneſcẽtes interea B temporũ lapſus,ubi nihil ſolidum, nihil ſtabile retinetur: in ea rerum uanitate ſub ſole, illud etiam deplorat quodammodo,quòd cũ ſit abundantia ſapientiæ ſuper inſipientiam, [c]ſicut eſt abundantia lucis ſuper tenebras,ſapientiſq; oculi ſint in capite ipſius,& ſtultus in tenebris ambulet: unus tamen incurſus incurrat omnibus, utiq; in hac uita quæ ſub ſole agitur: ſignificans uidelicet ea mala,quæ bonis & malis uidemus eſſe cõmunia. Dicit etiã illud quod & boni patiantur mala tanquã mali ſint,& mali tanquam boni ſint adipiſcantur bona,ita loquens. Eſt in- C quit,uanitas quæ facta eſt ſuper terrã: quia ſunt iuſti ſuper quos uenit quaſi factum impiorum: & ſunt impij,ſuper quos uenit ſicut factum iuſtorum. Dixi quoniam hoc quoq; uanitas. In hac uanitate,cui quantum ſatis uiſum eſt, intimandæ,totum iſtum librum uir ſapientiſsimus deputauit: non utiq; ob aliud,niſi ut eam uitam deſideremus,quæ uanitatem nõ habet ſub hoc ſole,ſed ueritatem ſub illo,qui fecit hunc ſolem. [d]In hac ergo uanitate,nunquid niſi iuſto dei rectoq; iudicio ſimilis eidem uanitati factus uaneſceret homo? In diebus tamen uanitatis ſuæ intereſt plurimum,utrũ reſiſtat,an obtẽperet ueri D tati,& utrum ſit expers ueræ pietatis, an particeps: non propter uitæ huius uel bona acquirẽda,uel mala uitanda uaneſcendo tranſeũtia,ſed propter futurum iudicium per quod erũt & bonis bona,& malis mala,ſine fine manſura. Denicq; iſte ſapiens hunc librum ſic concluſit,ut diceret: Deum time,& mãdata eius cuſtodi, quia hoc eſt omnis homo: quia omne hoc opus deus adducet in iudicium in omni deſpecto, ſiue bonum ſiue malum. Quid breuius,uerius, ſalubrius dici potuit? Deum,inquit,time,& manda ta eius cuſtodi: quia hoc eſt omnis homo. Qui, A cunq; enim eſt hoc, eſt cuſtos utiq; mandatorum dei: quoniam qui hoc non eſt,nihil eſt. Nõ enim ad ueritatis imaginem reformatur, remanens in ſimilitudine uanitatis. Quia omne hoc opus, id eſt quod ab homine fit in hac uita,ſiue bonum,ſiue malum,deus adducet in iudicium, in omni deſpecto,id eſt in omni etiam qui contemptibilis hic uidetur,& ideo nec uidetur: quoniam deus & ipſum uidet,nec eum deſpicit, nec cum iudicat,præterit.

L. VIVES

L Ibrum qui uocatur Eccleſiaſtes.] Hoc eſt, concionator, quem multi Hebræorum cõſcriptum ab eo ferunt in pœnitentia uitæ flagitioſe actæ ac impiæ. Alij dicunt, quum ſpiritu propheticо præuideret diuiſionem regni ſui, ſub Roboam filio ſuo, adductum in cõtemptum inſtabilis uanitatis. b Vanitas uanitatũ.] Sic Septuaginta interpretati ſunt: cæteri uero, ut Hieronymus ait, ἀλμὼθ ἀλμωθ, hoc eſt uapor fumi & aura tenuis, quæ cito reſoluitur. c Sicut eſt abundantia lucis ſuper tenebras.] Tantum ab ſtultitia ſapiẽtia abeſt, quantum à tenebris dies & ſol. d In hac ergo uanitate.] In tanta uanitate mens hominum niſi à deo edoceretur, uaneſceret, falſaq; ſumeret pro ueris, aut profecto peccatis abſumereſ, & uelut fumus in mortem ſecundam euanida contabeſceret.

Quòd ad differendum de nouiſsimo iudicio dei, noui primum teſtamenti, ac deinde ueteris teſtimonia prolaturus ſit. Caput IIII

H VIVS itaq; ultimi iudicij dei teſtimonia de ſcripturis ſanctis quę ponere inſtitui, prius eligẽda ſunt de libris inſtrumẽti noui, poſtea de ueteris. Quãuis enim uetera priora ſint tẽpore, noua tamẽ anteponẽda ſunt dignitate: quoniã illa uetera pręconia ſunt nouarũ. Noua igitur ponenda ſũt prius, quę, ut firmius probemus, aſſumẽtur & uetera. In ueterib. habẽtur lex & prophetiæ, in nouis Euãgeliũ & Apoſtolicę literæ. Ait aũt Apoſtolus: Per legẽ enim cognitio peccati. D Nũc aũt ſine lege iuſtitia dei manifeſtata eſt, teſtificata per legẽ & prophetas: iuſtitia autẽ dei, per fidẽ Ieſu Chriſti in omnes qui credũt in eũ. Hæc aũt iuſtitia dei ad nouũ pertinet teſtamentum, & teſtimoniũ habet à ueteribus libris, hoc eſt, à lege & prophetis. Prius ergo ipſa cauſa ponenda eſt, & poſtea teſtes introducendi. Hunc & ipſe Ieſus Chriſtus ordinem ſeruãdum eſſe demonſtrans: Scriba, inquit, eruditus in regno dei, ſimilis eſt uiro patrifamiliãs proferenti de theſauro ſuo noua & uetera. Nõ dixit uetera & noua: quod utiq; dixiſſet, niſi maluiſſet meritorum ordinem ſeruare, quàm temporum.

Quibus ſententijs domini Saluatoris diuinum iudicium futurum in fine ſeculi declaretur. Cap. V

A

ERGO ipſe Saluator cum obiurgaret
E ciuitates, in quibus uirtutes magnas fecerat, neq; crediderant, & eis alienigenas anteponeret: [a]Verũtamen, inquit, dico uobis, Tyro & Sidoni remiſſius erit in die iudicij quàm uobis. Et paulo poſt alteri ciuitati: Amen, inquit, dico uobis, quia terræ Sodomorum remiſſius erit in die iudicij quàm tibi. Hic euidentiſſime prædicat diem iudicij eſſe uenturũ. Et alio loco: Viri Niniuitæ, inquit, ſurB gent in iudicio cum generatione iſta, et condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionę: [b]& ecce plus quàm Iona hic. Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta, & condemnabit eam: quia uenit à finibus terrę audire ſapientiam Salomonis, & ecce plus q̃ Salomon hic. Duas hoc loco res diſcimus: & uenturum eſſe iudicium, & cum mortuorum reſurrectione uenturum. De Niniuitis enim & regina Auſtri quando hæc dicebat, de mortuis ſine dubio loquebatur, quos tamen in die iudicij reſurrecturos eſſe prædixit. [c]Nec ideo dixit condemnabunt, quia & ipſi iudicabũt, ſed quia C ex ipſorũ comparatione iſti merito damnabuntur. Rurſus alio loco, cum de hominum bonorũ & malorum nunc permixtione, poſtea ſeparatione, quæ utiq; in die iudicij futura eſt, loqueretur, adhibuit ſimilitudinem de tritico ſeminato, & ſuperſeminatis zizanijs, eamq; ſuis exponẽs diſcipulis: Qui ſeminat, inquit, bonum ſemen, eſt filius hominis: ager autem eſt hic mundus: bonum uero ſemẽ hi ſunt filij regni: zizania autem hi filij ſunt nequam. Inimicus autem qui ſeminauit ea, eſt diabolus. Meſſis autem conſummatio ſeculi, meſſores uero angeli ſunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur: ſic erit in cõſummatione ſeculi. Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatẽ, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & ſtridor dẽtium. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum. Qui habet aures audiẽdi, audiat. Hic quidem iudicium uel diem iudicij non nominauit, ſed multo eum clarius ipſis rebus expreſſit, & in fine ſeculi futurũ eſſe prędixit. Item diſcipulis ſuis: Amen, inquit, dico uobis, quod uos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cũ ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & uos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Hinc diſcimus cum ſuis diſcipulis iudicaturũ Ieſum. Vnde & alibi Iudæis dixit: Si ego in Beelzebub eĳcio dæmonia, filij ueſtri in quo eĳciunt? Ideo ipſi iudices ueſtri erunt. Nec quoniam ſuper duodecim ſedes ſeſſuros eſſe ait, duodecim ſolos homines cum ipſo iudicaturos putare debem[d]. Duodenario quippe numero, uniuerſa quædam ſignificata eſt iudicantium multitudo propter duas partes numeri ſeptenarij, quo ſignificatur plerunq; uniuerſitas: quæ duæ partes, id eſt, tria & quatuor, altera per alteram multiplicatæ duodecim faciunt. Nam & quatuor ter, & tria quater duodecim ſunt: & ſi qua alia huius duodenarij numeri, quæ ad hoc ualeat, ratio reperitur. Alioquin quoniam in locum Iudę traditoris Apoſtolum Matthiam legimus ordinatũ: Apoſtolus Paulus, qui plus illis omnibus laborauit, ubi ad iudicandum ſedeat, non habebit: qui profecto cum alijs ſanctis ad numerum iudicum ſe pertinere demonſtrat, cum dicit: Neſcitis quia angelos iudicabimus? De ipſis quoq; iudicãdis in hoc numero duodenario ſimilis cauſa eſt. Non enim quia dictum eſt, Iudicantes duodecim tribus Iſrael: tribus Leui, quæ tertiadecima eſt ab eis iudicanda nõ erit: aut ſolum illum populum, non etiam cæteras gentes iudicabunt? Quod autem ait, in regeneratione, procul dubio mortuorum reſurrectionem nomine uoluit regenerationis intelligi. Sic enim caro noſtra regenerabitur per incorruptionem, quemadmodum eſt anima noſtra regenerata per fidẽ. Multa prætereo, quæ de ultimo iudicio ita dici uidentur, ut diligenter conſiderata reperiantur ambigua, uel magis ad aliud pertinentia: ſiue ſcilicet ad eum ſaluatoris D aduentum, quo per totum hoc tempus in eccleſia ſua uenit, hoc eſt, in membris ſuis, particulatim atq; paulatim quoniã tota corpus eſt eius, ſiue ad excidium terrenæ Hieruſalem: quia & de illo cum loquitur, pleruncq; ſic loquitur tanquam de fine ſeculi, atque de illo die iudicij nouiſſimo & magno loquatur, ita ut diſnoſci non poſſit omnino, niſi ea quæ apud tres Euangeliſtas Matthæum, Marcum, & Lucam de hac re ſimiliter dicta ſunt, inter ſe omnia conferantur. Quædam quippe alter obſcurius, alter explicat planius: ut ea quæ ad unam rem pertinentia diſcuntur, appareat unde dicantur. Quod facere utcunq;

utcũq; curaui in quadam epiſtola, quam reſcripſi ad beatæ memoriæ uirum Heſychium Salonitanæ urbis Epiſcopum, cuius epiſtolæ titulus eſt de fine ſeculi. Proinde iam illud hic dicã quod in Euangelio ſecundũ Matthæum de ſeparatione bonorum & malorum legitur per iudicium præſentiſsimum atq; nouiſsimũ Chriſti. Cum autem uenerit, inquit, filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tũc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ: & cõgregabuntur ante eũ omnes gẽtes, & ſeparabit eos ab inuicẽ, ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis. Et ſtatuet oues quidem à dextris ſuis, hædos autem à ſiniſtris. Tunc dicet rex his, qui à dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei poſsidete paratum uobis regnũ à conſtitutione mundi. Eſurĳui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram, & collegiſtis me. Nudus, & cooperuiſtis me. Infirmus, & uiſitaſtis me. In carcere eram, & ueniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine, quando uidimus te eſurientem, & pauimus: ſitientem & dedimus tibi potum? Quando autẽ te uidimus hoſpitem, & collegimus te? Aut nudum & cooperuimus te? Aut quando te uidimus infirmum, aut in carcere, & uenimus ad te? Et reſpondens rex dicet illis: Amen dico uobis, quandiu uni feciſtis de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet, inquit, & his, qui à ſiniſtris eius erũt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Deinde ſimiliter etiam his enumerat, quod illa non fecerint, quæ dextros feciſſe memorauit. Similiterq; interrogantibus, quando eum uiderint in horum indigentia cõſtitutum: quod minimis ſuis non factum eſt, ſibi factum non fuiſſe reſpondet: ſermonemq; concludens: Et hi, inquit, in ſupplicium æternum ibunt, iuſti autem in uitam æternam. Ioannes uero Euãgeliſta apertiſsime narrat eũ in reſurrectione mortuorum futurum prædixiſſe iudicium. Cũ enim dixiſſet: Neq; enim pater iudicat quenquam, ſed iudicium omne dedit filio: ut omnes honorificẽt filiũ, ſicut honorificant patrem: Qui nõ honorificat filiũ, non honorificat patrẽ, qui miſit illum: Protinus addidit: Amẽ amen dico uobis: quia qui uerbum meũ audit, & credit ei qui me miſit, habet uitam æternam: & in iudicium non uenit, ſed tranſiet à morte in uitam. Ecce hic dixit fideles ſuos in iudicium nõ uenire. Quomodo ergo per iudicium ſeparabuntur à malis, & ad eius dextram ſtabunt, niſi quia hoc loco iudicium pro damnatione poſuit? In tale quippe iudicium non uenient, qui audiunt uerbum eius, & credunt ei qui miſit illum.

A

L. VIVES

[a]VEruntamẽ &c. Tyro & Sidoni.] Tyrus & Sidon urbes ſunt maritimæ in Phœnicia. [b] Et ecce plus quã Iona hic.] Hic non eſt pronomen, ſed aduerbium, quaſi hoc loco, ὧδε. [c] Nec ideo dixit condemnabunt.] Et cõdemnare dicuntur accuſatores reũ, quum per eorum accuſationem condemnatur. Imago eſt hæc ſumpta de foro.

Quæ ſit prima reſurrectio, quæ ſecunda. Caput VI

B

EINDE adiungit & dicit: Amen amen
D dico uobis, quia uenit hora, & nunc eſt, quando mortui audiẽt uocem filij dei: & qui audierint, uiuẽt. Sicut enim pater habet uitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio habere uitam in ſemetipſo. Nondum de ſecunda reſurrectione, id eſt corporum loquitur, quæ in fine futura eſt, ſed de prima, quæ nunc eſt. Hanc quippe ut diſtingueret, ait: Venit hora & nũc eſt. Non autem corporũ, ſed animarum eſt. Habẽt enim & animæ mortem
C ſuam in impietate, atq; peccatis. Secundũ quam mortẽ mortui ſunt, de quibus idem dominus ait: Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos: ut ſcilicet in anima mortui, in corpore mortuos ſepelirent. Propter iſtos ergo impietate & iniquitate in anima mortuos: uenit, inquit, hora, & nunc eſt, quando mortui audiunt uocem filij dei: & qui audierint, uiuent. Qui audierint, dixit: qui obedierint, qui crediderint, & uſque in finem perſeuerauerint. Nec fecit hic ullam differentiam bonorum & malorum. Omnibus enim bonum eſt audire uocem eius, & uiuere ad uitam pietatis ex impietatis morte tranſeundo.
D De qua morte ait apoſtolus: Ergo omnes mortui ſunt, & pro omnibus mortuus eſt unus: ut qui uiuũt, iam non ſibi uiuãt, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. Omnes itaque mortui ſunt in peccatis, nemine prorſus excepto: ſiue originalibus, ſiue etiam uoluntate additis: uel ignorando, uel ſciendo, uel faciendo quod iuſtũ eſt: & pro omnibus mortuis, uiuus mortuus eſt unus, id eſt nullum habens omnino peccatum: ut qui per remiſsionem peccatorum uiuũt, iam non ſibi uiuãt, ſed ei qui pro omnibus mortuus eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit pro-

pter iustificationē nostram: ut credentes in eū, A qui iustificat impiū, ex impietate iustificati, tanquam ex morte uiuificati ad primā resurrectionem, [a] quę nūc est, pertinere possimus. Ad hāc enim primam non pertinent, nisi qui beati erūt in æternum: ad secundam uero, de qua mox loquturus est, & beatos pertinere docebit, & miseros. Ista est misericordiæ, illa iudicij. Propter quod in psalmo scriptum est: Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. De quo iudicio cōsequenter adiunxit, atq; ait: Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Hic ostendit, quod in ea carne uenient iudicaturus, in qua uenerat iudicādus. Ad hoc enim ait: quoniam filius hominis est. Ac deinde subiungens unde agimus: Nolite, inquit, mirari hoc: quia ueniet hora, in qua omnes qui in monumētis sunt, audiēt uocem filij dei: & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ: qui uero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Hoc est illud iudicium, quod paulo ante sicut nunc pro damnatione posuerat, dicens: Qui uerbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam: & in iudicium non ueniet, sed trā sit à morte in uitam, id est pertinēdo ad primā resurrectionē, qua nūc trāsitur à morte ad uitā, C in damnationē non ueniet, quā significauit appellatione iudicij: sicut etiam in hoc loco, ubi ait: Qui uero mala egerunt, in resurrectionem iudicij, id est damnationis. Resurgat ergo in prima, qui non uult in secūda resurrectione damnari. Venit ergo hora, & nunc est, quādo mortui audient uocem filij dei: & qui audierint uiuent, id est in damnationem non uenient, quæ secūda mors dicitur: in quam mortem post secundam, quæ corporum futura est, resurrectionem præcipitabuntur, qui in prima, quæ animarum est, non resurgunt. Veniet enim hora, ubi non ait, & nunc est: quia in fine seculi erit, hoc est in ulti D mo & maximo iudicio dei, quando omnes qui in monumētis sunt, audient uocem eius, & procedent. Nō dixit, quemadmodum in prima: & qui audierint, uiuent. Non enim omnes uiuēt, ea scilicet uita, quæ quoniam beata est, sola uita dicenda est. Nam utiq; sine qualicunq; uita nō possent audire, & de monumentis resurgēte carne procedere. Quare autem non omnes uiuēt, in eo quod sequitur, docet: Qui bona, inquit, fecerunt, in resurrectionē uitæ, hi sunt qui uiuent: qui uero mala egerunt, in resurrectionē iudicij, hi sunt qui non uiuent: quia secunda morte morientur. Mala quippe egerūt, quoniam male uixerunt: male autem uixerūt: quia in prima, quæ nunc est animarum resurrectione non reuixerunt: aut in eo quod reuixerant, non in finē usq; manserūt. Sicut ergo duæ sunt regenerationes, de quibus iam supra locutus sum: una secūdum fidem, quæ nunc fit per baptismum: alia secundum carnem, quæ fiet in eius incorruptiōe atq; immortalitate per iudicium magnum, atq; nouissimum: Ita sunt & resurrectiones duæ: una prima, quæ nunc est, animarū, quæ uenire non permittit in mortem secūdam: alia secūda quæ B nunc nō est, sed in seculi fine futura est: nec animarum, sed corporum est: quæ per ultimum iudiciū alios mittet in secundam mortem, alios in eam uitam quæ nō habet mortem.

L. VIVES

A D primam resurrectionem, quæ nunc est animarum.] In alijs libris non adscribitur animarū: & forsan additum est, ut intelligeretur, quæ est hæc nostra resurrectio. Nam illa postrema est corporū, hæc prima est animarum, quum ex casu peccatorū surgunt. Sic paulopost: à morte animarum ad uitam uirtutum: in antiquis libris tantum legitur à morte ad uitam. Sed illa uidentur addita exponendi gratia.

De duabus resurrectiōibus, & de mille annis, quid in Apocalypsi Ioannis scriptū sit, & quid de eis rationabiliter sentiatur. Cap. VII

E his duabus resurrectiōibus idem D Ioannes Euangelista in eo libro qui dicitur Apocalypsis, eo modo locutus est: ut earū prima à quibusdam nostris nō intellecta, insuper etiā in quasdā ridiculas fabulas uerteretur. Ait quippe in libro memorato Ioānes apostolus: Et uidi angelū descēdentem de cœlo, habētem clauem abyssi, & catenam in manu sua, & tenuit draconē illum serpentem antiquum, qui cognominatus est diabolus, & satanas, & alligauit illum mille annis, & misit illum in abyssum, & clausit: & signauit super eum, ut non seduceret iam gentes, donec finiantur mille anni: post hæc oportet eum solui breui tempore. Et uidi sedes, & sedētes super eas, & iudicium datum est illis: & animas occisorum propter testimoniū Iesu, & propter uerbū dei. Et si qui nō adorauerūt bestiā, nec imaginē eius, nec acceperūt inscriptionem in frōte aut in manu sua, & regnauerūt cū Iesu mille annis: reliqui eorū non uixerunt, donec finiātur mille annis. Hęc resurrectio prima est. Beatus & sanctus A est, qui habet in hac prima resurrectiōe partē. In istis secunda mors nō habet potestatem, sed erunt sacerdotes dei & Christi, & regnabūt cū eo mille annis. Qui propter hæc huius libri uerba primam resurrectionē futurā suspicati sunt corporalem, [a] inter cætera maxime numero annorum mille permoti sunt, tanquam oporteret in sanctis eo modo uelut tāti temporis fieri sabbatismum, uacatione scilicet sancta post labores annorum sex milium, ex quo creatus est homo, & magni illius peccati merito in huius mortalitatis erumnas de paradisi felicitate dimissus est: ut quoniam scriptū est, Vnus dies apud dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies unus: sex annorum milibus tāquam sex diebus impletis, sequatur uelut sabbati septimus in annis mille postremis, ad hoc scilicet sabbatum celebrandum resurgentibus sanctis. Quæ opinio esset utcunq; tolerabilis, si aliquæ delitiæ spirituales in illo sabbato affuturæ sanctis per domini præsentiā crederētur. Nam etiā nos hoc opinati fuimus aliquādo. Sed cū eos qui tūc resurrexerint, dicāt immoderatissimis carnalib. epulis uacaturos, [b] in quibus cibus sit tantus ac potus, ut nō solum nullam modestiā teneant, sed modū C quoq; ipsius incredulitatis excedant: nullo modo ista possunt nisi à carnalibus credi. Hi autē qui spiritales sunt, istos ista credētes [c] χιλιασὰς appellant Græco uocabulo: quod uerbū è uerbo exprimentes nos possumus miliarios nuncupare. Eos autem longum est refellere ad singula, sed potius quemadmodum scriptura hæc accipienda sit, iam debemus ostendere. Ait ipse dominus noster Iesus Christus: Nemo potest introire in domū fortis, & uasa eius eripere, nisi prius alligauerit fortem, diabolum uolens intelligi fortem: quia ipse genus humanum potuit tenere captiuum: uasa uero eius quę fuerat ereptu D rus, fideles suos futuros, quos ille in diuersis peccatis atq; impietatibus possidebat. Vt ergo alligaretur hic fortis, propterea uidit iste Apostolus in Apocalypsi angelum descendentem de cœlo, habentem clauem abyssi, & catenam in manu sua. Et tenuit, inquit, draconem illum serpentem antiquum, qui cognominatus est diabolus & satanas: & alligauit eum mille annis, hoc est eius potestatem ab eis seducēdis ac possidendis, qui fuerant liberandi, cohibuit atque frenauit. Mille autem anni, duobus modis possunt, quantum mihi occurrit, intelligi: aut quia in ultimis annis mille ista res agitur, [d] id est sexto annorum miliario tanquam sexto die, cuius nunc spatia posteriora uoluūtur: secuturo deinde sabbato, quod nō habet uesperam, requiem scilicet sanctorum, quæ non habet finem: ut huius miliarij tanquam diei nouissimam partem, quæ remanebit usq; ad terminum seculi, mille annos appellauerit: eo loquēdi modo, quo pars significatur à toto: aut certe mille annos pro annis omnibus huius seculi posuit, ut perfecto numero notaretur ipsa temporis plenitudo. Mille B narius enim numerus denarij numeri quadratum solidum reddit. Decem quippe decies ducta, fiunt centum: quæ iam figura quadrata, sed plana est. Vt autem in altitudinem surgat, & solida fiat, rursus cētum decies multiplicantur, & mille fiunt. Porrò si centum ipsa aliquo modo pro uniuersitate aliquando ponuntur, quale illud est, quod dominus omnia sua dimittenti & eum sequenti promisit, dicens: Accipiet in hoc seculo centuplum: quod exponens quodammodo Apostolus, ait: Quasi nihil habentes, & omnia possidentes: quia & ante iam dictum erat: Fidelis hominis totus mundus diuitiarum C est: quanto magis mille pro uniuersitate ponuntur, ubi est soliditas ipsius denariæ quadraturæ? Vnde nec illud melius intelligitur, quod in Psalmo legitur: Memor fuit in seculum testamenti sui, uerbi quod mandauit in mille generationes, id est in omnes. Et misit illum, inquit, in abyssum: utique diabolum misit in abyssum. Quo nomine significata est multitudo innumerabilis impiorum, quorū in malignitate aduersus Ecclesiam dei multum profunda sunt corda: non quia ibi diabolus ante nō erat, sed ideo dicitur illuc missus, quia exclusus à credentibus plus cœpit impios possidere. Plus namq; possi D detur à diabolo, qui non solum alienatus est à deo, uerumetiam gratis odit seruientes deo. Et clausit, inquit, & signauit super eum, ut iam non seduceret gentes, donec finiantur mille anni. Clausit super eum, dictum est, interdixit ei ne possit exire, id est uetitum transgredi. Signauit autem quod addidit: significasse mihi uidetur, quòd occultū esse uoluit, qui pertineant ad partem diaboli, et qui non pertineant. Hoc quippe in seculo isto prorsus latet: quia & qui uidetur stare, utrum sit casurus: & qui uidetur iacere, utrum sit resurrecturus, incertum est. Ab eis autē

gentibus seducẽdis huius interdicti uinculo & A
claustro diabolus prohibetur atq; cohibetur,
quas pertinentes ad Christum seducebat an-
tea,uel tenebat. Has enim deus elegit ante mũ-
di constitutionem eruere de potestate tenebra-
rum,& trãsferre in regnũ filij claritatis suę:sicut
Apostolus ait. Nam seducere illum gentes etiã
nunc,& secum trahere in æternam pœnam,sed
non prædestinatas in æternam uitam,quis fide
lis ignorat? Nec moueat,quod sæpe diabolus se
ducit etiam illos qui iam regenerati in Christo,
uias ingrediũtur dei. Nouit enim dominus qui
sunt eius:ex his in æternam damnationẽ nemi-
nem ille seducit. Sic enim nouit eos dominus B
deus,quem nihil latet etiam futurorum: non ut
homo,qui hominẽ ad præsens uidet, si tamen
uidet,cuius cor non uidet:qualis autẽ postea sit
futurus,nec seipsum uidet. Ad hoc ergo ligatus
est diabolus,& inclusus in abysso:ut iam non se
ducat gẽtes,ex quibus constat ecclesia,quas an
tea seductas tenebat,antequã esset ecclesia. Nec
enim dictum est,ut non seduceret aliquẽ,sed ut
non seduceret,inquit,iam gentes:in quibus ec-
clesiam proculdubio uoluit intelligi. Donec fini
antur mille anni,id est aut quod remanet de se-
xto die,qui cõstat ex mille annis:aut omnes an- C
ni,quibus deinceps hoc seculum peragendum
est. Nec sic accipiendum est quod ait:ut non se-
duceret gentes donec finiantur mille anni:qua-
si postea seducturus sit eas duntaxat gentes, ex
quibus prædestinata constat Ecclesia: à quibus
seducendis illo est uinculo claustróque prohibi
tus. Sed aut illa locutiõe dictum est,quæ in scri-
pturis aliquoties inuenitur,qualis est in Psalmo
Sicut oculi nostri ad dominum deum nostrum
donec misereatur nostri. Neq; enim cum miser
tus fuerit,non erunt oculi seruorum eius ad do-
minum deum suum. Aut certe iste est ordo uer-
borum: Et clausit,& signauit super eum, donec
finiantur mille anni. Quod uero interposuit,ut
nõ seduceret iam gẽtes:ita se habet,ut ab huius
ordinis connexione sit liberum: & seorsum in-
telligendum,uelut si post adderetur,ut sic se ha
beret tota sententia: Et clausit,& signauit super
eum,donec finiantur mille anni,ut non seduce-
ret iam gentes:id est ideo clausit,donec finiãtur
mille anni,ut iam non seduceret gentes.

L. VIVES

a INter cætera maxime numero annorũ mille.] Quo-
niam Ioannes hoc loco meminit mille annorum,&
Christus in Euangelio: Nõ bibam ammodo de hoc

genimine uitis usq; in diem illum, quo bibam illud no-
uum in regno patris mei. Et Prophetæ multa dicunt de
regno Christi in Hierusalem,idcirco existimarunt qui-
dam Christum excitatis corporibus sanctorum suorũ
rediturum in mundum,mãsurumq; hic annos mille in
summa pace,affluente undiq; felicitate incredibili, au-
reoq; seculo maiore & mirabiliore, quàm est à Poetis de
scriptum,aut etiam ab Esaia & Sibylla prædictum. Cu-
ius opinionis autor fuit Papias Hieropolitanus præsul,
qui uixit temporibus Apostolorum. Eum secuti sunt I-
renæus,& Apollinarius, Tertullianus quoq; in libro de
spe fidelium,& Victorinus Pictauiensis,& Lactantius li
bro septimo diuinarum institutionum. Hoc commen-
tum & si inane Hieronymus esse ostendit,ac ridet sæpe
numero atq; increpsit,tamen libro in Hieremiam quar-
to non audere se damnare ait,quòd multi ecclesiastico-
rum uirorum & martyrum id dixerint,tantum est in di
cto uel fidei uel reuerentiæ plerunq; propter autorẽ so-
lum: dissentiendumq; est à magnis uiris modeste ac pru
denter,ita ut multum eorum autoritati detulisse uidea-
ris. Haud crediderim illorum sanctorum eandem fuisse
ea de re sententiam, quam Cherinthi hæretici, de quo
sic Eusebius libro Ecclesiasticæ historiæ tertio: Cherin-
thus post resurrectionem terrenum dicit futurum esse
regnum Christi in Hierusalem. Et homines in carne ite
rum cõcupiscentijs & uitijs subiectam conuersationem
habituros. Cõtra fidem quoq; scripturarum quosdam
mille annos designat,in quibus multa quidẽ & alia cor
ruptionum opera,& nuptiarum festiuitates dicit futu-
ras,ad eos qui libidini sunt dediti decipiendos. Sed &
Dionysius quum de Ioãnis reuelatione differeret, quæ-
dam secundum ea, quæ antiquitus Ecclesiæ tradita fue
rant,disputaret,mentionẽ facit huius ipsius uiri in his
uerbis: Cherinthus,inquit,à quo & Cherinthiana hæ-
resis oborta est, figmenti sui autoritatem magni nomi-
nis acquirere secundum scripturæ huius prauam intel-
ligentiam gestiebat. Quippe cujus hæc erat hæresis, ut
affimaret terrenum futurum esse Christi regnũ. Et quia
erat uentri, gulæ ac libidini deditus,ea futura decerne-
bat, quæ sibi propria libido dictabat. Vẽtris,& eorum
quæ sub uentre sunt incitamẽta,cibis, potibus, nuptijs
prædicabat explenda. Et ut aliquid sacratius dicere ui-
deretur,legales aiebat festiuitates rursum celebrãdas,
& hostias carnales iterum iugulandas. Irenæus uero se-
cretiora ipsius hæretici in primo operis sui libro publi
cauit. Quæ inde discat,si quis plenius scire uult. Hæc
Eusebius. Non est ergo hæc Papiæ opinio, cuius origi-
nem Hieronymus Cherintho potius attribuisset natu
maiori Papia ipso: tametsi eodẽ uixerint tempore: tum
nec Irenæus in Cherinthum scripsisset, qui Papiæ sentẽ-
tiam est sequutus: tametsi non omnes sectæ eadem de il-
lis mille tradiderũt annis. Vnusquisq;, ut sibi animo cõ
fingebat,ita affirmabat: nec mirum in re commẽticia &
D uana. Dionysius Alexandrinæ Ecclesiæ põtifex,ut Hie
ronymus lib. in Esaiam xviij. narrat,elegantẽ scripsit li-
brum,irridens mille annorum fabulam,& auream atq;
gemmatam in terris Hierusalem, instaurationem tem-
pli,hostiarum sanguinem,ocium sabbati, circumcisio-
nis iniuriam,nuptias,partus,liberorum educationem,
epularum delitias,& cunctarum gentium seruitutẽ,rur
susq; bella exercitus,ac triumphos,& superatorum ne-
ces,mortẽq; centenarij peccatoris. Hæc Hieron. b In
quibus cibus sit tantus ac potus.] Sic Lactantius: Ter-
ra uero aperiet fœcunditatem suam,& uberrimas fru-
ges sua sponte generabit. Rupes montium melle suda-
bunt: per riuos uina decurrent,& flumina lacte inunda
bunt. Vt præteream Cherinthiana, quæ sunt multo fœ
diora. c χιλιασάρ.] Quasi millenarios. χίλιοι enim sunt
mille. d Id est sexto annorum miliario.] Ferunt in
libris Heliæ Prophetæ inueniri sex mille annos mundũ
dura

duraturum: quorum prima duo milia deputãtur uani A
tati,usq; ad Abraham. Altera duo legi, ad Christũ. Ter
tia duo milia Messiæ,usq; ad finem seculi: idq; ex cõpu-
tatione Hebræorum. Nam ex septuaginta plura sunt q̃
tria milia ab Adam ad Abrahã. Et ætate Augustini non
aberant sex milia à fine suo quadringentis annis. Itaque
nunc plures quàm sex mille & septingentos uulgo com
putamus. Nempe à nato domino mille quingentos ui-
gintiduos: cuius ortum Eusebius & qui Lxx. sequũtur
in quinto millesimum & plus paulo q̃ centesimum con
ferunt. Idcirco Augustinus huius sexti annorum milia-
rij, uolui sua ætate spatia posteriora, dixit. Lactantius,
qui ante Augustinum uixit, nempe sub Cõstantino, tan
tum superesse ex illis sex milibus annorum ducẽtorum
annorum expectationem scribit.

De alligatione & solutione diaboli. Caput VIII

B

POST hæc,inquit,oportet eum sol-
P ui breui tempore. Si hoc est diabo-
lo ligari,& includi, Ecclesiã non pos
se seducere: hęc ergo erit solutio e-
ius,ut possit? Absit. Nunquã enim ab illo Eccle
sia seducetur prædestinata,& electa ante mun-
di cõstitutionẽ: de qua dictum est: Nouit domi
nus,qui sunt eius: & tamẽ hic erit Ecclesia illo tẽ
pore etiam quo soluendus est diabolus: sicut ex
quo est instituta,hic fuit & erit omni tempore,
in suis utique qui succedunt nascendo morienti- C
bus. Nam paulo post dicit,quòd solutus diabo
lus seductas gẽtes toto orbe terrarum, attrahet
in bellum aduersus eam: quorum hostium nu-
merus erit ut arena maris, Et ascenderũt,inquit,
super terræ latitudinem,& cinxerunt castra san
ctorum,& dilectam ciuitatem: & descẽdit ignis
de cœlo à deo, & comedit eos: & diabolus qui
seducebat eos,missus est in stagnum ignis et sul
phuris,ubi & bestia & pseudoprophetæ: & cru
ciabuntur die ac nocte in secula seculorum. sed
hoc iam ad iudicium nouissimũ pertinet, quod
nunc propterea commemorandum putaui, ne
quis existimet eo ipso paruo tempore, quo sol- D
uetur diabolus in hac terra ecclesiam non futu-
ram,illo hic eam uel non inueniente,cum fuerit
solutus: uel absumente, cum fuerit modis om-
nibus persecutus. Non itaque per totũ hoc tem
pus, quod libet iste complectitur à primo scili-
cet aduentu Christi usque in seculi finem, quo
erit secundus eius aduentus: ita diabolus alliga-
tur, ut eius hæc ipsa sit alligatio: per hoc inter-
uallum quod mille annorum numero appellat
non seducere Ecclesiam, quandoquidem illam
nec solutus utique seducturus est. Nam profe-

cto si ei alligari est,non posse seducere,siue non
permitti: quid erit solui, nisi posse seducere siue
permitti? Quod absit ut fiat. sed alligatio diabo
li,est non permitti exercere totam tentationem,
quam potest uel ui uel dolo ad seducendos ho-
mines in partem suam cogendo uiolenter,frau-
dulenterue fallendo. Quod si permitteretur in
tam longo tempore, & tanta infirmitate multo-
rum,plurimos tales,quales deus id perpeti non
uult, & fideles deiceret, & ne crederent, im-
pediret. Quod ne faceret, alligatus est. Tunc
autem soluetur, quando & breue tempus erit.
Nam tribus annis & sex mensibus legitur to- B
tis suis suorumq; uiribus sæuiturus: & tales e-
runt,cum quibus ei belligerandum est, ut uin-
ci tanto eius impetu insidijsque non possint.
Si autem nunquam solueretur, minus appare-
ret eius maligna potentia,minus sanctæ ciuita-
tis fidelissima patientia probaretur: minus de-
nicq; perspiceretur,quàm magno eius malo tam
bene fuerit usus omnipotens deus,qui eum nec
omnino abstulit à tentatione sanctorum, quã-
uis ab eorũ interioribus hominibus ubi in deũ
creditur,foras missum: ut forinsecus eius oppu
gnatione proficerent,& in eis qui sunt ex parte
ipsius,alligauit: ne quantã posset effundẽdo &
exercendo malitiã innumerabiles infirmos, ex
quibus ecclesiam multiplicari & impleri opor-
tebat: alios credituros,alios iam credẽtes à fide
pietatis hos deterreret,hos frangeret. Et solue
tur in fine,ut quàm fortem aduersarium dei ciui
tas superauerit, cum ingenti gloria sui redem-
ptoris,adiutoris,liberatoris, aspiciat. In eorum
sanè,qui tunc futuri sunt, sanctorum atque fi-
delium comparatione quid sumus? Quando
quidem ad illos probandos tantus soluetur ini
micus, cum quo nos ligato tantis periculis dimi
camus: quamuis & hoc | temporis interuallo, D
quosdam milites Christi tam prudentes & for
tes fuisse atque esse non dubium est, ut etiam si
tunc in ista mortalitate uiuerent, quando ille sol
uetur, omnes insidias eius atque impetus & ca
uerent prudentissime, & patientissime sustine
rent. Hæc autem alligatio diaboli non solum fa
cta est, ex quo cœpit ecclesia præter Iudæam
terram in nationes alias, aliasq; dilatari: sed eti-
am nunc fit, & fiet usque ad terminum seculi,
quo soluendus est: quia & nunc homines ab in
fidelitate,in qua ipse eos possidebat conuertun

tur ad fidem,& uſq; in illum finem ſine dubio cõuertentur.Et utiq; unicuiq; fidelium iſte fortis tunc alligatur,quando ab illo tanquam uas eius eripitur,& abyſſus ubi incluſus eſt non in eis conſumpta eſt,quando ſunt mortui: qui tũc erant quando eſſe cœpit incluſus, ſed ſucceſſerunt eis alij naſcendo, atq; ſuccedunt donec finiatur hoc ſeculum,qui oderint Chriſtianos: in quorum quotidie uelut in abyſſo cæcis & profundis cordibus includatur.Vtrum autẽ etiam illis ultimis tribus annis & menſibus ſex,quando ſolutus totis uiribus ſæuiturus eſt, aliquis in qua non fuerat ſit acceſſurus ad fidem, nõnulla quæſtio eſt.Quomodo enim ſtabit quod dictũ eſt:Quis intrat in domum fortis,ut uaſa eius eripiat,niſi prius alligauerit fortẽ,ſi etiam ſoluto eripiuntur? Ac per hoc ad hoc cogere uidetur iſta ſententia,ut credamus illo licet exiguo tempore neminem acceſſurum eſſe populo Chriſtiano, ſed cum eis qui iam Chriſtiani reperti fuerint diabolum pugnaturum. Ex quibus etiam ſi aliqui uicti ſecuti eum fuerint, non eos ad prædeſtinatum filiorum dei numerum pertinere. Neque enim fruſtra idem Ioannes Apoſtolus,qui & hanc Apocalypſim ſcripſit, in epiſtola ſua de quibuſdam dixit:Ex nobis exierunt,ſed non erant ex nobis. Nam ſi fuiſſent ex nobis,permanſiſſent utiq; nobiſcum.Sed quid fiet de paruulis? Nimiũ quippe incredibile eſt, nullos iam natos & nondum baptizatos, præoccupari Chriſtianorum filios illo tempore infantes:nullos etiam ipſis naſci iam diebus:aut ſi erunt,nõ eos à parentibus ſuis ad lauacrum regenerationis modo quocunq; perduci. Quod ſi fiet,quo pacto ſoluto iam diabolo uaſa iſta eripientur,in cuius domũ nemo intrat,ut uaſa eius eripiat, niſi prius alligauerit eum? Imò uero id potius eſt credendum,ut nec qui cadant de eccleſia,nec qui accedant ad eccleſiam illo tempore defuturos: ſed profecto tam fortes erũt & parentes pro baptizandis paruulis ſuis, & hi qui tunc primitus crediturí ſunt,ut illum fortem uincant etiam non ligatum:id eſt omnibus, qualibus antea nunquam,uel artibus inſidiantẽ, uel urgentem uiribus, & uigilanter intelligãt, & toleranter ferant:ac ſic illi etiam nõ ligato eripiantur.Nec ideo falſa erit euangelica illa ſententia: Quis intrat in domũ fortis,ut uaſa eius eripiat, niſi prius alligauerit fortẽ? Secundum enim ſententiæ eius ueritatem,ordo iſte ſeruatus eſt, ut prius alligaretur fortis,ereptiſq; uaſis eius, longe lateq; in omnibus gẽtibus ex firmis & infirmis ita multiplicaretur eccleſia,ut ex ipſa rerum diuinitus prædictarum & impletarũ robuſtiſſima fide,etiam ſoluto uaſa poſſet auferre. Sicut enim fatendum eſt,multorum refrigeſcere charitatem,cum abundat iniquitas:& inuſitatis maximiſq; perſecutionibus atq; fallacijs diaboli iam ſoluti,eos qui in libro uitæ ſcripti non ſunt, eſſe multos ceſſuros:ita cogitandum eſt, non ſolum quos bonos fideles illud tempus inueniet, ſed nonnullos etiam qui foris adhuc erũt, adiuuante dei gratia per conſiderationem ſcripturarum:in quibus & alia & finis ipſe prænunciatus eſt,quem uenire iam ſentiunt: ad credendum, quod nõ credebãt,futuros eſſe firmiores: & ad uincendum etiam nõ ligatum diabolum fortiores. Quod ſi ita erit,propterea præceſſiſſe dicenda eſt eius alligatio,ut & ligati & ſoluti expoliatio ſequeretur: quoniam de hac re dictum eſt: Quis intrabit in domum fortis,ut uaſa eius eripiat,niſi prius alligauerit fortem?

Quid ſit regnum ſanctorũ cum Chriſto per mille annos, & in quo diſcernatur à regno æterno. Cap. IX

INterea dum mille annis ligatus eſt diabolus, ſancti regnant cum Chriſto etiam ipſis mille annis eiſdẽ ſine dubio,& eodẽ modo intelligendis, id eſt iſto iam tẽpore prioris eius aduentus.Excepto quippe illo regno,de quo in fine dicturus eſt: Venite benedicti patris mei,poſſidete paratum uobis regnũ.Niſi enim alio aliquo modo longe quidẽ impari iam nunc regnarent cũ illo ſancti eius,quibus ait:Ecce ego uobiſcum ſum uſq; in conſummationẽ ſeculi: profecto nõ etiã nunc diceretur Eccleſia regnũ eius,regnũue cœlorũ.Nam utiq; iſto tempore in regno dei eruditus ſcriba ille,qui profert de theſauro ſuo noua & uetera:de quo ſupra locuti ſumus,Et de eccleſia collecturi ſunt zizania meſſores illi, quæ permiſit cum tritico ſimul creſcere uſq; ad meſſem.Quod exponens ait,Meſsis eſt finis ſeculi:meſſores autem angeli ſunt. Sicut ergo colliguntur zizania,& igni comburuntur,ſic erit in conſummatione ſeculi:mittet filius hominis angelos ſuos,& colligẽt de regno eius omnia ſcandala

dala.Nunquid de regno illo ubi nulla ſunt ſcandala? De iſto ergo regno eius,quod eſt hic eccleſia,colligẽtur. Item dicit: Qui ſoluerit unum de mãdatis iſtis minimis & docuerit ſic homines, minimus uocabitur in regno cœlorũ:qui autem fecerit & ſic docuerit,magnus uocabitur in regno cœlorum. Vtrunq; dicit in regno cœlorũ, & qui non facit mandata quæ docet: hoc eſt enim ſoluere,non ſeruare,nõ facere: & illum qui facit & ſic docet:ſed iſtum minimum,illum magnum.Et continuo ſecutus adiũgit: Dico enim uobis,quia niſi abũdauerit iuſtitia ueſtra ſuper Scribarum & Phariſæorũ,id eſt ſuper iuſtitiam eorum qui ſoluunt quod docent.De Scribis enim & Phariſæis dicit alio loco:Quoniã dicunt & non faciunt.Niſi ergo ſuper eos abundauerit iuſtitia ueſtra,id eſt ut uos nõ ſoluatis,ſed faciatis potius quod docetis:nõ intrabitis, inquit, in regnũ cœlorum.Alio modo igitur intelligendum eſt regnum cœlorum ubi ambo ſunt:& ille ſcilicet qui ſoluit quod docet, & ille qui facit: ſed ille minimus,iſte magnus. Alio modo autem regnum cœlorum dicitur, quò non intrat niſi ille qui facit. Ac per hoc ubi utrunq; genus eſt,Eccleſia eſt,qualis nunc eſt: ubi autem illud ſolum erit,Eccleſia eſt,qualis tunc erit, quando malus in ea non erit. Ergo Eccleſia & nunc eſt regnum Chriſti,regnumq; cœlorum. Regnãt itaq; cum illo etiam nunc ſancti eius,aliter quidem quàm tunc regnabunt:nec tamen cum illo regnant zizania,quamuis in Eccleſia cum tritico creſcant.Regnant enim cum illo qui faciunt quod Apoſtolus ait:Si conſurrexiſtis cũ Chriſto,quæ ſurſum ſunt ſapite,ubi Chriſtus eſt in dextera dei ſedẽs:quæ ſurſum ſunt quærite, nõ quę ſuper terram. De qualibus item dicit,quòd eorum cõuerſatio ſit in cœlis.Poſtremo regnãt cum illo,qui eo modo ſunt in regno eius,ut ſint etiam ipſi regnum eius.Quomodo autem ſunt regnum Chriſti,qui, ut alia taceam, quãuis ibi ſint donec colligantur in fine ſeculi de regno eius omnia ſcandala:tamen illic ſua quærũt,non quæ Ieſu Chriſti? De hoc ergo regno militiæ, in quo adhuc cum hoſte confligitur,& aliquando repugnatur repugnantibus uitijs, aliquando cedentibus imperatur donec ueniatur ad illud pacatiſsimum regnũ,ubi ſine hoſte regnabitur, & de hac prima reſurrectione quæ nunc eſt,liber iſte loquitur. Cum enim dixiſſet alligari diabolum mille annis, & poſtea ſoluí breui tempore, mox recapitulando quid in iſtis mille annis agat Eccleſia uel agatur in ea: Et uidi, inquit, ſedes & ſedentes ſuper eas, & iudicium datum eſt. Non hoc putandum eſt de ultimo iudicio dici,ſed ſedes prępoſitorum,& ipſi præpoſiti intelligendi ſunt, per quos Eccleſia nunc gubernatur.Iudicium autem datum, nullũ melius accipiendum uidetur,quàm id quod dictũ eſt: Quæ ligaueritis in terra,ligata erũt & in cœlo: & quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt & in cœlo.Vnde Apoſtolus:Quid enim mihi eſt,inquit,de his qui foris ſunt iudicare? Nõne de his qui intus ſunt,uos iudicatis? Et animę,inquit,occiſorũ propter teſtimoniũ Ieſu, & propter uerbum dei:ſubauditur quod poſtea dicturus eſt, & regnauerunt cum Ieſu mille annis,animę ſcilicet martyrum nondum ſibi corporibus ſuis redditis.Neque enim piorum animæ mortuorum ſeparantur ab Eccleſia,quæ etiam nunc eſt regnum Chriſti.Alioquin nec ad altare dei fieret eorum memoria in communione corporis Chriſti:nec aliquid prodeſſet ad eius in periculis baptiſmũ currere,ne ſine illo finiatur hæc uita:nec ad reconciliationẽ ſi forte per pœnitentiam malamue conſcientiam quiſq; ab eodem corpore ſeparatus eſt.Cur enim fiunt iſta, niſi quia fideles,etiam defuncti,membra eius ſunt? Quamuis ergo cum ſuis corporibus nondum ſunt,iam tamen eorum animæ regnant cũ illo, dum iſti mille anni decurrunt. Vnde in hoc eodem libro & alibi legitur: Beati mortui, qui in domino moriuntur,amodo iam etiam dicit ſpiritus,ut requieſcant à laboribus ſuis:nam opera eorum ſequuntur illos.Regnat itaq; cum Chriſto nunc primum Eccleſia in uiuis & mortuis. Propterea enim ſicut dicit Apoſtolus,mortuus eſt Chriſtus,ut & uiuorum & mortuorum dominetur.Sed ideo tantummodo martyrum animas cõmemorauit:quia ipſi præcipue regnant mortui,qui uſque ad mortem pro ueritate certauerũt.Sed à parte totum,etiam cæteros mortuos intelligimus pertinentes ad Eccleſiam, quod eſt regnum Chriſti. Quod uero ſequitur Et ſi qui non adorauerunt beſtiam, nec imaginem eius: nec acceperunt inſcriptionem in fronte,aut in manu ſua: ſimul de uiuis ac mortuis debemus accipere.Quę ſit porrò iſta beſtia quamuis ſit diligentius inquirendum, non ta-

men abhorret à fide recta ut ipsa impia ciuitas intelligatur, & populus infidelium cõtrarius populo fideli & ciuitati dei. Imago uero eius simulatio eius mihi uidetur: in eis uidelicet hominibus, qui uelut fidem profitẽtur, & infideliter uiuunt. Fingunt enim se esse quod non sunt, uocantúrq; non ueraci effigie, sed fallaci imagine Christiani. Ad eãdem nanq; bestiam pertinẽt non solum aperti inimici nominis Christi, & eius glorioſiſsimæ ciuitatis, sed etiã zizania, quæ de regno eius, quod est ecclesia, in fine seculi colligenda sunt. Et qui sunt qui bestiam non adorant, nec imaginem eius, nisi qui faciũt quod ait Apostolus: Ne sitis iugum ducentes cum infidelibus? Non adorant enim, id est non cõsentiunt, non subijciuntur: neq; accipiũt inscriptionem, notam scilicet criminis in fronte, propter professionẽ: in manu, propter operationes. Ab his ergo malis alieni siue adhuc in ista mortali carne uiuentes, siue defuncti regnant cum Christo, iam nunc quodammodo huic tempori congruo per totũ hoc interuallum, quod numero mille significatur annorum. Reliqui eorum, inquit, non uixerunt. Hora enim nunc est cũ mortui audient uocem filij dei: & qui audierint, uiuent: reliqui uero eorum non uiuent. Quod uero subdidit: Donec finiantur mille anni: intelligendum est, quod eo tẽpore non uixerunt, quo uiuere debuerunt, ad uitã scilicet de morte transeundo. Et ideo cum dies uenerit, quo fiet & corporum resurrectio, nõ ad uitam de monumentis procedent, sed ad iudicium: ad damnationẽ scilicet, quæ secunda mors dicitur. Donec enim finiantur mille anni, quicunque non uixerit, id est, isto toto tempore, quo agitur prima resurrectio, non audierit uocem filij dei, & ad uitam de morte non transierit: profecto in secunda resurrectione, quæ carnis est, in mortem secundam cum ipsa carne transibit. Sequitur enim & dicit: Hæc resurrectio prima est. Beatus & sanctus qui habet in hac prima resurrectione partem, id est particeps eius est. Ipse est autẽ particeps eius, qui non solum à morte quæ in peccatis est reuiuiscit, uerum etiam in eo quod reuixerit, permanet. In istis, inquit, secunda mors non habet potestatem. Habet autem in reliquis, de quibus superius ait: Reliqui eorum non uixerũt, donec finiantur mille anni: quoniam isto toto temporis interuallo, quod mille annos uocat, quantũcunq; in eo quiscq; eorum uixit in corpore, non reuixit à morte: in qua eum tenebat impietas: ut sic reuiuiscendo primæ resurrectionis particeps fieret, atq; in eo potestatem secunda mors non haberet.

Quid respondendũ sit eis, qui putant resurrectionem ad sola corpora, non etiam ad animas pertinere. Cap. X

SVNT qui putãt resurrectionem dici nõ posse nisi corporũ, ideo istam quoq; in corporibus primam futuram esse contendunt. Quorũ enim est, inquiunt, cadere, eorum esse resurgere. Cadunt autem corpora moriẽdo: nam & à cadendo cadauera nuncupantur. Non ergo animarum, inquiunt, resurrectio potest esse, sed corporum. Sed quid contra Apostolum dicunt, qui eãm resurrectionem appellat? Nam secundum interiorem, non secundum exteriorem hominem uticq; resurrexerat, quibus ait: Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt sapite. Quem sensum uerbis alijs alibi posuit, dicens: Vt quemadmodum Christus à mortuis resurrexit per gloriam patris, sic & nos in nouitate uitæ ambulemus. Hinc est et illud: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Quod autem dicunt non posse resurgere nisi qui cadunt: & ideo putant resurrectionem ad corpora, non ad animas pertinere, quia corporum est cadere: cur non audiunt, Non recedatis ab illo ne cadatis: & suo domino stat, aut cadit: & qui putat se stare, uideat ne cadat? Puto enim quòd in anima, non in corpore casus iste cauendus est. Si igitur cadentium est resurrectio, cadunt autem & animæ: profecto & animas resurgere confitendum est. Quod autem cum dixisset: In istis secunda mors non habet potestatem, adiunxit atque ait: Sed erunt sacerdotes dei & Christi, & regnabunt cum eo mille annis: nõ utique de solis Episcopis & presbyteris dictum est, qui proprie iam uocantur in ecclesia sacerdotes: [a] sed sicut omnes Christianos dicimus propter mysticum chrisma: sic omnes sacerdotes, quoniam membra sunt unius sacerdotis. De quibus Apostolus Petrus: Plebs, inquit, sancta, regale sacerdotium. Sanè licet breuiter atque transeunter insinuauit deum esse Christũ, dicendo sacerdotes dei & Christi, hoc est

hoc est pátris & filij, quamuis propter formam serui sicut filius hominis, ita etiã sacerdos Christus effectus sit in æternum, secundum ordinem Melchisedec. De qua re in hoc opere non semel diximus.

L. VIVES

a Omnes Christianos.] Aliàs, Christos. alluſit ad illud Psalm. Nolite tangere Christos meos.

b Deum esse Christum.] Nefas est enim si alius habet sacerdotẽ cp̃ deus, quod nec gentiles ignorabant, ut Cicero ij. Philip.

De Gog & Magog, quos ad persequendam ecclesiam dei solutus prope finem seculi diabolus incitabit. XI

TVM cum finiti fuerint, inquit, mille anni, soluetur satanas de custodia sua, & exibit ad seducendas nationes, quæ sunt in quatuor angulis terræ Gog & Magog, & trahet eos in bellum, quorũ numerus est ut arena maris. Ad hoc ergo tunc seducet, ut in hoc bellum trahat. Nam & antea modis quibus poterat, per mala multa & uaria seducebat. Exibit autem, dictum est, in apertam persecutionem de latebris erũpet odiorũ. Hæc enim erit nouissima persecutio nouissimo immineute iudicio, quam sancta ecclesia toto terrarũ orbe patietur: uniuersa scilicet ciuitas Christi ab uniuersa diaboli ciuitate quantacũq; erit utraq; super terram. Gentes quippe istæ, quas appellat Gog & Magog, non sic sunt accipiendæ, [a] tanquam sint aliqui in aliqua parte terrarũ Barbari constituti: siue quos quidam suspicantur Getas & Massagetas, propter literas horum nominũ primas, siue aliquos alios alienigenas, & à Romano iure seiunctos. Toto nanq; orbe terrarũ significati sunt isti esse, cum dictũ est: Nationes quæ sunt in quatuor angulis terræ, easq; subiecit esse Gog & Magog. Quorũ [b] interpretationem nominum esse comperimus Gog tectum, Magog de tecto, tanquam domus, & ipse qui procedit de domo. Gentes igitur sunt, in quib⁹ diabolũ uelut in abysso supius intelligebamus inclusum: et ipse de illis quodammodo sese efferens & procedẽs, ut illæ sint tectũ, ipse de tecto. Si autẽ utrunq; referamus ad gẽtes, non unum horum ad illas, alterũ ad diabolum: & tectum ipsæ sunt, quia in eis nũc includitur, & quodam modo tegitur inimicus antiquus: & de tecto, ipsæ erunt, quando in apertum odium de operto erupturæ sunt. Quod uero ait: Et ascenderũt super terræ latitudinem, & cinxerunt castra sanctorum, & dilectam ciuitatem: non utiq; ad unum locum uenisse, uel uenturi esse significati sunt, quasi aliquo uno loco futura sint castra sanctorum & dilecta ciuitas, cum hæc non sit nisi Christi ecclesia toto terrarũ orbe diffusa: ac per hoc ubicũq; tunc erit, quæ in omnibus gẽtibus erit, quod significatũ est nomine latitudinis terræ: ibi erunt castra sanctorũ, ibi erit dilecta deo ciuitas eius: ibi ab omnibus inimicis suis, quia & ipsi in omnibus gentibus cum illa erunt, persecutiõis illius immanitate cingetur, hoc est in angustias tribulationis artabitur, urgebitur, concludetur: nec militiam suam deseret, quæ uocabulo est appellata castrorum.

L. VIVES

a Tanquam sint aliqui in aliqua parte terrarũ Barbari.] Hieronymus lib. xi. super Ezechielem illo dicto: Ecce ego ad te Gog principẽ capitis Mosoch & Thubal, & circumagam te. Iudæi & nostri Iudaizantes, inquit, putant Gog esse gentes Scythicas immanes & innumerabiles, quæ trans Caucasum montem & Mæotidem paludem, & prope Caspiũ mare ad Indiam usq; tendantur: & has post mille annorum regnum esse à diabolo mouendas, quæ ueniãt in terram Israel, ut pugnent contra sanctos multis secum gentibus congregatis, primum Mosoch: quos Iosephus interpretatur Cappadocas: deinde Thubal, quos idem Iberos uel Hispanos, Hebræi Italos suspicantur. Habentes secum in excitu Persas, Aethiopas, & Libyas, Gomer quoque & Thogorma, quos Galatas & Phrygas interpretantur. Sabæos quoq; & Dedan, & Carthaginenses, siue Tharsis. Sic Hieronymus. b Quorum interpretationẽ nouimus esse cõperimus.] Hieronymus Gog Græco sermone σκέπασμα, Latino tectum dicitur. Porrò Magog interpretatur de tecto. Omnis igitur superbia & falsi nominis scientia, quæ erigit se contra noticiam ueritatis, his nominibus demonstratur.

An ad ultimũ supplicium pertineat impiorum; quòd descẽdisse ignis de cœlo, et eosdem comedisse memoratur. Cap. XII

VOD uero ait, Et descẽdit ignis de cœlo & comedit eos: nõ extremum putandũ est id esse supplicium, quod erit cũ dicetur: Discedite à me maledicti in ignẽ æternũ. Tũc quippe in ignẽ mittẽtur ipsi: non ignis de cœlo ueniet super ipsos. Hic autẽ bene intelligitur ignis de cœlo de ipsa firmitate sanctorũ, qua nõ cessuri sunt sæuientibus, ut eorũ faciãt uolũtatẽ. Firmamentũ enim est cœlũ, cuius firmitate illi cruciabũtur ardẽtissimo zelo: quoniã nõ poterũt attrahere in partes Antichristi sanctos Christi. Et ipse erit ignis qui comedet eos, & hoc à deo: quia dei munere insuperabiles fiũt sancti, unde excruciabũtur inimici. Sicut eñ zelus in bono positũ est, ubi legi-

tur

tur, Zelus domus tuæ comedit me: Ita ecotra- A rio in malo, ubi dicitur: Zelus occupauit plebẽ ineruditam. Et nunc iguis contrarius comedet, & nunc utiq; excepto scilicet ultimi illius igne iudicij. Aut si ipsam plagam qua percutiendi sunt ecclesię persecutores ueniẽte iam Christo, quos uiuentes inueniet super terram, quando interficiet Antichristum spiritu oris sui, ignem appellauit descendentem de cœlo, eosq; comedentẽ, neque hoc ultimum supplicium erit impiorum, sed illud quod facta corporum resurrectione passuri sunt.

An ante tempus persecutionis Antichristi mille anni annumerandi sint. Caput XIII

H AEC persecutio nouissima quæ futura est ab Antichristo (sicut iam diximus & in hoc libro superius, & apud Danielem prophetam positũ est) tribus annis & sex mẽsibus erit. Quod tempus quãuis exiguum utrum ad mille annos pertineat, quibus & diabolum ligatum dicit, & sanctos regnare cum Christo: an eisdẽ annis hoc paruũ spatium superaddatur, atq; sit extra, merito ambigitur: quia si dixerimus ad eosdẽ annos hoc pertinere, non tanto tempore, sed prolixiore cum Christo regnũ sanctorum reperietur extẽdi, q̃ diabolus alligari. Profecto enim sancti cũ suo rege etiã in ipsa præcipue persecutione regnabunt mala tanta uincentes, quando iam diabolus non erit alligatus, ut eos persequi omnibus uiribus possit. Quomodo ergo ista scriptura eisdẽ mille annis utrunq; determinat, diaboli scilicet alligationem, regnũq; sanctorũ: cũ trium annorũ et sex mẽsium interuallo prius desinat alligatio diaboli, quàm regnum sanctorum in his mille annis cum Christo? Si autem D dixerimus paruum persecutionis huius hoc spatium non computandum in mille annis, sed eis impletis potius adiiciendum: ut proprie possit intelligi, quod cum dixisset, Sacerdotes dei & Christi regnabunt cum eo mille annis: adiecit, Et cum finiti fuerint mille anni, soluetur Satanas de custodia sua: isto enim modo et regnum sanctorum & uinculum diaboli simul cessatura esse significat, ut deinde persecutionis illius tempus nec ad sanctorum regnum, nec ad custodiam Satanę, quorum utrunq; in mille annis est, pertinere, sed superadditum & extra computã- B dum esse credatur: cogemur fateri sanctos in illa persecutione regnaturos nõ esse cum Christo. Sed quis audeat dicere, tunc cum illo non regnatura sua membra, quando ei maxime atq; fortissime cohærebunt: & quo tempore quãto erit acrior impetus belli tanto maior gloria non cedendi, tanto densior corona martyrij? Aut si propter tribulationes, quas passuri sunt, non dicendi sunt regnaturi, consequens erit ut etiã superioribus diebus in eisdẽ mille annis quicunq; tribulabantur sanctorũ eo ipso tẽpore tribulationis suæ cum Christo non regnasse dicãtur: ac per hoc & illi, quorum animas autor libri huius uidisse se scribit occisorum propter testimonium Iesu, & propter uerbum dei, non regnabant cum Christo quando patiebantur persecutionem: & ipsi regnũ Christi nõ erant, quos Christus excellẽtius possidebat. Absurdissimũ id quidem est, & omnino auersandum. Sed certe animæ uictrices gloriosissimorũ martyrum, omnibus doloribus ac laboribus superatis atq; finitis, postea q̃ mortalia mẽbra posuerunt, cũ Christo utiq; regnauerũt & regnant, donec finiantur mille anni, ut postea receptis etiã corpo- C ribus iam immortalibus regnent. Proinde tribus illis annis atq; dimidio animæ occisorum pro eius martyrio, & quæ antea de corporibus exierũt, & quæ ipsa nouissima persecutiõe sunt exituræ, regnabũt cũ illo donec finiatur mortale seculũ, & ad illud regnũ ubi mors nõ erit, trãseatur. Quocirca cũ Christo regnantiũ sanctorũ plures anni erũt, q̃ uinculi diaboli & custodiæ: quia illi cum suo rege dei filio, iam diabolo non ligato etiã per tres illos annos ac semissem regnabunt. Remanet igitur, ut cum audimus, Sacerdotes dei & Christi regnabunt cum illo mille annis: & cum finiti fuerint mille anni, soluetur Satanas de custodia sua: aut nõ regni huius sanctorum intelligamus annos mille finiri, sed uinculi diaboli atque custodiæ: aut annos mille, id est annos omnes, ut suos quæq; pars habeat diuersis ac proprijs prolixitatibus finiẽdos, ampliores sanctorũ regno, breuiores diaboli uinculo: aut certe quoniam triũ annorum & sex mensium breuissimum spatiũ est, computari noluisse credatur: siue quod minus Satanæ uinculum, siue quod amplius uidetur regnum habere sanctorum: sicut de quadringentis annis in sextodecimo huius operis uolumine disputaui: quoniam plus aliquid erant, & tamen qua-

quadringenti sunt nuncupati: & talia sæpe repe- A riuntur in literis sacris, si quis aduertat.

De damnatione diaboli cum suis, & per recapitulationem de resurrectione corporum omnium mortuorum, & de iudicio ultimæ retributionis. Caput XIIII

P OST hanc autem commemorationem nouissimę persecutionis, breuiter cõplectitur totum, quod ultimo iam iudicio diabolus, & cũ suo principe ciuitas inimica passura est. Dicit em: Et diabolus qui seducebat eos missus est in stagnum B ignis & sulphuris, quo & bestia & pseudopropheta excruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Bestiam bene intelligi ipsam impiam ciuitatem, supra iam diximus. Pseudo uero propheta eius aut Antichristus est, aut imago illa, id est figmentum illud, de quo ibi locuti sumus. Post hæc ipsum nouissimum iudicium, quod erit in secunda resurrectione mortuorũ, quæ corporum est, recapitulãdo narrat, quomodo fuerit sibi reuelatum: Et uidi, inquit, thronum magnum & candidum, & sedentem super eum cuius à facie [a]fugit cœlum & terra, & locus eorum C nõ est inuentus. Non ait, uidi thronum magnũ & candidum & sedentem super eum, & ab eius facie fugit cœlum & terra: quoniam nõdum factum est, id est antequam esset de uiuis & mortuis iudicatum: sed eum se uidisse dixit in throno sedentem, à cuius facie fugit cœlum & terra: sed postea. Peracto quippe iudicio tũc esse desinet hoc cœlum & hæc terra, quãdo incipiet esse cœlum nouum & terra noua. Mutatione nãq; rerũ non omnimodo interitu transibit hic mundus. Vnde & Apostolus ait: Prętęrit enim figura huius mundi, uolo uos sine solicitudine esse. D Figura ergo prætęrit, non natura. Cum ergo se Ioãnes uidisse dixisset sedentem super thronũ, à cuius facie, quod postea futurum est, fugit cœlum & terra. Et uidi, inquit, mortuos magnos & pusillos, & aperti sunt libri: & alius liber apertus est, qui est uitæ uniuscuiusq;, & iudicati sunt mortui ex ipsis scripturis librorum secũdum facta sua. Libros dixit esse apertos, & librum. Sed librum cuiusmodi sit, non tacuit: qui est, inquit, uitæ uniuscuiusq;: Ergo illi libri, quos prior loco posuit, intelligẽdi sunt sancti & ueteres & noui, ut in illis ostẽderetur quæ deus fieri sua mandata iussisset: in illo autem [b]qui est uitæ uniuscuiusq;, quid horũ quisq; non fecisset, siue fecisset. Qui liber si carnaliter cogitetur, quis eius magnitudinem, aut lõgitudinem ualeat æstimare? Aut quanto tempore legi poterit liber, in quo scriptæ sunt uniuersæ uitæ uniuersorũ? An tantus angelorum numerus aderit, quantus hominum erit: ut & uitam suam quisq; ab angelo sibi adhibito audiat recitari? Nõ ergo unus liber erit omnium, sed singuli singulorum. Scriptura uero ista unum uolens intelligi: Et alius, inquit, liber apertus est. Quędã igitur uis est intelligẽda diuina: qua fiet, ut cuiq; opera sua, uel bona, uel mala cuncta in memoriã reuocẽtur, et mẽtis intuitu mira celeritate cernãtur: ut accuset, uel excusset scientia cõscientiã: atq; ita simul, et omnes, & singuli iudicentur. Quæ nimirum uis diuina, libri nomen accepit. In ea quippe quodammodo legitur, quicquid à faciente recolitur. Vt autem ostendat, qui mortui sint iudicãdi, id est pusilli cum magnis, recapitulando dicit tanquã ad id rediens, quod prætęrierat, potiusue distulerat: Et exhibuit mare mortuos, qui in eo erãt: et mors, & infernus reddiderũt mortuos, quos in se habebãt. Hoc proculdubio prius factũ est, cq̃ C essent mortui iudicati: & tamẽ illud prius dictũ est. Hoc ergo est quod dixi recapitulando eum ad id redijsse, quod intermiserat. Nunc autẽ ordinem tenuit, atq; ut explicaretur ipse ordo, cõmodius etiam de iudicatis mortuis, quod dixerat, suó repetiuit loco. Cum enim dixisset: Et exhibuit mare mortuos, qui in eo erant, & mors, & infernus reddiderunt mortuos, quos in se habebant: mox addidit, quod paulo ante posuerat: Et iudicati sunt singuli secundum facta sua. Hoc est enim quod supra dixerat: Et iudicati sunt mortui secundum facta sua.

L. VIVES

[a] Fugit cœlum & terra.] Prima longa. Ham prætęritum est ἔφυγεν. Posteaquã enim iudicauit, fugerunt cœlum & terra. Apostolus tum uelut iam facta narrat more Prophetarũ. [b] Qui est uitæ uniuscuiusq;.] Alibi, uitæ uni. Græce ἑνὸς ἑκάστου quod est uitæ, uniuscuiusq; non legitur.

Qui sint mortui, quos ad iudicium exhibuit mare, uel quos mors & inferi reddiderint. Cap. XV

S ED qui sũt mortui, quos exhibuit mare, qui in eo erãt? Necq; enim qui in mari moriuntur, non sunt in inferno, aut corpora eorum seruantur in mari: aut quod est

est absurdius,mare habebat bonos mortuos, A & infernus malos? Quis hoc putauerit? Sed profecto conuenienter quidam hoc loco, mare pro isto seculo positum accipiunt. Quum ergo, & quos hic inueniet Christus in corpore constituros,simul significaret cum ijs,qui resurrecturi sunt,iudicandos:etiam ipsos mortuos appellauit,& bonos,quibus dicitur: Mortui enim estis,& uita uestra abscõdita est cum Christo in deo. Et malos,de quibus dicitur:Sine mortuos, sepelire mortuos suos. Possunt mortui etiã propter hoc dici,quòd mortalia gerũt corpora. Vnde Apostolus: Corpus quidem,inquit, mortuũ B est propter peccatum:spiritus autẽ uita est propter iustitiam.utrunq; in homine uiuente, atq; in hoc corpore constituto esse demonstrans: & corpus mortuum, & spiritum uitam. Nec tamẽ dixit corpus mortale,sed mortuum:quamuis eadem paulo post etiam mortalia corpora sicut usitatius uocantur,appellet. Hos ergo mortuos exhibuit mare, qui in eo erant, id est exhibuit homines hoc seculum,quicunq; in eo erant,qui nondum obierant. Et mors,& infernus,inquit, reddiderunt mortuos,quos in se habebãt. Mare exhibuit: quia sicut inuenti sunt, affuerunt: Mors uero & infernus reddiderunt:quoniã uitæ,de qua iam exierant,reuocauerunt. Nec frustra fortasse non satis fuit ut diceret:mors: aut infernus:sed utrũq; dictum est: Mors, propter bonos,qui tantummodo mortem perpeti potuerunt,non & infernum:infernus autem propter malos,qui etiam pœnas apud inferos pendunt. Si enim non absurde credi uidetur, antiquos etiam sanctos,qui uenturi Christi tenuerunt fidem,[a]locis quidem à tormentis impiorũ remotissimis,sed apud inferos fuisse,donec eos inde sanguis Christi,& ad ea loca descensus eueret,profecto deinceps boni fideles effuso illo precio iam redempti,prorsus inferos nesciũt donec etiã receptis corporibus, bona recipiant quæ merentur. Cum autem dixisset: Et iudicati sunt singuli secundum facta sua: breuiter subicit, quemadmodum fuerint iudicati. Et mors,& infernus,inquit,missi sunt in stagnum ignis:his nominibus significans diabolũ: quoniam mortis est autor & infernarum pœnarũ: uniuersamq; simul dæmonũ societatẽ. Hoc est enim quod supra euidẽtius præoccupãdo iam dixerat: Et diabolus, qui seducebat eos,missus est in stagnũ ignis & sulfuris. Quod ibi uero obscurius adiunxerat,dicens,Quò & bestia, & pseudopropheta:hic apertius: & qui non sunt inuẽti,inquit,in libro uitæ scripti, missi sunt in stagnũ ignis.[b]Non deũ liber iste commemorat,ne obliuiõe fallatur: sed prędestinationẽ significat eorũ quib⁹ æterna dabitur uita. Neq; em̃ nescit eos deus:& in hoc libro legit,ut sciat:sed potius ipsa eius præscięntia de illis,quę falli nõ potest,liber est uitæ:in quo sũt scripti,id est,prægogniti.

L. VIVES

a Locis quidem à tormentis impiorum remotissimis.] Sinum Abrahæ hunc locum nominant,in quo sine pœnis fuisse Christus satis indicat, Lucæ xvi. ubi Lazarum dicit in solatio esse, quem sinum ab inferis,loco sceleratorum, ostendit magno separatũ hiatu. ubi sit,aut quomodo intelligatur, nescire se Augustinus libro super Genẽ. octauo, fatetur. Occulta sunt omnia hæc,quia nec sciri attinet, nec ut sciamus, digni sumus. b Nondum liber iste com.] Alibi melius, non deum. Sensus est, liber iste apertus uitæ non admonet deum qui sint seruandi.

De cœlo nouo & terra noua. Cap. XVI

F INITO autem iudicio,quo prænũciauit iudicandos malos,restat ut etiam de bonis dicat. Iam enim explicauit quod breuiter à domino dictum est:Ibunt isti in supplicium ęternũ: sequitur,ut explicet,quod etiam ibi connectitur:iusti autem in uitam ęternam. Et uidi,inquit,cœlum nouum,& terram nouam. Nam primum cœlum,& terra prima recesserunt:& mare iam nõ est. Isto fiet ordine,quod superius præoccupando iam dixit: uidisse se super thronum sedentẽ: à cuius facie fugit cœlum & terra. Iudicatis quippe his,qui scripti non sunt in libro uitæ,& in æternum ignem missis:qui ignis cuiusmodi,& in qua mũdi,uel rerum parte futurus sit, [a] hominem scire arbitror neminem, nisi forte cui spiritus diuinus ostendit: tunc figura huius mundi D mundanorum ignium conflagratione prætereibit:sicut factum est mundanarũ aquarũ inundatione diluuium. Illa itaq;,ut dixi,cõflagratione mundana elementorũ corruptibilium qualitates, quæ corporibus nostris corruptibilibus congruebant,ardendo penitus interibunt:atq; ipsa substantia eas qualitates habebit,quæ corporibus immortalibus mirabili mutatione conueniant:ut scilicet mũdus in melius innouatus, apte accõmodetur hominibus, etiam carne in melius innouatis. Quod autem ait:Et mare iam non est:utrum maximo illo ardore siccetur, an & ipsum uertatur in melius,non facile dixerim.

Cœlum

Cœlum quippe nouum,& terram nouam futuram legimus. De mari autem nouo aliquid me uspiam legisse,non recolo:nisi quod in hoc eodem libro reperitur:tanquam mare uitreũ simile crystallo. Sed tunc non de isto fine seculi loquebatur:nec proprie dixisse uidetur mare: sed tanquam mare. [b]Quamuis & nunc sicut amat prophetica locutio propriis uerbis translata miscere:ac sic quodammodo uelare quod dicitur: potuit de illo mari dicere,Et mare iam non est: de quo supra dixerat:Et exhibuit mare mortuos,qui in eo erant. Iam enim tunc non erit hoc seculum uita mortalium turbulentum,& procellosum:quod maris nomine figurauit.

L VIVES

HOminem scire arbitror neminem.] Neminẽ uero? non interfuisti digladiationibus scholasticis: ibi nullus est,uel batalarius,uel magistellus, qui ignoret ignẽ fore elementarem illum, cuius domicilium est inter aerem & lunæ globum, descensurum eum scilicet,& incendio suo reliqua tria purgaturum elementa. Quod si hoc parum probas,non deerunt, qui per sanctè deierent,futurum ignem ex incendio radiorum solis in media plaga aeris excitato coeunribus eo densissimis & ardentissimis radijs uelut in speculum cauum,& calybeum. Sed non est mirum,tuo tempore non tantus erat ignis usus,quantus nunc,quum,ut theologos omittam, philosophi,siue decembri medio,siue medio Iulio nihil aliud ore manibus,pedibusq; tractant,& uersant, q̃ ignem. Ex philosophis fiunt theologi, & hanc philosophandi rationem etiam in scholas sanctiores transferunt. propterea istis longe est de igne facilius definire, q̃ tibi,& tui æqualibus,uel maioribus. b Quamuis & nunc sicut clamat proph. hoc.] Videt legẽdum. Sicut amat,pro solet: more Græco φιλῶ interdum Latinis recepto. Solet prophetica locutio propriis uerbis metaphoras admiscere, hic est Prophetarum mos, uel quia ipsi sic uident,uel quia sic tradi expedit.

De ecclesię glorificatiõe sine fine,post mortem. Cap. XVII

T ciuitatem,inquit,magnam Hierusalem nouam uidi descẽdentem de cœlo,à deo aptatam:quasi nouã nuptam,ornatam marito suo. Et audiui uocem magnam de throno,dicentẽ. Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cum eis:& ipsi erunt populus eius: & ipse deus erit cum eis. Et absterget ab oculis eorum omnem lachrymam:& mors iam non erit,neq; luctus,neq; clamor,sed nec ullus dolor,quia priora abierunt. Et dixit sedens in throno:Ecce noua facio omnia. De cœlo descendere ista ciuitas dicitur:quoniam cœlestis est gratia, qua deus eam fecit. Propter quod ei dicit etiã per Esaiam: Ego sum dominus faciẽs te. Et de cœlo quidem ab initio sui descẽdit:ex quo per huius seculi tẽpus,gratia dei desuper ueniente per lauacrum regenerationis in spiritu sancto misso de cœlo subinde ciues eius accrescũt. Sed per iudiciũ dei, quod erit nouissimũ per eius filiũ Iesum Christum,tanta eius & tam noua de dei munere claritas apparebit,ut nulla remaneãt uetustatis ue stigia: quandoquidẽ & corpora ad incorruptionem,atq; immortalitatem nouam ex uetere corruptione atq; mortalitate trãsibunt. Nam hoc de isto tẽpore accipere,quo regnat cũ rege suo mille annis,impudentiæ nimię mihi uidetur:cũ apertissime dicat, Absterget deus omnẽ lachrymam ab oculis eorũ:& mors iam non erit, neq; luctus,neque clamor: sed nec ullus erit dolor. Quis enim tam sit absurdus, & obstinatissima cõtentione uæsanus,qui audeat affirmare in huius mortalitatis erumnis:non dico populũ sanctum,sed unumquenq; sanctorũ,qui hanc,uel ducat,uel ducturus sit,uel duxerit uitam, nullas habentem lachrymas,& dolores: cum potius quanto quisq; est sanctior, & desiderij sancti plenior,tanto sit eius in orando fletus uberior? [a]An non est uox ciuitatis supernę Hierusalem, quæ dicit:Factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes die,ac nocte? Et,lauabo per singulas noctes lectum meum: in lachrymis meis stratũ meum rigabo. Et,gemitus meus non est absconditus à te. Et,dolor meus renouatus est. Aut uero non eius filij sunt,qui ingemiscũt grauati, in quo nolunt expoliari: sed superuestiri,ut absorbeatur mortale hoc à uita? Nónne ipsi sunt,qui primitias habentes spiritus,in semetipsis ingemiscũt, adoptionem expectantes,redemptionẽ corporis sui? An ipse Apostolus Paulus non erat supernus Hierosolymitanus,uel nõ multo magis hoc erat,quando pro Israelitis fratribus carnalibus suis tristitia illi erat magna,et continuus dolor cordi eius? [b]Quando aũt mors nõ erit in ista ciuitate,nisi quando dicetur: [c]Vbi est mors contẽtio tua:ubi est mors aculeus tuus? Aculeus autem mortis, est peccatum. Quod tunc utiq; nõ erit,quando dicetur:ubi est? nunc uero non quilibet infimus ciuis illius ciuitatis, sed idem ipse Ioannes in epistola sua clamat: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus,& ueritas in nobis non est. Et in hoc quidem libro,cuius nomen est Apocalypsis,obscure multa dicuntur,ut mentẽ legentis exerceant: & pauca in eo sunt,ex quorum manifestatione

indagẽtur cętera cũ labore: maxime quia sic ea dẽ multis modis repetit, ut alia atq; alia dicere uideatur: cũ aliter atq; aliter hęc ipsa dicere inue stigetur. Verũ in his uerbis, ubi ait: Absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors iam non erit, neq; luctus, neque clamor: sed nec ullus dolor: tanta luce dicta sunt de secu lo futuro, & immortalitate, atq; æternitate sanctorum, tunc enim solum, atq; ibi solum ista nõ erunt, ut nulla debeamus in literis sacris quærere, uel legere manifesta, si hæc putauerimus obscura.

L. VIVES

a ANnon est uox.] Alibi, an nõ est uox ciuis supernæ Hierusalem: Factæ sunt &c. b Quando autem mors non erit in ista ciuitate.] Nũquam deerit mors in ciuitate dei, quoad idem, quod de Christi corpore beatitudine donato, dictũ est: Vbi est mors uictoria tua? dicatur de nostrum omnium corporibus post resurrectionem, quum corpora nostra similia erũt corpori claritatis filij dei. c Vbi est mors contentio tua?] Vulgo, uictoria tua νῖκος. quod si νεῖκος scribatur, erit cõtentio. Et sic Ambrosius & Hieronymus interim legunt. Dictum hoc ex Osee capite xiij. affertur à Paulo primæ Corinth. xv.

Quid Apostolus Petrus de nouissimodei iudicio prędicare docuerit mortuorum. Caput XVIII

NVNC iam uideamus, quid etiã Apostolus Petrus de hoc iudicio scripserit: Venient, inquit, in nouissimo dierum illusione illudentes: secundũ proprias concupiscentias suas euntes, & dicentes: Vbi est promissum præsentiæ ipsius? Ex quo enim patres dormierunt, sic omnia perseuerant ab initio creaturæ. Latet enim illos hoc uolẽtes: quia cœli erãt olim & terra de aqua, & per aquã constituta dei uerbo: per quæ, qui tũc erat mundus, aqua inundatus deperijt. Qui autem nunc sunt cœli & terra, eodẽ uerbo repositi sunt, igni reseruandi in diem iudicij, & perditionis hominum impiorum. Hoc unum uero nõ lateat uos charissimi, quia unus dies apud dominum, sicut mille anni, & mille anni, sicut dies unus: non tardat dominus promissum, sicut quidam tarditatem existimant: sed patienter fert propter uos, nolens aliquem perire, sed omnes in pœnitentiam cõuerti. Veniet autem dies domini ut fur, in quo cœli magno impetu trãscurrent: elementa autem ardentia resoluentur: & terra, & quæ in ipsa sunt opera, exurẽtur. His ergo omnibus pereuntibus, quales oportet esse uos in sanctis conuersationibus expectantes, & properantes ad præsentiam dei domini, per quã cœli ardentes soluentur, & elemẽta ignis ardore decoquẽtur? Nouos uero cœlos, & terram nouam secũdum promissa ipsius, expectamus: in quibus iustitia inhabitat. Nihil hic dixit de resurrectione mortuorũ: sed sanè de perditione mundi huius satis: ubi etiam commemorans factum ante diluuium, uidetur admonuisse quodammodo, quatenus in fine huius seculi mundum istũ periturum esse credamus. Nam & illo tempore perisse dixit, qui tunc erat, mundum: nec solum orbem terræ, uerumetiam cœlos, quos uticq; istos aereos intelligimus, quorum locum, ac spatium, tunc[a] aqua crescendo superauerat. Ergo totus, aut penè totus aer iste uentosus, quod cœlũ uel potius cœlos uocat: sed istos uticq; imos, non illos supremos, ubi sol, et luna, & sydera cõstituta sunt: conuersus fuerat in humidam qualitatem: atque hoc modo cum terra perierat, cuius terræ uticq; prior facies fuerat deleta diluuio. Qui autem nunc sunt, inquit, cœli & terra, eodem uerbo repositi sunt, igni reseruandi in diem iudicij & perditionis hominum impiorum.[b] Proinde, qui cœli, & quę terra, id est qui mundus, pro eo mundo, qui diluuio periit ex eadem aqua repositus est: ipse igni nouissimo reseruatur in diem iudicij, & perditionis hominum impiorũ. Nam & hominum propter magnam quandam commutationem, non dubitat dicere perditionẽ futuram, cum tamen eorum, quamuis in æternis pœnis sit mansura natura. Quærat forsitan aliquis, si post factum iudicium, mundus iste ardebit, antequam pro illo cœlum nouum, & terra noua reponantur, eo ipso tempore cõflagrationis eius ubi erunt sancti, quum eos habẽtes corpora in aliquo corporali loco esse necesse sit? Possumus respondere, futuros eos esse in superioribus partibus, quo ita non ascẽdet flamma illius incendij, quemadmodum nec unda diluuij. Talia quippe illis inerunt corpora, ut illic sint, ubi esse uoluerint: sed nec ignem conflagrationis illius pertimescent immortales, atque incorruptibiles facti:[c] sicut uirorũ trium corruptibilia corpora, atq; mortalia, in camino ardenti uiuere illæsa potuerunt.

L. VIVES

a TVnc aqua crescendo superauerat.] Omne enim hoc, quo imbres, grandines, fulgura, fulmina, nubes, rores gignuntur, quoq; aues spirant: & nubdant cœlum, circulo per montium cacumina circundu cto continetur. Itaq; quum a qua etiã æditissimos montes cubitis quindecim superarit, omne hoc, quod cœlum, & aerem uocamus, excessisse necesse est, ut etiã alitum omnium regionẽ obruerit, quas Poetæ per cœlum uolitare, & liquidũ cœlũ pennis secare dicũt. b Proinde qui cœli.] Non tam obscurus sensus, cũ cõtextus uerborum. cœli & terra qui cõflagrabunt olim, iidem sunt qui aliàs parti fuerunt aquis & obruti. c Sicut uirorum trium corruptibilia corpora.] Sidrach, Misach, & Abdenago Babylone quũ statuam Nabocodrosori aurea spreuissent. Daniel. iij.

Quid Apostolus Paulus Thessalonicensibus scripserit, & de manifestatione Antichristi, cuius tempus dies domini subsequetur. Cap. XIX

VItas euãgelicas, apostolicasq; sententias de diuino isto iudicio nouissimo, uideo mihi esse prætereundas, ne hoc uolumẽ in nimiam longitudinẽ prouoluatur: sed nullo modo est prætercundus Apostolus Paulus, qui scribens ad Thessal. Rogamus, inquit, uos fratres per aduẽtum domini nostri Iesu Christi, & nostræ congregatiõis in ipsum, ut nõ cito moueamini mente, neq; terreamini, neq; per spiritum, neq; per uerbum, neq; per epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies domini. Ne quis uos seducat ullo modo: quoniam nisi uenerit refuga primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius interitus, qui aduersatur, & superextollitur supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur: ita ut in templo dei sedeat, ostentans se tanquã sit deus. Non retinetis in memoria, quod adhuc quũ essem apud uos, hæc dicebam uobis? Et nunc quid detineat scitis, ut reueletur in suo tempore. Iam enim mysterium iniquitatis operatur. Tãtum qui modo tenet, teneat, donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur iniquus ille, quẽ dominus Iesus interficiet spiritu oris sui: & euacuabit illuminatione præsentiæ suæ, eum, cuius est præsentia secundum operationem Satanæ, in omni uirtute, & signis, & prodigijs, mẽdacij, & in omni seductione iniquitatis, his qui pereunt: pro eo quod dilectionem ueritatis non receperunt, ut salui fierẽt. Et ideo mittet illis deus operationem erroris, ut credant mẽdacio, & iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed consensерunt iniquitati. Nulli dubium est, eũ de Antichristo ista dixisse, dieq; iudicij. Hũc enim appellat diem domini non esse uẽturum, nisi ille prior uenerit, quem refugã uocat: uticq; à domino deo, Quòd si de omnib. impijs meritò dici potest, quanto magis de isto? Sed in quo templo dei, ut deus sit sessurus incertum est: utrum in illa ruina tẽpli quod à Salomone rege constructum est: an uero in Ecclesia. Non enim templum alicuius idoli, aut dæmonis, templum dei Apostolus diceret. Vnde nonnulli, non ipsum principem, sed uniuersum quodammodo corpus eius, id est ad eum pertinentem hominũ multitudinem simul cum ipso suo principe hoc loco intelligi Antichristum uolunt. Rectiusq; putant etiam Latine dici sicut in Græco est: nõ in templo dei,[b] sed in templum dei sedeat, tanquam ipse sit templum dei, quod est Ecclesia: sicut dicimus,[c] sedet in amicum, id est, uelut amicus, uel si quid aliud isto locutionis genere dici solet. Quod autem ait: Et nunc quid detineat scitis, id est quid sit in mora, quæ causa sit dilationis eius, ut reueletur in suo tempore, scitis: quoniam scire illos dixit, aperte hoc dicere noluit. Et ideo nos qui nescimus quod illi sciebant, peruenire cũ labore ad id quod sensit Apostolus cupimus, nec ualemus: præsertim quia & illa quæ addidit, hunc sensum faciunt obscuriorem. Nam quid est: Iam enim mysteriũ iniquitatis operatur. Tantum qui modo tenet, teneat, donec de medio fiat: & tunc reuelabitur ille iniquus? Ego prorsus quid dixerit, me fateor ignorare. Suspiciones tamen hominum, quas, uel audire, uel legere de hac re potui, nõ tacebo.[d] Quidam putant hoc de imperio dictum fuisse Romano: & propterea Paulum Apostolum, nõ id aperte scribere uoluisse, ne calumniam uidelicet incurreret, quòd Romano imperio male optaret,[e] cum speraretur æternum: ut hoc quod dixit: Iam enim mysterium iniquitatis operatur, Neronem uoluerit intelligi: cuius iam facta uelut Antichristi uidebantur. Vnde nonnulli ipsum resurrecturũ, & futurum Antichristũ suspicantur.[f] Alij uero, nec eum occisum putant, sed subtractum potius, ut putaretur occisus: & uiuũ occultari in uigore ipsius ætatis,[g] in qua fuit, cũ crederetur extinctus, donec suo tempore reueletur, & restituatur in regnum. Sed multũ mihi mira est hęc opinantiũ tanta pręsumptio. Illud tamen quod ait Apostolus: Tantum qui modo tenet, teneat, donec de medio fiat: non absurde de ipso Romano imperio creditur dictum, tanquam dictum sit: Tantum qui modo imperat, imperet: donec de medio fiat, id est de medio tollatur. Et tunc reuelabitur iniquus: quem signi-

ficari Antichriſtum,nullus ambigit. Alij uero, & quod ait:quid detineat,ſcitis:& myſteriũ operari iniquitatis,non putant dictum,niſi de malis & fictis,qui ſunt in Eccleſia,donec perueniãt ad tantum numerum,qui Antichriſto magnũ populum faciat:& hoc eſſe myſterium iniquitatis,quia uidetur occultum. Hortati autem Apoſtolum fideles,ut in fide quam tenent tenaciter perſeuerent,dicendo:Tantum qui modo tenet, teneat,donec de medio fiat:hoc eſt, donec exeat de medio Eccleſiæ myſterium iniquitatis, quod nũc occultum eſt. Ad ipſum enim myſterium pertinere arbitrantur,quod ait in epiſtola ſua Ioannes Euangeliſta. Pueri nouiſſima hora eſt:et ſicut audiſtis,quòd Antichriſtus ſit uẽturus:nunc autem Antichriſti multi facti ſunt. Vnde cognoſcimus,quòd nouiſſima ſit hora. Ex nobis exierũt:ſed nõ erant ex nobis. Quòd ſi fuiſſent ex nobis,permãſiſſent utiq; nobiſcũ. Sicut ergo ante finem in hac hora inquiũt, quã Ioannes nouiſſimam dicit,exierunt multi hæretici de medio Eccleſiæ,quos multos dicit Antichriſtos:ita omnes tunc inde exibunt, qui non ad Chriſtum,ſed ad illum nouiſſimum Antichriſtum pertinebunt,& tũc reuelabitur. Alius ergo ſic,alius autem ſic Apoſtoli obſcura uerba
c coniectat:quod tamen eum dixiſſe non dubiũ eſt:non ueniet ad uiuos & mortuos iudicãdos Chriſtus,niſi prius uenerit ad ſeducẽdos in anima mortuos aduerſarius eius Antichriſtus,quã uisad occultũ iam iudiciũ dei pertineat,quod ab illo ſeducentur. Præſentia quippe eius erit, ſicut dictum eſt,ſecundum operationem Satanæ in omni uirtute,& ſignis,et prodigijs mendacij,& in omni ſeductione iniquitatis, his qui pereũt. Tunc enim ſoluetur Satanas:& per illum Antichriſtum in omni ſua uirtute mirabiliter quidẽ ſed mendaciter operabitur. Quod ſolet ambigi,utrum propterea dicta ſint ſigna & prodigia
D mendacij:quoniam mortales ſenſus per phantaſmata decepturus eſt:ut quod nõ facit, facere uideatur. An quia illa ipſa etiã ſi erunt uera prodigia,ad mendaciũ pertrahent credituros non ea potuiſſe niſi diuinitus fieri,uirtutẽ diaboli neſciẽtes:maxime quando tantã quantã nunquã habuit accipiet poteſtatem. Non enim quando de cœlo ignis cecidit,& tantam familiam cũ tantis gregibus pecorũ ſancti Iob,uno impetu abſumpſit,& turbo irruens,& domum deijciẽs,filios eius occidit, phantaſmata fuerunt: quæ tamen fuerunt opera Satanæ, cui deus dederat hanc poteſtatẽ. Propter quid horũ ergo dicta ſint prodigia,& ſigna mendacij,tunc potius apparebit. Sed propter quodlibet horum dictum ſit:ſeducẽtur eis ſignis,atq; prodigijs,qui ſeduci merebuntur:pro eo quòd dilectionem ueritatis,inquit,non receperunt,ut ſalui fierẽt. Nec dubitauit Apoſtolus addere,et dicere: Ideo mittet illis deus operationẽ erroris, ut credãt mendacio. Deus enim mittet:quia deus diabolum facere iſta permittet iuſto ipſius iudicio:quãuis faciat ille iniquo malignoq; cõſilio. Vt iudicentur, inquit,omnes,qui non crediderunt ueritati,ſed conſenſerunt iniquitati. Proinde iudicati ſeducentur,& ſeducti iudicabuntur. Sed iudicati ſeducẽtur illis iudicijs dei occulte iuſtis,& iuſte occultis,quibus ab initio peccati rationalis creaturæ nunquam iudicare ceſſauit. Seducti autẽ iudicabuntur nouiſſimo,manifeſtoq; iudicio per Ieſum Chriſtũ,iuſtiſſime iudicaturũ, iniuſtiſſime iudicatum.

L. VIVES

a QVem refugam uocat.] Græce eſt ἐπὶ τὴν μὴ ἀλλὴν ἡ ἀποστασίαν, quaſi defectio,ſeu rebellio, b Sed in templum dei ſedeat.] ὥστε τὸν θεὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ ὡς θεὸν καθίσαι, ut in templum dei tanquam deus ſedeat.

c c Sed in amicum,id eſt uelut amicus.] Loquutio frequens in ſacris literis. Elegit Dauid in regem,eſto mihi in deum protectorẽ,& in locũ refugij. d Quidam putant hoc de imperio dictum fuiſſe Romano.] Lactantius lib. vij.& Hieronymus in Danielem,omnes hoc dixiſſe ſcriptores ait:futuros circa finem ſeculorũ decem reges,qui Romanum orbem inter ſe diuidant,ſuperuẽturum undecimum Antichriſtum. Sed hæc ſunt leues coniecturulæ. e Quum ſperaretur æternum.] Multa enim Romani ueteres de æternitate imperij ſomniabãt. Sic enim promittit ille apud Verg. Iuppiter.

His ego nec metas rerum,nec tempora pono,
Imperium ſine fine dedi.

f Alij uero nec eum occiſum putant.] Nam proximo iam urbi Galbæ exercitu,fugit nocturno tempore,& capite obuoluto, quatuor tantum comitatus,in ſuburbanum,inter Salariam uiam,& Nomentanã,atq; ibi mortem ſibi attulit,adacto ad iugulum pugione, ſepultus à
D nutricibus & concubina,in monumento gentis Domitiæ,non procul à campo, Suetonius. g In qua fuit cum crederetur extinctus.] Trigeſimo ſecundo ætatis anno obijt.

Quid idem Apoſtolus in prima ad eoſdem epiſtola,de reſurrectiõe mortuorum docuerit. Caput xx

D ED hic Apoſtolus tacuit de reſurrectione mortuorum. Ad eoſdem autem ſcribens in epiſtola prima: Nolumus, inquit,ignorare uos fratres, de dormientibus,ut non contriſtemini, ſicut & cæteri

cæteri,qui ſpem non habẽt. Nam ſi credimus, A quòd Ieſus mortuus eſt,et reſurrexit:ita et deus eos,qui dormierũt per Ieſum,adducet cum eo. Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini,quia nos uiuentes,qui reliqui ſumus in aduentũ domini,non præueniemus eos qui ante dormierunt:quoniam ipſe dominus in iuſſu,& in uoce archangeli,& in tuba dei deſcendet de cœlo:& mortui in Chriſto reſurgẽt primo. Deinde nos uiuentes,qui reliqui ſumus, ſimul cũ illis rapiemur in nubibus obuiam Chriſto in aera: & ſic ſemper cum domino erimus. Hæc uerba apoſtolica reſurrectionem mortuorum futuram, quando ueniet dominus Chriſtus,utiq; ad uiB uos & mortuos iudicãdos,præclariſſime oſtendunt. Sed quæri ſolet:utrum illi,quos hic uiuentes inuẽturus eſt Chriſtus: quorum perſonam in ſe,atq; illos qui tunc ſecum uiuebant, transfigurabat Apoſtolus, nunquam omnino morituri ſint:an ipſo temporis puncto,quo cum reſurgentibus rapientur in nubibus obuiã Chriſto in aera,ad immortalitatem per mortem mira celeritate tranſibunt. Neq; enim dicendũ eſt, fieri non poſſe,ut dum per aera in ſublime portantur,in illo ſpatio & moriantur & reuiuiſcãt. Quod enim ait,Et ita ſemper cum domino eri- C mus:nõ ſic accipiendũ eſt,tanquã in aere nos dixerit ſemper cum domino eſſe manſuros: quia nec ipſe utiq; ibi manebit,qua ueniens tranſiturus eſt. Venienti quippe ibitur obuiam,nõ manẽti:ſed ita cũ domino erimus,id eſt ſic erimus ſemper habentes corpora ſempiterna, ubicũq; cum illo fuerimus. Ad hunc autem ſenſum,quo exiſtimemus etiam illos quos hic uiuos inuenturus eſt dominus,in ipſo paruo ſpatio, & paſſuros mortẽ,& accepturos immortalitatẽ,ipſe Apoſtolus nos uidetur urgere,ubi dicit: In Chriſto omnes uiuificabuntur:cum alio loco de ipſa D loqueus reſurrectione corporũ,dicat: Tu quod ſeminas,nõ uiuificatur,niſi moriatur. Quomodo igitur,quos uiuentes hic Chriſtus inueniet, per immortalitatẽ in illo uiuificabuntur,& ſi nõ moriantur: cum uideamus propter hoc eſſe dictũ, Tu quod ſeminas non uiuificatur,niſi prius moriatur? Aut ſi recte nõ dicimus ſeminari,niſi ea corpora hominum,quæ moriendo quoquomodo reuertuntur in terram:ſicut ſeſe habet etiam illa in tranſgreſſorem patrem generis humani diuinitus prolata ſententia: Terra es,& in terram ibis:fatendum eſt iſtos,quos nondũ de corporibus egreſſos,cum ueniet Chriſtus,inueA niet:& in iſtis uerbis Apoſtoli,& illis de Geneſi,nõ teneri:quoniam ſurſum in nubibus rapti, non utiq; ſeminantur:quia nec eunt in terram, nec redeũt: ſiue nullam prorſus experiãtur mortem:ſiue paululum in aere moriantur. Sed aliud rurſus occurrit:quod idem dicit Apoſtolus, cũ de reſurrectione corporum ad Corinthios loqueretur:[a] Omnes reſurgemus:uel ſicut alij codices habent, Omnes dormiemus. Cum ergo nec reſurrectio fieri poſſit, niſi mors præceſſerit:nec dormitionem poſſimus illo loco intelligere,niſi mortem,quomodo omnes,uel dormient,uel reſurgent,ſi tam multi, quos in corpore inuenturus eſt Chriſtus,nec dormiẽt, nec reſurgent? Si ergo ſanctos,qui reperientur Chriſto ueniente uiuentes,eiq; in obuiam rapientur,crediderimus in eodẽ raptu de mortalibus corporibus exituros,et ad eadẽ mox immortalia redituros,nullas in uerbis Apoſtoli patiemur angu ſtias:ſiue ubi dicit: Tu quod ſeminas,non uiuificatur,niſi moriatur:ſiue ubi dicit: Omnes reſurgemus,aut omnes dormiemus:quia nec illi per immortalitatem uiuificabuntur, niſi quamlibet paulum tamen moriantur:ac per hoc,& à reſur
C rectione non erunt alieni,quam dormitio præcedit quamuis breuiſſima,non tamẽ nulla. Cur autem nobis incredibile uideatur illam multitudinem corporum in aere quodãmodo ſeminari,atq; ibi protinus immortaliter atq; incorruptibiliter reuiuiſcere,quũ credamus,quod idem ipſe Apoſtolus alibi apertiſsime dicit, [b] in ictu oculi futuram reſurrectionẽ, & in membra ſine fine uictura tanta facilitate,tamq; inæſtimabili uelocitate rediturum antiquiſsimorum cadauerum puluerem? Nec ab illa ſententia,qua homini dictum eſt: Terra es,& in terrã ibis, futuros illos ſanctos arbitremur immunes, ſi eorũ mo
D rientium in terrã non recident corpora:ſed ſicut in ipſo raptu morientur,ita & reſurgent dum feruntur in aera. In terram quippe ibis,eſt,in hoc ibis amiſſa uita,quod eras antequã ſumeres uitã:id eſt hoc eris exanimis, quod eras antequã eſſes animatus. Terræ quippe inſufflauit deus in faciem flatum uitæ,cum factus eſſet homo in animam uiuam:tanquam diceretur, Terra es animata,quod non eras:terra eris exanimis,ſicut eras. Quod ſunt & antequam putreſcãt omnia corpora mortuorum:quod erunt & illa,ſi morientur,ubicunq; moriantur, cum uita carebunt,

quam continuo receptura sunt. Sic ergo ibũt in terrã, quia ex uiuis hominibus terra erũt: quemadmodum it in cinerem, quod fit cinis: it in uetustatem, quod fit uetus: it in testam, quod ex luto fit testa: [c] & alia sexcenta sic loquimur. Quomodo autem sit futurum, quod nũc pro nostræ ratiunculæ uiribus utcunq; conijcimus: tunc potius erit, ut nosse possimus. [d] Resurrectionem quippe mortuorum futuram esse in carne, quando Christus uenturus est uiuos iudicaturus, & mortuos: oportet, si Christiani esse uolumus, ut credamus. Sed non ideo de hac re inanis est fides nostra, si quemadmodum futura sit, perfecte comprehendere non ualemus. Verum iam, sicut supra promisimus, de hoc iudicio dei nouissimo etiam prophetici ueteres libri quid præ nunciauerint, quãtum satis esse uidebitur, debemus ostendere. Quæ, sicut arbitror, non tanta mora necesse erit tractari, & exponi, si istis quæ præmisimus lector curauerit adiuuari.

L. VIVES

a Omnes resurgemus: uel sicut alij codices habent, Omnes dormiemus.] Græci codices non omnes hic cõsentiũt, teste diuo Hieronymo ad Minerium. Nam alij habent, Omnes quidem non dormiemus, omnes autem immutabimur, ut Erasmus copiosius ostendit & in Annotationibus noui testamenti, & in Apologia, qua super hac re calumniatori respondit. Ex hac librorum dissonantia, credo natam controuersiam illam, sint ne omnes morituri, an aliqui, quosdies ille ultimus deprehenderit uiuentes, sine morte transituri ad immortalitatem. Petrus Lombardus sectione sententiarum tertia & quadragesima, quũ pugnare inter se Hieronymum, & Ambrosium docuisset, inter tantos uiros pronunciare non sustinuit, quòd Augustinus Ambrosio accedit, sed Hieronymus frequẽti Græcorum manu stipatur, Origene, Chrysostomo, Theophylacto, qui legerunt apud Paulum πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, nõ omnes quidem dormiemus. Et Ambrosium ostendit Erasmus nutare. Nos interim sequemur quẽ enarramus. b In ictu oculi.] Valla putat scriptum ab interprete: In nictu oculi. Nam oculorũ est nuere, & annuere, & nictare, sed postea ex nictu factum ictum, ab ijs, qui parum intelligebant, quid nictus esset. Nam ea res perdidit omnem eruditionem. c Et alia arescẽtia sic loquimur.] In alijs exemplaribus non arescentia, sed sexcẽta, quod est congruentius sensui. d Resurrectionem quippe mortuorum futuram esse in carne.] Hoc est unum ex dogmatis pietatis, istud credendum, istud tuendum est. Rationem, qua id futurum sit, deo relinquamus, & subijciamus ceruices nostras in iugo suauissimi Christi, in obsequium dei. Satis est Christiano credere, hoc, aut illud esse, fore, aut fuisse. Causas & rationes omnium illi noscendas dimittat, qui ne in apertissimis quidem, & manifestissimis naturæ rebus uoluit nobis claras & apertas esse.

Quid Esaias propheta de mortuorũ resurrectione, & retributione iudicij sit loquutus. Cap. XXI

A Ropheta Esaias: Resurgent, inquit, mortui: et resurgẽt qui in sepulchris erant, et lętabuntur omnes qui sunt in terra. Ros enim qui abs te est, sanitas illis est: terra uero impiorum cadet. Totũ illud superius ad resurrectionem pertinet beatorum. Quod autem ait: terra uero impiorũ cadet, bene intelligitur dictum: corpora impiorũ ruina damnationis excipiet. Iam uero, si de bonorum resurrectione, quod dictum est, diligentius & distinctius uelimus intueri, ad primã referendum est, quod dictum est, resurgent mortui: ad secundã uero, quod sequitur: & resurgẽt B qui in sepulchris erãt. Iam & si illos inquiramus sanctos, quos hic uiuos inuẽturus est dominus, eis congrue deputabitur, quod adiunxit: & lætabũtur omnes qui sunt in terra: ros enim qui abs te est, sanitas illis est. Sanitatẽ loco isto, immortalitatem rectissime accipimus. Ea nanq; est plenissima sanitas, quæ non reficitur alimentis tanquam quotidianis medicamentis: Item de iudicij die spem prius dans bonis: deinde terrẽs malos: idem propheta sic loquitur. Hęc dicit dominus: Ecce ego declino in eos ut flumen pacis, & ut torrens inundans gloriam gentium. Filij eorum super humeros portabuntur, & super ge- C nua consolabuntur. Quemadmodum, si quem mater consoletur, ita ego uos consolabor: & in Hierusalem consolabiminí: & uidebitis, & gaudebit cor uestrum, et ossa uestra sicut herba exorientur. Et cognoscetur manus domini colentibus eum: & comminabitur contumacibus. Ecce enim dominus ut ignis ueniet, & ut tempestas currus eius, reddere in indignatiõe uindictam, & uastationem in flamma ignis. In igne enim domini iudicabitur omnis terra: & in gladio eius omnis caro: multi uulnerati erunt à domino. In bonorũ promissionem se declinare dicit ut flumen pacis: quod profecto abundantiam pacis illius debemus accipere, qua maior esse nõ possit. Hac utiq; in fine rigabimur: de qua in prędenti libro abundanter locuti sumus. Hoc flumen, se in eos declinare dicit, quibus tantã beatitudinem pollicetur, ut intelligamus in illius felicitatis regione, quæ in cœlis est, hoc flumine omnia satiari. Sed quia & terrenis corporib. pax incorruptionis atq; immortalitatis uim influet, ideo declinare se dicit hoc flumẽ, ut de supernis quodãmodo etiam inferiora perfundat, & homines æquales angelis reddat. Hierusalẽ quoq; non

non illam, quæ seruit cum filijs suis, sed liberam A matrem nostram intelligamus, secundum Apostolum, ęternã in cœlis: ubi post labores erũnarum, curarumq; mortalium cõsolabimur, tanq; paruuli eius in humeris, genibusq; portati. Rudes enim nos, & nouos blandissimis adiutorijs insolita nobis illa beatitudo suscipiet: ibi uidebimus, & gaudebit cor nostrum. Nec expresit, quid uidebimus. Sed quid, nisi deum, ut implea tur in nobis promissum Euangelicũ: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Et omnia illa, quæ nunc non uidemus: credentes autẽ pro modulo capacitatis humanę, longe minus, quàm sunt, atq; incomparabiliter cogitamus? B Et uidebitis, inquit, & gaudebit cor uestrũ. Hic creditis, ibi uidebitis. Sed quoniã dixit: Et gaudebit cor uestrum, ne putaremus illa bona Hierusalem, ad nostrum tantummodo spiritũ pertinere: Et ossa, inquit, uestra, ut herba exoriẽtur: ubi resurrectionẽ corporũ strinxit: uelut quod nõ dixerat, reddẽs. Neq; cũ uiderimus fiẽt, sed cum fuerint facta, uidebimus. Nam & de cœlo nouo, ac terra noua, iam supra dixerat: dum ea quæ sanctis promittuntur, in fine sæpe ac multiformiter diceret: Erit, inquit, cœlum nouum, et C terra noua: et non erunt memores priorum, nec ascendent in cor ipsorum: sed lætitiam & exultationem inuenient in ea. Ecce ego faciam Hierusalem exultationem, & populũ meum lętitiã: & exultabo in Hierusalem: & lætabor in populo meo: & ultra non audietur in illa uox fletus: & cætera, quæ quidã carnales ad illos mille annos referre conantur. Locutiones enim tropicæ proprijs prophetico more miscentur: ut ad intellectum spiritalem intentio sobria cum quodã utili, ac salubri labore perueniat. Pigritia uero carnalis, uel ineruditæ atque inexercitatæ tarditas mentis contenta literæ superficie, nihil putat in- D terius requirẽdum. Hæc de propheticis uerbis, quæ ante istum locum scripta sunt, satis dixerimus. In hoc autem loco, unde ad illa digressi sumus, cum dixisset: & ossa uestra ut herba exorientur, ut resurrectionem quidem carnis, sed tantum bonorum, se nunc commemorare mõstraret, adiunxit: Et cognoscetur manus domini colentibus eum. Quid est hoc, nisi manus distinguentis cultores suos à cõtemptoribus suis? De quibus sequentia cõtexens: Et comminabitur, inquit, cõtumacibus, [a] siue, ut ait alius interpres, incredulis. Nec tunc cõminabitur: sed quę nunc dicuntur minaciter, tunc efficaciter implebũtur: Ecce enim dominus, inquit, ut ignis ueniet, & ut tempestas currus eius, reddere in indignatione uindictam, & uastationem in flamma ignis. In igne enim domini iudicabitur omnis terra, & in gladio eius omnis caro, multi uulnerati erunt à domino: siue igne, siue tempestate, siue gladio: pœnam iudicij significat: quandoquidẽ ipsum dominum quasi ignem dicit esse uenturũ eis profecto quibus pœnalis eius erit aduẽtus. Currus uero eius, qui pluraliter dicti sunt, angelica ministeria non inconuenienter accipimus. Quòd autem ait: omnem terram, & omnẽ car- B nem, in eius igne & in gladio iudicari, nõ etiam hic spiritales intelligamus, & sanctos, sed terrenos, atq; carnales: de quibus dictũ est, Qui terrena sapiunt: & sapere secundum carnem, mors est: & quales omnino caro appellantur à domino, ubi dicit: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quoniam caro sunt. Quod uero hic positũ est: Multi uulnerati erunt à domino, isto uulnere fiet mors secunda. Potest quidẽ & ignis, et gladius, et uulnus accipi in bono. Nã & ignem dominus uelle se dixit mittere in mundum. Et uisæ sunt illis linguę diuisę, uelut ignis, quando uenit spiritus sanctus. Et non ueni, in- C quit idem dominus, pacem mittere in terram, sed gladium. Et sermonẽ dei, dicit scriptura gladium bis acutũ: propter aciem geminam testamẽtorum duũm. Et in cantico canticorum, charitate se dicit sancta Ecclesia uulneratam, uelut amoris impetu sagittatam. Sed hic cũ legimus, uel audimus ultorem dominum esse uẽturum: quemadmodum hæc intelligenda sint, clarum est. Deinde breuiter commemoratis eis, qui per hoc iudicium consumentur sub figura ciborum in lege ueteri uetitorum, à quibus se non abstinuerunt: peccatores, impiosq; significans, recapitulat ab initio gratiã noui testamenti à primo saluatoris aduentu, usq; ad ultimũ iudicium: de quo nunc agimus, perducens, finiensq; sermonem. Narrat nanq; dominũ dicere se uenire, ut congreget omnes gentes: easq; uenturas, & uisuras gloriam eius. Omnes enim sicut dicit Apostolus, peccauerunt, & egent gloria dei. Et relicturum se dicit super eos signa, quæ utique mirãtes, credant in eum: & emissurum ex illis saluatos in gentes diuersas, & in longinquas insulas, quæ non audierunt nomẽ eius, neque uiderunt gloriam eius: & annunciaturos gloriã

eius in gẽtibus: & adducturos fratres istorum, quibus loquebatur, id est in fide sub deo patre fratres Israelitarum electorum. Adducturos autem ex omnibus gentibus munus domino, in iumentis, & uehiculis: quæ iumenta, & uehicula bene intelliguntur adiutoria esse diuina, per cuiusq; generis ministeria dei, uel angelica, uel humana, in ciuitatem sanctam Hierusalem: quæ nunc in sanctis fidelibus est diffusa per terras. Vbi enim diuinitus adiuuantur, ibi credunt: & ubi credunt, ibi ueniunt. Comparauit autem dominus illos tanquam per similitudinem, filijs Israel, offerentibus ei suas hostias cum Psalmis in domo eius: quod ubicq; iam facit Ecclesia: & promisit ab ipsis se accepturum sibi sacerdotes, & Leuitas: quod nihilominus fieri nunc uidemus. Non enim ex genere carnis & sanguinis, sicut erat primum secundũ ordinem Aaron, sed sicut oportebat in testamẽto nouo, ubi secũdum ordinem Melchisedech summus sacerdos est Christus: pro cuiusq; merito, quod in eo gratia diuina contulerit, [b]sacerdotes & Leuitas elegit: sicut nunc uidemus, qui non isto nomine, [c]quod sæpe assequuntur indigni, sed ea quæ non est bonis malisq; communis, sanctitate pensandi sunt. Hæc cum de ista, quæ nunc impertitur Ecclesiæ, perspicua, nobisq; notissima dei miseratione dixisset: promisit & fines ad quos per ultimum iudicium facta bonorũ malorumque discretione uenietur: dicens per Prophetam: uel de domino, dicens ipse Propheta: Quomodo enim cœlum nouum, & terra noua manebit coram me, dicit dominus: sic stabit semen uestrum, & nomen uestrum: & erit mensis ex mense: & sabbatum ex sabbato: & ueniet omnis caro in conspectu meo adorare in Hierusalem, dicit dominus: & egredientur, & uidebũt membra hominum, qui præuaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur: & ignis eorum non extinguetur: & erunt uisui omni carni. Ad hoc iste propheta terminauit librum: ad quod terminabitur seculum. Quidam sanè non interpretati sunt membra hominum, [d]sed cadauera uirorum, per cadauera significantes euidentem corporum pœnam: quamuis cadauer nisi caro exanimis, non soleat nuncupari: illa uero animata erunt corpora. Alioquin nulla poterunt sentire tormenta: nisi forte quia mortuorũ erunt corpora, id est eorum, qui in secundam mortem cadent: ideo nõ absurde etiam cadauera dici possunt. Vnde est & illud, quod ab eodẽ prophetа dictum iam supra posui: Terra uero impiorum cadet. Quis autem non uideat, à cadendo esse appellata cadauera? Virorum autem pro eo posuisse [e]illos interpretes, quod hominum, manifestum est. Neq; enim quisquam dicturus est, præuaricatrices fœminas in illo supplicio nõ futuras: sed ex potiore, præsertim de quo fœmina facta est, utercq; sexus accipitur. Verum, quod ad rem maxime pertinet, quum & in bonis dicitur: Veniet omnis caro: quia ex omni genere hominũ populus iste cõstabit, non enim omnes homines ibi erũt, quando in pœnis plures erũt. sed, ut dicere cœperam, cum & in bonis caro, & in malis mẽbra, uel cadauera nominantur: profecto post resurrectionẽ carnis, cuius fides his terũ uocabulis omnino firmatur, illud, quo boni & mali suis finibus dirimentur, futurum esse iudicium declaratur.

L VIVES

a Siue ut alius interpres, incredulis.] Hieronymus ex Hebræo, & ex Septuaginta, inimicis suis uertit. b Sacerdotes & leuitas elegit sicut nunc.] Alibi, Sacerd. & le. eligi nunc uidemus. c Qui non isto nomine, quod sæpe assequuntur indigni.] Non sacerdotium, neq; ulla initiatio gratos homines deo reddit, quippe bonos iuxta & malos ad tractanda sacra uidemus admitti: sed puritas conscientiæ, & integritas uitæ, & castitas morum: hæc demum sunt, quæ acceptos deo nos faciunt, atq; amicos: quippe similia quantũ diuinorũ humana possunt, & cognata, illius sanctissimæ atq; optimæ naturæ præpotẽtis dei. d Sed cadauera uirorum.] Sic Hieronymus. Animaduerte Augustini candorem: maluit Hieronymi uersionem benigne interpretari, q̃ infixum relinquere aculeum cauilli, præsertim quum Hieronymi interpretationi non omnino faueret. e Illos interpretes.] Hieronymum sentit. nam in Lxx. habetur ἀνθρώπων.

Qualis futura sit egressio sanctorum, ad uidendas pœnas malorum. XXII

ED quomodo egredientur boni ad uidendas pœnas malorum? Nunquid corporis motu beatas illas relicturi sedes, & ad loca pœnalia perrecturi: ut malorum tormenta conspiciant præsentia corporali? Absit: sed egrediẽtur per scientiam. Hoc enim uerbo significatum est, eos, qui cruciabãtur extra futuros. Propter quod, & dominus ea loca tenebras exteriores uocat, quibus contrarius est ille ingressus, de quo dicitur seruo bono: Intra in gaudium domini tui: ne illuc mali putentur ingredi, ut sciãtur: sed ad illos potius uelut egredi per scientiam, qua eos cognituri

ri sunt boni: quia id quod extra est, cogniturі sunt. Qui enim erunt in pœnis, quid agatur intus in gaudio domini, nescient: qui uero erũt in illo gaudio, quid agatur foris in illis tenebris exterioribus, scient. Ideo dictum est, egredientur: quia eos etiam, qui foris ab eis erunt, utiq; non latebunt. Si enim hæc prophetæ nõdum facta nosse potuerunt, per hoc quod erat deus quantulumcũq; erat in eorum mortalium mẽtibus, quomodo immortales sancti iam facta tũc nescient, cum deus erit omnia in omnibus? Stabit ergo in illa beatitudine sanctorũ semen & nomen. Semen, scilicet de quo Ioannes ait: Et semen eius in ipso manet. Nomen uero, de quo per hunc Esaiam dictum est: Nomen æternum dabo eis. Et erit eis mensis ex mense, & sabbatũ ex sabbato, tanquam luna ex luna, et requies ex requie: quorũ utrunq; ipsi erunt, cum ex his umbris ueteribus et temporalibus in illa lumina noua ac sempiterna transibunt. In pœnis autem malorum, & inextinguibilis ignis, & uiuacissimus uermis, ab alijs atque alijs, aliter atq; aliter est expositus. Alij quippe utrũque ad corpus, alij utrunq; ad animam retulerunt: alij proprie ad corpus ignem, uermem uero tropice ad animam: quod credibilius esse uidetur. Sed nũc de hac differentia non est huius temporis disputare. De iudicio nanq; ultimo, quo fiet diremptio bonorum & malorũ, hoc uolumen implere suscepimus: de ipsis uero præmijs & pœnis, aliàs diligentius differendum est.

Quid prophetauerit Daniel: de persecutione Antichristi, & de iudicio dei, regnoq; sanctorum. Cap. XXIII

Aniel de hoc ultimo iudicio sic prophetat, ut Antichristũ prius quoq; uenturum esse prænunciet: atq; ad æternum regnum sanctorum perducat narrationem suam. Cũ enim uisione prophetica quatuor bestias significantes quatuor regna, uidisset: ipsumq; quartum à quodã rege superatum, qui Antichristus agnoscitur: et post hæc æternum regnum filij hominis, qui intelligitur Christus: Horruit, inquit, spiritus meus: ego Daniel in habitudine mea, et uisus capitis mei cõturbabãt me. Et accessi, inquit, ad unũ de astantibus, et ueritatem quærebam ab eo de his omnibus: & dixit mihi ueritatem. Deinde, quid audierit ab illo, à quo de omnibus his quæsiuit: tanquã eo sibi exponẽte, sic loquitur: Hæ quatuor bestiæ magnæ, quatuor regna surgent in terra, quæ auferentur, & accipient regnum sancti altissimi: & obtinebũt illud usq; in seculum, & usq; in seculum seculorum. Et quærebam, inquit, diligenter de bestia quarta, quæ erat differens præ omni bestia, terribilis amplius: dentes eius ferrei, & ungues eius ærei, manducans, & cõminuens, & reliqua pedibus suis conculcans: & de cornibus eius decem, quæ erant in capite eius, & de altero quod ascendit, & excussit de prioribus tria: cornu illud in quo erant oculi, & os loquens magna: & uisus eius maior cæteris. Videbam: & cornu illud faciebat bellum cũ sanctis: & præualebat ad ipsos, donec uenit uetustus dierum: & regnum dedit sanctis altissimi: & tempus peruenit: & regnum obtinuerũt sancti. Hæc Daniel quæsisse se dixit. Deinde, quid audierit, continuo subiungens: Et dixit, inquit, id est ille, à quo quęsierat, respondit, & dixit: Bestia quarta, quartum regnum erit in terra, quod præualebit omnibus regnis: & mãducabit omnem terram, & conculcabit eam, & concidet. Et decem cornua eius, decem reges surgent: et post eos surget alius, [a]qui superabit suis malis omnes, qui ante eum fuerunt: & tres reges humiliabit: & uerba aduersus altissimũ loquetur: & sanctos altissimi conteret. Et suspicabitur mutare tempora & legem: et dabitur in manu eius usq; ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. Et iudiciũ sedebit: & principatũ remouebit ad exterminandũ & perdendũ usq; in finem: & regnũ & potestas, & magnitudo regum, qui sub omni cœlo sunt, data est sanctis altissimi. Et regnum eius, regnum sempiternũ: & omnes principatus ipsi seruient, & obedient. Hucusq;, inquit, finis sermonis. Ego Daniel, multum cogitationes meæ cõturbabãt me: & forma mea immutata est super me: & uerbũ in corde meo conseruaui. [b]Quatuor illa regna expositorum quidam Assyriorum, Persarum, Macedonũ, & Romanorũ. Quàm uero conuenienter id fecerint, qui nosse desiderãt, legãt presbyteri Hieronymi librum in Danielem, satis diligenter, eruditeq; conscriptum. Antichristi tamen aduersus ecclesiam sæuissimum regnum, licet exiguo spatio temporis sustinẽdum, donec dei ultimo iudicio regnum sancti accipiant sempiternũ: qui uel

dormitans

dormitans hæc legit, dubitare nō ſinitur. Tempus quippe, & tempora, & dimidium temporis, annum unum eſſe, & duos & dimidium: ac per hoc tres annos & ſemiſſem, etiam numero dierum poſterius poſito diluceſcit, aliquādo in ſcripturis & menſium numero declaratur. Videntur enim tempora indefinite hic dicta lingua Latina, ſed per dualem numerū dicta ſunt quem Latini non habent. Sicut autem Græci, ita hunc dicuntur habere & Hebræi. Sic ergo dicta ſunt tempora, tanquam dicerentur duo tempora. Vereri me ſanè fateor ne in decem regibus quos tanquam decē homines uidetur inuenturus Antichriſtus forte fallamur, atque ita ille inopinatus adueniat, non exiſtentibus tot regibus in orbe Romano. Quid enim ſi numero iſto denario uniuerſitas regū ſignificata eſt: poſt quos ille uenturus eſt, ſicut millenario, centenario, ſeptenario ſignificatur plerunq; uniuerſitas, & aliis atq; aliis numeris quos nunc commemorare non eſt neceſſe? Alio loco idem Daniel: Et erit, inquit, tempus tribulationis, qualis non fuit ex quo nata eſt gens ſuper terram uſq; ad tempus illud. Et in tēpore illo ſaluabitur populus tuus omnis qui inuentus fuerit ſcriptus in libro. Et multi dormientiū in terræ aggere exurgent: hi in uitam æternam, & hi in opprobriū & in confuſionem æternam. Et intelligentes fulgebunt, ſicut claritas firmamēti, & ex iuſtis multis ſicut ſtellæ in ſecula. Et adhuc ſentētiæ illi Euāgelicæ eſt locus iſte ſimillimus, de reſurrectione dūtaxat mortuorū corporum. Nam qui illic dicti ſunt eſſe in monumentis, ipſi hic dormientes in terræ aggere: [e]uel ſicut alij interpretati ſūt, in terræ puluere. Et ſicut ibi procedent dictum eſt: ita hic exurgēt. Sicuti ibi, qui bona fecerunt in reſurrectionem uitæ, qui autē mala egerūt in reſurrectionem iudicij: ita & iſto loco, hi in uitam æternam, & hi in opprobrium & in confuſionem æternam. Non autem diuerſum putetur, quod cum ibi poſitum ſit, omnes qui ſunt in monumentis, hic non ait Propheta, omnes, ſed multi dormiētium in terræ aggere. Ponit enim aliquando ſcriptura pro omnibus multos. Propterea & Abrahæ dictum eſt: Patrem multarum gentium poſui te. Cui tamen & alio loco: In ſemine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes. De tali autem reſurrectione, huic quoq; ipſi prophetæ Danieli paulo poſt dicitur: Et tu

A ueni, & requieſce. adhuc enim dies in completionem conſummationis, & requieſces, & reſurges in ſorte tua in fine dierum.

L. VIVES

a QVi ſuperabit ſuis malis omnes.] Septuaginta ſic. ἀναστήσεται ὁ σῴζων, ὃς νικήσει πάντας τοὺς ἐμπροσθεν. ſurget alius qui ſuperabit malos omnes priores. an πάντας dixit acculatiuum pro noſtro ablatiuo ut ſit Græce, ſuperabit omnes priores per malos, quos ſecum habebit. b Quatuor illa regna exPosuerunt quidā.] Prima enim bellua ſimilis erat leænæ ſæuæ & libidinoſæ, & Aquilæ reginæ auium ac ſuperbæ uiuacíque, quæ omnia habuit imperium Aſſyriorum. ſecunda ſimilis urſæ duræ ac præferoci, imperium fuit Perſarum, cuius initium à robuſto & forti Cyro. tertia ſimilis pardo alato celeri ac impetuoſo: ſanB guinario, & qui in mortem ruit in ſaltu. tale imperium Macedonum, quod nō pedibus currere, ſed uolare pennis uiſum eſt. quanta enim celeritate immenſam Aſiam uictoriis ſuis Alexander luſtrauit? Quarta beſtia erat omnium maxime terribilis, & mirabilis, & fortis, dentibus ferreis, ingentibus, uorans, & comminuens, & pedibus cōculcans, diſſimilis cæteris. huiuſmodi fuit Romanum imperium, cuius feritas omnium belluarum feritatem uicit: ferreum, quod nulla externa uis conſumpſit, ſua rubigine belliſq; ciuilibus exeſum eſt. totum orbem inſatiabili uorauit illuuie, urbes euertit, & gentes funditus excidit, atrox, ſæuum, ſanguinis ſitientiſsimum. c Sed per dualem numerum dicta ſunt.] Antiquiſsimi Græci duos tantum habebant numeros, ſingularem & pluralem. Poſtea ſequentes dualem addiderunt, quos Latini ſequi noluerunt, ut ſcribit Diomedes Grammaticus, ac ſæpe Græci Poetæ plurali pro duali utuntur, ut Homerus ἀφέσθαι, inquit, quum de Agamemnone loquatur & Menelao tantum, de quibus uno, aut altero ante uerſu per dualem dixerat, δύο κασιγνήτω Ἀτρεΐδᾱ. d Ita hunc dicuntur habere.] Hieronymus in Daniel. Tempus annum ſignificat. Tempora iuxta Hebraici ſermonis proprietatem, qui & ipſi dualem numerum habent, duos annos præfigurat. Græce uero καιρῶν habetur non καιροῖν.

d Vel ſicut alij interpretati ſunt.] Hieronymus Daniel. xij.

In Pſalmis Dauidicis quæ de fine ſeculi huius & quæ de nouiſsimo dei iudicio prophetentur. Cap. XXIIII

M Vlta de iudicio nouiſsimo dicuntur in Pſalmis, ſed eorum plura tranſeūnter & ſtrictim. Hoc tamē quod de fine huius ſeculi apertiſsime dictum eſt ibi, nequaquam ſilentio prēteribo. Principio terram tu fundaſti domine, & opera manuum tuarum ſunt cœli. Ipſi peribūt, tu autem permanes, & omnes ſicut ueſtimentum ueterabunt. & ſicut operatorium mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. Quid eſt quod Porphyrius cum pietatē laudet Hebræorum, qua magnus & uerus & ipſis numi-

minibus terribilis ab eis colitur deus, Chriſtianos ob hoc arguit maximæ ſtultitiæ, etiam ex oraculis deorum ſuorum, quòd iſtum mūdum dicunt eſſe periturū? Ecce in literis pietatis Hebræorum dicitur deo, quē confitente tanto philoſopho, etiam ipſa numina perhorreſcunt: opera, inquit, manuum tuarum ſunt cœli, ipſi peribunt. Nunquid quando cœli peribunt, mūdus cuius ij dem cœli ſuperior pars eſt & tutior, non peribit? Si hæc ſententia Iouí diſplicet, cuius, ut ſcribit iſte philoſophus, uelut grauioris autoritatis oraculo in Chriſtianorum credulitate culpatur, cur non ſimiliter ſapientiam tanquā ſtulA titiam culpat Hebræorū, in quorum libris pſſimis inuenitur? Porrò ſi in illa ſapiētia Iudęorū, quę Porphyrio tam multū placet ut eam deorū quoq; ſuorū uocib. prædicet, legitur cœlos eſſe perituros, cur uſq; adeo uana eſt iſta fallacia, ut in fide Chriſtianorum, uel inter cætera uel præcæteris hoc deteſtētur, quod in ea periturus creditur mundus, quo utiq; niſi pereunte, cœli nō poſſunt perire? Et in literis quidē ſactis, quę proprie noſtræ ſunt, nō Hebræis nobiſq; communes, id eſt Euangelicis & Apoſtolicis libris legitur: Prēterit figura huius mūdi. Legitur, mūdus trāſit: legitur, cœlū & terra trāſibūt. Sed puto C quod præterit, trāſit, trāſibunt aliquāto mitius dicta ſunt q; peribunt. In epiſtola quoq; Petri Apoſtoli, ubi aqua inūdatus qui tūc erat periſſe dictus eſt mundus, ſatis clarū eſt, & quę pars mundi à toto ſignificata eſt, & quatenus periſſe dicta ſit, & qui cœli repoſiti igni reſeruandi in diem iudicij & perditionis hominum impiorū. Et in eo quod paulo poſt ait: Veniet dies domini ut fur, in quo cœli magno impetu tranſcurrent: elementa autem ardentia reſoluētur, & terra, & quæ in ipſa ſunt opera exurentur: ac deinD de ſubiecit, his omnibus pereuntibus, quales oportet uos eſſe? poſſunt illi cœli intelligi perituri quos dixit repoſitos igni reſeruandos, & ea elementa accipi arſura quæ in hac ima mundi parte ſubſiſtūt procelloſa & turbulēta, in qua eoſdem cœlos dixit eſſe repoſitos, ſaluis illis ſuperioribus & in ſua integritate manētibus, in quorum firmamēto ſunt ſydera cōſtituta. Nam & illud quod ſcriptum eſt, ſtellas de cœlo eſſe caſuras, prēter quod poteſt multo probabilius, et aliter intelligi, magis oſtendit manſuros eſſe illos cœlos: ſi tamen ſtellæ inde caſuræ ſunt, uel cum tropica ſit locutio, quod eſt credibilius, uel in iſto imo cœlo futurū ſit utiq; mirabilius, q̄ nūc fit. Vnde & illa Vergiliana Stella facem ducēs multa cum luce cucurrit, & Idæa ſe condidit ſyua. Hoc aūt quod de Pſalmo cōmemorauí nullum cœlorum uidetur relinquere, quod periturum eſſe non dixerit. Vbí enim dicitur: Opera manuum tuarū ſunt cœli, ipſi peribūt, q̄ nullum eorum ab opere dei, tam nullū eorū à perditione ſecernitur. Non enim dignabūtur de Petri Apoſtoli locutione quem uehementer oderunt, Hebræorū defendere pietatem, deorū ſuorum oraculis approbatā: ut ſaltē ne totus mundus periturus eſſe credatur, ſic à toto pars accipiatur, in eo quod dictū eſt: Ipſi peribūt, cū ſoli cœli infimi periturí ſint: quemadmodū in apoB ſtolica illa epiſtola à toto pars accipitur, quod diluuio periſſe dictus eſt mūdus, quāuis ſola eius cū ſuis cœlis pars ima perierit. Sed quía hoc, ut dixi, non dignabūtur, ne uel Apoſtoli Petri approbēt ſenſum, uel tantū cōcedant cōflagratiōni nouiſsimæ, quantū dícimus ualuiſſe diluuiū, qui nullis aquis, nullis flāmis totū genus humanū perire poſſe cōtendūt: Reſtat ut dicāt, quod propter ea dij eorū Hebręā ſapientiā laudauerūt, quía iſtū Pſalmū nō legerāt. In pſalmo etiā quadrageſimonono de iudicio dei nouiſsimo C intelligitur dictū: Deus manifeſte ueniet, deus noſter & nō ſilebit. Ignis in cōſpectu eius ardebit, & in circūitu eiº tēpeſtas ualida. Aduocabit cœlū ſurſum, & terrā diſcernere populū ſuum. Cōgregate illi ſanctos eius, quí diſponūt teſtamentū eius ſuper ſacrificia. Hoc nos de dño noſtro Ieſu Chriſto intelligimus, quē de cœlo ſperamus eſſe uēturū ad uiuos & mortuos iudicandos. Manifeſtus enim ueniet inter iuſtos & iniuſtos iudicaturus iuſte, quí priūs uenit occultus ab iniuſtis iudicādus iniuſte. Ipſe, inquā, manifeſtus ueniet, & non ſilebit, id eſt in uoce iudicis euidēs apparebit, quí priūs cū ueniſſet occultus, ante iudicē ſiluit, quādo ſicut ouis ad immolandū ductus eſt, & ſicut agnus corā tondente fuit ſine uoce, quemadmodū de illo per Eſaiam legimus prophetatū, et in Euāgelio uidemus impletū. De igne uero & tempeſtate cū in Eſaiæ prophetia tale aliquid tractarem? quomodo eſſent hæc intelligenda, iam diximus. Quod uero dictum eſt: Aduocabit cœlū ſurſum, quoniā ſancti & iuſti recte cœlum appellantur: nimirum hoc eſt, quod ait Apoſtolus: Simul cum illis rapiemur in nubibus in obuiam Chriſto in aera.

Nam

A Nam ſecundū literę ſuperficiem,quomodo ſurſum aduocatur cœlum,quaſi poſſet eſſe niſi ſurſum? Quod autem adiunctum eſt:Et terram diſcernere populum ſuum,ſi tantummodo ſubaudiatur,aduocabit,id eſt aduocabit & terrā, nec ſubaudiatur ſurſum, hunc uidetur habere ſenſum ſecundum rectam fidem,ut cœlum intelligatur in eis,qui cū illo ſunt iudicaturi,& terra in eis,qui iudicādi ſunt:et aduocabit cœlū ſurſum, non hic intelligamus rapiet in aera, ſed in iudiciarias ſedes eriget.Poteſt & illud intelligi: Aduocabit cœlum ſurſum,aduocabit angelos in ſupernis & excelſis locis,cum quibus deſcēdat ad
B faciendum iudiciū:aduocabit & terrā,id eſt homines in terra utiq; iudicādos.Si autem utrūq; ſubaudiendū eſt,cū dicitur,& terrā,id eſt & aduocabit & ſurſum : ut iſte ſit ſenſus, aduocabit cœlum ſurſum , & terram aduocabit ſurſum, nihil melius intelligi exiſtimo , quàm homines qui rapientur in obuiam Chriſto in aera, ſed cœlum dictum propter animas, terram propter corpora.Diſcernere porrò populum ſuum, quid eſt niſi per iudicium ſeparare bonos à malis,tanquam oues ab hædis? Deinde conuerſio ſermonis ad angelos facta eſt. Congrega-
C te illi iuſtos eius.Profecto enim per angelicum miniſterium tanta res peragenda eſt. Si autem quærimus, quos iuſtos ei congregaturi ſint angeli,qui diſponunt,inquit,teſtamentum eius ſuper ſacrificia. Hęc eſt omnis uita iuſtorū, diſponere teſtamentum dei ſuper ſacrificia. Aut enim opera miſericordiæ ſunt ſuper ſacrificia,id eſt ſacrificijs pręponēda,iuxta ſententiā dei dicentis, Miſericordiam magis uolo q̄ ſacrificium:aut ſi ſuper ſacrificia,in ſacrificijs intelligitur dictum, quomodo ſuper terram fieri dicitur quod fit utique in terra:profecto ipſa opera miſericordiæ ſunt ſacrificia quibus placetur deo,ſicut in libro
D huius operis decimo me diſſeruiſſe iam reminiſcor:in quibus operibus diſponūt iuſti teſtamētum dei,quia propter promiſsiones,quæ nouo eius teſtamento continentur,hęc faciunt. Vnde congregatis ſibi iuſtis ſuis,& ad ſuam dexterā conſtitutis,nouiſsimo utiq; iudicio dicturus eſt Chriſtus: Venite benedicti patris mei, poſsidete paratum uobis regnum à conſtitutione mundi:Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare, & cætera quæ ibi proferuntur de bonorum operibus bonis,& eorum præmijs ſempiternis per ultimam ſententiam iudicandis.

L. VIVES

Stella facem ducens.] Vergil.ij.Aeneid. quum Anchiſes nollet Troia egredi,& Aeneas furens in mortem rueret,Iuppiter ſignum fugæ miſit.
Stella,inquit,facem ducens multa cum luce cucurrit.
Illam ſumma ſuper labentem culmina tecti
Cernimus Idæa claram ſe condere ſylua.
Ariſtoteles in i.lib.Meteororū,has ſtellas gigni dicit in halitu in media aeris regione à ſuperiore igne accenſo, qui ſi longitudinem tantum habeant δαλοὶ dicuntur, id eſt lampades: eædem ſunt faces Plinio lib.ij.Emicāt,inquit,& faces,non niſi quum decidunt uiſæ: qualis Germanico Cæſare gladiatorum ſpectaculum edente,præter ora populi meridiano tranſcurrit: duo genera earū, lampades uocant planè faces: alterū bolidas, quale Mutinenſibus malis uiſum eſt. Diſtant, q faces ueſtigia longa faciunt,priore ardente parte,bolis uero perpetua ardens longiorē trahit limitem. ſic Plin. b Rapiemur in nubibus obuiam Chriſto.] Veteres libri habēt omnes in obuiam, ex quibus etiam alibi ſic emendaui, non quod melius non putem dici obuiam ire, quàm in obuiam,ſed mihi non tam conſiderādum fuit,quid purius diceretur,ut quid Auguſtinus ſcripſiſſet:non dubium quin ueterē aliquam interpretationē ſecutus ſit, quæ quod Græce εἰς ἀπάντησιν uerterit in obuiam.

De prophetia Malachię qua dei iudicium ultimum declaratur, & quorum dicitur per purificatorias pœnas facienda mundatio. Cap. XXV.

P[a]Ropheta Malachias,ſiue Malachi qui & angelus dictus eſt,[b]qui etiam Eſdras ſacerdos,cuius alia in canonem ſcripta recepta ſunt, ab aliquibus creditur,nam de illo hanc eſſe Hebræorū opinionē dicit Hieronymus,iudicium nouiſsimum prophetauit,dicēs:Ecce uenit dicit dominus omnipotens.Et quis ſuſtinebit diem introitus eius,aut quis ferre poterit ut aſpiciat eum? Quia ipſe ingreditur quaſi ignis conflatorij, & quaſi herba lauantium.Et ſedebit conflans, & emundans ſicut aurum,& ſicut argentū,& emūdabit filios Leui.Et fundet eos ſicut aurū & argentum,& erunt domino offerentes hoſtias in iuſtitia.Et placebit domino ſacrificium Iuda &
D Hieruſalem ſicut diebus priſtinis,& ſicut annis prioribus.Et accedam ad uos in iudicio, & ero teſtis uelox ſuper maleficos,& ſuper adulteros, & ſuper eos,qui iurant in nomine meo mendaciter,& qui fraudāt mercede mercenarijs, & opprimunt per potentiam uiduas,& percutiūt pupillos,& peruertunt iudiciū aduenæ,& qui non timent me dicit dominus omnipotens. Quoniam ego dominus deus ueſter,et non mutor.Ex his quæ dicta ſunt uidetur euidentius apparere in illo iudicio quaſdam quorundam purgatorias pœnas futuras. Vbi enim dicitur: Quis ſuſtinebit

A diē introitus eius , aut quis ferre poterit ut aſpiciat eum,quia ipſe ingreditur quaſi ignis cōflatorij , & quaſi herba lauantium , & ſedebit conflans & emendans ſicut aurum , & ſicut argentum, & emundabit filios Leui , & fundet eos ſicut aurum & ſicut argentum:quid aliud intelligendum eſt? Dicit tale aliquid & Eſaias: Lauabit dominus ſordes filiorum & filiarum Sion, & ſanguinem emundabit de medio eorum ſpiritu iudicij & ſpiritu combuſtionis . Niſi forte ſic eos dicendum eſt emundari à ſordibus,& eliquari quodammodo cum ab eis mali per pœnale iudicium ſeparantur,ut illorum ſegregatio
B atq; damnatio purgatio ſit iſtorum , quia ſine talium de cætero cōmixtione uicturi ſunt . Sed [redacted] ruſalem,ipſam dei eccleſiam debemus accipere, non ex Hebræis tantum,ſed ex alijs etiam gentibus congregatam , nec talem, qualis nunc eſt, ubi ſi dixerimus , quia peccatum nō habemus, noſipſos ſeducimus,& ueritas in nobis non eſt: ſed qualis tūc erit uelut area per uentilationem, ita per iudicium purgata nouiſſimum,eis quoq; igne mundatis , quibus talis mundatio neceſſaria eſt:ita ut nullus omnino ſit, qui offerat ſacri-
D ficium pro peccatis ſuis. Omnes enim qui ſic offerunt,profecto in peccatis ſunt, pro quibus dimittēdis offerunt,ut cū obtulerint, acceptumq; deo fuerit,tunc dimittantur.

L. VIVES

a Propheta Malachiel,ſiue Malachias.] In antiquis exemplaribus legitur Propheta Malachiel , ſiue Malachi. Profecto Malachiam uocatum eſſe Malachiel nō cōmemini legiſſe me, & Malachiam aiunt interpretari angelum eius. Idcirco Malachi dicitur . nam ſi Malachiel eſſet , puto etymon eius futurum angelum dei , nā el eſt deus , niſi me fallit illius linguæ imperitia. itaq; arbitror ſic legendum : propheta Malachias , ſiue Malachi. b Qui etiam Eſdras.] De hoc libro xviij. c In qua domino hoſtiæ.] Alibi melius , in qua domino diſplicebant. Hoſtiæ porrò.

De ſacrificijs quæ ſancti offerent deo ſic placitura , quomodo in diebus priſtinis & annis prioribus placuerunt. Cap. XXVI.

V Olens autem deus oſtendere ciuitatem ſuam, tunc in iſta conſuetudine non futuram, dixit filios Leui oblaturos hoſtias in iuſtitia . Non ergo in peccato. Ac per hoc non pro peccato . Vnde intelligi poteſt in eo , quod ſecutus adiūxit atq; ait:Et placebit domino ſacrificium Iuda & Hieruſalē,ſicut diebus priſtinis , & ſicut annis prioribus,fruſtra ſibi Iudæos ſecundum legem ueteris teſtamēti ſacrificiorū ſuorū præterita tēpora polliceri. Non enim tunc in iuſtitia,ſed in peccatis hoſtias offerebāt,quando pro peccatis præcipue ac primitus offerebant , uſq; adeo ut ſacerdos ipſe , quem debemus utiq; credere cæteris fuiſſe iuſtiorem, ſecundum dei mandatū ſoleret primū pro ſuis offerre peccatis , deinde pro populi . Quapropter exponere nos oportet quomodo ſit accipiendū , quod dictū eſt: Sicut diebus priſtinis , & ſicut annis prioribus.Fortaſsis enim tempus illud commemorat,quo primi homines in paradiſo fuerūt . Tunc enim puri atq;
C integri ab omni ſorde ac labe peccati , ſeipſos deo mundiſſimas hoſtias offerebant . Cæterū ex quo commiſſę præuaricationis cauſa inde dimiſſi ſunt atq; humana in eis natura damnata eſt,excepto uno mediatore,& poſt lauacrum regenerationis quibuſq; adhuc paruulis[d], nemo mundus à ſorde , ſicut ſcriptum eſt , nec infans cuius eſt uita unius diei ſuper terrā. Quod ſi reſpondetur, etiā eos merito dici poſſe offerre hoſtias in iuſtitia qui offerunt in fide : Iuſtus enim ex fide uiuit,quamuis ſeipſum ſeducat,ſi dixerit ſe peccatum non habere: & ideo non dicat,quia
D ex fide uiuit : nunquid dicturus eſt quiſpiā hoc fidei tempus illi fini eſſe coæquandum,quando igne iudicij nouiſſimi mundabuntur , qui offerunt hoſtias in iuſtitia? Ac per hoc quoniā poſt talem mundationē nullum peccatū iuſtos habituros eſſe credendum eſt, profecto illud tēpus, quantū attinet ad nō habere peccatū,nulli tempori cōparandum eſt , niſi quando primi homines in paradiſo ante præuaricationem innocentiſſima felicitate uixerunt . Recte itaq; intelligitur hoc ſignificatum eſſe,cū dictū eſt: Sicut diebus priſtinis , & ſicut annis prioribus . Nam & per Eſaiam poſtea quàm cœlum nouum & ter-

ra noua promissa est: inter cętera, quę ibi de sanctorũ beatitudine per allegorias, & ænigmata exequitur, quibus expositionẽ congruam reddere nos prohibuit uitandæ longitudinis cura, Secundum dies, inquit, ligni uitæ erunt dies populi mei. Quis aũt sacras literas attigit, & ignorat ubi deus plantauerit lignũ uitæ, à cuius cibo separatis illis hominibus quando eos sua de paradiso eiecit iniquitas, eidem ligno circumpositа est ignea terribilisq; custodia? Quod si quisquã illos dies ligni uitæ, quos cõmemorauit prophe ta Esaias: istos qui nunc aguntur ecclesiæ Christi dies esse contendit, ipsumq; Christũ lignum uitæ prophetice dictum, quia ipse est sapientia dei, de qua Salomon ait: Lignum uitę est omnibus amplectẽtibus eã, nec annos egisse aliquos in paradiso illos primos homines, unde tam cito eiecti sunt, ut nullum ibi gignerent filium: & ideo nõ posse illud tempus intelligi, in eo quod dictum est: Sicut diebus pristinis, & sicut annis prioribus: Istam prætereo quæstionẽ, ne cogar quod prolixũ est cũcta discutere, ut aliquid horũ ueritas manifestata cõfirmet. Video quippe alterũ sensum, ne dies pristinos, & annos priores, carnalium sacrificiorum nobis pro magno munere per Prophetam promissos fuisse credamus.[b] Hostiæ nãq; illæ ueteris legis, quę de pecoribus immaculatis, ac sine ullo prorsus uitio iubebantur offerri, significabant homines sanctos, qualis solus inuẽtus est Christus sine ullo omnino peccato. Proinde quia post iudiciũ cũ fuerint etiã igni mũdati, qui eiusmodi mũdatione sunt digni, in omnibus sanctis nullum inuenietur omnino peccatũ, atq; ita seipsos offerent in iustitia, ut tales hostiæ omnimodo immaculatæ, ac sine ullo uitio sint futuræ, erunt profecto sicut pristinis diebus, & sicut annis prioribus, quando in umbra huius rei futuræ mũdissimæ offerebantur hostiæ. Hæc erit nanq; mundi/tia tunc in immortali carne ac mẽte sanctorum, quæ figurabatur in illarũ corporibus hostiarũ. deinde propter eos, qui nõ mũdatiõe, sed damnatiõe sunt digni, Et accedam, inquit, ad uos in iudiciũ, & ero testis uelox super maleficos & super adulteros, & cætera: quibus dãnabilibus enumeratis criminibus addidit, Quoniã ego dominus deus uester, & nõ mutor. Tanq; diceret: cũ uos mutauerit, & in deterius culpa uestra, & in melius gratia mea, ego non mutor. Testẽ uero se dicit futurum, quia in iudicio suo non indiget testibus. Eumq; uelocem, siue quia repente uenturus est, eritq; iudiciũ ipso inopinato eius aduentu celerrimum, quod tardissimũ putabatur: siue quia ipsas conuincet sine ulla sermonis prolixitate conscięntias. In cogitationibus enim, sicut scriptũ est, impij interrogatio erit. Et Apostolus: Cogitationibus, inquit, accusantibus, uel etiã excusantibus, in die qua iudicabit deus occulta hominum, secundum Euãgelium meum per Iesum Christum. Etiam sic ergo dominus futurus testis intelligendus est uelox, cum sine mora reuocaturus est in memoriam, unde conuincat, puniatq; conscięntiam.

L. VIVES

a ] Adam, Eua.

De separatione bonorũ & malorum: per quã nouissimi iudicij discretio declaratur. Cap. XXVII.

1 Llud etiam, quod aliud agẽs in decimooctauo lib. ex isto propheta posui, ad iudicium nouissimũ pertinet, ubi ait: Erunt mihi, dicit dominus omnipotens, in die, quã ego facio in acquisitionẽ: & eligã eos sicut eligit homo filiũ suum, qui seruit ei: & cõuertar, & uidebitis, quid sit inter iustum, & impiũ: & inter seruientẽ deo, & eum, qui non seruit ei. Quia ecce dies uenit, ardens sicut clibanus, & cõburet eos, & erunt omnes alienigenę, & uniuersi qui faciunt iniquitatẽ stipula, & succendet eos dies ueniẽs, dicit dominus omnipotens: & nõ relinquetur in eis radix, neq; ramus. Et orietur uobis, qui timetis nomẽ meum, sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius, & egrediemini & salietis sicut uituli de uinculis relaxati: & cõculcabitis iniquos, & erũt cinis sub pedibus

dibus uestris, dicit dominus omnipotens. Hæc distantia præmiorum, atq; pœnarũ iustos diriment ab iniustis, quæ sub isto sole in huius uitæ uanitate non cernitur, quando sub illo sole iustitiæ in illius uitæ manifestatione clarebit, Tunc profecto erit iudiciũ, quale nunquam fuit.

De lege Moysi spiritualiter intelligenda, ne in damnabilia murmura carnalis sensus incurrat. Cap. XXVIII.

Vod uero subiungit idẽ propheta: Mementote legis Moysi serui mei, quam mãdaui ei in Choreb ad omnẽ Israel: præcepta & iudicia oportune cõmemorat, post declaratũ tã magnũ futurũ inter obseruatores legis, contemptoresq; discrimẽ, simul etiã ut discant legẽ spiritaliter intelligere, & inueniant in ea Christum, per quem iudicẽ facienda est inter bonos & malos ipsã discretio. Non enim frustra idem dominus ait Iudęis: Si crederetis Moysi, crederetis & mihi. De me enim ille scripsit. Carnaliter quippe accipiẽdo legẽ, & eius promissa terrena rerũ cœlestium figuras esse nescientes, in illa murmura corruerũt: ut dicere auderent: [a] Vanus est qui seruit deo. Et quid amplius, quia custodiuimus mandata eius, & quia ambulauimus simplices ante faciẽ domini omnipotentis? [b] Et nunc nos beatos dicimus alienos, & ædificantur omnes, qui faciunt iniquitatẽ. Quibus eorũ uerbis quodammodo propheta compulsus est, nouissimũ pronunciare iudicium: ubi mali nec saltem falsò sint beati, sed apertissime appareant miserrimi: & boni nulla temporali saltem miseria laborẽt, sed clara ac sempiterna beatitudine perfruãtur. Dixerat quippe istorum talia quædam uerba etiam superius dicentium: Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu domini: & tales ei placent. Ad hæc, inquam, cõtra deum murmura peruenerunt, legem Moysi carnaliter accipiendo. Vnde & ille in psalmo septuagesimo secundo, penè cõmotos dicit fuisse pedes suos, & effusos gressus suos uticq; in lapsum, quia zelauit in peccatoribus, pacem peccatorum intuens: ita ut inter cætera diceret: Quomodo sciuit deus, & si est scientia in altissimo? Diceret etiam: Nunquid uane iustificaui cor meum, [c] & laui inter innocentes manus meas? Vt autem solueret hanc difficillimam quæstionem, quæ fit cum uidentur boni esse miseri, & fœlices mali: Hoc, inquit, labor est ante me, donec introeam in sanctuarium dei, & intelligam in nouissima. In nouissimo quippe iudicio nõ sic erit: sed aperta iniquorũ miseria, & aperta fœlicitate iustorũ, longe, quàm nunc est, aliud apparebit.

L. VIVES

a Vanus est, qui seruit deo.] Querela non impia modo, uerum etiã imperita, & stulta, hominũ, non procul à belluarum ingenio distantiũ, quibus præsentia tantum & ante oculos expositа noscũtur & curæ sunt: in intimos malorum animos intuere, uidebis illos conscientiæ laniatu discerptos, aut in uentura tempora oculos attolle, spectabis ęras forsan mortalium opinione, sed graues certe, & condignas pœnas sceleribus paratas. Itáne Iudæi, uanus est, qui seruit domino? Venit ergo tempus, in quo, nec uani uobis uideamini, nec seruiatis domino. b Et nunc nos beatos dicimus alienos.] Dicitis quidẽ, sed an sunt? c Et laui inter innocẽtes.] In antiquis libris scribitur: Et laui in innocentibus, seruata proprietate Græca, ἐν, pro inter.

De aduentu Heliæ ante iudicium: cuius prædicatione scripturarum secreta referante, Iudæi conuertentur. Cap. XXIX.

Vm autẽ admonuisset, ut meminissent legis Moysi: quoniam præuidebat eos, multo adhuc tempore, non eam spiritaliter, sicut oportuerat, accepturos, continuo subiecit: Et ecce ego mittã uobis [a] Heliã Thesbitẽ, ante quàm ueniat dies domini magnus, & illustris: qui conuertet cor patris ad filiũ, & cor hominis ad proximum suum, ne forte ueniens percutiam terrã penitus. Per hũc Heliam magnum mirabiliq; prophetam expositа sibi lege, ultimo tempore ante iudiciũ, [b] Iudæos in Christum uerum, id est, in Christum nostrũ esse credituros, celeberrimum est in sermonibus, cordibusq; fidelium. Ipse quippe ante aduentũ iudicis saluatoris non immerito speratur esse uenturus: qui etiam nũc uiuere non immerito creditur. Curru nanq; igneo raptus est de rebus humanis: quod euidentissime sancta scriptura testatur. Cũ uenerit ergo exponẽdo legem spiritaliter, quam nunc Iudæi carnaliter sapiunt: conuertet cor patris ad filium, [c] id est, cor patrũ ad filios. Singularẽ quippe pro numero plurali interpretes Septuaginta posuerunt. Et est sensus, ut etiam filij sic intelligant, legem, id est, Iudæi, quemadmodum patres eam intellexerunt, id est, prophetæ, in quibus erat & ipse Moyses. Sic enim cor patrum conuertetur ad filios, cum intelligentia patrum perducetur ad intelligentiam filiorum: & cor filiorum ad patres eorum, dum in id, quod sense-

runt illi, consentiant & isti. Vbi & Septuaginta A
dixerunt: [d] & cor hominis ad proximum suum:
sunt enim inter se ualde proximi patres & filij.
quanquam in uerbis Septuaginta interpretum,
qui prophetice interpretati sunt, potest sensus
alius, idéq; electior inueniri: ut intelligatur Heli
as cor dei patris conuersurus ad filium: nõ utiq;
agendo, ut pater diligat filium: sed docendo,
quòd pater diligat filium: ut & Iudæi, quem pri
us oderant, diligant eundẽ, qui noster est Chri
stis. [e] Iudæis enim nunc auersum cor habet de
us à Christo nostro: quia non putant eum de
um esse, necq; dei filiũ. Eis ergo tunc cor eius con B
uertetur ad filium, cum ipsi conuerso corde didi
cerint dilectionem patris in filium. Quod uero
sequitur: Et cor hominis ad proximum suum,
id est, conuertet Helias cor hominis ad proxi
mum suũ: quid melius intelligitur, quàm cor ho
minis ad hominem Christum? Quum enim sit
in forma dei deus noster: formã serui accipiens,
esse dignatus est etiã proximus noster. Hæc er
go faciet Helias. Neforte, inquit, ueniam, & per
cutiam terram penitus. Terra sunt enim, qui ter
rena sapiunt: sicut Iudæi carnales usq; nunc: ex
quo uitio contra deum murmura illa uenerunt: C
quia mali ei placent, & uanus est qui seruit deo.

sententiam promeret, more suo auditorum mentes excl
tauit, ac in sublime sustulit, dicens: Qui habet aures au
diendi audiat. Et profecto Ioannes maxima uitæ parte
Heliam referebat, uterq; in eremo uixit, uterq; zona ac
cinctus pellicea, uterq; reges scelerosos obiurgans, u
terq; à regibus infectatus atq; uexatus, uterq; quàm pri
mum dominum uenturum prænuncians. Nihil ergo o
berat, quo minus Heliæ nomine Ioannes esse censere
tur, nuncius prioris aduentus Christi, sicut ille poste
rioris, & qui uenturus in secundo seruatoris aduentu iu
xta corporis speciem, iam per Ioannem uenerit spiritu
& uirtute. b Iudæos in Christum uerum.] Hoc est
quod dominus ait: Helias quidem uenturus est, qui re
stituet omnia. Dum corrigit, inquit Chrysostomus, infi
delitatem Iudæorum, qui tunc inuenientur. Quod est
conuertere corda patrum ad filios Iudæorum uideli
cet, hoc est ad Apostolos. Quærit postea si tot bona pa
riet Heliæ præsentia, quin illum ante suum priorem ad
uentum dominus miserit? Respondet, quia etiam tum Iu
dæi Christum existimantes Heliam non ei fidem habue
runt, in fine uero mundi Heliæ credent, qui quum post
tam diuturnam expectationẽ uenerit annunciãs Iesum,
facilius recipient quæ ab eo dicentur. c Id est, cor pa
trum ad filios.] Sic ex Hebræo uertit Hieronymus Ma
lachiæ iiij. d Et cor hominis ad proximum suum.]
Hieronymus sic, & cõuertet cor patrum ad filios, & cor
filiorum ad patres. e Iudæis enim nunc.] In codice
Brugen. sic legitur: Iudæis enim nunc auersum cor ha
bet deus à Christo nostro, quia hoc putant. Est enim
hæc uulgaris locutio tibi ego non sum eruditus q. dicat
non uideor. Quale est illud Crasi: Non es meus consul
cui ego non sum senator.

L. VIVES

a HEliam Thesbiten.] De hoc propheta tertio re
gnorum multa, quem uiuentem in igneo curru
à domino raptum, Iudæi uenturum putãt ante
Christum, ex hoc Malachiæ testimonio: quod etiam A
postoli significant, cum ex domino quærunt, Matthæi
decimoseptimo, quid ergo scribæ dicunt, quòd Heliam
oporteat primum uenire. quibus dominus cum respon
det Heliam iam uenisse, nõ reprobat quæ ab scribis tra
dita sunt, ut docet Origenes, sed alium Heliæ aduẽtum
ante se indicat factum, quod ignorauerant scribæ. Nam
& prius dixerat: Helias quidem uenturus est, & restitu
et omnia. Cæterũ quod sic opinione publica receptum
erat, Heliam præcessurum Christum, nec utrum Chri
sti aduentum satis dijudicabant, dominus ne hoc uide
retur obtigisse; quo minus uenisse Christum crederent, D
& eum agnoscerent iam missum, qui mittendus erat, He
liam ait uenisse, Ioannem significans, de quo ad multitu
dinem testificatur, si uultis recipere, ipse est Helias. Ne
moueat uos, quòd Heliam non putatis uidisse uos ante
hunc, de quo an sit Christus ambigitis. Quippe, si libet
credere, nemo falletur, quòd Ioannem, qui me anteces
sit, arbitretur Heliam esse, qui uenturus est, non per
transanimationem, uelut in huius corpus anima migra
uerit illius, aut quòd redditus sit Iudææ Thesbites ille
qui igneo curru hominibus ereptus est, sed quia præ
cessit me in spiritu & uirtute Heliæ, ut conuertat corda
patris in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum,
paretq; domino plebem perfectam, sicut angelus de illo
uaticinatus est, quum nasciturum patri nunciauit. Lu
cæ primo. Quam rem excelsam & mysterij maximi ple
nam quum dominus designaret, nec plenam apertãq;

Quòd in libris Veteris testamẽti cum
deus legitur iudicaturus, non euiden
ter Christi persona monstretur, sed ex
quibusdam testimonijs, ubi dominus
deus loquitur, non dubie appareat
quòd ipse sit Christus.

Cap. xxx.

VIta alia sunt scripturarum testimo
nia diuinarum de nouissimo iudicio
M dei, quæ si omnia colligã, nimis lon
gum erit. [a] Satis ergo sit, quod & no
uis & ueteribus literis sacris hoc pro
nunciatum esse probauimus. Sed ueteribus fu
turum esse iudicium, id est, iudicem Christum
de cœlo esse uenturum, non tam euidenter ex
pressum est. propterea quia cum ibi dicitur do
minus deus esse uenturus, uel dominum deum
dicit esse uenturum, non consequenter intelligi
tur Christus: dominus enim deus & pater est,
& filius, & spiritus sanctus, necq; hoc tamen inte
statum relinquere nos oportet. Primo itaq; de
monstrandum est, quemadmodum Iesus Chri
stus tanquam dominus deus loquatur in pro
pheticis libris, & tamen Iesus Christus euiden
ter appareat: ut & quando sic non apparet, & ta
men ad illud ultimũ iudiciũ dominus deus dici
tur esse

tur esse uenturus, possit Iesus Christus intelli A
gi. Est locus apud Esaiam prophetam, qui hoc
quod dico euidenter ostendit: Deus enim per
Prophetã: Audi me, inquit, Iacob & Israel quẽ
ego uoco. Ego sum primus, & ego in sempiter
num: & manus mea fundauit terrã, & dextera
mea firmauit cœlum. Vocabo eos, & stabũt si
mul, & cõgregabuntur omnes & audient. Quis
eis annunciauit hæc? Diligens te, feci uoluntatẽ
tuam super Babylonẽ, ut auferrem semẽ Chal
dæorum. Et locutus sum, & ego uocaui. Addu
xi eum, & prosperã feci uiam eius. Accedite ad
me, & audite hæc. Nõ à principio locutus sum B
in abscondito, quando fiebãt, ibi eram. Et nunc
dominus deus misit me, & spiritus eius. Nem
pe ipse est qui loquebatur sicut dominus deus:
nec tamen intelligeretur Iesus Christus, nisi ad
didisset, & nunc dominus deus misit me, & spi
ritus eius. Hoc enim dixit secundum formã ser
ui de re futura, utens præteriti temporis uerbo,
quemadmodum apud eundem prophetam le
gitur: Sicut ouis ad immolandum ductus est.
Non enim ait ducetur, sed pro eo quod futurũ
erat præteriti tẽporis uerbum posuit. Et assidue
Propheta sic loquitur. Est & alius locus apud C
Zachariam, qui hoc euidenter ostendit, quod
omnipotentẽ misit omnipotens. Quis quẽ, nisi
deus pater deũ filiũ? Nam ita scriptũ est, Hæc
dicit dominus omnipotens: Post gloriam misit
me super gentes, quæ spoliauerũt uos, quia qui
tetigerit uos, quasi qui tangit pupillã oculi eius.
Ecce ego inferam manum meam super eos, &
erunt spolia his qui seruierant eis, & cognosce
tis, quia dominus omnipotens misit me. Ecce di
cit dominus omnipotens, à domino omnipo
tente se missum. Quis hic audeat intelligere nisi
Christum loquentem, scilicet ouibus quæ perie
rant domus Israel? Ait nanq; in Euangelio: D
Non sum missus, nisi ad oues quę perierunt do
mus Israel, quas hic comparauit pupillæ oculi
dei, propter excellentissimum dilectionis affe
ctum, ex quo genere ouiũ, etiam ipsi Apostoli
fuerunt. Sed post gloriam resurrectionis utiq;
suæ, quæ ante quàm fieret, ait Euãgelista Ioan
nes: Nondũ erat spiritus datus, quia Iesus non
dũ erat glorificatus: etiã super gentes missus est
in Apostolis suis: ac sic impletum est quod in
Psalmo legitur, Erues me de cõtradictionibus
populi, constitues me in caput gentium: ut qui
spoliauerant Israelitas, quibusq; Israelitæ seruie

rant, quando sunt gentibus subditi, non uicis
sim eodem modo spoliarentur, sed ipsi spolia
fierent Israelitarum. Hoc enim Apostolis pro
misérat, dicens: Faciam uos piscatores hominũ.
Et uni eorum: Ex hoc iam, inquit, homines eris
capiens. Spolia ergo fient, sed in bonum tan
quam erepta uasa illi forti, sed fortius alligato.
Item per eundem prophetã dominus loquetis:
Et erit, inquit, in die illa, quæram auferre omnes
gentes, quæ ueniunt contra Hierusalem, & ef
fundam super domum Dauid, & super habita
tores Hierusalem spiritum gratiæ & misericor
diæ, & aspicient ad me pro eo quod insultaue
runt, & plangent super eo planctum, quasi su
per charissimũ, & dolebunt dolore quasi super
unigenitũ. Nunquid nisi dei est auferre omnes
gentes inimicas sanctæ ciuitatis Hierusalẽ, quæ
ueniunt contra eã, id est, cõtrariæ sunt ei? Vel si
cut alij sunt interpretati, ueniunt super eam, id
est, ut eam sibi subijciant, aut super domum Da
uid effundere, & super habitatores eiusdem ci
uitatis spiritũ gratię & misericordię? Hoc utiq;
id est, & ex persona dei dicitur per Prophetam:
& tamẽ hunc deum hæc tam magna & tam di
uina facientem sese Christus ostendit, adiun
gendo atq; dicendo: [b] Et aspicient ad me pro eo
quod insultauerunt, & plangent super eo plan
ctum quasi super charissimum siue dilectũ, &
dolebũt dolore quasi super unigenitum. Pœni
tebit quippe in die illa Iudæos etiã eos qui acce
pturi sunt spiritum gratię & misericordię quòd
in eius passione insultauerunt Christo, cum ad
eum aspexerint in sua maiestate uenientem, e
umq; esse cognouerint, quem prius humilem
in suis parentibus illuserunt, quamuis & ipsi pa
rentes eorum tantæ illius impietatis authores
resurgentes uidebunt eum, sed puniendi iam
non adhuc corrigendi. Non itaq; hoc loco ipsi
intelligendi sunt, ubi dictũ est: & effundam su
per domum Dauid & super habitatores Hieru
salem spiritum gratiæ & misericordiæ, & aspici
ent ad me pro eo quod insultauerunt, sed tamẽ
de illorum stirpe uenientes, qui per Heliam illo
tempore sunt crediturí. Sed sicut diximus Iu
dæis, uos occidistis Christum, quamuis hoc pa
rentes eorum fecerint, sic & isti se dolebũt feci
sse quodammodo, quod fecerunt illi, ex quorũ
stirpe descendunt. Quamuis ergo accepto spiri
tu gratiæ & misericordiæ iam fideles non dam
nabuntur cum impijs parentibus suis, dolebũt

tamen tanquam ipſi fecerint, quod ab illis factũ A
eſt. Non igitur dolebunt reatu criminis, ſed pie
tatis affectu. Sanè ubi dixerunt ſeptuaginta in
terpretes: & aſpicient ad me pro eo quod inſul
tauerunt: ſic interpretatum eſt ex Hebræo: & a
ſpicient ad me quem confixerunt. Quo quidẽ
uerbo euidentius Chriſtus apparet crucifixus.
Sed illa inſultatio quã ſeptuaginta ponere ma
luerunt, eius uniuerſæ nõ defuit paſſioni. Nam
& detento, & alligato, & adiudicato, & oppro
brio ignominioſæ ueſtis induto, & ſpinis coro
nato, & calamo in capite percuſſo, & irridenter
flexis genibus adorato, & crucem ſuam portan
ti, & in ligno iam pendenti, uticp̃ inſultauerunt. B
Proinde interpretationem nõ ſequẽtes unam,
ſed utrancp̃ iungentes, cũ & inſultauerũt, & con
fixerũt legimus, plenius ueritatẽ dominicæ paſ
ſionis agnoſcimus. Cum ergo in propheticis li
teris ad nouiſsimũ iudicium faciendum deus le
gitur eſſe uenturus, & ſi eius alia diſtinctio non
ponatur: tantũ modo propter ipſum iudicium
Chriſtus debet intelligi, quia & ſi ipſe pater iudi
cabit, per aduentũ tamẽ filij hominis iudicabit.
Nam & ipſe per ſuæ præſentiæ manifeſtatio
nem non iudicabit quenqp̃, ſed omne iudicium
dedit filio. Qui manifeſtabitur homo iudicatu C
rus, ſicut homo eſt iudicatus. Quis eſt enim ali
us, de quo item deus loquitur per Eſaiã ſub no
mine Iacob & Iſrael de cuius ſemine corpus ac
cepit? Quod ita ſcriptũ eſt: Iacob puer meus, ſu
ſcipiã illum, Iſrael electus meus, aſſumpſit eum
anima mea. Dedi ſpiritũ meum in illum, iudiciũ
gentibus proferet. Non clamabit, neqp̃ ceſſabit,
neqp̃ audietur foris uox eius. Calamum quaſſa
tum nõ conteret, & linũ fumans non extinguet,
ſed in ueritate proferet iudiciũ. Refulgebit & nõ
confringetur, donec ponat in terra iudiciũ, & in
nomine eius gentes ſperabũt. c In Hebræo non D
legitur Iacob & Iſrael. Sed quod ibi legitur ſer
uus meus: nimirũ Septuaginta interpretes uo
lentes admonere quatenus id accipiendum ſit,
quia ſcilicet propter formã ſerui dictum eſt, in
qua ſe altiſsimus humillimũ præbuit, ipſius ho
minis nomen ad eum ſignificandum poſuerũt,
de cuius genere eadem ſerui forma ſuſcepta eſt.
Datus eſt in eum ſpiritus ſanctus; quod & co
lumbæ ſpecie euangelio teſte monſtratum eſt.
Iudicium gentibus protulit, quia prænunciauit
futurũ, quod gentibus erat occultum. Manſue
tudine non clamauit: nec tamen in prædicanda
ueritate ceſſauit. Sed non eſt audita foris uox e
ius nec auditur, quandoquidẽ ab eis qui foris ab
eius corpore preciſi ſunt, nõ illio beditur: ipſoſqp̃
ſuos perſecutores Iudæos, qui calamo quaſſato
perdita integritate & d lino fumãti amiſſo lumi
ne comparati ſunt, non contriuit, nec extinxit,
quia pepercit eis, qui nondum uenerat eos iudi
care, ſed ab eis iudicari. In ueritate ſanè iudiciũ
protulit, prædicens eis quãdo puniendi eſſent,
ſi in ſua malignitate perſiſterẽt. Refulſit in mon
te facies eius, in orbe fama eius, nec confractus
ſiue contritus eſt, quia neqp̃ in ſe, neqp̃ in eccleſia
ſua ut eſſe deſiſteret, perſecutorib. ceſſit. Et ideo
nõ eſt factũ, nec fiet, quod inimici eius dixerũt,
uel dicunt: Quãdo morietur, & peribit nomen
eius, donec ponat in terra iudicium. Ecce mani
feſtatum eſt quod abſconditum quærebamus.
Hoc enim eſt nouiſsimum iudicium, quod po
net in terra, cũ uenerit ipſe de cœlo. De quo iam
uidemus impletum, quod hic ultimum poſitũ
eſt: Et in nomine eius gẽtes ſperabunt. Per hoc
certe quod negari non poteſt, etiam illud creda
tur, quod impudenter negatur. Quis enim ſpe
raret, quod etiam hi qui nolunt adhuc credere
in Chriſtum, iam nobiſcum uidẽt, & quoniam
negare non poſſunt, dentibus ſuis frendent, &
tabeſcunt? e Quis inquã ſperaret gẽtes in Chri
ſti nomine ſperaturas eſſe, quando tenebatur, li
gabatur, cædebatur, illudebatur, & crucifigeba
tur, quando & ipſi diſcipuli ſpem perdiderant,
quam in illo habere iam cœperant? Quod tunc
uix unus latro ſperauit in cruce; nunc ſperant
gentes longe lateqp̃ diffuſæ. Et ne in æternum
moriantur, ipſa in qua ille mortuus eſt cruce ſig
nãtur. Nullus igitur uel negat uel dubitat per
Ieſum Chriſtũ tale quale iſtis ſacris literis præ
nunciatur; futurum eſſe nouiſsimum iudicium,
niſi quis eiſdem literis, neſcio qua incredula ani
moſitate ſeu cæcitate non credit: quæ iam uerita
tem ſuam orbi demõſtrauere terrarum. In illo
itaqp̃ iudicio uel circa illud iudiciũ, has res didici
mus eſſe futuras: Heliam Thesbiten, fidem Iu
dæorum, antichriſtum perſecuturũ, Chriſtum
uenturũ iudicaturũ, mortuorum reſurrectionẽ,
bonorum malorumqp̃ diremptionem: mundi
cõflagrationem eiuſdemqp̃ rænouationẽ. Quæ
omnia quidem uẽtura eſſe credendum eſt: ſed
quibus modis, & quo ordine ueniant, magis
tunc docebit rerum experientia, quàm nunc ua
let conſequi ad perfectum hominum intelligen
tia.

tia. exiſtimo tamen eo quo à me cõmemorata A
ſunt ordine eſſe uentura. Duo nobis ad hoc o
pus pertinentes reliqui ſunt libri, ut adiuuante
domino promiſſa compleamus, quorum unus
erit de malorũ ſupplicio, alius de fœlicitate iuſto
rum. In quibus maximè ſicut deus donauerit, ar
gumenta refellentur humana, quæ contra præ
dicta ac promiſſa diuina ſapiẽter ſibi miſeri red
dere uidentur, & ſalubris fidei nutrimẽta uelut
falſa & ridenda contemnunt. Qui uero ſecun
dum deum ſapiunt, omniũ quæ incredibilia ui
dentur hominibus, & tamen ſcripturis ſanctis
quarum iam ueritas multis modis aſſerta eſt,
continentur, maximum argumentũ tenent ue
racem dei omnipotentiã, quem certum habent,
nullo modo in eis potuiſſe mentiri, & poſſe face
re quod impoſſibile eſt infideli.

L. VIVES.

a SAtis ergo ſit, quod & nouis, & ueteribus.] Hic cõ
textus non dubium, quin ſit deprauatus. In anti
quis codicibus aliter legitur, ſed etiam parum in
tegro ſenſu, quem certum eſt hunc eſſe, iudicium dei ex
literis utriuſcp̃ inſtrumenti facile colligi, ſed ex ueteri
bus iudicium tantum dei expreſſe: at iudicium Chriſti
filij ex ueteribus quoqp̃, cæterum apertius ex Nouo te
ſtamento. hinc quiſcp̃ ſibi lectionem ſuo arbitratu & ca
ptu reſtituat: nos ſic putamus poſſe ſcribi. Satis ergo ſit
quod & nouis & ueteribus literis ſacris hoc prænuncia
tum eſſe probauimus: ſed ueteribus, per Chriſtum fu
turum eſſe iudicium, id eſt, iudicem Chriſtum de cœlo
eſſe uenturum, nõ adeo quàm nouis euidenter expreſ
ſum. Propterea quia quum ibi dicit dominus uẽturum
ſe eſſe, uel dominum deum &c. Lactãtius libro vij. Poe
tas ait ex hoc Chriſti iudicio ſuos apud inferos effinxiſ
ſe iudices, quoniam, inquit, rectorem cœli non aliũ pu
tant, quàm Iouem, iudicare apud inferos Iouis filium
tradiderunt, ſed tamen non Apollinem, aut Liberum,
aut Mercurium, qui cœleſtes putantur: ſed deum qui &
mortalis fuerit, & iuſtus, uel Minoem, uel Aeacum, uel
Rhadamanthum. b Et aſpicient ad me, pro eo quod
inſultauerunt.] Sic uerterũt Lxx. ex Hebræo uero Hie
ronymus & aſpicient ad me, quem confixerunt: quem
ſenſum ſecutus eſt Ioannes apoſtolus capite xix. Hiero
nymus ait, paruum apicem fuiſſe in cauſa cur Lxx. pro
transfixerunt, uerterint ὠρχήσαντο, id eſt, ſaltauerunt.

c In Hebræo non legitur Iacob.] Quod docet Hiero
nymus Eſaiæ xlij. ſic uertens: Ecce ſeruus meus, ſuſcipi
am eum, electus meus, cõplacuit ſibi in eo anima mea.

d Lino fumanti amiſſo lumine.] Non omittam quod
Plutarchus in quæſtionibus narrat, ueteres olim non ſo
litos ellychnium extinguere, ſed ipſum per ſe langueſce
re, & deficere ſolitos permitti, cuius aliquot reddit cau B
ſas: ſeu quòd ignis hic cognatus eſſet illius inextinguibi
lis, & immortalis cœleſtis ignis: ſeu quòd iudicarent nõ
oportere quod animatum eſſet, niſi noceat, interimere.
Porrò ignem animal putabant, nec immerito, nam & a
limento eget, & per ſe mouetur, & quum extinguitur, ue
lut occidatur, uocem emittit: ſeu quia eiuſmodi doce
mur more, non oportere nec ignem, nec aquam, nec eo
rum quicquam, quæ ad uſum ſpectant, & ſi abunde ſup
perant conſumere, aut corrumpere, ſed indigentibus u
tenda relinquere, quum iam nobis illa opus non ſint.
Tãtum Plutarchus. Quarum cauſa prima ad pietatem
& cultum deorum ſpectat, altera ad manſuetudinem,
tertia ad humanitatem benignitatemqp̃. Poteſt hoc loco
philoſophari, ſi quis uolet. e Quis, inquam, ſperaret
gẽtes in Chriſti nomine ſperaturas eſſe.] Profecto Chri
ſtus futurarum rerũ erat conſcius & certiſsimus immor
talitatis religionis ſuæ, quippe qui morti propinquus
comitatus tantum duodecim imbecillibus & ignauis
aduerſante genere tota Iudæa nihilominus Euãgelium C
ſuum diuulgatũ iri orbe toto prædicabat, & quum diſci
pulos præmoneret, fore ut ab omnibus ea ipſa nocte
ſolus ad ſupplicium extremum deſereretur, tamen poſ
licebatur ſe cum illis futurum uſqp̃ in finem ſeculorum.

ELENCHVS CAPITVM
IN DIVI AVRELII AVGVSTINI DE CIVITATE DEI LIBRVM XXI.

1 De ordine diſputationis, qua prius differendum eſt de perpetuo ſupplicio damnatorum cum diabolo, quàm de æterna fœlicitate ſanctorum.
2 An poſsint corpora in uſtione ignis eſſe perpetua.
3 An conſequens ſit ut corporeum dolorem ſequatur carnis interitus.
4 De naturalibus exemplis quorum conſideratio doceat poſſe inter cruciatus uiuentia corpora permanere.
5 Quanta ſint quæ non recte queant agnoſci, & tamen eadem eſſe non ſit ambiguum.
6 Quod non omnia miracula naturalia ſint, ſed pleraqp̃ humano ingenio modificata, pleraqp̃ autem dæmonum arte compoſita.
7 Quod in rebus miris ſumma credendi ratio ſit omnipotentia creatoris.
8 Non eſſe cõtra naturam, cum in aliqua re cuius natura innotuit, aliquid ab eo quod erat notum incipit eſſe diuerſum.
9 De gehenna & æternarum qualitate pœnarum.

10 An ignis gehennalis ſi corporalis eſt, poſſit malignos ſpiritus, id eſt, dæmones incorporeos tactu ſuo adurere.
11 An hoc ratio iuſtitiæ habeat, ut nõ ſint extenſiora pœnarũ tempora quàm fuerint peccatorũ.
12 De magnitudine præuaricationis primæ, ob quam æterna pœna omnibus debeatur qui extra gratiam fuerint ſaluatoris.
13 Contra opinionem eorum, qui putant criminoſis ſupplicia poſt mortem cauſa purgationis adhiberi.
14 De pœnis temporalibus iſtius uitæ, quibus ſubiecta eſt humana conditio.
15 Quod omne opus gratiæ dei eruentis nos de profunditate ueteris mali, ad futuri ſeculi pertinet nouitatem.
16 Sub quibus gratiæ legibus omnes regeneratorum habeantur ætates.
17 De his qui putant nullorum hominum pœnas in æternum eſſe manſuras.
18 De his qui nouiſſimo iudicio propter interceſsiones ſanctorum neminem hominum putant damnandum.
19 De his qui impunitatem omnium peccatorum promittunt etiam hæreticis, propter participationem Chriſti.
20 De his qui non omnibus, ſed eis tantum qui apud catholicos ſunt regenerati, etiam ſi poſtea in multa crimina erroresq; proruperint, indulgentiam pollicentur.
21 De his qui eos qui permanent in catholica fide etiã ſi peſsime uixerint, & ob hoc uri meruerint: tamen propter fidei fundamentum ſaluandos eſſe definiunt.
22 De his qui putant ea crimina quæ inter eleemoſynarum opera committuntur, ad damnationis iudicium non uocari.
23 Contra opinionem eorum qui dicunt, nec diaboli, nec hominum malorum perpetua futura ſupplicia.
24 Contra eorum ſenſum, qui in iudicio dei omnibus reis propter ſanctorum preces putant eſſe parcendum.
25 An hi qui inter hæreticos baptizati ſunt & deteriores poſtea male uiuendo facti ſunt: uel hi qui apud catholicos renati ad hæreſes ac ſchiſmata tranſierũt: uel hi qui à catholicis apud quos renati ſunt, non recedentes criminoſe uiuere perſtiterunt, poſsint priuilegio ſacramentorum remiſſionem æterni ſperare ſupplicij.
26 Quid ſit in fundamẽto habere Chriſtum, & quibus ſpondeatur ſalus quaſi per ignis uſturam.
27 Contra eorum perſuaſionem qui putant ſibi non obfutura peccata, in quibus cum eleemoſynas facerent perſtiterunt.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
EPISCOPI AD MARCELLINVM
DE CIVITATE DEI LIBER XXI

1265

De ordine diſputatiõis, qua prius diſſerendum eſt de perpetuo ſupplicio damnatorum cum diabolo, quàm de æterna fœlicitate ſanctorũ Cap. I.

VM per Ieſum Chriſtũ dominum noſtrum iudicem uiuorum atq; mortuorum ad debitos fines ambæ peruenerint ciuitates, quarũ una eſt dei, altera diaboli, cuiuſmodi ſupplicium ſit futurũ diaboli, & omnium ad eum pertinentiũ, in hoc libro à nobis quantum ope diuina ualebimus, diligentius diſputandũ eſt. Ideo aũt hunc tenere ordinem malui, ut poſtea differã de fœlicitate ſanctorum, quoniã utrunq; cum corporibus erit: & incredibilius uidetur eſſe in æternis corpora durare cruciatibus, q̃ſ ſine dolore ullo in æterna beatitudine permanere. Ac per hoc cũ illã pœnam non debere eſſe incredibilem demonſtrauero, adiuuabit me plurimum, ut multo facilius omni carens moleſtia immortalitas corporum in ſanctis futura credatur. Nec à diuinis ordo iſte abhorret eloquijs, ubi aliquando quidẽ bonorum beatitudo prius ponitur, ut eſt illud: Qui bona fecerunt in reſurrectionem uitæ, qui autem mala egerunt, in reſurrectionem iudicij: ſed aliquando & poſterius, ut eſt: Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & mittẽt in caminum ignis ardentis, illic erit fletus & ſtridor dentium: tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris ſui. Et illud: Sic ibunt iniuſti in ſupplicium æternum, iuſti autem in uitam æternam. Et in prophetis, quod commemorare longum eſt, nunc ille, nũc iſte ordo ſiquis inſpiciat, inuenitur. Sed ego iſtum qua cauſa elegerim dixi.

An poſsint corpora in uſtione ignis eſſe perpetua. Cap. II.

Vid igitur oſtendam unde conuincantur increduli, poſſe humana corpora animata atq; uiuentia, non ſolum nũquam morte diſſolui, ſed in æternorum quoq; ignium durare tormentis? Nolunt enim hoc ad omnipotẽtis nos referre potentiam, ſed aliquo exẽplo perſuaderi ſibi flagitant. Quibus ſi reſpondebimus, eſſe animalia profecto corruptibilia, quia mortalia, quæ tamẽ in mediis ignibus uiuant, nonnullum etiam genus uermium in aquarum calidarum ſcaturigine reperiri, quarum feruorem nemo impune cõtrectat: illos aũt non ſolum ſine ulla ſui læſione ibi eſſe, ſed extra eſſe non poſſe: aut nolunt credere, ſi oſtendere nõ ualemus, aut ſi ualuerimus, ſiue oculis demõſtrare reſ ipſas, ſiue per teſtes idoneos edocere, nõ ſatis hoc eſſe ad exemplũ rei de qua quæſtio eſt, eadem infidelitate contendunt: quia hęc animalia, nec ſemper uiuunt, & in illis feruoribus ſine doloribus uiuũt, ſuę quippe naturę cõuenientibus uegetãtur illis nõ cruciãtur elemẽtis: quaſi nõ incredibilius ſit uegetari, cũ nõ cruciari talibus rebus. Mirabile eſt enim dolere in ignibus & tamẽ uiuere, ſed mirabilius uiuere in ignibus, nec dolere. Si aũt hoc creditur, cur non & illud?

1266

IOANNIS LODOVICI
VIVIS VALENTINI IN XXI librum de Ciuitate dei, Diui Auſtini Auguſtini commentarij.

Onnullum etiam genus uermium in aquarum calidarum ſcaturigine.] Sunt enim aquæ plurimæ, quæ erumpunt calidæ, quod earum ſubterraneus defluxus fiat per uenas ſulphureas. Empedocles putat caleſcere eas ignibus, quos multis locis terra opertos tenet, ut Seneca lib. iiij. quæſtio. natura. refert, eas pro certo compertoq; tradunt multis morbis præſentaneum eſſe remedium. ſunt in Italia crebræ, & in Germania nobiliſſimæ Aquiſgrani balneis à natura paratis ſine noſtro impendio & artificio, aliiſq; pleriſq; in locis, de quis caput eſt apud Plinium libro primo & triceſimo ſecundo.

An conſequens ſit, ut corporeum dolorem ſequatur carnis interitus. Cap. III.

Ed nullum eſt, inquiunt, corpus quod dolere poſsit, nec poſsit mori. [a] Et hoc unde ſcimus? [b] Nam de corporibus quis certus eſt dæmonũ utrũ in eis dole-

leant

leant,quando se affligi magnis cruciatibus con-
fitẽtur? Quod si respondetur,terrenum corpus
solidum scilicet atq; conspicuum nullum esse:
atq; ut uno potius nomine id explicem,nullam
esse carnẽ quæ dolere possit, moriq; nõ possit:
quid aliud dicitur, nisi quod sensu corporis ho-
mines & experientia collegerũt? Nullam nanq;
carnem nisi mortalem sciunt. Et hæc est eorum
tota ratio,ut quod experti non sunt, nequaquã
esse posse arbitrentur. Nanq; cuius rationis est
dolorem facere mortis argumentum, cum uitæ
potius sit indicium? Et si enim quærimus utrum
semper possit uiuere,certum tamen est uiuere o-
mne quod dolet, dolorẽq; omnem nisi in re ui-
uente esse nõ posse. Necesse est ergo ut uiuat do
lens,nõ est necesse,ut occidat dolor:quia nec cor
pora ista mortalia & utiq; moritura, omnis do
lor occidit. Vt autẽ dolor aliquis possit occidere,
illa causa est, quoniã sic est anima connexa huic
corpori, ut summis doloribus cedat atq; disce-
dat:quoniã & ipsa cõpago membrorũ atq; uita
lium sic infirma est, ut eam uim quę magnũ uel
summũ dolorẽ facit, nõ ualeat sustinere. Tunc
autem tali corpori anima & eo connectetur mo
do,ut illud uinculum sicut nulla tẽporis longitu
dine soluitur, ita nullo dolore rumpatur. Proin
de etiã si caro nũc talis nulla est, quæ sensum do
loris perpeti possit,mortemq; non possit:erit ta
men tunc talis caro,qualis nunc nõ est,sicut talis
erit & mors,qualis nunc nõ est. Non enim nul-
la, sed sempiterna mors erit, quando nec diuere
anima poterit deum non habendo, nec dolori-
bus corporis carere moriendo. Prima mors ani
mam nolentẽ pellit de corpore, secunda mors
animã nolentẽ tenet in corpore. Ab utraq; mor
te cõmuniter id habetur, ut quod non uult ani
ma,de suo corpore patiatur. Attendunt autem
isti contradictores nullam esse nunc carnẽ quæ
dolorem pati possit mortẽq; non possit,& non
attendunt esse tamen aliquid tale quod corpore
maius sit. Ipse quippe animus, cuius præsentia
corpus uiuit,& regitur,& dolorẽ pati potest, &
mori non potest. Ecce inuenta res est, quæ cum
sensum doloris habeat,immortalis est: hoc igi-
tur erit tunc etiam in corporibus damnatorum,
quod nunc esse scimus in animis omniũ. Si aũt
consideremus diligentius,dolor qui dicitur cor-
poris magis ad animam pertinet. Animæ enim
est dolere,non corporis,etiam quando ei dolen
di causa existit à corpore, cum in eo loco dole-

A ubi lædítur corpus. Sicut ergo dicimus corpora
sentientia,& corpora uiuentia,cum ab anima sit
corporis sensus & uita, ita & corpora dicimus
dolentia, cum dolor corporis nisi ab anima esse
non possit. Dolet itaq; anima cum corpore in
eo loco eius,ubi aliquid contingit ut doleat. Do
let & sola quamuis sit in corpore,cũ aliqua causa
etiã inuisibiliter tristis est ipso corpore incolumi.
Dolet etiam non in corpore constituta. Nam u-
tiq; dolebat dives ille apud inferos, quando di-
cebat: Crucior in hac flamma. Corpus autẽ nec
exanime dolet,nec animatum siue anima dolet.
B Si ergo à dolore argumentum recte sumeretur
ad mortẽ,ut ideo mors possit accidere, quia po-
tuit accidere & dolor, magis ad animã pertine-
ret mori ad quam magis pertinet & dolere. Cũ
uero illa quæ magis dolere potest, non possit
mori,quid momenti affert cur illa corpora, quo
niam futura sunt in doloribus,ideo etiam mori-
tura esse credamus? [d] Dixerunt quidam Platoni
ci, ex terrenis corporibus moribundisq; mem-
bris esse animæ & metuere,& cupere, & dolere,
atq; gaudere. Vnde Vergilius: Hinc, inquit, id
est, ex moribundis terreni corporis membris,
metuunt cupiuntq; dolẽt gaudentq;. Sed con-
uicimus eos in quartodecimo huius operis li-
bro, habere animas secundũ ipsos ab omni eti
am corporis labe purgatas,dirã cupiditatẽ, qua
rursus incipiũt in corpora uelle reuerti. Vbi au-
tem potest esse cupiditas, profecto etiam dolor
potest. Frustrata quippe cupiditas siue non per-
ueniẽdo,quò tendebat,siue amittẽdo, quò per-
uenerat, uertitur in dolorẽ. Quapropter si ani-
ma,quæ uel sola uel maximè dolet, habet tamẽ
quandam[e] pro suo modo immortalitatẽ suam,
non ideo mori poterunt illa corpora,quia dole-
bunt. Postremo,si corpora faciunt ut animæ do
leant,cur eis dolorẽ possunt,mortẽ uero inferre
nõ possunt,nisi quia consequens nõ est,ut mor-
tẽ faciat,quod dolorẽ facit. Cur ergo incredibi-
le est,ita ignẽ illis corporibus dolorẽ posse infer
re nõ mortẽ,sicut ipsa corpora dolere animas fa
ciũt,quas tamẽ nõ ideo mori cogũt? Non est er
go necessariũ futuræ mortis argumentũ dolor,

L. VIVES

a Sed nullum est, inquiũt, corpus quod dolere pos. nec pos. mor.] Omnes enim ueteres philosophi, Plato, Aristoteles, Epicurus, Zeno, Cicero, Seneca, quicquid doleret, interiturum tandem arguebant. hinc est illud Aristot. tertio librorum moralium. Dolor distrahit, ac perimit naturam eius in quo est, & Ciceronis iij. de nat. deorum. Quod dolorem accipit, id

pit,id etiam accipiat interitũ necesse est, ex quo probat animal nullũ sempiternũ esse. b Nam de corporibus quis certus est dæmonũ.] Disputatur inter Platonicos an dæmonum corpora sentiãt, doleãtq;. sunt qui in ner uis totam uim sentiendi statuant, quibus carere aiunt dæmones, ideo nec sentire, nec pati dolorẽ ulla ui quire: qui ijs aduersantur, non in neruo doloris patientiam si tam esse, sed in spiritu neruũ ambiente dicunt, qui si ner uum deferat, stupescat neruus protinus, & sine functio ne ulla iaceat extinctus: ea est enim uelut nerui uita. atq; hi accommodatius ad naturam rei loquuti existiman tur. itaq; isti spiritale dæmonũ corpus, & tangere & tan gi posse affirmant, & proinde dolore affici, sed subitario fluxoq;, nisi diutius hæreat prematq; dolorem afferens. nam duriore corpore secari spiritalia illa possunt, cæte rum ex templo coire, nec apertam diutius esse plagam. ideo quo sunt, inquiunt, corporibus densioribus & con cretioribus, hoc magis dolori perferendo sunt obnoxij, & diuturnius eo afficiũtur, quo circa minas præcipitio rum, & enses pauent. Hæc ex Michaele Psello, & Marco illo dæmonicola primario. Qua forsan opinione Verg. vi. Aeneid. Sibyllã inducit præcipientẽ Aeneæ, ut ad uersus concursum frequentium dæmonũ ensem distrin gat: Tuq;, inquit, inuade uiam, uaginaq; libera ferrum.

c Vt eam uim quæ magnum, uel summum dolorem facit.] Est enim dolor, ut à Cicerone diffinitur ij. Tusc. quæstio. motus asper in corpore à sensibus alienus, qui si ingraueſcat opprimit uitalia, & perimit hominẽ: seu id fiat aucta supra modum aliqua ex corporis qualitati bus, siue ardore, siue humore, siue spiritibus, siue excre mentis, & terrestri materia, siue imminuta ex ijs quapi am, seu perpetuitate corporis pressa seu disiuncta. his e nim de causis solet ferè dolor in corporibus gigni.

d Dixerunt quidam Platonici.] Sic Aristoteles li bro de anima primo negat animã irasci, gaudere, time re nõ secus quàm texere, uel ædificare, quoniam ut hæc agit per corpus, ita & illa. quod si hoc de ira & gaudio admittamus, profecto & dolor ab anima eadem ratione excludetur, quem & excludunt Alexander, & Themi stius ab anima sine corpore. Cæterum hac de re non est hic locus disputandi, nam qui affectibus uniuersis pri uant animã corpore non comitatam, aut nusquàm à cor pore separari uolunt, aut torpẽtem & sine omni prorsus actione relinquent, quũ è corpore discesserit, ac prorsus talem, qualem ipsi ijdem rident Epicuri deum absq; om ni actione ac motu. & Aristotelis dictum effusum est per ardorem disputãdi, dum totis animis in perennitatem illam motus, quã animæ Plato tribuebat inuadens, om ni motu animam conatur spoliare, quò deformior sit or nata prius tanta motus copia: ita ne affectus quidẽ per mittit, non perinde ut sibi prodesset, ac ut obesset magi stro, cuius rationem illam de animæ immortalitate per motus originem & perennitatẽ plausibilem Græcia to ta uidebat esse. Sed controuersia est hæc in uerbo, dole re fortasse nõ possit anima seiuncta à corpore, tristari ue ro potest & mœrere, quũ quod cupit nõ assequitur, aut assecuta perdit, quod tã est animæ dolere quàm corpo ri cruciari. e Pro suo modo immortalitatem suam.] Non enim ita immortalis est, ut æternum antea uixerit, nec ut extingui nulla ui queat, sed quod condita semel à deo, nunquam ita peribit, ut in nihilum abeat, tametsi mortem pati possit, quam secundam dicimus supplicij perpetuum duraturi.

De naturalibus exẽplis, quorum consideratio doceat posse inter ignes uiuentia corpora permanere.

Cap. IIII.

A Vapropter si ut scripserũt qui natu-
ras animalium curiosius indagarũt,
Q [a] salamandra in ignibus uiuit: & qui
dam notissimi [b] Siciliæ montes qui
tanta diuturnitate temporis, atq; ue
tustate usq; nunc & deinceps flammis æstuant
atq; integri perseuerant, satis idonei testes sunt,
nõ omne quod ardet absumi: & anima indicat,
non omne quod dolere potest, posse etiã mori:
Quid adhuc à nobis rerum poscuntur exẽpla,
quibus doceamus nõ esse incredibile, ut homi
num corpora sempiterno supplicio punitorũ, et
in igne animam non amittant,& sine detrimen
B to ardeant,& sine interitu doleant? Habebit e-
nim tunc ista carnis substantia [c] qualitatẽ ab illo
inditam, [d] qui tam miras & uarias tot rebus indi
dit, quas uidemus, ut eas, quia multæ sunt, non
miremur. Quis enim nisi deus creator omnium
dedit [e] carni pauonis mortui ne putresceret?
Quod cum auditu incredibile uideretur, eue-
nit ut apud Carthaginẽ nobis cocta appone-
retur hæc auis. De cuius pectore pulpatũ quan-
tum uisum est decerptũ seruare iussimus. Quod
post dierũ tantum spatiũ quanto alia caro quę-
cunq; cocta putresceret prolatum atq; oblatũ,
C nihil nostrũ offendit olfactum. Itemq; repositũ
post dies amplius cq; triginta, idẽ quod erat in-
uentũ est. Idemq; post annũ, nisi quod aliquan
tũ corpulentię siccioris,& cõtractioris fuit. Quis
paleæ dedit uel tam frigidã uim, ut obrutas ni-
ues seruet: uel tam feruidã, ut poma immatura
maturet? De ipso igne mira quis explicet, quo
quæq; adusta nigrescũt cũ ipse sit lucidus,& pe
nè omnia quæ ambit, & lambit colore pulcher-
rimus decolorat, atq; ex pruna fulgida carbonẽ
teterrimũ reddit? Necq; id quasi regulariter diffi
nitũ est. Nam econtrario lapides igne candente
percocti,& ipsi fiunt candidi, & quãuis ille ma
gis rubeat [f] illi albido colore nitescãt, cõgruit ta
men illi luci, [g] quod albũ est, sicut nigrũ tenebris.
Cum itaq; ignis in lignis ardeat ut lapides co
quat, cõtrarios habet non contrarijs rebus effe
ctus. Et si enim lapides & ligna diuersa sunt: [h] cõ
traria tamen nõ sunt, sicut album & nigrũ, quo
rum in lapidibus unum facit, alterũ in lignis, cla
rus illos claresicãs, hæc obfuscãs, cum in illis de
ficeret, nisi in istis uiueret. Quid in carbonibus?
Nõne mirãda est, & tãta infirmitas ut ictu leuis
simo frangãtur, pressu facillimo cõterãtur: & tã
ta firmitas, ut nullo humore corrumpãtur, nulla

ætate

ætate uincantur, usq; adeo ut eos substernere so
leant qui limites figunt, ad cõuincendum litiga
torem, quisquis post quantalibet tẽpora extite/
rit, fixũq; lapidem limitẽ non esse contenderit?
Quis eos in terra humida infossos, ubi ligna pu
trescerẽt, tamdiu durare incorruptibiliter posse,
nisi rerũ ille corruptor ignis effecit? Intueamur
etiam miraculum calcis, excepto eo de quo iam
satis diximus, quod igne cãdescat quo alia tetra
redduntur, etiam occultissime ab igne ignẽ con
cipit. Cũq; iam gleba tangentibus frigida tam
latenter seruat, ut nulli nostro sensui prorsus ap
pareat, sed cõpertus experimento, etiã dum nõ
apparet, sciatur inesse sopitus.[k] Propter quod e/
am calcem uiuã loquimur, uelut ipse ignis latẽs
anima sit inuisibilis uisibilis corporis. Iam uero
q̃ mirum est quod cũ extinguitur, tunc accen/
ditur? Vt enim occulto igne careat, aquæ infun/
ditur, aquá ue perfunditur, & cũ ante sit frigida,
inde feruescit, unde feruentia cuncta frigescũt.
Velut expirãte ergo illa gleba, discedens ignis,
qui latebat apparet, ac deinde tanquã mortua
sic frigida est, ut adiecta unda non sit arsura, &
quã calcem uocabamus uiuam, uocemus extin/
ctam. Quid est quod huic miraculo addi posse
uideatur? Et tamẽ additur. Nam [l] si nõ adhibe/
as aquã, sed oleũ, quod magis fomes est ignis,
nulla eius perfusione uel infusiõe feruescit. Hoc
miraculũ si de aliquo Indico lapide legeremus,
siue audiremus, & in nostrũ experimentum ue/
nire non posset, profecto aut mendaciũ putare/
mus, aut certe granditer miraremur. Quarũ ue
ro rerum ante nostros oculos quotidiana docu
menta uersantur, nõ genere minus mirabili, sed
ipsa assiduitate uilescũt, ita ut ex ipsa India, quæ
remota est pars orbis à nobis, desierimus non/
nulla mirari, quę ad nos potuerũt miranda per/
duci. Adamantem lapidem multi apud nos ha
bent, & maximè aurifices insignitoresq; gẽma
rum,[m] qui lapis nec ferro, nec igni, nec alia ui ulla
perhibetur, præterquã hircino sanguine uinci.
Sed qui eum habent atq; nouerũt, nunquid ita
mirantur, ut hi quibus primum potentia eius o/
stenditur? Quibus aũt non ostenditur, fortasse
nõ credunt, aut si credunt, inexperta mirantur,
& si contigerit experiri, adhuc quidẽ mirantur
insolita. Sed assiduitas experiẽdi paulatim sub/
trahit admirationis incitamẽtum.[n] Magnetem
lapidem nouimus, mirabilem ferri esse raptorẽ,
quod cum primum uidi, uehementer inhorrui.

A Quippe cernebam à lapide ferreum annulum
raptum atq; suspensum, deinde tanquam ferro
quod rapuerat uim dedisset suam cõmunemq;
fecisset, idem annulus admotus est alteri, eumq;
suspendit, atq; ut ille prior lapidi, sic alter annu
lus priori annulo cohærebat. Accessit eodẽ mo
do tertius, accessit & quartus. Iamq; sibi per mu
tua connexis circulis, nõ implicatorum intrinse
cus, sed extrinsecus adhærentiũ, quasi catena pe
penderat annulorũ.[o] Quis istã uim lapidis non
stuperet, quæ illi nõ solum inerat, uerumetiam
per tot suspensa transibat, & inuisibilibus ea
B uinculis subligabat? Sed multo est mirabilius,
quod à fratre & coepiscopo meo Seuero Mile
uitano de isto lapide cõperi. Seipsum namq; ui
disse narrauit, queadmodũ Bathanarius quon
dam comes Aphricæ, cũ apud eum conuiuare
tur episcopus, eundem protulerit lapidem & te/
nuerit sub argento, ferrumq; super argentũ po
suerit: deinde sicut subter mouebat manũ, qua
lapidẽ tenebat, ita ferrum desuper mouebatur,
atq; argento medio nihilq; patiente, cõcitatissi
mo cursu ac recursu infrà lapis ab homine, su/
prà ferrum rapiebatur à lapide. Dixi quod ipse
conspexi, dixi quod ab illo audiui, cui tanquam
C ipse uiderim credidi. Quid etiam de isto magne
te legerim, dicam:[p] quando iuxta eum ponitur
adamas non rapit ferrum, & si iam rapuerat, ut
ei appropinquauerit mox remittit.[q] India mitit
hos lapides. Sed si eos nos cognitos iam desisti
mus admirari, quanto magis illi à quibus ueni/
unt, si eos facillimos habent: si forsitan habent
ut nos calcẽ, quam miro modo aqua feruescen
tem, qua solet ignis extingui, & oleo non ferue
scentem, quo solet ignis accendi, quia in prom
ptu nobis est, non miramur.

L. VIVES

D a Salamandra in ignibus uiuit.] puto me alibi de
Salamandra scripsisse ex Aristot. & Plinio, qui il/ *Salamandra*
lam dicunt lacerti figura esse animal stellatũ, nun
quã nisi magnis imbribus proueniens, & serenitate defi
ciens, cui tantus rigor, ut ignem tactu extinguat, nõ alio
modo quàm glacies. b Et quidam notissimi Siciliæ
montes.] Mõtes multis in locis ardent, ut Aetna in Si/ *Montes ardentes*
cilia, & in Hiera, quæ olim Therasia prope Siciliã Vul/
cano sacra in qua est collis nocturnas euomens flam/
mas, tum etiam Theon ochema in Aethiopia: Vesuuius
in Campania, & Lycia Chimæra, & trans Herculis co/
lumnas quædam nocturnis incendijs conspicua, quæ/
dam diurnis: alij ardentium faciem ostendunt, ut iu/
xta Pygmæos, & prope Sybratas in Aphrica. Cau/
sam ardorum montium innumeri quæsierunt, manda/
runtq; literis. plurimorum sententia est esse uenas sul/
phureas subterraneas, quæ quum latis cauernis spi/
ritum admisere, ex concussione illa generatur ignis
sulphure

sulphure fomenta suppeditãte. Sic Aetna, sic Vesuuius
& Gaurus Campaniæ ardent, quæ maxime regio, ut in/
quit Seruius, sulphur desudat. Flatu uero agitato incẽ/
dia existere, uel hinc deprehendi potest, quòd non om/
nibus uentis ardores illi proueniant, sed ijs tantum spi/
rantibus, qui subire per aduersas speluncas possint, ut
in Aetna Euro uel Aphrico: quumq; sulphur non sem/
per suppetat, fit ut Aetnæ incẽdia non sint cõtinua, quẽ/
admodum nec Liparæ insulæ, cuius ardorẽ deficere tra
dit Xenophanes, sed anno septimo redintegrari. c Qua
litatem ab illo inditam.] Quid enim aliud sunt rerũ na/
turæ, præterea ingenia, quæ unicuiq; rei addidit parẽs
uniuersorum, dum eam ipsam rem procreat. Calorem
dedit igni, calefacere est huic naturale: dedisset frigus,
tam hoc esset ei ex natura, q̃ niui est, q̃ glaciei. d Qui
tam miras & uarias tot rebus.] Et bene miras, quas ad/
mirari promptum sit, scrutari atq; cognoscere nõ item.
Differentiæ rerum, inquit Aristoteles, hoc est, suæ singu
B lis rerum proprietates, & naturæ ignoratæ nobis sunt,
qui non modo recondita illa & abstrusa naturæ non asse
quimur, sed ad exprõpta hæc, & quæ natura palam pro
posuit caligamus & hallucinamur, ut non male Socra/
tes affirmasse uideatur, nos nihil scire. & tamen non de/
sunt, qui se nihil nescire profiteãtur, uel hoc nomine cæ/
teris imperitiores, quòd nondũ eruditione eo progressi
sunt, ut intelligãt omnia sic esse à natura inuoluta, & ab/
dita, ut nihil penè detectũ apertumq; nostris ingenijs re
linquat. Itaq; is mihi demum, uerum disciplinarũ conse
cisse circulũ uidet, qui à rerũ omnium ignorãtia per ar/
tes omnes peregrinatus, ad rerũ omniũ ignorantiã præ
terquam huius ipsius redierit. e Carni pauonis mor
tui ne putresceret.] Multorum ex ijs quæ Augustinus
hic ponit, nullo humano ingenio reddi posse ratio uide
tur, quorundam potest, coniecturis tantum sæpe infir/
mis atq; imbecillibus quæsita, quam tamen nos nõ ad/
scribemus, ne non tam explicare Augustinum, q̃ cum
C eo pugnare uideamur. f Illi albido colore nitescãt.]
In alijs exemplaribus legitur albescant, in alijs albicẽt.
g Quod album est.] Plurimum enim lucis albũ re/
tinet, ideo non secus uisui officit, q̃ ipsa lux: minimũ ue/
ro nigror, idcirco cõfert, & Aristoteles illud disgregati/
uum nominat, hunc congregatiuum. h Contraria
tamen non sunt.] Nam substantiæ nihil contrarium. &
contraria sunt, quæ sub eodem genere maxime distant,
ut album & nigrum sub colore, frigidũ & calidum, hu/
midum & siccum sub qualitate prima. i Vt eos sub/
sternere soleant.] Ctesiphon architectus iacturus fun/
damẽta templi Dianæ Ephesiæ, quo diuturnius esset lo
co palustri opus, carbones substrauit. Plin. lib. xxxvi.
Non dubitem, quin legendum sit Chersiphron consen/
tientibus Græcis, & in primis Strabone lib. xiiij. πρῶτος
Chersiphron μὲν χερσίφρων ἠρχιτεκτόνησεν, εἶτ' ἄλλος ἐποίησε μείζω, de illo nar/
rans, pro quo nos uulgo in Latinis codicibus legimus
D Archiphron, ut alia in eodem opere infinita mendose.
k Propter quod eam calcem uiuam.] Seneca lib. iij.
Natu. quæst. Viuæ calci aquam infunde, feruebit. l Si
non adhibeas aquam, sed oleum.] Plin. li. xxxiij. Calx
aqua accenditur, & Thracius lapis, idemq; oleo restin/
gitur. m Qui lapis, nec ferro, nec igni.] Plin. lib. ulti
Adamas mo cap. iiij. de Adamante differit. eum ait, in rebus hu/
manis, non solum inter gemmas maximum habere pre
cium, incudibusq; deprehendi, ita respuentem ictum,
ut ferrũ utrinq; dissiliat, quippe duritia inenarrabilis,
simulq; ignium uictrix natura, & nunquam incalescẽs.
Vnde & nomen indomita uis Græca interpretatione ac
cepit. sic ille. Porrò δαμάω, est domo, tum accedit α par/
ticula priuatiua. idem paulopost: illa inuicta uis dua/
rum uiolentissimæ naturæ rerum ferri ignisq; contem/
ptrix hircino rumpitur sanguine, ac ne aliter, quàm re/
centi calidoq; macerata, & sic quoq; multis ictibus, tũc

A etiam præterquam eximias incudes malleosq; ferreos
frangens. Cuius hoc ingenio inuentum, quóue casu re/
pertum? aut quæ fuit cõiectura experiendi rem immen
si secreti, & in fœdissimo animalium omnium? profecto
muneris talis inuentio hominis est, nec quærenda in ul
la parte naturæ ratio, sed uoluntas, ut quũ feliciter rum
pere contigit, in tam paruas frangatur crustas, ut cer/
ni uix possit. Tantũ Plinius. At superiore anno Bernar/ *Bernardus*
dus Valdaura festiuissimo adolescens ingenio Adamã/ *Valdaura*
tes ostẽdit mihi, quos narrabat malleo fractos à Bernar
do patre, dum gemmæ duritiem experitur, sed eos non
Indicos aut Arabicos adamantes esse credo; cæterum
quos Plinius seu Cyprios, seu Siderites uocat. neque
enim unum est Adamantum genus, & Siderites ἀπὸ τοῦ
σιδήρου dicuntur, hoc est, à ferro, q̃ non dissimili sint co
lore, qui ictibus franguntur, & alio Adamante perfora/
ri possunt, quod & Cyprio euenit, qui ut degeneres no/
minis tantum autoritatem habẽt. Prætereo quæ hic nar
B rata sunt mihi à plerisq; de Adamantibus fœtificãtibus
principis Rauastanij. u Magnetem lapidem.] De *Magnes*
magnete Plinius lib. xxxvi. cap. xvi. Magnetem ait ab
inuentore sic dictum, ut autor est Nicander, in India re/
pertus lapis, nanq; & passim inuenitur. Lucretius libro
sexto à patria nominari dicit Magnesia, sed hoc unũ ge/
nus magnetum à cæteris diuersum. Vocatur & siderites
à uirtute trahẽdi Sideros, hoc est ferri: & Heraclius, uel
à uiribus, uel ab Heraclea Ponti urbe, de qua dixi alias.
sunt qui hunc demum trahere ferrum putent, non ma/
gnetem: quod sanè non negarim, si rectius uel loquan/
tur, uel intelligãtur, nempe Magnesium lapidẽ ferrum
non attrahere. quinq; enim genera magnetis posuit So/
tacus, Aethiopicum, Magnesiacum ex Magnesia Mace
doniæ, tertium Echium Bœotium, quartum Alexandri
num, Troicum, quintum Magnesium è Magnesia Asiæ.
Hunc magnetem candidum esse narrant, neq; ferrum
C attrahere similẽ pumici. atq; hoc est quod Diogenianus
ait, magnetem hunc, ita similem argento esse, ut spectan
tes plerũq; fallat, nec ferrum huic morem gerere. lapis
est cõtrario Magneti ingenio, ut inquit Plinius Theame
nes nomine, qui ferrum omne abijcit, & procul pellit.
o Quis istam uim lapidis non stuperet.] Miratur Pli
nius eam esse magneti uim, nec expedire rationem po/
test. Lucretius in sexto dum eam quærit, multa nuga/
tur, & tandem eo deuoluitur, ut secretum esse dicat: nõ
minus Agrigentinus Empedocles, qui ob eam uim ani
matum esse magnetem affirmauit. p Quando iu/
xta eum ponitur adamas.] Plinius ultimo uolumine.
Adamas dissidet cum magnete lapide in tantum, ut iu/
xta positus ferrum non patiatur abstrahi, aut si admo/
tus magnes apprehenderit, rapiat, atq; auferat. q In/
dia mittit hos lapides.] Sunt & alijs in locis, ut dixi, sed
creberrimi in India, etiã uasti montes. narrãt nautæ no
D strates in ima India esse maritimas cautes magneticas,
quæ medio cursu nauigia, si q̃d sit in eis ferri, uel clauus
unus, sistant, detineant, attrahant: idcirco qui illac sunt
præternauigaturi postes nauium ligneis clauis solitos
compingere.

Quanta sint quæ non recte queant a/gnosci, & tamen eadem esse nõ sit ambiguum. Caput V

V Eruntamen homines infideles, qui/
bus cum diuina uel præterita uel fu
tura miracula prædicamus, quæ illis
experienda non ualemus ostẽdere,

rationē à nobis earum flagitant rerum, quam quoniā non possumus reddere, excedunt enim uires mentis humanæ, existimant falsa esse, quę dicimus: ipsi de tot mirabilibus rebus, quas uel uidere possumus uel uidemus, deberent reddere rationem. Quod si fieri ab homine non posse uiderint, fatendum est eis, non ideo aliquid non fuisse, uel futurum non esse, quia ratio inde non potest reddi, quandoquidē sunt ista de quibus similiter non potest. Non itaq; pergo per plurima quæ mādata sunt literis, nō gesta atq; transacta, sed in locis quibusq; manentia, quò si quisquam ire uoluerit & potuerit, utrum uera sint explorabit. [a] Sed pauca commemoro. [b] Agrigentinum Siciliæ sālem perhibent cum fuerit admotus igni, uelut in aqua fluescere: cum uero aquæ, uelut in igne crepitare. [c] Apud Garamantas quendam fontem tam frigidum diebus ut nō bibatur, tam feruidum noctibus, ut nō tangatur. [d] In Epiro alium fontem in quo faces ut in cæteris extinguuntur accensæ, sed non ut in cæteris, accenduntur extinctæ. [e] Asbeston Arcadiæ lapidem propterea sic uocari, q⁹ accensus semel iam non possit extingui. [f] Lignum cuiusdam ficus Aegyptiæ non ut ligna cætera in aquis natare, sed mergi, & quod est mirabilius, cum in imo aliquandiu fuerit, inde ad aquæ superficiem rursus emergere, quando madefactū debuit humoris pondere prægrauari. [g] Poma in terra Sodomorū gigni quidem & ad maturitatis faciem peruenire, sed morsu pressu'ue tentata, in fumum ac fauillam corio fatiscente uanescere. [h] Pyriten lapidem Persicum tenentis manum si uehemētius prematur adurere, propter quod ab igne nomē accepit. In eadem Perside gigni etiam [i] lapidem Selenitem, cuius interiorem candorem cum luna crescere atq; deficere. [k] In Cappadocia etiam uento equas concipere, eosdemq; fœtus non amplius triennio uiuere. [l] Tilon Indiæ insulam eo præferri cæteris terris, quòd omnis arbor, quæ in ea gignitur, nunquā nudatur tegmine foliorū. [m] De his atq; aliis innumerabilibus mirabilibusq; historia non factorum & trāsactorum, sed manentiū locorum tenet. Mihi autē aliud agenti, ea persequi nimis longum est. Reddant rationem si possunt infideles isti, qui nolunt diuinis literis credere, quid aliud, q⁹ non putantes eas esse diuinas, eo quod res habeant incredibiles, sicuti hoc est, unde nūc agimus. Non enim admittit, inquiūt, ulla ratio, ut caro ardeat, nec absumatur: doleat, necq; moriatur: ratiocinatores uidelicet magni, qui de omnibus rebus quas esse mirabiles cōstat, possint reddere rationem. Reddant ergo rationem de his quæ pauca posuimus, quæ proculdubio si esse nescirent, & futura esse diceremus, "multo minus crederent, quàm quod nunc dicentibus nobis nolunt credere aliquando esse uenturum. Quis em̄ eorū nobis crederet, si quēadmodū dicimus futura hominū uiua corpora, quę semper arsura atq; dolitura, nec tamē aliquādo moritura sint, ita diceremus in futuro seculo futurū sālē quē faceret ignis uelut in aqua fluescere, eūdēq; faceret aqua uelut in igne crepitare: aut futurum fontē, cuius aqua in refrigerio noctis sic ardeat, ut nō possit tangi, in ęstibus uero diei sic algeat, ut bibi nō possit: aut futurum lapidē, uel eū, qui suo calore manū cōstringentis adureret, uel eū qui undecunq; accensus extinguí omnino non posset, & cætera quæ prætermisisis aliis innumeris commemoranda interim duxi? Hæc ergo in illo seculo, quod futurum est, si diceremus futura, nobisq; increduli responderent, si uultis ut ea credamus, de singulis reddite rationem, nos non posse confiteremur, eo quod istis & similibus dei miris operibus infirma mortaliū ratiocinatio uincitur: fixam tamen apud nos esse rationem, non sine ratione omnipotētem facere, unde animus humanus infirmus rationem nō potest reddere: & in multis quidem rebus incertū nobis esse quid uelit, illud tamen esse certissimū, nihil eorum illi esse impossibile, quæcunq; uoluerit: eiq; nos credere prædicenti, quem neque impotentem, neque mentientem possumus credere. Hi tamen fidei repreh̄ēsores, exactoresq; rationis, quid ad ista respondent de quibus ratio reddi ab homine non potest, & tamen sunt, & ipsi rationi naturæ uidentur esse contraria? Quæ si futura esse diceremus, similiter à nobis sicut eorum, quæ futura esse dicimus, ab infidelibus ratio poscereturac per hoc cum talibus operibus dei deficiat ratio cordis & sermonis humani, sicut ista non ideo non sunt, sic non ideo etiam illa non erunt, quoniam ratio de utrisque ab homine non potest reddi.

L. VIVES

a Sed pauca commemoro.] Hæc omnia quum apud alios alia, tū uero apud Plinīū omnia ferè. b Agrigentinum Siciliæ sālem.] Plin. li. xxi. flos uero sālis non fit nisi aquilonibus. In igne, nec crepitat, nec exilit Tragaseus, neq; Achantius ab oppido appellatus, neq; ullius spuma, aut ramentum, aut tenuis. Agrigentinus ignium patiens ex aqua exilit. Cōficitur sal ex marinæ aquæ spuma, quæ terrestri materia cōrescit, & ceu colata per cineres aqua saporē illum trahit, idcirco Aristoteles speciem quādam terræ sālem esse dicit, quòd ex aqua fit, uelut atra bilis ex humorib. corporis animantis. hinc in aqua soluitur, ab igne uero resilit duritie sua & frigore. c Apud Garamantas.] Plin. lib. v. Vltra eum deserta, Matelgæ oppidum Garamantum, itemq; Debris affuso fonte à medio die ad mediam noctem aquis seruentibus totidem horis ad mediū diem rigentibus. aut hoc idem, aut certe ab hoc nō multum diffūdus est fons celebratis. Iouis Hammonis eiusdem ingenij, cuius etiam Plinius meminit lib. ij. cap. cvi. de hoc Lucretius, Herodotus, Diodorus, Mela, Ouidius, Silius, Solinus, Arrianus. d In Epiro alium fontem.] Mela lib. ij. in Epiro Dodonæi Iouis templū & fons ideo sacer, quòd cum sit frigidus & immersas faces, sicut cæteri extinguat, ubi fine igne procul admouentur, accendit. idem Plin. lib. ij. ferè uerbis eisdem, ut ex Mela cepit, e Asbeston Arcadiæ lapidē.] Plin. lib. xxxviij. Asbeston in Arcadiæ montibus nasci scribit coloris ferrei. est ἄσβεστος inextinguibilis. nam σβέννυμι, extinguo.

Asbestos

f Lignum cuiusdam ficus Aegyptiæ.] Plinius libro xiij. cap. vij. g Poma in terra Sodomorum.] Quinq; urbes ibi euersas legimus, Sodomam, Gomorrhā, Adamam, Seborin, & Segor. Hæc postrema, inquit Orosius, parua, reliquæ amplæ, sed primæ nominatissimæ. Solinus in Polyhistore: Duo ibi oppida Sodomū nomi natum alterum, alterum Gomorrhum, apud quæ pomum gignitur, quod habeat speciem licet maturitatis, mandi tamen non potest, nam fuliginem intrinsecus fauillaceam ambitio tantū eximiæ cutis cohibet, quæ uel leui tactu pressa fumum exhalat, & fatiscit in uagū puluerem. Tacitus lib. ultimo, haud procul inde cāpi, quos ferunt olim uberes, magnisq; urbibus habitatos, fulminis iactu arsisse, & manere uestigia, terramq; specie torridam uim frugiferam perdidisse, nam cuncta sponte edita, aut manu sata siue herbas tenues, aut flores, seu solitam in speciem adoleuere atra, & inania uelut in cinerem uanescunt. Ego sicut Iudaicas quōdam urbes igne cœlesti flagrasse concesserim, ita halitu lacus inficiens terram, corrumpi superfusum spiritum eoq; fœtus segetū & autumni putrescere reor, solo cœloq; iuxta graui. Sic ille. Hegesippus Ambrosio interprete lib. iiij. quinq; ita urbes incensæ, quarum umbra quædam & species in fauillis uidetur. Arsere terræ, ardent aquæ, in quibus cœlestis ignis reliquiæ cognoscuntur, atq; adhuc manent. spectes illic specie poma uiridantia, formatos uuarū racemos, ut edendi generent spectantibus cupiditatem, si capias, fatiscunt, ac resoluuntur in cinerem, fumumq; excitant. q. adhuc ardeant. h Pyriten lapidem Persi cum.] Plinius libro ultimo: Pyrites nigra quidem, sed attritu digitos adurit. dicitur ἀπὸ τοῦ πυρὸς ab igne. idem lib. xxxvi. Corallium, inquit, lapidem, quidā pyriten uocant, quoniam sit plurimus ignis illi, sed est alius etiā num Pyrites similitudine æris. i Lapidem Selenitem.] Plin. lib. ultimo, Selenites ex candido translucet melleo fulgore imaginem lunæ continens, redditq; eam in singulos crescentis minuentisq; numero, nascíq; putatur in Arabia. Hæc Plin. ex Dioscoride, unde alia per multa dissimulato autore, uel certe ex alio quem Dioscorides quoq; secutus est. Porrò luna σελήνη est Græcis.

Fyrites

Selenites

k In Cappadocia etiam uento equas concipere.] Sic Solinus in descriptione Cappadociæ, sed de equabus Hispaniæ ad Tagum amnem, qui Lusitaniam interluit plurimorum est opinio Fauonio uento impletas parere, ut Homerus tradidit, cui frequentes sunt assensi scriptores. Varro in secundo de re rust. & hūc secuti Columella, Plinius, & Plinij simia Solinus. Varro non plus triennio tales fœtus uiuere existimat. Iustinus libro ultimo ad maximos equorū prouentus hoc refert, ut uento generati uideantur. an quod eo potiss. uento spirante concipiant. l Tilon Indiæ insulam.] Plinius lib. xij. Tilon in mari rubro ponit, ut etiam Theophrastus, ferat & palmas, oleasq;, ac uites & cum reliquo pomorum genere ficos. nulli arborum folia ibi decidunt. idem lib. xvi, ait ex lignis huius insulæ si fiant naues, inuentū esse durare eas cc. annis. m De his atq; aliis innumerabilibus.] Sunt apud Plinium, Aristotelem, Theophrastū, quæ numero comprehendi nequeunt istis etiam admirabiliora. n Multominus crederēt.] Hoc est enim ingenium multorum, ut tantum credant quæ ipsi ratione assequuntur, cætera pro fictis repudient. quin & eo uesaniæ quidam processerunt, ut cordatos se habitum iri, & circunspectos homines existiment, si fortiter nihil credant, nisi quod uidēā: secreta uel naturæ, uel dei irrisu & aspernatione uultus prosequantur. ideo non imprudenter, qui monet miracula naturæ non passim, nec omnibus narranda.

Quod non omnia miracula naturalia sint, sed pleraq; humano ingenio modificata, pleraq; autem dæmonū arte composita. Cap. VI

Hic forte respondeant, prorsus nec ista sunt, nec ista credimus, falsa de his dicta, falsa cōscripta sunt, & adiiciant ratiocinantes, atq; dicentes: Si talia credenda sunt, credite & uos quod in easdem literas est relatū, fuisse uel esse quoddā Veneris phanū, [a] atq; ibi candelabrū, & in eo lucernam sub diuo sic ardētem, ut eam nulla tempestas, nullus imber extingueret. Vnde sicut ille lapis, ita ista [b] λύχνος ἄσβεστος, id est lucerna inextinguibilis noiata est. Quod propterea poterunt dicere, ut respōdendi nobis angustias ingerant: quia si dixerimus nō esse credendum, scripta illa miraculorum infirmabimus, si autē credendum esse consenserimus, cōfirmabimus numina paganorū. Sed nos sicut iam in libro duodeuigesimo huius operis dixi, nō habemus necesse omnia credere, quæ historia continet gentium, cum & ipsi inter se historici, sicut ait Varro, quasi data opera, & quasi ex industria permulta dissentiant, sed ea si uolumus credimus quæ nō aduersantur libris, quibus non dubitamus oportere nos credere. De his autem miraculorū locis, nobis ad ea quæ futura persuadere incredulis uolumus, satis illa sufficiāt, quæ nos quoq; possum⁹ experiri, & eorū testes idoneos nō difficile est inuenire. De isto autē phano Veneris, & lucerna inextinguibili, nō solū in nullas coartamur angustias, uerumetiā latitudinis nobis cāpus aperitur. Addimus enim ad istā lucer

nam inextinguibilem & humanarum & magicarum, id est per homines dæmoniacarũ artiũ, & ipsorum per seipsos dæmonum multa miracula. Quæ si negare uoluerimus, eidem ipsi cui credimus sacrarum literarum aduersabimur ueritati. Aut ergo in lucerna illa mechanicum aliquid [c]de lapide Asbesto ars hũana molita est, "aut arte magica factum est, quod homines illo mirarentur in templo, aut dæmon quispiã sub nomine Veneris tanta se efficacia præsentauit, ut hoc ibi prodigium et appareret hominibus, & diutius permaneret. [e]Illiciuntur autẽ dæmones ad inhabitandum per creaturas [f]quas non ipsi, sed deus condidit delectabilibus pro sua diuersitate diuersis, nõ ut animalia cibis, sed ut spiritus signis quę cuiusq; delectationi congruunt per uaria genera lapidum, herbarũ, lignorũ, animalium, carminum, rituũ. Vt autem illiciantur ab hominibus prius eos ipsi astutissima callidi-
tate seducũt, uel inspirando eorũ cordibus uirus occultum, uel etiam fallacibus amicitijs apparẽdo, eorumq; paucos discipulos suos faciunt, plurimorũq; doctores. Neq; enim potuit nisi primum ipsis docentibus disci quid quisq; illorum appetat, quid exhorreat, quo inuitetur nomine, quo cogatur, unde magicę artes earũq; artifices extiterũt. Maxime aũt possidẽt corda mortaliũ, qua potissimũ possessioe gloriãtur, cũ se transfigurãt in angelos lucis. Sũt ergo facta eorũ plurima, quę quãto magis mirabilia cõfitemur, tãto cautius uitare debemus. Sed ad hoc unde nũc agim⁹, nobis etiã ipsa proficiũt. Si em̃ hęc immũdi dęmões possunt, quãto potẽtiores sũt sancti angeli, quãto potẽtior his omnib. deus, qui tantorũ miraculorũ effectores etiã ipsos angelos fecit? [g]Quamobrẽ si tot & tãta tãq; mirifica, quæ μηχανήματα appellãt, dei creatura utẽtib. humanis artibus fiunt, ut ea qui nesciunt opinẽtur esse diuina: [h]unde factum est, ut in quodã templo lapidibus magnetibus in solo & in camera proportione magnitudinis positis, simulachrũ ferreũ aeris illi⁹ medio inter utrũq; lapidẽ, ignorãtibus quid sursum esset ac deorsum, quasi numinis potestate pẽderet: quale aliquid etiam in illa lucerna Veneris de lapide asbesto artifice fieri potuisse iã diximus: si magorũ opera quos nostra scriptura ueneficos & incãtatores uocat, intantũ dæmones extollere potuerũt, ut cõgruere hominũ sensib. sibi nobilis poeta uideretur, de quadã fœmina quæ tali arte polleret, dicens:

A 'Hæc se carminibus promittit soluere mentes
Quas uelit, ast alijs duras immittere curas:
Sistere aquam fluuijs, & uertere sydera retro:
Nocturnosq; ciet manes. mugire uidebis
Sub pedib. terrã, & descẽdere mõtibus ornos:
Quanto magis deus potens est facere, quæ infidelibus sunt incredibilia, sed illius facilia potestati, quandoquidem ipse lapidum aliarumq; uim rerum et hominum ingenia, qui ea mirisuntur modis, angelicasq; naturas omnibus terrenis potentiores animãtibus condidit: uniuersa mirabilia, mirabili uincente uirtute, & operãdi, iubendi, sinendiq; sapientia: utens omnibus tam mirabiliter quàm creauit?

L. VIVES

a ATque ibi candelabrum & in eo lucernam.] Vbi templum hoc sit non satis memini legisse me, si quando uel in mentem redeat, uel legendo occurrat submonebimus. b λύχνος καιόμενος.] Lucerna in extinguibilis. est enim lychnus lucerna, & candelabra quæ lucernas continent lychnuchi nominantur quasi lucernas continentia λυχνοῦχοι, sicut legitur in uetustis exemplarib. Suetonij in Cæsare, & Plinij lib. xxxiiij. c. 7 ut hoc annotauit Hermolaus, illud Politianus, & post eum Egnatius. c De lapide Asbesto.] Aut etiã lino, quod ignibus non absumatur. nam esse talem lini speciem Plinius tradit libro xix. uiuum id uocant, Græci ἀσβέστινον. ex argumento naturæ, qualia Parisiis uidimus et lychnia permulta ego & Petrus Garsias Lalous cõdiscipulus mihi & summa familiaritate coniunctiss. quale & in hac regione mantile medio conuiuio igni datum, redditumq; domino mundius splendentiusq;, cũ posset aquis & smegmatis quibuslibet, sicut se mappas uidisse Plinius testatur in idem experimẽtum. d Aut arte magica factum est.] Erutum est sepulchrum memoria patrum, in quo ardebat lucerna condita ibi, ut ex inscriptione apparebat supra millesimum & quingentesimum annum, eaq; tota ex templo, ut cõtrectari cepta est, intermotas manus friata in tenuissimum abijt puluerẽ.

e Illiciuntur autem dæmones ad inhabitandum. Dixi de hoc lib. viij. & x. quemadmodũ ipsi homines edoctiissent, quibus potissimum delectarentur rebus, teneruntq;. infinita enim sunt hæc, ut ipsi innumeri, & diuersis contrarijsq; sæpenumero ingenijs, ut nihil ferè nascatur sub luna, quod non ad aliquos illiciendos dæmonas ualeat, & ad magicam facultatem conferat, sicut Michael Psellus docet in libro De dæmonibus. f Quas non ipsi, sed deus cõdidit.] Obiter uitandam monet Manichæi hæresim, qui multa esse à dæmonibus creata dicebãt, ne quis putaret dæmones creaturis suis ceu parentes filijs capi, & detineri. μηχανήματα appellant, excogitata artis opera, μηχανῶμαι. g Quamobrem.] Attende longissimum hyperbaton. h Vnde factum est, ut in quodam templo.] Alexandriæ in templo Serapidis, de quo Ruffinus Aquilieñ. lib. xi. Ecclesiasticæ historiæ Erat & aliud fraudis genus huiusmodi: Natura lapis magnetis uirtutis esse perhibeẽ, ut ad se rapiat & attrahat ferrum. signũ solis ad hoc ipsum ferro subtilissimo manu artificis fuerat fabricatum, ut lapis cuius naturã ferrum ad se trahere diximus, desuper in laquearibus fixus, quum temperate sub ipso ad libram fuisset põsitũ, simulachrum ui naturali ad se raperet ferrum, assurrexisse paululum simulachrũ, & in aere pendere uideretur, sic ille. i Hæc se carminib. promittit soluere mentes.] Verg. iiij. Aeneid. uerbis Didonis de maga.

Quod in rebus miris summa credẽdi ratio sit omnipotentia creatoris. VII

"VR itaq; facere nõ possit deus, ut
c & resurgant corpora mortuorũ, & igne æterno cruciẽtur corpora damnatorum, qui fecit mundum in cœlo, in terra, in aere, in aquis, innumerabilibus miraculis plenum: cum sit omnibus quibus plenus est proculdubio maius, & excellẽtius etiam ipse mundus miraculum? Sed isti cũ quibus uel contra quos agimus, qui & deũ esse credũt à quo factus est mũdus, & deos ab illo factos, per quos ab illo administratur mundus, & miraculorum effectrices, siue spontaneorum, siue cultu & ritu quolibet impetratorum, siue etiam magicorum mundànas uel non negant, uel insuper & prædicant potestates, quando eis rerum uim mirabilem proponimus aliarum, quæ nec animalia sunt ratiõalia, nec ulla ratione præditi spiritus, sicut ea, quorum pauca commemorauimus, respondere assolent: Vis est ista naturę, natura eorum sic se habet, propriarum istæ sunt efficaciæ naturarum. Tota itaq; ratio est cur Agrigentinum salem flamma fluere faciat, aqua crepitare: quia hæc est natura eius. At hoc esse potius contra naturã uidetur, quæ non igni, sed aquæ dedit salem soluere, torrere autẽ igni non aquę. Sed ista, inquiũt, salis huius naturalis est uis, ut his cõtraria patiatur. Hæc igitur ratio redditur, & de illo fonte Garamantico, ubi una uena friget diebus, noctibus feruet, ui utraque molesta tangentibus. Hæc & de illo alio, qui cum sit contrectantibus frigidus, & facem sicut alij fontes extinguat accensam: dissimiliter tamen atq; mirabiliter idem ipse accendit extinctam. Hæc & de lapide Asbesto, qui cum ignem nullum habeat proprium, accepto tamen sic ardet alieno, ut non possit extingui. Hæc de cæteris quæ pi- D
get retexere, quibus licet uis insolita contra naturam inesse uideatur: alia tamen de illis nõ redditur ratio, nisi ut dicatur, hanc eorum esse naturam. Breuis sanè ista est ratio fateor, [b]sufficiẽsq; responsio. Sed cum deus autor sit naturarũ omnium, cur uolũt fortiorem nos reddere rationẽ, quando aliquid uelut impossibile nolunt credere, eisq; redditionẽ rationis poscentibus, respõdemus hanc esse uoluntatem omnipotẽtis dei, qui certe non ob aliud uocatur omnipotẽs, nisi quoniam quicquid uult potest: qui potuit creare tam multa, quæ si non ostenderentur, aut à A credendis hodieq; testibus dicerẽtur, profecto impossibilia putarentur, non solum quæ ignotissima apud nos, uerumetiam quæ notissima posui. Illa enim quæ præter eos, quorum de his libros legimus, non habent testem, et ab eis conscripta sunt, qui non sunt diuinitus docti atque humanitus falli forte potuerunt: licet cuiq; sine recta reprehensione non credere. Nam nec ego uolo temere credi cuncta, quæ posui, quia nec à me ipso ita creduntur tanquã nulla de illis sit in mea cogitatiõe dubitatio, exceptis his quę uel ipse sum expertus: & cuius facile est experiri: sicut de calce qd feruet in aqua, in oleo frigida est: de magnete lapide, quod nescio qua sorbitione insensibili, stipulam nõ moueat, & ferrũ rapiat: de carne non putrescente pauonis, cũ putruerit & caro Platonis: de palea sic frigẽte, ut fluescere niuem non sinat, sic calente, ut matureſcere poma compellat: de igne fulgido, quod secundum suum fulgorem lapides coquendo candificet, et contra eundem suum fulgorem urẽdo plurima obfuscet. Tale est, quod & nigrę maculæ offunduntur ex oleo splendido, similiter nigræ lineæ de candido imprimuntur argento. De carbonibus etiam, quòd accedente igne sic uertantur in
c contrarium, ut de lignis pulcherrimis tetri, fragiles de duris, imputribiles de putribilibus fiãt. Hæc ipse quædam cum multis, quædam cũ omnibus noui, & alia plurima, quæ huic libro inserere longum fuit. De his autem quæ posui non experta, sed lecta, præter de fonte illo ubi faces extinguuntur ardentes & accẽduntur extinctę, & de pomis terræ Sodomorum forinsecus quasi maturis, intrinsecus fumeis, nec testes aliquos idoneos à quibus utrum uera essent audirẽ potui reperire. Et illum quidem fontem non inueni qui in Epiro uidisse se dicerent, sed qui in Gallia similem nossent [c]non longe à Gratianopoli ciuitate. De fructibus autẽ Sodomitarum arborum, non tantũ literæ fide dignæ indicant, uerũ etiam tam multi se loquuntur expertos, ut hinc dubitare non possim. Cætera uero sic habeo, ut neq; affirmãda, neq; neganda decreuerim, sed ideo etiã ipsa posui, quoniã apud eorũ contra quos agimus historicos legi: ut ostenderem qualia multa, multiq; illorũ nulla reddita ratione, in suorũ literatorũ scripta literis credant, qui nobis credere, quãdo id quod eorũ experientiã sensumq; trãsgreditur omnipotentẽ deum dicimus esse facturũ, nec hac reddita ratiõe dignan-

tur. Nam quæ melior & ualidior ratio de rebus talibus redditur, q̃ cum omnipotẽs ea posse facere perhibetur, & facturus dicitur, quæ prænũciasse ibi legitur, ubi alia multa prænũciauit, quæ fecisse monstratur. Ipse quippe faciet, quia se facturũ esse prædixit, quæ impossibilia esse putantur, qui promisit, & fecit ut ab incredulis gentibus incredibilia crederentur.

L. VIVES

a [redacted] b Sufficiensq; responsio.] Humanis ingeniis causarũ rerum ignorantissimis, cum nihil sit, ut pulchrius, ita nec rarius, q̃ eas deprehendere, idcirco Verg. felicem esse illum canit qui potuit rerum cognoscere causas. c Non longe à Gratianopoli.] Hæc urbs à Gratiano principe nominata est, qui occidentis imperium rexit, cum Valens patruus orienti præesset. Est in Gallia Narbonensi. retinet adhuc nomen elisis aliquot literis.

Non esse contra naturam, cum in aliqua re cuius natura innotuit, aliquid ab eo quod erat notum, incipit esse diuersum. Caput VIII

Si autẽ propterea respondent se non credere, quæ de humanis semper arsuris, nec unquam morituris corporibus dicimus, quia humanorũ corporum naturam nouimus longe aliter institutam: unde nec illa ratio hinc reddi potest, quæ de illis naturis mirabilibus reddebatur, ut dici possit, uis ista naturalis est, rei huius ista natura est, quoniã scimus humanæ carnis istã non esse naturã: habemus quidẽ quod respondeamus de literis sacris: hanc ipsam scilicet humanã carnem aliter institutã fuisse ante peccatum, id est ut posset nunquã perpeti mortẽ: aliter aũt post peccatũ, qualis in erũna huius mortalitatis innotuit, ut perpetem uitam tenere non possit. Sic ergo aliter quàm nobis nota est, instituetur in A resurrectione mortuorũ. Sed quoniã istis non credunt literis, ubi legitur qualis in paradiso uixerit homo, quantũq; fuerit à necessitate mortis alienus, quibus utiq; si crederent, non cũ illis de pœna damnatorũ, quæ futura est operosius ageremus: de literis eorũ, qui doctissimi apud illos fuerunt aliquid proferendum est, quo appareat posse fieri ut aliter se habeat quæq; res, q̃ prius in rebus innotuerat suæ determinatiõe naturæ. Est in Marci Varronis libris, quorũ inscriptio est de gente populi Romani: quod eisdem uerbis quib⁹ ibi legitur, & hic ponã: In cœlo, inquit, mirabile extitit portentũ. [a] Nã in stella B Veneris nobilissima, [b] quam Plautus uesperuginẽ, [c] Homerus Hesperon appellat, [d] pulcherrimã dicens, Castor scribit tantum portentũ extitisse, ut mutaret colorem, magnitudinem, figurã, cursum: quod factũ ita neq; antea neq; postea sit. Hoc factum Ogyge rege dicebãt Adrastus Cyzicenus & Dion Neapolites Mathematici nobiles. Hoc certe Varro tantus autor portentum non appellaret, nisi esse contra naturam uideretur. Omnia quippe portenta contra naturam dicimus esse, sed nõ sunt. Quomodo est enim contra naturam, quod dei fit uoluntate, cũ C uoluntas tanti utiq; conditoris conditæ rei cuiusq; natura sit? Portentum ergo fit non contra naturã, sed cõtrà q̃ est nota natura. Quis autẽ portentorũ numerat multitudinẽ, quæ historia gentiũ cõtinentur? Sed nunc in hoc uno attẽdamus, quod ad rem, de qua agimus, ptinet. Quid ita dispositũ est ab autore naturæ cœli & terræ, quemadmodũ cursus ordinatissimus syderũ? Quid tam ratis legibus fixisq; firmatum? Et tamen quando ille uoluit qui summo regit imperio ac potestate quod cõdidit, stella præ cæteris magnitudine ac splendore notissima, colorem, magnitudinẽ, figurã, & quod est mirabilius sui D cursus ordinẽ legẽq; mutauit. Turbauit profecto tũc, si ulli iam fuerũt, canones astrologorũ, quos uelut inerrabili computatione de præteritis ac futuris astrorũ motibus cõscriptos habẽt, quos canõesseq́uẽdo ausi sunt dicere, hoc quod de lucifero cõtigit, nec antea, nec postea cõtigisse. Nos autẽ in diuinis libris legimus etiã solem ipsum & stetisse, cũ hoc à domino deo petiuisset uir sanctus Iesus Naue, donec cœptũ præliũ uictoria terminaret, & retrorsum redisse, ut regi Ezechiæ quindecim anni ad uiuendum additi, hoc etiã prodigio promissioni dei significarentur

tur

tur adiuncto. Sed ista quoq; miracula, quæ meritis scimus cõcessa sanctorũ, quando credũt isti facta, magicis artibus tribuunt. Vnde illud est quod superius cõmemoraui dixisse Vergilium: Sistere aquam fluuiis, & uertere sydera retro. Nam & fluuiũ stetisse superius, inferiusq; fluxisse, cũ populus dei ductore supra memorato Iesu Naue uiã carperet, & Helia propheta trãseũte, ac postea discipulo eius Helisæo id esse factũ in sacris literis legimus, & retrouersum fuisse maximũ sydus regnãte Ezechia modo commemorauimus. Quod uero de lucifero Varro scripsit, nõ est illic dictũ alicui homini petẽti id fuisse concessum. Non ergo de notitia naturarũ caliginẽ sibi faciant infideles, quasi nõ possit in aliqua re diuinitus fieri aliud, q̃ in eius natura per humanã suam experientiam cognouerunt, quãuis & ipsa quæ in rerũ natura omnibus nota sunt, nõ minus mira sint, essentq; stupẽda cõsiderãtibus cũctis, si solerẽt homines mirari nisi rara. Quis enim cõsulta ratione nõ uideat in hominum innumerabili numerositate, & tanta naturæ similitudine, ualde mirabiliter sic habere singulos singulas facies, ut nisi inter se similes essent, nõ discerneretur species eorũ ab animalibus cæteris: & rursus nisi inter se dissimiles essent, nõ discernerẽtur singuli ab hominib. cæteris? Quos ergo similes cõfitemur, eosdẽ dissimiles inuenimus. Sed mirabilior est consideratio dissimilitudinis, quoniã similitudinẽ iustius uidetur exposcere natura cõmunis. Et tamẽ quoniam quæ sunt rara, ipsa sunt mira, multo amplius admiramur quando duos ita similes reperimus, [e] ut in eis discernendis aut semper, aut frequẽter erremus. Sed quod dixi scriptũ à Varrone, licet eorũ sit historicus idẽq; doctissimus, fortasse uere factum esse non credunt: aut quia non diu mansit alius eiusdẽ syderis cursus, sed reditũ est ad solitum cursum, minus isto mouentur exẽplo. Habeant ergo aliud quod etiã nunc possit ostẽdi eis: quæ puto debere sufficere, quo cõmoueantur, cum aliud aduerterint in aliqua institutione naturæ, eamq; sibi notissimã fecerint, nõ se inde deo debere præscribere, quasi eã non possit in lõge aliud, q̃ eis cognita est uertere atq; mutare. Terra Sodomorũ non fuit utiq; ut nũc est, sed iacebat simili cæteris facie, eadẽq; uel etiã uberiore fœcũditate pollebat. Nam dei paradiso in diuinis eloquiis cõparata est. Hæc posteaquã tacta de cœlo est, sicut illorũ quoq; A attestatur historia, & nunc ab eis, qui ueniũt ad loca illa cõspicitur, prodigiosa fuligine horrori est, & poma eius interiorẽ fauillam mendaci superficie maturitatis includunt. Ecce non erat talis, & talis est. Ecce à conditore naturarũ natura eius in hanc fœdissimã diuersitatẽ mirabili mutatione cõuersa est. Et quod post tam lõgum accidit tempus, tam lõgo tempore perseuerat. Sicut ergo non fuit impossibile deo quas uoluit instituere, sic ei non est impossibile in quicquid uoluerit, quas instituit mutare naturas. Vnde illorum quoq; miraculorum multitudo syluescit, [f] quæ monstra, ostenta, portenta, prodigia B nuncupantur. Quæ recolere & commemorare si uelim, huius operis quis erit finis? Monstra sanè dicta perhibent à monstrando, quod aliquid significando demõstrent, & ostenta ab ostendẽdo, & portẽta à portẽdendo, id est præostendendo, & prodigia, quod porrò dicant, id est futura prædicant. Sed uiderint eorum coniectores, quomodo ex eis siue fallãtur, siue instinctu spirituũ, quibus cura est tali pœna dignos animos hominum noxiæ curiositatis retibus implicare, etiam uera prædicant, siue multa dicẽdo aliquando in aliquid ueritatis incurrant. Nobis C tamen ista quæ uelut contra naturam fiunt, & contra naturam fieri dicuntur, quo more hominum locutus est & Apostolus, dicendo, contra naturam [g] in olea insitum oleastrum, factum esse participem pinguedinis oleæ: & monstra, ostenta, portenta, prodigia, nuncupantur, hoc monstrare debent, hoc ostendere, uel præostẽdere, hoc prædicere quod facturus sit deus quæ de corporibus hominum se prænunciauit esse facturum, nulla impediente difficultate, nulla præscribente lege naturæ. quomodo autẽ prænunciauerit, satis in lib. superiore docuisse me existimo, decerpẽdo de scripturis sanctis & no D uis & ueteribus, nõ quidem omnia ad hoc pertinentia, sed quæ sufficere huic operi iudicaui.

L. VIVES

a Nam stella Veneris nobiliss.] Dixi de hac alio in loco, & quot nominibus uocaretur. nam in magno nominum ambitu est, ut inquit Plinius. alii Venerem nominãt, alii Iunonem, quod & refert Aristoteles in lib. De mũdo. Iulius uero Higinus lib. ii. sic scribit. Quarta stella est Veneris, lucifer nomine, quã nonnulli Iunonis esse dixerunt. Hunc eundem Hesperum appellari multis traditum est historiis. hic autem omnium syderum maximus esse uidetur. Nonnulli autem hunc Auroræ, & Cephali filium esse dixerunt, pulchritudine multis præstantem, ex qua re etiam cum Venere dicitur certasse, ut Eratosthenes dicit, cum hac de *Lucifer stella*

 causa

causa Venerem appellari: exoriente sole & occidente uideri, quo ut ante diximus iure hunc & Luciferum & Hesperum nominatum. sic Higinus. Qui Venerem supra lunam, solem & Mercurium cõstituit, Aristotelem Platonem, & Aegyptios ac cunctos ferè secutus ueteres.

b Plautus uesperuginem.] Idẽ Varro lib. v. De lingua Latina. Nox est cum stella prima exorta, Græci ἕσπερον, nostri uesperuginẽ, ut Plautus Aulularia, necp uespertugo, necp Vergiliæ occidũt, id tempus à Græcis ἑσπερία Latine uesper, ut ante solis ortum, quod eadẽ stella uocabatur iubar, quod iubata. Pacuuius dicit pastor exorto iubare noctis decurso itinere. Ennius, Ajax, lumen, iubar'ue, in cœlo cerno: hæc ille. Cinna in Smyrna:

Te matutinis flentem conspexit Eous,
Et flentem paulo uidit post Hesperus idem.

Pythagoras primus obseruauit eũdem esse Hesperum, & Luciferum, ut Plinius scribit lib. ij. alij Parmenidem dicunt, ut Suidas refert. c Homerus ἕσπερον.] Sic ἑσπερός τε κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ. Hesperus in cœlo forma qui sydera uincit. Alio loco ἕσπερον φαάνταται nominat, id est lucidiss. Odysseæ N. d Pulcherrimam dicens.] Vt eã uidemus, idcirco siue Venus, siue pulcherrimus ille Auroræ partus, qui cũ Venere de forma certarit, dictus. ea causa Græci, cum iustitiã laudarent, necp Hesperũ necp Phosphorum æque esse ac illam admirabilem, dicebant, ut Aristoteles scribit v. Moralium. e Vt in eis discernendis, aut semper.] Tales olim dicunt fuisse Seruilij gemini, ut Cicero in iij. Acad. quæsti. significat, & Menæchmi Plautini, quos necp nutrix, ac ne mater quidẽ, quæ pepererat dignoscebat: & gemini languẽtes, quos declamatiõe inducit Quintilianus. Sed nunc Mechliniæ quæ hinc quatuor tantũ abest leucis, ut Galli uocãt, filij sunt gemelli Petri Apostolij hospitis mei scPetrus Apostolius natoris Mechlinien. prudẽtiss. pueri adhuc egregia forma, & qui patrem indole referunt, in quibus dignoscendis non modo extranei, sed ipsa sæpe dum uiuerent erraA troire in uitam, quàm duos pedes habentẽ mitti in gehẽnam ignis inextinguibilis, ubi uermis eorum non moritur & ignis non extinguitur. Non aliter ait & de oculo: Bonum est tibi, luscum introire in regnum dei, quàm duos oculos habentem mitti in gehẽnam ignis, ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Non eum piguit uno loco eadem uerba ter dicere: quem nõ terreat ista repetitio, & illius pœnæ cõminatio, tam uehemens ore diuino? Vtrũcp autem horum, ignẽ scilicet atcp uermem, qui uolũt ad animæ pœnas nõ ad corporis pertinere, dicunt etiam uri dolore animæ sero atcp infructuose pœnitentis eos qui fuerint à regno dei separati: & ideo ignem pro isto dolore urentem non incongrue poni potuisse contendunt. Vnde illud Apostoli est: Quis scãdalizatur, & ego nõ uror? Eundem etiam dolorem uermem putant intelligendum esse. Nam scriptũ est, inquiunt, Sicut tinea uestimentũ, & uermis lignũ, sic mœror excruciat cor uiri. Qui uero pœnas et animæ & corporis in illo supplicio futuras esse non dubitant, igne uri corpus, animam autẽ rodi quodammodo uerme mœroris affirmant. Quod etsi credibilius dicitur, quia uticp absurC dum est, ibi dolorẽ aut corporis, aut animæ deesse futurũ, ego tamen facilius extimo, ut ad corpus dicam utrunc̃p pertinere, quàm neutrũ, & ideo tacitũ in illis diuinæ scripturæ uerbis animi dolorem, quoniam consequens esse intelligitur etiamsi non dicatur, ut corpore sic dolente animus quoc̃p sterili pœnitẽtia crucietur. Legitur quippe & in ueteribus scripturis: Vindicta carnis impij ignis uermis. Potuit breuius dici, uindicta impij. Cur ergo dictũ est carnis impij, nisi quia utrunc̃p, id est & ignis & uermis, pœna erit carnis? Aut si uindictã carnis propterea dicere uoluit, quia hoc in homine uindicabitur, quòd secundum carnem uixerit: propter hoc enim ueniet in mortem secũdam, quam significauit Apostolus dicens: Si enim secundum carnem uixeritis, moriemini: eligat quisque quod placet, aut ignem tribuere corpori, animo uermẽ, hoc proprie, illud tropice, aut utrunc̃p proprie corpori. Iam enim satis superius disputaui, posse animalia etiam in ignibus uiuere in ustione sine consumptione, in dolore sine morte, per miraculum omnipotentissimi creatoris, cui hoc possibile esse, qui negat, à quo fit quicquid in naturis omnibus miratur, ignorat. Ipse enim est deus

Monstra

c Homerus ἕσπερον.] Sic ἑσπερός τε κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ. Hesperus in cœlo forma qui sydera uincit. Alio loco ἕσπερον φαάνταται nominat, id est lucidiss. Odysseæ N. d Pulcherrimam dicens.] Vt eã uidemus, idcirco siue Venus, siue pulcherrimus ille Auroræ partus, qui cũ Venere de forma certarit, dictus. ea causa Græci, cum iustitiã laudarent, necp Hesperũ necp Phosphorum æque esse ac illam admirabilem, dicebant, ut Aristoteles scribit v. Moralium. e Vt in eis discernendis, aut semper.] Tales olim dicunt fuisse Seruilij gemini, ut Cicero in iij. Acad. quæsti. significat, & Menæchmi Plautini, quos necp nutrix, ac ne mater quidẽ, quæ pepererat dignoscebat: & gemini languẽtes, quos declamatiõe inducit Quintilianus. Sed nunc Mechliniæ quæ hinc quatuor tantũ abest leucis, ut Galli uocãt, filij sunt gemelli Petri Apostolij hospitis mei scPetrus Apostolius natoris Mechlinien. prudẽtiss. pueri adhuc egregia forma, & qui patrem indole referunt, in quibus dignoscendis non modo extranei, sed ipsa sæpe dum uiuerent erraB uit mater, sæpe errat pater sed errore gratissimo, Petrũ pro Ioanne uocans, Ioannem pro Petro. f Quæ mõstra, ostenta.] Cicero sic ista interpretatur libro De diuin. monstra cp aliquid uenturum monstrent: ostenta cp ostendant: prodigia quòd prædicãt: portenta quod portendant. g In olea insitum oleastrum.] Oleaster olea est nota & syluestris, at insitiones solent fieri meliorũ in peioribus, quo fructus emendentur, si quid est uitij, aut præstantiores fiant: non peiorrum in melioribus, ne deteriores reddantur fructus.

De gehenna & æternarum qualitate pœnarum. Caput IX

QVOD igitur de sempiterno supplicio damnatorum per suum Prophetam deus dixit, fiet omnino fiet: "uermis eorum nõ morietur, & ignis eorum non extinguetur. Ad hoc enim uehementius commendandum, etiam dominus Iesus cũ membra quæ hominem scandalizant, pro his omnibus poneret, quos ut sua membra dextera, quis diligit, eac̃p præciperet amputari: Bonũ est, inquit, tibi debilem introire in uitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem: ubi uermis eorum non moritur, & ignis eorum non extinguitur. Similiter de pede: Bonum est tibi, inquit, claudũ in-

deus qui omnia in hoc mũdo magna & parua miracula, quæ cõmemorauimus, etiam incomparabiliter plura quæ non commemorauimus fecit, eademc̃p ipso mundo uno atcp omnium maximo miraculo inclusit. Eligat ergo unũ de duobus quisc̃p quod placet, utrum & uermem ad corpus proprie, an ad animum translato à corporalibus ad incorporalia uocabulo existimet pertinere. Quid autem horum uerum sit, res ipsa expeditius indicabit, quando erit scientia tanta sanctorum, ut eis cognoscendarum illarum pœnarum necessaria non sit experientia, sed ea quæ tunc erit plena atcp perfecta, ad hoc B quoc̃p sciendum sapientia sola sufficiat. Nunc enim ex parte scimus, donec ueniat quod perfectum est, dum tamen nullo modo illa corpora talia futura esse credamus, ut nullis ab igne afficiantur doloribus.

L. VIVES

VErmis eorum non morietur.] Esaiæ ultimo capite. Hieronymus hoc loco, uermis autem, qui nõ morietur & ignis, qui non extinguetur à pleriscp conscientia accipitur peccatorum, quæ torqueat in supplicijs cõstitutos, quare uitio suo atcp peccato caruerint electorũ bono, iuxta illud quod dicitur: uersatus sum in miseria dum infigit mihi spina: & in prouerbijs, Tinea ossium cor intelligẽs: Ita Hieronymus. hic uermis acerC biss. est scelerum pœna quam malefici suæ ipsorum conscientiæ dant, primacp est, ut inquit Seneca, & maxima peccãtium pœna peccasse. Nec ullum scelus, licet illud fortuna exornet muneribus suis, licet tueatur, ac uindicet, impunitum est, quoniam sceleris in scelere supplicium est, sed nihilominus & hæc & illam secundæ pœnæ premunt, ac sequuntur, timere semper, & expauescere, & securitati diffidere. Hic cõsentiamus cum Epicuro inquit, qui ait, mala facinora conscientia flagellari, & plurimum illi tormentorum esse eo quod perpetuam illam solicitando urget, ac uerberat, cp sponsoribus securitatis suæ non potest credere. Hoc enim ipsum argumentũ Epicuri est, natura nos à scelere abhorrere, quòd nulli non etiã inter tuta timor est. Multos fortuna liberat pœna, neminem metu. Hæc Seneca lib. epistola. xvi. cui Iuuenalis Satyra. iij. concinit dicens:

Exemplo quodcunc̃p malo committitur, ipsi
Displicet autori. prima est hæc ultio, quod se
Iudice nemo nocens absoluitur. Et post:
Cur tamen hos tu
Euasisse putes, quos diri conscia facti
Mens habet attonitos, & surdo uerbere cædit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum.
Pœna autem uehemens, & multo sæuior illis
Quas & Ceditius grauis inuenit, & Rhadamanthus
Nocte dieq̃ suum gestare in pectore testem.

Immo uero nõ unus testis dicitur conscientia, sed mille testes, ut est in prouerbio. Cicero non alias esse putat furias illas infernas, quas Poetæ finxerunt scelerum ultrices: Sic enim ait in L. Pisonem: Nolite putare P. C. ut in scena uidetis homines conscelleratos impulsu deorũ terreri furiarum tedis ardentibus, sua quenc̃p fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate ac mẽte deturbat. hæ sunt impiorũ furiæ, flammæ, hæ faces. & pro Roscio Amerino: sua quẽc̃p fraus, & suus error maximeD uexat, suum quenc̃p scelus agitat, amentiac̃p afficit, suæ malæ cogitationes amentiæc̃p animi terrent. hæ sunt impijs assiduæ domesticæc̃p furiæ. Hinc oratio illa nefariæ ciuitatis cadaueribus pastæ apud Quintilianum, meũ sanè conscientia urunt animum intus scelerum faces, & quoties facta reputaui, flagella mẽtis sonant. ultrices ui deo furias: hinc tranquillitate conscientiæ nihil excogitari beatius potest, quæ uelut gustus quidam & exemplum est in hoc mortali æuo immortalis illius uitæ omnibus bonis cumulatæ.

An ignis gehennalis si corporalis est, possit malignos spiritus, id est dæmones incorporeos tactu suo adurere. X

HIc occurrit quærere, si nõ erit ignis incorporalis noxius, sicut est animi dolor, sed corporalis tactu noxius, ut eo possint corpora cruciari, quomodo in eo erit etiã pœna spirituũ malignorũ? Idẽ quippe ignis erit supplicio scilicet hominũ attributus & dæmonũ, dicẽte Christo: Discedite à me maledicti in ignẽ æternũ, quia paratus est diabolo & angelis eius, nisi quia sunt quædam sua etiã dæmonibus corpora, sicut doctis hominibus uisum est, ex isto aere crasso atcp humido, cuius impulsus uẽto flãte sentitur. Quod genus elemẽti si nihil igne perpeti posset, nõ ureret fer uefactus in balneis. Vt enim urat prior uritur, facitc̃p quũ patitur. Si aũt quisc̃p nulla habere corpora dæmones asseuerat, nõ est de hac re aut laborandũ operosa inquisitiõe, aut cõtentiosa disputatiõe certandũ. Cur enim nõ dicamus, quãuis miris, tamẽ ueris modis etiã spiritus incorporeos posse pœna corporalis ignis affligi, si spiritus hominũ etiã ipsi profecto incorporei, et nũc potuerũt includi corporalibus membris, & tũc poterũt corporũ suorũ uinculis insolubiliter alligari? Adhærebũt ergo si eis nulla sunt corpora spiritus dæmonũ, immò spiritus dæmones, licet incorporei corporeis ignibus cruciãdi: non ut ignes ipsi, quibus adhærebunt, eorum iunctura inspirentur, & animalia fiant, quæ constent spiritu & corpore: sed ut dixi miris & ineffabilib. modis adhærendo accipientes ex ignibus pœnam, nõ dantes ignibus uitam: quia & iste alius modus quo corporibus adhærent spiritus, & animalia fiunt, omnino mirus est, nec comprehensi ab homine potest, & hoc ipse homo est. Dicerem quidem sic arsuros sine ullo suo corpore spiritus, sicut ardebat apud inferos ille diues quando dicebat, Crucior in hac flamma: nisi conuenienter responderi cernerẽ, talem fuisse illam flammã, quales oculi quos leuauit, & Lazarum

rum uidit,qualis lingua cui humorẽ exiguũ de-
siderauit infundi,qualis digitus Lazari,de quo
id sibi fieri postulauit,ubi tamen erant sine cor-
porib. animę.Sic ergo incorporalis & illa flam
ma,qua exarsit,& illa guttula, quam popoſcit,
qualia etiam sunt uisa dormiẽtium,siue in ecsta
si cernentium res incorporales,habentes tamen
similitudinem corporũ.Nam et ipse homocum
spiritu,nõ corpore sit in talibus uisis,ita se tamẽ
tunc similem suo corpori uidet,ut discernere o-
mnino non possit. At uero gehenna illa, quod
etiam stagnum ignis & sulphuris dictum est,
corporeus ignis erit,& cruciabit corpora dam-
natorum,aut & hominum & dæmonum, soli-
da hominum,aerea dæmonum,aut tantum ho
minum corpora cũ spiritibus,dæmones autem
spiritus sine corporibus hęrentes sumendo pœ
nam,non impertiendo uitam corporalibus i-
gnibus. Vnus quippe utrisque ignis erit, sicut
ueritas dixit.

An hoc ratio iustitiæ habeat ut non sint extensiora pœnarum tempora, quàm fuerint peccatorum. Cap. XI

Ic autem quidã eorum,cõtra quos
s defendimus ciuitatẽ dei,iniustũ pu-
tant,ut pro peccatis quamlibet ma-
gnis,paruo scilicet tempore perpe-
tratis pœna quisq; damnetur æterna, quasi ul-
lius id unquã iustitia legis attẽdat,ut tanta mo-
ra temporis quisq; puniatur,quãta mora tẽpo-
ris unde puniretur admisit. Octo genera pœna
rum in legibus esse scribit Tullius,damnũ, uin-
cula,uerbera,talionẽ,ignominiã,exilium , mor-
tem,seruitutẽ. Quid horum est quod in breue
tẽpus cuiusq; pro peccati celeritate coartetur,ut
tãta uindicetur morula,quãta deprehẽditur per
petratũ,[a] nisi forte talio? Id enim agit ut hoc pa-
tiatur quisq; quod fecit.illud est legis: Oculum
pro oculo,dẽtem pro dente. Fieri enim potest
ut tam breui tempore quisq; amittat oculum se
ueritate uindictę,cq; tulit ipse alteri improbitate
peccati. Porrò autẽ si alienæ fœminæ osculũ in-
fixum rationis sit uerbere uindicare,nõne qui il-
lud pũcto temporis fecerit,incomparabili hora
rum spacio uerberatur,& suauitas uoluptatis e-
xiguæ diuturno dolore punitur? Quid in uincu
lis? Nunquid ibi tam diu quisq; iudicandus est
esse debere,quandiu fecit,unde meruit alligari,
cum iustissime annosas pœnas seruus in cõpe-
dibus pendat,qui uerbo aut ictu celerrime tran
seũte uel lacessiuit dominum uel plagauit? Iam
uero damnum,ignominia,exilium, & seruitus,
cum plerunq; sic infliguntur,ut nulla uenia re-
laxẽtur,nõne pro huius uitæ modo similia pœ-
nis uidentur æternis? Ideo quippe æterna esse
non possunt,quia nec ipsa uita, quæ his plecti-
tur,porrigitur in æternũ, & tamẽ peccata, quæ
uindicãtur longissimi temporis pœnis, breuis-
simo tempore perpetrantur,nec quisquam exti
tit qui censuerit tam cito nocentium finiẽda esse
tormenta,quàm cito factum est uel homicidiũ,
uel adulterium,uel sacrilegium,uel quodlibet a-
liud scelus,nõ temporis longitudine,sed iniqui-
tatis & impietatis magnitudine metiendũ. Qui
uero pro aliquo grandi crimine morte mulcta-
tur,nunquid mora,qua occiditur, quæ perbre-
uis est,eius supplicium leges æstimant, & non
quòd eum in sempiternum auferunt de societa
te uiuẽtium? Quod est autẽ de ista ciuitate mor
tali homines supplicio primę mortis,hoc est de
illa ciuitate immortali homines supplicio secun-
dæ mortis auferre. Sicut eñ nõ efficiũt leges hu
ius ciuitatis ut in eam quisq; reuocetur occisus,
sic nec in illius,ut in uitam reuocetur æternam,
secunda morte damnatus. Quomodo ergo ue-
rum est,inquiunt,quod ait Christus uester: In
qua mensura mensi fueritis,in ea remetietur uo
bis,si temporale peccatum supplicio punitur æ-
terno? Nec attẽdunt non propter æquale tẽpo-
ris spatiũ,sed propter uicissitudinẽ mali,id est ut
qui mala fecerit,mala patiatur, eandem dictam
fuisse mẽsurã:quãuis hoc in ea re proprie possit
accipi,de qua dominus cum hoc diceret loque-
batur,id est de iudicijs, & condemnationibus.
Proinde qui iudicat & condemnat iniuste,si iu-
dicatur & condemnatur iuste,in eadem mensu
ra recipit,quamuis non hoc quod dedit. Iudicio
enim fecit,iudicio patitur:quamuis fecerit dam-
natione quod iniquum est,patitur damnatione
quod iustum est.

L. VIVES

[a] Nisi forte talio.] In legibus xij. sic habebat: si mem
brum rupit meum ẽ pacto talio esto. Talio uoca-
bat, qꝺ quale quis fecerat,tale passurus esset,ut si
eruisset oculũ alienũ,amitteret suũ: si amputasset alteri-
us nares,ꝑderet suas, de cuius ætate legis disputat cũ
Sex. Cæcilio Fauorinus philosophus apud Gel. li. xx.

Talio

De magnitudine præuaricationis primę ob quã ętena pœna omnibus debeatur, qui extra gratiam fuerint saluatoris. XII

ED pœna æterna ideo dura & iniu
s sta sensibus uidetur humanis, quia
in hac infirmitate moribundorum
sensuum deest ille sensus altissimæ
purissimæq; sapientiæ,quo sentiri possit quan-
tum nefas in illa prima prȩuaricatione commis-
sum sit. Quanto enim magis homo fruebatur
deo,tanto maiore impietate dereliquit deum,
& factus est malo dignus æterno,qui hoc in se
peremit bonum,quod esse posset æternũ. Hinc
est uniuersa generis humani massa dãnata,quo
niam qui hoc primitus admisit cum ea, quæ in
illo fuerat radicata sua stirpe punitus est,ut nul-
lus ab hoc iusto debitoq; supplicio, nisi miseri-
cordia et indebita gratia liberetur,atque ita dis-
pertiatur genus humanum,ut in quibusdã de-
monstretur,quid ualeat misericors gratia,in cæ
teris quid iusta uindicta. Necq enim utrũq; de-
monstraretur in omnibus,quia si omnes rema-
nerent in pœnis iustæ damnationis,in nullo ap
pareret misericors gratia redimentis: rursum si
omnes à tenebris transferrentur in lucem,in nul
lo appareret seueritas ultiõis. In qua propterea
multo plures,cq; in illa sunt,ut sic ostendatur,
quid omnibus deberetur. Quod si omnib. red-
derctur,iustitiam uindicantis iuste nemo repre-
henderet. Quia uero tam multi exinde liberan-
tur,est unde agantur maximæ gratiæ gratuito
muneri liberantis.

Contra opinionem eorum qui putãt criminosis supplicia post mortem cau sa purgationis adhiberi. Cap. XIII

Latonici quidem quamuis impuni-
p ta nulla uelint esse peccata,tamẽ om
nes pœnas emendationi adhiberi
putant,uel humanis inflictas legi-
bus,uel diuinis,siue in hac uita,siue post mortẽ,
si aut parcatur hic cuiquam, aut ita plectatur ut
hic nõ corrigatur. Hinc est Maronis illa senten
tia, ubi cũ dixisset de terrenis corporib. moribũ
discq; membris, quod animæ Hinc metuũt,
cupiũtq;,dolent,gaudentq;,nec auras Suspi-
ciunt,clausę tenebris & carcere cæco: secutus
adiunxit atq; ait: Quin et supremo cum lumine
uita reliquit:id est,cum die nouissimo relinquit
eas ista uita: Non tamen,inquit,omne malũ mi
seris,nec funditus omnes
Corporeæ excedũt pestes,penitusq; necesse est
Multa diu concreta modis inolescere miris.

Ergo exercentur pœnis,uetetumq; malorum
Supplicia expendunt,aliæ panduntur inanes
Suspensę ad uentos,alijs sub gurgite uasto
Infectum eluitur scelus,aut exuritur igni.

Qui hoc opinantur, nullas pœnas nisi purga-
torias uolunt esse post mortẽ, ut quoniam ter-
ris superiora sunt elementa, aqua,aer, ignis,ex
aliquo istorum mundetur per expiatorias pœ
nas quod terrena contagione contractum est.
Aer quippe accipitur in eo quod ait,suspẽsæ ad
uentos. Aqua in eo quod ait,sub gurgite uasto:
Ignis autem suo nomine expressus est, cum di-
xit,aut exuritur igni. Nos uero etiã in hac qui-
dem mortali uita esse quasdam pœnaspurgato
rias confitemur,non quibus affliguntur, quorũ
uita uel non inde fit melior, uel potius inde fit
peior,sed illis sũt purgatoriæ qui eis coerciti cor
riguntur. Cæteræ omnes pœnæ siue tempora-
rię,siue sempiternę,sicut unusquisq; diuina pro
uidentia tractandus est inferũtur,uel pro pecca
tis,siue prȩteritis,siue in quibus adhuc uiuit ille
qui plectitur,uel pro exercendis declarandisq;
uirtutibus,per homines & angelos,seu bonos,
seu malos. [a] Nam si quisquã mali aliquid alteri-
us improbitate uel errore patiatur,peccat quidẽ
homo,qui uel ignorãtia,uel iniustitia cuiquam
mali aliquid facit,sed non peccat deus,qui iusto
quamuis occulto iudicio fieri sinit. Sed tempo-
rarias pœnas alij in hac uita tantum , alij post
mortem,alij & nunc & tunc,uerũtamen ante iu
dicii illud seueriſsimum nouissimũq; patiũtur.
Nõ autem omnes ueniunt in sempiternas pœ-
nas,quæ post illud iudicii his sunt futuræ, qui
post mortem sustinent temporales. Nam qui-
busdam quod in isto non remittitur,remitti in
in futuro seculo, id est, ne futuri seculi æterno
supplicio puniatur,iam supra diximus.

L. VIVES

[a] Nam si quisquã mali aliquid alte. impr. uel er.]
Improbitate,ut si sciens ac prudens lædat, uel
prauo errore,ut qui putat se benefacere,quales
sunt qui martyres torquerunt,ac occiderunt. Hi enim nõ
sunt à scelere liberi,neq eorũ inscitia errorq; ineuitabi-
lis erat, quippe causam sanctorum, uel neglexerunt,uel
contempserunt, uel itacundo & imporenti animo auer-
sati sunt. de ignorãtia quæ iusta sit excusatio, quæ friuo-
la & iniqua, disputat alijs lib. Augustinus, ut in quæstio-
ueteris & noui testamenti.

De pœnis temporalibus istius uitæ quibus subiecta est humana cõditio. Caput XIIII

Ariſsimi ſunt autẽ, qui nullas in hac
R uita, ſed tantũ poſtea pœnas luunt.
Fuiſſe tamẽ aliquos qui uſq; ad de-
crepitam ſenectutẽ ne leuiſsimã qui-
dem febriculam ſenſerint, quietãq; duxerint ui-
tam, ipſi & nouimus & audiuimus, quanquã ui-
ta ipſa mortaliũ tota pœna ſit, quia tota tẽtatio
eſt, ſicut ſacræ literæ perſonant, ubi ſcriptũ eſt:
Nunquid nõ tẽtatio eſt uita hũana ſuper terrã.
Nõ enim parua pœna eſt ipſa inſipiẽtia, uel im-
peritia, quę uſq; adeo fugiẽda merito iudicatur,
ut per pœnas doloribus plenas, pueri cogãtur
quæq; artificia uel literas diſcere, ipſumq; diſce-
B re, ad quod pœnis adigũtur, tã pœnale eſt eis,
ut nonnunquã ipſas pœnas per quas cõpellun-
tur diſcere, malint ferre q̃ diſcere. [a]Quis autem
non exhorreat & mori eligat, ſi ei proponatur,
aut mors perpetiẽda, aut rurſus infantia? Quæ
quidem quòd nõ à riſu, ſed à fletu orditur hanc
lucẽ, quid malorũ ingreſſa ſit neſciens prophe-
tat quodammodo. Solum quando natus eſt [b]fe-
runt riſiſſe Zoroaſtrem, nec ei boni aliquid mõ-
ſtroſus riſus ille portendit. Nam magicarũ arti-
um fuiſſe perhibetur inuẽtor, quę quidẽ illi, nec
ad præſentis uitæ uanã felicitatẽ cõtra ſuos ini-
C micos prodeſſe potuerũt. A Nino quippe rege
Aſſyriorum, cum eſſet ipſe Bactrianorum rex,
bello ſuperatus eſt. Prorſus quod ſcriptum eſt:
Graue iugum ſuper filios Adam à die exitus de
uentre matris eorũ, uſq; in diẽ ſepulturæ in ma-
trem omniũ: uſq; adeo impleri neceſſe eſt, ut ip-
ſi paruuli per lauacrũ regenerationis, ab origina-
lis peccati, quo ſolo tenebantur, uinculo iam ſo-
luti, mala multa patientes, nonnulli etiam incur-
ſus ſpirituum malignorũ aliquando patiantur.
Quæ quidem paſsio abſit ut eis obſit, ſi hanc ui-
tam in illa ætate etiam ipſa paſsione ingraueſcẽ-
te & animam de corpore excludente finierint.

L. VIVES

a QVis autem nõ exhorreat & mori eligat.] At ſunt multi qui pro maximo dei munere recipiant ſi iterum uiuere contingat, & incipiant in cunis uagire, de quibus uere poterat Aeneas dicere: Quæ lucis miſeris tam dira cupido? ſapiẽs apud Ciceronem Cato nolle ſe dicebat à calce ad carceres reuocari, hoc eſt, decurſo ſpatio à termino ad exordium reduci uitæ. b Ferunt riſiſſe Zoroaſtrẽ.] Hic rex Bactrianorũ fuit magicarũ artiũ inſtitutor, quẽ Hermodotus Platonicus præceſsiſſe ait Troicum bellum annis quinq; milibus: idem Hermippus, qui & eum ab Agnace inſtitutum tradit, ſcripſiſſeq; uicies centum milia uerſuum. Eudoxus paulo antiquiorem facit, nempe ſex annorum milibus ante Platonis mortem, quem ſecutus eſt Ariſtoteles. Xanthus uero Lydius, ut illi nimis multos, ſic ipſe nimis paucos computauit annos, ſexcentos ſcilicet à Zoroaſtre ad Xerxis tranſitũ. Plinius parũ conſtare dicit utrũ unus tantum fuerit Zoroaſtres, an plures: certioribus tamen autorum ſcriptis traditur Zoroaſtrem Bactrianorũ regem temporibus uixiſſe Nini Aſſyrij, à quo uictus & regno pulſus eſt, inſtitutor magicæ artis, qui eodem quo natus eſt die riſit, cerebrũq; ita ei palpitauit, ut impoſitã repelleret manum, futuræ præſagio ſcientiæ, ut dicit Plinius. uiginti annis in deſerto caſeo uixit ita temperato, ut uetuſtatem non ſentiret.

Zoroaſtres

Quod omne opus gratiæ dei eruentis nos de profunditate ueteris mali, ad futuri ſeculi pertineat nouitatem. XV

V Eruntamen in graui iugo quod po-
ſitũ eſt ſuper filios Adam à die exi-
tus de uentre matris eorum uſq; in
diem ſepulturæ in matrem omniũ,
[a]etiam hoc medium miſerabile reperitur, ut ſo-
briſ imus atq; intelligamus hanc uitam de pec-
cato illo nimis nefario, quod in paradiſo perpe-
tratum eſt, factam nobis eſſe pœnalem, totúq;
quod nobiſcum agitur per teſtamentum nouũ
non pertinere niſi ad noui ſeculi hæreditatẽ no-
uam, ut hic pignore accepto, illud cuius hoc eſt
pignus ſuo tempore cõſequamur. Nunc autem
ambulemus in ſpe, & proficientes de die in diẽ
C ſpiritu facta carnis mortificemus. Nouit enim
dominus qui ſunt eius, & quotquot ſpiritu dei
aguntur, hi filij dei ſunt, ſed gratia, non natura.
Vnicus enim natura dei filius, propter nos mi-
ſericordia factus eſt filius hominis, ut nos natu-
ra filij hominis, filij dei per illũ gratia fieremus.
Manẽs quippe ille immutabilis, naturã noſtrã
in qua nos ſuſciperet, ſuſcepit à nobis, & tenax
diuinitatis ſuæ, noſtræ infirmitatis particeps fa-
ctus eſt: ut nos in melius commutati, & peccato
res mortalesq; ſumus, eius immortalitatis & iu-
ſtitiæ participatione amittamus, & quod in na-
D tura noſtra bonum fecit, impleti ſummo bono
in eius naturæ bonitate ſeruemus. Sicut enim
per unum hominem peccãtem in hoc tam gra-
ue malum deuenimus: ita per unum hominem
eundemq; deum iuſtificantẽ, ad illud bonum
tam ſublime ueniemus. Nec quiſquam ſe debet
ab iſto ad illum tranſiſſe confidere, niſi cum ibi
fuerit ubi tentatio nulla erit, niſi pacem tenuerit
quam pacem belli huius, in quo caro cõcupiſcit
aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem,
multis & uariis certaminibus quærit. Hoc au-
tem bellũ nunquã ullum eſſet, ſi natura huma-
na per liberũ arbitrium in rectitudine in qua fa-
cta

cta eſt perſtitiſſet. Nunc uero quæ pacem fœlix A
cum deo habere noluit, ſecum pugnat infœlix,
& hoc quoq; cum malum ſit miſerabile, melius
eſt tamen q̃ priora uitæ huius. Melius quippe
confligitur cum uitijs, quàm cum ſine ulla cõflic-
tione dominãtur. Melius eſt, inquam, bellum
cum ſpe æternæ pacis, quàm ſine ulla liberatio-
nis cogitatione captiuitas. Cupimus quidem eti-
am hoc bello carere, & ad capeſſendam ordi-
natiſsimã pacem, ubi firmiſsima ſtabilitate po-
tioribus infirmiora ſubdantur, igne diuini amo-
ris accendimur. Sed ſi quod abſit illius tanti bo-
ni ſpes nulla eſſet, malle debuimus [b]in huius cõ-
flictationis moleſtia remanere, q̃ uitijs in nos B
dominationem non eis reſiſtendo permittere.

L. VIVES

a ETiam hoc medium.] Varia lectio. Alibi, etiam hoc mediũ mirabile. alibi, miſerabile. alibi, malum miſerabile. Quid ſilegas hoc minime miſerabile? b In huius conflictationis moleſtia.] Hoc etiã dixerunt Philoſophi, qui animas mortales, aut diuturnas tantum poſuerunt. nam uel omni precio ſepoſito bene uiuere plus iuuat, quàm male, & ipſa uirtus eſt ſibi ampliſs. præmium, fœlicioresq; ſunt boni etiam dum hic uiuũt, quàm mali quantumlibet fortunati. atq; hoc eſt quod Chriſtus ſectatoribus ſuis amplã mercedem non modo in futura promittit uita, ſed etiã in præſenti.

Sub quib. gratiæ legib. omnes regeneratorũ habeãtur ętates. Cap. XVI.

V Erum tãta eſt dei miſericordia in ua-
ſa miſericordiæ quæ præparauit in
gloriã, ut etiã prima hominis ætas,
id eſt, infantia, quæ ſine ullo reniſu
ſubiacet carni: & ſecunda, quæ pue-
ritia nuncupatur, ubi nondũ ratio ſuſcepit hanc
pugnã, & ferè ſub omnibus uitioſis delectatio-
nibus iacet, quia licet iam fari ualeat, & ideo in-
fantiam tranſiſſe uideatur, nondũ in ea eſt præ-
cepti capax infirmitas mentis: ſi ſacramẽta me-
diatoris acceperit, etiam ſi hanc in eis annis uitã
finiat, tranſlata ſcilicet à poteſtate tenebrarũ in
regnum Chriſti, non ſolum pœnis non præpa-
retur æternis, ſed ne ulla quidem poſt mortem
purgatoria tormenta patiatur. Sufficit enim ſo-
la ſpiritalis regeneratio, ne poſt mortem obſit
quod carnalis generatio cum morte contraxit.
Cum aũt uentũ fuerit ad ætatẽ, quę præceptum
iam capit, & ſubdi poteſt legis imperio, ſuſcipi-
endum eſt bellũ contra uitia, & gerendum acri-
ter ne ad dãnabilia peccata perducat. Et ſi qui-
dem nondum uictoriarum conſuetudine robo-
rata ſunt facilius uincuntur, & cedunt: ſi autem
uincere atq; imperare conſueuerunt, laborioſa
difficultate ſuperantur. Necq; enim id fit ueraci-
ter atq; ſynceriter, [a]niſi ueræ delectatione iuſti-
tiæ. Hæc eſt autem in fide Chriſti. Nam ſi lex
iubens abſit, & ſpiritus iuuans deſit, per ipſam
prohibitionẽ deſiderio creſcente atq; uincente
peccati etiam reatus præuaricationis accedit, [b]ut
nõnunquã ſint apertiſsima uitia, quę aliis uitijs
uincuntur occultis, quęq; putantur eſſe uirtutes
in quibus regnat ſuperbia, & quædam ſibi pla-
cendi altitudo ruinoſa. Tũc itaq; uicta uitia de-
putanda ſunt, cum dei amore uincuntur, quem
niſi deus ipſe nõ donat, nec aliter niſi per media
torem dei & hominum hominem Ieſum Chri-
ſtum, qui factus eſt particeps mortalitatis no-
ſtræ, ut nos participes faceret diuinitatis ſuæ.
Pauciſsimi autem ſunt tantæ fœlicitatis, ut ab
ipſa ineunte adoleſcentia nulla damnabilia pec-
cata cõmittãt, uel in [c]flagitijs, uel in facinoribus,
uel in nefarię cuiuſquã impietatis errore, ſed mæ-
gna ſpiritus largitate opprimãt, quicquid in eis
poſſet carnali delectatione dominari. Plurimi
uero precepto legis accepto, cum prius uicti fue-
rint prœualentibus uitijs & prœuaricatores eius
effecti, tunc ad gratiam confugiũt adiuuantem,
C qua fiant & amarius pœnitendo, & uehementi-
us pugnando, prius deo ſubdita, atq; ita carni
prępoſita mente uictores. Quiſquis igitur cupit
pœnas euadere ſempiternas, non ſolum bapti-
zetur, uerum etiam iuſtificetur in Chriſto, ac ſic
uere tranſeat à diabolo ad Chriſtum. Purgato-
rias autem pœnas nullas futuras opinetur, niſi
ante illud ultimum tremendumq; iudiciũ. Ne-
quaquam tamen negandum eſt, etiam [d]ipſum
æternũ ignem pro diuerſitate meritorũ quam-
uis malorum aliis leuiorem, aliis futurum eſſe
grauiorem, ſiue ipſius uis atq; ardor pro pœna
digna cuiuſq; uarietur, ſiue ipſe æqualiter arde-
D at, ſed non æquali moleſtia ſentiatur.

L. VIVES

a NIſi uera delectatione iuſtitiæ.] Idcirco Plato iubet ita pueros aſſuefaciendos, ut tantum uere bonis delectentur rebus, auerſentur malas. id ſi fieret, non ſecus ad uirtutem unuſquiſq; ferretur pronus, quàm nunc ad corporeas uoluptates, quibus unis aſſueuimus, & innutriti ſumus. Necq; enim parum refert, quibus uel dolere conſueuimus, uel gaudere. uiro perfecte bono iucundiora ſuauioraq; ſunt uirtutum opera, quàm cuiuis uoluptario uoluptates. b Vt nonnunquam ſint.] Alibi ſic: nonnunquam ſanè apertiſs. uitia aliis uitijs uincuntur occultis, quæ putantur eſſe uirtutes &c. Facit enim exterior legis obſeruatio ſine gratia non bonos ſed hypocritas. Plato cum amicos nobiles inuitaſſet triclinium q; iuſsiſſet ornari non omnino ſordide, irrupit Diogenes Cynicus, & ſpurcis illis

suis cœnosisq; pedibus cœpit lectulos conculcare. ingressus cum conuiuis Plato, quid agis, inquit, Diogenes? Calco, inquit ille, Platonis fastum. Calcas, respondit Plato, sed alio fastu maiore. uidelicet arrogantia & iactantia erat in Diogenis animo impotentior & intolerabilior quod inops esset, quàm in Platone, qui cultum illum amicorum oculis dabat, non sibi. ita inuenias superbiss. plerosq; egenos, qui hoc tantum nomine meliores & sanctiores etiam bonis diuitibus sibi uideantur, quòd nihil habeant, ceu uero modicum censum laudarit dominus, & non modicum animum. Eiusmodi homines diteſcere recusant, quòd se admirabiliores, & in maiore precio habitum iri credunt, si in sua tenuitate manserint. Diogenes idem multa horrēda faciebat, ut omnium oculos ad se suspiciendum mirandumq; conuerteret: idcirco cum media hyeme in rigidiss. lauaret aqua, frequēsq; populus id spectās misertus hortaretur, ut sibi parceret: Plato exclamauit, si uultis eius miserēri, discedite. quippe illud Diogenes nō uirtutis causa, sed cir B cumfusæ multitudinis agebat. c Flagitijs uel in facino.] Leuia sunt flagitia, grauiora facinora, grauiss. omnium error impietatis. d Ipsum æternū ignem.] Iuxta illud domini in euangelio: Tyro & Sidoni remissibilius erit in die iudicij, & alia dicta ciusdē mētis cōplura.

De his qui putant nullorū hominum pœnas in æternum esse mansuras. Cap. XVII.

Vnciam cū misericordibus nostris agendū esse uideo, & pacifice disputandum, qui uel omnibus illis hominibus quos iustiss. iudex dignos gehennæ supplicio iudicabit, uel qui C busdā eorū nolunt credere pœnam sempiternā futurā, sed post certi tēporis metas pro cuiusq; peccati quātitate longioris siue breuioris eos inde existimāt liberādos. Qua in re a misericordior profecto fuit Origenes, qui & ipsum diabolum atq; angelos eius post grauiora pro meritis & diuturniora supplicia ex illis cruciatibus eruendos atq; sociādos sanctis angelis credidit. Sed illū & propter hoc & propter alia nōnulla, & maximè propter alternantes sine cessatione beatitudines & miserias, & statutis seculorū interuallis, ab istis ad illas, atq; ab illis ad istas itus D ac reditus interminabiles nō immerito reproba uit ecclesia: quia & hoc quod misericors uidebatur amisit, faciendo sanctis ueras miserias, quibus pœnas luerēt, & falsas beatitudines in quibus uerū ac securū hoc est sine timore certū sempiterni boni gaudiū non haberent. Longe aūt aliter istorū misericordia humano errat affectu, qui hominū illo iudicio damnatorum miserias temporales, omnium uero, qui uel citius uel tardius liberantur, æternā fœlicitatem putāt. Quę sententia si propterea bona & uera, quia misericordior fuerit. Extēdatur ergo ac profundatur fons huius misericordiæ b usq; ad damnatos angelos, saltem post multa atq; prolixa quātumlibet secula liberandos. Cur usq; ad uniuersam naturam manat humanā, & cum ad angelicam uentū fuerit mox arescit? Non audent tamen se ulterius miserando porrigere, & ad liberationē ipsius quoq; diaboli peruenire. Verū si aliquis audet, uincit nempe istos, & tamē tanto inueniūtur errare deformius & contra recta dei uerba peruersius, quāto sibi uidetur sentire clemētius.

L. VIVES

a Misericordior profecto fuit Origenes.] Origen. Adamātius in lib. περὶ ἀρχῶν, id est de principijs, de quo alibi. b Usq; ad damnatos angelos.] Et istos quoq; supplicijs liberabat Origenes, sicut ex sanctis angelis procedente tempore diabolos faciebat, quæ illius erant uicissitudines.

De his qui nouissimo iudicio propter intercessiones sanctorum neminē hominum putant esse damnandum. Cap. XVIII

Vnt etiam, quales in collocutionibus nostris ipse sum expertus, qui S cū uenerari uideantur scripturas sanctas, moribus improbandi sunt: & agēdo causam suam, multo maiorē cē isti misericordiā deo tribuunt erga humanū genus. Dicunt enim de malis & infidelibus hominibus diuinitus quidē uerum prædictū esse, quod digni sunt pœna, Sed cū ad iudiciū uentū fuerit misericordiā esse superaturam. Donabit enim eos, inquiunt, misericors deus precibus & intercessionibus sanctorū suorum. Si enim orabant pro illis, quādo eos patiebantur inimicos, quanto magis quando uidebūt humiles suppliceſq; prostratos? Necq enim credendum est, aiunt, tūc amissuros sanctos uiscera misericordiæ cum fuerint plenissimæ ac perfectissimæ sanctitatis, ut qui tunc orabant pro inimicis suis, quando & ipsi sine peccato nō erāt, tunc nō orēt pro supplicibus suis, quando nullū cœperint habere peccatū? Aut uero deus tunc eos nō exaudiet tot, & tales filios suos, quando in tanta eorū sanctitate nullum inueniet orationis impedimentum? Testimoniū uero psalmi, & illi quidē qui permittunt infideles atq; impios homines saltē longo tempore cruciari, & postea de malis omnibus erui, sed magis isti pro se dicunt esse ubi legitur: Nunquid obliuiscetur misereri deus, aut

aut continebit in ira sua miserationes suas? Ira A eius est, inquiunt, ut omnes indigni beatitudine sempiterna, ipso iudicante puniantur supplicio sempiterno. Sed si uel lōgum uel prorsus ullum esse permiserit, profecto ut possit hoc fieri continebit in ira sua miserationes suas, quod eū psalmus dicit non esse facturū. Non enim ait, Nunquid diu cōtinebit in ira sua miserationes suas, sed quod prorsus non continebit ostendit. Sic ergo isti uolunt iudicij dei comminationem nō esse mendacē quamuis sit neminem damnaturus, quēadmodum eius cōminationem qua dixit euersurum se esse Niniuen ciuitatē, mendacem non possumus dicere, & tamen nō factum est, inquiunt, quod sine ulla conditione prædixit. Non enim ait Niniue euertetur si non egerint pœnitentiam, secq; correxerint: sed hoc non addito prænunciauit futuram euersionem illius ciuitatis. Quam cōminationē propterea ueracē putāt, quia hoc prædixit deus quod uere digni erant pati, quamuis hoc non esset ipse facturus. Nam & si pœnitentibus pepercit, inquiūt, uticq; illos pœnitentiā non ignorabat acturos, & tamen absolute ac definite eorum euersionem futurā esse prædixit. Hoc ergo erat, inquiūt, in ueritate seueritatis, qua erant digni, sed in ratione C miserationis non erat, quam non continuit in ira sua ut ab ea pœna supplicibus parceret, quā fuerat cōtumacibus comminatus. Si ergo tunc pepercit aiunt, quando sanctum suum prophetam fuerat parcendo cōtristaturus, quanto magis tūc miserabilius supplicātibus parcet, quando ut parcat, omnes sancti eius orabunt? Sed hoc quod ipsi suis cordibus suspicātur, ideo putant scripturas tacuisse diuinas, ut multi se corrigant, uel prolixarum, uel æternarum timore pœnarum, & sint qui possint orare pro eis, qui se non correxerint, nec tamē opinantur omnimo D do id eloquia diuina tacuisse. Nam quò pertinet, inquiūt, quod scriptum est? Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quā abscondisti metuentibus te, nisi ut intelligamus propter timorem fuisse absconditam misericordiæ tam multam secretamq; dulcedinem? Addunt etiam propterea dixisse Apostolum: Concluſit enim deus omnes in infidelitate, ut omniū misereatur, quo significaret, quod ab illo nemo damnabitur. Nec isti tamen qui hoc sentiunt, hanc opinionem suam usq; ad liberationem uel nullam damnationem diaboli, atq; angelorum eius extendunt. Humana quippe circa solos homines mouētur misericordia, & causam maximè agunt suā, per generalē in genus humanum quasi dei miserationē impunitatem falsam suis perditis moribus pollicentes, ac per hoc superabunt eos in prædicanda dei misericordia, qui hanc impunitatem etiam principi dæmonum & eius satellitibus pollicentur.

De his qui impunitatem omnium peccatorum promittunt etiam hæreticis propter participationē corporis Christi. Cap. XIX

Tem sunt alij ab æterno supplicio liberationē, nec ipsis saltē omnibus I hominibus promittentes, sed tantummodo Christi baptismate ablutis, qui participes fiūt corporis eius, quomodolibet uixerint, in quacunq; hæresi uel impietate fuerint, propter illud, quod ait Iesus: Hic est panis qui de cœlo descendit, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Ab æterna ergo morte inquiūt necesse est istos erui, & ad uitam æternam quandoq; perduci.

De his qui non omnibus, sed eis tantum qui apud catholicos sunt regenerati, etiā si postea in multa crimina errores q; proruperint, indulgentiā pollicentur. Cap. XX

Tem sunt qui hoc nec omnibus habentibus baptismatis Christi & e I ius corporis sacramentum, sed solis catholicis, quamuis male uiuētibus pollicentur, quia non solum sacramento, sed re ipsa manducauerūt corpus Christi in ipso eius corpore constituti. De quo dicit Apostolus: Vnus panis, unum corpus multi sumus, ut etiam si postea in aliquam hæresim, uel etiam in gentilium idololatriā lapsi fuerint, tantum quia in corpore Christi, id est, in ecclesia catholica sumpserunt baptismū Christi, & manducauerunt corpus Christi, non moriantur in æternum, sed uitam quādoq; consequantur æternam, atq; illa omnis impietas quanto maior fuerit non eis ualeat ad æternitatem, sed ad diuturnitatem, magnitudinemq; pœnarum.

De his qui eos qui permanent in catholica fide etiam si pessime uixerint. & ob hoc uri meruerint, tamen propter fidei fundamentũ saluandos esse definiunt. Cap. XXI

Vnt autem qui propter id quod scriptũ est: Qui perseuerauerit usq; in finem hic saluus erit: non nisi in ecclesia catholica perseuerãtibus, quãuis in ea male uiuẽtibus hoc promittũt, per ignẽ uidelicet saluandis merito fundamenti. de quo ait Apostolus: Fundamentũ enim aliud nemo potest ponere præter id quod positũ est, quod est Christus Iesus. Si quis aũt ædificauerit super fundamentum hoc aurum, argentũ, lapides pretiosos, ligna, fœnũ, stipulã, uniuscuiusq; opus manifestabitur. Dies enim domini declarabit, quoniã in igne reuelabitur, & uniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus permanserit quod super ædificauit, mercedẽ accipiet. Si cuius aũt opus arserit, damnũ patietur, ipse autẽ saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Dicunt ergo cuiuslibet uitæ catholicum Christianum Christum habere in fundamento, quod fundamentum nulla hæresis habet, à corporis eius unitate præcisa. Et ideo propter hoc fundamẽtum etiã si malæ uitæ fuerit catholicus Christianus, uelut qui superædificauerit ligna, fœnum, stipulam, putant eum saluum fieri per ignẽ, id est, post pœnas ignis illius liberari, quo igne in ultimo iudicio punientur mali.

De his qui putãt ea crimina quæ inter eleemosynarum opera committũtur, ad damnationis iudicium non uocari. Cap. XXII

Omperi etiã quosdam putare eos tantummodo arsuros illius ęternitate supplicij, qui pro peccatis suis facere dignas eleemosynas negligũt: iuxta illud apostoli Iacobi, Iudicium autẽ sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam. Qui ergo fecerit, inquiunt, quãuis mores in melius nõ mutauerit, sed inter ipsas suas eleemosynas nefarie ac nequiter uixerit: iudicium illi cum misericordia futurũ est: ut aut nulla dãnatione plectatur, aut post aliquod tẽpus siue paruum, siue prolixum ab illa damnatione liberetur. Ideo iudicem ipsum uiuorum atq; mortuorum noluisse existimant aliud commemorare se esse dictu rum, siue dextris quibus est uitam daturus æternam, siue sinistris quos æterno supplicio est damnaturus, nisi eleemosynas siue factas, siue nõ factas. Ad hoc pertinere aiunt, & in oratiõe dominica quotidianam postulationẽ: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quisquis enim illi, qui in eũ peccauit, dimittit ignoscendo peccatum, [a]proculdubio eleemosynã facit. Quã rem dominus ipse sic cõmẽdauit, ut diceret: Si enim dimiseritis peccata hominibus, dimittet uobis & pater uester peccata uestra: si aũt nõ dimiseritis hominibus neq; pater uester, qui in cœlis est, dimittet uobis. Ergo & ad hoc genus eleemosynarũ pertinet, quod ait apostolus Iacobus: Iudiciũ futurũ sine misericordia ei qui nõ fecit misericordiam. Nec dixit dominus, inquiũt, magna uel parua, sed dimittet uobis pater uester peccata uestra, si & uos dimiseritis hominibus. Ac per hoc putãt etiã eis qui perdite uixerint, donec claudant diẽ uitę huius extremum, per hanc orationẽ qualiacunq; quantacunq; fuerint omnia quotidie peccata dimitti, sicut ipsa quotidie frequẽtatur oratio, si hoc tantũmodo custodisse meminerint, ut quando ab eis ueniã petũt, qui eos peccato qualicunq; læserunt, ex corde dimittant. Cum ad hæc omnia deo donante respondero, liber iste claudendus est.

L. VIVES

a PRoculdubio eleemosynam facit.] Est enim misericordia ab, eadem forma qua & alia plurima.

Contra opinionẽ eorũ qui dicũt, nec diaboli, nec hominum malorũ perpetua futura supplicia. Cap. XXIII

Primũ quæri oportet atq; cognosci, cur ecclesia ferre nequiuerit hominũ disputationẽ, diabolo etiã post maximas & diuturnissimas pœnas, purgationẽ uel indulgentiam pollicentẽ? Neq; enim tot sancti & sacris ueteribus ac nouis literis eruditi, mundationẽ & regni cœlorum beatitudinem post qualiacunq; & quantacunq; supplicia, qualibuscunq; & quantiscunq; angelis inuiderunt: sed potius uiderunt diutinam uacuari uel infirmari non posse sententiam, quam se dominus prænunciauit in iudicio prolaturum atq; dicturum: Discedite à me maledicti in

in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Sic quippe ostendit æterno igne diabolum & angelos eius arsuros: & quod scriptum est in Apocalypsi: Diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, quo & bestia & pseudoprophetæ, & cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Quod ibi dictum est ęternũ, hic dictum est in secula seculorũ. Quib. uerbis nihil scriptura diuina significare cõsueuit, nisi quod finẽ nõ habet tẽporis. Quamobrẽ prorsus nec alia causa, nec iustior, nec manifestior inueniri potest, cur uerissima pietate teneatur fixũ & immobile, nullũ regressum ad iustitiã uitamq; sanctorũ diabolum & angelos eius habituros, nisi quia scriptura, quæ neminem fallit, dicit eis deum nõ pepercisse, & sic ab illo esse interim prædamnatos, ut carceribus caliginis inferni retrusi traderẽtur seruandi, atq; ultimo iudicio puniendi, quando eos æternus ignis accipiet, ubi cruciabuntur in secula seculorũ. Quod si ita est, quomodo ab huius æternitate pœnæ, uel uniuersi uel quidam homines post quãtũlibet tẽporis subtrahentur, ac nõ statim eneruabitur fides, qua creditur sempiternũ dæmonũ futurũ esse suppliciũ? Si enim quibus dicitur, Discedite à me maledicti in ignem æternũ, qui paratus est diabolis & angelis eius: uel uniuersi uel aliqui eorũ nõ semper ibi erũt: quid igitur causæ est cur diabolus & angeli eius semper ibi futuri esse credantur? An forte dei sententia, quæ in malos & angelos & homines profertur, in angelos uera erit, in homines falsa? Ita planè hoc erit, si nõ quod deus dixit, sed quod suspicantur homines plus ualebit. Quod fieri quia nõ potest, nõ argumẽtari aduersus deum, sed diuino potius dum tẽpus est debent parere præcepto, qui sempiterno cupiunt carere supplicio. Deinde quale est æternũ suppliciũ pro igne diuturni tẽporis non existimare, & uitã æternã credere sine fine, cũ Christus in eodẽ ipso loco, in una eademq; sententia dixerit utrũq; cõplexus, sic ibunt isti in supplicium æternũ, iusti aũt in uitã æternã? Si utrunq; æternũ, profecto aut utrũq; cũ fine diuturnũ, aut utrũq; sine fine perpetuũ debet intelligi. Par pari enim relata sunt: hinc suppliciũ æternum, inde uita æterna. Dicere aũt in hoc uno eodẽq; sensu, uita æterna sine fine erit, suppliciũ æternũ finẽ habebit, multum absurdũ est. Vnde quia uita æterna sanctorũ sine fine erit, suppliciũ quoq; æternũ quibus erit, finem proculdubio non habebit.

Contra eorũ sensum qui in iudicio dei omnib. reis propter sanctorũ preces putãt esse parcendũ. Cap. XXIIII

Oc aũt & aduersus eos ualet, qui suas agẽtes causas cõtra dei uenire uerba uelut misericordia maiore conantur: ut ideo uidelicet uera sint, quia ea quę dixit homines esse passuros, patidigni sunt, nõ quia passuri sunt. Donabit enim eos, inquiunt, precib. sanctorũ suorũ, etiã tũc tanto magis orantiũ pro inimicis suis, quanto sunt uticq; sanctiores, eorũq; efficacior est oratio, & exauditione dei dignior, iam nullũ habentiũ omnino peccatũ. Cur ergo eadẽ perfectissima sanctitate, & cuncta impetrare ualentib. mundissimis & misericordissimis precibus etiã pro angelis nõ orabunt, quibus paratus est ignis æternus, ut deus sententiã suã mitiget, & reflectat in melius, eosq; ab illo igne faciat alienos? An erit forsitan quisquã qui & hoc futurũ esse præsumat, affirmãs etiã sanctos angelos simul cũ sanctis hominib. qui tunc æquales erunt angelis dei, pro dãnandis & angelis & hominib. oraturos, ut misericordia nõ patiantur, quod ueritate merentur, quod nemo sanæ fidei dixit, nemo dicturus est? Alioqui nulla causa est, cur nõ etiã nunc pro diabolo & angelis eius oret ecclesia, quã magister deus pro inimicis suis iusserit orare. Hæc igitur causa, qua fit, ut nũc ecclesia nõ oret pro malis angelis, quos suos esse nouit inimicos, eadem ipsa causa est, qua fiet, ut in illo tunc iudicio etiã pro hominibus æterno igne cruciãdis, quãuis perfecta sit sanctitate, nõ oret. Nũc enim propterea pro eis orat, quos in genere humano habet inimicos, quia tẽpus est pœnitentiæ fructuosæ. Nã quid maximè pro eis orat, nisi ut det illis deus, sicut dicit Apostolus, pœnitentiã, & resipiscant de diaboli laqueis, à quo captiui tenentur secundũ ipsius uoluntatẽ? Denicq; si de aliquibus ita ecclesia certa esset, ut qui sunt illi, etiã nosset, qui licet adhuc in hac uita sint cõstituti, tamẽ prædestinati sunt in æternum ignẽ ire cum diabolo: tam pro eis nõ oraret, cq; nec pro ipso. Sed quia de nullo certa est, orat pro omnibus duntaxat hominib. inimicis suis in hoc corpore cõstitutis, nec tamẽ pro omnibus exauditur. Pro his enim solis exauditur, qui & si aduersantur ecclesiæ, ita tamen sunt prędestinati, ut pro eis exaudiatur ecclesia, & filij efficiãtur ecclesię. Si qui aũt usq; ad mortem

tem habebunt cor impœnitens, nec ex inimicis A
cõuertentur in filios, nũquid iam pro eis, id est,
pro talium defunctorũ spiritibus orat ecclesia?
Cur ita, nisi quia iam in parte diaboli cõputan-
tur, qui dum essent in corpore, non sunt transla
ti ad Christum? Eadem itaq; causa est, cur non
oretur tunc pro hominibus æterno igne puni-
endis, quæ causa est, ut neq; nunc neq; tunc ore
tur pro angelis malis: quæ itidem causa est, ut
quamuis pro hominibus nunc uiuis oretur, eti-
am malis, tamẽ iam nec nunc oretur pro infide-
libus impijsq; defunctis. [a] Nam pro defunctis
quibusdam, uel ipsius ecclesiæ uel quorundam
piorum exauditur oratio, sed pro his quorũ in B
Christo regeneratorũ, nec usq; adeo uita in cor-
pore male gesta est, ut tali misericordia iudicen-
tur digni nõ esse, nec usq; adeo bene ut talẽ mise
ricordiam reperiantur necessariã non habere.
Sicut etiã facta resurrectione mortuorum non
deerunt quibus post pœnas, quas patiuntur spi
ritus mortuorũ, impertiatur misericordia, ut in
ignem non mittantur æternũ. Neq; enim de
quibusdã ueraciter diceretur, quod non eis re-
mittatur neq; in hoc seculo neq; in futuro, nisi
essent quibus & si non in isto tamen remittetur
in futuro. Sed cum dictum fuerit à iudice uiuo- C
rũ atq; mortuorũ, Venite benedicti patris mei,
possidete paratũ uobis regnum à constitutione
mundi: & alijs econtrario, Discedite à me male-
dicti in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo &
angelis eius: & ibunt isti in suppliciũ æternum,
iusti aũt in uitã æternam: nimiq; præsumptionis
est dicere, cuiq; eorum æternũ supplicium non
futurum, quos deus ituros in supplicĩ dicit æter
num, & per huius præsumptionis persuasionẽ
facere, ut de ipsa quoq; uita, uel desperetur, uel
dubitetur æterna. Nemo itaq; sic intelligat Psal
mum canentẽ, Nunquid obliuiscetur misereri D
deus, aut continebit in ira sua miserationes suas:
ut opinetur de hominibus bonis ueram, de ma
lis falsam, aut de bonis hominibus & malis an-
gelis ueram, de malis aũt hominibus falsam dei
esse sententiam. Hoc enim quod ait Psalmus,
ad uasa misericordiæ pertinet, & ad ipsos filios
promissionis, quorũ erat unus etiã ipse Prophe
ta: Qui cũ dixisset: Nunquid obliuiscetur misere
ri deus, aut continebit in ira sua miserationes su-
as: continuo subiecit, Et dixi, nunc cœpi, hæc est
immutatio dexteræ excelsi. Exposuit profecto
quid dixerit: Nunquid continebit in ira sua mi-

serationes suas? Ira enim dei est etiam ista ui-
ta mortalis, ubi homo uanitati similis factus
est, & dies eius uelut umbra prætereunt. In qua
tamen ira non obliuiscetur misereri deus, facien
do solẽ suum oriri super bonos & malos, & plu
endo super iustos & iniustos. ac sic nõ continet
in ira sua miserationes suas, maximeq; in eo
quod expressit hic Psalmus dicendo: Nunc cœ
pi, hæc est immutatio dexteræ excelsi: quoniam
in hac ipsa corũ erum nosa uita, quæ ira dei est,
uasa misericordiæ mutat in melius, quamuis ad
huc in huius corruptionis miseria maneat ira e-
ius, quia nec in ipsa ira sua continet miserationes
suas. Cum ergo isto modo compleatur diuini
illius cantici ueritas, non est eam necesse etiam
illic intelligi, ubi non pertinentes ad ciuitatem
dei sempiterno supplicio puniẽtur. Sed quibus
placet istam sententiam usq; ad illa impiorum
tormenta protendere, saltem sic intelligant, ut
manẽte in eis ira dei, quæ in æterno est prænun
ciata supplicio, non contineat deus in hac ira
sua miserationes suas, & faciat eos non tãta quã
ta digni sunt pœnarum atrocitate cruciari, non
ut [b] eas pœnas uel nunquã subeant, uel aliquan-
do finiant, sed ut eas mitiores quàm merita sunt
eorum leuioresq; patiantur. Sic enim & ira dei
manebit, & in ipsa ira sua miserationes suas nõ
continebit. Quod quidem non ideo confirmo,
quoniam non resisto. Cæterum eos qui putant
minaciter potius quàm ueraciter dictum: Disce
dite à me maledicti in ignem æternum, & ibunt
isti in supplicium æternum & cruciabuntur in
secula seculorum: & uermis eorum non morie-
tur, & ignis non extinguetur, & cætera huiu-
smodi, non tam ego quàm ipsa scriptura diui-
na planissime atq; plenissime redarguit ac re-
fellit. Niniuitæ quippe in hac uita egerũt pœni-
tentiam: & ideo fructuosam uelut in hoc agro
seminantes, in quo deus uoluit cum lachrymis
seminari, quod postea cum lætitia meteretur.
Et tamen quis negabit quod dominus prædi-
xit in eis fuisse completum, nisi parum aduertat
quemadmodum peccatores deus non solum
iratus, uerumetiam miseratus euertat? Euertun-
tur enim peccatores duobus modis, aut sicut So
domitæ, ut pro peccatis suis ipsi homines puni-
antur: aut Sicut Niniuitæ, ut ipsa hominũ pec-
cata pœnitẽdo destruãtur. Factũ est ergo quod
prædixit deus. Euersa est enim Niniue, quæ
mala erat, & bona ædificata est, quæ non erat.

Stan

Stantibus enim mœnibus atq; domibus, euer- A
sa est ciuitas in perditis moribus: ac sic quamuis
propheta fuerit cõtristatus, quia nõ est factum
quod illi homines timuerunt illo prophetante
uenturũ, factum est tamẽ quod fuerat deo præ-
sciẽte prædictũ, quoniam nouerat qui prædixit
quomodo in melius esset implendũ. Vtaũt no-
uerint isti in peruersum misericordes quò perti-
neat quod scriptũ est: Quàm multa multitudo
dulcedinis tuæ domine, quã abscondisti timen-
tibus te: legãt & quod sequitur, perfecisti autem
sperantibus in te. Quid est enim abscondisti ti- B
mentibus te, perfecisti sperãtibus, nisi quia illis
qui timore pœnarũ suam uolũt iustitiã costitue
re, quæ in lege est, nõ est iustitia dei dulcis, quia
nesciunt eã? Nõ enim gustauerũt eã. In se nãq;
sperant, nõ in ipso: & ideo eis absconditur mul-
titudo dulcedinis dei, quoniã timẽt quidẽ deũ,
sed illo timore seruili, qui non est in charitate,
quia perfecta charitas foras mittit timorẽ. Ideo
sperantibus in eum perficit dulcedinẽ suam in-
spirando eis charitatẽ suam, ut timore casto, nõ
quẽ charitas foras mittit, sed permanẽte in secu
lum seculi, cũ gloriantur in domino glorientur.
Iustitia quippe dei Christus est qui factus est
nobis, sicut dicit Apostolus, sapiẽtia à deo, & iu- C
stitia, & sanctificatio, & redemptio: ut quemad-
modum scriptum est: Qui gloriatur in domino
glorietur. Hanc dei iustitiã quam donat gratia
sine meritis, nesciũt illi, qui suã iustitiã uolunt cõ
stituere, & ideo iustitiæ dei, qui Christus est, nõ
sunt subiecti. In qua iustitia est multa multitudo
dulcedinis dei, propter quam dicitur in psalmo:
Gustate, & uidete q̃ dulcis est dominus. Et hãc
quidẽ in hac peregrinatione gustantes, non ad
satietatẽ sumentes esurimus eam potius ac siti-
mus, ut ea postea saturemur, cũ uidemus eum
sicuti est, & implebitur quod scriptum est: Satia D
bor cum manifestabitur gloria tua. Ita perficit
Christus multã multitudinẽ dulcedinis suę spe
rantibus in eum. Porrò aũt si eam, quã illi putãt
dulcedinẽ suam, deus abscondit timentibus eũ,
quia nõ est impios damnaturus, ut hoc nesciẽ-
tes & dãnari timẽtes recte uiuant, ac sic possint
esse qui orent pro nõ recte uiuentib. quomodo
eam perficit sperantibus in eum, quandoquidẽ
sicut somniant, per hanc dulcedinẽ non damna
turus est eos, qui non sperant in eum? Illa igitur
eius dulcedo quæratur, quã perficit sperantibus
in eum, non quam perficere putatur cõtemnen-

tibus & blasphemantibus eum. [c] Frustra itaq;
homo positus in hoc corpore, occultorũ iudicio
rum dei sibi notitiam arrogare præsumit. Illud
quoq; apostolicũ: [d] Cõclusit enim deus omnes
in infidelitate, ut omnibus misereatur, non ideo
dictum est, quòd neminem sit damnaturus, sed
superius apparet, unde sit dictũ. Nam cum de
Iudæis postea crediturus Apostolus loquere-
tur ad gentes, ad quas utiq; iam credentes con-
scribebat epistolas: Sicut enim uos, inquit, ali-
quando nõ credidistis deo, nunc aũt misericor-
diam consecuti estis in illorũ incredulitate: sic &
hi non crediderunt in uestra misericordia, ut &
ipsi misericordiã consequãtur. Deinde subiecit,
unde isti sibi errãdo blandiuntur atq; ait: Con-
clusit enim deus omnes in infidelitate, ut omniũ
misereatur. Quos omnes, nisi de quibus loque-
batur tanquã dicens, & uos & illos? Deus ergo
& gentiles & Iudæos, quos præsciuit & præde-
stinauit cõformes fieri imaginis filij sui, omnes
in infidelitate cõclusit: ut de amaritudine infide-
litatis suæ pœnitendo confusi: & ad dulcedinẽ
misericordię dei credẽdo cõuersi, clamarẽt illud
in psalmo: Quàm multa multitudo dulcedinis
tuæ domine quã abscondisti timẽtibus te, per-
fecisti aũt sperantibus non in se, sed in te. Omni-
um itaq; misereatur uasorũ misericordiæ. Quid
est omnium? Et eorum scilicet quos ex gẽtibus,
& eorum quos ex Iudæis prædestinauit, uoca-
uit, iustificauit, glorificauit, non omnium homi-
num, sed istorum omniũ neminẽ damnaturus.

L. VIVES

a NAm pro defunctis quibusdã. In antiquis libris Brugen. & Colonien. non leguntur isti decem aut duodecim qui sequuntur uersus. Sic enim scribitur: Nam pro defunctis quibusdam, uel ipsius ecclesiæ, uel quorundam piorũ exauditur oratio, sed pro ijs, quorum in Christo generatorum, nec usq; adeo uita in corpore male gesta est. &c. Reliqua non habentur, ac neq; in exemplaribus Friburgi excusis: & tamen stilus nõ abhorret ab Augustiniano. forsan aut desunt in alijs codicibus, aut ex aliquo alio Augustini opere huc sunt adscripta, ceu scholium primùm, deinde contextui orationis admista. b Vt eas pœnas uel nunquã subeant.] Præponenda negatio, non ut eas pœnas uel nunquam subeant. c Frustra itaq; homo.] In Brugen. sic: frustra itaq; homo post hoc corpus inquirit, quod in hoc corpore comparare neglexit. d Conclusit enim deus omnes in infidelitate.] Vulgo legimus omnia, Græce τὰ πάντας, hoc est, omnes. significat Paulus nemini relinqui locum gloriandi, suis se meritis factum deo gratiosum, sed in totum deberi beneficio dei.

An hi qui inter hæreticos baptizati
sunt, & deteriores postea male uiuẽdo
facti sunt: uel hi qui apud catholicos re

nati ad hæreſes,aut ſchiſmata tranſie/
runt,uel hi qui à catholicis apud quos
renati ſunt non recedentes criminoſe
uiuere perſtiterunt, poſsint priuilegio
ſacramentorum remiſsionem æterni
ſperare ſupplicij. Cap. xxv

Ed iam reſpondeamus etiã illis, qui
S nõ ſolũ diabolo & angelis eius ſicut
nec iſti, ſed nec ipſis quidẽ omnibus
hominibus liberationẽ ab æterno
igne promittunt: uerũ eis tantũ qui Chriſti ba/
ptiſmate abluti, & corporis eius & ſanguinis
participes facti ſunt, quomodolibet uixerint, in
quacũcp hęreſi uel impietate fuerint. Sed cõtra/
dicit eis Apoſtolus dicẽs: Manifeſta aũt ſunt o/
pera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, lu
xuria, idolorũ ſeruitus, ueneficia, inimicitiæ, con/
tentiones, æmulationes, animoſitates, diſſenſio/
nes, hæreſes, inuidiæ, ebrietates, comeſatiões, &
his ſimilia: quæ prædico uobis, ſicut prædixi,
quoniã qui talia agũt, regnũ dei nõ poſsidebũt.
Hæc profecto apoſtolica falſa eſt ſentẽtia: ſi ta/
les poſt quantalibet tẽpora liberati regnum dei
poſsidebunt. Sed quoniã falſa nõ eſt, profecto
regnũ dei nõ poſsidebũt. Et ſi in regni dei poſ/
ſeſsione nuncp erunt, ęterno ſupplicio tenebun
tur: quoniã nõ eſt locus medius ubi nõ ſit in ſup
plicio, qui illo nõ fuerit cõſtitutus in regno. Quã
ob rem quod ait dominus Ieſus: Hic eſt panis
qui de cœlo deſcẽdit, ſi quis ex ipſo manducaue
rit nõ morietur: ego ſum panis uiuus qui de cœ
lo deſcendi: ſi quis manducauerit ex hoc pane
uiuet in æternum, quomodo ſit accipiendum
merito quæritur. Et ab iſtis quidẽ quibus nunc
reſpondemus hunc intellectũ auferunt illi, qui/
bus deinde reſpondendum eſt: hi ſunt aũt qui
hanc liberationẽ, nec omnibus habẽtibus ſacra
mentũ baptiſmatis & corporis Chriſti, ſed ſolis
catholicis quãuis male uiuentib. pollicẽtur: quia
nõ ſolo, inquiũt, ſacramẽto, ſed re ipſa mãduca
uerunt corpus Chriſti, in ipſo ſcilicet eius corpo
re cõſtituti. De quo corpore ait Apoſtolus: V/
nus panis, unũ corpus multi ſumus. Qui ergo
eſt in eius corporis unitate, id eſt, in Chriſtiano
rum compage membrorũ, cuius corporis ſacra/
mentũ fideles cõmunicantes de altari ſumere cõ
ſueuerũt, ipſe uere dicendus eſt manducare cor/
pus Chriſti, & bibere ſanguinẽ Chriſti. Ac per
hoc hæretici & ſchiſmatici ab huius unitate cor
poris ſeparati, poſsunt idẽ percipere ſacramẽtũ,
A ſed nõ ſibi utile, imò uero etiã noxium, quo iudi
centur grauius cp uel tardius liberẽtur. Nõ ſunt
enim in eo uinculo pacis, quod in illo exprimi/
tur ſacramento. Sed rurſus etiã iſti qui recte in/
telligunt, non dicendũ eum manducare corpus
Chriſti, qui in corpore nõ eſt Chriſti, nõ recte
promittũt eis, qui uel in hæreſim uel etiã in gen
tilium ſuperſtitionẽ ex illius corporis unitate la
buntur, liberationẽ quã doqp ab ęterni igne ſup
plicij: Primũ quia debent attendere, cp ſit intole
rabile atcp à ſana doctrina nimis deuiũ, ut mul/
ti ac penè omnes, qui hæreſes impias cõdiderũt
B exeuntes de catholica eccleſia, & facti ſunt hære
ſiarchę, meliores habeãt cauſas cp hi qui nuncp
fuerunt catholici, cũ in eorũ laqueos incidiſſent,
ſi illos hęreſiarchas hoc facit liberari à ſupplicio
ſempiterno, quod in catholica eccleſia baptizati
ſunt, & ſacramentum corporis Chriſti in uero
Chriſti corpore primitus acceperunt: cũ peior
uticp ſit deſertor fidei, & ex deſertore oppugna
tor eius effectus, cp ille qui nõ deſeruit quã nun
quã tenuit. Deinde quia & his occurrit Apoſto
lus eadẽ uerba proferens, & enumeratis illis car
nis operibus eadem ueritate prædicẽs: Quoniã
C qui talia agunt regnum dei nõ poſsidebunt. Va
de nec illi in perditis, & dãnabilibus morib. de/
bent eſſe ſecuri, qui uſcp in finẽ quidem uelut in
cõmunione eccleſię catholicę perſeuerãt intuen
tes quod dictum eſt: Qui perſeuerauerit uſcp in
finẽ, hic ſaluus erit: & per uitæ iniquitatẽ ipſam
uitæ iuſtitiã, quod eis Chriſtus eſt, deſerunt ſi/
ue fornicando, ſiue alias immunditias flagitio/
rum, quas nec Apoſtolus exprimere uoluit, in
ſuo corpore perpetrando, ſiue turpitudine luxu
riæ diffluendo, ſiue aliquid aliud eorum agẽdo,
de quib. ait: Quoniã qui talia agunt, regnum
dei non poſsidebunt. Ac per hoc quicuncp a/
gunt talia, niſi in ſempiterno ſupplicio nõ erunt,
D quia in dei regno eſſe nõ poterunt. In his enim
perſeuerãdo uſcp in huius uitæ finẽ, non uticp
dicendi ſunt in Chriſto perſeueraſſe uſcp in fi/
nem, quia in Chriſto perſeuerare, eſt in eius fi/
de perſeuerare. Quæ fides, ut eam definit idem
Apoſtolus, per dilectionem operatur. Dilectio
autem ſicut ipſe alibi dicit, malum nõ operatur.
Nec iſti ergo dicendi ſunt manducare corpus
Chriſti, quoniam nec in membris computandi
ſunt Chriſti. Vt enim alia taceam, non poſſunt
ſimul eſſe & membra Chriſti, & membra me/
retricis. Denicp ipſe dicens: Qui manducat car/

nem

nem meam, & bibit ſanguinem meum, in me
manet, & ego in eo: oſtendit quid ſit non ſacra/
mentotenus, ſed reuera corpus Chriſti man
ducare, & eius ſanguinem bibere: hoc eſt enim
in Chriſto manere, ut in illo maneat & Chri/
ſtus. Sic enim hoc dixit, tanquam diceret: Qui
non in me manet, & in quo ego non maneo,
non ſe dicat aut exiſtimet manducare corpus
meum, aut bibere ſanguinem meum. Nõ itacp
manent in Chriſto qui non ſunt membra eius.
non ſunt autem membra Chriſti, qui ſe faciunt
membra meretricis, niſi malum illud pœniten/
do eſſe deſtiterint, & ad hoc bonum reconcilia/
B tione redierint.

L. VIVES

Sacramenti ſignificatio

Q Vod in illo exprimitur ſacramẽto.] Nam de eo/
dem cibo omnes ſumunt, quod eſt magnum ad
concordiam uinculum. Deinde panis cuius ſpe
cie tegitur tantum myſterium, ex multis fit granis, ſed
contuſis confuſiſcp & in aliam materiam uerſis, ut iam
nuſquam grana appareãt, ſed noua res ex eis confecta,
una ex innumeris: ſic ad dei Eccleſiam plurimi admit/
tuntur, qui prioribus illis humanis exuti affectibus, &
mutati in nouam creaturam, nõ iam ipſi eſſe uideantur,
qui priùs, ſed aliįs per charitatem coniuncti & commi/
ſti in corpus Eccleſiæ tranſeant, quæ ſola exiſtat & cer/
natur, nec ullus ſua uel cogitet uel curet, ſed tantum cor
poris, baptiſmi aqua nos & fratres & rem unam ean/
demcp facit, mutua charitas ſaporem, colorẽ, formam
& perfectionem dat toti operi, ut ignis pani, itacp nihil
excogitari poterat, quòd ſic referret imaginẽ illius Ec/
cleſiæ, quam inſtituebat Chriſtus.

C

Quid ſit in fundamento habere Chri
ſtum, & quibus ſpondeatur ſalus qua
ſi per ignis uſturam. Cap. xxvi

Ed habẽt, inquiũt, Chriſtiani catho
S lici in fundamẽto Chriſtum, à cuius
unitate nõ receſſerunt, tametſi huic
fundamẽto ſuperædificauerũt quã/
libet peſsimã uitam, uelut ligna, fœnum, ſtipu/
lam. Recta itacp fides eſt per quã Chriſtus eſt
fundamentũ, quamuis cum damno, quoniã illa
quæ ſuperædificata ſunt exurentur, tamen pote
D rit eos quandoqp ab illius ignis perpetuitate ſal
uare. Reſpondeat eis breuiter Apoſtolus Iaco/
bus: Si quis dicat ſe fidẽ habere, opera aũt non
habeat, nũquid poterit fides ſaluare eũ? Et quis
eſt, inquiunt, de quo dicit Apoſtolus Paulus:
Ipſe aũt ſaluus erit: ſic tamen quaſi per ignẽ? Si/
mul quis iſte ſit inquiramus: hunc tamẽ nõ eſſe
certiſsimũ eſt, ne duorũ Apoſtolorũ ſententias
mittamus in rixã. Si unus dicit, etiã ſi mala ope/
ra quis habuerit, ſaluabit eũ fides per ignẽ: alius
aũt, ſi opera nõ habeat, nũquid poterit fides ſal/
uare eũ? Inueniemus ergo qui poſsit ſaluari per
A ignẽ, ſi priùs inuenerimus quid ſit habere in fun
damẽto Chriſtũ. Quod ut de ipſa ſimilitudine
quantocius aduertamus, nihil in ędificio prępo
nitur fundamento. Quiſquis itacp ſic habet in
corde Chriſtũ, ut ei terrena & tẽporalia, nec ea
quæ licita ſunt atcp cõceſſa pręponat, fundamẽ
tũ habet Chriſtũ. Si autẽ præponit, & ſi uidea/
tur habere fidẽ Chriſti, nõ eſt tamẽ in eo funda
mẽtũ Chriſtus, cui talia præponũtur, quãto ma
gis ſi ſalutaria præcepta contẽnens cõmittat illi/
cita, nõ præpoſuiſſe Chriſtum ſed poſtpoſuiſſe
cõuincitur, quẽ poſthabuit imperantẽ ſiue con
B cedentẽ, dũ cõtra eius imperata ſiue cõceſſa ſuã
per flagitia deligit explere libidinẽ? Si quis ita/
que Chriſtianus diligit meretricẽ, eicp adhęrẽs
unũ corpus efficitur, iam in fundamento nõ ha/
bet Chriſtum. Si quis aũt diligit uxorẽ ſuam, ſi
ſecundũ Chriſtum, quis ei dubitet in fundamẽ
to eſſe Chriſtũ? Si uero ſecundũ hoc ſeculum, ſi
carnaliter, ſi in morbo concupiſcentiarũ, ſicut &
gentes quæ ignorant deum, etiã hoc ſecundum
ueniã cõcedit Apoſtolus, imò per Apoſtolum
Chriſtus. Poteſt ergo & iſte habere in funda/
mẽto Chriſtũ. Si enim nihil ei talis affectionis
uoluptatiscp præponat, quãuis ſuperædificet li
C gna, fœnum, ſtipulam, Chriſtus eſt fundamen
tum, propter hoc ſaluus erit per ignem. Delitias
quippe huiuſmodi amorescp terrenos, propter
coniugalẽ quidem copulã nõ dãnabiles, tribu/
lationis ignis exuret: ad quẽ ignem pertinẽt &
orbitates, & quæcũcp calamitates, quæ auferũt
hæc. Ac per hoc ei qui ædificauit, erit ædificatio
iſta damnoſa, quia nõ habebit quod ſuperædi/
ficauit, & eorũ amiſsione cruciabitur, quibus fru
endo uticp lętabatur. Sed per hunc ignẽ ſaluus
erit merito fundamenti, quia & ſi utrum id an
D Chriſtũ habere mallet à perſecutore propone/
retur, illud Chriſto nõ præponeretur. Vide in
Apoſtoli uerbis hominẽ ædificãtem ſuper fun
damentum hoc aurum, argentum, lapides pre
cioſos. qui ſine uxore eſt, inquit, cogitat quæ
ſunt dei, quomodo placeat deo. Vide alium æ/
dificantem ligna, fœnum, ſtipulam. Qui autem
matrimonio iũctus eſt, inquit, cogitat quæ ſunt
mundi quomodo placeat uxori. Vniuſcuiuſcp
opus quale ſit, manifeſtabitur: dies enim domi
ni declarabit. Dies uticp tribulationis, quoniam
in igne, inquit, reuelabitur. Eandemcp tribu/
lationem ignem uocat ſicut alibi legitur: Va/

ſa figuli

sa figuli probat fornax,& homines iustos tenta
tio tribulationis. Et uniuscuiusq; opus,quale sit
ignis probabit. Si cuius opus permanserit, per
manet enim quod quisq; cogitat quæ sunt dei,
quomodo placeat deo, quod superædificauit,
mercedem accipietid est,unde cogitauit,hoc su
met. Si cuius aũt opus arserit, damnũ patietur,
quoniã quod dilexerat,nõ habebit. Ipse aũt sal
uus erit, quia eũ nulla tribulatio ab illius funda
mẽti stabilitate remouit,sic tamẽ quasi per ignẽ.
Quod enim sine illiciẽte amore nõ habuit, sine
urẽte dolore nõ perdet. Ecce quantũ mihi uide
tur,inuẽtus est ignis, qui nullũ eorum damnet,
sed unũ ditet,alterũ damnificet,ambos probet.
Si aũt ignẽ illum isto loco uoluerimus accipere,
de quo dominus dicit sinistris, Discedite à me
maledicti in ignẽ æternũ: ut in eis etiam isti esse
crediãtur,qui ædificãt super fundamentũ ligna,
fœnũ,stipulã, eosq; ex illo igne post tẽpus pro
malis meritis impertitũ liberet boni meritũ fun
damẽti,quid arbitramur dexteros quibus dice
tur: Venite benedicti patris mei possidete para
tũ uobis regnũ,nisi eos qui ædificauerunt super
fundamentũ aurũ, argentũ, lapides precioſos?
Sed in illum ignem, de quo dictũ est, sic tamen
quasi per ignem,si hoc modo est intelligendus,
utriq; mittendi sunt & dextri scilicet & sinistri.
Illo quippe igne utriq; probandi sunt, de quo
dictum est: [b]Dies enim domini declarabit,quo
niam in igne reuelabitur, & uniuscuiusq; opus
quale sit,ignis probabit Si ergo utrunq; proba
bit ignis, ubi si cuius opus permãserit, id est,nõ
fuerit igne consumptum, quod superædificauit
mercedem accipiat: si cuius aũt opus arserit, da
mnum patiatur: profecto non est ipse æternus
ille ignis. In illum enim soli sinistri nouissima &
perpetua damnatione mittentur,iste autem de
xtros probat. Sed alios eorum sic probat,ut æ
dificium quod super Christum fundamentum
ab eis inuenerit esse constructum, non exurat
atq; consumat:alios autem aliter,id est,ut quod
super ædificauerunt, ardeat damnumq; inde
patiantur, salui fiant autem, quia Christum in
fundamento stabiliter positum præcellenti cha
ritate tenuerunt. Si autem salui fient, profecto
& ad dexteram stabũt, & cum cæteris audient:
Venite benedicti patris mei,possidete paratum
uobis regnum, non ad sinistram, ubi illi erunt,
qui salui non erunt: & ideo audient: Discedite à
me maledicti in ignem æternum. Nemo quip-
pe ab illo igne saluabitur, quia in supplicio æter
num ibunt illi omnes, ubi uermis eorum non
morietur, & ignis non extinguetur, quo crucia
buntur die ac nocte in secula seculorum. Post
istius sanè corporis mortem,donec ad illum ue
niatur,qui post resurrectionem corporum futu
rus est damnationis,& remunerationis ultimus
dies, si hoc temporis interuallo spiritus defun
ctorum eiusmodi ignem dicuntur perpeti, quẽ
non sentiant illi, qui non habuerunt tales mo
res & amores in huius corporis uita, ut eorum
ligna,& fœnum,& stipula consumatur: alij ue
ro sentiãt, qui eiusmodi secum ædificia portaue
runt, siue ibi tantum, siue & hic & ibi, siue ideo
hic,ut non ibi,secularia,quamuis à damnatione
uenialia concremantem ignem transitoriæ tri
bulationis inueniant, non redarguo,quia forsi
tan uerum est. Potest quippe ad istam tribula
tionem pertinere etiam ipsa mors carnis, quæ
de peccati primi perpetratione concepta est, [c]&
secundum cuiusq; ædificium tempore suo ab
unoquoq; suscepta. Possunt & persecutiões Ec
clesiæ, quibus martyres coronati sunt, & quas
patiuntur quicũq; Christiani: probant utraq;
ædificia uelut ignis,& alia consumunt cum ipsis
ædificatoribus, si Christum in eis non inueni
unt fundamentum: alia sine ipsis si inueniunt,
quia licet cum damno salui erunt, ipsi non con
sumentur,propter Christi uidelicet meritum in
fundamentum reperti, qui manet in æternum.
Erit etiam in fine seculi tribulatio tempore An
tichristi qualis nunquam antea fuit:quàm mul
ta erunt tunc ædificia,siue aurea, siue fœnea su
per optimum fundamentum quod est Chri
stus Iesus,ut ignis ille probet utraq;, & de alijs
gaudium,de alijs inferat damnum: neutros ta
men perdat in quibus hæc inueniet propter sta
bile fundamentũ. Quicunq; autem non dico u
xorem,cuius etiam commixtione carnis ad car
nalem utitur uoluptatẽ, sed ipsa quæ ab huiusmodi delectationibus aliena sunt nomina pieta
tis,humano more carnaliter diligendo Christo
anteponit, non eum habet in fundamento: &
ideo non per ignem saluus erit, sed saluus non
erit, quia esse cum saluatore non poterit, qui de
hac re apertissime loquens ait: Qui amat pa
trem aut matrem plus quàm me, non est me di
gnus: & qui amat filium aut filiam super me,nõ
est me dignus. Verum qui has necessitudines
sic amat carnaliter,ut tamen eas Christo domi
no non

sto domino non præponat,malitq; ipsis carere
q; Christo, si ad hũc fuerit articulũ tentationis
adductus per ignem saluus erit, quia ex earum
amissione tantum necesse est urat dolor, quan
tum hæserat amor. Porrò qui patrem,matrem,
filios filiasq; secundũ Christum dilexerit,ut ad
eius regnũ obtinendum,eiq; cohærendum illis
consulat,uel hoc in eis diligat quòd mẽbra sunt
Christi,absit ut ista dilectio reperiatur in lignis,
fœno, & stipula consumenda, sed prorsus ædi
ficio aureo, argenteo, gemmeo, deputabitur.
Quomodo autẽ potest eos plus amare quàm
Christũ, quos amat utiq; propter Christum?

L. VIVES

[a] Quia &si utrum id an Christum.] In alijs sic non dissimili sensu: quia &si utrum id habere mal let an Christum à persecutore proponeretur, il lud Christo non præponeretur. [b] Dies enim domi ni declarabit.] In quem omnia seruantur occulta,& in certa, quo magis reprehẽdenda sunt hominum iudicia de operibus alijs ambiguis,aut etiam suspectis, & existi matione nostra malis. [c] Et secundum cuiusq;.] Alisi sic: ut secun. cu. ædi. tẽpus quod eã sequitur sentiatur, persequutiones quoq; quibus martyres &c. & paulo pòst, quia licet cũ damno salui erũt ipsi, alia uero nõ con sumunt: quia talia reperiunt, quæ maneãt in æternum.

Contra eorum persuasionem qui pu
tant sibi non obfutura peccata,in qui
bus cum eleemosynas facerent persti
terunt. Cap. XXVII

Estat eis respondere, qui dicũt æter
no igne illos tãtũmodo arsuros,qui
pro peccatis suis facere dignas elee
mosynas negligunt, propter illud
quod ait Apostolus Iacobus: Iudicium autem
sine misericordia illi, qui non fecit misericordi
am. Qui ergo fecit, inquiunt, quãuis non corre
xerit perditos mores, sed nefarie ac nequiter in
ter ipsas suas eleemosynas uixerit, cũ misericor
dia illi futurum est iudiciũ,ut aut non damnetur
omnino, aut post aliquod tẽpus à damnatione
nouissima liberetur. Nec ob aliud existimant
Christũ de solo dilectu atq; neglectu eleemo
synarũ discretionẽ inter dexteros & sinistros es
se facturũ,quorum alios in regnum,alios in sup
plicium mittet æternum. Vt aũt quotidiana sibi
opinentur,quæ facere omnino nõ cessant,quali
acunq; & quantacũq; sint per eleemosynas di
mitti posse peccata, orationẽ quam docuit ipse
dominus, & suffragatricẽ sibi adhibere conan
tur,& testem. Sicut enim nullus est,inquiunt,di
es quo à Christianis hæc oratio non dicatur:ita
nullum est quotidianum qualecũq; peccatum,
quod per illam non dimittatur,cũ dicimus, Di
mitte nobis debita nostra: si quod sequitur face
re curemus:sicut & nos dimittimus debitoribus
nostris. Non enim ait dominus,inquiunt, Si di
miseritis peccata hominibus, dimittet uobis pa
ter uester quotidiana parua peccata uestra: sed,
dimittet uobis, inquit, peccata uestra. Qualia
cunq; ergo uel quantacunq; sint, etiam si quoti
die perpetrentur,nec ab eis uita discedat in meli
us commutata,per eleemosynam uenia non ne
gata remitti sibi posse præsumunt. Sed bene,
quod isti dignas pro peccatis commonent elee
mosynas esse faciendas,quoniã si dicerent qua
lescunq; eleemosynas pro peccatis & quotidia
nis & magnis, & quantacunq; scelerũ consuetu
dine misericordiã posse impetrare diuinam, ut
ea quotidiana remissio sequeretur, uiderẽt rem
se dicere absurdam atq; ridiculam. Sic enim co
gerentur fateri fieri posse,ut opulentissimus ho
mo [d]decẽ nummulis diurnis in eleemosynas im
pẽsis, homicidia, & adulteria, & nefaria quæq;
facta redimeret. Quod si absurdissimũ & insa
nissimũ est dicere,profecto si quæratur,quæ di
gnæ sint pro peccatis eleemosynę, de quibus et
iam Christi præcursor ille dicebat: [b]Facite ergo
fructus dignos pœnitẽtię:proculdubio nõ inue
nientur eas facere, qui uitã suam usq; ad mortẽ
quotidianorum criminum perpetratione confo
diunt. Primum, quia in offerendis rebus alienis
longe plura diripiũt, ex quibus perexigua pau
peribus largiendo, Christum se ad hoc pascere
existimant, ut licentiam malefactorum [c]ab illo
se emisse, uel quotidie potius emere credentes,
securi damnabilia tanta committant. Qui si pro
uno scelere omnia sua distribuerent indigenti
bus membris Christi, nisi desisterent à talibus
factis,habendo charitatẽ,quæ nõ agit perperã,
aliquid eis prodesse nõ posset. Qui ergo dignas
pro suis peccatis eleemosynas facit,prius eas fa
cere incipiat à seipso. Indignũ est enim ut in se
non faciat, qui facit in proximũ, cum audiat di
centem dominum: Diliges proximũ tuum tan
quam teipsum. Itemq; audiat: Miserere tuæ ani
mę placens deo. Hanc ergo eleemosynã,id est,
ut deo placeat,nõ faciens animę suę, quomodo
dignas pro peccatis suis eleemosynas facere di
cendus est? Ad hoc enim & illud scriptum est:
Qui sibi malignus est,cui bonus erit? Orationes
quippe adiuuant eleemosynæ. Et utiq; intuen
dum

dum est quod legimus: Fili peccasti, ne adiícias A
iterum, & de præteritis tuis deprecare, ut dimit-
tãtur tibi. Propter hoc ergo eleemosynæ facien-
dæ sunt, ut cum de præteritis peccatis deprecа-
mur, exaudiamur, nõ ut in eis perseuerãtes, licẽ
tiam malefaciendi nos per eleemosynas cõpara
re credamus. Ideo aũt dominus & dextris elee-
mosynas ab eis factas, & sinistris non factas se
imputaturum esse prædixit, ut hinc ostenderet
quãtum ualeãt eleemosynę ad priora delenda,
nõ ad perpetua impune cõmittẽda peccata. Ta
les aũt eleemosynas nõ dicendi sunt facere, qui
uitã nolunt à consuetudine scelerũ in melius cõ- B
mutare. Quia & in hoc quod ait: Quãdo uni ex
minimis meis nõ fecistis, mihi nõ fecistis: osten-
dit eos nõ facere etiã quãdo se facere existimãt.
Si enim Christiano esurienti panẽ tanq̃ Chri
sto darẽt, profecto sibi panẽ iustitiæ, quod ipse
Christus est nõ negarent: Quoniã deus, nõ cui
detur, sed quo animo detur attendit. Qui ergo
Christũ diligit in Christiano, hoc animo ei por
rigit eleemosynã quo accedit ad Christũ, non
quo uult recedere impunitus à Christo. Tanto
enim magis quisq̃ deserit Christũ, quanto ma-
gis diligit quod improbat Christus. Nã quid C
cuiq̃ prodest quod baptizatur, si non iustifica-
tur? Nonne qui dixit: Nisi qui renatus fuerit ex
aqua & spiritu sancto nõ intrabit in regnũ dei:
ipse etiã dixit, Nisi abũdauerit iustitia uestra su-
per scribarum & Pharisæorũ, non intrabitis in
regnum cœlorum? Cur illud timẽdo multi cur-
runt baptizari, & hoc non timendo, non multi
curant iustificari? Sicut ergo non dicit fratri suo
fatue, qui cum hoc dicit, nõ ipsi fraternitati, sed
peccato eius infensus est: alioquin reus erit gehẽ
næ ignis, ita ecõtrario, qui porrigit eleemosynã
Christiano, non Christiano porrigit, qui nõ in
eo diligit Christum: non aũt diligit Christum,
qui iustificari recusat in Christo. Et quẽadmo- D
dum si quis præoccupatus fuerit hoc delicto,
ut fratri suo dicat fatue, id est, nõ eius peccatum
uolens auferre conuicietur iniustè, parum est illi
ad hoc redimendum eleemosynas facere nisi eti
am quod ibi sequitur remediũ reconciliationis
adiungat. Ibi enim sequitur: [d] Si ergo offers mu
nus tuũ ad altare, & ibi recordatus fueris, quia
frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque
ibi munus tuũ ad altare, & uade prius reconcilia
re fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuũ.
Ita parum est eleemosynas quantaslibet facere
pro quocũq̃ scelere, & in consuetudine scelerũ
permanere. Oratio uero quotidiana, quam do-
cuit ipse dominus, unde & dominica nuncupa-
tur, delet quidẽ quotidiana peccata, cũ quotidie
dicitur, Dimitte nobis debita nostra: quãdo id
quod sequitur non solum dicitur, sed etiam fit,
sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.
Sed quia fiunt peccata, ideo dicitur, non ut ideo
fiant, quia dicitur. Per hãc enim nobis uoluit sal
uator ostendere, quantumlibet iuste in huius
uitæ caligine atq̃ infirmitate uiuamus, non no-
bis deesse peccata pro quibus dimittẽdis debea
mus orare, & eis qui in nos peccant, ut & nobis
ignoscatur ignoscere. Non itaq̃ propterea do-
minus ait: Si dimiseritis peccata hominibus, di-
mittet uobis & pater uester peccata uestra, ut de
hac oratione confisi, securi quotidiana scelera fa
ceremus, uel potentia qua nõ timeremus homi-
num leges, uel astutia, qua ipsos homines falle-
remus: sed ut per illam disceremus, non putare
nos esse sine peccatis, etiam si à criminibus esse-
mus immunes, sicut etiã legis ueteris sacerdotes
hoc ipsum deus de sacrificijs admonuit, quę iu-
sit eos primũ pro suis, deinde pro populi offer-
re peccatis. Nam etiã ipsa uerba tanti magistri
& domini nostri uigilanter intuẽda sunt. Non
enim ait: Si dimiseritis peccata hominibus, &
pater uester dimittet uobis qualiacunq̃ pecca-
ta: sed ait, peccata uestra. Quotidianam quip-
pe orationem docebat, & iustificatis utiq̃ di-
scipulis loquebatur. Quid est ergo peccata ue-
stra, nisi peccata sine quibus nec uos estis qui iu-
stificati & sanctificati estis? Vbi ergo illi qui per
hanc orationem occasionem perpetrandorum
quotidie scelerum quærunt, dicunt dominum
significasse etiam magna peccata, quoniam nõ
dixit, dimittet uobis peccata parua, sed peccata
uestra: ibi nos considerantes qualibus loqueba
tur, & audiẽtes dictũ, peccata uestra, nihil aliud
debemus existimare q̃ parua, quoniam talium
non erant magna. Veruntamẽ nec ipsa magna,
à quibus omnino mutatis in melius moribus re
cedendum est, dimittuntur orantibus nisi fiat
quod ibi dicitur: Sicut & nos dimittimus debi-
toribus nostris. Si enim minima peccata, sine
quibus non est etiam uita iustorũ, aliter non re-
mittũtur: quanto magis multis & magnis crimi
nibus inuoluti, etiam si ea perpetrare iam desi-
nãt: nullã indulgentiã cõsequuntur, si ad remit-
tendum alijs, quod in eos quisq̃ peccauerit, in-

exora

exorabiles fuerint, cum dicat dominus: si autem A
non dimiseritis hominibus peccata, nec̃q̃ pater
uester dimittet uobis? Ad hoc enim ualet quod
etiam Iacobus Apostolus ait: Iudicium futurũ
sine misericordia illi qui non fecit misericordiã.
Venire quippe debet in mentem etiam seruus
ille, cui debitori dominus suus relaxauit decem
milia talentorum: quę postea iussit ut redderet,
quia ipse non misertus est conserui sui, qui ei de
bebat cẽtum denarios. In his ergo qui filij sunt
promissionis & uasa misericordiæ, ualet quod
ait idem Apostolus, consequenter adiungens:
Superexaltat autem misericordia iudiciũ. Quo B
niam & illi iusti qui tanta sanctitate uixerunt,
ut alios quoq̃ recipiant in tabernacula æterna,
quibus amici facti sunt de mammona iniquita-
tis, ut tales essent: misericordia liberati sũt ab eo,
qui iustificat impium imputans mercedem se-
cundum gratiam non secundum debitũ. In eo-
rũ quippe numero est Apostolus qui dicit: Mi-
sericordiam consecutus sum, ut fidelis essem. Illi
autem qui recipiuntur à talibus in tabernacula
æterna, fatendũ est, quod non sint his moribus
prædíti, ut eis liberãdis sine suffragio sanctorũ
sua possit uita sufficere, ac per hoc multo ampli
us in eis superexaltat misericordia iudiciũ. Nec C
tamen ideo putandus est quisquam sceleratisi-
mus nequaquã uita uel bona uel tolerabiliore
mutatus, recipi in tabernacula ęterna, quoniam
obsecutus est sanctis de mammona iniquitatis,
id est de pecunia, uel diuitijs, quæ male fuerant
acquisitæ: aut etiam si bene, non tamẽ ueris, sed
quas iniquitas putat esse diuitias, quoniã nescit
quæ sint ueræ diuitiæ, quibus illi abundant, qui
& alios recipiũt in æterna tabernacula. Est itaq̃
quidã uitæ modus: nec tam malæ, ut his qui eã
uiuunt nihil prosit ad capessendum regnũ cœ- D
lorum largitas eleemosynarum, quibus etiã iu-
storum sustentatur inopia, & fiunt amici qui in
tabernacula æterna suscipiant: nec tam bonę ut
ad tantam beatitudinem adipiscendam eis ipsa
sufficiat, nisi eorũ meritis quos amicos fecerint
misericordiã cõsequantur. Mirari aũt soleo etiã
apud Verg. istam domini reperiri sententiã ubi
ait: Facite uobis amicos de mammona iniquita
tis: ut & ipsi recipiãt uos in tabernacula æterna.
Cui est & illa simillima: Qui recipit Prophetã
in nomine Prophetæ, mercedẽ Prophetæ acci-
piet: & qui recipit iustũ in nomine iusti, merce-
dem iusti accipiet. [e] Nam cũ Elysios cãpos Poe-
ta ille describeret, ubi putant habitare animas
beatorũ: non solum ibi posuit eos, qui proprijs
meritis ad illas sedes peruenire potuerunt, sed
adiecit atq̃ ait: Quiq̃ sui memores alios fece
re merendo: id est: qui promeruerũt alios, eosq̃
sui memores promerendo fecerũt. Prorsus tan
quam eis diceret, quod frequentatur ore Chri-
stiano cũ se cuiq̃ sanctorũ humilis quisq̃ com-
mendat, & dicit: memor mei esto: atq̃ ut id esse
possit, promerendo efficit. Sed quis iste sit mo-
dus, & quæ sint ipsa peccata, quæ ita impediunt
peruentionem ad regnum dei, ut tamen sancto
rum amicorũ meritis impetrẽt indulgentiã, dif-
ficillimũ est inuenire, periculosissimũ definire.
Ego certe usq̃ ad hoc tempus cum inde satage
rem, ad eorũ indaginẽ peruenire non potui. Et
fortasis propterea latent, ne studiũ proficiendi
ad omnia peccata cauenda pigrescat. Quoniam
si scirentur, quæ uel qualia sint delicta, pro qui-
bus etiã permanentibus, nec profectu uitæ me-
lioris absumptis intercessio sit inquirẽda & spe
randa iustorũ, eis secura se obuolueret humana
segnicies, nec euolui talibus implicamentis ulli-
us uirtutis expeditione curaret, sed tantũmodo
quæreret aliorum meritis liberari, quos amicos
sibi de mammona iniquitatis eleemosynarũ lar
gitione fecisset. Nunc uero dum uenialis iniqui-
tatis etiam si perseueret, ignoratur modus, pro-
fecto & studium in meliora proficiendi oratio-
ni instando uigilantius adhibetur, & faciendi
de mammona iniquitatis sanctos amicos cura
non spernitur. Verum ista liberatio quæ fit, siue
suis quibusq̃ orationibus, siue intercedentibus
sanctis id agit, ut in ignem quisq̃ non mittatur
æternum: non ut cum fuerit missus post quantũ
cunq̃ tempus inde eruatur. Nam & illi qui pu-
tant sic intelligendum esse, quod scriptum est:
afferre terrã bonam, uberem fructum: aliam tri
cenum, aliam sexagenũ, aliam centenũ: ut sancti
pro suorum diuersitate meritorum, alij tricenos
homines liberent, alij sexagenos, alij centenos:
hoc in die iudicij futurum suspicari solent, non
post iudicium. Qua opinione quidam cum ui-
deret homines impunitatem sibi peruersissime
pollicentes, eo quòd omnes isto modo ad libe-
rationẽ pertinere posse uideãtur, elegantissime
respondisse perhibetur: bene potius esse uiuen-
dum: ut inter eos quisq̃ reperiatur, qui pro alijs
intercessuri sunt liberãdis: ne tam pauci sint, ut
cito ad numerum suum uel tricenum, uel sexa-

genum,uel centenũ unoquoq; eorũ peruenien/ A te,multi remancant qui erui iam de pœnis illo/ rum interceſsióe nõ poſsint,& in eis inueniatur quiſquis ſibi ſpẽ fructus alieni temeritate uaniſ/ ſima pollicetur. Hæc me reſpondiſſe illis ſuffece rit, qui ſacrarum literarum,quas communes ha bemus,autoritatem non ſpernunt,ſed eas male intelligendo, non quod illæ loquuntur,ſed hoc potius putant futurũ eſſe quod ipſi uolũt. Hac itaq; reſponſione reddita,librum ſicut promi/ ſimus terminamus.

L. VIVES

a DEcem numulis diurnis.] Annotauit Budæus no B ſter nummos & ſeſtertios idem ſignificare,idq; ex Cicerone,& aliis.eſt uero ſeſtertius Carolus Gallicus,hoc eſt, quarta & quadrageſima ducati aurei pars.decem nũmos,quos etiã nũmulos uocat Auguſti/ nus,inter exiguas eleemoſynas ponit. At hodie quotuſ/ quiſq; eſt ex beatis iſtis & opulẽtis purpuratis,qui qua tuor ſeſtertiolos quotidie egenis largiatur dediſſe unum aut alterũ nimis putant. Si ludenda ſit alea,non ſatis eſt aliquot milia ducatorũ perdidiſſe: ſi ſcurræ dandũ,ibi nullus profundendi modus,nunq; ſatis ſe huic hominũ generi largitos putant:& hoc exiſtimant ad nobilitatis magnificentiam ſpectare: propter Chriſtum ſiquis ro/ get,defletur munus quũ datur,periit reſpectus omnis uirtutis. b Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ.] Græciſſauit ἄξιους μετανοίας, Græci ablatiuo carent, huius loco interdum datiuo, interdum accuſatiuo, ſæpe geni/ tiuo utuntur,ſed differenter. c Ab illo ſe emiſſe uel C quotidie potius emere.] Sic perſuaſum eſt multis, qui cõpoſitionibus,ut uocãt inducti,fidentes ſecuriq;,quã/ tum ab aliis poſſunt,ad ſe & rem ſuam, quo iure, quaq; iniuria auertũt,facile ſibi noxiam eam remiſſum iri ſpe/ rantes, ſi furati centum,numerent cõpoſitori quatuor, aut ad ſummũ decẽ. nam hoc nomen in eiuſmodi rebus habet neſcio quid ſacri & myſterij propter filios Leui, quibus decimæ rerũ omnium iubebantur dari:& pro/ fecto falſi ſunt miſerrime, ſi putant deum erugine uiliſſ. auri uel argenti capi: ſolis capitur animis,iiſq; bonis, quos non dant,niſi boni homines. nam pecunias latro/ nes abunde habent,& prodigunt, præſertim ſi quos re/ cens ſpoliarint,aut urbem expilarint ſanctiſſimo uide/ licet,ut quibuſdam uidetur,belli iure. Itaq; nemo fidat ſuis opibus, quum nõ modo deus,ſed nec uir quiſpiam bonus uelit à malo donari ſe. Quis unquam Simon pe/ cunia uoluit gratiam dei emere, ſi iſti nolunt, ſi iſti non D tentant,ſi non putant? d Si ergo offers munus tuũ.] Significat magnam legis diuinæ partẽ hominibus eſſe à deo propter homines datã,illumq; nos uelle inter nos àmico eſſe animo,nec ullum charum eſſe deo,cui eſt fra ter odioſus, deũq; facile eſſe placari,modo placaris pri/ us hominem. infirmiori nanq; parti uult prius ſubuen/ tum: neq; enim eget deus noſtra recõciliatione: eget fra ter offenſus,& ob id triſtis,eges ipſe tua cũ fratre,& hu/ ius uiciſsim tecũ,ut purior factus ac inde quietiore mẽ/ te digniorecq; principe mundi ad aras accedas: quo fit, ut qui altiora tantum cogitãt,& in ſacra cæremoniasq; intentiſsimi agunt,multaq; de deo tum ſentiunt,tum lo quuntur,proximum tamen auerſantur,& oderũt, non perinde ſint apud deum gratioſi,ut ſibi uidentẽ. Hi ſunt, qui mirantur ſe à Chriſto non agnoſci,quum per illius nomen uaticinati ſint,ac eiecerint dæmonia Matth. vij.

e Nam quum Elyſios campos.] Campi Elyſii ſunt ubi piorum animæ poſt corpoream functionẽ habitãt. Seruius ἀπὸ τῆς λύσεως nominatos tradit,à diſſolutiõe ani/ mæ à uinculis corporis. ubi ſint non conuenit. Plato in Phædone terram deſcribit in cœlo ipſo ſtellato pulchri tudine inenarrabili, bonis omnibus refertiſsimam, ad quam emigraturas dicit animas eorum, qui pie ac ſanc/ te uitam trãſegerint: alij in cauo lunaris globi ſtatuũt, ut Seruius refert, ubi purus eſt æther, nec ullis tempe/ ſtatibus exagitatus,idcirco Vergilius aeris campos uo cat,inquit enim:

Largior hic campus æther & lumine ueſtit
Purpureo, ſolemq; ſuum ſua ſydera norunt.

Lucanus ab hac opinione non uidetur abhorrere in ix. nam deſcribens locum quem Pompeij manes petierũt, inquit, Sequitur conuexa tonantis,
Quã niger aſtriferis connectitur axibus aer
Quodq; patet terras inter, lunæq; meatus.
Semidei manes habitant, quos ignea uirtus
Innocuos uita patientes ætheris imi
Fecit,& æternos animam collegit in ignes.

Tum ex Pythagorica & Platonica philoſophia aerem hunc, qui inter lunam & terram patet, fuſuſq; eſt, inha/ bitari à dæmonibus, Semideis, & heroibus oſtẽdimus aliis libris, ibiq; omnia illa ineſſe, quæ poetæ inferis ad/ ſcribunt. At Homerus Elyſios ſedem beatarũ animarũ in extrema ponit Hiſpania unde Zephiri ſpirant. Sic Proteus Menelao promittit, cum uitæ huius ſpatium decurrerit.

ἀλλὰ, inquit, σὲ ἀθάνατοι πομπὴν, καὶ πέρατα γαίης
ἀθάνατοι πέμψουσι, ὅτι ξανθὸς ῥαδάμανθυς·
τῷ περ ῥηϊδίη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισι·
ὀ νιφετὸς, οὔτ' ἄρ χαμαὶ, πολὺς οὔτε ποτ' ὄμβρος,
ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγὺ πνείοντας ἀήτας
ὠκεανὸς ὀρίνησι. Senſum reddam:

Elyſium in campum terris extrema ubi meta eſt,
Te ſuperi mittent, pulchri ſedem Rhadamanthi.
Illo uita loco facili traducitur æuo,
Nulla ibi tempeſtas, non nix, aut frigidus imber:
Sed Zephiri ſemper ſtridulas exuſcitat auras
Oceanus. Strabo etiam Hiſpaniæ partem illam Ely ſios eſſe ab Homero putatos credidit,nec procul fortu/ natæ abſunt inſulæ in Oceano Atlantico,& Limæa flu/ uius ex Celtiberis& Vacceis delapſus qui uulgo Lethe uocatus eſt,ut ſcribit Strabo,& ſi Letheus amnis, & in Creta ſit,& alius in Magneſia. Plinius lib. iiij. ab Minio quem ſupra diximus cc. M. paſſuum, ut autor eſt Var/ ro,abeſt Aeminius, quẽ aliter quidam intelligũt, & Li/ mæam uocãt,obliuionis antiquis dictus, multũq; fabu loſus. Latinus Strabo mẽdoſe habet Eſſemeam. Græce ſic eſt, εἰσ' ἄλλοι ποταμοί, καὶ μετὰ τόνδε ὁ Λήθης ὃν τινὲς λιμαῖον, οἱ δ' βελίωνα καλοῦσι. καὶ ἔτι ἐν πλατιδυρῶν, καὶ ἀκκιόν ῥεῦ. Silius Le then nominat,& fluere ſuper Grauios ait, Mela ſup Cel ticos. Idcirco quum eo uenirent Romani milites, duce Decimo Bruto, tranſgredi metuerunt, ne protinus eos patriæ parentum & liberorum atq; adeo ſui ipſorum ra peret obliuio.

ELENCHVS CAPITVM
IN DIVI AVRELII AVGVSTINI DE
CIVITATE DEI LIBRVM XXII

1 De conditione angelorum & hominum.
2 De æterna dei & incommutabili uoluntate.
3 De promiſsione æternæ beatitudinis ſanctorum,& perpetuis ſupplicijs impiorum.
4 Contra ſapientes mũdi,qui putant terrena hominum corpora ad cœleſte habitaculum non poſſe transferri.
5 De reſurrectione carnis,quam quidam mundo credente,non credunt.
6 Quod Roma conditorem ſuum Romulum diligendo deum fecerit,eccleſia autem Chriſtum dominum credendo dilexerit.
7 Quod ut mundus in Chriſtum crederet,uirtutis fuerit diuinæ,non perſuaſionis humanæ.
8 De miraculis quæ ut mũdus in Chriſtũ crederet facta ſunt,& fieri mũdo credẽte nõ deſinũt.
9 Quod uniuerſa miracula quæ per martyres in Chriſti nomine fiunt,ei fidei teſtimonium fe/ rant,qua in Chriſtum martyres crediderunt.
10 Quanto dignius honorentur martyres,qui ideo multa mira obtinent,ut deus uerus colatur, quàm dæmones qui ob hoc quædam faciunt ut ipſi dij eſſe credantur.
11 Contra Platonicos,qui de naturalibus elementorum ponderibus argumentantur terrenum corpus in cœlo eſſe non poſſe.
12 Contra calumnias infidelium,quibus Chriſtianos de credita carnis reſurrectione irrident.
13 An abortiui non pertineant ad reſurrectionem,ſi pertinent ad numerum mortuorum.
14 An infantes in ea ſint reſurrecturi habitudine corporis,quam habituri erant ætatis acceſſu.
15 An ad dominici corporis modum omnium mortuorum reſurrectura ſint corpora.
16 Qualis intelligenda ſit conformatio ſanctorum ad imaginem filij dei.
17 An in ſuo ſexu reſuſcitanda atq; menſura ſint corpora fœminarum mortuarum.
18 De uiro perfecto,id eſt Chriſto & corpore eius,id eſt eccleſia,quæ eſt ipſius plenitudo.
19 Quod omnia uitia corporis,quæ in hac uita hũano cõtraria ſunt decori,in reſurrectiõe nõ ſint futura,ubi manẽte naturali ſubſtãtia,in unã pulchritudinẽ & qualitas cõcurret et quãtitas.
20 Quod in reſurrectione mortuorũ natura corporum quibuslibet modis diſsipatorum in inte/ grum undecunq; reuocanda ſit.
21 De nouitate corporis ſpiritalis,in quam ſanctorum caro mutabitur.
22 De miſerijs ac malis quibus humanum genus merito primæ præuaricationis obnoxiũ eſt, & à quibus nemo niſi per Chriſti gratiam liberatur.
23 De his quæ præter illa mala quæ bonis maliſq; communia ſunt ad iuſtorum laborem ſpecia liter pertinent.
24 De bonis quibus etiam hanc uitam damnationi obnoxiam creator impleuit.
25 De peruicacia quorundam,qui reſurrectionem carnis,quam ſicut prædictum eſt totus mun/ dus credit,impugnant.
26 Quomodo Porphyrij diffinitio,qua beatis animis putatur corpus omne fugiendum, ipſius Platonis ſententia deſtruatur,qui dicit ſummum deum dijs promiſiſſe, ut nunquam cor/ poribus exuerentur.
27 De contrarijs diffinitionibus Platonis atq; Porphyrij,in quibus ſi uterq; alteri crederet, à ue ritate neuter deuiaret.
28 Quid ad ueram reſurrectionis fidem,uel Plato,uel Labeo,uel etiã Varro conferre potuerint, ſi opiniones eorum in unam ſententiam conueniſſent.
29 De qualitate uiſionis,qua in futuro ſeculo ſancti deum uidebunt.
30 De æterna felicitate ciuitatis dei ſabbatoq; perpetuo.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
EPISCOPI AD MARCELLINVM
DE CIVITATE DEI LIBER XXII

De conditione angelorũ & hominum. Caput I

IC V T in proximo libro superiori promiſimus, iſte huius totius operiſultimus diſputationẽ de ciuitatis dei æterna beatitudine continebit. Quæ non propter ætatis permultam ſecula longitudinem, tamen quandocunq; finiendam æternitatis nomen accepit, ſed quemadmodũ ſcriptum eſt in Euangelio: Regni eius non erit finis. Nec ita ut in alijs moriẽdo decedentibus, alijs ſuccedentibus oriendo, ſpecies in ea perpetuitatis appareat, ſicut in arbore, quæ perẽni fronde ueſtitur, eadem uidetur uiriditas permanere, dum labentibus & cadentibus foliijs, ſubinde alia quæ naſcuntur faciem conſeruant opacitatis: ſed omnes in ea ciues immortales erunt, adipiſcentibus & hominibus, quod nũquam ſancti angeli perdiderunt. Faciet hoc deus omnipotentiſsimus eius conditor. Promiſit enim, nec mẽtiri poteſt, & quibus fidem hinc quoq; faceret, multa ſua, & non promiſſa, & promiſſa iam fecit. Ipſe eſt enim qui in principio condidit mũdum, plenũ bonis omnibus uiſibilibus atq; intelligibilibus rebus, in quo nihil melius inſtituit, q̃ ſpiritus, quibus intelligentiam dedit, & ſuæ contemplationis habiles capacesq; ſui præſtitit, atq; una ſocietate deuinxit, quam ſanctam & ſupernam dicimus ciuitatem, [a]in qua res qua ſuſtententur beaticq; ſint, deus ipſe illis eſt, tanquam uita uictusq; cõmunis. Qui liberum arbitrium eidem intellectuali naturæ tribuit tale, [b]ut ſi uellet deſerere deum, beatitudinem ſcilicet ſuam, continuo miſeria eſſet ſecutura. Qui cum præſciret angelos quoſdam per elationem, qua ipſi ſibi ad beatam uitam ſufficere uellent, tanti boni deſertores futuros, non eis ademit hãc poteſtatem, potentius & melius eſſe iudicãs etiam de malis benefacere, q̃ mala eſſe non ſinere. Quæ omnino nulla eſſent, niſi natura mutabilis quãuis bona & à ſummo deo atq; incommutabili bono, qui bona omnia cõdidit inſtituta, peccãdo mala ea ſibi ipſa feciſſet. Quo etiã peccato ſuo teſte conuincitur, bonã cõditam ſe eſſe naturã. Niſi enim magnũ & ipſa, licet non æquale conditori bonũ eſſet, profecto deſertio dei tanquã luminis ſui, malum eius eſſe nõ poſſet. Nam ſicut cęcitas oculi uitiũ eſt, & idem ipſum indicat ad lumẽ uidendum oculum eſſe creatum, ac per hoc etiam ipſo uitio ſuo excellentius oſtẽditur cæteris mẽbris membrũ capax luminis, non enim alia cauſa eſſet uitium eius carere lumine: ita etiam natura quæ fruebatur deo, optimã ſe inſtitutã docet etiã ipſo ſuo uitio, quo ideo miſera eſt, quia non fruitur deo, qui caſum angelorũ uoluntariũ iuſtiſsima pœna ſempiternæ infelicitatis obſtrinxit, atq; in eo ſummo bono permanentibus cæteris, ut de ſua ſine fine permanſione certi eſſent tanquã ipſius prẽmiũ permanſionis dedit. Qui fecit hominẽ, ipſum etiã rectum cum eodem libero arbitrio, terrenum quidem animal, ſed cœlo dignum, ſi ſuo cohęreret autori, miſeria ſimiliter ſi eum deſereret ſecutura, qualis naturæ huiuſmodi cõueniret. Quẽ ſimiliter quũ prẽuaricatione legis dei per dei deſertionẽ peccaturũ eſſe præſciret, nec illi ademit liberi arbitrij poteſtatẽ, ſimul prẽuidẽs, quid boni de malo eius eſſet ipſe facturus, qui de mortali progenie merito iuſteq; damnata, tantũ populũ per gratiã ſuã colligit, ut inde ſuppleat, & inſtauret partẽ quæ lapſa eſt angelorũ, ac ſic illa dilecta et ſuperna ciuitas non fraudetur ſuorũ numero ciuium, quin etiam fortaſsis & uberiore lętetur. [c]Multa enim fiunt à malis quidem contra uoluntatẽ dei, ſed tantæ eſt ille ſapientiæ, tãtæq; uirtutis, ut in eos exitus ſiue fines, quos bonos & iuſtos ipſe præſciuit, tendant omnia quæ uoluntati eius uidentur aduerſa. Ac per hoc cum deus mutare dicitur uoluntatem, ut quibus lenis erat, uerbi gratia, reddatur iratus, illi potius quàm ipſe mutatur, & eum quodamodo mutatũ in his quę patiuntur inueniunt, ſicut mutatur ſol oculis ſauciatis, & aſper quodammodo ex miti, & ex delectabili moleſtus efficitur, cũ ipſe apud ſeipſum maneat

maneat idem, qui fuit. Dicitur etiam uoluntas dei, quam facit in cordibus obedientium mãdatis eius, de qua dicit Apoſtolus: Deus eſt enim, qui operatur in nobis & uelle. Sicut enim iuſtitia dei non ſolum qua ipſe iuſtus eſt dicitur, ſed illa etiam quam in homine, qui ab illo iuſtificatur facit: ſic et lex eius uocatur, quę potius eſt hominũ, ſed ab ipſo data hominibus. Nam uticq; homines erant, quibus ait Ieſus: In lege ueſtra ſcriptum eſt, cũ alio loco legamus: Lex dei eius in corde ipſius. Secundum hanc uoluntatẽ, quã deus operatur in hominib. etiam uelle dicitur, quod ipſe non uult, ſed ſuos id uolentes facit: ſicut dicitur cognouiſſe, quod ut cognoſceretur facit, à quibus ignorabatur. Necq; enim dicente Apoſtolo: Nunc autem cognoſcentes deum, immo cogniti à deo, ſas eſt ut credamus, quòd eos tunc cognouerit deus, præcognitos ante cõſtitutionem mundi: ſed tunc cognouiſſe dictus eſt, quod tunc ut cognoſceretur effecit. De his locutionum modis iam & in ſuperioribus libris memini diſputatum. Secundum hanc ergo uoluntatem, qua deum uelle dicimus quod alios efficit uelle, à quibus neſciuntur futura, multa uult, nec facit.

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI IN XXII librum de Ciuitate dei Diui Aurelij Auguſtini commentarij.

I N qua reſideãt, in qua ſuſtentẽtur.] In alijs libris ſic: in qua res, qua ſuſtententur beaticq; ſint, deus ipſe illis eſt, tanquam uita uictusq; cõmunis. qui ſenſus uidetur cõmodior, & pòſt. b Vt ſi uellet deſerere deũ.] In alijs ſic: deſereret deum continuo miſeria ſecutura. quaſi extemplo miſeria ſequatur, ubi à uita & beatitudine diſceditur. c Multa enim fiunt à malis quidẽ contra uolũtatem dei.] Atqui audimus à Propheta omnia quæcũq; uoluit fecit. hæc quæſtio altiſsima eſt multisq; ſacrarum literarũ dictis ceu nodis uincta & arctata. Petrus Lombardus in primo lib. collectionũ ſentẽtiarum non facile ſe ex ea extricat. Theologi deinde ad omnia uel ſoluenda, uel ſcindenda uoluntates inuenerunt beneplaciti, & ſigni, antecedentis & conſequentis, ſimplicis complacentiæ & diſplicentiæ: & uelut hoc parum ſit intellectum exponũt, ſimplicis uolitionis, & nolitionis, tum perſecutionis fugæ, tum ſignorum uoluntatis ſimplicis complacentiæ & ſignorum uoluntatis perſecutionis & fugæ. Equidẽ tametſi in his multa, non tamen uniuerſa ceu futilia damnarim, & hoc ſi modo daretur opera, ut intelligerent, qui audiunt, & qui dicunt apertius explicarent, idq; uerbis uulgaribus ad communem ſenſum uſumq; accommodatis, nec de uocũ abſurdarũ nouitate ſtuderẽt admirationem captare. Ego uero ut hæc omittam, quantum ad præſens inſtitutum attinet, puto uoluntatem & eſſe in deo ueram germanamq;, & à nobis ei attribui affingiq; pro modo noſtro captuq; ex noſtra deducta, & concinnatam, ut oculos damus, & manus, & pedes. diuina illa atq; omnipotens expreſſa ueraq; necq; mutatur unquã & omnia quæcunq; uoluit fecit, nec ui aliqua uel impediri poteſt, uel auerti. at quã nos aſsignamus, optimorum hominũ uoluntati ſimillimam efficimus, ut cum oculos tribuimus non lippi aut luſcioſi cuiuſuis, aut ſtrabi, ſed acutiſs. cernentis tribuimus: ſic pedes non loripedis claudi ue, aut uaracis ſed integerrimi & perniciſsimi hominis: ſic manus, ſic brachia ut perfectiſſ. immortalibus poſſumus excogitare. Itaq; cũ uir bonus bene uiui uelit omniaq; recte agi gaudeat, contrà male ac praue uiui nolit doleatq;, ſi id contingat: ſic deus & uelle & gaudere à nobis dicitur, quod homines pie ſancteq; uitam agant: nolle dolereq;, quod ſcelerate ac impie. tanquã illa, quæ ſuæ naturæ ſunt congruentiora malit, quibus & uideatur delectari. q. rebus cognatis. quocirca cũ hanc uoluntatem facilius ſit, q̃ illam intelligere, quod noſtris ſimilior, mali uiri, cum ſcelera admittunt, haud dubie & ſibi & alijs contra dei uoluntatem facere uidentur. quo uerbo paulopoſt Aug. utitur, quæ uoluntati eius uidentur aduerſa, & de ſempiterna illa & uera diuina uolũtate addit: ac per hoc cũ deus mutare dicit uoluntatẽ &c. Tũ & eſt uoluntas dei, quã ipſe in nobis facit, de qua plerique in ſacris literis intelligunt loci, ut ipſe Aug. ſatis explicat. quæ omnia unuſquiſq; uelim accipiat à me dicta honore illo & reuerentia, qua de re tam ſacroſancta & à noſtris ingenijs remotiſsima loqui hominẽ fas eſt, ceſſuro facile uel rationem meliorẽ afferenti, uel autoritatem maiorem.

De æterna dei & incommutabili uoluntate. Caput II

M Vlta enim uolunt fieri ſancti eius ab illo inſpirata ſancta uoluntate, nec fiunt: ſicut orãt pro quibuſdam pie ſancteq; & quod orãt nõ facit, cum ipſe in eis hãc orãdi uolũtatẽ ſancto ſpiritu ſuo fecerit: ac per hoc quãdo ſecundũ deum uolunt & orãt ſancti, ut quiſq; ſit ſaluus, poſſumus illo modo locutionis dicere, uult deus, & non facit, ut ipſum dicam[9] uelle, qui ut uelint iſti, facit. Secundum illam uero uoluntatẽ ſuam, quæ cum eius præſcientia ſempiterna eſt, profecto in cœlo & in terra omnia quęcunq; uoluit, nõ ſolum prẽterita uel prẽſentia, ſed etiã futura iam fecit. Verum antequam ueniat tempus, quo uoluit ut fieret, quod ante tẽpora uniuerſa præſciuit atq; diſpoſuit, dicimus, fiet quando deus uoluerit. Si autem non ſolum tempus quo futurum eſt, uerum etiam utrum futurũ ſit ignoramus, dicimus fiet ſi deus uoluerit: non quia deus nouam uoluntatem, quam non habuit, tunc habebit, ſed quia id quod ex æternitate in eius immutabili præparatum eſt uoluntate, tunc erit.

De promiſsiõe æternæ beatitudinis ſanctorum, & perpetuis ſupplicijs impiorum. Caput III

Vapropter ut cętera tam multa prę
Q teream,ſicut nunc in Chriſto uide/
mus impleri quod promiſit Abra/
hæ dicens: In ſemine tuo benedicen
tur omnes gentes,ita quod eidē ſemini eius pro
miſit implebitur,ubi ait per Prophetam: Reſur
gent qui erant in monumētis. Et quod ait: Erit
cœlum nouum & terra noua,& non erunt me/
mores priorum,nec aſcendent in cor ipſorum,
ſed lętitiā et exultationē inuenient in ea. Et ecce
ego faciā Hieruſalē exultationē & populū meū
in lætitiā,& exultabo in Hieruſalem,& lętabor
in populo meo,& ultra non audietur in ea uox
fletus. Et per alium Prophetā,quod prænuncia
uit dicens eidem Prophetæ: In tempore illo ſal
uabitur populus tuus omnis qui inuētus fuerit
ſcriptus in libro: & multi dormientium in terræ
puluere,ſiue ut quidā interpretati ſunt aggere,
exurgent: hi in uitam æternam,& hi in oppro/
brium & in confuſionem æternam. Et alio loco
per eundem Prophetā: Et accipient regnū ſan/
cti altiſſimi,& obtinebunt illud uſqꝫ in ſeculū,
& uſqꝫ in ſecula ſeculorū. Et paulopoſt: Regnū,
inquit,eius regnū ſempiternum. Et alia quæ ad
hoc pertinētia in libro uicesimo poſui,ſiue quæ
nō poſui,& tamē in eiſdē literis ſcripta ſunt. Ve
nient & hæc,ſicut & iſta uenerūt, quæ increduli
nō putabāt eſſe uēturа. Idē quippe deus utraqꝫ
promiſit,utraqꝫ uentura eſſe prædixit,quē per/
horreſcunt numina Paganorum,teſte etiā Por
phyrio nobiliſſimo philoſophorum.

A tus,& in cœlo habitātes,terrena animalia neſci
remus,nobiſqꝫ futurū eſſe diceretur, ut terrenis
corporibus animandis quodā uinculo mirabili
necteremur,nōne multo fortius argumentare/
mur id credere recuſantes,& diceremus naturā
nō pati,ut res incorporea ligamento corporeo
uinciretur? Et tamē plena eſt terra uegetantib.
animis,quibus hæc mēbra terrena miro modo
ſunt cōnexa & implicita. Cur ergo eodē uolen/
te deo,qui fecit hoc animal, non poterit terrenū
corpus in cœleſte corpus attolli, [b]ſi anim⁹ omni,
ac per hoc etiā cœleſti corpore præſtātior, terre
B no corpori potuit alligari? An terrena particula
tam exigua potuit aliquid cœleſti corpore me/
lius apud ſe tenere,ut ſenſum haberet & uitā,&
eam ſentientē atqꝫ uiuentē dedignabitur cœlū
ſuſcipere: aut ſuſceptā nō poterit ſuſtinere,cū de
re ſentiat & uiuat iſta meliore cꝫ eſt corpus om
ne cœleſte? Sed ideo nūc nō fit,quia nondū eſt
tempus quo id fieri uoluit, qui hoc quod uiden
do iam uiluit,multo mirabilius cꝫ quod ab iſtis
non creditur fecit. Cur enim non uehementius
admiremur incorporeos animos cœleſti corpo
re potiores,terrenis alligari corporib. cꝫ corpo/
ra licet terrena ſedibus quāuis cœleſtibus tamē
C corporeis ſublimari, niſi quia hoc uidere cōſue/
uimus,& hoc ſumus: illud uero nōdum ſumus,
nec aliquādo adhuc uidimus? Nā profecto ſo/
bria ratione cōſulta mirabilioris eſſe diuini ope
ris reperitur incorporalibus corporalia quodā/
modo attexere,cꝫ licet diuerſa,quia illa cœleſtia
iſta terreſtria,tamē corpora et corpora copulari.

L. VIVES

QVorum non corpora,inquit,ſunt in cœlum.] At Romuli corpus nuſquam inuentū, in cœlos ſub/latum credidit populus ruſticanus: & Herculis corpus Græci ab Aeſculapio ſanitati redditum,& ita in cœlis locatū fabulantur. b Si animus omnia hæc ter rena tranſcēdens.] Alibi legitur ſi animus omni,ac per hoc etiam cœleſti corpore præſtabilior terreno corpori potuit alligari. Et pōſt. c Quid hoc quod prouiden tia dei.] Sic legitur: qui hoc quod uidendo iam uiluit, multo mirabilius, quàm illud, quod ab iſtis nō credit, fecit. Cur eīn nō uehemētius admiremur incor. &c.

Contrā ſapientes mundi qui putant terrena hominum corpora ad cœleſte habitaculum non poſſe transferri. III

ED uidelicet homines docti atqꝫ ſa
S pientes contra uim tantæ autorita/
tis,quę omnia genera hominū ſicut
tanto ante prædixit in hoc creden/
D dum ſperandūqꝫ cōuertat,acute ſibi argumen/
tari uidētur aduerſus corporū reſurrectionē &
dicere,quod in tertio de republica libro à Cice/
rone cōmemoratum eſt. Nam cum Herculē &
Romulum ex hominibus deos eſſe factos aſſe/
ueraret, [a]quorū nō corpora,inquit,ſunt in cœlū
elata: neqꝫ enim natura pateretur,ut id,quod eſ
ſet de terra,niſi in terra maneret. Hinc eſt ma/
gna ratio ſapientiū,quorū dominus nouit cogi/
tationes,quoniā uanę ſunt. Si enim animæ tan
tummodo eſſemus,id eſt ſine ullo corpore ſpiri

docti & indocti. Si rem credibilē crediderūt,ui/
deant cꝫ ſint ſtolidi,qui nō credunt. Si autē res
incredibilis credita eſt,etiā hoc utiqꝫ incredibi/
le eſt,ſic creditū eſſe,quod incredibile eſt. Hæc
igitur duo incredibilia,reſurrectionē ſcilicet no/
ſtri corporis in ęternū,& rem tam incredibilem
mundū eſſe crediturū, [a]idē dominus anteqꝫ uel
unū horū fieret,ambo futura eſſe prędixit. Vnū
duorū incredibiliū iā factū eſſe uidem⁹, ut quod
erat incredibile,crederet mūdus: cur id quod re/
liquū eſt deſperatur,ut etiā hoc ueniat,quod in/
credibile credidit mundus,ſicut iam uenit,quod
ſimiliter incredibile fuit,ut rem tam incredibilē B
crederet mūdus: quandoquidē hoc utrunqꝫ in/
credibile,quorum uidemus unum,alterū credi/
mus,in eiſdem literis prædictū eſt per quas cre
didit mūdus? Et ipſe modus quo mūdus credi/
dit,ſi cōſideretur,incredibilior inuenitur. Ineru/
ditos liberalibus diſciplinis,& omnino quātum
ad iſtorū doctrinas attinet,impolitos,non peri/
tos Grāmatica,nō armatos dialectica,nō Rhe/
torica inflatos piſcatores Chriſtus cū retibus fi/
dei ad mare huius ſeculi pauciſſimos miſit, atqꝫ
ita ex omni genere tam multos piſces,& tanto
mirabiliores quāto rariores etiā ipſos philoſo/
phos cepit. Duobus illis incredibilibus,ſi placet C
imò quia placere debet,addamus hoc tertium.
Iam ergo tria ſunt incredibilia,quę tamen facta
ſunt. Incredibile eſt enim Chriſtū reſurrexiſſe
in carne,& in cœlū aſcēdiſſe cum carne. Incredi
bile eſt,mundū rem tam incredibilem credidiſ/
ſe. Incredibile eſt,homines ignobiles, infimos,
pauciſſimos,imperitos rem tam incredibilem,
tam efficaciter mundo,& in illo etiā doctis per
ſuadere potuiſſe. Horū triū incredibiliū primū
nolunt iſti cum quibus agimus credere: ſecun/
dum coguntur & cernere,quod non inueniunt,
unde ſit factū,ſi non credunt tertiū. Reſurrectio D
certe Chriſti,& in cœlū cum carne in qua reſur
rexit aſcēſio,toto iam mūdo prædicatur & cre
ditur: ſi credibilis nō eſt,unde toto terrarū orbe
iā credita eſt? [b]Si multi nobiles,ſublimes,docti
etiā eam ſe uidiſſe dixerūt,& quod uiderūt diffa
mare curarūt,eis mundum credidiſſe non mirū
eſt: ſed iſtos adhuc credere nolle,perdurū eſt. Si
autē ut uerū eſt, paucis,obſcuris, minimis,indo
ctis eam ſe uidiſſe dicentibus & ſcribētibus cre
didit mundus,cur pauci obſtinatiſſimi,qui re/
māſerunt,ipſi mundo iam credenti adhuc uſqꝫ
non credunt? Qui propterea numero exiguo
ignobiliū,infirmorum,imperitorū hominū cre/
didit,quia in tam contēptibilibus teſtibus mul/
to mirabilius diuinitas ſeipſa perſuaſit. Eloquia
nanqꝫ perſuadentiū,quę dicebāt,mira fuerunt
facta nō uerba. Qui enim Chriſtū in carne re/
ſurrexiſſe & cū illa in cœlum aſcēdiſſe nō uide/
rant,id ſe uidiſſe narrātib. nō loquētibus tantū,
ſed etiā mirifica faciētibus ſigna credebant. Ho
mines quippe quos unius uel ut multū duarum
linguarum fuiſſe nouerāt,repētе linguis omniū
gentium loquentes mirabiliter audiebāt. Clau/
dum ab uberibus matris ad eorum uerbum in
Chriſti nomine poſt quadraginta annos inco/
lumē conſtitiſſe. Sudaria de corporibus eorum
ablata ſanandis profuiſſe languentibus: in uia
qua fuerant trāſituri poſitos in ordine innume/
rabiles morbis uarijs laborantes,ut ambulanti/
um ſuper eos umbra trāſiret,continuo ſalutem
ſolere recipere: & alia multa ſtupenda in Chri/
ſti nomine per eos facta ſigna, poſtremo etiam
mortuos reſurrexiſſe,cernebant. Quæ ſi ut legū
tur,geſta eſſe cōcedunt,ecce tot incredibilia tri/
bus illis incredibilibus addimus. Et ut credatur
unum incredibile quod de carnis reſurrectione
atqꝫ in cœlū aſcenſione dicitur, multorum incre
C dibilium teſtimonia tanta cōgerimus,et nondū
ad credendū horrēda duritia incredulos flecti/
mus. Si uero per Apoſtolos Chriſti,ut eis crede
retur,reſurrectionē atqꝫ aſcenſionē prædicanti
bus Chriſti,etiam iſta miracula facta eſſe nō cre
dunt,hoc nobis unum grāde miraculū ſufficit,
q̄d ea terrarū orbis ſine ullis miraculis credidit.

L. VIVES

IDem dominus antequā uel unum horum fieret.] In ædibus Simonis Leproſi, cum Euangelium ſuum di uulgatū iri per uniuerſum orbem prædixit. Matth. xxvij. & plerunqꝫ tertio poſt mortē die ſeipſum uitæ lu/ cięqꝫ redditurū. b Sed multi nobiles ſublimes.] Iro nia eſt, quo admirabilius reddat, quod adjicit: Si autē ut uerum eſt paucis obſcuris minimis &c. quanquam alibi legitur, ſi multi nobiles.

Quod Roma conditorē ſuum Romulū diligēdo, deū fecerit, eccleſia autē Chriſtū dominum credendo, dilexerit. Cap. VI

Ecolamus etiā hoc loco illud, quod
R de Romuli credita diuinitate Tulli/
us admiratur. Verba eius ut ſcripta
ſunt inſerā: Magis eſt, inquit, in Ro
mulo admirandū, quod cæteri qui dij ex homi/
nibus facti eſſe dicūtur, minus eruditis hominū
ſeculis fuerūt, ut fingēdi procliuior eſſet ratio, cū

imperiti facile ad credendũ impellerentur. Ro/
muli autẽ ætatẽ [a]minus his ſexcentis annis iam
inueteratis literis, [b]atq; doctrinis omniq; illo anti
quo ex inculta hominũ uita errore ſublato fuiſ/
ſe cernimus. Et paulopoſt de eodẽ Romulo ita
loquitur quod ad hũc pertinet ſenſum. Ex quo
intelligi poteſt, inquit, permultis annis ante Ho
merũ fuiſſe, q̃ Romulũ, ut iam doctis homini/
bus ac tẽporibus ipſis eruditis ad fingendũ uix
quicquã eſſet loci. Antiquitas enim recepit fabu
las, fictas etiã nonnunq̃ incõdite. Hęc ætas au
tem iam exculta præſertim eludẽs omne quod
fieri nõ poteſt reſpuit. Vnus è numero doctiſsi
morum hominũ ideq̃ eloquentiſsimus omniũ
Marcus Tullius Cicero, propterea dicit diuini/
tatẽ Romuli mirabiliter creditã, quod erudita iã
tẽpora fuerũt quæ falſitatẽ non reciperẽt fabu/
larũ. Quis autẽ Romulũ deum niſi Roma credi
dit, atq; id parua & incipiens? Tũ deinde poſte
ris ſeruare fuerat neceſſe, quod acceperãt à ma/
ioribus, ut cũ iſta ſuperſtitiõe in lacte quodam/
modo matris ebibita creſceret ciuitas, atq; ad tã
magnũ perueniret imperium, ut ex eius faſtigio
uelut ex altiore quodã loco alias quoq; gentes,
quibus dominaretur, hac ſua opinione perfun/
deret: ut nõ quidem crederẽt, ſed tamen dicerẽt
deum Romulũ, ne ciuitatẽ cui ſeruiebant, de cõ/
ditore eius offenderẽt, [c]aliter eum nominando
q̃ Roma, quæ id nõ amore quidẽ huius erroris
ſed tamẽ amoris errore crediderat. Chriſtus au
tem quãquã ſit cœleſtis & ſempiternæ cõditor
ciuitatis, nõ tamẽ eum quoniã ab illo cõdita eſt
deũ credidit, ſed ideo potius eſt condenda, quia
credidit. Roma conditorẽ ſuum iam conſtructa
& dedicata, tanquã deũ coluit in tẽplo: hæc autẽ
Hieruſalẽ conditorẽ ſuum deũ Chriſtũ, ut con
ſtitui poſſet & dedicari, poſuit in fidei fundamẽ
to. illa illum amãdo eſſe deũ credidit, iſta iſtum
deum eſſe credendo amauit. Sicut ergo præceſ/
ſit unde amaret illa, & de amato iam libẽter etiã
falſum bonũ crederet: ita præceſsit unde iſta cre
deret, ut recta fide nõ temere, quod falſum eſt,
ſed quod uerũ erat amaret. Exceptis enim tot et
tãtis miraculis, quæ perſuaſerũt deum eſſe Chri
ſtum, prophetiæ quoq; diuinę fide digniſsimę
præceſſerũt, quæ in illo nõ ſicut à patrib. adhuc
creduntur implendę, [d]ſed iam in toto mũdo de
mõſtrantur impletę. De Romulo autẽ quia cõ/
didit Romã, in eaq; regnauit auditur, legitur,
nõ quia factũ eſt quod ante fuiſſet prophetatũ,

A ſed q; ſit receptus in deos, creditũ tenent literæ,
nõ factum docẽt. Nullis quippe rerũ mirabiliũ
ſignis id ei uere proueniſſe monſtratur. Lupa
quippe illa fratrũ duorum nutrix, quod uidetur
quaſi magnũ extitiſſe portentũ, quale aut quan/
tum eſt ad demonſtrandũ deum? Certe enim
etſi nõ meretrix fuit lupa illa, ſed beſtia, cum fra
trib. portentũ cõmune fuerit ambobus, [e]frater
tamẽ eius nõ habetur deus. Quis autẽ prohibi
tus eſt, aut Romulũ, aut Herculem, aut alios ta/
les homines deos dicere, & mori maluit, q̃ non
dicere? Aut uero aliqua gentiũ coleret inter de/
B os ſuos Romulũ, niſi Romani nominis metus
cogeret? Quis porrò enumeret, q̃ multi quãta/
libet ſæuitia crudelitatis occidi, q̃ Chriſtũ deũ
negare maluerũt? Proinde metus quãlibet leuis
indignatiõis, quæ ab animis Romanorũ, ſi non
fieret, poſſe putabatur exiſtere, compellebat ali
quas ciuitates poſitas ſub iure Romano tanquã
deũ colere Romulũ: à Chriſto autẽ deo nõ ſo/
lum colendo, uerumetiã confitendo, [f]tantã per
orbẽ terræ martyrũ multitudinẽ metus reuoca
re nõ potuit: nõ leuis offenſiõis animorũ, ſed in
menſarũ uariarũq; pœnarum: & ipſius mortis,
quæ plus cæteris formidatur. Neq; tunc ciuitas
C Chriſti, quãuis adhuc peregrinaretur in terris,
[g]& haberet tam magnorũ agmina populorũ,
aduerſus impios perſecutores ſuos pro tempo/
rali ſalute pugnauit, ſed potius ut obtineret ęter
nam, nõ repugnauit. Ligabãtur, includebãtur,
cædebantur, torquebantur, urebãtur, laniaban
tur, trucidabãtur, & multiplicabãtur. Non erat
eis pro ſalute pugnare, niſi ſalutem pro ſaluato
re cõtemnere. Scio in libro Ciceronis tertio, niſi
fallor, de republica, diſputari, nullũ bellũ ſuſcipi
à ciuitate optima, niſi aut pro fide, aut pro ſalu/
te. Quid aũt dicat pro ſalute, uel intelligi quã ſa/
D lutẽ uelit, alio loco demonſtrãs: ſed his pœnis,
inquit, quas etiam ſtultiſsimi ſentiunt, egeſtate,
exilio, uinculis, uerberibus, elabuntur ſæpe pri/
uati, oblata mortis celeritate. Ciuitatibus autem
mors ipſa pœna eſt, quæ uidetur à pœna ſingu
los uindicare. Debet enim cõſtituta ſic eſſe ciui/
tas, ut æterna ſit. Itaq; nullus interitus eſt reipu/
blicæ naturalis, ut hominis, in quo mors nõ mo
do neceſſaria eſt uerũetiã optanda perſæpe. Ci
uitas autẽ cum tollitur, deletur, extinguitur, ſimi
le eſt quodãmodo, ut magnis parua cõferamus
ac ſi omnis hic mundus intereat, & concidat.
Hoc ideo dixit Cicero, quia mundum non inte
riturum

riturum cum Platonicis ſentit. Conſtat ergo eũ A
pro ea ſalute bellum uoluiſſe ſuſcipi à ciuitate,
qua fit, ut maneat hic ciuitas ſicut dicit, æterna
quamuis morientibus & naſcentibus ſingulis,
ſicut perennis eſt opacitas oleę uel lauri atq; hu
iuſmodi cæterarũ arborũ ſingulorum lapſu or/
tuq; foliorum. Mors quippe ut dicit non homi
num ſingulorum, ſed uniuerſæ pœna eſt ciuita
tis, quæ à pœna plerũq; ſingulos uindicat. Vn/
de merito quæritur, utrũ recte fecerint Sagunti/
ni quando uniuerſam ſuam ciuitatẽ interire ma
luerunt, quàm fidem frangere, qua cum ipſa
Romana republica tenebantur: in quo ſuo fa/
cto laudantur ab omnibus terrenæ reipublicæ B
ciuibus Sed hi quomodo huic diſputatiõi poſ/
ſent obedire non uideo, ubi dicitur nullum ſuſci
piendum eſſe bellum, niſi aut pro fide, aut pro
ſalute. Nec dicitur ſi in unum ſimul periculũ ita
duo iſta concurrerint, ut teneri alterum ſine alte
rius amiſsione non poſsit, quid ſit potius eligen
dum. Profecto enim Saguntini ſi ſalutem elige
rent, fides eis fuerat deſerenda. Si fides tenen/
da, amittenda utiq; ſalus, ſicut & factum eſt. Sa
lus autẽ ciuitatis dei talis eſt, ut cum fide ac per
fidem teneri, uel potius acquiri poſsit, fide autẽ
perdita, ad eã quiſq; uenire nõ poſsit. Quæ co/ C
gitatio firmiſsimi ac patientiſsimi cordis, tot ac
tantos martyres fecit, qualem ne unũ quidem
habuit, uel habere potuit, quando eſt deus cre/
ditus, Romulus.

L. VIVES

Minus his ſexcentis annis.] Annotauit Triuetus enarrator eſſe in ſcriptura errorem, cum dicit minus ſexcentis annis, quum conſulatus Ciceronis pluribus q̃ ſexcẽtis & quinquaginta annis diſtet à Romuli exceſſu. Miror quid ei uenerit in mentem, ut hoc loco tam uellet accuratus, & diligens uideri, cum ſæpe magnos mõtes negligat: cui profecto uſu uenit, quod luſciosis & hebete uiſu, qui ſi quando oculorum aciem intendunt, ut certius aliquid cernant, minus uident, q̃ antè: ſic tanta circũſpectio noſtro interpreti tenebras of- D
fudit, quibus non diſpexit, Ciceronem ea non ſcribere de ſe ac ſuis temporibus, ſed de Scipione Aphricano minore, & Lælio, quos loquentes libris illis inducit, Porrò Scipio floruit à ſexcenteſimo ad ſexcenteſimum uiceſimum ur. cõ. annum, non ſexcentis annis à Romuli morte. Neq; uero præter morẽ meũ attigiſſem ineptias ueteris interpretis, niſi hæc talis eſſet, qua uel mediocriter eruditi capi poſſent. b Inueteratis literis atq; doctrinis.] Iam enim fuerant Orpheus, Muſæus, Linus, Philammon, Thamyris, Orius, Demodocus, Ariſteas Procõneſius, Pronætidas Atticus, Euculus Cyprius, Phemius Ithacenſis, & Homerus, & alij ueteres, quos Græci partim Theologos nominant, partim Poetas. c Aliter eum nominando q̃ Roma.] Nõ aliter, hoc eſt uel Rõmulum, uel Quirinũ, ut nugatur enarrator: ſed aliter, id eſt uocando eum hominẽ, cum Roma deum diceret: A Iuuabit opinor non ignorare quæ Iacobus de Paſſauãt expoſitori addat. In hoc, inquit, ca. vi. mentionẽ facit expoſitor de nomine Romuli deificati, qui colebatur & appellabatur à Romanis ſub nomine Quirini. Vbi nota, quòd iſtud nomen ſortitus eſt à quodam euentu. nam ferunt haſtam lanceæ eius quadam uice in Palatino monte floruiſſe. iam ergo miraculum non eſt Chriſtophoro baculum floruiſſe, quũ floruerit & Romulo. O lepidule Paſſauãti doleo uicẽ me Hercules tuam, quod illis temporibus te non genuit natura, ut hoc ſcripſiſſes. non tibi latus clauus defuiſſet, uel etiam conſulatus, aut certe flaminiũ Quirinale, quo melius illum coleres deũ, quem non minus tuis ornaſſes ſcriptis, q̃ oratione ſua Iulius Proculus. Profecto ſi Romulo id contigit, non immerito probatur deus, niſi forſan haſta erat arbor aliqua recens cum radice euulſa, qualem Siluanus geſtabat cupreſſum. cæterũ dic quæſo, cur ex eo euentu Quirinus? Dicitẽ autẽ haſta, inquit, quiris Græce, inde Quirinus
B dicitur. Sabinum nomẽ credidi, ſed puto tibi Sabinos & Græcos eodem eſſe loco. Perge porrò, unde & Quirites milites haſtam portantes in bellis dicũt. quid quũ non militabant, non erant quirites? uide ne peſsimam gratiam ineas apud milites genus hominũ uehemẽs ac irritabile, qui ſe quirites uocari ignominiæ ducũt, quippe quum exautorabantur, dimittebanturq; ab imperatore non iam milites dicebantur, ſed Quirites, quod factum à Cæſare dictatore legimus, & Alexãdro Seuero, è quibus Cæſariani reſponderunt non ſe Quirites eſſe, ſed milites. Sed ego importunus nimis interpellator. affers plura? & cætera, inquis. quæ ſunt hæc tandẽ cætera? ſexcenta milia ſcurriliũ & ridicularum rerũ, quas domi relictas nobis inuidiſti, miſertus forte noſtri, ne nimium ſpleni indulgeremus. d Sed iam à toto mundo demonſtrãtur impletæ.] Alibi ſic legitur: ſed iam demonſtrantur impletæ, de Romulo autem qui condidit Romam, in eaq; regnauit, auditur, legitur ue quod factum
C eſt, non quod antequã fieret prophetatum. e Frater tamen eius nõ habetur deus.] At ædiculam habebat in Auentino parum celebrem, & qualem heros potius q̃ deus. f Tantam per orbem terræ martyrum multitudinem.] In Colonieñ. codice legitur ſic: tantã per orbem terræ martyrum multitudinẽ metus reuocare non potuit, non leuis offenſionis animorum, ſed immenſarũ uariarumq; pœnarum. g Et haberet tam magnorũ agmina populorum.] Obſiſtere poterant, & captis armis non modo inimicis metum facere, ſed periculum afferre à ſe propulſando. Cæterum lõge beatius & Euãgelio Chriſti dignius exiſtimabãt iniuriã pati q̃ facere, mori quàm occidere, corpus amittere quàm animam.

Quòd ut mũdus in Chriſtum crederet uirtutis fuerit diuinæ, non perſuaſionis humanæ. Cap. VII

D
s ED ualde ridiculũ eſt, de Romuli falſa diuinitate cum de Chriſto loquimur facere mẽtionẽ. Veruntamẽ [a]cũ ſexcentis fermè annis ante Ciceronem Romulus fuerit, atq; illa ętas iam fuiſſe doctrinis dicatur exculta, ut quod fieri non poteſt omne eludens reſpueret: quãto magis poſt ſexcentos annos ipſius tempore Ciceronis maximeq; poſtea ſub Auguſto atq; Tiberio eruditiorib. utiq; tẽporibꝰ, reſurrectionẽ carnis Chriſti, atq; in cœlos aſcenſionẽ, tanq; id quod fieri
non

non poteſt,mens humana ferre non poſſet, elu densq; ab urbibus cordibusq; reſpueret,niſi eã fieri potuiſſe,atq; factam eſſe diuinitas ipſius ueritatis, uel ueritas diuinitatis & cõteſtantia miraculorum ſigna mõſtrarent:ut terrentibus & cõtradicentibus tam multis,tamq; magnis perſecutionibus præcedẽs in Chriſto,deinde ad nouum ſeculũ in cæteris ſecutura reſurrectio atq; immortalitas carnis & fideliſsime crederetur & prædicaretur intrepide,& per orbem terrę pullulatura fœcundius cum in martyrũ ſanguine fereretur. Legebantur enim præconia præcedentium Prophetarũ,concurrebãt oſtenta uirtutũ, & perſuadebatur ueritas noua conſuetudini,nõ cõtraria rationi,donec orbis terræ qui perſequebatur furore,proſequeretur fide.

L. VIVES

CVm ſexcentis fermè annis ante Ciceronem.] Legendum,ante Scipionem. Nempe Aemilianum qui inducitur differens in lib. De repub.

De miraculis,quæ ut mũdus in Chriſtum crederet facta ſunt,& fieri mundo credente non deſinunt. Cap. VIII

VR inquiunt nũc illa miracula quæ
c prædicatis facta eſſe,nõ fiunt? Poſſem quidem dicere neceſſaria fuiſſe prius q̃ crederet mundus, ad hoc ut crederet mundus. Quiſquis adhuc prodigia ut credat,inquirit,[a] magnũ eſt ipſe prodigiũ,qui mũdo credente nõ credit. Verũ hoc ideo dicũt, ut nec tunc illa miracula facta fuiſſe credantur. Vnde ergo tanta fide Chriſtus uſq; quaq; cantatur in cœlum cum carne ſublatus? Vnde temporibus eruditis,& omne quod fieri nõ poteſt reſpuentibus,ſine ullis miraculis nimium mirabiliter incredibilia credidit mundus? An forte credibilia fuiſſe,& ideo credita eſſe dicturi ſunt? Cur ergo ipſi nõ credunt? Breuis eſt igitur noſtra complexio. Aut incredibili rei, quæ non uidebatur,alia incredibilia,quæ tamen fiebant & uidebantur,fecerunt fidem:aut certe res credibilis ut nullis quibus perſuaderetur miraculis indigeret,iſtorum nimiam redarguit infidelitatẽ. Hoc ad refellendos uaniſsimos dixerim. Nam facta eſſe multa miracula quæ atteſtarentur illi uni grandi ſalubriq; miraculo quo Chriſtus in cœlum cum carne in qua reſurrexit, aſcẽdit,negare nõ poſſumus. In eiſdem quippe ueraciſsimis libris cũcta cõſcripta ſunt,& quæ facta A ſunt,& propter quod credendũ facta ſunt. Hęc ut fidem facerent innotuerunt, hæc per fidem quã fecerunt multo clarius innoteſcunt. Leguntur quippe in populis ut credãtur,nec in populis tamen,niſi credita legerentur. Nam etiã nũc fiunt miracula in eius nomine,ſiue per ſacramẽta eius,ſiue per orationes,uel memorias ſanctorum eius,ſed non eadem claritate illuſtrantur, ut tanta quanta illa gloria diffamẽtur.[b] Canon quippe ſacrarum literarum quem diffamatum eſſe oportebat,illa facit ubiq; recitari & memoriæ cunctorum inhærere populorum:hæc autẽ ubicũq; fiunt ibi ſciuntur,uix à tota ipſa ciuitate B uel quocunq; commanentium loco. Nam plerunq; etiã ibi pauciſsimi ſciunt,ignorãtibus cæteris,maxime ſi magna ſit ciuitas,& quando alibi aliſq; narrantur,non tanta ea cõmendat autoritas,ut ſine difficultate,uel dubitatiõe credantur,quãuis Chriſtianis fidelibus à fidelibus indicentur. Miraculum quod Mediolani factum eſt cum illic eſſemus,quando illuminatus eſt cæcus,ad multorũ notitiam potuit peruenire,quia & grãdis eſt ciuitas,& ibi erat tunc imperator, & immenſo populo teſte res geſta eſt, concur-
C rente ad corpora martyrum[c] Protaſii & Gerua- C ſii. Quæ cum laterent & penitus neſcirẽtur,[d] Epiſcopo Ambroſio per ſomnum reuelata reperta ſunt,ubi cæcus ille depulſis ueteribus tenebris diem uidit. Apud Carthaginẽ autem quis nouit,præter admodũ pauciſsimos,ſalutem,[e] quæ facta eſt Innocentio exaduocato uicariæ præfecturæ,ubi nos interfuimus & oculis aſpeximus noſtris? Venientes enim de tranſmarinis, me & fratrem meum Alipium, nondum quidem clericos, ſed iam deo ſeruientes, ut erat cum tota domo ſua religioſiſsimus ipſe ſuſceperat, & apud eum tunc habitabamus. Curabatur à me dicis propter fiſtulas quas numeroſas atque D perplexas habuit in poſteriore atq; ima corporis parte. Iam ſecuerant eum, & artis ſuæ cætera medicamentis agebant. Paſſus autem fuerat in ſectione illa & diuturnos & acerbos dolores. Sed unus inter multos ſinus fefellerat medicos, atque ita latuerat,ut eum non tangerent,quem ferro aperire debuerant. Denique ſanatis omnibus quæ aperta curabant,iſte remanſerat ſolus, cui fruſtra impendebatur labor. Quas moras ille ſuſpectas habens multum q; formidans ne iterũ ſecaretur,quod ei prædixerat alius medicus domeſticus eius, quẽ non admiſerant illi, ut

ut ſaltem uideret,cum primum ſectus eſt, quo- A minandus, Aurelius, cum quo recordantes mirabilia opera dei, de hac re ſæpe collocuti ſumꝰ, eumq; ualde meminiſſe, quod cõmemoramus inuenimus. Qui cum eum ſicut ſolebant ueſpere uiſitarẽt,rogauit eos miſerabilibus lachrymis, ut mane dignarentur eſſe præſentes ſuo funeri potius quàm dolori. Tantus enim eum metus ex prioribus inuaſerat pœnis,ut ſe inter medicorum manus nõ dubitaret eſſe moriturum. Conſolati ſunt eum illi & hortati, ut in deo fideret, eiuſq; uolũtatem uiriliter ferret. Inde ad orationem ingreſſi ſumus. Vbi nobis ex more genua figentibus atq; incumbentibus terræ,ille ſe ita proiecit tãquam fuiſſet aliquo impellente grauiter proſtratus,& cœpit orare. Quibus modis,quo affectu,quo motu animi,quo fluuio lachrymarum,quibus gemitibus atq; ſingultibus ſuccutientibus omnia membra eius, & penè interludentibus ſpiritum,quis ullis explicet uerbis? Vtrum orarent alij,nec in hęc corũ auerteretur intentio,neſciebam. Ego tamen prorſus orare nil poteram, hoc tantummodo breuiter in corde meo dixi: Domine quas tuorum preces exaudis,ſi has nõ exaudis? Nihil enim mihi uidebatur addi iam poſſe,niſi ut expiraret oran-
C do. Surreximus,& accepta ab Epiſcopo benedi- C ctiõe diſceſsimus,rogãte illo ut mane adeſſemus, illiſq; ut æquo animo eſſet hortantibus. Illuxit dies qui metuebatur, aderãt ſeruí dei ſicut ſe aſſuturos eſſe promiſerant. Ingreſſi ſunt medici, parantur omnia quæ hora illa poſcebat, tremẽda ferramenta proferuntur,attonitis ſuſpẽſiſq; omnibus. Eis autem quorum erat maior autoritas,defectum animi eius conſolando erigentibus ad manus ſecturi membra in lectulo componũtur,ſoluuntur nodi ligamentorũ,nudatur locus,inſpicit medicus,& ſecãdum illum ſinum armatus atq; intentus inquirit. Scrutatur oculis,digitiſq; contrectat. Tentat denique modis omnibus. inuenit firmiſsimam cicatricem. Iam illa lætitia & laus atq; gratiarũ actio miſericordi & omnipotenti deo, quæ fuſa eſt ore omnium lachrymantibus gaudijs,nõ eſt committenda meis uerbis:cogitetur potius quàm dicatur.

In eadẽ Carthagine Innocentia religioſiſsima fœmina de primarijs ipſius ciuitatis,in mamilla cancrum habebat:rem ſicut medici dicũt, [b]nullis medicamentis ſanabilem. Aut ergo præſcidi ſolet & à corpore ſeparari membrum ubi naſcitur:[f] aut ut aliquanto homo diutius uiuat,

nam

nam inde mortem quantumlibet tardius affu-
turam,ſecundum Hippocratis,ut fertur ſenten
tiam,omnis eſt omittenda curatio. Hoc illa à
perito medico,& ſuæ domui familiariſſimo ac-
ceperat,& ad ſolum deum ſe orando conuerte-
rat. Admonetur in ſomnis appropinquãte Pa-
ſcha,[k] ut in parte fœminarum obſeruanti ad ba
ptiſterium,quæcunq; illi baptizata primitus oc
curriſſet,eũdem locum ſigno Chriſti ſignaret:
fecit,& confeſtim ſanitas ſecuta eſt. Medicus ſa-
nè qui ei dixerat,ut nihil curationis adhiberet ſi
paulo diutius uellet uiuere,cum inſpexiſſet eam
poſtea & ſaniſsimam comperiſſet,quam prius
habere illud malum tali inſpectione cognoue-
rat,quæſiuit ab ea uehementer quid adhibuiſ-
ſet curationis,cupiens quantum intelligi datur
noſſe medicamentum,quo Hippocratis defini
tio uinceretur. Cumq; ab ea quid factũ eſſet au
diſſet,uoce uelut contemnentis & uultu, ita ut
illa metueret ne aliquod contumelioſum uerbũ
proferret in Chriſtum,religioſa urbanitate reſ-
pondiſſe fertur, putabam,inquit, magnum ali-
quid te mihi fuiſſe dicturã. Atq; illa iam exhor
reſcente,mox addidit: Quid grande fecit Chri-
ſtus ſanare cancrũ,qui quatriduanum mortuũ
ſuſcitauit? Hoc ergo cum audiſſem & uehemẽ-
ter ſtomacharer,in illa ciuitate atq; in illa perſo
na,non uticq; obſcura,factum tam ingens mira-
culum ſic latere,hinc eam & admonendam &
penè obiurgandam putaui. Quę cum mihi reſ-
pondiſſet nõ ſe inde tacuiſſe,quęſiui ab eis quas
forte tunc matronas amiciſsimas ſecũ habebat,
utrum hoc antea ſciſſent. Reſponderunt ſe om-
nino neſciſſe. Ecce inquam quomodo nõ taces,
ut nec iſtæ audiant,quæ tibi tanta familiaritate
iunguntur? Et quia breuiter ab ea quæſieram,
feci ut illis audientibus multũq; mirantibus &
glorificãtibus deum,totum ex ordine quemad-
modum geſtũ fuerit indicaret. Medicũ quen-
dam podagricum in eadem urbe,qui cũ dediſ-
ſet nomen ad baptiſmum,& pridie quàm bap-
tizaretur, [l] in ſomnis à pueris nigris cirratis,
quos intelligebat dæmões eſſe, baptizari eodẽ
anno prohibitus fuiſſet, eiſq; nõ obtemperãs,
etiam cõculcantibus pedes eius in dolorem acer
rimum qualem nunquam expertus eſt iſſet,ma
giſq; eos uincens lauacro regenerationis,ut ꝓ
uerat abluí nõ diſtuliſſet,in baptiſmate ipſo nõ
ſolum dolore,quo ultra ſolitum cruciabatur,ue
rumetiã podagra caruiſſe,nec amplius,cum diu

A poſtea uixiſſet pedes doluiſſe quis nouit? Nos
tamẽ nouimus & pauciſsimi fratres ad quos id
potuit peruenire è uicino. [m] Quidã Curubita-
nus,non ſolũ à paralyſi, uerumetiã ab informi
pondere genitaliũ cum baptizaretur ſaluus effe
ctus eſt,& liberatus utraq; moleſtia, tanquam
mali nihil habuiſſet in corpore,de fonte regene
rationis aſcẽdit. Quis hoc præter Curubim no-
uit,& præter rariſsimos aliquos qui hoc ubicun
que audire potuerunt? Nos autẽ cum hoc cõpe
riſſemus,iubente ſancto epiſcopo Aurelio etiã
ut ueniret Carthaginẽ fecimus: quãuis à talib.
B prius audierimus de quorũ fide dubitare non
poſſemus. Vir tribunitius Heſperius, qui apud
nos eſt, habet [n] in territorio Fuſſalenſi [o] fundum
Zubedi appellatũ,ubi cũ afflictiõe animalium
& ſeruorũ ſuorum,domũ ſuã ſpirituũ maligno
rum uim noxiã perpeti comperiſſet, rogauit no
ſtros me abſente presbyteros,ut aliquis eorum
illò pergeret,cuius oratiõib. cederẽt. Perrexit u-
nus,obtulit ibi ſacrificiũ corporis Chriſti, orãs
quantũ potuit,ut ceſſaret illa uexatio: deo proti
nus miſerãte,ceſſauit. Acceperat autẽ ab amico
ſuo terrã ſanctã,de Hieroſolymis allatã, ubi ſe
pultus Chriſtus,die tertio reſurrexit: eãq; ſuſ-
C penderat in cubiculo ſuo,ne quid mali etiã ipſe
pateretur. At ubi domus eius ab illa infeſtatiõe
purgata eſt,quid de illa terra fieret, cogitabat:
quã diutius in cubiculo ſuo reuerẽtiæ cauſa ha-
bere nolebat. Forte accidit,ut ego,& collega tũc
meus epiſcopus Synicẽſis eccleſię Maximinus,
in proximo eſſemus: ut ueniremus, rogauit, &
uenimus. Cũq; nobis omnia retuliſſet,etiã hoc
petiuit,ut infoderetur alicubí,atq; ibi orationũ
locus fieret: ubi etiã poſſent Chriſtiani,ad cele-
brãda quæ dei ſunt,cõgregari. Nõ reſtitimus,
factũ eſt. Erat ibi iuuenis paralyticus ruſtican⁹,
D qui hoc audito, petiuit à parẽtibus ſuis,ut illum
ad eum locũ ſanctũ nõ cunctãter afferrẽt. Quò
cũ fuiſſet allatus,orauit: atq; inde cõtinuo pedi-
busſuis ſaluus abſceſſit. Victoriana uilla dicitur,
quæ ab Hippone regio minus triginta milibus
abeſt. Memoria martyrũ ibi eſt Mediolanẽſiũ,
Geruaſii & Protaſii: portatus eſt die eo quidam
adoleſcẽs,qui cũ de medio tẽpore ætatis equũ
ablueret in fluminis gurgite,dæmonẽ incurrit.
Ibi cũ iaceret,uel morti proximus,uel ſimillim⁹
mortuo: ad ueſpertinos illuc hymnos & oratio-
nes cũ ancillis ſuis,& quibuſdã ſanctimonialib.
ex more domina poſſeſſiõis intrauit: atq; hym

nos

nos cãtare cœperũt. Qua uoce ille quaſi percuſ-
A ſus,excuſſus eſt: & cũ terribili fremitu altare ap-
prehenſum mouere nõ audens,ſiue nõ ualens,
tanquam eo fuerit alligatus, aut fixus,tenebat:
& cũ grandi eiulatu parci ſibi rogans, confiteba
tur,ubi adoleſcentẽ,& quando & quomodo in-
uaſerit. Poſtremo ſe exiturum eſſe denuncians,
membra eius ſingula nominabat,quæ ſe ampu
taturũ exiens minabatur: atq; inter hæc uerba
diſceſsit ab homine. Sed oculus eius in maxillã
fuſus,tenui uenula ab interiore quaſi radice pen
debat, totumq; eius mediũ quod nigellum fue-
rat, albicabat. Quo uiſo, qui aderant,concurre
B rant autẽ etiã alíj,uocibus eius acciti: & ſe omnes
in orationẽ pro illo ſtatuerunt: quãuis eum ſana
mente ſtare gauderent, rurſus tamẽ propter o-
culum eius contriſtati,medicũ quærendũ eſſe di
cebant. Ibi maritus ſororis eius,qui eum illò de-
tulerat: potẽs eſt,inquit,deus ſanctorũ oratioñi
bus,qui fugauit dæmonẽ,lumẽ ei reddere. Tũc
ſicut potuit oculum lapſum atq; pendentẽ,loco
ſuo reuocatũ, ligauit orario [p]: nec niſi poſt ſeptẽ
dies putauit eſſe ſoluendũ. Quod cũ feciſſet, ſa-
niſsimũ inuenit. Sanati ſunt illíc & alíj: de qui-
bus dicere longũ eſt. Hipponenſem quãdam
uirginẽ ſcio,cũ ſe oleo perunxiſſet, cui pro illa o-
C rãs presbyter inſtillauerat lachrymas ſuas,mox
à dæmonio fuiſſe ſanatã. Scio etiam Epiſco-
pum ſemel pro adoleſcente,quem non uidit [q] o-
raſſe: illumq; illico dæmone caruiſſe. Erat qui-
dam ſenex Florentius Hipponenſis noſter, ho
mo religioſus, & pauper: qui ſartoris ſe arte pa-
ſcebat,caſulam perdiderat, & unde ſibi emeret,
nõ habebat: ad uiginti martyres,quorũ memo-
ria apud nos eſt celeberrima,clara uoce,ut ueſti-
retur,orauit. Audierunt eum adoleſcentes, qui
forte aderant,irriſores: eumq; diſcedentẽ exagi
tantes,proſequebãtur: quaſi à martyribus [r] quin
D quagenos folles, unde ueſtimentũ emeret,peti-
uiſſet. At ille tacitus ambulans,eiectum grandẽ
piſcẽ palpitantẽ uidit in littore,eũq; illis fauenti
bus,atq; iuuãtibus,apprehendit, & cuidam co-
quo Carthoſo nomine,bene Chriſtiano,ad co
quinam conditariam,indicans quid geſtum ſit,
trecẽtis follibus uendidit, lanã comparare inde
diſponẽs,ut uxor eius quomodo poſſet ei, quo
indueretur,efficeret. Sed coquus conſcidens pi-
ſcem annulum aureũ in uentriculo eius inuenit,
moxq; miſeratione flexus, & religione perterri
tus, homini eum reddidit, dicens: Ecce quo-

A modo uiginti martyres te ueſtierunt. Ad a-
quas Tibilitanas [s] Epiſcopo afferente Proiecto
reliquias martyris gloriоſiſsimi Stephani, ad e-
ius memoriã ueniebat magnæ multitudinis cõ-
curſus, & occurſus. Ibi cæca mulier,ut ad Epiſco
pum portãtem pignora ſacra duceretur, orauit:
flores,quos ferebat dedit: recepit,oculis admo-
uit,protinus uidit. Stupẽtibus qui aderãt, præi
bat exultans,uiam carpens,& uiæ ducem ulteri-
us non requirẽs. Memorati memoriã marty-
ris, quæ poſita eſt [t] in caſtello Synicenſi, quod
Hipponenſi coloniæ uicinum eſt: eiuſdem loci
B Lucillus Epiſcopus,populo præcedente,atq; ſe-
quente portabat: fiſtula, cuius moleſtia iam diu
laborauerat, & familiariſſimi ſui medici, qui eã
ſecaret,operiebatur manus, illius pię ſarcinæ ue
ctatione, [u] repente ſanata eſt. Nam deinceps e-
am in ſuo corpore nõ inuenit. Eucharius pre-
sbyter ex Hiſpania, [x] Calamæ habitans,ueteri
morbo calculi laborabat, per [y] memoriã ſupra-
dicti martyris,quam Poſsidius illò aduexit Epi
ſcopus,ſaluus factus eſt. Idem ipſe poſtea mor-
bo alio prævaleſcente, mortuus ſic iacebat, ut ei
iam pollices ligarentur: opitulatione memorati
martyris, cũ de memoria eius reportata fuiſſet,
C & ſuper iacentis corpus miſſa ipſius presbyteri
tunica,ſuſcitatus eſt. Fuit ibi uir in ordine ſuo
primarius, nomine Martialis, æuo iam grauis,
& multum à religione abhorrens Chriſtiana.
Habebat ſanè fidelem filiam, & generum eo-
dem anno baptizatum. Qui cum ægrotantem
multis & magnis precibus, & lachrymis roga-
rẽt,ut Chriſtianus fieret,prorſus abnuit: eoſq;
à ſe turbida indignatione ſubmouit. Viſum eſt
genero eius, ut iret ad memoriã ſancti Stepha-
ni, & illic pro eo quantum poſſet,oraret,ut deus
illi daret mentem bonam,qua credere nõ differ
ret in Chriſtum. Fecit hoc ingenti gemitu & fle
tu, & ſyncериter ardente pietatis affectu: deinde
abſcedens,aliquid de altari florum, quod occur
rit,tulit: eiq; cum iam nox eſſet,ad caput poſuit.
Tunc dormitum eſt: & ecce ante diluculum cla-
mat,ut ad Epiſcopum curreretur: qui mecũ for-
te tunc erat apud Hipponẽ. Cum uero audiſ-
ſet eum abſentem, uenire presbyteros poſtula-
uit. Venerũt,& ſtatim ſe credere dixit: admiran-
tibus atq; gaudentib. omnibus, baptizatus eſt.
Hoc quandiu uixit,in ore habebat: Chriſte acci
pe ſpiritum meum: cum hæc uerba beatiſsimi
Stephani, quando lapidatus eſt à Iudæis, ulti-

ma fuisse nesciret: quæ huic quoq; ultima fue- A
runt. Nam non multo pòst etiã ipse defunctus
est. Sanati sunt illic per eundem martyrẽ [a]etiã
podagrici duo, unus ciuis, peregrinus unus. Sed
ciuis omnimodo: peregrinus aũt per reuelatio-
nem, quid adhiberet, quãdo doleret, audiuit: &
cum hoc fecisset, dolor cõtinuo conquieuit. Au
durus nomen est fundi, ubi Ecclesia est, & in ea
memoria Stephani martyris. Puerum quendã
paruulum cum in area luderet, exorbitantes bo
ues qui uehiculum trahebant, rota obtriuerunt,
& confestim palpitauit expirans. Hunc mater
arreptum, ad eandem memoriã posuit: & nõ so- B
lum reuixit, uerũ etiam illæsus apparuit. San-
ctimonialis quædam in uicina possessione, quæ
Caspaliana dicitur, cũ ægritudine laboraret, ac
desperaretur, ad eandem memoriã tunica eius
allata est: quæ ante quàm reuocaretur, illa defun
cta est. Hac tamẽ tunica operuerũt cadauer e-
ius parentes, & recepto spiritu, salua facta est.

Apud Hipponem Bassus quidam Syrus ad
memoriã eiusdẽ martyris orabat pro ægrotan
te & periclitante filia, eoq; secũ uestem eius de-
tulerat: cũ ecce pueri de domo cucurrerũt, qui ei
mortuã nunciarẽt. Sed cum, orante illo, ab ami-
cis eius exciperentur, prohibuerunt eos illi dice- C
re, ne per publicũ plangeret. Qui cum domum
rediisset, iam suorum ciulatibus personantem,
& uestẽ filiæ, quã ferebat, super eam proiecisset,
reddita est uitæ. Rursus ibidem apud nos Ire
næi [b]cuiusdã collectarij filius, ægritudine extin-
ctus est. Cumq; corpus iaceret exanime, atq; a-
lijs gementibus & plangentibus, exequiæ para
rentur, amicorũ eius quidam inter aliorũ conso
lantiũ uerba suggessit, ut eiusdẽ martyris oleo
corpus perũgeretur. Factũ est, & reuixit. Itẽq;
apud nos uir tribunitius Eleusinus super me-
moriã martyris, quę in suburbano eius est, ægri D
tudine exanimatum posuit infantulum filium
suum: & post orationẽ, quam multis cũ lachry-
mis ibi fudit, uiuentẽ leuauit. Quid faciam? Vr-
get huius operis implendi promissio, ut nõ hic
posim omnia cõmemorare, quæ scio: & procul
dubio plericq; nostrorum, cum hæc legent, dole
bunt me tam multa prætermisisse, quæ uticq;
mecũ sciunt. Quos iam nunc, ut ignoscãt rogo:
& cogitẽt, quàm prolixi laboris sit facere, quod
me hic non facere suscepti operis necessitas co-
git. Si enim miracula sanitatũ, ut alia taceã, mo-
do uelim scribere, quæ per hunc martyrẽ, id est, gloriosissimũ Stephanũ, facta sunt in colonia
Calamensi, & in nostra, plurimi cõficiendi sunt
libri: nec tamen omnia colligi poterunt: sed tan-
tum, de quibus libelli dati sunt, qui recitarentur
in populis. Id nãq; fieri uoluimus, cum uidere-
mus antiquis similia diuinarũ signa uirtutũ, eti-
am nostris tẽporibus frequẽtari: & ea nõ debe-
re multorũ notitiæ deperire. Nondum est aũt
biennium, ex quo apud Hipponẽ regium cœpit
esse ista memoria, & multis quod nobis certissi-
mum est nõ datis libellis, de ijs quæ mirabiliter
facta sunt, illi ipsi qui dati sunt ad septuaginta
fermè numerũ peruenerãt, quando ista conscri
psi. Calamæ uero, ubi & ipsa memoria prius es-
se cœpit, & crebrius dantur, incõparabili multi-
tudine superãt. Vzali etiã, quæ colonia Vticæ ui
cina est, multa præclara per eundem martyrem
facta cognouimus: cuius ibi memoria longe pri
usquã apud nos ab episcopo Euodio cõstituta
est. Sed libellorũ dandorum ibi consuetudo nõ
est: uel potius nõ fuit: nam fortasse nũc esse iam
cœpit. Cum enim nuper illic essemus, Petroniã
clarissimã fœminã, quæ mirabiliter ex magno,
atq; diuturno, in quo medicorũ adiutoria cun-
cta defecerãt, lãguore sanata est: hortati sumus
uolẽte supradicti loci episcopo, ut libellũ daret,
qui recitaretur in populo, & obedientissime pa
ruit. In quo posuit etiã quod hic reticere nõ pos-
sum, quãuis ad ea, quę hoc opus urgent, festina
re cõpellar, A quodã Iudæo dicit sibi fuisse per-
suasum, ut annulũ capillatio cingulo insereret,
quo sub omni ueste ad nuda corporis cingere-
tur: qui annulus haberet sub gẽma [b]lapidem in
renibus inuentũ bouis. Hoc alligata quasi reme
dio, ad sancti martyris limina ueniebat. Sed
profecta à Carthagine cũ [c]in cõsinio fluminis
Bagradæ in sua possessione mansisset, surgens,
ut iter perageret, ante pedes suos illum iacentẽ
annulum uidit, & capillatiã zonam qua fuerat
alligatus, mirata tẽtauit. Quã cum omnino suis
nodis firmissimis, sicut fuerat, comperisset astri-
ctã, crepuisse, atq; exilijsse annulũ suspicata est.
Qui etiam ipse cũ integerrimus fuisset inuẽtus,
futuræ salutis quodammodo pignus de tanto
miraculo se accepisse præsumpsit, atq; illud uin
culum soluens, simul cũ eodem annulo proiecit
in flumẽ. Non credunt hoc, qui etiã dominum
Iesum per integra uirginalia matris enixũ, & ad
discipulos ostijs clausis ingressum fuisse non cre
dunt. Sed hoc certe quærant, & si uerum inue-
nerint

nerint, illa credant. Clarissima fœmina est, no- A
biliter nata, nobiliter nupta, Carthagine habi-
tat: ampla ciuitas, ampla persona, rem quęren
tes latere non sinunt. Martyr certe ipse, quo
impetrante illa sanata est, in filium permanen-
tis uirginis credidit, in eum qui ostijs clausis ad
discipulos ingressus est credidit. Postremo, pro-
pter quod omnia ista dicuntur à nobis, in eum,
qui ascendit in cœlum cum carne, in qua resurre
xerat, credidit: & ideo per eum tanta fiunt, quia
pro ista fide animã posuit suam. Fiunt ergo etiã
nunc multa miracula: eodem deo faciente, per
quos uult, & quẽadmodum uult: qui & illa, quę B
legimus fecit: sed ista nec similiter innotescunt,
necq; ut non excidant animo, quasi glarea me-
moriæ crebra lectione tunduntur. Nam & ubi
diligentia est, quæ nunc apud nos esse cœpit, ut
libelli eorũ, qui beneficia percipiũt, recitentur in
populo, semel hoc audiunt qui adsunt, pluresq;
non adsunt: ut nec illi, qui affuerunt, post aliquot
dies, quod audierũt, mente retineãt, & uix quis-
quam reperiatur illorum, qui ei, quẽ nõ affuisse
cognouerit, indicet quod audiuit. Vnum est
apud nos factũ, non maius quàm illa quę dixi:
sed tam clarũ atq; illustre miraculum, ut nullũ
arbitror esse Hipponensiũ, qui hoc nõ uel uide- C
rit, uel didicerit: nullum, qui obliuisci ulla ratione
potuerit. Decẽ quidam fratres fuerũt, quorum
septem sunt mares, tres fœminæ, [d]de Cæsarea
Cappadociæ suorũ ciuium non ignobiles: [e]ma
ledicto matris recenti patris eorum obitu desti-
tutæ, quæ iniuriam sibi ab eis factã acerbissime
tulit, tali pœna sunt diuinitus coerciti, ut horribi
liter quaterentur omnes tremore membrorũ: in
qua fœdissima specie oculos suorum ciuium nõ
ferẽtes, quaquauersum cuicq; ire uisum est, toto
penè uagabantur orbe Romano. Ex his etiam
ad nos uenerunt duo, frater & soror, Paulus & D
Palladia, multis alijs locis miseria diffamante
iam cogniti. Venerunt aũt ante Pascha fermè di
es quindecim, [g]Ecclesiam quotidie, & in ea me-
moriam glorioſissimi Stephani frequentabãt,
orantes, ut iam sibi placeretur deus, & salutem
pristinam redderet. Et illic, & quacunq; ibant,
cõuertebant in se ciuitatis aspectum. Nonnulli,
qui eos alibi uiderãt, causamq; tremoris eorum
nouerant, alijs ut cuicq; poterãt, indicabant. Ve-
nit & Pascha, atq; ipso die dominico mane cum
iam frequens populus præsens esset, & loci san-
cti cancellos, [h]ubi martyrium erat, idem iuuenis orans teneret, repente prostratus est, & dormi-
enti simillimus iacuit: non tamen tremens, sicut
etiã per somniũ solebat. Stupẽtibus qui aderãt,
atq; alijs pauẽtibus, alijs dolentibus, cum eum
quidam uellẽt erigere, nõnulli prohibuerũt, sed
potius exitũ expectãdũ esse dixerũt. Et ecce sur-
rexit, & nõ tremebat, quoniam sanatus erat sta
bat incolumis, intuẽs intuentes. Quis ergo intu
entiũ se tenuit à laudibus dei? Clamantiũ, gra-
tulantiumq; uocibus ecclesia usquequaq; cõple
ta est. Inde ad me curritur, ubi sedebã iam pro-
cessurus: Irruit alter quisq; post alterum, omnis
posterior quasi nouũ, q̃d alius prior dixerat, nũ
ciantes. Mecq; gaudẽte, & apud me gratias deo
agente, ingreditur etiã ipse cũ pluribus: inclina-
tur ad genua mea, erigitur ad osculũ meũ. Proce
dimus ad populũ: plena erat ecclesia, personа-
bat uocibus gaudiorũ: deo gratias, deo laudes,
nemine tacẽte, hinc atq; inde clamantiũ. Saluta
ui populum, & rursus eadẽ feruentiore uoce cla
mabãt. Facto tandẽ silentio, scripturarum diui
narum sunt lecta solennia. Vbi aũt uentũ est ad
mei sermõis locũ, dixi pauca, pro tẽpore, & pro
illius iocunditate lætitiæ. Magis enim eos in o-
pere diuino, quandã dei eloquentiam non audi
re, sed considerare permisi. Nobiscum homo
prandit, & diligenter nobis omnem suæ ac ma
ternæ, fraternæq; calamitatis indicauit histori-
am. Sequẽti itaq; die, post sermonẽ redditum,
narratiõis eius libellum in crastinũ populo reci-
tandum promisi. Quod cum ex dominico Pa-
schę die tertio fieret in gradibus exedrę, in qua
de superiore loquebar loco, feci stare ambos
fratres, cum eorum legeretur libellus. Intueba-
tur populus uniuersus, sexus utriusq;, unũ stan
tem sine deformi motu: alteram membris om
nibus contrementem. Et qui ipsum non uide-
rant, quid in eo diuinæ misericordiæ factũ esset,
in eius sorore cernebant. Videbant enim, quid
in eo gratulandum, quid pro illa esset orãdum.
Inter hæc recitato eorum libello, de conspectu
populi abire eos præcepi: & de tota ipsa causa
aliquanto diligentius cœperam disputare, cum
ecce, me disputante, uoces aliæ de memoria mar
tyris nouæ gratulationis audiuntur. Conuersi
sunt eò, qui me audiebant, cœperuntq; concur-
rere: Illa enim, ubi de gradibus descẽdit, in qui-
bus steterat, ad sanctum martyrem orare per-
rexerat. Quæ mox ut cancellos attigit, collapsa
similiter uelut ad somnũ sana surrexit. Dũ ergo

requireremus quid factum fuerit, unde iste strepitus lætus extiterit, ingressi sunt cum illa in basilicam, ubi eramus, adducentes eam sanam de martyris loco. Tum uero tantus ab utroq; sexu admirationis clamor exortus est, ut uox continuata cum lachrymis non uideretur posse finiri. Perducta est ad eum locum, ubi paulo ante steterat tremens. Exultabant eam similem fratri factam, cui doluerant remansisse dissimilem. Et nondum fusas preces suas pro illa, iam tamen præuiam uoluntatem tam cito exauditam esse cernebant. Exultabãt in dei laudem[k] uoces, sine uerbis tanto sonitu, quantum aures nostræ ferre uix possent. Quid erat in cordibus exultantium, nisi fides Christi, pro qua Stephani sanguis effusus est?

L. VIVES

a Magnum est ipse prodigium.] Tanquam rara admodum res, & à moribus sensuq; cæterorũ discrepans. b Quem diffamatum.] Alibi, diffinitum: ut tanta authoritas multitudine non uilesceret, aut copia, néue pro suo quisq; arbitrio adiungeret, quæ fuisset libitum rebus primæ authoritatis & fidei: & ut certum ac statum haberẽt Christiani, quid essent habituri fidei inconcussæ. c Martyrum Protasij.] Hi filij fuerũt Vitalis equitis Romani, martyris, & Valeriæ. Corpora eorum Mediolano translata sunt Brisacum Germaniæ à Friderico primo. d Episcopo Ambrosio.] Antistite Mediolanen. omnibus sanctitate & scriptis noto. e Ex aduocato.] Qui aduocatus fuerat. Sic hoc dicitur, ut ex quæstor, & exconsul, pro quæstorius, & cõsularis, quæ nomina sunt illa ætate nata. f Ammonium.] Non est hic celebris ille philosophiæ Platonicæ, & Peripateticæ magister, qui etiam Origenem docuit. nam is ad hæc tempora non potuit peruenisse. nescio, an sit Aegyptius, Ioannis Grammatici præceptor. g Vzalensis.] Plinius lib. v. in Aphrica minore Vzalitanum ponit oppidum. Et Ptolem. Ουζαλαι minori syrti proximam. Sed August. Vzali Vticæ uicinam dicit, quæ procul abest à syrtibus. h Rem sicut medici dicunt nullis medicamentis sanabilem.] At Galenus & Auicenna rationem curæ tradunt: sed quum nondum est confirmatus, & perfectus cancer. nam tunc reuelli nequit, tantum leniri. Celsus tres huius morbi species numerat, lib. v. Cacoethes, cuius ulcus est quidem pressum, sed uicina intumescunt: secundum sine ulcere: tertium thymium uocant. gignitur ex atra bili adusta ui flauæ. i Aut ut aliquanto homo quietius uiuat.] In lib. Brugen. Carmelitano sic: Aut ut aliquanto diutius homo uiuat, tamen inde mortem quamlibet tardius affuturam. *Idem legit uictorianum* In hoc capite non dubium, quin multa sint addita uelut declarandi gratia, ab ijs, qui omnia magnorum authorum scripta spurcis suis manibus contaminabant, quorum alia resecabo, alia more meo contentus ero uelut digito indicasse. k Obseruanti ad baptisterium.] An legendum, obseruante ad baptisterium. à Paschate ad Pentecosten olim baptizabãtur iam firmi & petentes; quod adhuc ostendit consuetudo nostræ ecclesiæ; in qua per id tempus tam frequens fit de aquis mentio, & de baptismate. l A pueris nigris curatis.] *Cirri* In codice Brugen. legitur cirratis. Cirros, capitis crines interpretatur Nonius Marcellus. Cato de liberis educandis: Cirros ad Apollinem ponere solent. Sic & Persius: Ten' cirratorum centum dictata fuisse, Pro nihilo ducas? Loquitur de crinitis pueris Romanis. m Quidam Curubitanus.] *Curubis* Est Curubis in Aphrica urbs libera, in Mercurij promontorio, ultra Carthaginem. Plin. libro quarto. Idem Ptole. qui eam κουροβιν uocat. n In territorio Fussallen.] Nescio, an Vssilen. ab Vssylla, de qua dixi. o Fundum Cubedi.] Alias Zubedi. p Ligauit oratio.] *Orarium* Legendum, orario. quasi stola sacerdotali: quo uocabulo utuntur sacri scriptores illius æui, Hieronymus & Ambrosius. Potest etiam sumi pro mantili uel sudario. q Quem à dæmonio correptum uidit.] In alijs libris sic: pro adolescente, quem non uidit orasse. r Quinquagenos folles.] Fefellerat me hoc loco Philippus Beroaldus, cuius diligentiæ fidebam: reduxit in uiam Andreas Alciatus cuius Annotationem ad uerbum subscribam. *Phollis* Phollis, inquit, sub Theodosio iuniore tributum mulorum ab eo institutum Constantinopoli, quod his sibi in bello opus esse diceret. Phollis autẽ aliud tributi genus est, quod nobiliores quiq; ciuitatis pendebant, pro ut secundum habitationes fuerant comprehensi: ut nobilitas quæ ad bonam fortunam illos perducere debuerat, hoc incommodi secum afferret: primo quidem tributo auri libræ octo, secundo quatuor, tertio duæ pendebantur. Et ut ait Esychius illustris philosophus in vi. historiæ de tẽporibus diuisione: Phollis pondus est, alio nomine dicta balantium: trahit autẽ donos ducẽtos quinquaginta: hoc est libras. cccxij. & uncias vi. singuli uero doni libram unam, uncias xij. comprehendebant. Est & alius phollis coactus ex argenteis leptis, qui militibus, quos miliarios uocabant, dabatur. Lepti autem cerati, on unum cum dimidio continent. Ita phollis iste argenti ceratia. ccviij. habet, & numos ix. quæ summa nunc ualeat millia cix. Est & alius phollis, à duabus auri libris incipiens, & usq; ad octo procedens, prout soluentium tributa substantiæ patiebantur. Hæc ille interpres. Verum Suidas, phollis, inquit, masculini generis, est obolus. Idem in dictione cermata κέρματα, ducenti & decem oboli, quos pholeis uocant: & hoc sensu Augu. de ciuit. dei ult. lib. capitur. tametsi Beroaldus in Apul. pholles legerit, cum ea uox nunquam pro pecunia accipiatur. Hæc Alciatus, cui bene monenti maximam habeo gratiam. f Episcopo proiecto.] In alijs libris sic legitur: Episcopo afferente præiecto martyris gloriosissimi Stephani memoriam. Nec est paulo post: Pignora sacra. t In castello Synicensi, quod Hipponen. Coloniæ.] Ptolem. propè Hipponẽ Diarrhitum Thinissam ponit. Forsan de hac August. loquitur. & eadẽ est quæ apud Plinium corrupte legitur, & Tisicensis, & Tiricensis, lib. v. An potius legendum Siticensi. Sitici enim populi sunt Mauritaniæ Cæsariensis. v Vbi sanctas attigit reliquias.] Hæc quatuor uerba in antiquis non leguntur libris. x Calamæ habitans.] *Calama* Calama ciuitas est Aphricæ minoris colonia po. Ro. Calamos uero Syriæ phenicis est Plinio. y Memoriam supradicti martyris.] Paulus Orosius reliquias beati Stephani Hierosolyma Romã attulit attulit authore Gennadio. z Etiam tres podagrici, duo ciues.] Alibi sic: Podagrici duo, unus ciuis, peregrinus unus, sed ciuis. a Cuiusdam collectarij filius.] *Collectarius* Collectarium uocat, qui pecuniam principis, aut reip. nomine colligebat, quẽ ueteres coactorem soliti erant nominare, ut apud Ciceronem pro Cluentio. Et coactio argentaria apud Tranquillum, ubi deinde uenia & missione impetrata, coactiones argentarias factitauit. b Lapidem in renibus inuentum bouis.] De hoc renum lapide nihil, de alio, quem in capite habet, legi apud Plinium libro xxx. Bouis, inquit, capiti lapillum tradunt inesse, quem ab eo expui, si necem timeat. inopinatis præciso capite exemptũ, adligatũq; mire prodesse dentitioni. & tamẽ in renibus bouis gigni lapi-

lapidem, facilius est, quàm in humanis, propter sanguinem, humoresq; crassos, & multos, calorẽq; non parũ. c In cõfinio fluminis Bagradæ.] *Bagrada* Hic ex Mapsaro mõte Libyæ interioris Ptolemæo ortus latissimã Aphricã rigat, & si in tabula à Garamantibus usq; eum deducit. Interfluit Vticã, & ibi mari nostro cõiungitur. Strabo. d Quasi clara memoriæ crebra lectione tenduntur.] In codice diui Donatiani sic scribitur: quasi glarea memoriæ crebra lectione tundunt. translationẽ esse puto, à loco lubrico, & re fluxa, quæ glarea, hoc est harena, interspergebatur, quo asperior facta, seu uestigiũ facilius ferret, seu prehensionem. sic ubi futurũ est equestre certamẽ, is locus harena cõpletur, & locis cõglaciatis spargit. & olim Athletis post unctionẽ, ne prorsus inter colluctantiũ elaberent manus. Ita Ouid. uerbis Acheloi, cum quo lucta est Hercules congressus, nono transfor.

Ille cauis hausto spargit me puluere palmis,
Inq; uicem fuluæ tactu flauescit harenæ.

e De Cæsarea Cappadociæ.] *Cappadocia* Cappadocia est in Asia minore, Galatas, & Paphlagonas ab occasu attingens, ab Oriente uero minorem Armeniã, multa in arctũ ad Euxinũ pontũ patet, quanquã hos Calybes Mela nominat, alij Cappadoces ad Thermodoontẽ fluuiũ. Vocata est Cappadocia ab amne inter Galatiã, & Cappadociam defluente, ut inquit Plin. Nam antea Leucosyri, hoc est, albi Syri dicebãtur, cõparatione eorũ, qui intra Taurũ habitãt, sicut Strabo dicit, qui adusto sunt colore. Olim Cappadoces, Syros esse dictos, Herodotus & Plutarc. ostẽdunt, à Syro Apollinis & Sinopes filio, unde & Sinope urbs Cynici Diogenis patria. Porrò in Cappadocia fuerũt urbes, inter cæteras Diocæsarea, *Cæsarea* & Neocæsaria, quam alluebat Lycus amnis, & Cæsarea sub Argeo monte, quæ prius Mazaca dicebat̃, ut testantur Plinius, Solinus, Ptolemæus, Animianus. Sextus Rufus, Cæsaream nominatam in Augusti honorem putat. Eusebius uero Archelao pulso, inq̃t, Tiberius Cappadociam in prouinciæ formã redegit, & Mazacam nominauit Cæsareã. Fieri potest, ut in patris Augusti memoriam. Solinus & Martianus Capella Mazacam urbium matrem à Cappadocibus uocitari solitã referũt. Strabo Eusebiam nũcupatam scribit Mazacam, quam ipse Ciliciæ metropolim statuit. Porrò Cæsareæ celeres illos gigni equos, Claudianus significat, cum Argæum parentem nominat uolucrũ equorum: huic Basiliũ magnum debemus. f Maledicto matris.] Parentũ execrationem magnopere metuere debent filij. Multa huiusce rei leguntur horribilia exẽpla. g Et ecclesiam quotidie.] In alijs sic: Ecclesiã quotidie: & in ea memoriam gloriosissimi Stephani frequentabant. Fessus iam sum, tam minuta annotando, quæ non dubito esse à sciolo quopiam sic mutata, dum putat lucẽ afferre. h Vbi martyrium erat.] uidetur posuisse martyrium pro loco, ubi conditus est uel ubi colitur martyr, similitudine figuræ Græce. i In gradibus exedræ.] *Exedra* Exedra locus est, in quo multæ sunt sedes. Erant in Græcia crebræ in gymnasiis, præsertim ubi philosophi disputabãt. Vitruuius lib. v. Constituantur exedræ spatiosæ, habentes sedes, in quibus philosophi, rhetoresq;, ac reliqui, qui studijs delectantur, sedentes disputare possint. Miror, cur, in ædificijs Italicis negarit esse exedras, cum Cicero, & Crassum oratorẽ in Tusculano, & Cottam Pont. Romæ exedras habuisse scribat. Sũt exedræ in templis, quem uulgo chorum uocant, de quis hic Augustinus: & in peristilijs monachorum, aut canonicorum, quæ capitula, ut Budæus noster in pandectas annotauit. k Voces sine uerbis tanto sonitu.] Docte expressit uerba tantum esse articulata, & distincta, uoces quosuis sonos dici, sicut Donatus explicat, adducens illud Vergilij: Fractasq; ad littora uoces: ubi uoces non modo sonitum animalis ore editum poeta uocat, sed strepitum undarũ litoribus illisarum.

Quod uniuersa miracula, quę per martyres in Christi nomine fiunt, ei fidei testimoniũ ferant, qua in Christum martyres crediderunt. Cap. IX

CVI, nisi huic fidei attestantur ista miracula, in qua prædicatur Christus resurrexisse in carne, & in cœlum ascendisse cũ carne? Nam & ipsi martyres huius fidei martyres, id est huius fidei testes fuerunt, huic fidei testimonium perhibentes, mundum inimicissimum & crudelissimum pertulerunt, eumq; nõ repugnãdo, sed moriendo uicerunt. Pro ista fide mortui sunt, qui hæc à dño impetrare possunt, propter cuius nomẽ occisi sunt. Pro hac fide præcessit eorũ mira patientia ut in his miraculis tãta ista potẽtia sequeretur. Nã si carnis in æternũ resurrectio, uel nõ præuenit in Christo, uel nõ uentura est, sicut prænũciatur à Christo, uel sicut prænũciata est à prophetis, à quibus prænunciatus est Christus:[a] quare martyres tãta possũt, qui pro ea fide, qua hęc resurrectio prędicatur, occisi sũt? Siue em̃ deus ipse per seipsum miro modo, quo res tẽporales operatur ęternus, siue per suos ministros ista faciat: & eadẽ ipsa quæ per ministros facit, siue quædã faciat etiã per martyrũ spiritus, sicut per homines adhuc in corpore cõstitutos: siue omnia ista per angelos, quibus inuisibiliter, immutabiliter, & incorporaliter imperat, operetur: ut quæ per martyres fieri dicuntur, eis orãtibus tantum & impetrãtibus, non etiã operantib. fiant: siue alia fiant istis, alia illis modis, qui nullo modo cõprehendi à mortalibus possunt: ei tamen attestantur hæc fidei, in qua carnis in æternum resurrectio prædicatur.

L. VIVES

Quare martyres tanta possunt.] In alijs exemplaribus deest martyres, in alijs pro martyres mortui legitur, sic: Cur mortui tanta possunt?

Quanto dignius honorentur martyres, qui ideo multa mira obtinent, ut deus uerus colatur, quàm dæmones, qui ob hoc quædam faciunt, ut ipsi dij esse credantur. Cap. X

HIC forte dicturi sunt etiã deos suos aliqua mira fecisse. Bene si iam incipiunt deos suos nostris mortuis hominibus cõparare. An dicent etiam se habere deos ex hominib. mortuis, sicut Her-

culẽ,ſicut Romulũ,ſicut aliosmultos,quos in de-
orũ numerũ receptos opinãtur? Sed nobis mar-
tyres nõ ſunt dĳ:quia unum eundẽq; deum, &
noſtrum ſcimus,& martyrũ:nec tamen miracu-
lis,quæ per memorias noſtrorũ martyrum fiũt
ullo modo cõparanda ſunt miracula,quæ facta
per templa perhibẽtur illorum. Verum,ſi qua ſi-
milia uidentur,ſicut à Moyſe magi Pharaonis,
ſic eorum dĳ uicti ſunt à martyribus noſtris.Fe-
cerũt autẽ illa dæmones eo faſtu impuræ ſuper-
biæ,quo eorum dĳ eſſe uoluerunt.Faciunt autẽ
iſta martyres,uel potius deus,uel orãtibus, aut
cooperãtibus eis,ut fides illa proficiat, qua eos, B
nõ deos eſſe noſtros,ſed unum deũ habere no-
biſcum credamus. Deniq; illi talibus dĳs ſuis,et
templa ædificauerunt,& ſtatuerũt aras,& ſacer-
dotes inſtituerũt,et ſacrificia fecerunt. Nos autẽ
martyribus noſtris non tẽpla ſicut dĳs,ſed me-
morias ſicut hoib. mortuis,quorũ apud deũ ui-
uunt ſpiritus,fabricamus:nec ibi erigimus alta-
ria,in quibus ſacrificemus martyribus, ſed uni
deo,[a]& martyrũ,& noſtro ſacrificium immola-
mus:ad quod ſacrificiũ,ſicut hoies dei,qui mun
dum in eius confeſsione uicerunt,ſuo loco & or
dine nominantur,nõ tamen à ſacerdote,qui ſa- C
crificat,inuocãtur. Deo quippe,non ipſis ſacrifi
cat,quãuis in memoria ſacrificet eorũ: quia dei
ſacerdos eſt,nõ illorũ. Ipſum uero ſacrificiũ cor-
puseſt Chriſti,quod nõ offertur ipſis,quia[b] hoc
ſunt & ipſi. Quibus igitur potius credendũ eſt,
miracula faciẽtibus? eisne,qui ſeipſos uolunt ha
beri deos ab his,quibus ea faciunt:an eis,qui,ut
in deum credatur,quod & Chriſtus eſt,faciunt
quicquid faciunt? Eis ne,qui ſacra ſua,etiã crimi
na ſua eſſe uoluerunt:an eis,qui nec laudes ſuas
uolunt eſſe ſacra ſua,ſed totum quod ueraciter
laudantur,ad eius gloriam proficere,in quo lau
dantur? In domino quippe laudãtur animę eo- D
rum. Credamus ergo eis, & uera dicentibus,&
mira faciẽtib. Dicendo enim uera paſsi ſunt,ut
poſſent facere mira.In eis ueris eſt præcipuum,
quod Chriſtus reſurrexit à mortuis,& immor-
talitatẽ reſurrectionis in ſua carne primus oſten
dit,quam nobis affuturã,uel principio noui ſe-
culi,uel in huius fine promiſit.

L. VIVES

ET martyrũ & noſtro ſacrificiũ immolamus.] In a-
lĳs exẽplaribus legĭt: Vni deo & martyrum & no
ſtro,à quo ſacrificiũ, ſicut homines dei. ſignificat
nõ nominari ſacrificiũ martyrũ, ſed dei, quemadmodũ
martyres nõ dĳ nũcupant, ſed homines dei. b Quia
hoc ſunt & ipſi.] Nempe ex Chriſti cõrpore,nõ Chriſti
caput, quemadmodum Corinthĳs Apoſtolus Paulus,
inquit: Vos eſtis corpus Chriſti,& membra.

Contra Platonicos,qui de naturalibus ele
mentorũ ponderib.argumentantur, terre
num corpus in cœlo eſſe non poſſe. XI

COntra quod magnum dei donũ ra
tiocinatores iſti,quorũ cogitationes
nouit dominus quoniã uanæ ſunt,
de ponderibus elementorum argu
mentãtur:quoniã ſcilicet magiſtro Platone, dĳ-
dicerunt,mundi duo corpora maxima,atq; po
ſtrema,duobus medĳs,aere ſcilicet,& aqua eſſe
copulata,atq; coniuncta. Ac per hoc,inquiunt,
quoniã terra ab hinc ſurſum uerſus eſt prima:
ſecunda,aqua ſuper terram:tertius,aer ſuper a-
quam:quartũ,ſuper aera cœlum:nõ poteſt eſſe
terrenum corpus in cœlo. Momentis enim pro
prĳs,ut ordinem ſuum teneant,ſingula elemen
ta librantur. Ecce, qualibus argumentis omni-
potentiæ dei humana cõtradicit infirmitas,quã
poſsidet uanitas. Quid ergo faciunt in aere ter-
rena tot corpora,cum à terra ſit aer tertius? Niſi
forte,qui per plumarum & pẽnarum leuitatem
donauit auĭũ terrenis corporibus,ut portentur
in aere,immortalibus factis corporibus homi-
num nõ poterit donare uirtutẽ, qua etiã in ſum
mo cœlo ualeãt habitare? Animalia quoq; ipſa
terrena,quæ uolare nõ poſſunt,in quibus et ho
mines ſunt,ſicut ſub aqua piſces,quę ſũt aquarũ
animalia,ita ſub terra uiuere debuerunt. Cur er
go non ſaltẽ de ſecundo,id eſt de aquis, ſed de
elemento tertio terrenum animal carpit hanc ui
tam? Quare cum pertineat ad terrã,in ſecundo,
quod ſuper terrã eſt elemẽto,uiuere ſi cogatur,
cõtinuo ſuffocatur,et ut uiuat,uiuit in tertio? An
errat hic ordo elementorum,uel potius non in
natura rerum, ſed in iſtorũ argumentationibus
deficit? Omitto dicere,quod iã in tertiodecimo
libro dixi:q̃ multa grauia terrena ſint corpora,
ſicut plumbum,et formam tamen ab artifice ac
cipiant,qua natare ualeant ſuper aquam: & ut
accipiat qualitatem corpus humanum,qua fer-
ri in cœlum,& eſſe poſsit in cœlo omnipotenti
artifici contradicitur? Iam uero cõtra illud quod
iam dixi ſuperius,etiã iſtum conſiderantes atq;
tractantes elementorum ordinem, quo conſi-
dunt,non inueniunt omnino quod dicant. Sic
eſt enim hinc ſurſum uerſus terra prima,aqua ſe
cunda,tertius aer,quartum cœlum,ut ſuper om
nia ſit

nia ſit animæ natura.[c]Nam & Ariſtoteles quin A
tum corpus eam dixit eſſe,& Plato nullum. Si
quintum eſſet,certe ſuperius eſſet cæteris. Cum
uero nullum eſt,multo magis ſuperat omnia.In
terreno ergo quid facit corpore? In hac mole,
quid agit ſubtilior omnibus? In hoc pondere,
quid agit leuior omnibus? In hac tarditate,quid
agit celerior omnibus? Itáne per huius tam ex-
cellentis naturæ meritũ non poterit effici,ut cor
pus eius leuetur in cœlum? & cum ualeat nunc
naturã corporum terrenorum deprimere ani-
mas deorſum,aliquo modo et animę leuare ſur
ſum terrena corpora nõ ualebunt? Iam ſi ad eo-
rum miracula ueniamus, quæ facta à dĳs ſuis B
opponunt martyribus noſtris,nõne etiam ipſa
pro nobis facere,& nobis reperientur omnino
proficere? Nam inter magna miracula deorum
ſuorum,profecto magnum illud eſt,quod Var
ro cõmemorat: Veſtalem uirginem,cum perícli
taretur falſa ſuſpitione de ſtupro, cribrum im-
pleſſe aqua de Tiberi, & ad ſuos iudices, nulla
eius parte ſtillante,portaſſe. Quis aquæ põdus
ſuper cribrum tenuit? Quis tot cauernis paten-
tibus,nihil inde in terrã cadere permiſit? Reſpõ
ſuri ſunt: Aliquis deus, aut aliquis dæmon. Si
deus,nunquid maior eſt deo,qui fecit hũc mun C
dum? Si dæmõ, nunquid potentior eſt angelo,
qui deo ſeruit,à quo factus eſt mundus? Si er-
go deus minor,uel angelus,uel dæmon potuit
pondus humidi elementi ſic ſuſpẽdere,ut aqua
rum uideatur mutata fuiſſe natura: itá ne deus
omnipotens,qui ipſa creauit elementa, terreno
corpori graue pondus auferre nõ poterit, ut in
eodem elemento habitet uiuificatum corpus,in
quo uoluerit uiuificãs ſpíritus? Deinde cum ae-
rem medium ponant inter ignem deſuper,& a-
quam ſubter,quid eſt,quod eum inter aquã,&
aquam,& inter aquã & terrã ſæpe inuenimus?
Quid eñ uolunt eſſe aquoſas nubes,inter quas D
& maria,aer medius reperitur? Quo nã,quæſo,
elemẽtorũ põdere,atq; ordine efficitur,ut torrẽ
tes uiolentiſsimi atq; undoſiſsimi,anteq; ſub ae
re in terris currãt,ſuper aera in nubib. pendeãt?
Cur denicq; aer eſt medius inter ſumma cœli,et
ima terrarũ quaquauerſum orbis extẽdítur,ſi lo
cus eius inter cœlum & aquas,ſicut aquarum in
ter ipſum,& terras,eſt conſtitutus? Poſtremo ſi
ita eſt elemẽtorum ordo diſpoſitus,ut ſecundũ
Platonẽ duob. medĳs,id eſt aere & aqua, duo
extrema,id eſt ignis & terra,iungantur, cœlíq;
obtineat ille ſummũ locum,hæc autẽ imi, uelut
fundaminis mundi,& ideo in cœlo eſſe non po
teſt terra;cur eſt ipſe ignis in terra? Secundum
hanc quippe rationem,ita iſta duo elementa in
locis proprĳs,imo,ac ſummo;terra,& ignis eſſe
debuerunt:ut quemadmodũ nolunt in ſummo
eſſe poſſe,quod imi eſt,ita nec in imo poſſet eſ-
ſe,quod ſummi eſt.Sicut ergo nullã putant,uel
eſſe,uel futuram eſſe terræ particulã in cœlo, ita
nullam particulam uidere debuimus ignis in
terra. Nunc uero non ſolum in terris,uerumetiã
ſub terris ita eſt,ut eum eructẽt uertices monti-
um,præter quod in uſibus hominum, & eſſe i-
gnem in terra, & eum naſci uidemus ex terra.
Quandoquidẽ & de lignis,& de lapidib. naſci-
tur,quæ ſunt corpora ſine dubitatione terrena:
Sed ille,inquiunt,ignis,eſt trãquillus,purus,in-
noxius,ſempiternus:iſte aũt turbidus,fumeus,
corruptibilis,atq; corruptor. Nec tamẽ corrum
pit mõtes, in quibus iugiter æſtuat,cauernasq;
terrarum.Eſto,ſit illi iſte diſsimilis, ut terrenis
habitationibus congruat. Cur ergo nolunt, ut
credamus naturam corporum terrenorum ali-
quando incorruptibilem factã cœlo cõuenien-
tem futurã:ſicut nunc ignis corruptibilis his cõ-
uenit terris? Nihil igitur afferunt ex põderibus
atq; ordine elementorum, unde omnipotenti
deo,quo minus faciat corpora noſtra talia,ut e-
tiam in cœlo poſsint habitare,præſcribant.

L. VIVES

NAm & Ariſtoteles quintũ corpus eã dixit eſſe.] At Ariſtoteles cõcretione omni, compoſitioneq;
ac corpore animam liberat, ut primo De anima
libro docet,opiniões cõfutãs Democriti, Empedoclis,
Alcmæonis, Platónis, Xenocratis. Nec mirum, ſi Augu
ſtino uiſus eſt Ariſtoteles animam facere corporeã,& ex
quatuor elementis coagmentatam tradere creditus eſt:
Nam cum Plato de ſubſtantia cœleſtium ignium decer
ptas portiũculas animas eſſe exiſtimet, ſyderaq; ex qua
tuor illis, quæ ſuo more ponit,elemẽtis conflet, putauit
Ariſtoteles, nõ minus quatuor elementa ĩñ anima ab eo
commiſceri, q̃ in aſtris, unde eſt deſumpta. Qua in re,
uir eruditiſsimus, pariter & ingenioſiſsimus, captus eſt,
ſeu potius capere alios,& magiſtrum Platonẽ cõfutare
tẽtauit. Quis enim credat tantũ diſcipulũ, tandiu audi-
tum præceptorẽ, nõ intellexiſſe? Pari argumẽto quũ A-
riſtoteles quintã, ſiue eſſentiam, ſiue naturã, cœlũ nomi
nat, ſegiſſetq; apud Ciceronẽ Auguſtinus;animã nullũ
ex quatuor elementaribus in ſe continere corporibus,
ſed eſſe quintã quandã naturã, non minus cenſuit ab eo
fieri corpoream animã, q̃ cœlũ. Nõ diſputo in præſentia,
ut cõſtet animã omni prorſum ex ſe corpore apud Ari-
ſtotelem uacare. Neq; eñ hoc ille apertius dixit, q̃ cæte
ra, Aut moris ſui hoc oblitus eſt loco,& argumẽta eius
non eo tendunt,ne quid habeat corporis anima,ſed ne
quid horum elementorũ. Nam ut erat uir ille huic natu
ræ, quam oculis, ſiue deorſum uſurpamus, ſiue ſurſum,
addictiſsimus, unde & dæmonĳ nomen inuenit, nihil

esse, quod non ex ea originem uelut ex fonte traheret, arbitratus est: corpora ex ijs, quæ sublimia sunt, animas uero ex cœlis: essecq; illas, non quidem qualia inter nos uersantur corpora, sed corpora tamen, altiore ratione, ac modo, quæ quinta dicuntur natura. Idcirco actus esse, & actionem, uim, uitam, motum, uigorem, in sua corpora transfundere, quæ omnia sunt cœlorum propria. Cæterum, ut donemus nunc quod recentiores contendunt Peripatetici, nihil prorsus Aristoteli animam habere corporis, errati huius facilis certe, & uenia dignissimi, uel præcipua causa fuit, quod Augustinus Aristotelis de anima sententiam, non ex ipsius Aristotelis uoluminibus, quæ tunc rara erant, nec ferè nisi in Græcia, sed Cicerone referēte, cognouit, qui in primo Tusculan. quæst. sic ait: Aristoteles longe omnibus, Platonem semper excipio, præstans, & ingenio, & diligentia, cum quatuor illa genera principiorū esset complexus, è quibus omnia orirentur, quintam quandam naturā censet esse, è qua sit mēs. Cogitare enim, & prouidere, & discere, & docere, & inuenire aliquid, & tam multa alia meminisse, amare, odisse, cupere, timere, angi lætari: hæc, & similia eorum in horum quatuor generū nullo inesse putat. Quintum genus adhibet uacās nomine. & sic ipsum animum ἐνδελέχειαν appellat, nouo nomine, quasi quandam continuatam motionem, & perennem. Sic ille. Quod dictum eius, & Augustino dux fuit deflectendi de uia, & in Ciceronem ipsum Græcos penè, & huius, & superioris ætatis uniuersos, ceu apes in ursum mellarium concitauit, lacessitos prius, ac iritatos aliquot eius morsibus, non omnino suauibus, quibus tum beatas linguæ illius diuitias attenuabat, quam ipsi locupletissimā omnium esse, habericq; cupiunt: tum mores infamabat gētis. Itaq; non ἐνδελέχειαν aiunt, id est perpetuam motionem, Aristoteles animam nominauit, cum id reprehēderit in Platone, sed ἐντελέχειαν, quasi ἐντελῆ ἔχειν, hoc est perfectā habitionem, & ut uertit Hermolaus, perfectihabiam. Sed qui constat ἐντελέχειαν, & non ἐνδελέχειαν, ab Aristotele scripto relictum esse? ut recte Politianus quærit. nam motionem animæ perpetuam non admittit Aristoteles, in Platone, sibi indulget. Quid enim aliud est actus ipse animæ, uita, uigor, cū quidā motus genus, etiam Aristotelis? Tum & pars animæ motiua, unde manat, aut quid aliud est, cū anima. Sed auferant sanè ἐνδελέχειαν, esse Aristotelicam animam, nō ἐνδελέχειαν, tantamne ob unicum memoriæ lapsum excitari Ciceroni tragœdiam? Succurrebat uidelicet doctissimo uiro legisse se apud omnes ueteres, animam esse, per quam corpus moueretur: apud multos uero agitari semper illam, nec unquā quiescere. Fieri potest, ut aliquis ex ijs, qui perpetuum animæ tribuebant motum, ἐνδελέχειαν aliquando eam dixerit. Id uocabulum, & scriptura ἐντελεχείας simillimum, & pronunciatione idem, surrepsit aliud agenti: nec consulere forsan Aristotelis codicem uacabat, aut non libebat, ac ne opus quidem erat; de re alia differenti. nempe mortem malum nō esse. nam siue continuus motus, siue perfectus habitus esset anima ab Aristotele nuncupata, ad rem, qua de ageret, ne pili quidem referebat. & quāquam se liberatum magna ex parte defensionū laboribus, senatorijsq; muneribus Tusc. quæst. præfetur scribere, uellem tamen qui eum reprehēdunt, tam impediti publicis negocijs, cū ille tunc erat, in studijs uersarentur, ut uideremus, an non carpendi modo, sed uel legendi, aut ipsum, aut Aristotelem putarent sibi ociū superesse. Profecto fuit in M. Tullio diuina uis ingenij, qui medijs totius terrarū orbis negocijs, & tumultibus, ita cū lubitum est, seipsum seuocauit, ut non solum tempus inueniret, quo legeret, sed etiā quo illa conscriberet, quæ nō satiamur mirādo. sacerdotiolum unius, aut alterius annui sestertij, aut procuratiūcula perexigua percq; facilis, si cui cōtingat nostrum, tam impeditos nos ac implicitos cēsemus, ut missionē à literis omnibus legitimam

Ἐνδελέχειαν

Ciceronis defensio

A impetrasse nos existimemus, & iniuria nō parua affici, si ad eas reuocemur. Quod si omnino literas tractamus ullas, primū omnium ingētes, scilicet, ac intolerabiles occupationes nostras obiectamus, & inculcamus ad fastidiū, deplorantes subinde illas, & miserandas alijs ostentantes, multūq; imputantes publicis cōmodis, si quid illorū gratia inter tot ingruentia, quibus obruimur negocia, sit à nobis elaboratum. Erubescamus per musas omnes ocioſi parēti & eloquētiæ Roma. & philosophiæ Latinæ lapsum ullum qualemcunq; opprobrare, cū doctiora sint illius errata, quàm nostra omnia benedicta.

Contra calumnias infidelium, quibus Christianos de credita carnis resurrectione irrident. Cap. XII

B ED scrupulosissime quęrere, & fidē qua credimus resurrecturā carnē, ita quærendo assolent irridere: utrū fœtus abortiui resurgāt. Et quoniā dominus ait: Amen dico uobis, capillus capitis uestri non peribit: utrum statura & robur ęqualia futura sint omnibus, an diuersæ corporum quantitates? Si enim æqualitas corporū erit, unde habebunt, quod hic nō habuerunt in molē corporis illi abortiui, si resurgēt & ipsi: aut si nō resurgent, quia nec nati sunt, sed effusi, eandem quæstionem de paruulis uersant, unde illis mensura corporis, quā nunc defuisse uidemus, accedat, cum in hac ætate moriuntur. Necq; enim discuri sumus, eos nō resurrecturos, qui nō solum generationis, uerum etiam regenerationis capaces sunt. Deinde interrogant, quem modū ipsa æqualitas habitura sit. Si em̄ tam magni, et tam longi erunt omnes, cū fuerunt quicunq; hic fuerunt maximi atq; longissimi: non solum de paruulis, sed & de plurimis magnis quærunt, unde illis accessurū sit, quod hic defuit, si ibi hoc quisque recipiet, quod hic habuit. Si autē, quod ait Apostolus, occursuros nos omnes in mēsuram ætatis plenitudinis Christi, & illud alterū, quos prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui: sic intelligendū est, ut statura, et modus Christi corporis omnium, qui in regno eius erūt, humanorum corporum sit futurus: multis erit, inquiunt, de magnitudine & longitudine corporis detrahendū. Et ubi iam erit, capillus capitis uestri non peribit, si de ipsa corporis quantitate tam multū peribit? Quāuis & de ipsis capillis possit quæri, utrū redeat quicquid tōdentibus decidit. Quod si rediturū est, quis nō exhorreat illā deformitatē? Nam hoc et de unguib. uidetur necessario secuturū, ut redeat tam multū quod corporis cura desecuit. Et ubi erit decus, quod certè maius

maius, quàm in ista esse corruptione potuit, in illa iam immortalitate esse debebit? Si autem nō redibit, ergo peribit: quomodo ergo inquiūt, capillus capitis uestri nō peribit? De macie quoq; uel pinguedine, similiter disputant. Nā si æquales omnes erunt, non utiq; alij macri, alij pingues erunt. Accedet ergo alijs aliquid, alijs minuetur. Ac per hoc, nō quod erat recipiendum, sed alicubi addendum est, quod nō fuit: & alicubi perdendū, quod fuit. De ipsis etiā corruptionibus & dilapsionibus corporum mortuorū, cū aliud uertatur in puluerē, in auras aliud exhalatur: sint quos bestiæ, sint quos ignis absumit: naufragio, uel quibuscunq; aquis, ita quidā pereant, ut eorum carnes in humorē putredo dissoluat, nō mediocriter permouētur: atq; omnia ita recolligi in carnē, & redintegrari posse non credunt. Cōfectantur etiā quasq; fœditates & uitia, siue accidāt, siue nascātur: ubi & monstrosos partus cum horrore atq; irrisione cōmemorant, & requirunt, quæ nam cuiusq; deformitatis resurrectio sit futura. Si enim nihil tale redire in corpus hominis dixerimus, responsionē nostram, de locis uulnerū, cum quibus dominū nostrum Christū resurrexisse prędicamus, se cōfutaturos esse præsumunt. Sed inter hæc omnia quæstio difficillima illa proponitur, in cuius carnem reditura sit caro, qua corpus alterius uescentis humana uiscera fame compellente nutritur. In carnē quippe conuersa est eius, qui talibus uixit alimētis: & ea quæ macies ostenderat, detrimenta suppleuit. Vtrū ergo hoc illi redeat homini, cuius caro prius fuit, an illi potius, cuius postea facta est, ad hoc percunctantur, ut fidē resurrectiōis illudāt: ac sic animę humanę, aut alternātes, sicut Plato, ueras infœlicitates, falsasq; promittāt beatitudines: aut post multas itidem per diuersa corpora reuolutiōes, aliquādo tamē eam, sicut Porphyrius, finire miserias, & ad eas nunq; redire fateantur: nō tamē corpus habendo immortale, sed corpus omne fugiendo.

An abortiui nō pertineant ad resurrectionem, si pertinent ad numerū mortuorum. Cap. XIII

A DHæc ergo, quæ ab eorū parte contraria, me digerēte, mihi uidētur opposita, misericordia dei meis nisibus opē ferente, respondeā. Abortiuos fœtus, qui cū iam uixissent in utero, ibi sunt mortui, resurrecturos ut affirmare, ita negare nō audeo: quāuis non uideam quomodo ad eos non pertineat resurrectio mortuorum, si non eximuntur de numero mortuorum. Aut enim nō omnes mortui resurgent, & erunt aliquæ humanæ animæ sine corporib. in æternū, quæ corpora humana quamuis intra uiscera materna gestarunt: aut si omnes animæ humanæ recipiant resurgētia sua corpora, quæ habuerūt ubicunq; uiuentia & morientia reliquerunt, non inuenio quemadmodum dicam ad resurrectionem nō pertinere mortuorum, quoscūq; mortuos etiā in uteris matrū. Sed utrūlibet de his quisq; sentiat, quod de iā natis infantibus dixerimus: hoc etiam de illis intelligendum est, si resurgent.

An infantes in ea sint resurrecturi habitudine corporis, quā habituri erant ætatis accessu. Cap. XIIII

Vid ergo de infantibus dicturi sumus, nisi quia non in ea resurrecturi sunt corporis exiguitate, qua mortui? Sed quod eis tardius accessurū erat tempore, hoc sunt illo dei opere miro, atq; celerrimo recepturi. In sententia quippe domini, ubi ait, Capillus capitis uestri non peribit: dictū est, nō defuturum esse, quod fuit: non aūt negatum est, affuturū esse quod defuit. Defuit aūt infanti mortuo perfecta quantitas sui corporis: perfecto quippe infanti, deest utiq; perfectio magnitudinis corporalis: quæ cū accesserit, iam statura longior non esse possit. Hunc perfectionis modum sic habent omnes, ut cum illo concipiantur, atq; nascantur: sed habent in ratione, nō in mole: sicut ipsa iam membra omnia sunt latenter in semine, cum etiam natis nonulla adhuc desint, sicut dentes ac si quid eiusmodi. In qua ratione uniuscuiusq; materiæ indita corporali, iam quodammodo, ut dicam, liciatum esse uidetur, quod nondum est, imò quod latet, sed accessu tēporis erit, uel potius apparebit. In hoc ergo infans, iam breuis, aut longus est, qui breuis, longus ue futurus est. Secundum hanc rationem profecto in resurrectione corporis, detrimenta corporis non timemus: quia & si æqualitas futura esset omnium, ita ut omnes usq; ad giganteas magnitudines peruenirēt, nec illi qui maximi fuerunt, minus haberent aliquid in statura, quod eis contra sententiam Christi periret, qui dixit: nec capillum capitis esse perituru[m]

rum: creatori uticꝫ qui creauit cuncta ex nihilo, quomodo deesse posset, unde adderet, quod addendum esse mirus artifex nosset?

L. VIVES

a Perfecto quippe infanti.] Vnicuiꝫ rei statа est magnitudo, ultra quam non extenditur, huius assequendæ uim, & potestatem adducit secum à causis suis: & potestate id habet, quod si nō impediatur explicat se gradibus tēporis, quousꝫ perueniat ubi sistit, uel unde retro abit eodem unde uenerat. quæ incrementi ratio non in materia est, nec in forma, sed in qualitatibus à natura inditis. b Iam quodammodo, ut ita dicam, innatum.] In antiquis exemplaribus, pro innatū, legitur, liciatum, translatione texentium, quasi iam illa ceu tela texta est in puero, sed non explicata. & hoc uidetur conformius Augustini sensui, qui metaphoram mouit, quum dixit, quodammodo, & uocabulum, liciatum, quum, ut ita dicam.

An ad dominici corporis modum, omnium mortuorum resurrectura sint corpora. Cap. XV

Ed uticꝫ Christus in ea mēsura corporis in qua est mortuus, resurrexit, nec fas est dicere, cū resurrectionis omnium tempus uenerit, accessuram corpori eius eam magnitudinem, quam nō habuit, quando in ea discipulis, in qua illis erat notus, apparuit, ut longissimis fieri possit æqualis. Si aūt dixerimus ad dominici corporis modum, etiam quorumꝫ maiora corpora redigenda, peribit de multorum corporibus plurimū, cum ipse nec capillum periturum esse promiserit. Restat ergo, ut suam recipiat quisꝫ mensuram, quam uel habuit in iuuentute, etiam si senex est mortuus: uel fuerat habiturus, si antè est defunctus. Atꝫ illud quod cōmemorauit Apostolus de mēsura ætatis plenitudinis Christi, aut propter aliud intelligamus dictum esse, id est, ut illi capiti in populis Christianis accedēte omnium perfectione membrorū ætatis eius mēsura compleatur: aut si hoc de resurrectione corporum dictum est, sic accipiamus dictum ut nec ultra, nec infra iuuenilem formam resurgāt corpora mortuorum: sed in ea ætate & robore, usꝫ ad quam Christum hic peruenisse cognouimus. Circa triginta quippe annos diffinierūt esse etiam seculi huius doctissimi homines, iuuentutem. Quæ cum fuerit spatio proprio terminata, inde iam hominē in detrimenta uergere grauioris ac senilis ætatis: & ideo non esse dictum, in mēsuram corporis, uel in mensurā staturę: sed in mēsurā ætatis plenitudinis Christi.

Qualis intelligēda sit cōformatio sanctorū ad imaginē filij dei. Cap. XVI

Llud etiā quod ait, prædestinatos fieri cōformes imaginis filij dei, potest & secundū interiorē hominē intelligi. Vnde nobis alio loco dicit, Nolite cōformari huic seculo: sed reformamini in nouitate mentis uestræ. Vbi ergo reformamur, ne conformemur huic seculo, ibi cōformamur dei filio. Potest & sic accipi, ut quēadmodū ille nobis mortalitate, ita nos illi efficiamur immortalitate cōformes: quod quidē & ad ipsam resurrectionē corporū pertinet. Si aūt etiam in his uerbis, qua forma resurrectura sint corpora, sumus admoniti: sicut illa mensura, ita & ista cōformatio nō quantitatis intelligēda est, sed ætatis. Resurgēt itaꝫ omnes tam magni corpore, qūel erāt, uel futuri erāt in iuuenili ętate: quāuis nihil oberit, etiam si erit infantilis, uel senilis corporis forma: ubi nec mentis, nec ipsius corporis ulla remanebit infirmitas. Vnde etiā si quis in eo corporis modo, in quo defunctus est resurrecturū unumquenꝫ contendit, non est cum illo laboriosa contradictione pugnandum.

An in suo sexu resuscitanda, atꝫ mensura sint corpora fœminarum mortuarum. Cap. XVII

Onnulli propter hoc, quod dictum est, Donec occurramus omnes in unitatē fidei in uirū perfectū, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, & cōformes imaginis filij dei: nec in sexu fœmineo resurrecturas fœminas credunt, sed in uiri li omnes aiunt: quoniam deus solum uirum fecit ex limo, fœminam ex uiro. Sed mihi melius sapere uidentur, qui utrunꝫ sexum resurrecturum esse non dubitant. Non enim libido ibi erit, quæ confusionis est causa. Nam prius quàm peccassent, nudi erant: & non confundebantur uir & fœmina. Corporibus ergo illis uicia detrahentur: natura seruabitur. Non est autem uicium sexus fœmineus, sed natura: quæ tunc quidem, & à concubitu, & à partu immunis erit: erunt tamen membra fœminea non accommodata usui ueteri, sed decori nouo, quo non alliciatur aspicientis concupiscentia, quæ nulla erit, sed dei laudetur sapientia, atꝫ clementia: qui, & quod non erat, fecit, & liberauit à corruptione quod fecit. Vt enim in exordio generis humani de latere uiri dormientis costa detracta, fœmina fieret, [a] Christum & ecclesiam tali facto iam tunc prophetari oportebat. So-

bat. Sopor quippe ille uiri, mors erat Christi, cuius exanimis in cruce pendentis latus lancea perforatū est, atꝫ inde sanguis, & aqua profluxit: quę sacramēta esse nouimus, quibus ædificatur ecclesia. Nā hoc etiā uerbo scriptura usa est, ubi nō legitur, formauit, aut finxit, sed ędificauit eā in mulierē. Vnde & Apostolus ædificationē dicit corporis Christi, quod est ecclesia. Creatura est ergo dei fœmina, sicut uir: sed ut de uiro fieret, [b] unitas cōmendata est. Vt aūt illo modo fieret, Christus ut dictū est, & ecclesia figurata est. Qui ergo utrunꝫ sexū instituit, utrūꝫ restituet. Denicꝫ & ipse Iesus interrogatus à Saducęis, q negabāt resurrectionē: cuius septē fratrū erit uxor, quā singuli habuerūt, dū quisꝫ eorū uellet defuncti semē, sicut lex præceperat excitare: erratis, inquit, nescientes scripturas, necꝫ uirtutē dei. Et cū aptus locus esset, ut diceret: de qua enim me interrogatis, uir erit ipsa, nō mulier: nō hoc dixit: sed dixit, In resurrectione enim [c] necꝫ nubent, necꝫ uxores ducēt: sed sunt sicut angeli dei in cœlo. Aequales uticꝫ angelis immortalitate, ac fœlicitate, nō carne: sicut nec resurrectione, qua nō indiguerūt angeli: quoniā nec mori potuerūt. Nuptias ergo dominus futuras negauit esse in resurrectiōe nō fœminas, & ibi negauit, ubi talis quæstio uertebatur, ut eā negato sexu muliebri, celeriore facilitate dissolueret, si eū ibi prænosceret nō futurū: imò etiam futurum esse firmauit, dicendo, Non nubent: quod ad fœminas pertinet: necꝫ uxores ducēt: quod ad uiros. Erunt ergo, quæ uel nubere hic solent: uel ducere uxores: sed ibi hoc non facient.

L. VIVES

a Christū & ecclesiā tali facto iam tunc.] Sic Apostolus interpretatur ad Ephes. quinto. b Vnitas cōmendata est.] Vt cōcordia esset maior, sciretꝫ alter se alterā genuisse, & hæc ex illo esse profectā: sed ita, ut eadē uideatur res uir & uxor, nihilꝫ sit, quod eos diuidat, & disiungat, quo nihil potest esse rei familiari, & coniugali uitæ salutarius. c Necꝫ nubent, necꝫ uxores ducēt.] Illud fœminarū est, hoc uirorū. uulgo nubentur, legimus. Aug. refugit uocabulum, & quod uiris parum accommodatur, & si apud priscos nubere dicebantur & uiri, quemadmodum Græce γαμεῖσθαι, ut docet Nonius Marcellus.

De uiro perfecto, id est, Christo, & corpore eius, id est, ecclesia, quæ est ipsius plenitudo. Cap. XVIII

Roinde, quod ait Apostolus, occurſuros nos omnes in uirū perfectū, totius ipsius circunstantiā lectionis considerare debemus: quæ ita se habet: Qui descēdit, inquit, ipse est, & qui ascendit super omnes cœlos, ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdā quidē apostolos, quosdam aūt prophetas, quosdā uero euangelistas: quosdā aūt pastores, & doctores, ad cōsummationē sanctorū in opus ministerij in ædificationē corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatē fidei, [d] & agnitionē filij dei, in uirum perfectū, in mensurā ętatis plenitudinis Christi: ut ultra nō simus paruuli iactati, & circūlati omni uento doctrinæ, in illusione hominū, in astutiā ad machinationē erroris. Veritatē aūt facientes in charitate augeamur in illo per omnia, q est caput Christus, ex quo totū corpus connexū, & cōpactum, per omnē tactū subministrationis secundū operationē in mensurā uniuscuiusꝫ partis incremētū corporis facit in ædificationē suī, in charitate. Ecce qui est uir perfectus, caput, & corpus, quod cōstat omnib. mēbris, quę suo tēpore cōplebuntur. Quotidie tamē eidem corpori accedunt, dū ædificatur ecclesia: cui dicitur, Vos aūt estis corpus Christi, & membra. Et alibi: Pro corpore, inquit, eius, quod est ecclesia. Itemꝫ alibi: Vnus panis, unū corpus multi sumus. De cuius corporis ædificatione, & hic dictum est, Ad consummationem sanctorū, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Ac deinde subiectū est, unde nunc agimus: Donec occurramus omnem in unitatem fidei, & agnitionem filij dei, in uirum perfectum, in mensurā ætatis plenitudinis Christi, & cætera: donec eadem mensura in quo corpore intelligenda esset, ostenderet, dicens: Augeamur in illo per omnia, qui est caput Christus: ex quo totum corpus connexum, & compactum per omnem tactum subministrationis secundum operationē in mensuram uniuscuiusꝫ partis. Sicut est ergo mensura uniuscuiusꝫ partis, ita totius corporis, quod omnibus suis partibus constat, est uticꝫ mensura plenitudinis, de qua dictum est: In mensurā ætatis plenitudinis Christi. Quam plenitudinem etiam illo cōmemorauit loco, ubi ait de Christo: Et ipsum dedit, caput super omnē ecclesiam, quæ est corpus eius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet. Verū si hoc ad resurrectionis formā, in qua erit unusquisꝫ, referendū esset, quid nos impediret, nominato uiro, intelligere, & fœminā, ut uirū pro homine positū acciperemus: sicut in eo q̄d dictū est: Beatus uir q timet dominū: uticꝫ ibi sunt & fœminæ, q̄ timēt dominū?

Et agni-

L. VIVES

a Tagnitionem filij dei.] Vulgo: Et agnitionis filij dei. Sic legit Hieronymus: & sic est Græce, τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ. Significat unitatem illam esse filij dei, & agnitionis filij dei, non occursum.

Quod omnia uitia corporis, quæ in hac uita humana contraria sunt decori, in resurrectione non sint futura, ubi manente naturali substantia, in unam pulchritudinem qualitas concurret & quantitas. Cap. XIX

Vid iam respondeã de capillis, atq; unguibus? Semel quippe intellecto, ita nihil periturũ esse de corpore, ut deforme nihil sit in corpore: simulin

A strosas, quę huic miseræ uitæ cõgruũt, ab horrẽt aũt ab illa futura fœlicitate sanctorũ, sic auferre, ac perdere, ut quascũq; earum faciũt, & si naturalia, tamẽ indecora excremẽta substãtię corporalis, nulla eius diminutione tollãtur? Ac per hoc nõ est macris, pinguibus ue metuendũ, ne ibi etiam tales sint, quales, si posset, nec hic esse uoluisset. a Omnis enim corporis pulchritudo est partiũ congruentia cũ quadã coloris suauitate. Vbi aũt nõ est partiũ cõgruẽtia, aut ideo quid offendit, quia paruũ est: b aut ideo, quia nimiũ. Proin

B de nulla erit deformitas, quã facit incongruẽtia partiũ, ubi & quæ praua sunt, corrigẽtur: & q̃d minus est, quàm decet, unde creator nouit, inde supplebitur: & quod plus est, q̃m decet, materię seruata integritate, detrahetur. Coloris porrò suauitas quãta erit, ubi iusti fulgebũt sicut sol in regno patris suí? Quæ claritas in Christi corpore quũ resurrexit, ab oculis discipulorũ potius abscondita fuisse, q̃m defuisse, credẽda est. Nõ enim eã ferret humanus atq; infirmus aspectus, quãdo ille à suis ita deberet attẽdi, ut posset agnosci. Quò pertinuit etiã, ut cõtrectantib. ostenderet suorũ uulnerũ cicatrices: ut etiã cibum, potumq; sumeret: nõ alimẽtorũ indigẽtia, sed ea,

C qua & hoc poterat, potestate. Cum aũt aliquid nõ uidetur, quãuis absit, à quib. alia quæ pariter absũt, uidẽtur: sicut illã claritatẽ dicimus affuisse non uisam, à quibus alia uidebantur, c ἀοράτοις Græce dicitur: quod nostri interpretes Latine dicere nõ ualẽtes, in lib. Geneseos, cęcitatẽ interpretati sunt. Hãc em̃ passi sunt Sodomitę, quãdo quęrebant ostiũ iusti uiri, nec poterãt inuenire. Quę, si cęcitas fuisset, qua fit, ut nihil possit uideri, non ostiũ quo ingrederẽtur, sed duces itineris, à quibus inde abducerentur, inquirerent.

L. VIVES

a Omnis enim corporis pulchritudo.] diffinitio hæc est pulchritudinis apud Ciceronem iij. Tuscul. quæst. qui in primo officiorũ, duo pulchritudinis facit genera: quorũ in altero dignitas insit, in altero uenustas. Est & in alia ætate alia ratio pulchritudinis: ut Arist. li. Rheto. i. docet. Alia enim est pueri, alia iuuenis, alia uiri, alia senis: sed in uniuersum ea diffinitione comprehensa uidetur pulchritudo. b Quia parum est, aut ideo, quia nimium.] Varia lectio: alij, quia paruum & nimium: alij, quia prauum & minimũ: quæ uidetur procedere. Tria sunt difformium genera, quæ, aut maiora, aut minora, aut secus q̃ oportet, decetq;. Hæc sunt loco isto comprehensa. Nam prauum, recto est contrarium. c ἀοράτοις Græce dicitur.] Est enim ἰδεῖν uideo, & ὁρᾶσθαι uisio: hinc per priuationem ἀοράτοις uisioni contrarium, & ἀόρατα, quæ à Platone, Aristotele, & cæteris philosophis dicuntur inuisibilia. ἀοράτοις nescio an sit aliquod Latinum uerbum.

Quod

Quod in resurrectione mortuorum, natura corporum quibuslibet modis dissipatorum, in integrum undecũq; reuocanda sit. Caput XX

Escio quo autẽ modo sic afficimur

N amore martyrum beatorum, ut uelimus in illo regno in eorum corporibus uidere uulnerum cicatrices, quæ pro Christi nomine pertulerunt: & fortasse uidebimus. Nõ enim deformitas in eis, sed dignitas erit: & quædam, quamuis in corpore, nõ corporis, sed uirtutis pulchritudo fulgebit: nec ideo tamen si aliqua martyribus amputata et ablata

B sunt membra, sine ipsis membris erunt in resurrectione mortuorum: quibus dictũ est: Capillus capitis uestri non peribit. Sed si hoc decebit in illo nouo seculo, ut indicia glorioſorũ uulnerum in illa immortali carne cernantur, ubi membra, ut præciderẽtur, percussa uel secta sunt, ibi cicatrices, sed tamen eisdem membris redditis non perditis, apparebunt. Quamuis itaq; omnia quæ acciderunt corpori uicia, tunc nõ erunt: nõ sunt tamen deputanda, uel appellanda uicia uirtutis indicia. Absit autem, ut ad resuscitanda corpora, uitæq; reddenda, non possit omnipotẽtia creatoris omnia reuocare, quæ uel bestia,

C uel ignis absumpsit: uel in puluerẽ cinerẽue collapsum, uel in humorẽ solutum, uel in auras est exhalatum. a Absit, ut sinus ullus secretũq; naturę ita recipiat aliquid subtractum sensibus nostris, ut omniũ creatoris, aut lateat cognitionẽ, aut effugiat potestatem. Deũ certe b uolens, sicut poterat, diffinire Cicero tantus autor ipsorum: mens quædam, inquit, est soluta, & libera, secreta ab omni cõcretione mortali, omnia sentiens & mouens, ipsaq; prædita motu sempiterno. Hoc autem reperit in doctrinis magnorũ philosophorum. Vt igitur secundum ipsos loquar,

D quomodo aliquid uel latet omnia sentientẽ, uel irreuocabiliter fugit omnia mouentem? Vnde iam etiam quæstio illa soluenda est, quæ difficilior uidetur cæteris: ubi quæritur, cum caro mortui hominis etiam alterius fit uiuentis caro, cui potius eorum in resurrectiõe reddatur. Si enim quispiam cõfectus fame, atq; cõpulsus, uescatur cadaueribus hominũ, quod malum aliquoties accidisse, c & uetus testatur historia, & nostrorũ temporum infelicia experimẽta docuerũt: num quisquã uerídica ratione cõtendet, totum digestũ fuisse per imos meatus, nihilq; inde in eius

A carnẽ mutatũ, atq; conuersum, cum ipsa macies quæ fuit, & nõ est, satis indicet, quæ illis escis detrimenta suppleta sint. Iam itaque aliqua paulo ante præmissi, quæ ad istum quoq; nodum soluendum ualere debebunt. Quicquid enim carnium exhausit fames, utiq; in auras est exhalatum: unde diximus omnipotẽtem deum posse reuocare, quod fugit. Reddetur ergo caro illa homini, in quo esse caro humana primitus cœpit. Ab illo quippe altero tanquam mutuo sumpta deputanda est: quæ sicut æs alienum ei redhibenda est, unde sumpta est. Sua uero illí, quẽ

B fames exinanierat, ab eo qui potest etiam exhalata reuocare, reddetur. Quamuis etsi omnibus periisset modis, nec ulla eius materies in ullis naturæ latebris remansisset, unde uellet, eam repararet omnipotens. Sed propter sententiam ueritatis, qua dictum est, Capillus capitis uestri nõ peribit: absurdum est ut putemus, cum capillus hominis perire non possit, tantas carnes fame depastas, atq; cõsumptas perire potuisse. Quibus omnibus pro nostro modulo consideratis atq; tractatis, hæc summa conficitur, ut in resurrectione carnis in æternũ eas mensuras habeat corporum magnitudo, quas habebat, perficien-

C dæ, siue perfectæ, cuiuscũq; indita corpori ratio iuuẽtutis, in membrorum quoq; omnium modulis cõgruo decore seruato. Quod decus ut seruetur, si aliquid demptum fuerit indecenti alicui grandítati in parte aliqua constitutæ, quod per totum spargatur: ut neq; id pereat, & cõgruentia partium ubiq; teneatur, nõ est absurdum, ut aliquid inde etiam staturæ corporis addi posse credamus, cum omnibus partibus ut decorem custodiant, id distribuitur: quod si enormiter in una esset, utiq; non deceret. Aut si contenditur in ea quenq; staturam corporis resurrecturũ esse, in qua defunctus est, nõ pugnaciter resistẽdum

D est, tantũ abſit omnis deformitas, omnis infirmitas, omnis tarditas, omnisq; corruptio: & si quid aliud illud nõ decet regnum in quo resurrectionis & promissionis filij æquales erunt angelis dei: si non corpore, non ætate, certe felicitate.

L. VIVES

a Absit ut sinus ullus, secretũq; naturæ.] Diligenti & acuto patrifamiliãs in prõptu est, & uelut ad manum, ac ante oculos, ubi quicq; in quãlibet amplis suis ædibus sit reconditum: & deum aliquid putabimus in hoc mundo latere? cuius infinitæ sapiętiæ minor est hic totus mũdus, q̃ cuitus nostrum angustissima, & minima capsula. b Volens, sicut poterat, diffinire Cicero tãtus autor.] Cicero primo Tusc. Nec uero

deus ipſe, qui intelligit à nobis, alio modo intelligi poteſt, niſi mens ſoluta quædam, & libera &c. c Et ueteres teſtatur hiſtoria.] Omni ætate obſeſsiõibus preſsi, ad hoc ſunt adacti, & gentes ſunt, quæ nõ alijs carnibus aluntur, quæ ob id ἀνθρωποφάγοι nominantur.

De nouitate corporis ſpiritalis, in quã ſanctorũ caro mutabitur. Cap. XXI

RESTituetur ergo & quicquid de corporibus uiuis, uel poſt mortem de cadaueribus perijt, & ſimul cum eo, quod in ſepulchris remanſit, in ſpiritalis corporis nouitatem ex animalis corporis uetuſtate mutatum reſurget, incorruptiõe, atq; immortalitate ueſtitum. Sed etſi, uel caſu aliquo graui, uel inimicorum immanitate totum penitus conteratur in puluerẽ, atq; in auras, uel in aquas diſperſum quãtum fieri poteſt, nuſquam eſſe ſinatur, omnino nullo modo ſubtrahi poterit omnipotentiæ creatoris, ſed capillus in eo capitis non deperibit. Erit ergo ſpiritui ſubdita caro ſpiritalis, ſed tamẽ caro, non ſpiritus: ſicut caro ſubditus fuit ſpiritus ipſe carnalis, ſed tamen ſpiritus, nõ caro. Cuius rei habemus experimẽtum in noſtræ pœnæ deformitate. Nõ enim ſecundũ carnem, ſed uticq; ſecundũ ſpiritũ carnales erant quibus ait Apoſtolus: Non potui uobis loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalib. Et homo ſpiritalis ſic in hac uita dicitur, ut tamen corpore adhuc carnalis ſit: & uideat aliam legem in mẽbris ſuis, repugnantem legi mẽtis ſuæ. Erit autẽ etiam corpore ſpiritalis, cum eadẽ caro ſic reſurrexerit, ut fiat quod ſcriptũ eſt: Seminatur corpus animale, ſurgit corpus ſpiritale. Quæ ſit autem, & quàm magna ſpiritalis corporis gratia, quoniam nondum uenit in experimentum, uereor, ne temerarium ſit omne, quod de illa profertur eloquium. Veruntamen, quia ſpei noſtræ gaudium propter dei laudem non eſt tacendũ, & de intimis ardentis ſancti amoris medullis, dictum eſt, Domine dilexi decorẽ domus tuæ: de donis eius quæ in hac erumneoſiſsima uita, bonis, maliſq; largitur, ipſo adiuuante confiteamur, ut poſſumus, quantum ſit illud, quod nondum experti, utic̃q; digne eloqui non ualemus. Omitto enim quando fecit hominem rectum: omitto uitã illam duorum coiugũ in paradiſi fœcunditate felicem, quãdo tam breuis fuit, ut ad naſcentium ſenſum nec ipſa peruenerit: in hac quam nouimus, in qua adhuc ſumus, cuius tentationes, immo quam totam tentationem quandiu in ea ſumus quantumlibet proficiamus perpeti nõ deſinimus, quæ ſint indicia circa genus humanum bonitatis dei, quis poterit explicare?

De miſerijs, ac malis, quibus humanum genus merito primæ præuaricationis obnoxium eſt: & à quibus nemo, niſi per Chriſti gratiã liberatur. Caput XXII

AM quod ad primã originem pertinet omnium mortaliũ progeniem fuiſſe damnatam, hæc ipſa uita, ſi uita dicenda eſt, tot et tantis malis plena teſtatur. Quid enim aliud indicat horrenda quædam profunditas ignorantiæ, ex qua omnis error exiſtit, qui omnes filios Adã tenebroſo quodam ſinu ſuſcipit, ut homo ab illo liberari ſine labore, dolore, timore non poſsit? Quid amor ipſe tot rerum uanarum atq; noxiarum, & ex hoc mordaces curæ, perturbationes, mœrores, formidines, inſana gaudia, diſcordiæ, lites bella, inſidiæ, iracundiæ, inimicitiæ, fallacia, adulatio, fraus, furtũ, rapina, perfidia, ſuperbia, ambitio, inuidentia, homicidia, parricidia, crudelitas, ſæuitia, nequitia, luxuria, petulantia, impudentia, impudicitia, fornicationes, adulteria, inceſta, & contra naturam utriuſq; ſexus tot ſtupra atq; immũdiciæ, quas turpe eſt etiã dicere, ſacrilegia, hæreſes, blaſphemiæ, periuria, oppreſſiones innocentiũ, calũniæ, circũuentiones, præuaricatiões, falſa teſtimonia, iniqua iudicia, uiolentiæ, latrocinia, & quicquid talium malorum in mentem non uenit, & tamen de uita iſta hominum non recedit? Verum hæc hominum ſunt malorum, ab illa tamen erroris & peruerſi amoris radice uenientia, cum qua omnis filius Adã naſcitur. Nam quis ignorat cũ quanta ignorantia ueritatis, quæ etiam in infantibus manifeſta eſt, & cum quanta abundantia uanæ cupiditatis, quę in pueris incipit apparere, homo ueniat in hanc uitam, [a] ita ut ſi dimittatur uiuere, ut uelit, & facere quicquid uelit, in hæc facinora & flagitia quæ cõmemoraui, & quæ commemorare non potui uel cuncta, uel multa perueniat? Sed diuina gubernatione non omnimodo deſerente damnatos, & deo non cõtinente in ira ſua miſerationes ſuas, in ipſis ſenſibus generis humani prohibitio & eruditio contra iſtas cum quibus naſcimur tenebras uigilant, & contra hos impe

impetus [b] opponũtur, plenæ tamẽ etiã laborũ & dolorũ. Quid enim ſibi uolunt multimodæ formidines, quę cohibẽdis paruulorũ uanitatib. adhibẽtur? Quid pædagogi, quid magiſtri, quid ferulæ, quid lora, quid uirgæ, quid diſciplina illa qua ſcriptura ſancta dicit dilecti filij latera eſſe tũdenda, ne creſcat indomitus, domariq; iã durus aut uix poſsit, aut fortaſſe nec poſsit? Quid agitur his pœnis omnib. niſi ut debelletur imperitia, et praua cupiditas refrenetur, cũ quib⁹ malis in hoc ſeculo uiuimus? Quid eſt enim, quod cũ labore meminimus, ſine labore obliuiſcimur, cũ labore diſcimus, ſine labore neſcimus: cũ labore ſtrenui, ſine labore inertes ſumus? Nõne hinc apparet in quid uelut põdere ſuo, pcliuis & prona ſit uitioſa natura, & quãta ope ut hinc liberetur, indigeat? Deſidia, ſegnicies, pigritia, negligentia, uitia ſunt uticq; quibus labor fugitur, cũ labor ipſe etiã qui eſt utilis, pœna ſit. Sed præter pueriles pœnas, ſine quibus diſci nõ poteſt, quod maiores uolunt, qui uix aliquid utiliter uolunt, quot & quantis pœnis genus agitetur humanũ, quæ nõ ad malitiã nequitiãq; iniquorũ, ſed ad conditionẽ pertinẽt miſeriãq; cõmunẽ, quis ullo ſermõe digerit, quis ulla cogitatiõe cõprehẽdit: quãtus eſt metus quãta calamitas ab orbitatib. atq; luctu, à dãnis & dãnationibus, à deceptionib. & mẽdacijs hominũ, à ſuſpitiõib. falſis, ab omnibus uiolẽtis facinorib. & ſcelerib. alienis: quãdoquidẽ ab eis, & deprædatio, & captiuitas, & uincula, & carceres, & exilia, & cruciatus, & amputatio membrorũ, & priuatio ſenſum, & oppreſsio corporis ad obſcœnã libidinẽ opprimentis explendam, et alia multa horrẽda ſæpe cõtingũt? Quid ab innumeris caſibus qui forinſecus corpori formidãtur, æſtibus, & frigoribus, tempeſtatibus, imbribus, alluuiõibus, coruſcatione, tonitru, grandine, fulmine, motibus hiatibusq; terrarũ, oppreſsionibus ruinarũ, ab offenſione & pauore, uel etiã malitia iumentorum, à tot uenenis fruticũ, aquarũ, aurarũ, beſtia rum, ac ferarũ, uel tantũmodo moleſtis uel etiã mortiferis morſibus, à rabie quæ cõtingit ex rabido cane, ut etiã blanda & amica ſuo domino beſtia nonnunquã uehementius & amarius cẽ leones draconesq; metuatur, faciatq; hominẽ quem forte attaminauerit contagione peſtifera ita rabioſum, [c] ut à parẽtibus, cõiuge, filijs peius omni beſtia formidetur? Quæ mala patiuntur nauigãtes? Quę terrena itinera gradiẽtes? Quis ambulat ubicũq; non inopinatis ſubiacens caſibus? [d] De foro quidã rediens domũ, ſanis pedibus ſuis cecidit, pedem fregit, & ex illo uulnere finiuit hanc uitã. Quid uidetur ſedẽte ſecurius? De ſella in qua ſedebat cecidit Heli ſacerdos, & mortuus eſt. Agricolæ, imõ uero omnes homines quot & quãtos à cœlo & terra, uel pernicioſis animalibus caſus metuũt agrorũ fructibus? Solent tamen de frumẽtis tandẽ collectis & reconditis eſſe ſecuri. Sed quibuſdam, quod nouimus, prouentũ optimũ frumentorũ fluuius improuiſus fugiẽtibus hominibus de horreis eicit atq; abſtulit. Cõtra milleformes dæmonum incurſus, quis innocẽtia ſua fidit, quandoquidẽ ne quis fideret etiã paruulos baptizatos, quib. certe nihil eſt innocẽtius, aliquãdo ſic uexant, ut in eis maxime deo ſinente iſta mõſtretur huius uitæ flenda calamitas, & alterius deſiderãda felicitas? Iam uero de ipſo corpore tot exiſtũt morborum mala, [e] ut nec libris medicorũ cuncta cõprehenſa ſint. In quorũ pluribus ac penè omnibus etiã ipſa adiumẽta & medicamenta tormẽta ſunt, ut homines à pœnarũ exitio, pœnali eruantur auxilio. Nõne ad hoc perduxit ſitiẽtes homines ardor immanis, ut urinã quoq; humanam uel etiam ſuã biberent? Nónne ad hoc fames, ut à carnibus hominũ abſtinere ſe nõ poſſent, nec inuentos homines mortuos, ſed propter hoc à ſe occiſos, nec quoslibet alienos, uerũ etiã filios, matres incredibili crudelitate, quã rabida eſuries faciebat, abſumerent? Ipſe poſtremo ſomnus, quí proprie quietis nomen accepit, quis uerbis explicet [f] ſæpe ſomniorũ uiſis cẽ ſit inquietus: & cẽ magnis licet falſarũ rerum terroribus, quas ita exhibet, & quodammodo exprimit, ut à ueris eas diſcernere nequeamus, animã miſeram ſenſuſq; perturbet? Qua falſitate uiſorum etiã uigilãtes in quibuſdã morbis & uenenis miſerabilibus agitẽtur, quãuis multimoda uarietate fallacię homines etiam ſanos maligni dæmones nõnunquã decipiãt, talibus uiſis etiã ſi eos per hæc ad ſua traducere non potuerint, ſenſus tamen eorũ ſolo appetitu qualitercũque perſuadente falſitatis illudãt. Ab huius tam miſeræ quaſi quibuſdã inferis uitæ, nõ liberat niſi gratia ſaluatoris Chriſti dei ac domini noſtri. Hoc enim nomen eſt ipſe Ieſus, interpretatur quippe ſaluator, maxime ne poſt hanc miſeriorem ac ſempiterna ſuſcipiat, nõ uita ſed mors. [g] Nam iſta quãuis ſint per ſancta & ſanctos curationũ

magna ſolatia,tamen ideo nõ ſemper etiã ipſa A beneficia tribuuntur petẽtibus,ne propter hoc religio quæratur,quæ propter aliam magis uitam,ubi mala nõ erunt omnino ulla, quærẽda eſt. Et ad hoc meliores quoſcp in his malis adiuuat gratia,ut quãto fideliore,tanto fortiore corde tolerentur,ad quam rem etiã philoſophiam prodeſſe dicunt docti huius ſeculi,quã dij[b] quibuſdam paucis,ut ait Tullius,ueram dederunt.

'Nec hominibus, inquit, ab his aut datum eſt donũ maius,aut potuit ullum dari:uſcpadeo & ipſi contra quos agimus quoquo modo cõpulſi ſunt in habenda,non quacuncp,ſed uera philo B ſophia diuinam gratiam confiteri. Porrò ſi paucis diuinitus datum eſt ueræ philoſophiæ cõtra miſerias huius uitę unicum auxiliũ,ſatis & hinc apparet humanũ genus ad luẽdas miſeriarum pœnas eſſe damnatũ. Sicut aũt hoc, ut fatẽtur, nullum diuinũ maius eſt donũ, ſic à nullo deo dari credendum eſt, niſi ab illo, quo & ipſi qui multos deos colunt, nullũ dicunt eſſe maiorem.

L. VIVES

a SI dimittaẽ uiuere,ut uelit.] Nulla eſſet effrenior fera,aut immanior homine,ſi educatio & diſciplina nõ ſuccurreret: ſi ſibi ipſe relinqueret, tota ratiõis uis ad explẽdas animi cupiditates cõuerteret, nec eſſet etiã inſipiẽtior beſtia,nec animal magis brutũ. b Opponuntur plene.] Aliàs pugnãt,pœnæ tamen etiã ipſæ laborũ & do. c Vt à parẽtibus,cõiuge,filijs.] Præſocaẽ enim morſus à rabido cane. d De foro quidã redieins domũ.] Tales mortes aliquot refert Plin. lib. vij. cap. iiij. & Vale. lib. ix. e Vt nec libris medicorũ cuncta cõprehenſa ſint.] Huius morbi perniciioſiſs. & maxime uulgaris, quẽ alij Gallicũ, alij Neapolitanũ uocant. Eſt autẽ Indicus, illinc enim eſt in hũc orbẽ inuectus, cũ quo in illa Hiſpanienſi India infantes naſcuntur: ſed de hoc nihil inuenitur ſcriptũ à ueterib. Quid de ſudore peſtifero, qui pauciſſ. horis extinguit quẽ inuadit, niſi ſuccurraẽ? Proxime cũ eſſem Brugis adeſſetcp Carolus Cæſar, nobiliſs. uir quidã maximo dolore afflictabaẽ morbi noui & inſoliti, de quo ſe nihil apud antiquos legiſſe aiebat Ioannes Martinus Poblatio meus, qui ſi nõ legerat uir, ut in mathematicis artib. ita & in re medica ſummus, & ſingularis, aut nihil de eo priores ſcripſerũt, aut quæ ſcripſere, ſicut alia pleracp, deſideranẽ. f Sæpe ſomniorũ uiſis cp ſit inquietus.] Declarat hoc Dido illa Vergiliana Annæ ſorori querens ſe inſomnijs terreri.

Ioannes Martinus Poblatio

g Nã iſta quãuis.] Alibi ſic: Nam in iſta quãuis ſint per ſancta & ſanctos. h Quibuſdã paucis, ut ait Tullius.] Vbi hoc ad uerbũ dicat Cicero nõ ſat memini, ſentẽtia ſimilis eſt in v. De fin. ubi ex Platõe beatũ dicit illũ cui etiã in ſenectute cõtigerit, ut ſapientiam uerascp opiniões aſſequi poſſit. i Nec hominibus, inquit, ab his aut datũ eſt.] Etiã Platõis eſt, quã Cic. in Timæo uertit, qui de uniuerſitate inſcribiẽ, ſũtcp uerba poſtrema: quibus ex reb. philoſophiã adepti ſumus, quo bono nullũ exoptabilius, nullũ præſtãtius necp datũ eſt mortaliũ generi, necp munere dabiẽ. & in primo de leg. Ita fit ut maior omniũ bonarũ rerũ ſit ſapientia, cuius amor Græco uerbo philoſophia nomẽ inuenit, qua nihil à diſs immortalibus uberius, nihil florẽtius, nihil præſtabilius hominum uitæ datum eſt.

De his quæ præter illa mala quæ bonis malisqp communia ſunt, ad iuſtorum laborem ſpecialiter pertinent.

Caput XXII

RÆter hæc autem mala huius uitæ P bonis malisqp communia, habẽt in ea iuſti etiam proprios quoſdam labores ſuos, quib. aduerſus uitia militant, & in talium præliorum tentationibus periculisqp uerſantur. Aliquãdo enim concitatius, aliquando remiſsius, non tamẽ deſinit caro concupiſcere aduerſus ſpiritũ, & ſpiritus aduerſus carnem, ut non ea quæ uolumus faciamus, omnem malam concupiſcentiam conſumendo, ſed eam nobis, quantũ diuinitus adiuti poſſumus, nõ eis cõſentiendo ſubdamus, uigilijs cõtinuis excubantes: ne opinio uerſimilis fallat, ne decipiat ſermo uerſutus, ne ſe tenebræ alicuius erroris offundant: ne quod bonum eſt malum, aut quod malum eſt bonũ eſſe credatur: ne ab his quæ agenda ſunt metus reuocet, ne in ea quę agenda nõ ſunt cupido præcipitet: ne ſuper iracũ diam ſol occidat, ne inimicitiæ prouocẽt ad retributionẽ mali pro malo: ne abſorbeat inhoneſta uel immoderata triſtitia: ne impartiẽdorum C beneficiorũ ingerat mens ingrata torporem: ne maledicis rumoribus bona cõſcientia fatigetur: ne temeraria de alio ſuſpitio noſtra decipiat, ne aliena de nobis falſa nos frangat: ne regnet peccatum in noſtro mortali corpore ad obediendũ deſiderijs eius: ne membra noſtra exhibeãtur iniquitatis arma peccato: ne oculus ſequatur concupiſcentiam: ne uindicandi cupiditas uincat, ne in eo quod male delectat, uel uiſio, uel cogitatio remoretur: ne improbum aut indecens uerbum libenter audiatur: ne fiat quod nõ licet, etiam ſi libet: nec in hoc bello laborũ periculorumcp pleniſſimo, uel de uiribus noſtris ſperetur faciẽda D uictoria, uel uiribus noſtris facta tribuatur, ſed eius gratiæ, de quo ait Apoſtolus: Gratias autẽ deo, qui dat nobis uictoriam per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Qui et alio loco: In his, inquit, omnibus ſuperuincimus, per eum qui dilexit nos. Sciamus tamen quantalibet uirtute præliandi uitijs repugnemus, uel etiam uitia ſuperemus & ſubiugemus, quãdiu ſumus in hoc corpore, nobis deeſſe non poſſe unde dicamus deo, Dimitte nobis debita noſtra. In illo autem regno ubi ſemper cũ corporibus immortalibus erimus, nec prælia nobis erunt ulla, nec debita, quæ

quæ nuſquã & nunquã eſſent, ſi natura noſtra A ſicut recta creata eſt permaneret. Ac per hoc etiam noſter iſte conflictus in quo periclitamur, & de quo nos uictoria nouiſsima cupimus liberari, ad uitæ huius mala pertinet quam tot tantorumcp teſtimonio malorum probauimus eſſe damnatam.

De bonis quibus etiam hanc uitam damnationi obnoxiam creator impleuit.

Caput XXIIII

IAM nunc conſiderandum eſt hanc I ipſam miſeriam generis humani, in B qua laudatur iuſtitia puniẽtis, qualibus & quàm multis impleuerit bonis eiuſdem bonitas, cuncta quæ creauit adminiſtrãtis. Primum benedictionem illam quam protulerat ante peccatum dicẽs: Creſcite & multiplicamini & replete terram: nec poſt peccatum uoluit inhibere, manſitcp in ſtirpe damnata donata fœcunditas, nec illam uim mirabilem seminum, imò etiam mirabiliorem qua efficiũtur & ſemina, inditã corporibus humanis, & quodãmodo intextam peccati uitium potuit auferre, quo nobis impacta eſt etiam neceſsitas mortis: ſed utruncp ſimul currit iſto quaſi fluuio atque torrente generis humani: malum quod à parente trahitur, & bonum quod à creante tribuitur. In originali malo duo ſunt, peccatum atcp ſupplicium. In originali bono alia duo, propagatio et conformatio. Sed quantũ ad præſentẽ pertinet intentionẽ noſtram, de malis quorũ unũ de noſtra uenit audacia id eſt peccatũ, alterũ de iudicio dei, id eſt ſupplicium, iam ſatis diximus. Nunc de bonis dei quæ ipſi quoqp uitiatæ dãnatæcp naturæ contulit, ſiue uſcp nunc cõfert, dicere inſtituit. Necp enim damnando aut totum abſtulit, quod dederat: alioquin nec eſſet omnino: aut D eam remouit à ſua poteſtate etiam cum diabolo pœnaliter ſubdidit, cũ nec ipſum diabolum à ſuo alienauerit imperio, quandoquidem ut ipſius quoqp diaboli natura ſubſiſtat, ille facit, qui ſumme eſt, & facit eſſe quicquid aliquo modo eſt. Duũm igitur illorum quæ diximus bona etiam in naturã peccato uitiatã ſuppliciocp damnatã, de bonitatis eius quodam ueluti fonte manare, propagationẽ in primis mundi operibus benedictiõe largitus eſt, à quibus operibus die ſeptimo requieuit. Cõformatio uero in illo eius eſt opere, quo uſcp nũc operatur. Efficacẽ quippe potentiam ſuam ſi rebus ſubtrahat, nec progredi poterunt & ſuis dimẽſis motibus peragere tempora, nec prorſus in eo quod creatæ ſunt aliquatenus permanebunt. Sic ergo creauit hominem deus, ut illi adderet fertilitatẽ quandam qua homines alios propagaret, cõgenerans eis ipſam etiam propagandi poſsibilitatẽ, non neceſsitatẽ. Quibus tamen uoluit hominibus abſtulit eam deus, & ſteriles fuerunt: non tamẽ generi humano abſtulit ſemel datam primis duobus cõiugibus benedictionẽ generandi. Hæc ergo propagatio quãuis peccato ablata nõ fuerit, nõ tamen etiam ipſa talis eſt, qualis fuiſſet, ſi nemo peccaſſet. Ex quo enim homo in honore poſitus, poſteaquã deliquit, cõparatus eſt pecoribus, ſimiliter generat, nõ in eo tamen penitus extincta eſt quædã uelut ſcintilla ratiõis in qua factus eſt ad imaginẽ dei. Huic autem propagationi ſi cõformatio nõ adhiberetur, nec ipſa in ſui generis formas modoscp procederet. Si emi non cõcubuiſſent homines, nihilominus deus ſi uellet implere terras hominibus, quomodo creauit unũ ſine cõmixtione maris & fœminæ, ſic poſſet omnes: concũbentes uero niſi illo creante generantes eſſe nõ poſſunt. Sicut ergo ait C Apoſtolus de inſtitutiõe ſpiritali, qua homo ad pietatẽ iuſtitiamcp formatur: Necp qui plantat, eſt aliquid, necp qui rigat, ſed qui incrementum dat deus: Ita etiam hic dici poteſt, nec qui concũbit, nec qui ſeminat eſt aliquid, ſed qui format deus. Nec mater quæ conceptũ portat, & partũ nutrit, eſt aliquid, ſed qui incrementũ dat deus. Ipſe nancp operatiõe, qua nunc uſcp operatur, facit ut numeros ſuos explicẽt ſemina, & à quibuſdam latentibus atcp inuiſibilibus inuolucris in formas uiſibiles huius quod aſpicimus decoris euoluãt. Ipſe incorpoream corporeamcp naturam, illam præpoſitam, iſtam ſubiectam inferis modis copulans & cõnectens, animantẽ facit. Quod opus eius tam magnũ et mirabile eſt, ut non ſolum in homine, quod eſt animal rationale, & ex hoc cũctis terrenis animantib. excellentius atcp præſtantius, ſed in qualibet minutiſsima muſcula bene cõſideranti ſtuporẽ mentis ingerat, laudẽcp pariat creatoris. Ipſe itaque animæ humanæ mentẽ dedit, ubi ratio & intelligẽtia in infante ſopita eſt quodãmodo, quaſi nulla ſit, excitanda ſcilicet atcp exercenda ætatis acceſſu, qua ſit ſcientiæ capax atcp doctrinæ & habilis perceptioni ueritatis & amoris boni.

Qua capacitate hauriat ſapiẽtiam uirtutibuſq; ſit prædita, quibus prudenter, fortiter, temperãter, & iuſte aduerſus errores & cætera ingenerata uitia dimicet, eaq; nullius rei deſiderio niſi boni illius ſummi atq; incommutabilis uincat. Quod etſi non faciat ipſa talium bonorũ capacitas in natura ratiõali diuinitus inſtituta, quantum ſit boni, quàm mirabile opus omnipotentis, quis cõpetenter effatur, aut cogitat? Præter enim artes bene uiuendi, & ad immortalem perueniendi felicitatẽ, quæ uirtutes uocãtur, & ſola dei gratia quę in Chriſto eſt, filijs promiſſionis regniq; donãtur, nõne hũano ingenio tot tantæq; artes ſunt inuentæ & exercitæ, [b] partim neceſſariæ, partim uoluntarię, ut tam excellens uis mentis atq; rationis in his etiam rebus quas ſuperfluas, immo & perniciоſas perniciоſaſq; appetit, quantũ bonũ habeat in natura, unde iſta potuit uel inuenire uel diſcere uel exercere teſtetur? Veſtimentorum & ædificiorum ad opera quàm mirabilia, q; ſtupenda induſtria humana peruenerit, quò in agricultura, quò in nauigatione profecerit: quę in fabricatione quorũq; naſorum, uel etiã ſtatuarum, & picturarũ uarietate excogitauerit & impleuerit: quæ in theatris mirabilia ſpectantibus, audiẽtibus incredibilia facienda & exhibẽda molita ſit: in capiendis, occidendis, domandis, irrationalibus animãtibus, quæ & quanta repererit: aduerſus ipſos homines, tot genera uenenorũ, tot armorũ, tot machinamẽtorum, & pro ſalute mortali tuẽda atq; reparãda, quot medicamẽta atq; adiumenta cõprehẽderit: pro uoluptate fauciũ, quot cõdimenta & [c] gulæ incitamenta repererit: ad indicandas & ſuadendas cogitationes, multitudinẽ uarietatemq; ſignorum, ubi præcipuum locum uerba & literæ tenẽt: ad delectãdos animos quos elocutionis ornatus, q; diuerſorum carminũ copiã: ad mulcendas aures, quot organa muſica, quot cantilenæ modos excogitauerit: quantã periti, am dimenſionũ atq; numerorum: meatuſq; & ordines ſyderum quanta ſagacitate cõprehenderit: q; multa rerum mũdanarum cognitione ſe impleuerit, quis poſsit eloqui maxime ſi uelimus non aceruatim cuncta congerere, ſed in ſingulis immorari? In ipſis poſtremo erroribus & falſitatibus defendẽdis, q; magna claruerint ingenia philoſophorũ atq; hæreticorũ, quis exiſtimare ſufficiat? Loquimur enim nunc de natura mẽtis humanæ, qua iſta uita mortalis ornatur, non de fide atq; itinere ueritatis qua illa immortalis acquiritur. Huius tantæ naturæ cõditor cũ ſit utiq; deus uerus & ſummus, ipſo cũcta, quæ fecit adminiſtrante, & ſummam poteſtatẽ ſummamq; habente iuſtitiam, nunquã profecto in has miſerias decidiſſet, atq; ex his præter eos ſolos qui liberabũtur, in ęternas eſſet pœnas iturа, niſi nimis grande peccatũ in homine primo, de quo cæteri exorti ſunt, præceſsiſſet. Iam uero in ipſo corpore, quamuis nobis ſit cum beluis mortalitate cõmune, multisq; earum reperiatur infirmius, quanta dei bonitas, quanta prouidentia tanti crearoris apparet? Nónne ita ſunt in eo loca ſenſuum, & cætera membra diſpoſita, ſpecies q; ipſa ac figura & ſtatura totius corporis ita modificata, ut ad miniſterium animæ rationalis ſe indicet factã? Non enim ut animalia rationis expertia prona eſſe uidemus in terrã, ita creatus eſt homo, ſed erecta in cœlum corporis forma admonet eum, quæ ſurſum ſunt ſapere. Porrò mira mobilitas quæ linguæ ac manibus attributa eſt ad loquendum & ſcribẽdum apta atq; conueniens, & ad opera artium plurimarũ officiorumq; complenda, nónne ſatis oſtendit, quali animæ ut ſeruiret tale ſit opus adiunctũ? Quanquam & detractis neceſsitatibus operandi, ita omnium partium congruentia numeroſa ſit & pulchra ſibi paritate reſpõdeat, ut neſcias utrum in eo condendo maior ſit utilitatis habita ratio, q; decoris. Certe enim nihil creatũ uidemus in hoc corpore utilitatis cauſa, quod nõ habeat etiam decoris locũ. Plus autẽ nobis id appareret, ſi numeros menſurarum quibus inter ſe cuncta connexa ſunt & coaptata noſſemus, quos forſitan data opera in his quæ foris eminent humana poſſet inueſtigare ſolertia. Quæ uero tecta ſunt atq; à noſtris remota conſpectibus, ſicuti eſt tanta perplexitas uenarũ atq; neruorum & uiſcerũ, ſecreta uitalium, inuenire nullus poteſt. Quia etſi medicorum diligentia non nulla crudelis, [d] quos anatomicos appellant, laniauit corpora mortuorum, ſiue etiam inter manus [e] ſecantis & perſcrutantis morientium, atq; in carnibus humanis inhumane abdita cuncta rimata eſt, ut quid, & quomodo, & quibus locis curandum eſſet addiſceret, numeros tamen de quibus loquor, quibus coaptatio, [f] quæ ἁρμονία Græce dicitur, tãquam cuiuſdam organi extrinſecus atque intrinſecus totius corporis conſtatus quid dicam nemo ualuit inuenire, quos nemo auſus

auſus eſt quærere? Qui ſi noti eſſe potuiſſent, in interioribus quoq; uiſceribus, quæ nullũ oſtentãt decus, ita delectaret pulchritudo rationis, ut omni formæ apparenti quæ oculis placet, ipſius mentis, quæ oculis utitur, præferretur arbitrio. Sunt uero quædam ita poſita in corpore, ut tantummodo decorem habeant non etiam uſum: ſicut habet pectus uirile mamillas, ſicut facies barbam, quam non eſſe munimẽto, ſed uirili ornamento, indicant puræ facies fœminarũ, quas utiq; infirmiores uiris muniri tutius cõueniret. Si ergo nullum membrũ eſt in his quidem conſpicuis, unde ambigit nemo, quod ita ſit alicui operi accommodatum, ut non etiam ſit decorũ: ſunt autem nonnulla quorum ſolum decus & nullus eſt uſus: puto facile intelligi in cõditione corporis dignitatem neceſsitati fuiſſe prælatam. Tranſitura eſt quippe neceſsitas, tempusq; uenturum quando ſola inuicem pulchritudine ſine ulla libidine perfruamur, quod maxime ad laudem referendũ eſt conditoris, cui dicitur in Pſalmo: Confeſsionẽ & decorem induiſti. Iam cęterа pulchritudo & utilitas creaturæ quę homini, licet in iſtos labores miſerias q; proiecto atque damnato, ſpectanda atq; ſumenda diuina largitate conceſſa eſt, quo ſermone poteſt terminari, in cœli & terræ & maris multimoda & uaria pulchritudine, etiã ipſius lucis tanta copia, tãq; mirabili ſpecie, in ſole ac luna & ſyderibus, in opacitatibus nemorũ, in coloribus & odoribus florum, in diuerſitate ac multitudine uolucrum garrularũ atque pictarum, in multiformi ſpecie tot tantarumq; animantium, quarum illæ plus habent admirationis quæ molis minimũ. Plus enim formicularum & apicularum opera ſtupemus q; immenſa corpora balenarum: In ipſius quoq; maris tam grãdi ſpectaculo, cum ſeſe diuerſis coloribus induit uelut ueſtibus, & aliquãdo uiride atq; hoc multis modis, aliquãdo purpureum aliquando cœruleum eſt? Quàm porrò delectabiliter ſpectatur etiã quando cũq; turbatur, & ſit inde maior ſuauitas, quũ ſic demulcet intuentem, ut non iactet & quatiat nauigantem? Quid ciborum uſq; quaq; copia contra faſtidiũ naturæ, diffuſa diuinitus, non cocorum arte ac labore quæſita? Quanta in tam multis rebus tu endæ ac recuperãdæ ſalutis auxilia? Quàm grata uiciſſitudo diei alternãtis & noctis, aurarum q; blanda temperies? In fruticibus et pecoribus indumentorum conficiendorum quanta materies? Omnia commemorare quis poſsit? Hæc autem ſola quæ à me uelut in quendã aggerem ſunt coartata, ſi uellem uelut colligata inuolucra ſoluere atq; diſcutere, quãta mihi mora eſſet in ſingulis quibus pluríma cõtinentur? Et hæc omnia miſerorum ſunt damnatorumq; ſolatia, non præmia beatorum. Quæ igitur illa ſunt, ſi tot ac talia et tãta ſunt iſta? Quid dabit eis quos prædeſtinauit ad uitam, qui hæc dedit etiã eis, quos prędeſtinauit ad mortẽ? Quę bona in illa beata uita faciet eos ſumere, pro quibus in hac miſeria unigenitũ ſuum filiũ uoluit uſq; ad mortem mala tanta perferre? Vnde Apoſtolus de ipſis in illud regnũ prædeſtinatis loquens: Qui proprio, inquit, filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non etiam cũ illo omnia nobis donauit? Cum hęc promiſsio cõplebitur, quid erimus? quales erimus? quę bona in illo regno accepturi ſumus, quando quidẽ Chriſto moriẽte pro nobis tale iam pignus accepimus? Qualis erit ſpiritus hominis, nullum omnino habens uitium, nec ſub quo iaceat: nec cui cedat: nec contra quod ſaltẽ laudabiliter dimicet, pacatiſsima uirtute perfectus? Rerum ibi omnium quanta, q; ſpecioſa, q; certa ſcientia ſine errore aliquo uel labore, ubi dei ſapientia de ipſo ſuo fonte potabitur, cum ſumma felicitate, ſine ulla difficultate? Quale erit corpus quod omnimodo ſpiritui ſubditũ, & eo ſufficiẽter uiuificatum, nullis alimontjs indigebit? Non enim animale, ſed ſpiritale erit, habens quidẽ carnis, ſed ſine ulla carnali corruptione ſubſtantiam.

L. VIVES

[a] Benedictionem generandi.] Alibi benedictione generali. q. nõ ſolum duos illos iuſsiſſet mactos eſſe prolibus, & propagare gentẽ, ſed poſteros quoq;. [b] Partim neceſſariæ.] Q. ſine illis tranſigi uita non poſſet, qualis eſt agricultura, & lanificiũ. [c] Gulæ incitamenta.] Varie ſcriptum. Alibi, gulæ irritamenta ad indagandas & ſuaden. an ad indicandas. [d] Quos anatomicos appellant.] Q. inciſores, eſt enim τομὰ ſectio, cæſio. [e] Secantis & perſcrutantis.] Melius in aliſs codicibus ſecãtis perſcrutãtisq; in car. [f] Quæ ἁρμονία Græce dicitur.] Q. congruentia concentus ab ἁρμόττω.

De peruicacia quorũdam, qui reſurrectionem carnis, quam ſicut prædictum eſt totus mundus credit, impugnant. XXV

V Erum de animi bonis quibus poſt hanc uitam beatiſſimus perfruetur, non à nobis diſſentiunt philoſophi nobiles, de carnis reſurrectione con-

tendunt. Hanc quãtum poſſunt negãt, ſed credentes multi negantes pauciſsimos reliquerũt, & ad Chriſtũ, qui hoc quod iſtis uidetur abſurdum, in ſua reſurrectione monſtrauit, fideli corde cõuerſi ſunt, docti et indocti, ſapientes mũdi & inſipientes. Hoc enim credidit mũdus, quod prædixit deus, qui etiã hoc prædixit, quod hãc rem mundus fuerat crediturus. [a]Neq; enim Petri maleficijs ea cum laude credentiũ tanto ante prænũciare cõpulſus eſt. Ille eſt enim deus, quẽ ſicut iam dixi aliquoties nec cõmemorare me piget confitente Porphyrio, atq; id oraculis deorum ſuorum probare cupiẽte, ipſa numina perhorreſcunt. Quem ſic laudauit, ut eum & deum B patrem & regem uocaret. Abſit enim ut ſic intelligenda ſint quæ prædixit, quomodo uolunt hi qui hoc cum mundo non crediderunt, quod mundum crediturum eſſe prædixit. Cur enim non potius ita, ſicut crediturus tanto ante prædictus eſt mundus, non ſicut pauciſsimi garriunt, qui cum hoc mũdo, quod crediturus prædictus eſt credere noluerunt? Si enim propterea dicũt alio modo eſſe credẽda, ne ſi dixerint uana eſſe cõſcripta, iniuriã faciant illi deo cui tam magnũ perhibent teſtimonium, tantam prorſus ei uel etiam grauiorẽ faciunt iniuriam ſi aliter dicunt C eſſe intelligenda non ſicut mundus ea credidit, quem crediturũ, ipſe laudauit, ipſe promiſit, ipſe cõpleuit. Cur enim nõ poteſt facere ut reſurgat caro & uiuat in ęternũ? An propterea credendũ non eſt id eum eſſe facturũ, quia malũ eſt, atq; indignũ deo? Sed de omnipotẽtia eius, qua tot & tanta facit incredibilia, iam multa diximus. Si uolunt inuenire quod omnipotens nõ poteſt, habent prorſus, ego dicam, mentiri nõ poteſt. Credamus ergo quod poteſt, non credendo, quod nõ poteſt. Nõ itaq; credẽtes quod mẽtiri poteſt, credant eſſe facturũ quod ſe facturũ eſſe promiſit. Et ſic credãt ſicut id credidit mundus, D quẽ crediturũ eſſe prędixit, quẽ crediturum eſſe laudauit, quẽ crediturũ eſſe promiſit, quẽ credidiſſe iam oſtẽdit. Hoc aũt malum eſſe unde demonſtrant? Nõ erit illic ulla corruptio, quod eſt corporis malũ. De ordine elementorũ iam diſputauimus, de alijs hominũ cõiecturis ſatis dixi mus, quanta ſit futura in corpore incorruptibili facilitas motꝰ, de preſentis bonæ ualetudinis tẽperamẽto, quę uticq; nullo modo illi cõparanda eſt immortalitati, in lib. xiij. ſatis, ut opinor, oſtẽdimus. Legãt ſuperiora operis huius, qui uel nõ legerunt, uel uolunt recolere, quod legerunt.

L. VIVES

a Nec enim Petri maleficijs ea.] Attingit commentum Porphyrij de maleficis artibus Petri, de quo in fine xviij. libri.

Quomodo Porphyrij diffinitio qua beatis animis putatur corpus omẽ fugiendũ, ipſius Platonis ſententia deſtruatur, qui dicit ſummum deum dijs promiſiſſe, ut nunquam corporibus exuerentur. XXVI

SED Porphyrius ait, inquiunt, ut beata ſit anima, corpus omne eſſe fugiẽdũ. Nihil ergo prodeſt, quia incorruptibile diximus futurum corpus, ſi anima beata non erit niſi corpus omne effugerit. Sed iam & hinc in libro memorato quantum oportuit diſputaui, uerum hic unum inde tantum cõmemorabo. Emẽdet libros ſuos iſtorum omniũ magiſter Plato, & dicat eorũ deos, ut beati ſint ſua corpora fugituros, id eſt eſſe morituros, quos in cœleſtibus corporibus dixit incluſos: Quibus tamẽ deus à quo facti ſunt quo poſſent eſſe ſecuri, immortalitatẽ, id eſt in eiſdẽ corporibus ęternam permanſionẽ, non eorum natura id habẽte, ſed ſuo cõſilio prędualente promiſit. Vbi etiam euertit illud, quod dicunt: quoniam eſt impoſsibile, ideo reſurrectionẽ carnis non eſſe credendam. Apertiſsime quippe iuxta eundem philoſophum, ubi dijs à ſe factis promiſit deus nõ factus immortalitatem, quod impoſsibile eſt, ſe dixit eſſe facturũ. Sic enim eum locutũ narrat Plato. Quoniam eſtis orti, inquit, immortales eſſe & indiſſolubiles non poteſtis. Non tamen diſſoluemini, neq; uos ulla mortis fata periment, nec erunt ualentiora, quàm conſilium meum, quod maius eſt uinculũ ad perpetuitatem ueſtrã, cẽ illa, quibus eſtis colligati. Si non ſolum abſurdi, ſed ſi ſurdi nõ ſunt qui hæc audiunt, nõ uticq; dubitãt dijs factis ab illo deo qui eos fecit ſecundũ Platonẽ, quod eſt impoſsibile fuiſſe promiſſum. Qui enim dicit, uos quidẽ immortales eſſe non poteſtis, ſed mea uoluntate immortales eritis: quid aliud dicit, cẽ id quod fieri nõ poteſt, me faciẽte tamẽ eritis? Ille igitur carnem incorruptibilẽ, immortalẽ, ſpiritalẽ reſuſcitabit, qui iuxta Platonẽ, id quod impoſsibile eſt, ſe facturũ eſſe promiſit. Quid adhuc quod promiſit deus, quod deo promittenti credidit mũdus, qui etiã ipſe promiſſus eſt crediturus, eſſe impoſsibile clamãt? Quando quidẽ nos deũ, qui etiam ſecundũ Platonẽ facit impoſsibilia, id facturũ eſſe clamamus. Non ergo ut beatæ ſint

animę corpus eſt omne fugiendum, ſed corpus A incorruptibile recipiendum. Et in quo cõuenientius incorruptibili corpore lætabuntur, quàm in quo corruptibili gemuerunt? Sic enim non in eis erit illa dira cupiditas, quã poſuit ex Platone Vergilius, ubi ait:

Rurſus & incipient in corpora uelle reuerti.

Sic, inquam, cupiditatem reuertendi ad corpora nõ habebunt, cum corpora, in quæ reuerti cupiunt, ſecũ habebũt: & ſic habebũt, ut nunquã non habeant, nunquã ea prorſus uel ad exiguũ quamlibet tempus ulla morte deponant.

De cõtrarijs diffinitiõib. Platonis atq; Por B phyrij, in quibus ſi uterq; alteri cederet, à ueritate neuter deuiaret. Cap. XXVII

Ingula quædã dixerunt Plato atq; SPorphyrius, quæ ſi inter ſe communicare potuiſſent, facti eſſent fortaſſe Chriſtiani. Plato dixit ſine corporibus animas in æternum eſſe nõ poſſe. Ideo dixit, etiam ſapientiũ animas poſt quamlibet longum tempus, tamen ad corpora redituras. Porphyrius autẽ dixit animam purgatiſsimã cum redierit ad patrẽ, ad hæc mala mũdi nunquam eſſe redituram. Ac per hoc quod uerũ uidit Pla C to, ſi dediſſet Porphyrio, etiam iuſtorũ atq; ſapiẽtium purgatiſsimas animas ad humana corpora redituras: rurſus quod uerũ uidit Porphyrius, ſi dediſſet Platoni, nunquam redituras ad miſerias corruptibilis corporis animas ſanctas: ut non ſinguli hæc ſingula, ſed ambo & ſinguli utrunque dicerẽt, puto quod uiderent eſſe iam conſequens, ut & redirent animę ad corpora, & talia reciperẽt corpora in quibus beate, atq; immortaliter uiuerent. Quoniã ſecundum Platonem etiam ſanctæ animæ ad humana corpora redibunt: ſecundum Porphyriũ ad mala mundi huius ſanctę animę nõ redibunt. Dicat itaq; D cum Platone Porphyrius, redibũt ad corpora. Dicat Plato cum Porphyrio, non redibunt ad mala: & ad ea corpora redire cõſentient, in quibus nulla mala patiantur. Hæc itaq; nõ erunt, niſi illa quæ promiſit deus beatas animas in æternum cum ſua æterna carne uicturas. Hoc enim quantum exiſtimo iam facile nobis concederent ambo, ut qui faterentur ad immortalia corpora redituras animas eſſe ſanctorũ, ad ſua illas redire permitterent, in quibus mala huius ſeculi pertulerunt, in quibus deum, ut his malis carerent, pie fideliterq; coluerunt.

Quid ad uerã reſurrectionis fidẽ, uel Plato uel Labeo, uel etiam Varro conferre potuerint, ſi opiniones eorum in unam ſententiã cõueniſſent. XXVIII

ONnulli noſtrũ, ppter quoddã prę N clariſsimũ loquendi genus, & propter nõnulla quę tieraciter ſenſit, amãtes Platonẽ, dicunt eũ aliquid ſimile nobis etiã de mortuorum reſurrectiõe ſenſiſſe. Quod quidẽ ſic tangit in lib. de rep. Tullius, ut eũ luſiſſe potius, cẽ quod id uerũ eſſet affirmet dicere uoluiſſe. Inducit enim hominẽ reuixiſſe, & narraſſe quædã quę Platonicis diſputatiõib. cõgruebãt. Labeo etiã duos dicit uno die fuiſſe defunctos & occurriſſe inuicẽ in quodã compito, deinde ad corpora ſua iuſſos fuiſſe remeare, et cõſtituiſſe inter ſe amicos ſe eſſe uicturos, atq; ita eſſe factũ donec poſtea morerentur. Sed iſti autores talem reſurrectionẽ corporis factã fuiſſe narratũt, quales fuerũt eorũ quos reſurrexiſſe nouimus: et huic quidẽ redditos uitæ, ſed nõ eo modo, ut nõ morerẽtur ulterius. Mirabilius aũt quiddã Marcus Varro ponit in libris quos cõſcripſit de gẽte populi Romani, cuius putaui uerba ipſa ponẽda: Genethliaci quidã ſcripſerũt, inquit, eſſe in renaſcẽdis hoib. quã appellãt παλιγγενεσίαν Græci: hãc ſcripſerũt cõſici in annis nũero quadringẽtis quadraginta, ut idẽ corpus & eadẽ anima, quæ fuerãt cõiuncta in hoie aliquãdo, eadẽ rurſus redeant in cõiunctionẽ. Iſte Varro quidẽ ſiue illi Genethliaci neſcio qui, non enim nomina eorũ prodidit, quorũ cõmemorauit ſententiã, aliquid dixerunt, quod licet falſum ſit, cũ enim ſemel ad eadẽ corpora quæ geſſerũt, animæ redierint, nunquã ea poſtea ſunt relicturæ, tamen multa illius impoſsibilitatis, qua contra noſtri garriũt, argumẽta cõuellit, & deſtruit. Qui enim hæc ſentiũt ſiue ſenſerũt non eis uiſum eſt fieri nõ poſſe, ut dilapſa cadauera in auras, in puluerẽ, in cinerẽ, in humores, in corpora ueſcentiũ beſtiariũ, uel ipſorũ quoq; hominum, ad id rurſus redeant, quod fuerũt. Quapropter Plato & Porphyrius, uel potius quicũq; illos diligũt, et adhuc uiuũt, ſi nobis cõſentiunt, etiã ſanctas animas ad corpora redituras, ſicut ait Plato, nec tamẽ ad mala ulla redituras, ſicut ait Porphyrius: ut ex his fiat cõſequens quod fides prędicat Chriſtiana, talia corpora recepturas, in quibus ſine ullo malo in æternũ feliciter uiuãt: aſſumant etiã hoc de Varrone, ut ad eadẽ corpora

redeant in quibus antea fuerũt,et apud eos tota quæstio de carnis in ęternũ resurrectiõe soluetur.

L. VIVES

PRopter quod dã præclarissimũ loquendi genus.] Tria sunt quæ Platoni non modo Græciã concilia-runt,sed orbem uniuersum:integritas uitæ, sancti tas præceptorum,& eloquentia. b De mortuorum resurrectione sensisse.] Eusebius lib.xi. Præpar. Euang. & mutationẽ mundi,& resurrectionẽ,& iudiciũ apud in feros ex Mosaica doctrina accepisse Platonẽ putat. Nar rat enim Plato exacto tempore defecturum terrenũ ge nus,mundumq; insolitis motibus agitatũ,& cõcussum iri cum ingenti animantium omniũ pernicie ac clade: post aliquantum deinde temporis cõquieturum opera principis dei, qui ne cõcidat, intereatq; mũdus,guber-nacula eius recipiet,addetq; illi sempiternam iuuẽtam, & immortalitatẽ. c Inducit enim hominẽ reuixisse.] Herum Pamphylium, qui in acie occubuit Plato in fine lib. De rep. decimo post mortẽ die redditum uitæ scri bit. hanc Cicero fabulam,inquit Macrob. i. lib. Somn ij, licet ab indoctis q. ipse uere conscius doleat irrisam, exemplum tamen stolidæ reprehensionis uitans,excita ri narraturũ,cp reuiuiscere maluit. d Labeo etiã.] Plin. lib. vij. aliquot exempla ponit eorum, qui elati re uixerint:& Plutarchus refert in primo De anima, Enar chũ quendã, ubi mortẽ obijsset, redijsse ad uitã, narraf-secq; animã quidem suam è corpore egressam, sed iussu Ditis restitutam corpori, grauiter illis dæmonibus ab eorum principe castigatis, qui cum in mandatis habe-rent Nicandam coriariũ, & palæstritem adducere,ad Enarchũ magno errore issent, ita paulo post Nicandas fato concesit. e Genethliaci.] Sunt mathematici di uinaculi, ex natali die de uniuerso uitæ euentu prædi centes. Gellius Chaldæos, & Genethliacos eodem ha bet loco lib. xiiij. aduersus istos, inquit, qui sese Chal-dæos, seu Genethliacos appellant,ac de motu decli natu stellarum dicere posse,quæ futura sunt profitentur. f παλιγγενεσίαν.] Regenerationẽ. Lactãt. quoq; li. vij. uer ba Chrysippi Stoici ex eius de prouidẽtia libris refert, quibus ille reditum post mortẽ nostrum astruxit, πρὸ ὑ μῶν, inquit, μετὰ τὸ ἀποτελεσθῆναι πάλιν περιόδων τινῶν ἀπυμενόνων χρόνων, ὅτε ὁ νῦν ὁπωσοῦν διακεκριμένος σχῆμα. Et defunctos iã uita cer tis temporum reuolutionibus exactis, rursus in eam, quam nunc habemus faciem restitutum iri.

De qualitate uisionis,qua in futuro sęculo sancti deum uidebunt. XXIX

NVNc iam quid acturi sint in corpo ribus immortalib. atq; spiritalibus sancti,non adhuc eorum carne car naliter,sed spiritaliter iam uiuente, quantũ dominus dignatur adiuuare,uideamus. Et illa quidem actio, uel potius quies,atq; ociũ quale futurum sit,si uerum uelim dicere,nescio. Non enim hoc unquã per sensus corporis uidi. Si autem hoc mente,id est intelligentia uidisse me dicam,quantum est,aut quid est nostra in telligentia ad illam excellentiam? Ibi est enim pax dei,quæ,sicut ait Apostolus, superat om nem intellectum,quem nisi nostrũ,aut fortasse etiam omniũ sanctorum angelorũ? Non enim & dei. Si ergo sancti in dei pace uicturi sũt,pro fecto in ea pace uicturi sunt,quę superat omnẽ intellectũ. Quoniam nostrum quidem superet, non est dubium. Si autem superat & angelorũ, ut nec ipsos excepisse uideatur, qui ait omnẽ in tellectum: secundum hoc dictum esse debemus accipere,quia pacem dei,qua ipse deus pacatus est sicut nouit deus,non eam nos sic possumus nosse,nec ulli angeli. Superat itaq; omnem in tellectum,non dubium quod pręter suum. Sed quia & nos pro modo nostro pacis eius partici pes facti summam in nobis atque inter nos & cum ipso pacem,quantum nostrum summum est,obtinebimus: isto modo pro suo modo sci unt eam sancti angeli,homines autem nũc lon ge infra,quantumlibet prouectu mentis excel lant. Considerandum est enim quantus uir di cebat: Ex parte scimus & ex parte propheta mus,donec ueniat quod perfectum est. Et uide mus nunc per speculum in ænigmate, tunc au tem facie ad faciem. Sic iam uident sancti ange li,qui etiã nostri angeli dicti sunt,quia eruti de potestate tenebrarum,et accepto spiritus pigno re translati ad regnum Christi,ad eos angelos iam cœpimus pertinere,cum quibus nobis erit sancta atque dulcissima,de qua iam tot libros scripsimus,dei ciuitas ipsa communis. Sic sunt ergo angeli nostri,qui sunt angeli dei, quemad modum Christus dei, Christus est noster. Dei sunt,quia deum non reliquerunt: nostri sunt, quia suos ciues nos habere cœperunt. Dixit au tem dominus Iesus: Videte ne contemnatis u num de pusillis istis. Dico enim uobis,quia an geli eorum in cœlis semper uident faciem pa tris mei qui in cœlis est. Sicut ergo illi uident, i ta & nos uisuri sumus, sed nondum ita uide mus. Propter quod ait Apostolus quod paulo ante dixi: Videmus nunc per speculum in ænig mate,tunc autem facie ad faciem. Pręmium ita que fidei nobis uisio ista seruatur,de qua & Io annes Apostolus loquens: Cum apparuerit, inquit,similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Facies autem dei, manifestatio eius intelligenda est, non aliquod tale mem brum quale nos habemus in corpore, atque isto nomine nuncupamus. Quapropter cum ex me quæritur, quid acturi sint sancti in illo corpore spiritali,non dico quod iam uideo, sed dico quod credo: secundum illud quod in psal mo lego: Credidi propter quod locutus sum.

Dico

Dico itaq;,quod uisuri sint deum in ipso corpo re,sed utrũ per ipsum,sicut per corpus nunc ui demus solẽ,lunã,stellas,mare ac terram, & quę sunt in ea,non parua quæstio est. Durum est di cere quod sancti talia corpora tunc habebũt, ut non possint oculos claudere atque aperire cum uelint. Durius autem quod ibi deum, quisquis oculos clauserit non uidebit. Si enim Propheta Helisæus puerũ suum Giezi absens corpore ui dit accipientẽ munera, quæ dedit ei Naamã Sy rus,quẽ Propheta memoratus à lepræ deformi tate mũdauerat,quod seruus nequam domino suo nõ uidente,latenter se feciss e putauerat: quã to magis in illo corpore spiritali uidebũt sancti omnia,non solũ si oculos claudant,uerumetiam unde sunt corpore absentes? Tũc enim erit per fectũ illud de quo loquens Apostolus: Ex par te, inquit, scimus & ex parte prophetamus, cum autẽ uenerit quod perfectum est,quod ex parte est,euacuabitur. Deinde ut quomodo posset ali qua similitudine ostenderet,quantũ ab illa quę futura est,distet hæc uita,non qualiumcũq; ho minum,uerumetiã qui præcipua hic sanctitate sunt prædíti: Cum essem,inquit, paruus, quasi paruulus sapiebã,quasi paruulus loquebar,qua si paruulus cogitabã: cum autẽ factus sum uir, euacuaui ea quæ paruuli erant. Videmus nunc per speculum in ænigmate,tunc autẽ facie ad fa ciem. Nunc scio ex parte,tũc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Si ergo in hac uita ubi ho minum mirabiliũ prophetia ita comparãda est illi uitæ,quasi paruuli ad iuuenẽ,uidit tamẽ He lisæus accipientẽ munera seruum suum ubi ipse non erat: ita ne cũ uenerit quod perfectum est, nec iam corpus corruptibile aggrauabit animã, sed incorruptibile nihil impediet, illi sancti ad ea,quę uidẽda sunt oculis corporeis,quibus He lisæus absens ad seruum suum uidendũ non in diguit,indigebunt? Nam secũdum interpretes septuaginta ista sunt ad Giezi uerba Propheteę: Nónne cor meum tecum ibat,& noui quòd cõ uersus est uir de curru suo in obuiam tibi, & ac cepisti pecuniam? &c. Sicut autẽ ex Hebræo in terpretatus est presbyter Hieronymus: Nõne cor meum,inquit,in præsenti erat,quãdo reuer sus est homo de curru suo in occursum tui? Cor de suo ergo se dixit hoc uidisse Propheta, adiu to quidem mirabiliter nullo dubitãte diuinitus. Sed quanto amplius tunc omnes munere isto abundabunt,cum deus erit omnia in omnibus. Habebunt tamen etiã illi oculi corporei officiũ suum, & in loco suo erunt, uteturq; illis spiritus per spiritale corp⁹. Neq; enim et ille Propheta, quia non eis indiguit, ut uideret absentẽ, nõ eis usus est ad uidenda præsentia,quę tamẽ spiritu uidere posset etiãsi illos clauderet,sicut uidit ab sentia,ubi cum eis ipse non erat. Absit ergo ut dicamus illos sanctos in illa uita deũ clausis ocu lis non uisuros,quem spiritu semper uidebunt: Sed utrum uidebunt & per oculos corporis,cũ eos apertos habebũt, inde quæstio est. Si enim tantum poterunt in corpore spiritali eo modo uticq; etiam ipsi oculi spiritales,quãtum possunt isti quales nunc habemus,proculdubio per eos deus uideri non poterit: longe itaq; alterius e runt potentiæ,si per eos uidebitur incorporea il la natura,quę non continetur loco,sed ubiq; to ta est. Non enim quia dicimus deum & in cœlo esse & in terra,ipse quippe ait per Prophetam: Cœlum & terram ego impleo,aliam partem di cturi sumus eũ in cœlo habere, & in terra aliã, sed totus in cœlo est, totus in terra: non alternis tẽporibus,sed utrunq; simul,quod nulla natu ra corporalis potest. Vis itaq; prælollẽtior ocu lorũ erit illorum non ut acutius uideãt,cp quidã perhibentur uidere serpentes uel aquilæ. Quan talibet enim acrimonia cernendi eadẽ quoq; a nimalia nihil aliud possunt uidere cp corpora, sed ut uideãt & incorporalia. Et fortasse ista uir tus magna cernendi data fuerit ad horã,etiã in isto mortali corpore oculis sancti uiri Iob,quan do ait ad deum: In obauditu auris obaudiebam te prius, nunc autem oculus meus uidet te, pro pterea despexi memetipsum,& distabui,& exi stimaui me terram & cinerem. Quamuis hic ni hil prohibeat oculũ cordis intelligi, de quibus oculis ait Apostolus: Illuminatos oculos habe re cordis uestri. Ipsis autem uideri deum,cum ui debitur, Christianus ambigit nemo, qui fideli ter accipit quod ait deus ille magister: Beati mũ di corde,quoniam ipsi deum uidebunt. Sed u trũ etiam corporalibus oculis ibi uideatur, hoc in ista quæstione uersamus. Illud enim quod scriptum est: Et uidebit omnis caro salutare dei, sine ullius nodo difficultatis sic intelligi po test,ac si dictum fuerit,& uidebit omnis homo Christum dei, qui utique in corpore uisus est, & in corpore uidebitur, quando uiuos & mor tuos iudicabit. Quod autem ipse sit salutare dei multa sunt & alia testimonia scripturarum. Sed

eúidem

euidẽtius uenerãdi illius ſenis Simeonis uerba declarant. Qui cũ infantẽ Chriſtum accepiſſet in manus ſuas: Nunc, inquit, dimittis ſeruũ tuum domine, ſecundum uerbum tuum in pace: quoniam uiderunt oculi mei ſalutare tuum. Illud etiam quod ait ſupra memoratus Iob, ſicut in exẽplaribus quę ex Hebræo ſunt, inuenitur, Et in carne mea uidebo deũ: reſurrectionẽ quidem carnis ſine dubio prophetauit, nõ tamẽ dixit, per carnẽ meã. Quod quidẽ ſi dixiſſet, poſſet deus Chriſtus intelligi qui per carnẽ in carne uidebitur. Nunc uero poteſt & ſic accipi, In carne mea [b] uidebo deum: ac ſi dixiſſet, In carne mea ero, cum uidebo deũ: Et illud quod ait Apoſtolus, Facie ad faciẽ: non cogit ut deum per hanc faciem corporalem, ubi ſunt oculi corporales, nos uiſuros eſſe credamus, quẽ ſpiritu ſine intermiſsione uidebimus. Niſi enim eſſet etiam interioris hominis facies, nõ diceret idẽ Apoſtolus: Nos autẽ reuelata facie gloriam domini ſpeculantes, in eandẽ imaginẽ transformamur de gloria in gloriã, tanꝯ ad domini ſpiritũ. Nec aliter intelligimus quod in Pſalmo canitur: Accedite ad eum, & illuminamini, & facies ueſtrę nõ erubeſcẽt. Fide quippe acceditur ad deũ, quam cordis conſtat eſſe, non corporis. Sed quia ſpiritale corpus neſcimus quãtos habebit acceſſus, de re quippe inexpta loquimur, ubi aliqua, quæ aliter intelligi nequeãt diuinarũ ſcripturarũ nõ occurrit, ſed ſuccurrit autoritas: neceſſe eſt ut cõtingat in nobis quod legitur in libro Sapiẽtiæ: Cogitatiões mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ. Ratiocinatio quippe illa philoſophorũ, qua diſputant ita mẽtis aſpectu intelligibilia uideri, & ſenſu corporis ſenſibilia, id eſt corporalia, ut nec intelligibilia per corpus, nec corporalia per ſeipſa mens ualeat intueri, ſi poſſet nobis eſſe certiſsima, profecto certum eſſet per oculos corporis etiam ſpiritalis nullo modo poſſe uideri deũ. Sed iſtam ratiocinationem & uera ratio & prophetica irridet autoritas. Quis enim ita ſit auerſus à uero, ut dicere audeat deũ corporalia iſta neſcire? Nũquid ergo corpus habet, per cuius oculos ea poſsit addiſcere? Deinde quod de propheta Heliſæo pauloante diximus, nõne ſatis indicat etiã ſpiritu, non per corpus corporalia poſſe cerni? Quãdo enim ſeruus ille munera accepit, utiꝯ corporaliter geſtũ eſt quod tamen propheta non per corpus, ſed per ſpiritum uidit. Sicut ergo conſtat uideri corpora ſpiritu, quid ſi tanta erit potẽtia ſpiritalis corporis, ut corpore uideatur & ſpiritus? Spiritus enim eſt deus. Deinde uitã quidem ſuã in qua nunc uiuit in corpore, & hæc terrena membra uegetat facitꝯ uiuentia, interiore ſenſu quiſꝯ nõ per corporeos oculos nouit: aliorum uero uitas, cum ſint inuiſibiles, per corpus uidet. Nam unde uiuentia diſcernimus à non uiuentibus corpora, niſi corpora ſimul uitasꝯ uideamus, quas niſi per corpus uidere non poſſumus? Vitas autẽ ſine corporibus corporeis oculis nõ uidemus. Quãobrẽ fieri poteſt, ualdeꝯ credibile eſt, ſic nos eſſe uiſuros mundana tunc corpora cœli noui & terræ nouę, ut deũ ubiꝯ præſentẽ, & uniuerſa etiã corporalia gubernantẽ, per corpora quæ geſtabimus, & quæ cõſpiciemus qua quauerſum oculos duxerimus, clariſſima perſpicuitate uideamus: non ſicut nunc inuiſibilia dei, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur per ſpeculum in ęnigmate, & ex parte, ubi plus in nobis ualet fides, qua credimus, cẽ rerum corporalium ſpecies, quã per oculos cernimus corporales. Sed ſicut homines inter quos uiuẽtes, motusꝯ uitales exerentes uiuimus: mox ut aſpicimus, non credimus uiuere, ſed uidemus, cum eorũ uitam ſine corporibus uidere nequeamus, quam tamen in eis per corpora remota omni ambiguitate conſpicimus: ita quacunꝯ ſpiritalia illa lumina corporum noſtrorum circumferemus, incorporeũ deum omnia regentem, etiam per corpora contuebimur. Aut ergo per illos oculos ſic uidebitur deus, ut aliquid habeãt in tanta excellentia menti ſimile, quo & incorporea natura cernatur, quod ullis exẽplis ſine ſcripturarum teſtimoniis diuinarũ uel difficile uel impoſsibile eſt oſtendere. Aut quod eſt ad intelligendum facilius, ita deus nobis erit notus atꝯ cõſpicuus, ut uideatur ſpiritu à ſingulis nobis in ſingulis nobis, uideatur ab altero in altero, uideatur in ſeipſo, uideatur in cœlo nouo, & in terra noua, atque in omni, quæ tunc fuerit creatura: uideatur & per corpora in omni corpore quocunꝯ fuerint ſpiritalis corporis oculi acie perueniente directi. Patebunt etiam cogitationes noſtrę inuicem nobis. Tunc enim implebitur quod Apoſtolus ait, cum enim dixiſſet: Nolite ante tempus iudicare quicquã: mox addidit, donec ueniat dominus & illuminet abſcõdita tenebrarum, & manifeſtet cogitationes cordis, & tunc laus erit unicuiꝯ à deo.

L. VIVES

A Vel potius quies.] Nam erit à cũctis laboribus requies: & neſcio quo pacto ſuauius eſt quietis nomen, cẽ actionis, idcirco Ariſtoteles contemplationem illam, quam extremã beatitudinem facit, quietem nominat: adde quod illud eſt, ſabbatum, id eſt ociũ & requies ſempiterna. b Videbo deum.] In quibuſdam Auguſtini antiquis codicibus legitur, uidebo deũ ſaluatorem meum. Sed nec in Hiero. uerſione legimus: nec uidetur ab Auguſtino additum, ex iſs quæ ſequuntur: nam de deo loquitur ſine humanitate: porro ſi Saluatorem adieciſſet de Chriſto uideretur dixiſſe.

De ęterna felicitate ciuitatis dei ſabbatoꝯ perpetuo. Caput xxx

B Vanta erit illa felicitas ubi nullum erit malum, nullum latebit bonũ, uacabitur dei laudibus, qui erit omnia in omnibus. Nã quid aliud agetur, ubi nec ulla deſidia ceſſabitur, neque ulla indigentia laborabitur, neſcio. Admoneor etiã ſancto Cantico ubi lego, uel audio: Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorũ laudabunt te. Omnia membra & uiſcera incorruptibilis corporis, quæ nũc uidemus per uſus neceſsitatis uarios diſtributa, quoniam tunc non erit ipſa neceſsitas, ſed plena, certa, ſecura ſempiterna felicitas, proficiẽt in laudibus dei. Omnes quippe illi, de quibus iam ſum locutus, qui nũc C latent harmoniæ corporalis numeri non latebunt, intrinſecus, et extrinſecus per corporis cũcta diſpoſiti, & cũ cæteris rebus quæ ibi magnę atꝯ mirabiles uidebuntur, rationales mẽtes in tanti artificis laudem rationabilis pulchritudinis delectatione ſuccendent. Qui motus illic talium corporum ſint futuri, temere definire non audeo, quod excogitare non ualeo. Tamen & motus & ſtatus ſicut ipſa ſpecies decẽs erit, quicunꝯ erit, ubi quod non decebit, non erit. Certe ubi uolet ſpiritus, ibi protinus erit corpus: nec uolet aliquid ſpiritus, quod nec ſpiritũ poſsit decere nec corpus. Vera ibi gloria erit, ubi laudantis, nec errore quiſquã, nec adulatione laudabitur. Verus honor, qui nulli negabitur digno, nulli deferetur indigno, ſed nec ad eum ambiet ullus indignus, ubi nullus permittetur eſſe, niſi dignus. Vera pax ibi eſt, ubi nihil aduerſi, nec à ſeipſo, nec ab alio quiſquã patietur. Præmiũ uirtutis erit ipſe qui uirtutem dedit, & qui ſeipſum quo melius & maius nihil poſsit eſſe, promiſit. Quid eſt enim aliud quod per Prophetã dixit, Ero illorũ deus, & ipſi erũt mihi plebs: niſi, ego ero unde ſatiẽtur: ego ero quę cũcꝯ ab omnibus A honeſte deſiderãtur, et uita, & ſalus, et uictus, et copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona? Sic enim et illud recte intelligitur, quod ait Apoſtolus, ut ſit deus omnia in omnibus. Ipſe finis erit deſideriorum noſtrorũ, qui ſine fine uidebitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatigatione laudabitur. Hoc munus, hic affectus, hic actus profecto erit omnibus, ſicut ipſa uita æterna cõmunis. Cæterũ qui futuri ſint pro meritis præmiorum etiã gradus honorũ atꝯ gloriarum, quis eſt idoneus cogitare, quãto magis dicere? Quod tamen futuri ſint, nõ eſt ambigendũ. Atꝯ id etiam beata ciuitas illa magnũ in ſe bonum uidebit, quod nulli ſuperiori ullus inferior inuidebit, B ſicut nũc nõ inuidẽt archãgelis angeli cæteri: tãquã nolit eſſe unuſquiſꝯ quod nõ accepit, quãuis ſit pacatiſsimo cõcordiæ uinculo ei qui accepit obſtrictus, cẽ nec in corpore uult oculus eſſe qui eſt digitus, cum membrũ utrũcꝯ cõtineat totius carnis pacata cõpago. Sic itaꝯ habebit dominum alius alio minus, ut hoc quoꝯ donũ habeat, ne uelit amplius. Nec ideo liberũ arbitrium nõ habebũt, quia peccata eos delectare non poterunt. Magis quippe erit liberũ à delectatione peccandi uſcꝯ ad delectationẽ nõ peccandi indeclinabilẽ liberatũ. Nam primum liberũ arbitrium quod homini datũ eſt, quando primum creatus eſt rectus, potuit nõ peccare, ſed potuit & peccare: hoc autẽ nouiſsimũ eo potẽtius erit, quo peccare nõ poterit. Verum hoc quoꝯ dei munere, nõ ſuæ poſsibilitate naturæ. Aliud eſt enim eſſe deum, aliud participem dei. Deus natura peccare nõ poteſt, particeps uero dei ab illo accipit, ut peccare nõ poſsit. Seruandi autẽ gradus erant diuini muneris, ut primũ daretur liberum, quo nõ peccare poſſet homo, nouiſsimum quo peccare non poſſet: atꝯ illud ad cõparandum meritum, hoc ad recipiendum præmium pertineret. Sed quia peccauit iſta natura cum peccare potuit, largiore gratia liberatur, ut ad eam perducatur libertatẽ, in qua peccare nõ poſſit. Sicut enim prima immortalitas fuit, quã peccando Adam perdidit, poſſe non mori, nouiſſima erit non poſſe mori: ita primum liberũ arbitrium, poſſe non peccare, nouiſsimum non poſſe peccare. Sic enim erit inamiſsibilis uoluntas pietatis & æquitatis, quomodo eſt felicitatis. Namutique peccando nec pietatem, nec felicitatem tenuimus, uoluntatem uero felicitatis, nec perdita felicitate perdidimus. Certe deus ipſe nunquid

quid quia peccare non potest, ideo liberum arbitrium habere negādus est? Erit ergo illius ciuitatis, & una in omnibus, et inseparabilis in singulis uoluntas libera, ab omni malo liberata, & impleta omni bono, fruens indeficiēter æterno rum iocunditate gaudiorum, oblita culparum, oblita pœnarum, nec tamen ideo suæ liberatio nis oblita, ut liberatori suo sit ingrata. Quātum ergo attinet ad scientiam rationalē, memor præteritorum etiam malorum suorum, quantū autem ad experientis sensum, prorsus immemor. Nam & peritissimus medicus, sicut arte sciūtur, omnes ferè morbos corporis nouit: sicut autem B corpore sentiuntur, plurimos nescit, quos ipse non passus est. Vt ergo scientiæ malorum duæ sunt, una qua potentiam mentis non latent, altera qua experiētis sensibus inhærēt. Aliter quippe sciuntur omnia uitia per sapientiæ doctrinā, aliter per inspiētis pessimam uitam: ita & obliuiones malorum duæ sunt. Aliter ea nancq; obliuiscitur eruditus & doctus aliter expertus & passus. Ille si peritiam negligat, iste si miseria careat. Secundum hanc obliuionem quam posteriore loco posui, non erunt memores sancti præteritorum malorum. Carebunt enim omnibus malis, ita ut penitus deleantur de sensibus eorū. C Ea tamen potentia scientiæ, quæ magna in eis erit, non solum sua præterita, sed etiam damnatorum eos sempiterna miseria non latebit. Alioquin si se fuisse miseros nescituri sunt, quomodo sicut ait Psalmus: Misericordias domini in æternum cantabūt? Quo cantico in gloriam gratiæ Christi, cuius sanguine liberati sumus, nihil erit profecto illi iocūdius ciuitati. Ibi perficietur: Vacate & uidete quoniam ego sum deus. Quod erit ibi uere maximum sabbatum non habēs ue speram. Quod commendauit dominus in primis operibus mundi, ubi legitur: Et requieuit D deus die septimo ab omnib. operibus suis, quæ fecit: & benedixit deus diem septimum, & sanctificauit eum, quia in eo requieuit ab omnibus operibus suis, quæ inchoauit deus facere. Dies enim septimus etiam nosipsi erimus, quando eius fuerimus benedictione & sanctificatiōe pleni atq; refecti. Ibi uacantes uidebimus, quoniā ipse est deus, quod nobis ipsi esse uoluim⁹, quādo ab illo cecidimus, audientes à seductore, Eritis sicut dij: & recedentes à uero deo, quo facente dij essemus eius participatione, non desertione. Quid enim sine illo fecimus, nisi quod in ira eius defecimus? A quo refecti, & gratia maiore perfecti, uacabimus in æternū, uidentes quia ipse est deus, quo pleni erimus, quando ipse erit omnia in omībus. Nam & ipsa bona opera nostra, quādo ipsius potius intelligūtur esse q̄ nostra, tunc nobis ad hoc sabbatum adipiscendū imputantur, quia si nobis ea tribuerimus, seruilia erunt cum de sabbato dicatur: Omne opus seruile in eo nō facietis. Propter quod & per Ezechielē prophetā dicitur: Et sabbata mea dedi eis in signum inter me & inter eos, ut scirēt, quia ego dominus, qui sanctifico eos. Hoc perfecte tunc sciemus, quādo perfecte uacabimus, & perfecte uidebimus, quia ipse est deus. Ipse etiā numerus ætatū ueluti dierū, si secūdum eos articulos temporis computentur, qui in scripturis sanctis uidentur expressi, iste sabbatissimus euidentius apparebit, quoniam septimus inuenitur, ut prima ętas tanquā dies primus sit ab Adā usq; ad diluuiū: secunda inde usq; ad Abrahā, non æqualitate temporū, sed numero generationū. Denas quippe habere reperiūtur. Hinc iam sicut Matthæus Euangelista determinat, tres ætates usq; ad Christi subsequūtur aduentū, quę singulæ denis & quaternis generationibus explicantur. Ab Abrahā usq; ad Dauid una: altera inde usq; ad trāsmigrationē in Babyloniā, tertia inde usq; ad Christi carnalem natiuitatē. Fiūt itaq; omnes quinq;. Sexta nūc agitur, nullo generationum numero metienda, propter id quod dictū est: Non est uestrū scire tēpora, quę pater posuit in sua potestate. Post hanc tanquā in die septimo requieſcet deus, cum eundē septimū diem, quod nos erimus, in seipso deus faciet requiescere. De istis porrò ætatibus singulis diligenter longum est disputare. Hæc tamen septima erit sabbatum nostrum, cuius finis non erit uespera, sed dominicus dies uelut octauus æternus, qui Christi resurrectione sacratus est, æternam non solum spiritus, uerūetiam corporis requiem præfigurās. Ibi uacabimus, & uidebimus: uidebimus & amabimus, amabimus & laudabimus. Ecce quod erit in fine sine fine. Nā quis alius noster est finis, nisi peruenire ad regnum cuius nullus est finis? [b] Videor mihi debitum ingentis huius operis adiuuante domino reddidisse. Quibus parum uel quibus nimium est, mihi ignoscant. Quibus autem satis est, nō mihi sed domino mecum gratias congratulantes agant. Amen.

L. VIVES

a QVanta erit illa felicitas.] Dici poterant innumera sed & sequendus Augustinus, & de re tam sacrosancta nihil temere uel pronunciandum, uel scribendū: nec fas est ad philosophiā & humanas quæstiunculas reuocare, quod deus arcanis. esse iussit, nec oculis ostendit, nec auribus eloquutus est, nec in cogitationes mentesq; mortalium immisit. magna esse & admirabilia credi uoluit, & ea sperari tantū à nobis, tum demum intellecturis, cū uoti compotes facti spectabimus coràm omnia præsentia & oculis atque adeo nobis ipsis ipsis coniunctis. & affixa, ut sic cognoscamus, quemadmodum nunc cogniti sumus. nec inquirēdum est actus ne sit intellectus beatitudo illa, an uoluntatis potius: utrum intuebit omnia in deo mens nostra, an ab aliquibus arcebitur, ne si contentiose nimium hæc quæsierimus, nec uoluntatis sit nec intellectus felicitas, nec aliquid uideamus in deo. Omnia erunt gaudiorum & beA titudinum plena, non modo uoluntas & intellectus sed oculi, aures, manus, totum corpus, totus animus, tota mēs. Omnia cernemus in deo, quæ uolemus, & suo beatitudinis gradu quisq; contentus erit, nec alteri quem propinquiorem spectabit deo, inuidebit, quoniam tam beatus erit unusquisq;, quàm uolet. b Videor mihi debitum ingentis huius operis.] Et ipse pariter nō mihi minus ingens absoluisse opus, & uarium laborem exisse uideor, quàm sibi Augustinus. Quantum enim illius ingenij, eruditionis, sanctitatis uitribus admirandū istorum uoluminum erat onus, tantū imbecillitati & imperitiæ nostræ, horum tenuium leuiumq; commentariorum. si quid dixi, quod placeat, habeat lector gratiam deo propter me: si quod non placeat, ignoscat mihi propter deum, & maledictis det ueniam propter benedicta. Errores uerò si benigne emendarit, ac sustulerit, demerebitur & me, & lectores, qui confisi fortitan mihi fallerentur.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS
episcopi, libri de Ciuitate dei ad Marcellinum xxij. & ultimi finis.

IN D. AVRELII AVGVSTINI CIVITATEM DEI TAM EORVM QVAE IN AVGVSTINO QVAM L. VIVIS COMMENTARIIS TRACTANTVR INDEX.

A

Aaron obstrictus uitulum populo fecit columna 775.d
aaronis genus usq; nũc durat 953.b
Abakuc quo uixerit tẽpore 1084.d
Abdias quis, & ubi eius sepulchrum columna 1084.d
quo fuerit tempore: ex illius prophetia 1083.b
Abel bonus: posterior nascitur 806.a
Christi figura 816.d
Abeona dea 254.c
Abortiui fœtus: an sint resurrecturi 1362.a
Abraham sub Nino primo Assyriorum rege natus 994.c 995.b
in ignem à Chaldeis missus 895. b
quo tempore de Babylonia sit egressus 995.c
abrahæ cur nomen mutatum sit 912.c
Saram sororem non mentitur 899.c
per femur cur fecerit iurare seruum 919.b
nõ fuit homicida, q̃d filiũ mactare uoluit 78.c.d
abraam poligamus: præstantior Isaac Monogamo 922.a & sequenti
iam senex, quare Cethuram duxerit uxorem columna 919.c & sequenti
quo animo usus sit Agar 907.d
clxxv. annorum moritur 832.a 999.b
abrahami uita 996.a b
ætas, & ex Mesopotamia exitus 893.a & seq.
genus, & patria 890.a & seq.
prosapia numerosa 819.d
promissiones 895.d & seq. obedientia 781.d
corpus emortuum 913.a
uisio eius de consummatione sacrificij, exponitur mysticos 305.a & seq.
patris eius Thare mors 918.d
abrahami obedientia tentatur 917.a
Academia quid 463.b c uetus, & nouia 463.d
academiæ tres secundum Eusebium 1141.d
academici unde dicti 462.b
academici duplices, ueteres & noui 1140.a
academici, nihil certo posse sciri opinant 643.c
nihil affirmãt, & omnium dicta refellunt 271.a
Acarnanes annum sex mens. habuere 826.c
Acca laurẽtia scortũ 353.b Romuli nutrix 1059.b
Achad, q̃ Archad, id est Nisibis, Mesopotamię ciuitas 872.d
Achaia Aegialia dicta 897.d
Achas rex Iudæ 1060.c
Acheruſia specus 1031.c
Achimelech Philistiorum regum nomen commune 933.c
Acies inter se concurrentes auditæ 145.d
Aconitum uenenum 1031.c
Acropolis urbs prima 820.a
Acta quæ nunc Attica 1013.b
Accius Nauius cotem secuit nouacula 567.b
Actij ludi Apollinis 1023.d
Actores qui 116.a
Adam interpretatur homo 838.d
adam propheta 938.c
ante malus, quam de fructu edit 778.c d
adam nunquã cum uxore in Paradiso congressus 799.d
adam in paradiso potestas 782.b ætas 823.a
adamo quidam hic sunt beatiores 625.a
ex adam primo malus natus filius 806.a
adã an cupiditate ligni, phibiti sit tẽtatus 773.a
eius peccatũ; cur tantam meruerit pœnã 777.c
cur fœminæ paruerit 775.d
adam de peccato excusatio 777.a
adam iuste hac pœna multatus 781.c & seq.
adamiani nuptias negarũt futuras si Adam non peccasset 791.c
Adeona dea 254.c
Addo propheta Zachariæ pater 1095.a
Adonis, formosissimus iuuenis 353.c
Adria Apuliæ ciuitas 1045.c
Adrianus Christi fautor 1127.c
Aduersitates, mali solum malas æstimant, & metuunt 155.b c
duo sunt, & adulterium unus cõmittit 64.d
adulterium Cæsaris tempore Romæ puniri ceptum 162.a
Aeraia dictus 621.d ἀὴρ 480.c spiritus 297.a
aer ab igne patitur 1290.b
cur Iunoni tribuatur 235.d 574.b
sæpe inter aquas & aquas medius est 1357.c
locus dęmonum est 470.a 1324.b
Affectus animi quatuor 755.d
secundum Stoicos 763.b unde sint 504.b
à uolũtate pẽdere 759.d dęmones dicti 514.a
affectus in Christianis, nõ quærimus an sint, sed quare sint 504.d
affectus animi qui non habent, recte non uiuũt columna 769.b
affectus nec deo, nec angelis inesse 505.c
affectus animi an habuerint primi homines ante peccatum 772.d
affectibus quomodo utantur pij 767.b & seq.
Ad tempus hic affligi, bonũ esse dixit Plato 518.b
Agamemnon Iphigeniam filiam, Dianę sacrificauit 69.b
agamemnonis ortus 1042.d
Agar terrenam significat ciuitatem 807.c d
Agenoria dea 240.c 247.d
Aggæus, quo tempore fuerit 1093.a

ἀγορᾶῖος Mercurius dictus 242.b
Agrorum stercorationem Sterces inuenit columna 1042.b
Agriculturã, quis primo inuenerit 401.a 1006.d
Alba ab Ascanio condita 175.c 1057.b
unde Albani reges dicti 1057.b
à Romanis euersa 177.c
albæ ciuitates multæ 178.b
Albula qui Tiberis flu. 260.c
Albunea Sibylla Tyburs dicta 1064.c
Alchimus pontifex Iudæorum 1112.d
Alcibiades, Socratem audiens ob suam tristatur stultitiam 765.d
Alcibiades taxatus Eupolim poetam submergit columna 104.c
Alecto infernalis furia & eius officium 174.c
Aleæ ludus à Mercurio inuentus 491.c
aleam inuenit dæmon 772.b
Alexander magnus 1105.d & seq.d
sex annis Asiæ imperat 229.d
uicit Iudæos 112.b
felix prædo dictus, & festiuum in illum piratæ cuiusdam dictum 225.b c
pontificem summum adorat 1114.a
deorum sacra à sacerdote Aegyptio accipiens, comburit 442.c
alexandrini regni diuisio 1106.d
alexãder Aphrodiseus Aristot. interpres 457.b
alexander Hierosolymitanus episcopus martyr columna 1127.d
Alexander, rex & pontifex 1113.a
alexandra fœmina Iudæorum regnum administrat 1114.c
alexandriæ opp. multæ 702.c
Allegoria quid 808.b
allegoriæ usus necessarius in scripturis 751.c d
Almon flu. prope urbem Tyberi miscetur 97.a
Almus quid 389.a
Altare dei, cor nostrum 540.d
Altellus Romulus dictus 410.a
Alter deus 409.c
Amalthea Sibylla cumana dicta 1064.b
Ambrosius Theodosium sacris interdicit 333.b
Amelita quid 595.a
nec Amicitię tuta est soliditas 1158.b
Amilmadapacus Assyriorum rex 1073.c
Amitini qui 837.d
Ammon rex Aegypti, qui Thamus 491.c
Ammonius medicus 1340.c
Amonitæ pop. Arabes 1119.b
Amor & dilectio differunt 762.d
amor quid secundum scripturas 761.a
& quod nihil differat à dilectione Ibid.b
circa pulchra uersatur 529.c
amor item ordinate amandus est 849.a
amor sanctus, uerum incensum 540.d
amorem an in nobis sentiamus 646.b
in malum & bonum esse accipiendum 761.b
in amore uitia 1153.c
Amos propheta quo scripserit tempore 1074.d
Amphiaraus, Pyromantię autor 406.a
Amphion Musicus 1035.c
Amphitheatrum quid 178.d
Amulius Latinorum rex 1059.a
Amynta xviij. rex Assyr. 1019.d
Analogia an ualeat in grammatica 720.c
ἀναθήρυσις, dies festus Athenienſium 388.b
Anaxagoras philosophus 432.a
à Pericle liberatus 1105.b
Anaximander philosophus 431.d
anaximandri tempora 1069.d
anaximandri duo 433.d
Anaximenes philosophus 432.a
quando uixerit 1069.d
Andromache Hectoris coniunx 174.c
Andromeda in cœlum adducta, stellas habet xx. columna 1038.d
Androgyni, Hermaphroditi dicti 880.a
Angelorum bonorum & malorum differentię columna 654.a & seq.
angelorum uoluntas quæ 296.d
locus empyreus, secundum Porphyrium 550
natura qualis mox ab initio fuerit 622.c
felicitas, qualis ante casum 625.d
angelis quãdo similes erimus, & propinqui columna 488.b
ineffabili quodam modo loquitur deus 877.a
tam bonis, quàm malis eandem esse naturã columna 660. & seq. copio.
angelos nostros esse ut sunt dei 1388.b
habere corpora 853.b
Angelorum beatitudo firmata, ut ab ea nunquam excidant 626.b
an angelis bonis, bona uolũtas sit concreata columna 671.c & seq.
ex sanctis angelis procedẽte tempore diabolos faciebat Origenes 1300.a
Angeli an casum suum prius nouerint 623.a 625 & sequenti
angelorum malorum lapsus per homines impletur saluandos 1328.c
angelos malos peccãdo aliquo modo mortuos esse 746.c
propter superbiam cœlo pulsos 667.c
Angeli quando sint creati, 617.a 631.d
& quod sint opus dei Ibid.c & seq.
an sint in gratia creati dissentiunt theologi columna 673.c
quando inter bonos & malos sit discretum columna 631.d
angelorum creatio 652.a & seq.
post creationem conditio 623.d
angelos semper fuisse, quomodo intelligatur columna 683.b & seq.
Angeli quantum sciant in cœlo 530.a
quomodo futura sciant 529.a b
beatum facere non possunt 420.b
angelorum uis & potentia 730.d
cum hominibus amicitia 1159.c
cognitio perfectissima 648.a
scientia

scientia quantum distet à scientia dæmonum col. 528.d
potentiam, ex dæmonum operibus cognoscendam 1279.c d
angelos non esse creatores rerum 699.b
non posse esse mediatores nostros 519.a b
Angeli quare aliquãdo uisi sunt comedere 737.b
nolunt sibi sacrificari 547.b
per angelos deum patribus apparuisse 914.c
Angelus nuncius dicitur 526.c
non naturæ sed ministerij nomen est 852.c
angeli dei homines dicti 850.d 849.d
sine affectibus, affectuum nomina habent 505.c
angelos quidam dæmones uocant 526.a & seq.
Angerona dea & eius simulachrum 231.d 1005.c
Anguis cur dicatus Aesculapio 567.c
anguitenens in cœlo Aesculapius est 567.c
An sola anima sit homo 1144.c
aliquando homo dicitur 742.d 757.b
animæ partes tres & illarũ sedes 409.c d 789.b
gradus habere tres secundum Varronem 408.a
animam agere unde dicatur 716.c
animas intellectuales à solo deo illustrari Platonicorum sententia 539.a & seq.
contra animarũ transmigrationẽ 702.d & seq.
Animæ à corpore separatio, an sit illi pœna col. 724.b & seq.
animas sine corpore esse posse dixit Plato col. 1385.a
anima Hermotimi corpore relicto quando uolebat uagabatur 797.d
Anima corpore exuta, quo migret secundum Platonem 595.a
quæ post exutum corpus habebit, participatione accipiet 620.b
quo igne uratur 1288.b
animæ corpore exutæ, quo loco contineantur, resurrectionem expectantes 715.b
animas exutas, suorum corporum, non alienas desiderare carnes 733.d & seq.
nunquam ad ista mundi mala redituras credidit Porphyrius 1385.b
Animæ mortuorum peccatis oppletæ noxiæ sunt uiuentibus, & turbulentæ 558.a
Anima primi hominis, quando creata 698.b
cum omnes ex eadem sint substantia, qui fiat ut non omnes eodem modo intelligant 445.a
Anima quare immortalis dicta, & quę illius mors col. 708.a b
etiam pessima melior optimo corpore 510.a
animæ uiuere & mori quid 708.a & seq.
animam non esse deo coeternam 595.c & seq.
ἐντελέχειαν nominat Arist. 1359.b
Animæ liberandæ uniuersalis uia, est ipsa Christiana religio 597.b & seq. copiose
animarum purgatio uera 577.c & seq.
secundum Porphyrium 550.a & seq.
Anima quid sit uariæ philosophorum opiniones col. 621.d
quintum corpus est secundum Arist. 1356.d secundum Platonem, nullum Ibid.
ut beata sit anima omne corpus esse fugiendum dicunt quidam 1384.a
animam quidam deo coeternam arbitrantur col. 609.d & seq.
animam rationalem, animalium tria genera habent, dij dæmones & homines 466.c
esse de substantia dei, opinatur Lactantius col. 748.c
in hunc mundum traditam, ut mala cognoscat, dixit Porphyrius 693.d
animam mundi per numeros musicos in omnibus partibus extensam Plat, sententia col. 728.a
de anima Origenis error 637.d
de animarum in corpora reditu, opiniones uariæ 695.c
in corpora redeundi cupiditas 1384.d & seq.
transanimatio secundum philosophos 594.b c
animas, cœlestis ignis esse particulas dixit Plato 1358.c
propter peccata corporibus, quasi uinculis inclusas, quidam dixere 637.c
geminas in mundo posuit Plato 324.a
in dæmones conuerti Platonicorum opinione col. 512.a
post mortem in bestias migrare docuit Plato col. 593.a
Prima animi quæ 1144.b
animi affectus principes quatuor 755.d
animum nostrum de substantia astrorũ decisum putat Plato 444.d
Animalia omnia domestica subito Romæ efferata 220.d
animalia superfœtantia 290.a
cur pro dijs coluerint ueteres 492.a b
animalia bruta qualem habeant scientiam col. 644.d
animalia quæ in igne uictitant 666.d
animalia omnia, homini in paradiso subdita col. 775.c
quare deleta in diluuio 856.b
quæ fuerint in arca 859.d & seq.
qualiter in omnes terræ partes sint diuisa col. 878.a b
cur non occidant Manichei 759.c
animalium uoluntas quæ 296.d
animalium creatores angelos esse dixit Plato col. 702.d
animalium quorundam natura & opera peculiaria 796.b
Annonæ præfectus primus Romę creatus 185.c d
Annulus equestris ordinis insigne 194.b
annuli usum à Prometheo manasse 1010.b
Anna, id est gratia eius 943.d
Annus decẽ tantũ mensibus cõclusus olim 382.b
annum nostrum decem annis ueterum constare quidam opinantur 826.a
anni Aegyptiorũ breues 675.a. Et quod Græcorum annis plus sit credendum Ibid.b
anni ab Adam usq; ad diluuium 843.c
annorum diuersitas apud diuersos 826.c

ſupputatio latina cum Hebræorum concordat col. 823.a
in ſupputatione, quibus potiſsimũ ſit credendũ col. 828.b & ſeq.
annos huius ſeculi non eſſe 947.a
diuerſos diuerſi habuere 676.c d
ueterum pares fuiſſe noſtris probatur 831.a & ſeq. 825.d
de mille annis, quorum meminit Ioan. 1205.a
Anſeres capitolini, Iunoni ſacri 138.d
anſerum feſta, & honor apud Romanos col. 139.a, 137.b
Antandros urbs Phrygiæ 1056.b
Antæus terræ filius 1025.d
in terram cadens fortior redditus 1027.c
Antœci qui 883.c
Anticatones duos ſcripſit Cæſar 72.c
Antichriſti aduentus 1229.b & ſeq.
de antichriſti perſequutione Dan. prophetia col. 1241.d
antichriſtus quanto ſit regnaturus tempore col. 1243.a 1291.b
antichriſti temporibus tribulationes erunt maximæ 1316.c
Antichthones qui 883.c
Antiochus contra Iudæos 1112.c
antiochus Aſcalonita Ciceronis & Varronis præceptor 1147.a
Antipater, prius Antipas dictus 1114.c
Antiphanes Lariſſæus comicorum primus 104.d
Antipodas non eſſe 882.c d
Antiſthenes Cynicæ ſectæ autor 438.a 790.b 1141.d
Antitheſis uſus 630.d
Antoninus Chriſtianorum perſequutor 1127.c
M. Antonius ab octauio uictus in Galliam fugit col. 212.a
Antoniani belli hiſtoriam, Cicero in Philippicis conſcripſit 212.c
Anthropophagi pop. 1370.d
Anubis deus 118.b
ἀοριστία quid 1368.c
Απάθεια quid & quod non huius ſit uitæ 764.c
Apaturia feſta 1056.c
Apes ſine ſexu eſſe 860.b
quomodo naſcantur 862.c
Apex flaminis quid 119.d. Et quibus datus à Romanis Ibid.
Aphrica à locuſtis uaſtata 214.a
aphricæ limites 897.b & ſeq.
Apia regio 1003.b
Apis Aegyptiorum deus 1004. & ſeq.
ſerapis dictus 1001.c d
in bouis ſpecie colitur 492.a
apis tertius rex Argiuorum 1002.c
Απολλωνις quid 923.b
Apollo Latonæ filius 1028.a
cur ſagittas habeat 396.a & ſeq.
laomedonti, conductus mercede 157.b
ephebus pingitur 352.d
eius ſimulachrum Deli Ibid.
nomius dictus 1038.a lycius unde 1020.b
apollinis ludi multi 1023.d
apollini Delphico ludi inſtituti 1021.a
apollinis Delphici oracula quomodo inuenta col. 242.a b
oracula qualia 189.a
templi inſcriptio 461.a
apollinis carnij ſacra 1025.a
apollinis Cumani ſimulachrum quatriduo fleuit 169.b
apollinem quidam ſolem putant 395.d
Apoſtolorum Baſilicæ cõfugientes tutarunt 34.a
apoſtolorum eloquia fuere illorum miracula piſcatura 1333.b (1334.a & ſeq.
in prædicando euangelio conſtantia 310.d
Aprilis menſis Neroneus dictus 321.c
ueri ſacer 261.a
Apuleius de magicis artibus accuſatus 475.c
apulei eloquentia 222.c
transformatio unde ſit 1050.b
Gn. Apuleius Saturninus occiſus 204.c
Apulia Daunia dicta 1038.a
Aqua cur non totam ambiat terram 657.a
aquam principium omnium rerum poſuit Thales mileſius 431.d
ſint ne aquæ ſuper cœlos 657.a
aquas quę ſupra cœlum ſunt, quidam angelos eſſe putant 656.d
aquas quidã negant à deo creatas 656.a & quomodo quædã ſupra cœlos eſſe poſſunt Ibid.
Aquarij ſignum Ganimedis eſt 1037.d
Aquila à Iudæis cæteris interpretibus anteponitur 852.a 854.c
aquila inter ſydera poſita 1010.b
aquilarũ pullos in alias ſpecies degenerare
Arabiæ populi 1119.b (1166.c
Arach Edeſſa dicta 889.b
Aralius quintus rex Aſſiriorum 999.b
Arati duo & poetę illi⁹ ſepulchrũ in Cilicia 903.d
Arborem unam cur primis hominibus interdixerit dominus 734.c
arbores uitam habent 67.d
etiam natura uitam tueri 644.b c
Arcades in Lupos 1046.c & ſeq.
Arca teſtimonij cur dicta 569.b
Et quæ per illam facta ſunt miracula Ibid.c
arca figura eccleſiæ, & quod eius menſura corpus humanum 856.d
arcæ figura 861.d
quantitas 859.b
regiones quinq; 858.a b
Archad, id eſt Niſibis Meſopot. ciu. 872.d
Archadius Imp. Byzantinus 25.c
Archelaus philoſophus 432.b
Archimedes Siracuſis captis, in puluere figuras mathematicas obſeruat 649.a
Archimimi qui 364.d
Αρχω principium & principatum dicimus 632.c
Archontes Athenienſes 1057.d & ſeq.
Areopagus quid 1018.a & ſeq.
Areopagitæ unde dicti 1017.a

Ariſtoteles philoſophorũ præſtantiſsimus 1359.a
Platõis diſcipulus 462.a Δαίμων dictus 462.d
libri eius quando ceperint legi 457.b c
ariſto. natiuitas & parentes 462.c
Aretes Arabum rex 1114.c
Argentinus deus 254.d
Argentum quãdo primum cœptum ſignari 256.b
argentum pro dei eloquio, ſumitur 954.a
argentarij qui 378.a
Argiripa Apuliæ ciuitas 1045.c
Argiuum regnum finitur 1041.d
Argolis regio 1000.b
Argus Argiuorum rex 1006.b
Argos, urbs prima 820.a
argi unde dicti 1001.d
argiuorum regni ortus 999.c
Aries in uepribus ſignificat Chriſtum 917.d
aries aureus in ſydera relatus 1032.a b
arietes, quales ſint generaturi fœtus prænoſcere 701.d
Arimannius deus Perſarum 324.a
Arion Methymnæus citharedus Delphino euectus 58.b
arion eques Neptuni 1016.b
Ariſtodemus 110.c
Ariſteus olei inuentor 1024.a
Ariſtippus Socratis diſcipulus 437.d
Ariſto Platonis pater 439.d
Ariſtobolus primus rex & Pontifex Iudæorum 1097.a 1112.d captiuus Ro. ducitur 1113.c
Ariſtocratia quid 135.b
Ariſtonicus à Romanis uictus 170.a b
Ariſtophanes ueteris comœdiæ ſcriptor 104.d
ariſtophanis equites 107.d
Arithmetica reliquis diſciplinis neceſſaria 1101.c
arithmeticam dæmon inuenit 772.b
Armamitras rex octauus Aſſyriorum 999.c
ἀρμοσταὶ qui 49.d
Arreptitij qui 96.c
Ars unde dicta 255.c
artium genera quatuor 1128.d
& quæ uerè liberales dicuntur Ibidem
in Artificibus tria eſſe quæ ſpectantur 641.c
Artaxerxes, id eſt magnus debellator 1000.c
Artemis Diana dicta 397.b
Aruſpicina quid 426.a
Aſbeſtos lapis inextinguibilis 1277.b
Aſcanius, ubi rexerit 1056.a b
aſcanij cognomen 1056.b
Aſcatades Aſſyriorum rex 1019.b
Aſclepius qui Aeſculapius 490.d
aſclepij pater, medicinę primus inuẽtor pro deo habitus 489.b
Aſia mũdi pars tertia numero, magnitudine dimidia 995.a. facile ab Aſſyrijs domita 1060.a b
aſia duplex & maioris illius limites 897.b
Aſina & pullus ſubiugalis ſpiritaliter 1095.d
de Aſinio Pollione carmen Vergilij 587.b
Aſperitas quid 100.d
Aſſaracus auus Anchiſæ 308.c
Aſſyriæ duæ 890.d
aſſyriorum regum ordo 999.b & ſeq.
reges, quot fuerint 228.b
regni potentia maxima 897.a
regum illorum cur ferè nulla fiat apud ſcriptores mentio 997.b
aſſyriorum regnũ, quãdiu durarit 674.d 227.c
regni finis 1059.a
Aſſyrios Troianis fuiſſe auxilio 1054.a
Aſteriſcus quid 1109.c
Aſterius qui Xanthus 1024.b
ἀσοφγοὶ qui 771.d
Aſtronomiam docuit Atlas 454.c
Aſtronomiam dæmon inuenit 772.b
aſtronomia ob cœli ſerenitatem perpetuam Aegyptijs familiaris 101.c
Aſtrologia à Magulis inuenta 551.a
de aſtrologiæ incertitudine 279. & ſeq. copioſe
aſtrologiam Nauticam quis primus conſcripſerit 433.b
aſtrologorũ reſpõſa, ex malis eſſe ſpiritib. 291.d
Aſſuerus, id eſt Artaxerxes μνήμων 1096.d
Aſylum unde dictum, & quando ſua illis autoritas adempta ſit 86.a
à Romulo & Remo conſtructum 85.d
Iunonis in Troia 40.c
Athalaricus Gothorum rex 25.d
Athenais Sibylla Erithrea 1064.a
Athenæ unde dictæ 1014.d & ſeq.
athenæ tres 1016.a
athenis duo conſilia 1018.a
athenienſium res, non tam magnæ quàm ferũtur 994.c
athenienſium magiſtratus 1058.a
potentia 996.c regnum finitur 1057.b
Athenei pop. Euboiæ 1016.a
Atheneopolitæ pop. 1016.a
Athletæ miſti, olim puluere ſpargebantur 1353.a
Atlas aſtrorum conſultiſs. 454.c 1007.d
atlantes plures 1011.a
atlantis fabulæ ſignificatio 1011.b
atlantici philoſophi qui 454.c
Attalus rex Aſiæ 170.a
Attellanæ fabulæ 114.a
Attica unde dicta 1015.c d
Eleuſina, antiquitus & Acta dicta 1013.b
cecropia 1016.a
atticæ ſitus 1014.b illius ciuitatis ibidem c
M. Attilij Reguli, fides & mors 58.c
laus præclara 73.a & ſeq.
Atys deus 96.a
quis & quid ſignificet 412.c d
Auari ſemper pauperes 389.d
Audurus fundus. 1347.a
Auentinus xij. rex Lati. in deorum numerum relatus 1058.d
auentinus mons, Murcius dictus 248.c
auentini montis ſitus 1059.d
Auerruncus deus 232.d
Augurum proprius eſt lituus 1043.d
auguria quid 426.a
auguria etiam pagani irrident 269.d

augurij disciplina antiquissima 343.c
augurij signa tria 199.b
Augustinus ipse spectaculis & sacris deorum interfuit 94.d eius commendatio 7.c
augustinum, amicis alijs, emẽdandum tradidit Erasmus 9.a
Augustus Cereri sacer 261.a
Cęs. Augusti, tempora 210.b
augusti gesta sub quo natus est Christus, columna 211.d & seq.
Aurelianus Imp. à suis occisus 1128.b
Auriga signum cœleste 1026.d
Auri & argenti scoria, deus non capitur 1323.c
Aureæ bullæ usus 244.b
Aurei uelleris custodia 1032.b c
Ausitidæ gentes 1119.b
Autumnus candido dicatus colori 508.a
Axierus deus 418.a
Axinomantia, quid 426.a
Axiocersa dea 418.a

B

BAbilæ sepulchrum transfertur 1129.c
Babylon dicta à confusione 874.a
eius ædificator Nemroth Ibid.b
babyloniæ situs, & à quo ædificata 998.c
à Semiramide instaurata 995.d
babylon ciuitas mystica 1104.b
babylon Aegypti 998.d
turris Babylonicæ meminit Sibylla 875.c
Bacchus unde dictus 359.c
Mænoles dictus 359.d osiris 406.b
sol est, & cur dictus liber 1023.b
bacchus Lyeus 1047.c
bacchi sacra, *ubi & quibus temporibus* consecrata 405.d & seq.
bacchi festum, & cæremoniæ 359.c
bacchanalia festa 356.b 1028.b
bacchanalium turpitudo 105.d
bacchę, quæ & qualibus uocatę nominibus columna 359.c d 1028.b
Bagrada flu. 1353.a
Balantium ponderis genus 1352.b
Baleus x. Assyriorum rex 1002.c
Balthasar, qui & Naboar Assyr. rex 1073.d
Balthorum familia 26.a
Baptizandi ritus uetustus 77.c
baptismũ nihil prodesse, nisi iustificemur 1319.c
per baptismum scelera omnia dimitti 714.b
baptisatus, podagricus quidam à morbo curatur 1343.c d
Baptismi uices, nonnunquam mors implet 713.d
Baptizatos infantes, nonnunquam à dęmonibus deo permittente uexari 1374.a
Barba, magna olim uiris gloria 339.a
barbã ornamẽto, nõ munimẽto esse uiris 1381.a
barbarum primitias, ueteres Apollini sacrabãt columna 244.c
Barbaræ gentes, quæ 314.c
Baris nauis Aegyptia sacra 559.a
Baruch scriba, Hieremiæ 1089.d
Basilij magni, patria 1353.c
Basiliscum serpentem uisu enecare 1034.a
Bassarides quæ 359.c
Batseliureon, genus dęmonum 552.b
Beatitudo quid, secundum ueteres 624.c
secundum Platonem 450.b c
quæ hic maxima 625.c
beatitudo uera non est, de cuius æternitate dubitatur 679.d uera, quæ 625.d
ueram ab uno solo uero deo largiri Platonis sententia 535.c
beatitudinis causa bonis est adhærere deo columna 661.a 667.c
beatitudinẽ extremã, quietẽ dicit Arist. 1392.d
beatæ uitæ commendatio 1393.a
Beatus hic nemo est 798.c 450.a
nemo esse potest, quam diu mortalis est 518.b
nemo esse potest ex seipso 661.b
beatum reddere solus deus potest 420.b
protinus facit, finis boni 1142.d
beati quando dicamur in hoc mundo 1160.c
spe hic beati sumus, sicut & salui 1152.b 1177.b
beatos quos in hac uita uocamus 624.d
quosdã beatiores in hac uita esse, quàm Adam in paradiso 625.a
Bebius à carnificibus discerptus 206.d
bebij duo, uno mortis genere, & acerbissimo moriuntur 208.d
Beersabe ciuitas & puteus 926.c
Bellerophon 1034.c 1027.c
Bellona dea 254.d pallas dicta 242
Bellum à belluis nomen habet 225.c
bellum homini maximum malum 1161.d
etiam iustum, detestandum 1157.b
nullum esse sine pace 1167.c
pro quibus rebus bellum suscipi, iubeat Cicero columna 1336.b
bellum primũ Aphri, & Aegyptij inter sese habuere 128.a quando primũ cepta 168.d
bella primus Ninus finitimis intulit 227.b
ante ciuile bellum acies pugnãtes in agro Campaniæ uisæ sunt 144.b
bellorum ciuilium, malum 144.d
bellum ciuile primum Romæ 137.d
bellum ciuile Marianum, & Syllanum 205.c d
eius origo 138.b
bella ciuilia Ro. ordine recitata 210.a & seq.
bellorum ciuilium apud Ro. causa 82.a 201.c d
bellum sociale Romæ 201.a b
seruile Romæ 204.b & seq.
piraticum 205.b c
titanorum & gigantum 271.b
belli leges, uictores aliqui, remisere 42.d
belli Antoniani historiam Cicero in Philippicis conscripsit 212.c
in bello quid malum 1190.d
in bello quæ captis urbibus fieri soleant 44.d
bella cum sui generis animalibus, animalia non gerunt 697.d
nequaquam peccare, qui bella gerũt, deo et magistratu iubente 68.d
etiam bella propter pacem gerimus 1162.a
bella nulla, nisi per Christianos gesta propter deorum nomen ulli pepercere c. 36.a
quibus causis suscepere Romani 167.c & seq.
bella punica tria 127. b c
bellorum causam Christianam religionem esse dixere quidam 92. c
bellorũ tempora & exitus à deo pendent 324. d
bellis corruptos mores hominum deus emendat 34.c
Belocus V IIII. rex Assyriorum 999.d
Belus primus Assyriorum rex, annis regnat 65. Col. 897. c 997. c
beli plures, & Assyrium, ob potẽtiam deum habitum 873.a
belus primus χθόνος dictus 998.c
Benedictionis Iudæ significatio 929.c
benedictionem olim, abeuntes dabant episcopi 1342. b
Beotia, ogygia dicta 1013.c
Berecynthia mater deũm, & eius sacra 95. a c & seq. a d
Quæ Berosi nomine uenditantur Berosi non esse 993.b
βαίτυλος, quid 261.d
bætylum deglutire quid Ibid.
Bethel, luza dicta, & ubi sita 926.d
Bethlehem parua ex principibus Iuda 1082.a
Biantis Prienei patria: & uita 1072.b
biantis simbolum, plures mali 1072.c
Bibliotheca prima, ab Asinio Pollione impublicata 341.c
Biga quid 1144.d
Bigati nummi qui 256.b
Bilis feruens uenenum est 102.d
Bisextus annus, unde sit 826.b
Bissus genus lini delicatissimi 54.a
Bonum & æquum 122.d
bonum quid 636.d
bonum est quod possidentẽ bonum reddit 53.a
bonum, solius Iustitiæ delectatione, faciendum 1298.a
per se sine dei adiutorio nemo operabit 801.b c
bonum simplex & incommutabile, solus deus 619.a
boni gradus sex secundum Platonem 452.c
In bono originali, duo bona 1377.b
bona sine malis esse posse 774.d
triplicia secundum Platonicos 64.a
bonorum genera tria, corporis, animi & externorum 450. a. 503.b
boni finis, quid 436.b. 1160.d. 1137.c
Summum bonum quod dixere plerique 436.b c 1145.a
esse ueritatem 450.a
Summum bonum quod, secundum Christianos 1147.c unde petendum 449.a & seq.
Bonum nullum esse externum, dixerunt Stoici, sed solam uirtutem 500.c
bona temporalia cur mali queritant 80.c
bonorum temporalium amissio, quid nos doceat 50.c d
bonis & malis temporalibus, quomodo utendum hic 45.d
Bonus si seruit liber est 224.d
nemo bonus nisi prius malus 806.b
boni & mali semper commixti 86.b c
boni quo iudicio dei, hic affligantur, & mali prosperentur 1195.d
bonorũ numerus, multo à malis superatur 901.a
bonorũ languores, qua medicina iuuẽtur 812.b
Solos bonos beatos esse 503.c
bonos etiam speciosos, uocat scriptura 851.b
bona cur malis contingant 45.c. 47.b. & seq.
Bos superstitiosus Aegypt. Apis dictus 1004.a
bouis Aegyptiaci, forma 1005.c d
boues loquutos esse 213.d & seq.
bouis capiti & renibus lapilli insunt 1352.d
Botanomantia quid 426.a
Brachmanæ qui 786.c
Brachmanæ Indorum philosophi 454.d
Bulbi quid 371.d
Bullæ aureæ usus 244.d
Busiris qui Proteus, uates 554.b
hospitum immolator 1021.c
cur hospites occidere dictus 1026.b
Byzantium, quæ nunc Constantinopolis à Constantino ædificatum 329.b c

C

CAberi unde dicti 418.a
Caci, antrum, & fabula 1165.c d
Caci feritas pacem quærebat 1163.a b
Cadmus græcos literas docuit 1101.a
Cain malus primo nascitur 806.a
primus terrenæ ciuitatis ciuis 810.c
primam ædificauit ciuitatem 817.d
pœna, propter homicidium constituta 846.a
pertinacia: & illius causa 813.d & seq.
generatio cur conscripta 842.a
generatio, cur in mulierum nominibus finiatur 839.a
Sacrificium Cain certo signo reprobauit deus 814.a Et quare Ibid.d 817.a
cain interpretatur possessio 838.c
cain Iudæos significat 816.d
Calabria Messapia dicta 1003.b
Calama, Africæ ciuitas 1352.c
Calamilus opp. Italiæ 797.d
Calamitates utriscę, & ipsis qui perferunt & spectatoribus utiles 85.c
Calane, quæ nunc Seleucia 889.c
Calchinia Leucippi filia 1003.a b
Calculo ad S. Stephani memoriam quidam liberatur 1346.c
Caligulæ Cæsaris inuidentia 776.d
Calcem in aqua feruere, in oleo frigere 1282.a
Cambises, Cyri filius Nabuchodonosor dictus 1074.b
Camenæ deę 240.c
unde dictæ 243.d
Camesena regio 378.b
M Camillus, propter urbis ingratitudinem spõte in exilium abit 122.b & seq.

Camilli erga patriam integritas 229.a
Campestria, & Campestrati, quid 785.d
Cancer morbus incurabilis 1342.d
cancri morbi species tres 1351.c
Canephori uirgines 404.a
Canis rabidi morsus 1373.d
Cannæ dictæ, quæ nunc canellæ 193.b
Cannensis clades 193.b
Canticum nouum, quod deo canitur 485.b
Capitolium à Tarquinio parricida, ædificatum col. 180.d 144.a
à seruis & exulibus incensum 185.c
diis tribus sacrum 417.d
à capite dictum; & quando ceptũ ędificari 236.d
per anseres, seruatum 137.b
capitolij nomina uetera 378.b
capitolinus lapis 152.b
Cappadoces Mosoch dicti 1218.b
olim Syri, & Leucosyri 1353.b
cappadociæ situs, & limites 1353.b
Capnomantia 426.a
Capras perpetua febri laborare 907.b
Capitis diminutio 109.a
capite censi qui 188.d
Carbões accẽsi, in clauso cubico res letalis 207.a
carbones familia Ro. 138.a
Cardea dea 231.c
Cardines cœli secundum Mathematicos 288.c d
Carmentes deæ 240.b
Carmenæ Deæ 243.c
Carna nimpha, quæ prius Cranis 378.c
Carneades Romæ pro iniustitia dicit 134.c
Carnius Iouis, & Europæ filius 1025.a
Caro spiritualis quæ 734.a
carnem principum tenebrarum esse opificium dicunt Manichei 759.c
Carnis naturam non esse malam 758.c
Carnem non esse causam peccatorũ 754.b & seq.
carnis inobedientia, iusta primi peccati pœna est 781.c. & seq.
carnis affectus, non carnis, sed animæ sunt passiones 782.d
Carnis significatio in scripturis 752.c
carnalis pars in homine, peccatum dictũ 816.a
Carpathos, quæ nunc Pharus Ins. 933.c
Carthago Rom. Imp. terror 199.b
à Tyrijs condita 538.c
carthaginis diruptio, Romæ perditio 80.d
carthaginem, Nasica deleri prohibuit 125.c
Castitas ab omnibus laudatur 146.d
uiolentia non corrumpitur 63.a
Cassiopeiæ syderis situs & stellæ 1038.d
Castor & Pollux penates Ro. 39.c
ex quo nati 1040.d & seq.
castoris & Pollucis templum ad lacum Iuturnę col. 1041.c
Cataractæ Diomedis aues 1045.d
Catholica fides quare dicta 602.b
Cati qui ueteribus 255.d
Catilinæ sæuitia & interitus 211.a
coniuratio, quales habuerit socios 157.a
Catina urbs 216.a
Catius deus 255.d
Catizi qui pigmæi 881.a
Cato 108.d
seipsum occidens, imprudenter fecit 71.a & seq. Eius uita Ibid.d
quare se peremerit 1150.b
M. Catonis laus 304.c.309.a
catonis filius à Cæsare uita donatur 72.b
catones unde nati, & quare sic dicti 71.c
catonum sanctitas in prouerbium abijt 71.d
Catoblepæ quid 1033.d
Cauea Theatri, quid 83.b
Causarum diuersa genera 297.c & seq.d
Cantio quid 763.b
Cæcilius Statius comicus 108.d
Cæcitas ipsa, uisus præstantiã commendat 1328.a
Cælius mons, Romę unde dictus 124.b
C. Cęsar libros duos Anticatones scripsit 72.c
Cecrops. Athenieñ. rex 1008.a
duplicis naturæ 1011.c
primus urbium conditor 820.a
Cecropia, quæ Attica 1016.a
Censorum officium 108.a
Centaurorum ortus 1030.b
centauri qui 1027.b
unde dicti 1030.c. Et quod illorum fabula, uitæ uelocitatem ostendat Ibid.
Centenarius numerus pro uniuersitate 1206.b
Centones quid 973.a
Centrum quid 729.a
Centumuiri Romę qui 1107.a
Centuriata comitia quæ 66.d
Cœlum rex pater Saturni 402.b
cœlum esse igneum putant Platonici 381.b
quintam naturam esse docuit Arist. 1358.d
cœlum nouum 1224.b
cœlorum regnum multiplex 1213.d
cœlos aqua diluuij repletos fuisse 1228.b
Cœlestis homo quis 740.d
Cœlicolæ quare dicti 536.d
Cepheus in cœlo stellas habet xix 1038.d
Cephisus amnis 1003.b
Cepus quid & ubi inueniatur 882.b
Cerberus triceps, & quid significet 1031.a & seq.
cerberus quasi carnivorus 1031.c
Cercopitheci qui 882.b
Ceres unde dicta 237.b
axierus dicta 418.b
mater magna, terram esse 396.b
cereris Eleusinæ sacra 402.d & seq. copiose
cereales ludi 404.d
Ceruisiæ usum, quis inuenerit 494.c
Ceruleus color, qui uenetus dictus 508.a
Cęsarea cappadociæ urbs quę prius Mazaca dicebatur 1353.b
Chadæ Athenæ Euboicæ dictæ 1016.a
Chaldea Assyriæ pars 890.d
chaldæi Astronomiæ peritissimi 926.a
Cham non in se sed filio maledictus 862.c
Mesraim dictus 889.a

1370. d.

Capillos moventes homines immoto capite 796.b.

interpretatur calidus 867.a
& quod sit figura Hæreticorum ibidem
Chanaan, id est, motus eorum 867.d
Chananæa quæ nunc Iudæa 820.b
Charitatẽ, bonã uoluntatẽ appellat scrip. 760.d
Charra ciuitas Mesopotamiæ 891.a
χιλιάσται qui 1205.c
Chilonis patria, & natiuitas 1071.c
symbolũ, sponsioni nõ deesse iacturã 1072.b
Chimera quid, 1034.d
Chiromantia quid 426. a
Chorila quid 1023. d
Chronicon Eusebij, corruptiss. 1014.a
Christus, & dei, & noster est 1388.b
Christus nulla causa, malorum 213.a
quale sit principium 581.a
quomodo dęmonibus innotuerit 527. c
cur sibi noluerit uiuens sacrificari 571. a,b
in Christo manere, est in eius fide perseuerare col. 1312.d
Christo adhęrere, & illũ deserere quid 1319.c
Christo templum instituere, cogitat Adrianus 1127.c
Christũ in fundamento habet, qui huic necessitudines omnes postponit 1316.d
qualem expectent Iudæi 979.a
Christos dicimus unctos omes chrismate dei col. 949. b
Christi Iudæorum reges, olim dicebañ 965.b
Christus deus super oẽs deos 1335.c & seq.
ut homo, mediator noster 607.c
Christi humanitas, ecclesiæ caput, diuinitas ipsa uita est 546.d
Christi incarnatio dei gratiam maxime nobis commendat 590.a
ad Christũ unica est uia ipsa humanitas 520.d
Christus Adam secundus 740.a
unicus mediator noster 519.a & seq.
sacerdos magnus 546.a, b
salutare dei 1390.d
pro nobis pauper factus 946.c
pisces dicitur 1062.b
Corpus Christi uere manducare quid 1313.a
corpus Christi non comedit, qui in eius corpore non est 1312
Christi corp⁹, & plenitudo, est eccles. 1366.b.c
in Christi corpore, cur claritas non aparuerit post resurrectionem 1368.a
Christus fact⁹ mortalis, ut mediator noster esset col. 519.b
totum hominẽ suscepit, ut totũ liberaret 600.c
in Christo animi affectus apparuisse 768. d
Christi aduentus duplex à Malachia prædictus col. 1093.d
Christus, quando natus in Bethleem 1115.c
quo anno 212.b
Christ⁹ Abrahę & Dauid fili⁹ cur dicat 934.c
de semine Sem 867.a
Cur Christũ tentarit diabolus 528.a
Christus quo anno & die sit mortuus 1133.a
Christi passio, cõmutatio dicta 967.c
longo ante tempore prædicta 421.b
Christi mors uoluntaria non necessaria 929.c
Christi latus perforatũ, per arcæ ostium significatur 857.a
mors Christi, per soporem Adæ prefiguratur, col. 1364.d
in Noe nudato præfigurata 867. c d. & seq.
in benedictione Iudæ prophetata 929. c d
in Psal. 21. prædicta 977.a b
in Sapientiæ lib. 981. c
in Prouerbijs 982.b
Christus cur post resurrectionem comederit & tangi se præbuerit 1368.c
Christi resurrectio ex psalmis probatur 977.d
à Prophetis prædicta 1077. c
Christus apparuit Abrahæ 914.a
Dauidi promissus 961.b
in benedictione Iacob, præfiguratus 923.d
in Salomone 962.a
per arietem in uepribus significatus 917.d
in Sem figuratus 867.a
per Ionam 1081.a
in Abel, & Seth 840.a & seq. 816.d
de Christo, multa esse in Psalmis conscripta, col. 972.d
de Christo Esaiæ uaticinia 1078.c & seq.
Hieremiæ 1089.c Danielis 1091.b
Ezechielis 1091.c Micheæ 1080.c
Ionæ 1081.a Abdiæ 1083.c d
Naum 1084.a Abakuc 1085.c
Sophoniæ 1090.b Aggæi 1092.b
Zachariæ Ibid.c
de Christo Virgil. & Ouid. scripsere 1117.a
Virgilij carmina 587.b
Christo animam humanam defuisse, quidam dixere 754.a
Christum Porphyrius cõtempsit, quod de fœmina natus sit 588.a
de Christo quid ex oraculis dixerit Porphyrius 1181. & seq.
Christum fundamentũ omnes habere, quotquot in ecclesia manserint, quidam opinantur. 1303.b
Christianus quos philosophos potissimũ sequatur 451. & seq.
Christiani primi, & si poterãt, obsistere tamen noluerunt 1338.c
quidam tormentis excruciati ut bona sua hostibus proderent 51.d
mentitis flagitijs, miserabiliter sub Nerone trucidati 1126.c d
Christiani nominis causa multis pepercere Gothi 34. b & seq.
Deus Christianorum quis 50.b
sub Nerone persequutio 366.a
in Gothia crudelis afflictio 1126.a
in Persia Ibid.b
Christianorum persequutiones non tantũ decem, sed infinitæ 1125.a b
in Christianorũ conuentu olim quæ fiebant col. 149.c

Christianorum falsorum usus in ecclesia col. 1123.d & seq.
christianos taxare, non est ausus Seneca 365.c d
Iudæis superiores futuros præfiguratur 920.a b
nihil referre, quibus moribus & uitæ genere, modo nō contra deum deo seruiant 1175.d
nec captiuitas Christianis nocet quoniam & illic deum suum inueniunt 57.d
quid respōdendum sit, exprobrantibus præsentis uitæ aduersitates 79.d
de Christianis Plinij epistola 1127.a
Traiani sententia 1127.b
Religio Christiana non propter huius uitæ quæratur commoda 1374.d
ab Hermete Trimegisto prædicta 481.
christianæ religionis initium 1132.a b
salubritas 149.c
christianæ religioni imputātibus quæ deus immittit mala quid respondendum 87.a
ad Christianā religionē adhortatio 150.a & seq.
unam Christianam religionē liberandæ animę esse ueram uiam 597.b & seq.
esse antiquissimam 1098.a & seq.
causam malorū omniū quidā dixere 92.c & se.d
cur plerique incusent 129.d & seq.
à Petro introductam & 365. tantum annos duraturam, gentilium quidam dixere 1130.c
In Christiana religione, quæ futura sunt quibus argumentis esse uentura probentur 601.b c
christiana religione sola, gentilium errores posse uinci 422.b
S. Christophori dens, pugno maior 822.b
Chrysus bellum excitat seruile 205.b
dux fugitiuorum 226.d
Cibus ad martyrum sepulcra oblatus 499.a
non in cibo sed auiditate cibi quisq; culpandus col. 923.a
cibo uti possunt, & angeli & sanctorum corpora post mortem, non necessitate sed uoluntate 737.b
Cicero ipsa eruditio 1335.b
eloquentia 212.b c ętas 136.a
laus & defensio 1359.c d
interitus 210.b 212.b
cicer. locus lib. tertio offic, emendatur 252.d
ciceronis de repub. libri 107.b
lib. de fato mutilus 284.a
Hortensius amissus 181.d
de Academicis libri mutili 341.c
cicer. error de præscientia & li. arb. taxatur 295.
cilices piratæ mare infestant 205.b
Cilicių pœnitētiæ simbolū 846.b unde dictū Ibid.
Q. Cincinnatus, à stiua ad cōsulatum raptus 317.c
Cinthia dea 360.b
Circe maga 1046.d
Marica dicta post deificationem 120.b. 141.c
Circeium promontorium 1047.a
Circenses ludi 124.b
primus Romæ Romulus fecit 84.c
unde nomen hoc habeant Ibid.
Circulatorum illusiones unde 568.a
Circumcisio, cur hoc tempore præcepta 909.d
non circumcisus paruulus, quod testamentum dissipet 911.a & seq.
Cirri quid sint 1351.d
Ciues boni, qui aliquādo Romæ habiti sunt 185.a
Ciuitas quid sit 819.b
est concors hominum multitudo 59.d
optime quæ sit munita 121.b
ita sit constituta, ut sit ęterna 1336.d
prima quare à Cain ædificata 818.a
ciuitatis regimen triplex 135.b
primę ciuitatis reges 844.c
ciuitati nihil tam inimicum quā iniustitia 132.c
in ciuitate concordia est, quod harmonia in musica 131.d
ciuitates colonię quę 536.d
ciuitates quędam ueluti uillę subhastatę à Sylla col. 208.a
ciuitatū euersio, est mortū nō murorū casus 92.a
Ciuitas dei, quæ 605.b
in una Thare domo plantata 890.c
in Christo fundata à principio 975.b & seq.
in quibus peregrinetur in hoc mundo 929.a b
in quibus rebus cum terrena pacem habet & in quibus non 1173.c & seq.
ciuitatis suæ deus ipse, uita & uictus est 1327.d
origo eius informatio & beatitudo 640.c
pars eius maior sunt angeli 617.a
finis est uita æterna in pace 1161.b c
commoditates eius 312.c
de ciuitate dei libros, qua ratione scripserit August. 7.b & seq.
in lib. de ciuitate dei qui scripsere 16.a & seq.
ciuitates duæ, bonorū & malorū mixtæ 86.b c
in uet. test. significatæ 807.c & seq.
ciuitatis terrenæ inconstantia 809.d
duarum ciuitatum qualitates 802.a
ciuitates duæ sola superbia & humilitate differunt 779.b
duas tantū esse, bonorū scilicet et malorū. 660.d
per Seth & Cain insinuatæ 833.c
Q. Claudia uestalis nauem alioquin immobilem zona ducit 567.d
Claudiæ gentes duæ 43.b
Claudianus poeta 332.b
Clauus latus quid 244.b
Cleobuli patria 1071.d
Cleombrotus ob uitam futuram acquirendam sibi mortem consciuit 69.d
Cleon byrsopola homo seditiosus 107.c
Cleon Cilix bellum excitat seruile 205.a
Cleophon seditiosus 107.d
Cleromantia quid 416.a
Clitemnestra Helenæ soror ex ouo nata 1041.a
Cloacina dea 231.c 258.a
cloacinę deę simulachrū à T. Tatio inuētū 231.c
Cluacinam deam. T. Tatius dedicauit 362.a
Cluere, id est pugnare 231.c 509.c
Clueo, id est sum 509.c
Coactores qui 1352.d
Cocytus deus 410.a

Codrus ultimus Athenienſium rex occiditur 439.d 1051.d
Cogitatio dei, quid 856.a
cogitationes nostræ in alia uita, inuicem patebunt 1392.d
an etiam in paradiso coissent, si non peccassent columna 793.a & seq.
Colchidis fluuij aurei 1032.d
Colere non tantum deum, sed etiam homines dicimur 536.c
Collatina dea 230.c
Collectarius quis 1352.d
Coloniæ ciuitates, quæ 536.d
Coloni qui 536.d
Color quid secundum Platonem 731.b
colores circenses 508.a
colores quibus anni tēporibus tribuant 508.a
Comites qui 290.a
Comitia magna centuriata dicta 66.d
Comœdia quid contineat 105.d
comœdiæ tres, uetus, media, & noua 104.c
comœdiarum origo 104.a
& unde nomen habeant Ibid.b
comœdiarum licentiam, detestati sunt Romani 106.a & seq.
contra actores comœdiarum 111. & seq. cop.
in comœdijs cur crimina taxari passi sint Græci columna 109.c
Cōcordia à corde dicta 809.c. ordinata quę 1170.b
sine iustitia esse non potest 131.d
in unius hominis creatione commēdata columna 696.c d 1365.a
in ciuitate est, quod harmonia in musica 131.d
concordiæ ædes plures Romę 203.b
ædificatæ 202.c
concordiam inter prima beatitudinis bona statuunt Stoici 1161.d
Concubitus pudorem ex peccato esse, etiam liciti columna 787.a b
concubitum coniugalem in paradiso esse institutum 791.d
an à concubitu tanto tempore abstinuerint uetares, dum filios genuisse tradunt 833.a & seq.
Cōcupiscentia de bono & malo dicitur 762.a
concupiscentiam nullam esse post resurrectionem 1364.d
Conditio in fœminis 365.a
Conformari nos dei filio, quid 1364.a
Coniugia sua prima, quo iure habuerint Romani columna 172.d & seq.
coniugiorū ius primū et subsequēs 835.b & seq.
cōiugalem copulam in paradiso esse institutam columna 791.d
Conscientia mille testes 129.d
tranquilla nihil beatius 1290.a
Consentes dij 258.c 260.d
consentibus dijs, menses facti 261.a
Consiliorum ara sub terra 124.b
Consobrini qui 837.d
Consobrinos iungi matrimonio quando prohibitum 836.d
Cōstantini imp. in hoc mūdo felicitas 328.c & seq.
Constantinopolis, quæ prius Byzantium condita 329.b c
Consualia festa 124.b
Consulere multa significat 308.b
Consules primi Romæ 124.c
unde dicti 308.b
cur creauerint Romani & quod sit illorum officium 304.b 308.b
consulatum qui collegę abrogauit, annum nō uixisse 184.b
Consus deus 124.b 240.c
neptunus equestris dictus 84.c
Contentio schema rhetoricum 63.c
Continens cæteris paribus coniugato præferendus 922.d
nec continentia prodest, nisi secundum deū fiat columna 842.d
corpora continentiū quare deus permittat pecare contra uotum 77.d
Cōtrariorum eundem esse sensum & disciplinam columna 670.d
contrariorum quædam medium admittūt, quędam non admittunt 516.c
Corallium quidam Pyritem putant 1277.d
Corax xvi. rex Sicyon. 1019.d
Cornelij Cinnę crudelitas 138.a
Cornu cur clangant Iudæi 919.a
Cornua decem apud Danielem quid significent columna 1243.a b
Corpus nostrum multo meliorē recipiet qualitatem, quam fuit primorum hominum 734.b
corpus animale & spirituale quod 738.a & seq.
quomodo spirituale efficiatur 734.a b
spirituale quibus rebus pinguescat 557.c
corpus mortale animæ onerosum esse 724.c
quando fiat sacrificium dei 545.c
corpus solum hominem notamus 742.d
unde conditum secundum Platonem 731.b
46. cubitorum in Creta repertum 822.c
corpus homini an sit sicut equus equiti 1144.c
corporis bona, proprie bona non esse 503.b
corporis humani longitudo quanta 856.d
corporis nostri præstātia, dei prouidentiā loquitur 1380.a
partium eius ἁρμονίαν & numerum, ut nemo inuenit, ita nemo satis admirabitur 1380.c d
mole illius ad ima, à uerorum cognitione trahimur secundum philosophos 725.d
corpora nostra quomodo ex elementis constata 658.a b
corporum nostrorum motus & agilitas in uita beata 1393.b
corpora omnia resurgent, quacunq; hinc morte decesserint 54.b
sic autem resurgent, ut deforme & indecorū nihil habeant 1367.c d
qualia post mortem futura 737.a b 1360.& seq.
quod scrupulosius disputatur 591.c
corporum nostrorum post resurrectionē incorruptibilitas 620.a b

corpora damnatorum igne non consumi, probatur 1281.a & seq.
an corpora terrena, incorruptibilia & in cœlestibus esse possint 726.d & seq. copiose
corpora nostra, in cœlestia posse mutari multis argumentis probatur 729.c & seq.
quod nulla grauitate impediente, in cœlo esse possint 356.a & seq. copiose
in cœlestia non posse transferri, pleriq; argumẽtantur 1331.b & seq.
Corripiant boni malos ne cum eis hic flagellentur 47.b c
Coscinomantia quid 426.a
Cotem noua cula secuit Tarquinius 566.a
Crane dea 232.d
Cranes nympha, quę postea Carna 378.c
Cranaus Athen. rex 1017.d
Crassi duo, pater & filius occisi 206.a
Crates Thebanus Cynicus 790.b
Cur deus creauerit, quos nouerat peccaturos columna 800.b
creator rerum unus & solus deus 699.b & seq.
de creatura, tria nobis maxime scienda 634.c
non creaturæ, sed earum abusus uituperandus columna 635.d
ex creaturarum miraculis dei potentiam cognoscendam 1279.c d
creaturas qualiter angeli cognoscant 648.a
creaturas omnes, in suo genere esse bonas columna 665.b, & seq.
quæ ex creaturis primo sint creatæ 618.d
in omnibus creaturis laudandus deus 667.a
Creusa Aeneæ uxor 1052.a
Crisasus quintus Argiuorum rex 1007.d
Crimen & peccatum quid differãt 772.a b
Crocodilus serpens 491.a b
Crux maxima, mens scelerum conscia 625.c
crucis signo fœmina, à cancro liberatur 1343
crucem insipientiam uocari 589.a
Cuba dea 243.d
Cubitus sesquipedem habet 881.b
cubitũ geometricum, sex nostra cõtinere 859.c
Culpa abest, si abfuerit consilium 64.b
Cultus uerus & falsus 415.d & seq.
uerus quis 536.d 540.d
quem deo exhibet homo, non deo sed ipsi homini prodest 543.b c
Cumæ unde nomen habeant 170.c
cumę duplices 1036.d 1065.b
Cunina dea 232.a 240.b
Cupiditas uenerea nimiũ tenaciter uisceribus inhæret 49.c
cupiditas glorię, & dominandi, quid inter se differant 319.c & seq.
Curia quid 112.c
curiarum numerus Romæ unde manarit 124.a
Curiatiorum cum Horatijs pugna 175.d
Curruum inuentor Erichthonius 1026.c
Cursores qui 332.d
M. Curtij factum 253.b
Curubis urbs Aphricæ 1352.a
Cynici ex habitu dicti 1141.a
cynicæ sectæ autor Antisthenes 438.a 790.b
Cynocephali pop. 879.b (1141.d
cynocephalus deus 118.b
Cybele dea, quas artes inuenerit 95.d
simulachrum eius, per Scipionem Nasicam urbi infertur 97.c
Cyclopes ab Apolline interempti 1038.a
Cyllenius cur dictus Mercurius 393.a
Cynos urbs Locridis 1019.a
Cynicorum turpitudo 789.c
Cynomyia quid 934.b
Cyniphes quid 934.a
Cyprianus martyr 494.a 1128.a
Cyprij uirgines suas ante nuptias prostituebant columna 238.b
Cyrenei ubi siti 1034.a
Cyrus Persarum rex 1073.b
Medorum regnum uicit 229.d
cyri duo, maior & minor 178.c

D

NEminem damnandum, qui sacramẽta Christi susceperit, opinantur quidam 1302.c
damnationem malorũ sempiternã fore 1305.b c
damnationẽ nostram, quicquid in nobis est miserarum, prædicat 1372.a & seq.
damnatorum pœnã, etiam sancti scient 1395.b
Danae à Ioue corrupta 103.a
Danaus x. rex Argiuorum 1019.d
nauigij inuentor 1020.b
Danai & Gelanoris contentio 1020.b
Danai Pelasgi dicti 1020.c
Daniel, quis, & quando fuerit 1091.d
Daphne, Sibylla delphica dicta 1064.a
Darius Histaspis filius 1073.d
Dauid Musices peritus 971.a
dauidis pœnitentia 981.a
December Vestæ sacer 261.a
ϖοσειδεὼν Athen. dictus 1016.c
Decemuiri sacrorum qui 348.c
Decius Christianorum persequutor 1128.a
gloria militari magnus 253.c
Dędalus artifex 1036.a
Definitionis utilitas 135.a
Defuncti sancti quid acturi sint in futura uita columna 1387.c & seq.
pro defunctis orat ecclesia 1307.b
Delbora, quo tempore iudicarit Israel 1041.d
Delphinus Arionem Citharedum dorso excepit columna 58.b
Demenetus in lupum; & rursus ex lupo in hominem 1046.c
Democratia, quid 135.b
δοκέω, id est scio 527.b
Dęmon Cerberus triceps; quare 1031.b
animus dicitur humanus 512.b c
dæmonis nomen in scripturis, nunquam in bonum sumi 526.a b
dæmonis natura media quædam inter deos & homines 468.b
dæmonem esse, multis modis dicitur 513.c
dæmones, quid & quibus sint affecti moribus secundum Apuleium 470.d & seq.
dæmones à scientia nominati 526.d
dicti tenebræ 654.a
bona præcepta, non nisi decipiendi animo, non nunquam dare 146.c
non sunt timendi propter bona aut mala terrena 140.d
quibus medijs futura cognoscant 529.a
quomodo uera prædicant 143.a
alios alijs esse peiores 40.a
corpora habere, quibus ignis item supplicium sentiunt 853.b 1290.b
aerem inhabitare 470.a 1324.b
dęmones quidam affectus uocant 514.a
à quibusdam angelos uocari 526.a
dusii dicti 850.a
animas habere rationales, & hominibus esse superiores 466.c d
non esse meliores hominibus 468.d
non esse superiores hominibus propter loci excellentiam 469.b c
in quo hominibus miseriores 511.a & seq.
quid cũ dijs & hominib. cõmune habeãt 510.a
quid à dijs distent 497.b c
quas artes inuenerint 772.b
immundos esse spiritus ex eorum uoluptatibus discitur 146.c
sacrificio fugatos corporis domini 1344.a
quibus sacrificijs delectẽtur. 465.d & seq. 557.c
quare sacrificia ab hominibus postulent 572.c
quibus rebus illiciantur, non cogantur 1279.a
quibus uincantur à nobis armis 576.d
ipsa humilitate potius uincuntur 527.a
dæmonibus cur tanta concedatur potestas columna 573.d & seq.
in dæmonibus quid laudarint pagani 467.c d
dæmonibus hic mũdus carcer est usq; ad diem iudicij 653.d
dæmonibus non dijs animalia, sacrificanda esse dicit Porphyrius 111.d
dæmones cur munera petant 473.c
& cur falsa crimina de se narrari uelint 109.b
præ hominibus colendos se proponunt 109.b
uafros, non sapientes esse 624.c
nil aliud posse, quàm quod à deo sinuntur columna 425.c 1048.c
imperita incantatione irritari 589.a
hominum preces ad deos referre & rursus impetrata ad homines: dixit Apuleius 474.a
ex animabus hominum fieri 512.a & seq. cop.
Platonici aereos esse dicunt 192.c
saluandos docuit Origenes 1299.c
serpentinis esse pedibus 567.c
dæmonum origo, & genera duo 854.a b 552.b
sex item esse genera secundum alios 552.b
natura ex Platone 498.b
natura eorum tribus contrarijs ab hominum distinguitur 515.b & seq.
scire illorum quantũ distet ab angelorũ 528.d
dæmonum princeps Ophionius dictus 777.a
dæmonum corpora qualia 470.a
distributio, & nomina 512.d
ludificationes, an credẽdæ sint quòd fiant uere, col. 1047.d & seq.
inuidia & potestas maxima 329.b 655.c
deceptiones & impostura 553.c & seq. copiose
malitia 479.d
incantationes Salomon instituit 984.b
dæmonum acies in agro Campaniæ uisæ sunt pugnare 144.b c
Dæmoniacus quidam precibus & hymnis liberatus, oculo quo priuatus erat à dæmone restituto 1344.d & seq.
dæmoniaci, qui, apud gentiles 468.c
Demophile Sibylla cumana 1064.b
Denariũ numerũ mysterij aliquid habere 1323.b
uniuersitatem significare 1243.b
Dens sancti Christophori pugno maior 822.b
dentem hominis molarem uidit Aug. qui centum nostrates quantitate superauit 821.b
Derceto nympha Semiramidis mater 998.a
Descendere dei quid sit 876.a
Deucalion & illius fabula 1018.d
Deus quid sit secundum Varronem 272.b
secundum Ciceronem 1369.c
deus uarie accipitur in scripturis 1186.b
animarum conditor, animam non habet 953.a
quorum deorum deus 605.d
cuius rei dominus fuerit ante omnium creationem 682
per angelos patribus apparuit 914.c
umbilico fornicis similis 389.a
dei uisio fidei præmium 1388.c
ueri dei & falsorum differentia 1335.c
deo inimici qui 663.d
quid sit contrarium 663.a & seq.
deum an corporeis oculis simus uisuri in uita futura 1390.a & seq.
deum multi philosophorum per creaturas cognouere 456.a
non esse animam mundi 244.d
in deo nihil est qd nõ sit ipse deus 446.b & seq.
de deo satius est pleraq; ignorare, cũ periculosius scrutari 685.a b
Deum unum esse, eumq; in omnibus diffusum dixere gentilium quidam 241.d
numerum esse dixit Plato 281.a
Deus incomprehensibilis 523.b
sæpe in aliena, quæ ipse non est, forma uisus, columna 560.d & seq.
nullo sermone comprehendi potest 521.b
deum nulla specie aut forma posse effingi gentiles dixere 273.c d
Deus totus ubiq; in toto 1390.b
solus, uere est 460.a
ὤν dictus 460.a & seq.
solus bonũ hoc simplex & incõmutabile 619.a
beata est hominis uita 1188.c
non minuitur dei potestas cũ dicitur quod mori non possit 300.a
deũ esse incorporeũ uiderũt philosophi 445.b

Deus quomodo futura præsciat 299.a
non est, si futurorum non est præscius 297.d
omnia à deo esse quomodo senserint philosophi col. 445.c
in dei manu omnia esse 562.d
Deus qualiter futura, præsentia & præterita uidet col. 634.a
Deus quomodo mutare uoluntatem suam dicatur col. 1328.d
dei uoluntas certa, & rerum omnium fons & origo 530.a
in deo uoluntas duplex 1329.d & seq.
Cur deus bonos, simul cum malis hic affligat col. 47. per totum
Deus in creaturis omnibus laudandus 667.a
dei cultus uerus 814.d & seq.
deo cultus nihil prodest sed homini 543.c
deitatis debitus cultus 536.b
Deus quomodo loquatur homini 607.a
posteriora dei sunt creaturæ 561.d
dei descendere & uidere 876.a b
dei facies est ipsius manifestatio 1388.d
ira & cogitatio 856.a
operare & uacare 688.c
deum pœnitere tropice dictum 774.b
de deo cur quædam humano dicantur more col. 856.a
Deum uerum Iouem esse dixit Varro 1186.d
quidam animam mundi esse putant 380.b
dij unde sint opiniones uariæ 346.b
dij sancta animalia ab Aegyptijs dicti 490.b
uxores suas non zelant 159.b
dij falsi quare falsa crimina de se narrari uelint col. 109.b
hominum opprobrijs delectantur 106.d
quomodo Romam translati 170.d & seq.
boni, quomodo à malis distinguantur 111.a
deæ quæ hominibus nupserunt 267.a
deorum mater terra 354.c
deorum duo sunt principia 416.d
dij alij, à summo deo, alij ab hominibus facti col. 480.d & seq. copio.
genera tria, & ad quæ ordinata 348.b & seq.
265.c d 552.b ordines 117.b
euocationes 138.c
sexum quare excogitarit uetustas 274.a b
matrimonia & incesta 363.b
deorum & dæmonum differentiæ 497. b c
deorum eligendorum quæ fuerit Romanis ratio 118.d
multitudo illorũ Romanis nihil profuit 171.b
pluralitas una Christiana religione uincì potest col. 422.b
deorum quorundam simulachra 350.c
deos quos uocet scriptura 1186.b
deos suos pagani dona deorum esse dicunt, & cur hæc illis dedere nomina 262.d
deos ociosos non esse 563.d
omnes bonos dicunt Platonici 111.d 464.c
cum hominibus non misceri secundum Platonem 474.a 521.a
immortalitate donatos, à summo deo dixit Plato 1384.b
masculos cœlo, fœminas terræ tribuunt 417.b
de dijs quid senserit Plato 281.a
Ex dijs existimare se natum esse utile est 161.a
dijs non Christo huius mundi mala ascribenda sunt 213.a
Dij falsi beneficia dare nulla possunt 166.b c
dij gẽtium, nullas unquam leges ad bene uiuendum cultoribus suis dederunt 94.c
dij gentium flagitiorum patroni 136. & seq. cop.
quibus rebus se colendos esse persuaserint col. 570.d
deos paganorum nihil unquam bene sanxisse col. 98.d
cur ueteres in aialium specie coluerint 492.a b
nec dare nec tueri regna possunt 228.c
dij falsi propter uitam æternam culti 337.a
& quod illam dare non possint Ibid.c & seq.
bella & calamitates excitantes dæmones non deos esse 507.d
annos plusquam 170. deos sine simulachris Romæ coluere 272.c
deorum cultum primus Orpheus inuenit 538.c
per templa culturam primus Phegous inuenit col. 1000.a
quæ turpiter in eorum templis fiant 101.c
cultus turpissimus Romæ 362.a
deorum superum sacrificia 466.a
terrestrium sacrificia Ibid.b
dijs animalia non esse sacrificãda dixit Porphyrius 111.d
Dij etiam homines dicti 531.a
dij gentilium homines mortui 488.d & seq.
deos omnes fuisse homines 354.c 399.a b
deos quare fecerint antiqui 484.a
deos facere quando cessauerint gentes 1068.b
deos semper fuisse, & tamen factos esse Platonici dicunt 596.a
Deus Socratis 467.a
dij maiorum gentium qui 444.a
dij gentium peccatorũ autores non ultores sunt col. 159.a
deorum multitudo apud Romanos 230.c
deorum singulorum officia 356.a & seq.

Deus altor 409.c
arimanius 324.a
auerruncus 232.d
Dea Abeona 254.c
agenoria 240.c 247.d
axiocersa 418.a
dij consentes 258.c 260.d
cocytus 410.a
cynocephalus 118.b
carmentes 240.b
cardea 231.c
cloacina 258.a
crane 232.d
cunina 232.a 240.b
diomedes 1044.c
domitius 357.b
Anubis 118.b
argentinus 254.d
axierus 418.a
adeona 254.c
angerona 1005.c 231.d
Bellona 254.d
catius 255.d
consus 124.b 240.c
camœna 240.c
carmenæ 243.c
cinthia 360.b
collatina 230.d
cuba 243.d
diespiter 240.a
diuerra 357.a
domiducus 357.b

Educa 240.b
æsculanus 254.d
forculus 231.c
felicitas 249.d
fides 252.a
fortuna 240.b 249.b
fugia 99.c
Glaucus 397.a
honor 254.d
hymenæus 256.a
horta 248.b
dij ignoti qui 398.d
Iugatinus
iupiter indiges 120.b
intercidona 357.a
Lyceus 1047.c
liber 373.c
limentinus 231.c
leuana 240.d
libentina 231.d
dij magni qui 39.d
mercurius 240.a
manturna 357.b
matuta 231.a 120.b
mens 374.d
dij naturales qui
dij nuptiales quinque
neptunus equestris
nodotus 231.a
nemesis 120.a
Opis 240.b
dij puerperiorum
Pallor 258.a
pilumnus 357.a
picumnus 360.a
partunda 357.c d
pauentia 240.c
pollonia 255.b
pomona 119.c
potina 240.b
proserpina 232.b
quirinus 120.b
rumina 240.b 363.b
rusina
dij selecti uiginti numero
Sangus
dij samothraces 417.d
serapis 558.c
statilinus 254.c
subigus 357.c d
sentia 240.c
stimula 240.c 247.d
Terminus 261.b
tutanus 232.a
Vaticanus 231.d 240.b
uallonia 230.d
uirginensis 240.d 357.c d
uitula 99.c
uolupia 231.d 240.c
Diabolus missus dicitur &c.
diaboli damnatio 1221
ægeria 426.d
Februus 172.b
febris 118.b
fessonia 255.a
flora 231.a
fortuna barbata 240.c
fulgora 363.b
Harpocrates 1005.b
horomasdes 324.a
hora 248.b
hostilena 231.a
Ianus 242.c
230.c 240.d 357.a
ilythia 243.b
iuuẽtas 240.c 261.d
lepos 256.a
liberus 356.b
lactucina 231.a
leucothea 232.d 1039.d
lucina 240.b
Melicerta 232.d
mutinus 240.d 361.a
marica 120.b 141.c
mena 240.a 372.c
murcia 247.d
394.d
255.d
244.a
nixidi 243.b
numeria 240.c
orcus 375.a
372.b
pan Lyceus 1022.c
pistius 1055.a
portunnus 1040.d
patelena 231.a
pecunia 254.d
πειθὼ 108.b
populonea 363.b
prema 357.c
Quies 248.a
Rusor 409.c
runcina 231.a
230.c
372.a d
1055.a
sentinus 372.c
sigalion 1005.b
sterquilinus 360.a
summanus 259.b
segetia 232.a
strenua 240.c 248.a
tellumo 237.b
tutilina 232.a
uitumnus 372.c
uictoria 99.c
uirtus 252.a
unxina 360.b
uolutina 231.a
1206.c
1221

eius natura ex deo subsistit 1377.c
supplicium esse æternum 1305.a & seq.
alligatio & solutio 1209.a
naturam non esse malam 1167.d
cur eos reiecerit ecclesia, qui diabolum aliquando saluandum asserunt 1304.d
diabolos ex angelis fieri docuit Origenes col. 1300.a
ecclesia quare non oret pro diabolo 1306.c
de diab. quo genere loquutiõis dictum sit, & in ueritate non stetit 627.c
Diabolus homicida ab initio 626.c
& quod ab initio peccet Ibid.d
cur Christum tentarit 528.a
diaboli peccata quæ 755.b
Dialectica per Cyniphes significata 934.a
sit ne dialectica practica uel speculatiua 441.a
dialecticã à diabolico ingenio profectam 772.c
quidam à corporis sensu ducendã putãt 447.c
tanquam inutilem Epicurei repudiarunt 448.c
Diales flamines Ioui instituti 119.a & seq.
Diana dea 242.d
uiarum dea, & cur simulachrum eius iuuenile fingitur 397.a
dianæ Ephesiæ templum flagrat 243.b
nulli uiro intrare licebat 397.a
dianam lunam esse 395.d
& cur uirgo fingatur 391.a
Διὰ νυκτὸς ὁμοῖοι 100.a
Dictator die quo lectus, Vestæ sacra faciebat 39.b
dictatores Romæ in extremis creati periculis col. 186.d
dictatura qualis potestas 319.a
Dies tantos fuisse apud ueteres quanti nunc sunt col. 831.d
primi sex spiritualiter 615.b c
septem primi quales fuerint, difficile est exponere 614.c d
diei septimi sanctificatio 650.c d
dies septimus nos ipsi erimus 1395.c
octauus resurrectionis est 1396.c
dominicus resurrectioni cur sacer sit 1396.c
dierum electio mathematica stulta 290.c
Diespiter deus 240.a
Δίμους ueteres uillas uocauere 104.b
Diffamare quid 136.a
Dilemmatum solutio 67.a
Diluuium factũ probatur rationibus 858.d & seq.
ogygium 1006.d Deucalionis 1017.d
diluuij causa 855.b
uniuersalis illius qui meminere 1013.d
aqua eius quousq; ascenderit 1228.b
in diluuio quare uiuẽtia omnia deleta sint 856.b
Dilectio nihil aliud quàm charitas 761.b
dilectionem in bonum & malum esse accipendam 761.b
dilectionis utriusq; præceptum 541.b
seipsum diligere quomodo quisque debeat col. 541.c
Diocæsarea Cappad. urbs 1353.b
Diocletiani imp. sæuitia 1128.b

Diogenes Cynicus sepeliri noluit 55.c
diogenis Cynici turpitudo 789.c
simulata ut miraculo esset paupertas 1299.a
superbia maior in inopia, quàm Platonis in copia 1298.d
diogenes plures fuere 434.d
Diomedes duo 1045.c d
diomedeæ aues 1044.d
qua arte productæ 1049.c
diomedei campi 1045.c
diomedeæ insulæ 1046.b
Διόννσος quid interpretatur 1023.b
Dionysius Liber pater dictus, uitem ostendit in Attica 1021.a
dionysii Syracusii iocus, cũ Aesculapio barbã auream detraxisset 352.d
dionysios multos esse 1023.a b
Dioscor. Castor & Pollux dicti 1041.b
Diospolis quæ Thebæ urbiũ antiquissima 820.a
Ditis nomina diuersa 410.a
ditis & Proserpinæ ara sub terra reperta 191.c
Disciplina nos à prauis cupiditatibus coerceri col. 1372.d
homini optima medicina 1375.a
Disputandum tot tantisq; rationibus cum plerisq; cur sit 91.b
Diues pauper qui 389.d
diuitis in inferno pœna & mẽbra qualia 1290.d
diuitiarũ gratia multi grauiter excruciati 51.d
in diuitijs cupiditas non facultas reprehenditur 51.a
diuitiæ ueræ 51.a b
diuitiæ ueterum fuere pecora 390.a
diuitiæ aliud, aliud pecunia 389.c
Diuerra dea 357.a
Diuinationum genera plura 426.a
diuinationem nihil esse cõtendit Cicero 294.a
Diuinitas quid 371.b
Docere mercede Socratici noluerunt 437.d
Dolor quid sit secundum Epicureos 1141.c
iustorum 767.c
non dolere stipitis non hominis est 769.c
δολιχοδρόμοι qui 100.a
Domiducus deus 357.b
domiduca quæ Iuno 360.b
de Dominandi æquo iure 1172.b
dominandi libido Ro. immodica 305.b
bestia pessima 176.d 320.b
Domitius deus 357.b
Domitiani in Christianas crudelitas 1127.a
Domus dei spiritualis 485.c
Donatiani hæretici pallio & baculo utebantur col. 790.c
Dona dei in nobis deo reddenda 542.b
donum ponderis genus 1352.b
Draconis leges, humano scriptæ sanguine col. 1071.b
Dryades arborum nymphę 257.c
Druidę qui 455.a
Ducęs qui 1112.d
Duumuiri sacrorum qui 343.c
Duodenarius numerus insignis 845.d
Dusii qui 850.a

E

EAnus Ianus dictus 242.c
Ecclesia multiplex 1213.b c
nunc orat pro omnibus, nec tamen pro omnibus exauditur 1306.d
ciuitas una ex angelis & hominibus collecta col. 547.b
latina interpretatione Septuaginta olim usa est col. 747.c
ex bonis & malis collecta 86.b c 1121.a
ecclesiarum præpositi ad quid constituti col. 49.a
Ecclesia corpus Christi 1366.b
ecclesię caput humanitas Christi, anima & uita ipsa diuinitas 540.d
Ecclesię glorificatio post mortem 1225.d
Ecclesiæ unitas in linguarum uarietate ostensa col. 1121.c
quotquot in ecclesia manserint, qualitercũque uiuant, saluandos nonnulli putant col. 1303.b
Ecclesia amictus Christi 930.a
per paraclitum significata 735.d
in formatione fœminæ præfigurata 1364.d
per Annam Samuelis matrem præmonstrata col. 943.& seq.
templum illud nouissimum 1112.a
de ecclesia Iohelis uaticinium 1081.a b
Malachiæ prophetia 1093.a
Esaiæ prophetia 1078.c & seq.
Zachariæ uaticinium 1092.c
Ecclesia quare hæreticos reiiciat 1304.d
Ecclesiæ nunquam ruiturę lapis primus 483.c
ecclesia in Hierusalẽ cœpit, & inde in omnem terram diffusa est 1122.a b
incrementum eius à Neronis persecutione cepisse 1125.d
Ecclesia quare tantis agitetur malis 1123.b c
Ecclesiasticus Iesu Syrach quo tempore compositus 984.c
Ecclesiastici lib. Salomonis non esse 981.b
Ecedemia olim, nunc academia 463.c
Echthonophyle Sicyonis filia 1053.c
Eclipses solis & lunæ primus Thales Milesius prædixit 431.d
eclipsium rationes olim ignorata 179.a
eclipsim passionis Christi tempore non fuisse naturalem 179.b
Aedificare supra fundamentum lignum fœnum stipulam &c. 1314.c d
Aedilium curulium officium 146.b
Aeditio quinta incerti autoris 1107.d
Oedipus Laij filius, 1027.c 1037.a
Aeduca dea 240.b
Aegeria dea 426.d
Aegyptus cœli est imago 481.c
in prouincię formam redacta 1106.d
Ham dicitur 889.c
Aerea Ibid.
Heptapolis Ibidem

Aegyptij à Cham ortum habent 889.a
ægypti flumen quod 307.a
ægyptij quales habuerint aliquando scitẽtias, & de qua uelut antiquis glorientur 1100.c d
ægyptiorum dij belluini 138.d 492.a
sapientia 1098.b
scientiæ quæ 1101.c
ementita antiquitas 1101.d
ægyptios annum quatuor mensium habuisse col. 826.c
ægyptij philosophi 454.d
ægyptiaci regni potentia 897.a
Egressarius Assyriorum rex 1073.c
ægialia quæ Achaia 897. d Pelopõnesus itẽ Ibi.
Aegialeus rex primus Sicyoniorum 995.c
ægialiæ plures 997.c
Eleemosyna pietatis opera, cur dicta 537.b
in nos ipsos primum est facienda 1318.d
est peccatum dimittere 1304.a
Eleemosynę quanta sit remuneratio 56.d
uere quæ peccata auferunt 1318.c & seq.
eleemosinas deus, non cui detur, sed quo animo detur attendit 1319.b
ex rapina deo esse odibiles 1323.b c
solis eleemosinis saluari, qdã opinati sunt 1303.d
Elementa mundi quatuor 443.c
quomodo sunt in misto 658.a
elementorum catenata series 479.c
ordo & ut quæq; sese ambiant 657.a
ordo secundum quosdam 381.b
secundum Platonicos 1356.a
transmutatio 666.b
ex elementis multæ sunt hominibus pernicies col. 221.d
Eleusinia sacra 403.a & seq.
Aelia Hierusalem dicta 970.c
Electi fideles boni recte nominantur 370.d
Elysij campi ubi & unde dicti 1323.d
Emathia quæ postea Macedonia 174.b
Ἐναντίον & ante & contra significat 874.d
Enarchus quidam mortuus reuixit 1387.b
Ἐνδελέχεια quid 1359.b
Aeneas Anchisæ & Veneris filius 159.d
deus 1054.b
post Iupiter indiges dictus 120.b 1054.c
quo tempore uenerit in Italiã 1051.c
cũ Achille pugnãs à Neptuno liberatur 157.b c
hostem sua manu occisum doluit 176.b
æneæ mors & templum 1054.b
à Troia euasio 1052.b
migratio & quibus oris appulerit 1052.c & seq.
αἴνιγμα Bœotij insidias uocant 1037.d
Ἔννοιαι quid 447.c
Aeneopolis quæ prius Saturnia 378.b
Ennius poeta 135.d
Enos interpretatur homo 838.c
quid sit quod Enos primus nomen domini inuocarit 840.a
Aenos urbs Thraciæ ab Aenea condita 1052.c
Enoch 365. annorum translatus est 823.c
translatio quid significarit 841.b
nonnulla scripsisse 852.b
interpretatur dedicatio 838.c
esse prophetam & cur scripta eius non recipiantur 1099.a b
enoch urbs uetustis. 820.a
Oenophorum quid 380.a
Ephorus genus magistratus 1071.c
Ephorus unde dictus & quod illius officium col. 1176.c d
Ephrata regio 1082.c
Episcopus, id est speculator 49.d
episcopi abeuntes amicos benedicebant 1342.b
episcopatus operis non honoris nomen est col. 1176.b
Epicurus ex atonis & ramentis omnia dixit constare 348.a
deorum negauit prouidentiam 1105.c
epicurei an uixerint secundum carnem 752.b
epicurei ueritatis indicium in corporis sensu ponunt 447.c
Epictetus 504.a
Epidaurius serpens Aesculapium nauigantẽ Romam sequitur 566.a
epidaurus quæ ante Epitaurus oppidum Achaiæ 171.d
Epimenides Cretensis unus sapientum 1070.d
Epiphania Syriæ quondam Hemath dicta 940.a.
Epulas quo animo ad martyrum sepulchra olim obtulerint 494.a
epulorum publicorum curatores 353.a
Sub æquinoctiali temperatissimam esse habitationem 736.b
Eques & equitare, item de equo dici 1146.c
equos celeres Cappadocia nutrit 1353.c
equas quasdam uento concipere 1277.d
ex equis primum Thessali pugnarunt 1030.b
Eratus Sicyonum rex 1006.b
Erasinus amnis 1000.d
Erichthonius IIII. Athen. rex 1019.d
è terra genitus 1021.d. & Athenis in templo inuentus col. seq. a
anguinis pedibus 1026.b
Erodius auis 1046.a
Esaias Amos filius 1074.d
quo tempore scripserit Ibid.
à Manasse occisus creditur 1068.d
Esaiæ statua quinq; facierum 1069.a
eloquentia & mors 1080.a
Esaumons est Idumea 1084.a
Seir dictus 1085.b
quæ in Esau & Iacob mystice præfigurantur
Escæ quales in arca 860.c (923.a & seq.
Aeschines Atheniensis 110.a b
Aesculanus deus 254.d
Aesculapius à Ioue fulmine interemptus 1038.a
asclepius dictus 490.d
ab Epidauro Romam migrat 171.a
ophiuchus creditur in cœlo 567.c
æsculapium Ro. nauigãtẽ serpẽs sequitur 566.a
æsculapij tres 171.d
Esculus Ioui sacra 1024.b

Esdras quis 1096.c Malachias dictus 1248.c
historicus magis quàm propheta 1096.a
Esse naturas omnes appetere 644.a & seq.
Nihil est iucundius quàm esse 643.d
ego sum qui sum, exponitur 460.a
essentia ab esse deductum nouũ est nomẽ 662.d
Aestas ruffo dicatur colori 508.a
Aetas aurea 1043.c
ætates mundi qua ratione distinguantur 1396.b
Aetates hominum quinq; 168.d
quibus gratijs iuuentur à deo 1297.c d
æternum non continuo beatum 622.d
æternitas quid distet à tempore 613.c
æternitati dei nihil comparari potest 678.b
Eterogenia quæ 434.c
ἀιθίοψ nigrum significat 889.d
æthiopes ex Chus propagati 889.a
Aethiopia Chus dicitur, & Athlantia 889.d
æthiopon Eubææ Insulæ 889.d
Aethan Iezraelita cantor 969.b
Aethera cœlum uocant Platonici 381.a
Aetna mons Siciliæ, & eius incendiũ 215.b & se.
ætnæ montis incendium 214.a
conflagratio prima 223.b
ab Aetna monte flammarum flumina cucurrêre 222.a
Ethologi qui 364.d
Ethopœi qui 364.d
Euangelium, id est bona nunciatio 1093.c
ex Sion prodijt 976.d
Euangelia Thomæ & Barnabæ apocrypha col. 854.d
Initium Euãgelij Ioannis à Platonico quodam maximo loco habitum 591.d
euangelicę prędicatiõis abmãdatio 1122.a & se.
Eucharistia corporis Christi ecclesiæ est sacramentum 1311.d
eucharistiam suam ex sanguine infantis hæretici quidam conficiebant 1131.c
Euchei pop. nunc Arabes 1119.b
Eudemon quid 513.b
Eudoxus poeta & mathematicus 304.a
Euemerus Siculus Historicus 352.d
Eunuchi cur Magnæ matri seruiant 410.c
Eunus Syrus bellum excitat seruile 205.a
Euocationes deorum 138.c
Εὐπαθέιαι quid 763.b
Eupolis poeta in mare mersus 104.c
Euryale una Gorgonum 1033.b
Europa Agenoris filia 1025.a
rapta 1021.b
ab Asia Thracio Bosphoro disterminata 441.a
europæ limites 897.b & seq.
Europs secundus rex Sicyoniorum 995.c
Euryleon Ascanius Aeneæ filius 1056.c
Εὐσεβέιαι quid 537.b
Eusebius Cæsariensis episcopus 1014.a
Eusebij Chronica in plerisq; deprauata 1085.a
Exactores qui 129.b
Exedra quid 1353.d
Exequiarum pompa uiuorum solatium, mortuorum subsidium 55.a
Exorcistæ qui 577.b
Extasi quasi mortuus, presbyter quidam Calamẽsis, quando uolebat rapiebatur 796.c
Ezechias rex Iudæ pijssimus 1060.c
Ezechiel quis & quando fuerit 1092.a

F

FAbianus martyrio coronatur 1128.a
Fabius Tarentinæ urbis euersor 42.d 43.d
Fabricij integritas 152.a 317.c
Fabulam primã Romæ lusit Liuius Andronicus col. 105.b
fabularum uaria genera 105.c
fabularum theatri origo 103.d
Facies dei est eius manifestatio 1388.d
facies duplex interioris & exterioris hominis col. 1391.a
Facierũ in hominibus dissimilitudinẽ miraculum esse, nec mirari 1285.b
Factio quid 132.d
Falacer, quis falacris flamen 119.c
Falcem cur gestet Saturnus 400.b
Fames grauis Romæ 185.c
Saguntinorum horrenda 195.b
fames quicquid carnis exhaurit in aerem exhalatur 1370.a
famis bona 53.b
Famosus tam malæ quàm multæ famæ hominem significat 825.c
famosa carmina Romæ lege prohibita 112.a
Fana à fauno dicta 260.b c
Fascinum quid 360.d
Fatum quid 279.d
quid Stoicis 293.b Et quod quatuor de fato sint ueterum sententię Ibid.c
à fando dictum 298.c
nonnulli dei dicunt esse uoluntatem 292.c
fatum & prouidentia quomodo distent 299.b
de fato Platonis opinio 281.b
sententiæ philosophorum duæ 301.b
& quomodo fato omnia fieri dixerunt 301.c
fatalia quæ 279.c
Fatua fauni uxor 1044.a b
fatuum dicere quando liceat proximum 1319.d
Faunus 11 Laurentum rex 1042.c
faunus Pici filius Faunorum & Satyrorum pater 260.b
faunos qui incubi, concubitus mulierum appetisse 850.a
Fauo Archimimus 364.d
Febris dea 118.b
febres ex Iouis igne esse 1010.a
Februarius Termino dicatus 381.c
& februum sacrum dictum purgatorium Ibid.
februarius à Numa anno additus 382.b
februarius Neptuno sacer 261.a
februus deus qui Pluto 172.b
februum quid 1022.d
Fœcunditatem ex lupercalaribus mulieres Romæ expectabant 1022.d
Fercula quid 97.b
Felici-

Felicitas uera imperantium col. 327.c
felicitas dea non est, sed dei donum; non igitur colenda, sed à deo petenda est 259.d
dea 249.d
cur tam sero à Romanis culta, & quis primus ædem illi constituit 257.d
ubi habitet 224.c
felicitatis æternæ commendatio 1393.a
solis bonis dat deus 274.c
qualem habuere angeli ante casum 625.d
utrum proprer felicitatem, quæ post mortem futura est, uni deo an pluribus sacra facere oporteat 459.b & copiose seq.
Fœmina cur ex latere mariti facta 704.a
fœmina ubi conceperit, alterum concipere non potest 289.b
fœminæ ex uiri latere ædificatio mortem Christi & ecclesiæ formationem figurauit 1364.d
fœminã hæredem facere, lege prohibitũ 198.a
fœminæ in uiros mutatæ 213.d
apud Augilas prostitutæ 238.d
an in suo sint resurrecturæ sexu 1364.c d
fœminæ etiam de brutis dicuntur animalibus col. 214.d & seq.
fœminas consultationibus olim interfuisse col. 1015.a
Per fœminas secundario genus humanũ perditum 848.c & seq.
per Femur seruũ suũ cur iurare fecerit Abraham col. 919.b
Fescenini qui 105.a
Fessonia dea 255.a
Festa uera quæ domino celebramus 540.d
Fœtus similes nasci imaginibus sub ipso cõceptu hausti 702.a
Fides dea 252.a
fidei conseruatio & Regulum & Saguntinos perdidit 196.b
fidem saluti uniuersæ ciuitatis prætulere Sagũtini 1337.a & seq.
fide mens ante dei cognitionem purganda est col. 607.b c
fide in deum angelis appropinquamus 488.b
Fides Christiana nullius mali causa 213.a
fidei Christi initium 1132.c
ad fidem Christianam adhortatio 150.a & seq.
Fides uera est quæ per dilectionem operatur col. 1312.d
fides non foret si præsentem aut quæreret aut sumeret fidem 711.b
in partibus iustitiæ comprehenditur 252.b
fidei præmium est uisio dei 1388.c
Fideles boni electi nominati 370.d
Filijs procreandis ætas idonea 826.c
Fimbria homo perditissimæ audaciæ 162. d & se.
C Fimbria 206.c
Fingere quid 747.c
Finis boni quis 436.b
de finibus bonorum & malorum esse posse sectas 1137.c & seq.
Flaccianus proconsul 1061.a
Flamines genus sacerdotij 118.d
flaminum insigne & unde dicti sint 119.b
Flammeum tegminis capitis genus 119.b
Flatus quem deus primo inspirauit homini col. 741. & seq.
Fletus simulachrorũ mali aliquid ijs portendunt, quibus fauent 170.b
Flora dea 231.a
meretrix & ludi eius 147.d 232.c
Floralis florę deæ flamen 119.d
floralium turpitudo & à quibus celebrata col. 105.d
Florentius quidam Hipponensis à martyribus uiginti precibus uestem impetrat 1345.c
Fluentia ciuit. subhastata 208.d
Flumen Aegypti quod 307.d
flumina quatuor paradisi quid significarint col. 735.c
Fons in Epiro admotas accendens faculas col. 1277.a 1281.c
Forculus deus 231.c
Fortitudo cur dea non sit 252.c
fortitudinis officium 1150.a
Fortis uiri non est dicere, hoc non patiar: sed, hoc non faciam 64.a
Fortuna unde dicta 250.b
fortuna dea 240.b 249.b
dearum selectissima 375.c
fortuna muliebris & ædes eius 251.c
fortuna barbata dea 240.c
in quibus rebus consistat 281.c d
in omni re dominatur 135.a
fortunæ simulachrum loquutum 251.b
ædes plures 250.d
Fortuitum quid 279.c
Franciscus de Maronis minorita commentator lib. de ciuit. dei 17.b
Fratres ciuili bello mutuis concidunt uulneribus col. 146.a
fratres fratrum filij dicti 837.a 899.d
Frons pudoris insigne 378.c
Fructesea dea 254.d
Fructus proprie fruentis est 641.c
fruges magicis artibus translatæ 476.c
Frumentum quando seri ceptum in Græcia col. 1006.c
frumẽta quib. dijs Romani dicarint 230.d & se.
Frui quid 454.c
frui & uti in quo differant 641.c
Fugia dea & illius festa 99.c
uitula dicta Ibid
Fugalia festa 98.d & seq.b c
Fulgora dea uidua 363.b
fulgurum genera tria 262.b
fulmina dijs quibus assignata 259.d
fulmina Iouis à Vulcano & Minerua curantur col. 239.a
Fumus pro re uana 172.c
funeris curatio conditio sepulturæ, & exequiarum pompa mortuis nihil prosunt 55.a
in Fundamento habere Christum 1314.a

Furiæ tres infernales 174.c
furias nihil aliud esse quàm suam cuiusq; conscientiam 1289.d
Furinalis furidæ flamen 119.c
Furius Pilus 134.d
furius Camillus Romam ingratam defendit col. 186.a
Fusidius Syllæ assentator 208.c
Fustuarium supplicium authori carminum infamium constitutum 109.a
Futura uarijs modis prænosci 600.d
quomodo uidet deus 634.a
quomodo sciant dæmones & angeli 528.a b
apud deum sunt præsentia 302.a b

G

GAdes Insula 310.a
Galatæ Gomor dicti 1218.c
Galatarum origo 199.a
Galilæa Iudææ pars 1082.c
Galli sacerdotes, & illorum furor 96.b
in memoriã dilectionis Atis castrabantur 412.c
& cur matri magnæ seruiant 410.c
galli senatũ omnem Romanũ trucidant 209.b
gallíam decennio subegit Cæsar 211.c
Gallogræci minoris Asiæ pop. 199.a
Ganymedis raptus 1027.d
ganymedes in signum cœleste aquarium mutatus 415.b 1037.d
Garganus Apuliæ mons 1044.d
Gastromantia quid 426.b
Gaudium iustorum 767.c
proprie bonorum esse 763.d
de bono adepto est 763.b
Gelanoris & Danai contentio 1020.b
A. Gellius elegantissimi eloquij 501.a
Gellius scriptor quidam antiquus 124.a
Gelosus Carthag. ecclesiç presbyter 1341.d
Geminos sub uno conceptos horoscopo diuersas habere naturas 289.a
geminorum signum Castorem & Pollucem esse 1041.a
Genealogia Christi examinatur 834.d
Primorum parentum in Paradiso generatio si nõ peccassent 790.d & seq. 793.a
qualiter generassent homines in paradiso si non peccassent 795.c
generandi benedictionem deus non abstulit ab homine post lapsum 1378.a
Genesis Iudæis bresith uocatur 653.b
quo proposito sit scripta 818.a
in Genesi non omnium, qui tum erant, nomina recitata 818.a
Genethliaci qui 1387.c
Genitalia membra & opera cur tegamus 788.d & seq. 793.d
Genius deus quid 390.d & seq.
Geomantia quid 426.a
Geometriam inuenit dæmon 772.b
propter agrorum dimensum Aegyptijs familiaris 1101.c
Gentes 72. prima diuisione constitutas 877.c
gentes per Idumeam intelliguntur 1084.a
gentium uocatio à prophetis prædicta 1076.d
per Hieremiam 1089.d
in Ecclesia prædicta 981.d
quæ ex gentium credenda sunt historijs 1278.c
ex gentibus etiam nonnullos saluandos esse, hodie, qui Christũ nunquã audierint 1118.c d
Germanum quid 114.b c
Ad S. Gerualij sepulchrum, cæcus quidam usum recipit 1340.b
gerualij & Prothasij corpora, Brisacũ translata col. 1351.b
Getulia Aphricæ pars 182.b
Genius quid dicatur 512.c
Gigantes nati ex angelis 160.d
quare creati 853.a
Gingrire & gingrinæ quid 353.d
Gladius igneus qui circa paradisum 736.c
Gladiatores seditiosi Italiam uastant 226.a
Glaucus uates 1064.d
deus marinus Melicerta dictus 397.a
Gloria uera in æterna uita 1393.c
gloriæ cupiditas piæ fidei inimica 310.c
nonnunquam bona 309.c
gloriæ contemptus uirtus maxima 320.a
Gluma quid. 232.b
ΓΝΩΘΙ ΣΕΑΥΤΟΝ & à Delphici templi inscriptio 461
Goetia quid 549.c & seq.
Gog & Magog qui 1217.c ubi siti seq.b
Gomer Galatæ 1218
Gorgones tres 1033.b
gorgonum fabulæ expositio 1034.b
Gororanes Persarum rex 1129.c
Gothi & Alani Italiam ingrediuntur 1134.c
à Romanis mirabiliter uicti 326.c 26.b
à Theodosio uicti 25.b
mitius cum Roma egerunt quàm Sylla ciuis col. 209.c
Christiani nominis ueneratores 34.b & seq.
Gradus prohibiti cur introducti 835.c
& quòd consobrinorum coniunctio, licita olim fuerit 836.d
Gratia dicitur & quod gratis detur, & quod gratum faciat 749.d
gratiam dei in Christi incarnatione maxime commendari 590.a
gratiæ tres quomodo pingebãtur 352.d
Gratianus Imperator 330.a
Gratianopolis ciuit. 1283.b
Gracchorum seditio bellorum ciuilium initiũ fuit col. 201.c d
C. Gracchi caput auro repensum à L. Opimio col. 202.b
Grammaton Isagogi 1100.b
Græcia magna Italiæ pars 431.b
græcia legibus & iudicijs illustrata 999.d
græciæ magnæ fines 432.c greci leues 41.b
græca lingua clarissima 431.b
Gruum multitudo, & cur dictæ Strymoniæ 881.a
Guilielmus Croius Cardinalis moritur 9.d
Guilielmi Budæi laus 123.a

Gym

Gymnasia Athenis quot 463.c
Gymnosophistæ qui 786.a.c 842.d

H

HAdrianus xiiij. Ro. imp. 269.b
Halaricus Gothorum rex 26.a
Haliætus ex aquila generatur 1166.c
Hamadryades arborum nymphæ 257.c
Hannibal ex cæde Cannensi annulorum modios tres mittit Carthaginem 193.b
hannibalis sæuitia 193.a & seq.
Harpocrates deus silentij 1005.b
Herbas & frutices uiuere 67.d
Hebræa lingua ante diluuium omnibus communis 886.d
& in quos diffusa primum 887.b c
hebræas literas semper apud Iudæos fuisse col. 1100.a & seq.
Iesus Esdræ filius commutauit 1096.c
hebræi unde dicti 871.c
epistola ad Hebræos an sit Pauli apostoli 902.c
Hecate uenatrix sęuiss. 1047.a
Hederæ species quædam inebrians & furorem inducens 359.c
Helena & Clitemnestra ex ouo natæ 1041.a
Heli sacerdos Israelis iudex 1052.a
Heliam Phinees esse autumant Iudæi 954.d
Hellanicus scriptor fabulosus 1052.b
Helle in mare decidit 1032.a
Hellespontus unde dictus 1032.a
Heraclia uictoria 189.b
Hercules plures fuere 1012.a b
regum nepotes sic dicti 1012.c
hercules quo tempore uixerit 1006.a
deus cum Laurentina meretrice congreditur col. 351.b c
hercules Delphinas 1025.c
hercules Argiuus 1025.c
hercules Cerberum ab inferis traxit 1031.b
hercules Cacum interemit 1166.b
hercules quare Atlante fesso successisse dicatur col. 1026.a
hercules Magnus in Oeta monte combustus col. 1021.c
herculis ædituus 351.b
herculem totum inquinasse orbem 117.c
Hæretici qui sint & quis illorum usus 1123.a
hæreticorum in ecclesia utilitas 867.b
hæreticos ut sua mẽbra excitauit Satan 1122.c
hæretici in Cham designati 867.b
hæreticos cur excludat ecclesia 1304.d
hæresis quid 463.a
Hæreditatis diuidundæ ius unde ductum 900.b
Hermani philosophi qui 786.d
Hermaphroditi, Androgyni dicti 880.a
Hermes Aegyptius Trismegistus 480.d
Hermotimus Clazomenius animam quando uolebat exhalabat 797.d
Hermopolis urbs Aegypti 491.c
Hernath ciuit. nunc Epiphania Syriæ 940.a
Herodes primus rex Iudæorum alienigena 1113.c
quibus artibus Iudæorum rex factus 1115.b
Heroides quid 1023.d
Herodotus fabulator 822.c
Heroes qui 574.b & seq.
heroes dij qui 117.c
heroes Christianorum 574.a
heroum officium quod 575.c
Herophile Sibylla Cumana dicta 1064.b
Heroum quid 575.c
Herssilia uxor Romuli 248.b
Herus Pamphylius in acie occisus reuixit 1387.b
Hesperidum insulæ 1033.c
Hesperius tribunitius 1344.a
Hesperoceræ insulæ Gorgonum domus 1033.b
Hester historia ab Esdra conscripta 1096.a
quo tempore contigerit 1096.d
Hieremias quo fuerit tempore 1089.b
in Aegypto mortuus ab indigenis colit 459.b
hieremiæ mors & uaticinium 1070.a
Hieroboã qua causa idololatriã excogitarit 985.c
Hieronymus presbyter trilinguis 1108.a
scriptorum omnium optimus 11.b
hieronymi in Danielem liber 1242.d
hieronymus Burgarinus 822.b
hieronymus Ruffaldus 1054.b
Hierusalem prius Iebus, dein Salem, postremo Aelia dicta est 970.c
Solyma dicta & unde 970.c
quo tempore destructa 1069.b
à Pompeio capta 1113.b
ab Aelio Adriano reparata 970.a
hierusalem noua 1225.d
ad Hierosolymam pertinet tribus Leui col. 985.b
Hippones opp. duo 881.d
Hircanus Rom. exercitum contra Iudæos prouocat 1113.a
Hispani Thubal dicti 1218.b
hispanorum ueterum mores 455.b
& quod aurifodinis Hispania scateat Ibid.
in Historijs nõ omnia allegorice esse interpretanda 869.b c
Histrionum infamia 114.a
Homo quid sit 1144.c & seq.
magnum est miraculum 560.a
sibi amicus natura 1151.b
dei nomini consecratus est sacrificium 545.c
si homo hominis carnem uorauerit cui caro cõmesta reddẽda sit in resurrectione 1369.d
hominem assumpsit deus quomodo intelligatur 524.d
hominem dicimus & corpus, & animam & utrunq; simul 742.d & seq.
hominem solum animum esse dixerũt Platonici, corpus autem hominis carcerem 57.b
homines omnes cuiuscunq; sint formę ex uno Adam esse 879.b & seq.
sanctorum intercessione saluandos, quidam dixere 1300.b & seq.
hominum duo tantum genera 799.c
genera quæ narrantur monstrosa unde propagata 878.d

homo

homo monſtroſus duorum capitum in oriente natus tempore Aug. 880.a
hominum adprædicata ex Apuleio 508.d
Homo etiã miſer cunctis creaturis melior 661.c.d
diuinum animal quia ſolum igne utitur 666.c
quanti habeatur apud deum 429.d
qua parte deo propinquior 607.b
natura hominis deo proxima 641.c
hominis induſtria & ſagacitas, quam ei indidit deus 1379.a
hominem partem eſſe dei dixere nõnulli 245.d
homines dæmonibus meliores 468.d
dij dicti 531.a
Homo an mortalis eſſe poſsit & beatus 518.b
cur mortalis, ſecũdum philoſophorum opinionem 511.d
mortalis factus non lege naturæ ſed merito peccati 723.d
homine nulla immanior fera, ſi ſibi relinquerẽtur 1375.a
homines quæ animalia ſenſibus ſuperent 468.d
Homo, homo non eſt niſi colat Chriſtum 542.c
Homo in erectam formam cur ſit creatus 1380.a
qualis à deo factus & qualem ſeipſum peccando fecerit 722.b
cur non citius creatus 678.a
hominis immortalitas in creatione prima & uita futura 1394.c
hominem unum tantum cur creauerit deus col. 696.c d 703.d
cur fecerit deus quem nouerat peccaturum col. 774.a 800.b
fuiſſe ab æterno opinantur quidã 674.a & ſeq.
primi hominis peccati cauſa eſt ſuperbia 778.b
primorum hominum lapſus, quo ordine factus ſit 775.c & ſeq.
corpora immortalia fuiſſe ante peccatũ demonſtratur 733.a
de homine quid futurũ ſi non peccaſſet 707.b.c
homini poſt lapſum nõ totũ abſtulit deus quod dederat 1377.c
Homines ducentos uiuentes annos 821.d
hominum uita in mũdi initio nõ minus 750.annorum 819.c
hominum uita ſecũdum ætates & tẽpora 832.a
ætas diuturna, olim & ſtatura ingens 821.a
ex inſcitia temporum credita ſecundũ Plinium col. 826.d
Homo in quo diabolo ſimilis 755.c
primus Homo ſi non peccaſſet quales genuiſſet filios 710.a c
hominem primum cur deus tentari permiſerit col. 801.a & ſeq.
homines primi beatitudinis ſuæ diuturnitatem ignorarunt 624.d
an hos ante animi affectus habuerint, initio col. 772.d
quomodo nuditatem ſuam cognouerint col. 785.a b
conditionem eius ante lapſum prorſus ignoramus 623.c
primorũ hominũ uita in paradiſo 799.a & ſeq.
pœna prima nuditatis ſenſus 721.c
corpora, qualia 734.b c
de peccato excuſatio 780.d
primis hominibus quam mortem ſit dominus comminatus 721.a & ſeq.
Humanæ miſeriæ calamitas 1148.a
Sua prima origine, totum humanũ genus damnatum eſt 1372.a
Humanitatis ſignificationes uariæ 117.a
Homicida eſt qui ſeipſum occidit 61.d 68.b
homicida quis 78.c d & ſeq.
Homogyrus agriculturæ inuentor 1006
Honor deus 254.d
honor uerus in futura uita 1395.c
humanus nihil niſi fumus 313.d
honoris templum & ſacra 263.b
honores cum gentilitate orti ſunt & illic ſepeliri debent 473.d
Honorius imp. Ro. 25.c
Hora dea prouidentiæ 248.b
Horatiorum cum Curiatiis pugna 175.d
Hordei ſegetem Iſis inuenit 493.a
Horomaſdes deus Perſarum 324.a
Horoſcopus quid 284.a
Horta dea quæ ſtimula 248.b
Hortenſius Ciceronis amicus 181.d
Horti Veneri cur ſacri 353.d
Hoſtias quo animo Alexander in templo obtulerit 1112.b
Hoſtem etiam à ſe uictum nonnulli deflerunt col. 176.b
hoſtis ab hoſtire dictus 232.b
hoſtium in uictos conſuetudo 41.d
Hoſtire quid 232.b
Hoſtilina dea 231.a
Hoſtilius Mancinus à Numantinis uictus 199.a
Humilitas credenti ualde eſt neceſſaria 590.b
exaltat, deiicit ſuperbia 779.a
humilitate dæmones uincimus 527.a
animum humilem, non cenſum commendauit dominus 1299.a
Hydromantia quid, & quomodo fiat 426.a
Huz quis & quę eius nominis terra 1118.d & ſeq.
Hydromantiam Numa exercuit 424.c
Hyems cæruleo dicata colori 508.a
horribilis Romæ 187.b
Hymenæus deus 256.a
Hyperboli Athenienſis improbitas 158.a
Hypocrita pro hiſtrione ſumitur 110.a b
Hyſtoricorum diſſonantia quomodo componenda 1102.b
Hyſtriones qui & unde dicti 104.d

I

IAcob dolus non eſt culpandus 923.b
Iacob Iſrael dictus, & lucta eius myſtice col. 927.a
Iacob quando factæ ſint promiſsiones 999.d
Iacob polygamia 926.a
ſecundo ſterilitatis anno, in Aegyptum migrat 1003.a

Homines qui capillos mouent immoto capite. 796. B.

Iacob in benedicendo manuum tranſmutatio col. 930.c d
Iacob 147. an. moritur in Aegypto 1006.c
ſemen Iacob ab aliis, quãdo ſegregatum 925.a
Iacobus de Paſſauant commentator lib. De ciuitate dei 17.b
Iactantiam tolle & pares erimus omnibus omnes 313.b
Iamblichus philoſophus 464.a
Iambres magus 934.a
Ianus Italiæ rex 378.b
ianus deorum ſelectorum primus 372.b
deorum uetuſtiſs. 242.c
initiorum omnium deus 374.a
ipſe mundus eſt 381.b
geminus quis 388.a
bifrons & quadrifons cur 377.d 382.d & ſeq.
Saturnum recepit hoſpitio 377.d
iani portæ bello patent 166.a
ianum quidam ſolem eſſe dicunt 383.d
Ianuarius Iunoni ſacer 261.a
à Numa anno additus 382.b
Ianiculum opp. Ianus condidit 377.d
Iannes magus 934.a
Ianua ab eundo dicta 242.c
Iaphet, id eſt latitudo 867.b
Ibis apud Aegyptios cur colatur 214.d
Ἰϐυ quid 262.a
Icarus in mare ruit 1036.b
Ichthyomantia quid 426.a
Ideæ Platonis & unde dictæ 418.b
ideas Platonis, Mineruam eſſe contendit Varro 417.a
Idololatriæ cauſa quam excogitauit Hieroboam col. 985.c
Idumæa, per Eſau intelligitur 1084.a
idumææ ſitus, quam etiam Nabatheam uocant col. 1085.a
per Idumæos Iudæi Romanos intelligunt col. 1085.b
Iebus ciuitas quæ poſtea Hieruſalem 970.c
Ieſus, id eſt ſaluator 979.c 1374.d
ieſus σωτὴρ, ſeruator idem ſunt 1089.a
ieſus ſacerdos magnus legis libros reſtituit memoriter 1096.c
Iezrael opp. 969.c
Ignis multa genera 459.d
in terra ſub terra & infra terram eſt 1358.a b
artium omnium eſt inſtrumentum 239.b
tribulationis 1314.b
in templo Veſtæ cultus 192.c
quibus diis aſsignatus 397.c
commoditates & utilitas 666.a
ignis infernalis æternus omnib. ſed aliis leuior aliis grauior 1298.
in animam quomodo agat 1288. & ſeq.
ignem infernalem, eſſe corporalem 1291.b
ignem cur Veſtam deam putarit antiquitas & uirgines quare illi in miniſterio adhibitę 237
animalia quędam in igne uiciitare 666.d
Igniſpicina quid 426.a
Ignorantia noſtra damnationem noſtram oſtendit 1372.a
Ignoſcendo creſcere elogium 43.b
Ilia Rhea dicta 1059.a
Ilythia dea 243.b
Ilium à Fimbria euerſum 163.c & ſeq.
Imaginem hominis terreſtris & cœleſtis induere col. 740.d
Immortalitas duplex 1394.c
Immũdos ſpiritus ipſis uoluptatibus ſeſe eſſe confitentur 146.c
Impp. Rom. ius nõ habent in totum orbem 329.d
ſatius eſt imperium habere paruum cum quiete quam amplum irrequietum 167.b
imperatorum felicitas uera 327.c
Impiorum regna, etiam deus iuuat 87.b
Inachus primus Argiuorum rex 999.c
inachus amnis 1000.d
Incenſum uerum, amor ſanctus 540.d
Incredibilia tria 1333.b
Incubi qui 850.a
in India cum Gallico morbo infantes naſcuntur col. 1375.b
indiæ limites & populi illius mores 996.d
Indigetes qui dicti 1054.c
Indoles quid ſignificet 117.c
Infamium carminum autori qualis pœna conſtituta 109.a
Infantes cur cæteris animalium fœtibus infirmiores naſcantur 710.b
flendo mala ſua prophetant 1295.b
de utero matris, uoces dediſſe 213.d
perfecto corpore reſurrecturos 1362.b
& quod nunc habent poteſtate, ſi uiuunt adepturi ſunt 362. ibid. c
Infanticidia Chriſtianis obiici ſolita 1131.c
Infernus grauior aliis, aliis leuior 1298.c
inferni pœnã æternã eſſe & quare 1291.c & ſeq.
contra eos, qui æternã negant 1299.b & ſeq.
ad inferos iter in Tenaro promontorio Laconiæ 1031.b
inferorum circuli nouem 66.d
Infernalis ignis, item bonus 666.a
an dæmones tactu adurat 1290.b
æternitas & qualitas 1287.d & ſeq.
cur mors dicta, cum in ea corpus & anima uiuant 708.c & ſeq.
Infinitum mente non poſſe capi 689.a & ſeq.
deus nouit 689.c & ſeq.
Ingenioſum naſci eſſe felicitatis 254.c
Inimici dei qui 663.d
inimicitiæ occultæ peſsimæ 1154.a
felicior eſt qui iniuriam patitur, quàm qui facit col. 503.c
Iniuſta, quomodo ſentiamus 645.a
Innocentius uicarius præfecturæ à ſiſtulis miraculo curatus 1340.c
Ino Athamantis uxor 1040.d
dea facta & Matuta dicta 120.b
Inobedientia Adam 781.d
inobedientia hominis ſumma miſeria 782.a b

Inops quis & quid à pauperе distet 950.a
Inquilini qui in ædibus conductis habitant 538.b
Insidiæ pessimæ quæ 1154.a
Inspectio uirginum 63.b
Intelligibilia quæ 446.a
intelligentiæ lumen à solo deo infundi tradunt Platonici 539.a & seq.
Intercalares dies & menses 827.d
Intercidona dea 357.a
Interpres quis dicatur 393.b
Inuidia nil miserius 518.b
superbiæ comes 776.d
Inuisibilium omnium maximum deus 609.a
Inuocari cepit nomẽ domini primo sub Enos mystice 840.a
Io, Isis dicta 1000.a
Ioannes Andreas Stranneus 364.a
ioan. bapt. sepulchrum in Sebasta 1084.d
ioan. Euangelista, in Pathmũ relegatus 1127.a
ioannes Heremita Aegyptius 330.c
ioannes Martinus Poblatio medicus 1375.b
ioannes Vergara 747.b
Iob Idumæus ad pop. Israel pertinuit 1117.d
& quo tempore uixerit 1118.a
secundum aliquos Iasub & Ioab dictus 1119.c
in corpore deum uidit 1390.c
Iohel, quo fuerit tempore 1075.a
quo scripserit tempore 1075.a
ionæ historia discussa 1110.b c
Ionia regio 432.c
prius Aegialia dicta 1024.c
ionia op. quod Miletos 432.c
Ionicus filius Noe syderum peritiss. 820.a
Ioppe ciuitas 1013.d
ioppe ciuitas Syriæ ante diluuiũ cõdita 1039.a
Ioseph quo tempore in Aegyptũ uẽditus 1002.d
110. annorum moritur in Aegypto 1007.b
Iosias ante quã natus ꝓphetice prædicatus 971.d
Iosue moritur 1019.d 1021.d
Iouianus Imp. 329.d
Iouianus Pannonius 269.c
Iphigenia Agamemnonis filia 1050.d
Ira quid sit 783.a
Ira dei, uita præsens 1308.a quid 856.b
iræ furor & impotentia 788.b c
Irasci potest Christianus, & quomodo 504.d
Iracundi, & contentiosi plurimum ualent memoria 376.d
ἥρων ueteres terram dixere 117.b
Isaac regnãte Aralio quinto Assyriorũ rege 999.b
à risu nomen accepisse 916.b
isaac 120. annorum moritur 1002.d
non est præferendus patri Abrahã, 922.a & seq.
figura Christi 917.d
filios gratiæ significat 809.b
quando factæ promissiones 999.b
in Isaac uocabitur tibi semen exponitur 917.b
Isis Inachi filia 1098.b prius Io. 1000.a
eadem quæ Ceres 403.c
hordei segetem inuenit 493.a
nauigationibus præposita 1002.a
quæ fuerit, quale ue eius simulachrũ Ibid.b
isidis sepulchrum 1005.b
Ismaelis lusus, & Isaac 808.c
Israel uidens deum interpretatur 927.b
quando terram promissam acceperit 939.c
proprie decem tantum tribus dicti 984.d
in captiuitatem ductus 1068.a
israel duplex 958.d
israelis reges omnes reprobi 986.b
tempus seruitutis Israelis in Aegypto 306.a b
israel qui non ex carne sed animo existit. 1078.a
israelitici regni abolitio ꝓphetata 958.a & seq.
Italia Græcia magna 432.c Saturnia dicta 1043.c
à gladiatoribus fugitiuis uastata 226.a
Iterduca dea 374.b
Ithiphallus quid 406.b
deus Priapus 117.d
Regum Iuda peccata longe minora quàm Israelis col. 986.b
per Iudam eos qui ex carnali sunt semine intelligendos 1078.a
iudæ nomine, duæ tantum tribus comprehensæ 984.d
iudæ proditio in psalmis prædicta 978.b
suspendium, est homicidium 61.d
Iudæi cur cornu nunc clangant 919.a
unde, & quando sic cœpere dici 820.c
iudæi duce Saulo, à Gothis uicti 27.a b
iudæorum regnum uni soli deo innixum 275
Iudæi deteriores, carentes prophetis, miris cladibus afflicti 1112.b & seq.
iudeorum cęcitas à Dauide prędicta 980.b
repulsio uaticinata 1077.b
Iudei quo tempore, ex captiuitate dimissi 1072.d
cur dispersi per omnes terras 276.b 1115.d
quo tempore in captiuitatem ducti 1069.b
tributarij facti Rom. 1113.c
iudeorum duces, & reges post liberationem col. 1112.c & seq.
Iudeos primus expugnauit Gn. Pomp. 986.d
de Iudeorum ritibus quid senserit Seneca 365.b c
Iudea regio 1082.c
Iudicabimur secundum extrema in quibus inuenti fuerimus 949.a
Iudicium dei multiplex 1194.b
de die iudicij Lucani carmina 1117.b
tempus omnibus incognitum 1130.a & seq.
an qui uiuunt in iudicio, sint etiam morituri col. 1233.b
de iudicio extremo, utriusque scripturę testimonia 1199. & seq. copiose ex psalmis 1244.d
Esaię uerba 1238.a & seq.
iudicium humanum 49.c
iudicia hominum temeraria 1154.d
Iudices Israelis tredecim, quanto uixerint tempore 962.d
iudices Romani qui 158.c
Iudith historia quo tempore gesta 1072.d
Niceni concilij decreto in canonem recipitur col. 1074.b
Iugatinus deus 230.c 240.d 357.a

Iulianus Imperator 269.c apostata 323.d
ecclesiæ persequutor 1125.d
Iuliani apostatæ mira astutia 1128.c
Iulius mensis Ioui sacer 261.a
Iulius Firmicus nugatoriæ loquacitatis author, col. 285. c d
C. Iulius Cæsar Galliã uicit decennio 211.c
C. Iulij Cæsaris laus 304.c
genus 160.a b mors 212.c
Iulius Aeneæ filius sacris præfectus 1056.a
Iunius Brutus Lucium Tarquinium collegã respuit 122.b
Iunij Bruti in filios, & affines austeritas columna 182.d
Iunius Mensis Mercurio sacer 261.a
Iuno purgandorum & pariendorũ omnium potestatem habet 374.b
cur Iouis uxor & soror 233.d
domiduca dicta 360.b
iterduca pueris 374.c
opigena dicta 243.a. fluona quæ 373.b
Troianis infesta 37.d quare 38.d
zelotypa 364.d
Iunonis sacra in Samo insula celebrata 352.a
Iunonis asylum Troianum 40.c
Iupiter summus deorum, & quod ab his item coli creditur, qui deũ sine simulachris colunt, col. 233.b
Iupiter an deos alios, ut rex, mittat mortalibus col. 249.a
deus unus in dijs omnibus 239.c & seq.
cur cœlum habitare dictus 236.a
à iuuando dictus 233.c
diuersa habet cognomina, nec in se diuersus est 387.a & seq. pecunia dicitur 389.c
Iupiter Luceius 260.c
Lycæus 1047.c
unde stator dictus 174.a & seq.
Iupiter indiges Aeneas dictus 120.b
Iouis potestas, & eius cum Iano comparatio, col. 384. b & seq.
capitis eius tegmen igneum 239.a
adulteria 263.d. cultura Athenis 388.b
Iouí cur Iuno uxor & soror ascribatur 233.d
Iouem mundum istũ uocant philosophi 728.a
Ioues regum progenitores dicti 1012.c
Iurare dei quid 918.c
Iurarit cur in fœmore Abrahæ seruus 919.b
Ius quid 122.d
& quod bonum sit iuris origo Ibid.
iuris consultorum officium quondam 1180.a
iuris prudentia per Budæum restitui cœpta, col. 123.b
Iusiurandum Romanorum per Iouem lapidem sanctissimum 152.b
Sine iustitia ne Iupiter quidem principem agere potest 134.d
iustitiæ munus 1149.d
iustitia sola respublica sustentantur 132.b
iustitia dei non est quæ timore pœnarum constituitur 1309.a
quæ 1329.a dei & humana quæ 944.d
est ipse Christus 1309.c
uera in quo consistat 1189.b
iustitia nõ est quæ hominem deo tollit 1179.a
& iustitia in quibus sit uere 117.a
uera, in ea tantum est Repub. ubi Christus rector est 1349.a
Iusti non ut puniantur, sed ut examinentur, afflíguntur 224.d
iustorum in hoc mundo contra uitia pugnando labores 1376.a & seq.
etiam iusti in peccatis sumus 1320.a
Iustinus parum fidelis historicus 227.c
Iustinus philosophus martyrio coronat 1127.d
Iuuentas dea 240.c 261.d
Iuuentutem in trigesimo esse anno 1363.d
Iuuenes bonis assuefaciendi rebus secundũ Platonem 1298.d
Ixion Thessaliæ rex 1030.a

K

Καλὸν uitium potius quàm malitiã interpretatur 487.d
Κατακλυσμὸς quid 448.c
Κήβος cercopithecos uocari 882.b
Κρόνος, id est, Saturnus 400.d
κρόνος Iupiter dictus 237.a
Κύμβος, mutilos uocari Græce 393.a

L

Labdon Iudæorum iudex 1051.c
Labeones tres 111.c
Laboſordacus Assyriæ rex 1073.d
Labirynthus quid 1029.d & seq.
Lacinius fur, qui Cacus 1166.a
Lachesis parcarum una, & quod illius sit officium 281.b
Laconismus quid 1071.c
Lactantius quæ de Sibyllinis scripserit uaticinijs 1062. c d
Lactantij laus 1067.b
Lacteus circulus innumeras stellas complectitur 903.d
Lacturcia dea 231.a
Lacus Curtius unde dictus 253.b
Laius ab Oedipo filio occisus 1037. a b
Lampares xxiij, rex Assy. 1042.a
Lamech ætas 823.c
Lampusia Sibylla Colophonia dicta 1064.d
Laomedon dijs negabat mercedem 156.c d
Lapis in amnem Aegos cecidit 1105.b
Lapithę Lariſſæi dicti 1030.d
Lar quid 512.d 514.b
lares fieri animas si bonæ sunt dicũt Platonici col. 512.a
lares gemini filij Mercurij & Laræ 391.c
Lariſſa arx argiua 308.d
Larua quid 512.d 514.b
Laruas fieri animas si malæ sint 512.a
Latinus Italiæ rex 1051.c 1045.a
circes & Vlissis filius 141.d
Latinorum regnum à Latino dictum 1044.c

reges illorum Syluij dicti 1057.a
Latium unde dictum 1045.b
Latona parit Apollinem 1028.a
Latria quid 536.b c
Latrones quam uelint pacem 1162.b
latrocinia sunt parua regna 225.a
Latus clauus quid 244.b
Lauinia Latini filia 1055.d
lauinium ab Troianis conditum 41.b
lauiniorum annus xiij. Mensium 826.d
Laurentina meretrix Herculis 351.c
laurenti regni ortus 1041.d
Laurentum latij ciui. 1043.a
Laurentius igne excoctus 1128.a
Laurus Apollini sacra 1024.b
Lecanomantia quid 426.b
Lectisternium quid 188.b
Leda mulier Nemesis dicta dea facta 120.a
Lemur quid 512.d 514.c
lemures animas fieri, si malæ sint 512.a
lemuria festa 514.d
Lenarum pœna in Hispania 666.c
Lenticula quid 924.c
Leophantus Ephesius sapiens 1070.d
Lepidus M. Aemilius à Pompeio & Catulo uictus 211.b
Lepos deus nuptialis 256.a
Lepti pondus qui 1352.c
Lethæus amnis 1324.d
Lætari impiorũ est sicut gaudere piorum 764.b
Lætamur de bono 762.a
lætitia quid sit 756.a 760.a
lætitiæ domus, lætantium in ea est 616.b
Leuana dea 240.b
Leucippus viij. rex Sicyoniorum 999.c
Leucothea dea 232.d
quæ Matuta 1039.d
Leui tribus inter reliqua non connumerata, col. 985.a
leui tribus propter domini templũ cum Iudaica mansit 1058.c
Lex uirtus peccati quomodo 712.a
legis libros incensos Iesus restituit 1696.c
Lex dei quomodo dicta 1329.a
Lex in arca posita quid significet 569.b
data signis & uocibus mirabilibus 932.a
promissionem habuit terrenam 564.c
an per deum uel angelos sit data 561.c
Legis obseruatio sine gratia hypocritas non bonos facit 1298.d
Lex & si concupiscentiam augeat, mala tamen non est 712.c
Lex naturæ norma constituitur 1179.d
lex Plautia de iudicijs 158.c
sempronia de iudicijs 158.c
aurelia de iudicijs 158.c
cornelia de iudicijs 158.c
uoconia lata 198.a
leges duodecim tabularum quando latę 121.a
agrariæ nunquã sine tumultibus agitatæ 127.d
lycurgi æquiss. 121.a b
leges suas Rom. ab Atheniensibus mutuarũt, col. 120.c
Libentina dea 231.d
Librorum De ciuitate dei, distinctio & ordo, col. 601.d
Liber deus seminis humani 373.c
sol dictus 376.b cur dictus Bacchus 1023.b
Dionysius 1020.d
liberi imago delicata 1038.c
officium, & eius sacra 405.b 103.d
Liberus deus unde dictus 356.b
Libera dea luna dicta 376.b
Liberales artes quæ 1128.c d
Libertas naturalis hominis 1171.a b
Liberi pluraliter etiam unus dicitur filius 928.c
Liberum arbitrium in homine 848.b
asseruit Cicero 295.a & seq.
arbitrium tunc uere liberum quando peccatis non seruit 775.a
in beata uita erit 1394.b
& quomodo ab eo quod primus homo recepit, differat ibid. & seq.
Libido quid 736.a 760.a
Libido omnem cupiditatem significat 783.a
carnis quàm sit uehemens 784.a & seq.
confusionis est causa 1364.c
primi peccati pœna & retributio 793.c
dormientium absq; culpa 74.d
aliena non est, aut non polluit 62.c
feruenti tincta ueneno 101.d
libidinis furor, & quod in paradiso uitium nõ fuerit 788.b c cur libidinis opera, & membra abscondamus cum aliorum affectuum, reliqua pareãt, ibid. d 793.d
Libyæ mons prælongus 491.a
Lignum scientiæ boni & mali, unde nomen acceperit 785.c
lignũ uitæ quid præstabat comedẽtibus 734.c
an prohibitum concupiuerint primi homines col. 773.a
Limentinus deus 231.c
Limea fluuius Lethe dictus 1324.c
Lindus Rhodi urbs 1071.d
Linea recta quæ 648.d
Ex linguis lectionis uarietatem esse corrigendam 832.b
linguarum primam fuisse Phrygiã rex Aegypti ex pueris didicit 889.b
linguarum diuersitas hominem ab homine alienat 1156.d
Linus Mercurij filius 1040.b
Linum quod igne non absumitur 1280.b
Linternense oppidum Campaniæ 198.d
Liparæ insulæ Aetnæ incendio uastatio 216.a
Lituus augurum proprius 1043.d
Liuius primus Poeta Latinus 108.c
T. Liuij librorum pars magna periit 220.b
Liuius Andronicus primam fabulam Romæ lusit 105.b
M. Liuij Drusi superbia 205.a
Literarum formas olim fuisse animalia 1101.a

Moses

Moses inuenit, quas Phœnicib. tradidit, Phœnices Græcis per Cadmum 11.a
docere ac discere inter Christianos, Iulianus prohibuit 1125.d
literis præfectos statuit Moses 1100.b
Locustarũ multitudo infinita in Aphrica 214.a
Loquatur deus qualiter 607.a
loquutiones dei 877.b
Loth Vxor in salis statuam conuersa quid significet 548.a
Lucani de die iudicij carmina 1117.b
Lucerna ardens supra 1500 annum in sepulchro inuenta 1280.c
Lucifer stella multa nomina habet 1286.d
luciferi sydus 395.b
luciferum quidam Iunoni quidam ueneri tribuunt 394.a
Lucillus Episcopus Sinitensis 1345.b
Lucina dea 240.b
Lucretiæ stuprum 180.c
factum eius examinatur 64.c & seq.
L. Luctatius Catulus ueneno hausto moritur, col. 206.d
Ludere quid sit secundum Hebræos 808.c
Ludouicus Coronellus Theologus 747.b
Ludorum secularium origo, ritus, & celebratio, col. 191.b & seq.
ludi inferorum tauri dicti 192.b
ludi sacri inferis Romæ renouati 190.a
Scenici in diuinis positi rebus 219.d
Christianorum taxati 494.b
per miraculum dæmonũ instaurati 264.b c
in rebus tantum diuinis extant 347.c
seculares Romæ instaurati 189.d
Apollini sacri 1023.d
Circenses 124.b Magni ibidem
Romani ibid. Consualia ibidem
Ludis in funebribus fabulæ actæ 490
Lumen uerum deus unus 539.d
Lumen mentiũ ad discenda omnia est ipse deus, col. 447.d
Luna uaria nomina habuit 242.d
luna quãto tẽpore rursus cum sole coeat 832.d
lunæ deliquium quid 181.c
lunam quidam Venerem putant. Et ei sacrificandi mos 395.a
laborantem magnis uocibus iuuari credidit ue tustas 568.d
ab asino epotam 569.a
lunaribus incrementis & decrementis uaria ri plurima 289.c
Lupanaria unde dicta 1059.b
Lupercal quid 1022.b c
Lupercorum exortus 1046.d
Lupus ad Martem pertinet 1059.b
Lux bona dicta 632.d
lux, quam principio creauit deus, angeli sunt, col. 618.b
& angeli & sancti dicuntur 654.c
Luxum cauere Nasica Scipio docuit Romanos col. 82.d
Lycei diij 1647.c
Λυχνῦχοι quid 1286.b
Lyncus Scythiæ rex 1029.a
Lycopolis Aegypti ciuitas 463.d
Lycoreauicus 1019.a
Lycurgus Lacędemonijs leges tradidit, columna 120.c 562.a
Lycurgi leges, quales, 121.a b

M

MAcedonum regnum quanto durarit tempore 674.d
Maciem ex Iouis igne esse 1010.a
Machabęorum historiam qui conscripsit 97.a
eius liber tertius Græcus ibidem
Machabæorum libros ecclesia quasi canonicos habet 1096.b
Μακεδὼν τεῖχος urbs Thraciæ 862.b
Magia quid 551.a
Magica arte hoies in animalia mutatos 1048.b
magicæ artium initiũ ex dæmone esse 1279.b
magicarum artium inuentor, Zoroastes columna 1295.b
magicis artibus fruges, & agri translata 476.c
magi miraculis illudunt 568.a
magi Aegyptij incantatores tempore Moysis quomodo uocati 934.a
magis Pharaonis cur sit permissum facere miracula 548.b
quatuor esse quæ sine omni Magistro, & artis institutione discuntur 1138.b
Magistratus Rom. quo die lectus Vestæ sacra faciebat 39.b
Magistratus nouem Athenis 1058.a
Magna mater, id est, Cybele dea 95.d
magnæ matris sacra 412.a b
Magusti Astrologiæ, & Magiæ inuentores col. 551.a
Maius Apollini sacer 261.a
Malcus, id est, rex 464.b
Maledictio parentum metuenda 1353.c
maledicti liberi à matre, diuinam diu senserũt ultionem 1349.c & seq.
Malefici qui uulgo dicti 549.c
maleficijs quidam fidem cœpisse Christianam dixere 1132.d
Malus nemo est natura, sed uitio 760.b
malus & si regnat seruus est 224.d
mali item pacem quærunt 184.a
in Cham Noe filio designati 867.c
soli mali aduersitates malas deputant 155.b
malorum causa perditionis est, non adhærere deo 661.b 667.c
Mali cur bonos infectentur 811.a
malos tolerandos in ecclesia Iudæ exemplo discimus 1121.b
semper fuisse cum bonis 885.d
Mali numero longe pios superant 901.a
cur hic prosperantur 1196.d
malis cur benefaciat deus 45.b
malos semper primas tenere 806.b
malis bona, & bonis mala cur eueniant 583.c

Malos cur creauerit deus 630.d 635.c
pro malis orat hic ecclesia 1306.d
malis deus bene utitur 1123.a
Malum quid 636.d
non esse naturam, sed boni amissionem 618.d
sapienti non accidit secundum Stoicos 763.c
mali finis 1137.c
Mala duplicia morum & corporum 155.b
quæ iustis accidunt nõ pœna criminis, sed uirtutis examen sunt 224.d
Christianæ imputantibus religioni quid respondendum 87.a
etiam dei potentiam prædicare 1327.d
sine bonis esse non possunt 774.d
homo peccando sibi ipsi fecit 1328.a
malorum scientia duplex 1395.a
malorum omnium causa est mala uoluntas, col. 667.d
Mamito xij. Assyr. rex 1007.a
Mammam ueteres rumam dixere 240.b
Mammona Syra uox diuitias significat 53.a
de mammona iniquitatis amici faciendi sunt, col. 1321.b
Manasse quo tempore rexerit 1068.d
Mane primum quale 614.d
Manes animæ dicuntur cum incertum sit bonæ an malæ sint 512.a
Manicheorum de carnis origine error 759.c
Manius deus quid 512.d 514.d
Manlius Torquatus filium propriũ percussit securi quod contra edictum pugnauerat 72.b
Manubiæ quid 262.b
Mapalia quid Aphris 1076.a
Marathonius campus 1020.a
Marathus Sicyon. rex 1019.b
Marcellinus tribunus Aphricanus 35.b
M. Marcellus Syracusas defleuit antequam ceperit 42.c Vita eius 43.b c
Marcellus Syracusam à se deletã doluit 176.b
Mare mediterraneum quod 898.c
Salinarum, id est, mortuum 940.a
colore, quasi uestimento se induit 1381.c
Mariani belli origo 138.b
Marica dea quæ prius Circe 120.b 141.c
Marius capite census dictus 188.d
Marius Arpinas 137.d
marij hominis perditissimi felicitas 139.b
crudelitas 140.b & seq.
in ciues Rom. sæuitia 206.a
tyrannis 208.b
M Marij Gratidiani mors horrenda 208.d
Mars Athenis iudicatus cum Alirrhothion occidisset 1018.a b
Martis & Veneris adulterium 1029.b
eius officium 391.d
Martis sydus 282.c stellæ natura 395.a
Marti Lupus sacer 1059.b
Martiales flamines Marti instituti 119.a & seq.
Martyres quomodo Christiani honorent, columna 492.c & seq.
Qui non repugnando, sed moriendo, mundũ uicerunt 1354.a
martyrum constantia 311.b c 475.d
in martyrum corporibus in cœlo, an uulnerũ cicatrices uidebuntur 1369.a.b
martyrum templa delubra paganorũ sequuta, col. 488.c
martyribus non templa, nec sacrificia statuuntur, sed memoriæ, sicut hominibus mortuis, col. 355.b
martyribus nõ baptisatis, mors pro baptismo est 713.b
martyrium quid 1353.c
Martius Mineruæ sacer 261.a
Maspha ubi sita 960.b
maspha, ideſt, intentio 959.d
Massinissę regnum pestilentia uastatum 214.b
Mathematici, cur non æqualiter de geminis iudicãt 284.c & seq. copiose
olim figuras in puluere deliniabant 649.a
in Mathematicos, & diuinatores 1131.b
Mathematicæ artes à Mercurio inuentæ 491
Mathematicæ rationes certissimæ 648.d
Mathusalem sex annis ante diluuium mortuus, col. 830.c
annos xiiij. post diluuiũ uixisse 824.b & seq.
Matrimonia deorum incesta 363.b
matrimonium cognatis cur interdictũ 835.c
Mater magna terra dicta 410.c
Matuta dea 231.a seq. c 120.b
unde dicta 514.d prius Ino 120.b
Leucothea 1039.d
Matutinum à Matuta dictum 232.d
Maximianus minister sæuitiæ Diocletiani, col. 1128.b
Maximus ecclesiæ Synicen. Episcopus 1344.b
Maximus Imperator Tyrannus 1127.d
Mazaca cappad. urbs, quæ nunc Cæsarea 1353.b
Item Eusebia Ibid. c
Medi in Asia regnant annis 350. 229.d
Medicina qua piorum animi iuuentur 812.b
Mediator uerus unus Christus est & nemo alius col. 519. a & seq.
per quid 607.c
Medioximi dij qui 117.b
Medusa una Gorgonum 1033.b
Medusæ caput 1033. c d
Et eius fabulæ occasio Ibid.
Megalesia ludi 96. b & seq.b
Melanthus xvi. Athenienſium rex 1052.a
Melicerta deus marinus 232.d
prius Glaucus 397.a
C. Melius Spoletanus comœdiarum Trabeatarum inuentor 105.c
Memnon Tithoni filius auxilio Troianis missus 1054.a
Memoriam optimam iracundi & contentiosi habent 376.d
Memphis ab Api condita 1005.a
Mena dea 240.a 372.c
Menades quæ 359.d
Menander comicorum princeps 104.d

Secundum

Secundum mendacium uiuere 756.c
Mendicus à minus dicitur 950.a
Menippus phœnix Cynicus 790.b
Mænoles Bacchus dictus 359.d
Mens dea 374.d. 254.c
quid proprie 607.d
etiam sensus dicitur 608.d
in homine, optimum omnium 441.c
mens bona in rebus omnibus optima 374.d
fide purganda, priusq; deo fruatur 607.b.c
an per se ad cupiditates moueatur, an alterius impulsu 514.a
mentis deæ, ædes & festum 255.d
mentis humanæ natura & sagacitas 1379.a
nihil est in mente, quod non prius fuerit in sensu 444.c
Mensis lunaris duplex 832.d
mensis quantitas apud ueteres 831.b. & seq.
menses duos anno addidit Numa 382.b
menses, dijs duodecim sacri 261.a
Menstruus fluxus muliebris 800.d
menstruũ, generãdi materia homini 913.d
menstrui utilitas & detrimentum 376.b
Mercurius quis fuerit 491.c
Hermetis Trimegisti auus 489.d
Atlantis nepos 1008.b
mercium deus 240.a
deus sermonis est 242.b
quasi medius currens dicitur 392.a
cur Cyllenius dictus 393.a
animarum ductor & reductor cur 1012.a
Mercurij Salinum quid 353.d
Mercurij officium 391.d
& cur alatus pingatur & nuncius ibidem b col. 393.c
Mercurij furta 266.d
stellæ natura 395.a
Mercurij quinq; fuerunt 392.c
Mercurios duos colunt Aegyptij 491.b
Meretrices, lupas olim uocabant 1059.b
Mergarides, Bulbi dicti 371.d
Meridies Heb. theman dictus 1088.d
Mœris Mosen filium adoptat 1098.d
Mesappus IX. Sicyoniorum rex 1002.c
Mesappus mons 1003.b
mesappia regio, quære Calabria ibidem
Mesopotamia unde dicta 892.b
Messiam qualem expectent Iudæi 979.a
Q. Metellus, & eius laus 192.d
Romanorum laudatiss. 140.a
felicitas eius 141.a
Metæ in circo quid 99.d
Metropoles ciuitates quæ 538.b
Metus iustorum 767.c
Mezentius Ethruscorum rex 1054.b
Μηχανήματα, quæ 1280.c
Michæas quo scripserit tempore 1074.d
Micipsę regnum 216.b
Miletos, Ionia dicta 432.c
Milina Rudocus Nabuchodonosoris filius 1073.c
Militum in bello ferocitas 45.a
militia immunes erant apud Romanos proletarij, & capite censi 188.d
Millenarij numeri mysterium 1206.b
Miluj natura & generatio 1166.c
Mimallonides, quæ 359.c
Mimi, qui 105.c
& unde dicti 364.c
Minei pop. nunc Arabes 1119.b
Minerua è Iouis capite nata. 234.c & 1026.b
ἀθλωσ dicta 1015.c
cur Pallas dicta 1012.d
quando uixerit. Et cur dicta Tritonia 1006.c
per oleum significata 1014.d
Mineruæ quinq; 236.c. 1012.d
Mineruæ simulachrum, in incendio Ilij seruatum 164.c
Mineruæ logotheca, quid 353.d
Mineruæ ludi Athenis instituti 1021.a
Mineruã quidã summũ æthera ducũt 396.b
Minos legislator Cretensium 1025.b
Minotaurus Labyrintho incluſus 1027.b
Minotauri origo 1029.b
Minutularij, qui 378.a
Miracula quæ ueriora 566.b.c
cur iam non fiant 1339.b. & seq.
& quid de illis sit sentiendum 565.c. & seq.
inuisibilium naturarũ, assiduitate uiluisse, quæ tamen rarissimis sunt maiora 559.d
quæ deus olim fecit, ad comprobãdas promissiones facta esse 547.d. & seq.
miraculorum quare non omnibus tribuantur beneficia 1374.d
& quæ sit Christianorum & gentilium differentia 1355.a
Miracula Christi 1115.d
angelis & dæmonibus fuisse admirabiliora quàm hominibus 528.b
Miracula per quos operet deus 1354.b. & seq.a
ad sanctorum memorias facta, olim recitabantur in ecclesia, libellis 1348.a
tempore Augustini facta 1340.a
martyrum, fidei esse testimonia 1354.a
Miracula Idolorum, quomodo Christianis accipienda sint 1047.d. & seq.
miracula magorum, dæmonum operibus fieri col. 476.a
nihil nisi illusio, sicut & dæmonum 568.a
ex miraculis dæmonum, dei cognoscenda potentia 1279.c
Miseria summa, est ipsa stultitia 645.b
humana miseria per lacum significata 1092.d
miseriæ ac mala, huius uitæ, hominem natura damnatum esse prædicant 1372.a
Miseri quomodo in pace, & sine pace sint col. 1167.b
cur interire nolunt 643.d
Misereatur deus omnium, quomodo 1310.c
Misericordia, quid, & quod eam culparint Stoici 504.d. & seq.

uerũ esse sacrificiũ, si propter deum fiat 545.b
misericordiæ opera, cur pietatem uocamus col. 537.b
Mithridates magnus 200.b
ciues Romanorum omnes, qui in Asia inuenti sunt, occidi iussit 199.c
à Romanis uictus 143.d
Mithridatem uicit Pompeius cum toto oriente 211.b.c
Mithridaticum bellum annis durauit quadraginta 325.b
Moabitæ populus in Arabia 1119.b
Monachi militare nolentes, occisi sunt 1129.c
Monarchia quid 135.c
Monogramma quid 136.a
Mons sacer Romæ 127.d
mons umbrosus quid significet 1086.a
Monstra unde dicta 1286.b
monstrorum ratio 879.c
ex monstris & portentis, quid Christiano discendum 1286.c
Moralis philosophia 449.a
Morbus Gallicus, qui Neapolitanus: ab Indis aduectus 1375.b
morborum genera non omnia in medicorum libris esse cõprehensa 1374.a
Mori commune omnibus 53.c
incipere nos in ortu 716.c.d
moritur uerbum, cur factũ, ut sicut cætera uerba declinari non possit 719.c
an omnes simus morituri 1233.b
morientes qui dicantur 716.a.718.a
Mortui qui in mari sunt 1223.a
mortui plures ad S. Stephani memoriam resuscitati 1347. & seq.
mortuos pœnis affici, ut purgentur, dixit Plato 1293.c
mortuorum manes omnes diÿ putantur à Paganis 488.d
Mors sit ne nec ne, acuta disputatio 718.c.d
mors ciuitatis pœna est 1337.a
martyrum bona 711.d
mors summa hominis 367.a
mortis tempus, quod sit, & quale 715.c.d
in morte esse, quomodo dicatur 719.a. & seq.
an ad declinandum peccata, mors spontanea sit appetenda 76.b. & seq.
mortem sibi consciscere illicitum 61.d
non esse magnanimi 69.c. & seq.
suadebant Stoici 1150.a.b
in eos qui sibi mortem cõsciscũt Platonis sententia 70.b
qui morte uoluntaria interîêre, quomodo colat ecclesia 75.a. & seq.
Mortium genera diuersa, in Rom. ciues à Sylla excogitata 207.d
mors bona & mala, quomodo 712.c. & seq.
duplex, prima & secunda 708.b
animæ duplex 1202.c
quantum sit malum 720.a
durissima 1190.d
mortem quam, comminatus sit dominus primis parentibus 721.a. & seq.
de morte secunda nihil in ueteri testamẽto significatum 739.b
nihil interesse, quo mortis genere uita finiatur 53.7
Mors nec fugienda, nec mala putanda, quam bona uita præcesserit 53.d
horrenda & quare aliquando non sentiatur col. 713.b.c
sæpius in homine optanda 1336.d
Mortem cur fugiat homo 1151.b
Mortem sibi conscíuit Cleombrotus propter animæ immortalitatem 69.d
Mortem non lege naturæ, sed merito peccati inflictam esse 723.d
Mors quo modo bonis bona sit, cum pœna peccati existat 709.b. & seq.
malis mala, bonis bona 715.b
per mortẽ delicta omnia condonari 714.a
Mortificatio spiritualis 946.a
Morem imponere, id est, morẽ gerere 35.d
Moses Museus à prophanis dictus 1009.c
à quibusdam Mercurius creditus 1101.a
quo tempore in Ægypto natus 1007.d
quando populum ex Ægypto duxerit 1008. a & 1019.b
quando fuerit, magna inter autores controuersia 1009.b.c
annorum c x x. moritur in deserto 1019.c
Moysis natiuitas & uita 931.c. & seq.
Moysem omnium gentium theologis esse antiquiorem 1098.a
Mosoch Cappadoces dicti 1218.b
Mnestheus Athenienſis rex 1051.c
Muli an fuerint in arca 860.c
an pariant 862.d
Mulier an semen coeundo emittat 359.b
mulieribus quæ peperissent, tres olim diÿ custodes assignabantur 356.d
Mundus non repugnando, sed moriendo uincitur 1354.a
omnium uisibilium maximum 609.a
cum tempore non in tempore cepit 613.d
cur tunc & non antea sit conditus 611.d
mundi partes quatuor, & animę earũ 380.c
huius mũdi bona, damnato homini in solatiũ esse data 1381.a
sol mundi mens & animus 241.d
ante mundũ conditũ quę fuerint secula 686.b
mundũ factũ esse ex ipso deo discimus 609.a
mundum non esse corpus dei 244.d
mundũ non posse totum perire 675.c.677.c
liber De mundo num sit Aristotelis 222.d
de mundo uictoriã, non sibi, sed Christo iusti ascribunt 1376.c
in mundo nil melius cẽ spiritus 1327.c
Mundus qũo in fine seculi sit periturus 1228.a
infantia mundi 933.a
ætas ab Adam usq; ad diluuium 843.c
anni à diluuio usq; ad Abraham 1072. 885.c
ab Adam sex milia 674.c
de ætate opiniones uariæ 676.b.c
de æternitate opiniones uariæ 610.d
mundum semper fuisse, sed tamen factum esse dixit Plato 596.a
interiturum aliquãdo item dixit Plato 1387.a
Mundi animam quid dixerit Plato 579.b
mundo cur dederit animã dominus secũdum Platonem 593.c
mundum Iouem esse uolunt philosophi 728.a
esse animal beatiss. dicunt Platonici 591.a
esse deum dicit Varro 385.b
ab angelis factũ, quidã dixere 699.d. & seq.
deum esse, & animum & mentẽ habere, nonnulli opinantur 241.c.d
quæ causa cõdẽdi mũdũ scd'm Platonẽ 634.d
mundũ, ex terra & igne effectum 459.d
mundos innumeros nasci & interire dixit Anaximander 431.d
Mundatur per cor caro 582.c
Murci qui dicti 248.c
Murcia dea 247.d
Musæ animorum tranquillitate gaudent 15.a
Musarum fons, in Helicone 1035.a
Musarũ generatio 862.c
Museus Moses dictus 1009.c
Musei tres 1040.b
Musicam ab Amphione inuentã 1035.c
musicam dilexit Dauid 971.a
Musiuũ quid 881.c Mutica spica quid 232.b
Mutinus deus, qui Græcis Priapus 240.d. 361.a
C. Mutius Scæuola 253.b
apud aram Vestę occisus 207.b
Mycenæ unde dictæ & à quo conditæ 1042.d
Myoparo nauicula est piratica 225.c
Myso in septem Sapientum numero 1070.d
Myrtus Veneri sacra 1624.b
Mythicon theologiæ genus 345.d

N

NAbathei Idumęi dicti 1085.a
Naboar Assyr. rex, Baltasar dictus 1073.d
Nabuchodonosor, cum quibus Iudæorum regibus gesserit bellum 1069.d
Nabuchodonosorẽ Chaldæi rebus gestis Herculi anteponunt 1073.b
Nachor frater Abrahæ 891.c
Naiades nymphæ fontium 257.c
Napeæ florum nymphæ ibidem
Natura quid secundum Zenonem 444.b
natura rei cuiusq;, dei est uoluntas 1284.c
sua unde sit rebus omnibus 298.d
naturam esse posse in qua malum nullum, sine bono autem nulla est 1167.d
uitiosa per peccatum 1373.a
non minus est in paruis cẽ in magnis animalibus 637.b
prima naturæ quæ 1144.b
naturã nullam malam esse 635.c. & seq.
bonã esse cõditã ipso peccato cõuincit 1328.a
Nauem primam Danaus ex Ægypto in Græciam duxit 1020.a
nauẽ quę Matris deũ ducebat simulachrũ aliàs immobilẽ mulier casta zona duxit 566.a
Naum quo fuerit tempore 1084.d
Nauigantibus Castor & Pollux propicij 1041.b
Necessitas dicitur quæ in potestate nostra non est 299.d
extrinseca & naturalis 301.d
Necia festa 490.d. 117.c
Necyomantia 424.c Necia sacra quæ ibid.b
Necyomantia quid 426.a
Nemesis dea, quæ prius Leda dicebatur 120.a
Nemroth quare uenator dictus 874.d
Nænia dea 358.d
quid, & unde dicta 361.b
Neocæsarea urbs Cappadociæ 1353.b
Neptunus de stirpe Æneæ prædicit apud Homerum 156.c
Neptunus equestris, Consus dictus 244.a
à Laomedonte mercede conductus 157.b
Neptuni officium mystice 406.d
uxor, Salatia dicta 234.a
Neptunum plures creasse equos 1016.b
Nereides nymphæ quæ 257.c
Nerione Martis 364.d
Neronis luxuria & sæuitia 320.c
in Christianos crudelitas 1126.d
Nerones à fortitudine dicti 365.a
Neropolis Roma dicta 321.c
Νέτη quid 361.b
Næuius secundus Latinus poeta 108.c
Νόθοι quid 365.a
Neuth oppidũ Ægypti Sais dictum 1016.c
Nicandas coriarius palęstrita 1387.b
Nicolaus Triuet cõmentator lib. De ciuitate dei 17.b
Nicostrata Carmenta dicta 243.c
Nigidius mathematicus Figulus dictus 284.c
Nilus Ægyptus ab Homero dicitur 889.d
Nili fons ignoratur, & cur sit Oceanus dictus col. 737.a
Nihil nimis, Solonis symbolum 1072.b
Nympharum, quæ humoribus præsunt, uaria genera 257.c
Ninus Assyriorũ rex potens 870.c
Assyrijs annis imperat lij. 897.d
primus finitimis intulit bella 227.b
totam occupat Asiam 897.a
Ninus secundus rex Assyriorum 994.c
Nini potentia & regni magnitudo 995.a
regnum quanto durarit tempore 227.c
Niniuæ oppida duo 872.d
à Nino condita 870.c.
Niniuitarum pœnitentia 1308.c.d
Niobe Amphionis uxor 1036.a
Nisibis Archad dicta 822.d
Nixidi tres in Capitolio 243.b
Nodotus deus 231.a
Noe iustus & perfectus 856.c propheta 1099.a

nudus Christi passionem præfigurat 867.c.d
Noe generatio in filijs exposita 870
filij, quid significent 867.a.& seq.
filius Ionicus syderum peritus 820.a
Noe urbs, in litore maris rubri 1063.d
Noema, id est, uoluptas 845.c
Nola à Vandalis capta 52.d
Contra eos qui nomina propria, ex sua in peregrinam linguam mutant 1095.c
Nosse ab omnibus amatur 644.c
nosce teipsum. Thaletis symbolum 1072.b
Nouember Dianæ sacer 261.a
Noxia cur deus crearit 635.c.d
noxiorum supplicia Romæ 127.c
Nuditatem suam quomodo cognouerint primi homines 785.a.b
Numa Pompilius Romanis leges tradidit 120.c
cur cum Nympha Aegeria loquutus fingatur 425.a
regnante eo quadragintanouem annorũ pax Romæ fuit 166.c
cur non sit deus habitus 1068.c
hydromanticus 424.c
menses duos, addidit anno 382.b
eius libri de ratione sacrorum inuenti, & combusti 423.a.& seq.
Numantia terror Rom. Imp. 199.b
Numeria dea 240.c
Numerus natura infinitus 611.b.689.c
solidus quis 1067.b
quadratus quis 827.c par numerus quis 651.d
primus impar tria, par quatuor 651.a
numeri ratio contemnenda non est in sacris literis 650.a
in numeris, pars quota, quæ 649.b
numeris omnia constare, dixit Pythagoras col. 347.d.650.a
Numina bona quomodo à malis distinguantur col. 111.a
Numitor Latinorum rex 1059.c
eius liberi 161.a
Nummus asper quid 100.c
nummus & sestertius idem ualent 1323.a
nũmus aureus quando primo percussus 256.b
nummi argentei signatura prima 256.b
Nuptiæ fœcundæ, peccatũ nõ sunt 920.b
nuptiarum dij quinq; 255.d
nuptias negant futuras Adamiani si Adã non peccasset 791.c
nuptias nullas esse post resurrectionẽ 1365.b
nuptijs quinq; cerei nec plus, nec minus accẽdebantur 256.a
nuptæ nouæ olim, in lanatis sedebant pellibus 361.a
nuptiales dij deæq; 357.c
Nyctilena Bacchi sacra dicta 405.d
Nysa Arabiæ urbs 1005.a

O

OBedientia uirtutum omnium mater & custos 777.c
obedientiæ uirtus 734.c
Obelus quid 1109.c
Obliuio malorum duplex 1395.a
Obolus quo signo notetur 1109.d
Obstetrix uirginem inspiciens corrupit 63.b
Occasionem nosce, Pittaci symbolum 1072.b
Occentare quid 109.b
Occidere filios non ideo deo gratũ, quia Abraamo iussit 75.c
occidere bestias & pecora quidã peccatũ esse putãt, quoniã dicitur non occides 67.d
Oceanum patrem rerum omnium, dixit Homerus 433.c
Ocio perit Roma perdita Carthagine 81.a
C. Octauius Augustus & eius gesta 211.d.& se.
Gn. Octauij à Mario occisi, caput in rostris ponitur 206.a
October Marti sacer 161.a
Oculum ex igne esse dixit Plato 731.b
oculos item futuros in corpore clarificato, & quod illorum officium 1389.d
Oceani æstus 290.b
Oeneus rex 1023.c Oeta mons 1026.a
Officiorum genera 591.c.d
Ogygius quando fuerit 1006.c
Ogygia, quæ nunc Bœotia 1013.c
Oleum Aristeus inuenit 1024.a
Mineruam inuenisse 1021.a
Mineruam significat 1014.d
Olea Mineruæ sacra 1024.b
Oleæ coronæ usus 1024.b
Oligarchia quid 135.b
Olympi montis altitudo 470.b.858.d
Omnipotens uere deus dicitur, etiamsi quędam non potest 300.a.b
Omogenia quæ 434.c
ὦμῳ quid Græcis 460.a
Oneus XXIX. Assyriorum rex 1052.a
Opes non esse bonas 53.a
opes faciles magis optandas esse quàm immodicas 100.c
opes Christianorum 50.b
Ophioneus dæmonum princeps 777.a
Ophiuchus cæleste signum 1011.d
Aesculapius creditur 567.c
Ophiusa, Rhodus dicta 1001.c
Opigena Iuno dicta 243.a
Opinio quid 472.d.504.b
Opis deus 240.b
Optimates qui dicantur 135.b
Opera dei in sex diebus, cur sint cõpleta 649.b
opera nostra quomodo ostendenda, & celanda 311.a.b
opera bona, malis mercede temporali repensat deus 311.d
dei esse & cum nobis tribuimus, seruilia fieri col. 1395.c
opera mala cuius sint naturæ 774.c
Orandum quid potissimum 100.c
pro quibus sit orãdũ, & pro quibus nõ 1396.c.d

In oratio-

In oratione dominica, cur dicimus dimitte nobis debita &c. 1320.a & seq.
Oratio unde dicta dominica 1320.a
Orationis genera quinq; secundum Plat. 448.a
Oratio funebris prima 184.a
Orarium quid 1352.a
Orbis in suas partes tres diuisio 897.b
Orchestra quid 354.a
Orchus quietalis dictus 248.d
Orcus deus 375.a
Ordo quid 1167.b
per ordinem quid intellígendum 647.c
Oreades nymphæ 257.c
Orestis corpus septem cubitorum 822.c
Orgia festa Cereris 404.a
Origenes hominũ animas in dæmones dixit mutari 513.b
dæmones post supplicia saluandos credidit
Origenis de animabus 1299.c (1299.c
errores quorum gratia ab ecclesia est reprobatus 1299.c
Orientis & occidentis nominibus totus mundus significatur 383.b
ὁρμὴ quid 1148.d
Orpheus musicus 1040.a
poeta Theologus maximus 1068.a
thrax deorum cultum primus inuenit 538.c
Orphei scripta 1045.b
Orthopolis XII rex Sicyo. 1007.d
Oscillatio quid 1054.d
Osculum fœminæ infixum, uerbere uindicãdum col. 1291.d
Oseas rex Israel 1060.c
Oseas propheta quo scripserit tempore 1074.d
Osiris sacra 362.c
multis uocatur nominibus 1004.b
Bacchus dictus 406.b
serapis dictus 558.c
Ostenta unde dicta 1286.b
Ouationes minores sunt triumphi 1024.b
Ouidij de Christo carmina 1117.a
Ozias Azarias dictus, quo uixerit tẽpore 1075.d

P

PAgani qui 35.d
Pagi unde dicti 1018.b
πάγος quid græcis 1018.b
Palatum græci appellant ὑρωόν 382.d
Palatualis, Palatij deæ flamen 119.d
Palemon Melicerta dictus 232.d
portumnus 1040.d
παλιγγενεσία quanto conficiatur tempore 1386.b
Pallas cur Minerua dicta 1012.d
bellona & duellona dicta 242.d
palladium simulachrum Palladis 36.d
palladium quo loco habitum 165.b.c
Palliati olim græci erant 726.d
palliatæ fabulæ quæ 105.c
Pallor deus 258.a
pallorem deum Hostilius dedicauit 362.a
Palmus duplex maior & minor 881.b
Palmicum augurium quod 426.b
Pan Lyceus & eius festa 1022.c 1047.c
Pandora à Vulcano facta 1010.a
Pantomimi qui 364.d
Paradisus terra hæc est 729.b
ubi situs sit 836.a & seq.
paradisi felicitas 799.a
uoluptas 776.c
paradisum corporalẽ & spiritualem esse 735.b
& spiritualis qui sit Ibid.
Paranymphi qui 360.b
Parcæ tres & officium earum 281.b
parcis omnia uolui docet Plato 596.c
Parentum maledictio metuenda 1353.c
Parcæi qui 797.d
Paridis adulterium 158.d
iudicium fabulam esse 1017.b
Parnassus olim Larnassus dictus 1019.a
Parricidium quid 163.a
parricidis legem nullam Solon uoluit constituere 712.d
Pars quota in numeris quæ 649.b
Parthenia insula quæ nunc Samos 353.b
Partunda dea 357.c.d
Partus similes imaginibus sub conceptum inspectis edi 702.a.b
Paruuli cur moriantur, quibus peccata per baptismum remissa sunt 710.d & seq.
peccatores & preuaricatores quomodo sunt col. 911.b
paruulis passiones non obesse 1295.c
A Paschę festo usq; Pentecosten olim petentes baptizabantur 1351.p
paschalis agnus Christi typus 932.a
Pasiphae solis filia tauro succumbit 1029.c
Passiões esse in Christianis, sed unde sint multum interesse 504.d
passiones potius nobis ipsis facimus quàm ex affectibus accipimus 472.d
Pastores pecorum cur primi patres fuerint potius quàm reges 1171.a
Patelena dea 231.a
πάθος quid 471.d
Patientia dei ad pœnitentiam nos uocat 45.c
Patientiam non perire inæternum quomodo intelligatur 770.c
Veri patris familias officium 1172.c
Pro patria morti se dedit Codrus 1055.b
Patricij omnes Romæ iussu Marij uno die occisi col. 208.b
Patrueles qui 837.d
Pauenna dea 240.c
Pauli apostoli laus 768.a.b
rhetorica 631.c
Paulinus Nolanus episcopus 51.c 52.d
Pauper à paulo lare dicitur & quid ab inope differat 950.a
pauper diues qui 389.d
paupertas sibi consita, summa superbia col. 1299.a
paupertas Attilij Reguli 73.d
L. Valerij 317.b

Q. Cin-

Q. Cincinnati Ibid.c
Paupertate Christi ditati sumus 946.c
Pauonis carnem non putrescere 1228.b
Pauor deus 258.a
pauorem deum Hostilius dedicauit 362.a
Pax uera in uita futura 1393.c
bonorum nobis finis 1160.d
pax dei omnem superat pacem 1388.a
Pax firma nunquam huic populo dei data quia inæternum promissa 970.a & seq.
pax sine bello aliqua esse potest 1167.c
uniuersalis rerum omnium quid 1167.a & seq.
cum bello sub Sylla, de crudelitate certat 208.a
bonum incertum 1153.d
nostra qualis in hac uita 1189.b
terrena malis paratur artibus 810.a
pacis bonum 1151.c
pacis bono omnia constare 1167.b
pacem cum solius ueri dei donum sit dij falsi dare non possunt 166.b
pacem iniquorum pacem non esse dicendam col. 1164.b
pacem omnes cupere 1162.a & seq.
etiam ferissima animalia custodiunt 1163.d
Homines peccaturos deus præsciuit 697.c
non ideo peccat homo quia præscit deus 301.a
Peccatum esse mendacium 756.c d
peccatum & crimen quid differant 772.a
qua fiat uoluntate 756.c
ipsum omnia esse bene condita ostendit 1328.a
de peccatorum impunitate opiniones sex col. 1299.c & seq. multis
concluserit deus omnia sub peccato quomodo intelligendum 1310.a
peccati uirtus qualiter sit lex 712.a
in peccata cadere superbis conducit 780.a
peccata nunquam nobis deesse quantumuis iuste in hoc mundo uiuamus 1320.a
absq; peccato sunt paucissimi 1298.b 768.d
Peccatum originis iuste ab Adam in omnes esse propagatum 709.c d
peccati primi pœna cur in omnes prorogata col. 1293.a & seq.
peccato originali hæc uita nobis pœnalis facta col. 1296.b
in peccato originali duo esse mala 1377.b
Peccatum diaboli quod 755.b
Peccatorum causa prima non est caro 754.b & se.
Peccatum primum cur tantam meruerit pœnam col. 777.c
peccatum temporale cur supplicio punitur æterno 1291.c & seq.
peccati pœna prima 721.c
mors est 709.c
peccati primi pœnalis retributio iusta 781.c & seq.
peccatorum conscientia peccati pœna maxima col. 1289.b & seq.
Peccatum per peccatum declinari non debet col. 74.a & seq.
propter peccati declinationem non esse mortem spontaneam appetendam 76.b & seq.
peccato dominari 815.d
peccato & seruire & imperare possumus 817.b
Qualia peccata oramus nobis dimitti 1320.c
quæ sanctorum intercessione ueniam impetrãt, difficile est inuenire 1322.a
quædam in futuro remitti iudicio 1294.d
à peccatis uno Christi sacrificio liberati sumus col. 420.d
Peccatorum purgatio in hac uita tantum fit misericordia dei 576.d & seq. copiose
peccatorũ excusatio ipsis peccatis peior est 780.d
peccato nullus color prætendi potest quo excusetur 780.d
peccatores non deo, sed sibi peccando nocent col. 664.d
peccatores duobus modis euertuntur 1308.d
Peculium unde dictum 390.a
Pecunia dea 254.d 220.c
pecunia primo ærea postea argentea excusa col. 254.d
prima bigis & quadrigis signata 256.b
pecuniæ nomine omnia significari quæ possidentur 390.a
eius gratia omnia fieri 375.d & seq.
pecuniam nemo sapiens concupiscit 390.a b
Pegasus equus 1027.c
Medusæ filius inter sydera relatus 1035.a
pegasi origo 1033.c
Pelagia mater seipsam in flumen proiecit 76.a
Pelagus proprie quod dicatur mare 898.c
pelasgus Sycion. rex 1051.c 1001.a
pelasgi pop. 1001.a b
pelasgi Danai unde dicti 1020.c
pelasgicum op. quod argos 820.a
Pellonia dea 255.b
Peloponesus Aegialea Apia Argos dicta 997.c 897.d & seq.
Pœnitere deum tropica loquutione dicitur 774.b
Pœna maxima peccatorũ est ipsa cõscientia 1289.b
cur sit æterna cum fuerit peccatum temporale col. 1291.c & seq.
pœnarum octo genera sunt 1291.c
pœnas esse post mortem purgandi gratia dicũt quidam 293.c
pœnates qui, unde dicti, & qui cuiusuis rei proprij 89.a
pœnates dij 37.a & quàm prudenter Rom. urbem suam illis tuendam cõmendarint Ibid.d
qui fuere quos Aenea è Troia aduexit 39.a
pœnatum Troianorum translatio 567.b
Penus omne est quo uescuntur homines 39.b
Persephatte Cereris filia 403.d
Periandri Tyrannis 1071.
Pericles eloquentissimus 108.b
Periclyone Platonis mater 439.d
Pericæci qui 883.c
Peripatetica secta à deambulando dicta 462.a
Persephone dea quæ proserpina 232.b
Persequutio ecclesiæ nouiss. 1217.c
persequutio Christianorum Decij maxima sed Diocletiani seuiss. 1128.c sub Nerone 386.a
de persequutione quæ sub Antichristo futura est col. 1129.d
persequutiones Christianorum undecim col. 1134.d & seq.
persequutionum efficacissimũ est Christum ex animis tollere 1128.c
Perseus in cœlum locatus 1028.c
perseus stellas habet XVII & eius situs 1038.d
perfei fabula mystica 1034.a b
Persia aliquando Christianos eiecit 1126.b
persæ duos deos tantùm colunt 323.c
persarum regnum quãto durarit tẽpore 674.d
Persius morum præcepta ex Platone desumpsit col. 100.c
Perturbatio quid & cur sit in homine, & non in alijs animalibus 471.d & seq.
Pes xij. pollicibus constat 881.b
Pestis maxima Vticæ 214.b
Pestilentia ex locustarum multitudine orta 214.b
Romæ suborta quod ædes sacras priuati tenerent 187.c
magna Romæ 185.c d seq. a b & seq. copiose
Petronia fœmina clarissima Cartha. à morbo miraculo sanata 1348.c d
Petrus salubrius sibi displicuit, quàm ante placuit col. 780.a
Magicæ artis à quibusdam insimulatus 1130.d
Petri apostoli Apocalypsis 854.c
Phalangas fudes uocant, quibus pugnatur 228.a
Phallogogiæ feriæ 406.a
Phallus quid 406.a b
phallus deus qui Priapus 117.d
Phantasia quid & unde dicta 584.a
Pharan opp. 1088.d
Pharao Aegyptiorum regum omnium nomen commune 931.c
Pharaonis nomen qui Israelitas detinuit 933.d
Pharaones Aegypti reges quanto dicti sint tempore 1106.d
à Pharo Insula dicti 933.c
Pharos arx Alexandriæ 1107.c
Pharisæi qui 1101.b
Pharmacia quid proprie 551.a
Pharus Insula prius Carpathos dicta 933.c
Phagous frater Phoronei deus habetur 999.d
Phenas ex Haliæto generatur 1166.c
Phœnicum in Hispaniam transmigratio 455.b
φύλακοι qui 49.d
Φιλανθρωπία quid 780.c
Philippus presbyter 1119.a
Philo Iudæus apostolorum amicus 984.b
Philonides Alexandri cursor 332.d
Philosophia à Pythagora exortum habuit 431.b
cur tripartita 641.a. Et quis eam primo inuenerit Ibid.
amor sapientiæ 439. (amor Ibid.
ad quid prosit 1374.d
mortis est meditatio 437.a
philosophiæ partes tres 102.a
partiũ philosophię ad dei cognitionẽ applicatio actiua philosophiæ pars 440.c (439.c
studium eius in actione & contemplatione existit 438.d & quod partes eius tres sint Ibid.
partes ipsius Plato omnes confunxit 440.c d
philosophiam solus adit feliciter, qui libero est animo 436.d
Vere Philosophari est amare deum 450.d
Philosophandi causa est finis boni 1140.b
Philosophi utilitatis causa scripsere 350.a
à Pythagora cœperunt appellari 1069.d
omnes superbi 772.c
quique quas partes philosophiæ sint sequuti col. 440.d
qui Christiano potissimum sint sequendi col. 451. & seq. copiose
philosophorũ libri pure & attente legendi 310.a
genera duo Italicum & Ionicum 431.b & seq.
inter se concertationes 1103.c & seq.
dissensio unde sit 1102.d & seq.
de circulorum circuitu opinio confutata 687.c
disputationes 101.a
philosophicorum studiorum finis 1102.c
Phineem Heliam esse putant Iudæi 954.d
Phthiriasis morbus 834.a
Physicon genus Theologicæ 346.b
Phlegma cur superiores hominis partes occupet (658.c
Phlegon olympiadum scriptor 1134.b
Phollis quid 1352.b
Phorbas VI Argi. rex 1008.a
Phorcys Cyreneus 1034.a
Phoroneus II rex Argiuorum 999.d 1001.c
Phoroneus urbium primus conditor 820.a
Phoronicum opp. 1001.c
Phryges pop. Thogomor dicti 1218.c
phrygias literas Hercules conscripsit 1012.a
Phryxus Helles frater 1032.a
Phthia ciuitas Macedoniæ 308.d
Physiognomia quid 426.a
Phyto Sibylla Samia dicta 1064.b
Picumnus deus 360.a
Picus primus laurentum rex 1041.d
Saturni filius in auem mutatus 260.b 1043.b
Marti sacer 1044.a
picum deum Romulus dedicauit 362.a
Picturas suo dãno inspiciunt deorũ cultores 101.d
Pietas quid 40.a 260.d 537.b
pietatis templum Romæ 260.d
Piluminus deus 357.a
Pilum quid 360.a
Piratarum bellum intra quadragesimũ diem consumptum 325.d
Pistius deus qui fangus 1055.a
πείθω dea 108.b
Pittacus Mitylenęus 1069.b
Pittaci sententiæ & symbolum 1072.b
patria & uita 1071.a
Planetæ ab errore dicti 395.d
Plato quando natus & quo uixerit tẽpore 457.d
θεῖος dictus 462.d Moses Atticissans 459.c
ait scripturas legerit propheticas 457.d & seq.
poetas tanquam aduersarios urbe pellendos esse censuit 115.b
animas sine corporibus in æternum esse posse dixit 1385.a
& quid

Et quid ſenſerit de reſurrectione col. ſeq.a
mundum aliquando interiturum dixit 1387.a
animum noſtrũ ex aſtrorum putat eſſe ſubſtantia 444.d
cur mundum animam habere docuerit 593.c
Platonis parentes & genus 439.d
laus & illius ſtudiorum gratia peregrinatio col. 438.b & ſeq. copioſe
ſcripta quando cœperint contemni 457.b c
diuitiæ 463.c
eloquentia 462.d
ænigma 413.b
de diis opinio 281.a
de animarum migratione error 593.a
platoni tria eſſe rerum principia 418.b
platonem Labeo inter ſemideos memorãdum putauit 115.c
in Platone tria ſunt quæ ei totum conciliarunt mundum 1387.a
Platonici deos omnes eſſe bonos dicunt 111.d
platonici Ioan. Euangelium commendãt 592.a
platonicos philoſophos omnes in omnibus ſuperare 441.& copioſe ſeq.
patriam in qua manendum eſt uidere, ſed uiam ignorare 589.c
Plauſtrum an ploſtrum ſit dicendum 406.b
Plautus comicus lepidiſſimus 108.c
plautinæ comœdiæ palliatæ dictæ 105.c
Plenneus xi. Sicyo. rex 1007.b
Plinij de Chriſtianis epiſtola 1127.a
Ploſtella quid 406.b
Plotinus philoſophus 511.a
Plotinus Aegyptius 463.d
Pluto unde dictus & quod illius domicilium 418.c
Tellumo dictus 237.b
Axiocerſus 418.a
cur dictus dominari inferis 236.a
Plutonis uxor Proſerpina 234.a
Pluiſſe terram, cretam, lapides 213.d
pluuia defecit cauſa Chriſtiani, prouerbiũ 93.d
πνεύμα quid ſignificet 744.a
πνοὴ quid 743.d
Poculum quid 1146.c
Poeta latinus primus Liuius fuit 108.c
poetæ non utilitatis, ſed delectationis cauſa ſcripſerunt 350.a
poetæ Theologi 1039.c d
poetas noluit in ſua ciuitate habere Plato 102.b 115.b 117.a 465.a
poetarum figmenta reiiciunt Romani 266.d
de poetica licentia quid ſenſerint Romani 106.a
Polemones multi 1142.b
Poliphides Sicyoniorum rex 1051.c
Politiani error de Cerealibus ludis 404.d
Poma Sodomitici agri, intrinſecus fuliginoſa col. 128.c
Pompeius Syllæ ſectator 210.b
Iudæam oppugnat 1113.b
Sanctorum ſanctum intrat 1114.d
piratas Cilices uicit 205.c
Pompeij magni mors 330.c
uictoria & triumphi 211.b
Pomona dea 119.c
Pompeiopolis quæ prius Soli 1071.b
Pomponij multi 248.d
Pontificum Ro. in flamines authoritas 119.d
Populus quid 132.c 1178.a
quid alia deſcriptione 1176.d
olim magnus erroris magiſter dicebatur 70.a
populus Herculi ſacra 1024.b
Populonia dea uidua 363.b
Porphyrius prius Malchus dictus 464.a
quo uixerit tempore 602.c
ex Chriſtiano factus Platonicus 588.d
quid de Chriſto ſcripſerit 1181.& ſe.
Porphyrij de anima error 1385.a b
contra Porphyrium platonicum diſputatio longa 584.& ſeq.
Portenta dici, non eſſe, contra naturam 1284.b
unde dicta 1286.b
Portumnus deus 1040.d
πρωτ᾽ ἄλφῳ Athenienſis menſis 1016.c
Poſidonius Stoicus Aſtrologiæ deditus 282.d
Potentia ſoror Victoriæ 246.c
Potina dea, quæ potionem præbet 240.b
Praſinus color, id eſt uiridis 508.a
Præſcientia dei lib. arb. non tollit 295.d
Et quæ fortuito fiunt ſuas cauſas habent 296.d
præſcientiã dei negat Cicero 294.a
Pregnantes mulieres uariis deſideriis cur teneantur 702.c
Prema dea 357.c d
Præneſte ſubhaſtata 208.d
Præſtãtij cuiuſdã pater in caballũ mutatus 1948.a
Præſtites Genij & lares dicti 514.b
Præterita quomodo uidet deus 634.d
Prætexta ueſtis genus 244.b
Prætexatæ fabulæ quæ 105.c
Priamus Aſſyriorum regi paruit 1054.a
ad aras Mineruæ occiſus 36.c
Priapus hortorum cuſtos, & eius patria 118.a
deus & illius ſacra quando cepta 117.d
Phallus & ithyphallus à Græcis dictus Ibid.
Mutinus dictus 361.a 240.d
cur ſacris Bacchi interſit 406.a cur ortis præfectus Ibid.
Priapi turpitudo 360.c
Primigenia quæ Varroni 1144.b
Principium quod eſt Chriſtus 581.a
pro uerbo dei 652.b
de rerum principijs opiniones uariæ 431.c & ſe. copioſe 613.a
Probitas laudata ab omnibus 146.d
Procas latinorum rex 1059.a
Procurare quid ſit 567.a
procuratores Romani qui 1113.c
Prodigia unde dicta 1286.b
Profanorum authorum uſus in ſcriptura 11.a b
Prohæreſius Cæſarienſis ſophiſta 1129.a
In prohibita nitimur omnes 712.d
Proletarij qui 186.d
προλήψεις quid 448.c

Prometheus hominum de luto fictor 1007.d
promethei fabula 1009.d & ſeq.
promethei iecur ab aquila lacerari quid ſignificet 1010.c
Promiſsio duplex patribus facta, ſpiritualis & tẽporalis 939.a
promiſsiones Abrahæ factæ 895.d & ſeq.
factæ Dauidi in Chriſto ſolo cõpletæ 961.b
Pronubi qui 360.b
Propagationẽ omnium uiuentium, ex opere dei eſſe 1378.a b
Prophetæ qui proprie dicendi 938.c
cur pauci, cum tanta ſit philoſophorum multitudo 1103.& ſeq.
maiores & minores qui, & quare ſic dicti col. 1078.b c
nõ omnia quę prædixerunt intellexiſſe 421.c d
prophetas eſſe qui in prophetarum titulis nominantur 1090.d
prophetarum dicta tripertita 940.d
eorum conſenſus & commendatio 1104.c
tempora & ordo 987.a & ſeq. 937.b
quando ſcripſerint 1074.& ſeq.
prophetis carẽtes Iudei deteriores effecti 111.d
propheticam autoritatẽ, omnibus cęteris ſcriptis antiquiorem eſſe 1097.b & ſeq.
Proſelytus quis 1119.b
Proſerpina Plutonis uxor 234.a
dea Perſephone dicta 232.b
Axiocerſa 418.a
hemiſperium inferius 238.a
proſerpinæ & Ditis ara ſub terra inuenta 191.c
raptus & nominis interpretatio 236.b 402.d
nomina plura 410.a
Proſcriptionis tabulæ quando primum Romę uiſæ 208.c
proſcriptos olim licebat occidere 208.c
Proteus Phari Inſ. rex 933.c
proteus uates 554.b
Prouidẽtia quid & quomodo à fato differat 299.b
prouidentiam deorũ negauit Epicurus 1105.c
de prouidentia, philoſophorum ſententię 562.d
Proximorum cura prima eſt in ordinata concordia 1170.b c
Prudentiæ officium 1149.c
φρυκτῶ quid 172.d
ψυχὴ cur dicta anima 621.d
Pſalmorum libri autor quis 971.b
Ptolomęus Philadelphꝰ literarũ ſtudioſus 1107.a
lxxij. recipit interpretes 1106.a
ptolomæi Aegypti reges 1106.a d
Pubertas quid 835.a
Pudicitia quibus modis ſeruetur 794.b
uirtus animi eſt & comitem habet fortitudinem col. 62.c
nec corrumpitur aliena libidine 62.c d & ſeq.
uiolata non obeſt niſi animus conſentiat 61.a b
pudicitiæ ædes 253.d
Pudendum nihil fuiſſet in homine, ſi non peccaſſet 721.c d
pudenda quare dicãtur, & quod ante peccatum fuerant incognita 685.a
natura gentes omnes tegere propter primi parentis peccatum 786.a
Pudoris cauſa eſt libido 1364.c
Puer dęmonis ſpecie in Brabantia natus 702.b
pueri olim Saturno oblati 400.b
puerperiorum dij deęq; 372.b
Pugilatus certaminis genus 1047.b
Pugnare cum multis nõ eſſe gloriæ 177.a
Pulchritudo quid 1368.a
bonum dei donũ noſtro abuſu fit malũ 848.d
uere pulchrum quod ſemper eſt nunquam mutatur 453.a & ſeq.
M. Puluillus dedicans Iouis ædem filij morte nõ mouetur 316.d
Pullarius quis 199.b
Pulli olim in auſpicio 199.b
Pulmonis omniũ uiſcerũ molliſsimi, officiũ 795.d
Punica bella tria 127.b c
Punicum bellum primũ quando cœptum 256.b
tertium intra tres annos perfectum 325.d
ſecũdũ 18. duraſſe an. 325.a primũ 23. annis 1b.
punici belli ſecũdi clades 193.& ſeq. cauſa 81.c
punicis bellis quanta ſint paſſi Rom. 189.c
Purgãdi gratia temporarias pœnas pati poſt mortem quoſdam 1294.c
purgatorias pœnas ante iudicium eſſe, poſt nullas 1298.c 1307.c
Puteos primus Danaus excogitauit 1020.a
Pygmæi 879.a 881.a
Pyrrhus Romanos uicit 189.b
reſponſum dubiũ ab Apolline tulit 187.a & ſe.
pyrrhi ſepulchrum 1019.a
Pyrites lapis 1277.c
Pyromantia quid 426.a
Pythagorę tempora 169.d 1098.c
pythagoras poſt Numam natum 426.d
Pythia quid 1023.d
ſacerdos quæ 242.b

Q

Quadrigati nummi qui 265.b
Qualitates quid ſint 622.d
Quaternarius numerus primus par totus 651.d
Quærit nos deus, quomodo 957.a
Quæſtor primus dignitatis gradus 81.c
Quies dea & illius templum Romę 248.a
Quindecemuiri ſacrorum qui 343.c
Quiris olim haſta dicebatur 120.b
Quirinus Romulus dictus 119.c & ſeq.
Quirinales flamines inſtituti 119.& ſeq.
Quirites dicti non militantes ſed iamiam dimittendi ab imperatore 1338.b

R

Ratio quaſi ſopita in infãtib. cur iaceat 1378.d
Rationalis naturę ordines quatuor 468.a b
Radagaiſus Gothorum rex cum toto exercitu uictus à Rom. 326.c
Redemptio per Chriſti ſanguinẽ longe antea prędicta 421.b
Regenerationes duę 1204.a
non Regnat ſed ſeruit qui malus eſt 224.d

regnandi cupido quibus gradibus apud Ro. aucta sit 82.d
à bonis procul abest 246.d
quæ causa regnandi olim 227.a
regna tria tempore Abrahã potentissima 897.a
mundi quatuor 1244.a
duo potentiss. Assyriorũ & Romanorũ 994.b
regna, sine iustitia sunt magna latrocinia 225.a
regna deus etiam impijs distribuit 323.b c
diuina constituũtur prouidentia 279.c
etiam malis concedit deus 274.c d
à dijs falsis non administrari 228.c
Rex primus 168.c
regis nomen imperij primum est 167.c
reges primi singulis imperitabãt familijs 227.d
boni & mali 130.a
regum Romanorum præter duos nemo morbo perijt 180.a
Regulare quid. 181.c
Regulus uir opt. & eius infelicitas 130.c d
reguli integritas & quur uictus 190.b 317.a
Rhea siue Ilia Numitoris filia 161.a
Rheni ripæ duæ Barbara & Romana 314.c
Rhetorica Paulus usus est 631.c
Religio dei cultum significat 537.a
unde dicta 542.b
pietas est erga deum 260.d
ubi nulla est uirtutes esse non possunt 1187.c
religioni deditus Puluillus, filij mortem cõtemnit 316.d
religiosi qui 271.b c
Remus occisus 163.a
remi in Auentino ædicula 1338.b
Repudij uerba apud iurisconsultos 365.a
Requies dei 616.b
Res factæ ex tribus sunt dijudicandæ 641.c
Respub. quid 132.c
& quod sine iniuria nulla esse potest 134.d
Restitutus Calamensis ecclesiæ presbyter 796.c
Resurrectio prima & secunda 1202.b
resurrectio corporum unde discenda 1281.a
promissa 1331.a
de resurrectione mortuorum Esaiæ testimonium col. 1236.a
resurrectionem nostrã impossibilem esse putãt philosophi 1331.b & seq.
contra eos qui carnis resurrectionem negant col. 1382.d & seq.
in Resurrectione sexum non mutari 1364.c
in qua ætate & corporis quantitate, resurrecturi simus 1363.b
capilli & unguium præsegmina quomodo redeant 1367.a & seq.
qualem incorruptibilitatem corpora nostra habebunt 620.a b
nihil informe corporibus nostris adhærebit col. 1367.c d
qualia sint futura 1360. & seq. cop. 1370.b
Resurrectionẽ quidã aiũt ad sola corpora & non animam pertinere 1216.b & seq.
de resurrectione quid senserit Plato 1386.a
Rhadagasus Gothorum dux 26.a
Rhea uestalis quæ etiam Ilia 1059.a
Rhetia quid 1050.d
Rhinocoruræ situs 907.c
Rhodus prius Ophiusa 1001.c
rhodium dicendi genus 110.c
Robigus 256.d
Rodolphi Agricolæ laus 135.a b
Roma orbis caput futura fraterno dedicante sanguine 810.c
quando ædificari cœpta 124.a
ab Albanis condita 41.b
quando 157.d & seq. Neropolis dicta 321.c
quo semper fuerit statu 125.b & seq.
quibus aucta & parta sit laboribus 93.a
altera Babylon 1060.a & seq. 995.c
se sua ipsius magnitudine fregit 1113.a
Carthagine diruta ocio periclitatur 81.a
quando & ob quam rationem quietẽ egit 182.c
quibus temporibus, & à quibus potissimũ uastata 209.b & seq.
à Gallis capta 138.d 186.a
à Gothis anno ab ea cõdita M C L X I I I I 17.d
quanta humanitate Christi beneficio à Gothis expugnata 43. & seq. copiose
quibus malis interius laborarit 200.c d
incendio perit 190.c pestilentijs uastatur 185.c
Luxuria corrupta 197.c d
romæ animalia domestica omnia efferata subito 200.d
romæ ordines tres 114.d
romæ pars magna Tiberis inundatione perdita 190.c
romæ uia Sacra ubi 1022.d
pop. Romani classes sex 188.c
de capite Ro. ciuis non nisi magnis comitijs iudicabatur 66.d
romani ciues in Asia omnes uno die Mithridatis iussu cæsi 199.c
romani quos ciuitate donarint 314.c
quirites dicti 120.b
à Troianis ducũt originem 156.b 40.b
ab Assaraco originem ducunt 841.d
Christiani nominis insectatores 34.a
laudis auidi 67.a bello Samnitico uicti 325.b
unde deorũ multitudinẽ acceperũt 171.d & seq.
leges suas ab Atheniensibus mutuarunt 120.c
contra Albanos 175.d
romanorũ superbia 35.c laus præcipua 42.b
sub consulibus uita 182.d sub regibus 178.
romanos libertas & cupiditas ad facta sua compulere 315.b
romanis suscipiendi belli quæ causa potissima col. 167.c & seq.
Rom. resp. Cannensi clade exhausta 193.c d
ro. resp. ante Christi aduentũ corrupta 128 b c
rom. remp. nunquã fuisse remp. 1177.d & seq.
ro. Senatores multi Romã nũq̃ uiderunt 314.d
discessiones Ro. plebis à patribus 127.b d
romana fata cuius Sibyllæ carminibus fuerint celebrata 1064.d
romanos sæpius uictos terminos suos retraxisse col. 268.a & seq.
ro. imp. cur deus auxerit infidelibus 303.d
ro. imp. nõ est Iouí ascribenda amplitudo 233.a
terrores duo, Numantia & Carthago 199.b
rom. imp. infaustum Euphratem transire 269.c
in Ro. imp. principio fuisse prophetas 1075.b
Ro. regnum omniũ bellorũ feritatẽ uicit 1244.b
quibus artib. regnũ suũ dilatarint 304.a & seq.
romanorũ regũ uita qualis, & exitus 178.d
Romulus deꝰ factus 120.a Altellus dictus 410.a
Quirinus 119.a augur fuit 343.c
de Romuli hasta florente commentum 1338.a
romuli uxor Hersilia 248.b
diuinitas cæteris præstantior 1334.d & seq.
pater 159.d parricidium 162.b c
mors & exitus 178.d & seq.
romuli & Christi collatio 1335.d
Romulum & Remum cur lupa aluerit 1059.a
Rota mundi quid 596.d
Rubigo segetum quid 256.c
Rudiæ Salentinorum urbs 135.d
Rufinus tutor Archadij 25.c
Rumam ueteres mammam dixere 240.b
Rumina dea uidua 363.b 240.b
Rumínus Iupiter dictus 387.c
Runcare, id est euellere 232.d
Runcina dea 231.a
Rusor deus 409.c
Rei rusticæ scriptores 292.a

S

SAbbatum domini inter nos & illum signum esse sanctificationis 1396.a
maximum, quod uesperam non habet 1395.b
Sabæi populi 214.a
Sabinarum raptus descriptio 172.d & seq. 121.c
Sabini unde dicti 1055.a
Sacerdos noster magnus, Christus ipse 546.a
sacerdotes Galli castrati 413.a
sacerdotum Aegyptiorum iuramentum 559.a
sacerdotium Iudaicum mutandum præfiguraúit Samuel 951.c & seq.
Sacra dijs festis instituta 1020.d
sacra uia Romæ 1022.d & seq.
sacra unde didicerit Numa Pompi. 425.a
sacrorũ potestas secundũ regẽ maxima 1056.a
sacrorum præfecti qui Romæ 343.c
Sacramentum altaris 546.c
sacramenti significatio 1313.a
sacramenta è Christi latere manasse 857.a
neminem damnandum qui sacramenta Christi habuerit; quidam opinantur 1302.c
Sacrificiorum recta oblatio, & diuisio 814.b
nulla sanctis martyribus sed uni deo offerenda col. 492.c & seq.
nec angelis esse sacrificandum 547.b
Christo uiuenti cur non sit sacrificatum 571.a b
sacrificia deum non requirere, sed quod sacrificijs significatur 543.b & seq.
sacrificia uisibilia, cur deo inuisibili offeramus col. 572.a & seq.
Sacrificia ista quę sint uera, quę deo debem⁹ 540.d
sacrificia sanctorum quæ sunt 1250.a
sacrificium iuge ecclesiæ 573.b
sacrificio Christi omnia nostra peccata delera esse 420.d
sacrificium Christianorum quod 328.b
unum tantum esse Christianorum 493.a
sacrificium secundum ordinem Melchisedech col. 954.b c
sacrificij nõ munera, sed animum respicit deus col. 817.c
sacrificia uera quibus delectatur deus 544.a & seq. copiose
Sacrificijs quibus dij delectentur 466.a
sacrificatũ olim humanis uictimis dijs, & quando prohibitum 401.d
sacrificia tristia 111.d
Sacrificium noui test. 983.a
sacrificia ueterum quid significarint 543.c
Saguntus Hispaniæ urbs 196.c d
saguntini uniuersam ciuitatẽ interire quàm fidẽ frangere maluerunt 1337.a
saguntinorum miserabile exitiũ 195.a & seq.
Sais op. quando conditum 676.b
Sais op. Aegypti Neuth dictum 1016.c
Sal unde conficiatur, & quare in aqua soluitur, & in igne resiliat 1227.a
salis statua in quam Loth uxor cõuersa est mystice 915.d
Salacia quid 406.d Neptuni uxor 234.a
Salapia Apuliæ ciuit. 1045.c
Salem, quæ Hierusalem 970.c
Saliatio diuinationis genus 426.b
Salmanassar, qui Sennacherib 1068.d
Salomon, interpretatur pacificus 961.d
Et quod Christi fuerit figura seq.a
uiuente patre, cepit regnare 962.b
annis 40. regnauit 970.a quando 1058.b
an Salomonis tempora uere dicantur pacifica col. 969.d & seq.
Salomon fœmineis blanditijs compulsus fit Idololatra 775.d
libros multos cõscripsit qui non extant 984.b
Saluentur quare non omnes 1293.a
Salustius nobilis historicus 41.d
salustij eloquentia 128.a
libri quidam amissi 127.a
Salutationes inter magnos honores Romæ habebantur 130.d
Samaria nunc Sebasta 1084.d
samaritani qui, & unde dicti 1068.d
samaritanæ literæ 1096.c
Sambetha, Sibylla persica dicta 1063.d
Samniticum bellum annis durauit 50. 325.b
Samos insula unde dicta, et quod prius Parthenia uocata sit 353.b c
Samson Hebr. iudex 1051.c
seipsum interficiens non peccauit 75.b
Samuel iudex & sacerdos 942.d
abolendi sacerdotij figura 951.c & seq.
Samus insula à Iunone dilecta 352.a

Sangus qui Sanctus primus Sabinorũ rex 1051.d
sangus deus Pistius dictus 1055.a
Sancti dij dicti 531.a
quæ sciant, & unde in cœlo 530.a
quomodo damnatorũ scient pœnã 1395.b
ubi erunt in conflagratione mundi post iudiciũ col. 1228.c
qua obliuione malorum nõ meminerint 1395.b
sanctorum mors preciosa 714.c
egressio ad uidendum pœnas malorum qualis col. 1240.d
uidere eorum in futura uita, quale sit 1388.d
sanctis nihil perit in amissione temporaliũ 50.b
Sancti mortui quomodo honorandi 492.c & seq.
sanctorum cultus & ueneratio 355.b & seq.
& quod memoriam quidem illorũ celebremus non inuocemus Ibid.c
sanctis nec templa statuimus nec sacrificamus col. 1355.b
Sancti miracula à domino impetrant 1354.a
sancti quid acturi sint in uita futura 1387.c & se.
sanctorũ regnum cũ Christo, mille annis quod col. 1212.c & seq.
ad memorias illorum multa olim facta miracula 1340.& seq.
sctos esse lumina 539.d miracula facere 1349.a
Sanctorum intercessione omnes homines esse saluandos in iudicio quidã opinantur 1300.b
sanctos pro peccatis nostris intercedere in uita futura 1321. & seq.
Sanctitas corporis non amittitur animi sanctitate manente 63.c
Sapho num Sibylla 1604.d
Saphrus xiiij. rex Assyr. 1007.c
Sapientia ipse deus est 429.c
sapientiam ueram deus non reprobat 588.b
sapientiæ lib. Salomonis non esse 981.b
Sapientis uita est uirtus 1145.c
sapientis nomen in Pythagora abolitum 433.a
sapienti nullum malum posse accidere opinantur Stoici 763.c
an ei animi passiones accidant 500.& seq.
sapienti non esse administrandã rẽpub. quidam dixere 1103.c
sapientem quem dixerint græci 1070.d
de sapiente solus sapiens iudicare potest 1011.a
sapientes in quo à cæteris differant hominibus col 732.c
quid in affectibus deceat 509.d
res decem esse in quibus uersantur 192.d
sapientes septem Græciæ unde nomen hausere Eorum nomina Ibid. 1069.c (433.b
sapientum septem sententiæ 1072.b
quo uixerint tempore 1068.a 1070.b c
Sara soror Abrahę 899.c
significat principem 913.c
cœlestem significat ciuitatem 807.c
sarę sterilitas 808.d
pulchritudo 916.a
nomẽ cur mutatũ, quidq; illud significet 912.c d
Sardanapalus Thonos concoloros dictus, & eius epitaphium 131.a
ab Arbace uictus 229.c
Sardanapali libido 130.c d
Saronidę qui 455.a
Sarpedon 1025.b
Saturnus homo summè impius 236.d
seminum omnium potestatem habet 374.a
quid sit 390.c à satu dictus 237.a 373.a
κρόνῳ uocatus 400.d senex pingitur 352.d
& quę illius natura Ibid. 337.a
temporis est longitudo 234.d
patrem suum dicitur castrasse 413.d
cur filios proprios comedere dictus 355.a
saturni officium mystice interpretatum 399.d
filij tres 236.a
simulachrum æneum in Aphrica 401.c
saturno olim pueri oblati 400.b
saturni sydus aquas esse quæ super cœlos sunt opinantur quidam 657.c
saturni familiæ regũ antiquorũ uocãtur 1012.b
Saturnaliũ turpitudo & à quibus celebrata 105.d
Saturnia Italia 1043.b
Saturniam opp. Saturnus condidit 377.d
Saturninus Vzalensis ecclesiæ episcopus 1341.d
Satyri cur Liberi comites 243.a
satyrarum origo 105.a
satyra quid contineat 105.d
Saul annis 40. regnauit super Israel 958.a 1057.a
Scala Iacob quid significet 925.d
Scapus quid 412.b
Sceleris in scelere, scelus ipsum est supplicium col. 1289.c
Scenarum ornatus 105.b
scenici magno olim dignati apud Græcos honore 109.d & seq.d
Sceleribus non innocentia sed sæuitiæ magnitudo impunitatem parit 225.c
Scenici tribu apud Romanos mouebantur 113.b
scenici ludi in diuinis positi rebus 219.d
ppter pestilentiã primitº instituti 103.b c & se.
diabolicum inuentũ, & eorũ uanitas 83.c & se.
scenicorum ludorum instauratio 264.b
scenici ludi diu Romanis ignoti 113.c
scenicorum ludorũ turpitudo 147.a & seq.
Scęuolę multi 266.d
Scipiones unde dicti 107.b
scipio quo tempore Romę floruerit 1337.d
scipiones fratres duo belli fulmina 108.c d
Scipio Aphricanus Imp. primus cui ex prouincia nomen datum 576.b
Scipio Nasica Carthaginem noluit dirui 80.d
eius integritas 82.c
Scipio Nasica simulachrũ matris deũm in urbem tulit 97.c
Hannibalis uictor & domitor Linternensi oppido exulauit 197.c
scipionis Aphricani mors 134.c
Sciopodes 879.a
Scientiam sine charitate plurimum obesse 527.a
scientia angelorum 648.a & seq.
qualis insit brutis 644.d
inter angelorum & dæmonum sciẽtiam quid intersit 528.d
Scire omnes desiderant 644.c
nihil posse certo sciri dixere Academici 643.c
dominus sciuit, id est, scire fecit 918.a
Scriptorũ ferè omniũ uitium cõmune 1105.a
Scribæ qui 1101.b
Scripturæ apocryphæ, unde dictæ 852.b
scripturam è Græco in Latinũ uersam 742.b
scripta antiquorũ quorundã cur non recipiantur in canonem 1099.b & seq.
in scripturis numerorũ rationem nõ esse contemnendam 650.a
Scripturæ authoritas 608.b.c
Scriptura cur humano more de deo loquaẽ 856.a
Scriptura duorum testamẽtorum quomodo intelligenda 807.c
scripturæ intellectus triplex 941.c. & seq.
scripturã historice & allegorice interpretandam 858.c
scripturas nemo intelligit, qui linguã qua scriptæ sunt ignorat 114.b
sacræ scripturæ interpretes multi 1107.d. Et quæ omnibus præferenda 1108.b
In dubijs uerbis scripturæ, unde ueritas petenda 766.a.b.832.b
scriptura in conuentibus Christianorum olim publice legebatur 149.c
scripturarum suarum qualem uelit habere iudicem Augustinus 91.d
Scripturæ utilitas ad quid utilis 631.c.d
Scythæ philosophantes genus hominũ simplex (455.a
Scythius equus Neptuni 1016.b
Sebasta quæ olim Samaria 1084.d
Seculũ quid 191.d.691.c.910.b
& unde dictum 910.b
secula seculorum quæ 690.d. & seq.
per secula seculorum æternitatẽ intelligit scriptura 1305.a.690.d
seculorum reuolutionẽ non esse, sicut somniãt philosophi 679.c. & seq.
secularium ludorum ritus 191.b
Secũdæ res etiam sapientũ fatigãt animos 981.a
secundis rebus mala quæ exoriri soleãt 125.c
Segetia dea 232.a
Segetibus quos deos præfecerint Rom. 230.d
Seir mons Esau dicitur 1085.b
Selenitis lapis lunæ imaginem referens 1277.d
Seleucia quondam Calane dicta 889.c
Sem ciuitatis dei instaurator post diluuium col. 884.b
Sem, id est, nominatus figura Christi 867.a
Semidei qui 575.a
Semiramis 998.a
semiramis à filio interfecta 995.c
Senaar campus Chaldeæ 872.b
Senarij numeri perfectio 649.b
Senatores Romani, multi qui Romã nunquam uiderunt 714.d
Seneca an apostolorum contemporaneus 361.c
Senecæ de Iudæorum & Christianorũ ritibus sententia 365.c.d
Senectutem quomodo serpentes exuãt 470.a
senium non sensit Zoroastis caseus annis uiginti 1296.a
Sennacherib Salmanassar dictus 1068.d
Sensus etiam de interioribus dicitur 608.c
qui & quomodo falluntur in homine 643.b.c
sensus imus si fallit nõ est ei amplius assentiendum secundum Epicurum 448.b
Sensibilia quæ 446.a
unde dicta 644.d
nõ solũ sensu, uerũ & intellectu sentiri 1391.c
Sentia dea 240.c
Sentinus deus 372.c
Septimius Seuerus Imperator Christianorũ persequutor 1127.d
Sepeliendi sanctorum corpora ratio habenda est. 56.b.c. Et quod sepelitio fidem resurrectionis astruat ibidem d
sepulchrorum religio uetustissima 424.b
sepulturæ curam etiam philosophi contempserunt 55.a
nullam habebit Christianus 54.b.& seq.
insepultos plerosq; abijci leges iubent 55.c
sepulturam renuit Diogenes 55.c
Septenarius numerº suo modo perfectº 650.c.d & quid significet conseq. a.b.& seq.
September Vulcano sacer 261.a
Septemuiri epulones qui 353.a
Septenarius numerus, ecclesiæ perfectionem significat 945.c
Septuaginta interpretes 1100.b
Septuaginta interpretes nemo ausus est emendare 832.b
omnibus alijs præferendi 1108.a.& seq.
septuaginta quinq; animæ cum quibus Aegyptum intrauit Iacob 927.d
Sequanorum fines ab Heluetijs per murum diuisi à Cæsare 862.b
Serapis quis 1004.c.d
eius simulachrum ibidem Osiris 558.c
Apis dictus 1003.c.d eius sepulchrũ 1005.b
Serapidis symbolum canis triceps 1031.b
in Serapidis templo simulachrum ferreum in aere pendere 1280.d
L. Sergius Catilina 141.b
Serpens quando super pectus cœperit ambulare 628.d
per serpentẽ diab. loquutus est Euæ 775.c
serpentem æneum cum magna laude contriuit Ezechias rex 549.a
serpentes quomodo senectutẽ exuant 470.a
serpentes uolasse 213.d.& seq.
serpentum ætas diuturna 468.d
Serræ inuentor 1036.a
Sertorij gesta & mors 211.a
non Seruire deo, homini non deo molestum col. 782.c
seruitus boni est libertas 224.d

seruitutẽ per peccatũ introductam 1171.b
ſerui unde dicti ibidem
ſeruilia erunt opera bona, ſi nobis tribuantur col. 1396.c
C. Seruilius Glaucia 204.d
P. Seruilius piratas Cilices uicit 205.b
Seſtertius quid 1323.a.b
Seth interpretatur reſurrectio 838.c
Sexus fœminínus in maſculinũ mutatus 213.d
Sibylla quę Tarquinio libros uendiderit 1064.a
Sibyllæ quæ dicantur 1063.b
quot fuerint quoue uixerint tempore ibidem
Sibyllæ libros, adire nemini, niſi ordinatis licebat 343.c
Sibylla Cumana dicta Amalthea, Herophile & Demophile 1064.b
Sibyllarũ de Chriſto uaticinia, ex Lactãtio ibid.
Sibylla Colophonia Lãpuſia nomine 1064.d
Sibylla Cumæa Italica dicta 1064.a
Sibylla Delphica Themis nominata 1063.d
Sibylla Erithręa, quo tempore fuerit 1063.a
Sibylla Erithræa manifeſte de Chriſto ſcripſit col. 1061.a.b
Sibyllæ Erithręæ uerſus de Chriſto 1061.b.c
Sibyllæ Erithręæ duo 1064.a
Sibylla Helleſpontica 1064.c
Sibylla Perſica, quã Chaldæam & Hebræã uocant, Sambetha dicta 1063.d
Sibylla Samia Phyto dicta 1064.b
Sibylla Samia, quando fuerit 1068.d
Sibylla Tyburs Albunea nomine 1064.c
Sibyllini uerſus qua ratione ſcripti 1065.d
Sibyllinas prophetias non eſſe fictas 1117.a
Sichem cur duæ & ubi ſitæ 899.a.b
Sicilia Aetnę montis incẽdio periclitata 214.a
Sicyon urbs Peloponeſi 897.d
Sicyonij res ſuas occultiſsimas eſſe uolebant
Sicyoniorũ regnũ in Europa 897.c (992.d
annorum 959. expirat 1052.a
Sicyoniorum origo 997.c
regũ ordo 999.b.& ſeq. reges primi 995.c
Sigalion deus Harpocrates 1005.b
Significantia omnia earum rerũ quas ſignificãt nomina ſuſtinent 1120.b
Siluanus deus noctiuagus 356.d
Siluani Incubi dicti 850.a
Silentij deus Harpocrates 1005.b
ſilentium ſentitur nõ audiendo 670.b.c
Silueſcere quid 128.b
Siluia ſacerdos Veſtalis 161.c
Siluius quartus Latinorum rex 1052.a
Simplex natura quæ 619.d
Simplicianus Mediolanenſis epiſcopus 592.a
Simulachrum Apollinis Cumani fleuit quatriduo 169.b
ſimulachrum fortunæ Romæ loquitur 251.b
ſimulachra diis ponere primus Tarquinius Priſcus docuit 273.c.d.
deorum quare primitus conſtituta 378.d
deorum eſſe corpora dixit Trimegiſtus 480.d
magica quomodo facienda 487.c
ſimulachra reprehendit Seneca 361.c
per ſimulachra dæmones in ſuam nos trahunt captiuitatem 485.d
ſimulachrorum uſum etiam Pagani deteſtantur 270.a
quando cœperit 1068.b
ab eorum deprædatiõe abſtinuit Fabius 42.d
ſine ſimulachris deos ſuos diu coluere Romani 272.c
& quod ſimulachrorum inuentio mala multa attulerit 272.c
Sina mons qui Caſsius 808.b
Sion interpretatur ſpeculatio 975.a
Sion mons ſignificat Iudæam 1084.a
ex Sion euangelium prodijt 976.d
Sipuntum Apuliæ ciu. 1045.c
Syriæ nomine olim Aſsyriam comprehẽdebant col. 899.d
Syri ex piſcibus lacus Dercetonis nõ guſtant col. 998.a
Sitici populus Mauritaniæ 1352.c
Societatis humanæ gradus tres 1156.d
Socrates philoſophus 435.a.b
inter cæteros philoſophos cordatior 436.d
innocẽtiſsimus ab Ariſtophane irriſus 107.c
Soc. philoſophia 435.b.& ſeq.
accuſatores tres 437.b
& quod omnes ob damnatum Socratem mutati ſint ibidem c
Sodomiticũ incendiũ quid ſignif. 915.c & ſeq.
incẽdij prophani meminerũt ſcriptores 916.a
ueſtigia eius in fructibus illius relicta 1277.b
Solis defectus quid 181.c
Solem ſtetiſſe, & rediſſe retro 1284.d
bis occidiſſe, unde nunc oritur mẽtiuntur Aegyptij 676.b
non eſſe maiorem, quàm appareat dixit Epicurus 448.b
eſſe animal Platonicorum ſententia 591.b
lapidem eſſe dixit Anaxagoras 1103.b
Soliſtimum quid 199.b
Solõ cur nullã pœnã parricidis cõſtituerit 712.d
Solonis patria, uita & mors 1071.b
ſymbolum, nihil nimis 1072.b
Soli Ciliciæ urbs Pompeiopolis poſtea 1071.b
Solyma cur Hieruſalem dicta 970.c
Solymi populi 970.c
Somnus aliquando inquieta quies 1374.b
Sophonias quis 1090.d
quando prophetarit 1089.b
Sophronia morte ſpõtanea interijt ne à Maxentio corrumperetur 76.a
Σωφροσυνη quid 547.a.1149.a
Σοφος quid 1003.d
Sotadicum carmen 973.b
Spartacus bellum excitat ſeruile 205.b
fugitiuorum dux 226.d
Spectaculis deorũ Auguſtinus iuuenis interfuit 94.d

Sperantibus non timentibus iuſtitia dei reuelatur 1309.b
Speuſippus philoſophus 463.a
Sphinx quid & quæ illius forma 882.b
Sphingis forma & ænigma 1037.d
Spiraculũ quod deus primo inſpirauerit homini 741.d.& ſeq.
Spiritus qui ferebatur ſuper aquas 579.b
ſpiritus pro aere 297.a
Spiritus ſanctus an recte patris & filij bonitas dicatur 639.d
ſpiritus ſapientię qũo multiplex dicaẽ 620.d
Spiritũ ſanctũ ſufflando dedit Chriſtus 743.b.c
Sp. ſan. quo die miſſus 1133.b
Sine ſpiritus ſancti gratia nulla prodeſt correptio 812.c
Spiritus humani poſt exutum corpus præſtantia 1382.b
ſpiritualis homo in uita hac & futura 1371.b
Spiritus malignos falſis notari delectat crimini
Spithama quid 881.b (bus 109.b
Spoletum ſubhaſtatum 208.d
Sponſioni iacturam nõ deeſſe, Chilonis ſymbolum 1072.b
Sporades inſulæ 1036.d
Spurius Aemilius primus annonæ præfectus
Staphilus paſtor 1023.c (185.d
Statilinus deus 254.c
Stellæ non faciunt, ſed ſignificant 282.b
ſtellarum uirtutes & effectus 394.d
poteſtas qualis & unde 279.d.& ſeq.
ſtellis ſacrificant gentes 241.b
ſtellas uane deorum nomina accepiſſe 393.d
non omnes uideri poſſe 903.b
Stelliones quid 862.b
Sthenelus Ix. Argi. rex 1008.b
Steno Gorgonum una 1033.b
Sterces ſtercorationis agrorũ inuẽtor 1042.b
Sterquilinus deus 360.a
Ad S. Stephani reliquias miracula facta 1346.a
S. Stephani reliquiæ Romã trãslatę 1352.c
Stephaterium quid 1023.d
Stercutius deus 1042.b
Sterilitatis cauſæ 913.c
Stilico tutor Honorij 25.c
in foro pacis Romæ cum filio obtruncaẽ 17.c
Stimula dea 240.c.247.d
Stoici cuiuſdam philoſophi de perturbationib. animi reſponſio 501.a.& ſeq.
Stoici an ſecundum ſpiritum uixerint 752.c
Stoicorũ principes Zenon & Chryſipp. 501.c
de affectibus opinio 105.& 763.b
ſuperbia 1150.a
Stoicam ſectam Chriſtianæ ſimillimã religioni cenſet Hieronymus 225.a
Strato Lampſacenus 364.a
Strenua dea 240.c.248.a
Studiorum gratia Aegyptum & Italiam peruagatur Plato 440.a.b
Stultitia ſumma eſt miſeria 645.b
Stuprari inuitas cur deus patiatur 77.d.& ſeq.
Stupratæ uiolenter cur non ſeipſas exemplo Lucretiæ occidant 65.d 74.a.& ſeq.
Stuprũ uiolentum animũ nõ cõmaculare 61.a.b
Subſcudes quid 862.b
Subigus deus 357.c.d Succubi qui 853.d
Sudare hominẽ qñ uellet, uidit Auguſtin. 796.c
Sumanus deus 259.d.262.a.514.c
Subhaſtare 209.a
Superbia quid 778.b
malæ uoluntatis initium 778.b
peruerſe deum imitatur 1164.a
commune philoſophorum omniũ uitiũ 772.c
nonnunq̃ maior in inopia q̃ in copia 1298.d
ſuperbia angelos è cœlo deiecit 667.c
ſuperbia inuidiam ſequitur 776.d
Superbus ſpiritus quod dei eſt affectat 33.c
ſuperbi ſibi placentes dicti 779.a
ſuperbi nomen cur Tarquinijs additũ 180.d
ſuperbis in peccata cadere utile eſt 780.a
Superſtitioſi qui proprie 270.c
Superfœtantia animalia 290.a
Supplantatio quid proprie 979.d
Supplicia noxiorum Romæ 127.c
Surſum corda in miſſa 542.a
Sicyonij regni potentia 897.a
Sydera quarto die facta 618.a
Iouis eſſe partes dicunt Pagani 241.b
animalia eſſe Platonicorum ſententia 591.b
omnia de terra nata eſſe dixit Anaximenes col. 434.a
ex elementis conſtare docuit Plato 1358.c
an ſyderum influxui res oẽs ſubij cianẽ 291.a
Syderum curſus 1284.c
eorum uis 279.d
Sylla Tarenti ſacrificãs coronam aureã in capite iecoris uitulini inuenit 142.d
Syllæ crudelitas 143.d
uita perdita 137.a.& ſeq.b
ſepultura 211.a
in Rom. ciues ſæuitia 207.b.& ſeq. copioſe
facta eius dæmones ſibi aſcribebant 142.a
Syllanæ uictoriæ crudelitas 207.a.b
Syluius Aeneæ filius 1005.d
Syluij Latinorum reges dicti 1057.a
Syllogiſmi partes tres 114.d
Symeon Cleophæ filius ſecundus Hieroſolymitanus epiſcopus 1127.c
Symphoniaci qui 96.c
Syracuſæ prius defletæ antequam uictæ 42.c
expugnatæ 43.c
Syron equus Neptuni 1016.b

T

Tabernariæ comœdiæ 105.c
Tabulæ proſcriptionis, quando primũ Romæ uiſæ 208.c
Talionis pœna 1291.c
Talus ferræ & torni inuentor 1036.a
Taprobane inſula 883.d
Tarpeia uirgo ſcutis enecata 174.d

Tarpeia porta quæ prius Pandana 378.b
L. Tarquinius Collatinus à Bruto collega respuitur 122.b
Tarq. cotē secuit nouacula 566.a
Tarquinij quare Superbi cognominati 180.d
Tarq. mors 127.a exitus 182.a. 1127.a
Tarqnio Prisco Sibyllini oblati libri 1064.b
Tatius Sabinorū rex à Rom. occisus 175.b
Tauri, ludi, inferorum dicti 192.b
Tautanes Assyriorum rex 1051.c
Thecuæ oppidum 1076.a
Teletæ sacrificia 273.b. 550.a
Telxion quintus Sicyoniorum rex 995.d
Telonæ exactores dicti 129.b
Tellumo Pluto dictus 237.b
Tellus & terra differunt ibidem
Temperantia cur nō meruerit esse dea 252.b
Templum dei nos sumus 540.c
tēplū secūdū, nouū est testamētū 725.b. 1111.d
templū Hierusalē à Cassio spoliatū 1113.c
tēpli Hieruſ. q scriptores meminerint 1058.b
templi primi & postremi differentia 1119.d
templa primo hominib. benemeritis ędificata
templa apostolorū asylū facta 34.a (394.d
quæ turpiter in paganorū templis fiant 101.c
Tempus quid 614.a
tempus & æternitas, in quo differant 613.c
tempus cum creaturis cœpisse 613.c
tempora à motu syderum 683.c
temporum momēta qualia sint apud angelos ignoramus 624.a
circuit⁹ & reuolutio sc̄d̄m philosophos 679.c
temporalibus magis utendum, quam fruendum 641.c
Tenebræ dæmones dicti 654.a
tenebrę sunt aer carens luce 620.c
non uidendo uidentur 670.b
tenebras non esse bonas 63.a
Cur tentarit diabolus Christum 528.a
non omnis tentatio culpanda 916.d
quare tentari deus permiserit hominē quē nouerat casurum 801.a. & seq.
Terentius Scipioni familiaris 112.c
Terētij Adelphi in ludis funebribus acta 490.d
Terentianæ comœdiæ palliatæ dictæ 105.c
Terentianus Carthaginensis poeta 341.d
Terentus locus 191.b
Terminus deus & eius sacrificia 261.b. & seq.
Termino deo Februarius dedicatus 381.c
Terra & tellus differunt 232.b
terra noua 1224.b
terra deorum mater 354.c
& si rerum omnium sit mater nullius tamē est creatrix 701.a
cur non tota aqua circumdetur ut reliqua elementa reliquis 657.a
quare medio librata pendeat 731.a
terræ nomina diuersa & eius simulachri species 410.c. & seq.
terræ promissionis limites 940.a
terræ hemisperium superius Venus dicitur, inferius Proserpina 238.a
in medio terræ, id est, in hoc corpore 948.b
terram in duas tantum partes nonnulli dispescunt 898.a
terram promissam, quando Israel totam possederit 939.c
terræ motus in domini morte 1134.b
Terripauium quid 199.b
Tertullianus 371.c
Testamenta dei multa 911.a
Testamentum uetus cur sic dictum 1019.c
quicquid in Vet. test. dicitur, futuri Christi est indicium 421.b
Test. noui & ueteris differentia 581.c. & seq.
Test. uet & no. unde dicta 90.a
Testes aliquando tormētis examinati 1154.d
testimonium falsum nemo contra seipsum dicere potest 67.c
Thalassus quid 124.a
Thales Milesius philosophus 431.c
quando uixerit 1068.a. 1070.c
eius dicta & symbolum 1072.b
Thalia æthna dicta 215.b
Thamus Aegypti rex Ammon dictus 491.c
Thare domus persequutionem passa à Chaldæis col. 892.b
Thare quando mortuus 918.d
Theatrum quid 178.d
in urbe ædificari Nasica prohibuit 98.a
theatra instituta Romæ 83.a
Thebæ Diospolis dicta 820.a
Thebas Amphion condidit 1035.c
Theman quid 1088.d
Themanitæ populus, nunc Arabes 1119.b
Themis Sybilla Delphica 1063.d
Themidis deæ templum 1003.b
Theodosius imperator 330.a. & seq.
Gothos uicit 25.b
Theodosij pœnitentia 331.c pietas 332.a.b
Theodorus iuuenis martyr 1129.b
Theologia quid 429.c
naturalis 429.a.b
theologiæ genera tria 345.d
ciuile genus theologiæ quod 347.a
Θεότης quid 371.b
Thessalonicenses à Theodosio interfecti 333.b
Thesaurus tā bonorū q̄ malorum est cōgregatio 46.c
Theseus apud Orchū captus 1053.a (tus
Thesmothetę qui 1058.a
Thespiodos dea, quæ carmentis 243.c
Theurgia quid 549.c. & seq.
Theut dæmon quas artes inuenerit 772.b
Theut Mercurius dictus 392.c
theut mensis primus Aegyptijs 491.b
Thinissa oppidum Aphricæ 1352.c
Thogomor pop. Phryges dicti 1218.c
Thoir qui theut, id est Mercurius 342.d
Thomas Valois cōment. lib de ciuitate dei 17.b
Thomæ Mori laus 102.c Θρησκεία quid 537.a

Thonos

Thonos concoloros Sardanapalus dictus 131.a
Thubal Hispani sunt 1218.b
Thyiades quæ 359.c
Thymele & Thymelici quid 354.a
Thyrsis quid 359.c
Tiberis à Tiberino nomen accepit prius Albula dictus 260.c
glacie duratus 187.b
Tiberis inundatione fere Roma periit 190.c
Tiberinum deum Romulus dedicauit 362.a
Tiberinus Albanorum rex latro insignis 260.c
Tibias inuenit Cybele dea 96.d
Tigillus Iupiter dictus 387.c
Tigris item paci studet 1163.d
Timentibus deū iustitia eius abscondita est 1309.a
Timor quid 756.a 760.a
timor castus 770.a qui in charitate nō est 770.a
in bono est 762.a
Tingitana Mauritania unde dicta 1025.d
Tilos Indiæ insula, ligna incorruptibilia producit 1278.a
Titanes qui 271.b
Toga Ro. indumentū 790.c togati 308.c
togatæ comœdiæ 105.c
Tormētis ueritatē inquirere, quis inuenerit 1156.a
Torni inuentor 1036.a
Trabeatæ comœdiæ à quo inuentæ 105.c
Tragœdia quid contineat 105.d
tragœdiæ unde dictę, & quæ illarū origo 104.a
de Transformationibus arte dæmonum factis quid credendum 1047.d
Trapezitæ qui 378.a
Traiani de Christianis sententia 1127.b
τριβώνιον quid uōcēt græci 790.c
Tribulationes huius seculi cur deus immittat col. 1293.c & seq.
tribulationes pręsentes obijcientibus pijs, quid sit respondendum 79.d & seq.
in ecclesia esse, necesse est, siue intus siue foris col. 1123.b.c
cur tribulationibus boni hic obruantur 1195.d
tribulationibus omnes subesse homines 1195.a
tribulatiōibus erga bonos et malos utitur deus col. 46.a & seq. cop.
Tribulum quid 46.d
Tribuni creati 126.a & seq.d
tribunorum potestas & immunitas 127.d
Tribus duodecim absq; tribu Leui 985.a
tribus Ro. 35. 194.d
Trieterica Bacchi sacra 406.a
Trinitas una simplex deitas 619.b & seq.
trinitas in unitate probatur 876.c
in operibus suis indicatur 640.b
unde dicta, & eius inseparabilis unitas 639.d
trinitatis imago in homine 641.c
à Platonicis insinuata 577.d
an norint philosophi 578.c
Triopas vij. Argi. rex 1008.b 1019.b
Tripodes Apollinis 242.b
Triptolemus anguibus portatus 1027.b
triptol. fabula, area, & ara 1029.a
Tristitia quid 756.a 760.a
tristitiam in bono & malo esse 765.b
Triton palus & ex ea fluuius 1013.a
Tritonia quare dicta Minerua 1006.c
Tritones ciuit. tres 1013.b
Trogus non uerax historicus 227.c
trogi Pompeij historias non extare 227.d
Troglodytæ unde uocati 88.a
Troia quo tempore destructa 1044.c
cur à Græcis uicta & capta sit 156.c
non ideo periit quia Mineruam perdidit 36.b
à Fimbria euersa 163.c
Troia locus maritimus in Latio 1053.a
Troiam Apollo & Neptunus mercede conducti ædificarunt 157.b
Troiani belli initium fuit discordia 203.a
Tropus quid sit 776.c
tropis utitur scriptura 901.a
tropicæ loquutiones ueris mixtæ in prophetis col. 1237.c
Triumuiri epulones qui 353.a
Tullia Ciceronis filia 1152.c
Tullus Hostilius tertius à Romulo rex fulmine absumptus 179.c
Turimachus Sicyon. rex 999.c
Turtures uere occultari, & pēnas amittere 907.b
Tutanus deus 232.a
Tutilina dea 232.a
Tyberius Gracchus occisus 134.b
Tyndaridæ Castor & Pollux dicti 1041.a
Typho quid 655.b
Tyrannide nihil fœdius 1066.d
tyrannus quis 132.d 135.c
tyrāni nomen quādo cœperit adduci in odium col. 135.c
tyranno omnes alij seruiunt, ipse uero suis libidinibus 35.d
tyrannos fortes uocabant ueteres 320.c
Tyrinthia, Herculis patria 1025.c

V

VAdari & Vadimonīū quid 364.c
Vagina in spicis quid 232.d
Vagire unde dictum 232.a
Valens Imp. Arianus 333.a 1126.a
uiuus à Gothis crematus 25.a
Valentinianus maior fidei confessor 1129.a
Valētinianus imp. ab Arbogaste occisus 332.c
Vallonia dea 230.d
L. Valerius uscpiadeo pauper ut sepulturæ impendijs caruerit 317.b
P. Valerius Flaccus occisus 164.d
Valerius Soranus homo doctissimus 386.a
Vanitas ubi habitet 224.c
M. Varronis scripta 341.d & seq.
eruditio & doctrina, & quid de dijs gentilīū senserit 340.a & seq. 271.d
eius statua in bibliotheca posita 341.c
M. Varronis antiquitates periisse 220.c
Vaticanus deus 231.d & 240.b
Veientes cū Ro. decēnali bello certāt 124.c
Vela cilicina in tabernaculo qd significent. 845.b

Velamen

Velamen iudaicum, quod 960.b
Velle dicit deus, quod non uult, quomodo 1329.a
uelle bonorum tantum est 763.d
Venenum quare deus creavit, & quid commodet col. 635.d
Veneficia an uere corpora in alia mutet 1048.c d
ueneficij pœna 551.c
de ueneficijs qñ quæstio prima habita sit 188.c
Venetus color, id est cæruleus 508.a
Venilia dea 40.d 240.c
Venus uerticordia quæ 238.d
Venus unde dicta 357.c
Iuno putatur à quibusdam 395.a
libentina & libitina dicta 231.d Cluacina 231.d
terræ hemisperium superius dicitur 238.a
ueneris & Martis adulterium 1029.b
ueneris phanum & lucerna sub diuo inextinguibilis 1278.b & seq.
simulachrum quale 353.c
stella, colorem, figurã & cursum mutauit Ogygis regis tempore 1284.a
clarissima omniũ 393.d multorũ nominũ 1286.d
ueneres duæ, cœlestis & inferior 238.a
Ver Veneto dicatur colori 508.a
Verbũ quo facta sunt omnia 616.b
Verba religiosa non facile mutanda 621.a
Veritatis cognitio, à corpore impeditur secũdum Platonem 725.d
iudiciũ in corporis sensu ponũt Epicurei 447.c
ueritatẽ summum esse bonum Platonis sententia 450.a & seq.
Vespasiani suauissimi principes 324.b
Vesperum primum, quale 614.d
Vesperugo, Veneris stella dicta 1284.a
Vesta dea multis rebus tribuitur 235.b
quid in humanis teneat 396.b
Iliaca dicta 237.d eius festum 148.a
uestæ deæ templum exustum 190.c
uestæ deæ cur uirgines dicatæ 237.d
in uestæ templo ignis cultus 192.c
uestas multas esse, & quid sint 39.a b
Vestalium castitas 238.a
stupra morte uindicabãt Romani 161.c
supplicia Ibidem
uestalis in suæ pudicitiæ testimonium aquam cribro hausit 566.b 1357.b
Veteres cur pasturę potius q̃ regno dediti 1171.a
ueteres una fide in Christum saluati 581.c
Videre dei quid 876.a
uidere sanctorũ in alia uita, quale sit 1388.d
uidere ad omnes sensus tam interiores q̃ exteriores pertinet 608.d
in monte dominus uidebit, Hebræorũ prouerbium 918.d
Visio dei præmium est fidei 1388.c
omnium pulcherrima 565.a
uisio an fiat remittẽdo uel recipiẽdo radios 731.c
sæpe in aliena deus uisus est forma 560.d & seq.
uisibilium omnium maximũ est mũdus 609.a
Vitium quid & quàm sit multiplex 664.d & seq.
cuius sit naturæ 774.c
uitij uituperatio summa 662.a
uitia unde mala dicanẽ 671.a quę puniẽda 664.c
non omnia ex carne esse 754.b
quando uere uincantur 1298.a
contra uitia pugna iustorum 1376.a & seq.
uitio se bene conditam, natura docet 1328.a
melius cum uitijs confligitur, q̃ uitia nostri dominentur 1267.b
in uitia multis usus itur 520.c
omnium morum humanorum uitiositas ex qua tuor pendet affectibus 758.d
Victoria dea, uitula dicta 99.c
uictoria de hoc mundo, nõ nostris uiribus ascribatur 1376.c
Victoriæ ædes & ludi Romæ 246.c
Victoriana uilla 1344.d
Vicus in Hispania 100. ferè domorũ ab sene uno propagatus 820.c
Vicos ueteres κώμας dixere 104.b
Victorum in uictos mos 41.d
Vindicta tarda fit in regibus 328.a
Vinum cur οἴνῳ dictum 1023.c
uinum Aristeus inuenit secũdum Arist. 1024.a
uini inuentio 1023.c
Vir bonus quis 646.a
uir regẽs uxorẽ, animo sibi similes regẽti carnẽ 816.c
uiri præstantes dijs assimilati 84.b
Virginem obstetrix explorans corrupit 63.b
uirgines ante nuptias pro dotali pecunia prostitutæ 238.b
olim fascijs cinctæ 360.c
Vestæ deæ cur dicatæ 237.d
Virginensis dea 240.d 357.d
Virgilius unam tantum egit causam 66.c
cur paruulis legendus 37.c
euangelica usus sententia 1322.a
uirgilij de Christo carmina 1117.a 587.d
Viridis color Prasinus dictus 508.a
Virtus dea 252.a
uirtutis ædes Romæ 252.d
definitio secundum ueteres 254
solam uirtutem bonũ esse dixerunt stoici 500.c
uirtutes habenti uirtus maxima, gloriã contemnere 320.a
olim artes dictæ 255.c
uoluptati corporali seruire philosophi quidam pictura ostendunt 322.a
Virtus uia uera, ad regnandum 306.a
& uirtus quæ optima Ibid.b
uirtutes nisi ad deum referantur, uitia sunt non uirtutes 1187.d
Virtus an discatur 1141.b
sibijpsi amplissimum est præmium 1297.b
uirtutis præmium est ipse deus 1393.c
uirtutis officium 1149.a
uirtus ex animi sede, corpori imperat 61.b
ad Virtutem unica & simplex est uia 520.c
Virtutis species quatuor 252.b
Vis victoriæ frater 246.c
Vitis cultura qualiter inuenta 1523.c
Vitula dea 99.c

Vitum

Vitumnus deus 372.c
Vita quid sit secundũ carnẽ, & secũdũ spm̃ 752.b
recte uiuere qd 947.d nõ esse ex nobis 1147.c
per se nemo potest, nisi dei adiutorio 801.b c
secũdũ hominẽ uiuere et secũdũ deũ quid. 756.b
nemo uiuit ut uult 798.b
uiuentia cuncta fugere interitum 644.a & seq.
uitam uideri per corpus 1391.d & seq.
Vita p̃sens ira dei 1308.a potio mors dicẽda 692.b
tota pœna est, quia tota tentatio 129.a
huius uitę tẽpus cursus ad mortẽ dicit 717.a
uitæ uelocitas Centaurorũ fabula notat 1030.c
ab huius uitæ calamitatibus, nemo liberat nisi gratia Iesu Christi 1374.c
huius uitæ malum primũ quod 695.d
huius uitæ miseriæ natura nos dãnatos esse prędicant 1372.a & seq.
de bonis & cõmodis quibus hanc uitam dominus donauit 1377.a & seq.
in uita hac quos uocemus beatos 624.d
Vita beata, beatior & beatissima 1145.c
beata non dicitur nisi sit æterna 622.d
uitæ beatæ & æternę descriptio 1393.a & seq.
beatam uitam in rep. uersari 1146.d
non esse in hoc mundo 1150.b
Vita æterna quæ 366.d
ab uno uero deo, non à dijs multis quærẽda est col. 342.d & seq.
in uita futura nulla est inuidentia 1394.a
quid acturi sint sancti 1387.c & seq.
Vitę genera tria 1142.c 1176.a uita socialis 1145.d
Vncia quid & quomodo signetur 1109.d
Vndenarius numerus significat peccatũ 845.a
Vnitas in unius hois creatione cõmendata 1365.a
Vrixina dea 360.b
Volcanalis, Vulcani flamen 119.c
Vocabulorum cognitio in scriptura utilis 748.a
Volones serui ad bellum manumissi 194.c
Volumnus deus 254.c
Voluntas quid proprie 760.c
angelorum hominum & animalium 296.d
uoluntatẽ solis rationalibus tribuit Arist. 299.a
Voluntas duplex in deo 1329.d & seq.
uoluntas dei omnium rerũ fons & origo 530.a
quomodo mutetur 1328.d
qualiter quædam cõtra domini uoluntatẽ fieri dicantur, & tamẽ secundũ ipsam fiũt 1330.b
an Voluntas nostra subsit necessitati. 299.c et seq.
Voluntas affectibus dominatur 759.d
tantũ ualuit quantũ eã deus ualere uoluit 298.a
Volũtas mala, malorum omnium est causa ipsius autem causa nulla est 667.d
uoluntas mala 761.d unde mala fiat 671.a
uoluntas bona quæ 760.d
uoluntatis malę initium est superbia 778.b
uoluntatem & bonam & malam esse 764.c
bona uolũtate deorũ beneuolentiã acquirimus (487.d
Volupia dea 231.d 240.c
Voluptas quid sit secundũ Epicurum 1141.c
Volutina dea 231.a
Vox sonus quiuis dicitur 1353.d
Vrbem primam quis posuerit 820.a
urbibus captis quæ fieri soleant 44.d
Vrita quid 56.a
Vti à frui quid differat 641.c
Vticæ iuuenes 30000. usque ad decem consumpti
Vua cur σαφύλη dicta 1023.c (214.b
Vulcanus Iouis & Iunonis filius 238.d
Iouis cooperarius 239.a artium deus 239.b
Vulgi iudicium errore plenum 69.d
Vxor ut ducatur dies non eligenda 290.c d
uxoris uera dilectio 1314.b
Vzali uicina Vticę 1348.b

X

Xantippus in bello exercitatissimus 60.b
Xanthus Cretensium rex 1021.a
xanthus Asterius dictus 1024.b
Xenocrates Chalcedoni⁹ Plat. discipulus 463.b
Xenophanes Colophonius 398.d
quando uixerit 1069.d
Xerxes Balæus dictus Assyriorum rex 999.c
xerxes plures & quid significent 1000.c

Z

Zacharias quo uixerit tempore 1095.a
Zancle ciuitas Siciliæ 401.b
Zelus uictoriæ frater 246.c
Zephyrus Florę deæ maritus 232.c
Zodiacus circulus in octauo cœlo 395.c
Zonæ quinq; mundi 883.b
Zoroastes natus, mox risit 1295.b

SERIES CHARTARVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq. Omnes terniones præter Mm quaternionem.

ERRATA.

col. 123.d sapientium. 150.d Supplica. 174.a crinibus. 186.d Pyrrhus. 219.b Accídere. 462.d auidiorẽ glorię. 473.a Cõfiteri, ut ira. 544.b & eximam te. 567.b factũ. qua acuit. 640.d totius philosophiæ. 826.a sicut potui. 858.d Altissimos montes. 908.c uernaculum suum. 1025.a Agenoris filia. 1027.a & humilitas laboris. 1045.c Diomedes Tydei &. 1054.c Sepulchra eius.

BASILEÆ, APVD HIER. FROBENIVM ET NIC. EPISCOPIVM ANNO M D XLII

Jueves a 25 de Enero 1635.



UNIVERSITÄTS